BIBLIOTECA NAZ
Vittorio Emanuele III
XX
G
1
NAPOLI

XX
G
~~3-9~~
1-7

Digitized by Google

NOVUS THESAURUS
JURIS CIVILIS ET CANONICI,

CONTINENS

VARIA ET RARISSIMA
OPTIMORUM INTERPRETUM,

INPRIMIS

HISPANORUM ET GALLORUM,

OPERA,

Tam Edita antehac, quam Inedita,

IN QUIBUS UTRUMQUE JUS EMENDATUR, EXPLICATUR, ATQUE EX HUMANIORIBUS LITERIS, ANTIQUITATIBUS, ET VETERIS ÆVI MONUMENTIS ILLUSTRATUR.

EX COLLECTIONE ET MUSEO

GERARDI MEERMAN,

JCTI, ET REIPUBLICÆ ROTERODAMENSIS SYNDICI.

TOMUS PRIMUS.



HAGÆ-COMITUM,
APUD PETRUM DE HONDT,
MDCCLI.

SERENISSIMO

GULIELMO CAROLO

HENRICO FRISONI

ARAUSIONENSI ET NASSAVIO

PRINCIPI,

FOEDERATÆ BELGARUM REIPUBLICÆ

GUBERNATORI HEREDITARIO,

ET

ARMORUM TERRA MARIQUE PRÆFECTO SUPREMO, &c. &c. &c. &c.

GERARDUS MEERMAN,

NON longe mihi petenda videtur ratio, PRINCEPS CELSISSIME, cur Illuſtriſſimo Tuo Nomine hujus, qui mea cura in lucem prodit, Theſauri frontem inſignire in animum induxerim. Quippe, ubi in memoriam revoco (id autem facio quam ſæpiſſime) quanta benevolentia, quantiſque beneficiis me, immerentem licet, obſtrinxeris, ejuſmodi illa eſſe profiteor, iis ut recenſendis me omnino imparem ſentiam; quumque iiſdem, ILLUSTRISSIME PRINCEPS, quod rependam nihil habeam, præter gratiſſimi erga Te & obſequentiſſimi animi teſtimonium, in illius pignus ac teſſeram hoc Tibi ſaltem qualecunque munus Literarium ea qua par eſt reverentia oblatum venio, quod ut pro inſigni Tua & innata comitate æqui bonique conſulere digneris, ſubmiſſe rogo.

Et cujus ſane fidei ac tutelæ haſce Juriſconſultorum Lucubrationes potius commendarem, quam quidem Tuæ, DIGNISSIME PRINCEPS? qui, Litteratiſſimus ipſe, eximio ac ſingulari favore eos proſequeris, qui inter bonarum artium ac ſcientiarum cultores nomen profitentur ſuum, ideoque non gravaberis, quantum conjectura auguror, placido vultu excipere Reliquias doctiſſimorum ſuæ ætatis Virorum, quas ego quidem hac Collectione ab interitu vindicare ſtudui, at quæ Tuo ſub patrocinio prodeuntes ab omni malevolorum obtrectatione & invidia tutæ erunt, viamque Auctoribus ad immortalitatem ſternere poterunt. Quid vero magis conſonum, quam ſcriptores, qui utriuſque Juris Divini & Humani ſcientiam his paginis tradunt, alienigenas antea, jam autem Batava Civitate donatos, ad Te SAPIENTISSIMUM PRINCIPEM confugere, utpote ſummum in Republica noſtra Juſtitiæ Præſidem & Antiſtitem, Legum Libertatiſque ſtrenuum vindicem, veriſſimumque morum & virtutum exemplar? At, quam immenſus ſeſe mihi hic obſerret campus, ſi in laudum Tuarum præconia ire vellem, quum, etſi longe Illuſtriſſimæ Gentis, cumque ipſis pene ſæculis certantis ſplendore præfulgeas, attamen non tam Majorum Tuorum, quam propriis meritis debeas, ut ad excelſum illud gloriæ atque honorum faſtigium perveneris, in quo conſtitutum Te maximo Patriæ noſtræ emolumento omnes veneramur; ſed quid ego, CELSISSIME PRINCEPS, virtutum Tuarum Panegyrin tradere adgrediar, quas & univerſus orbis agnoſcit, & ego tenuitatis meæ probe conſcius pro dignitate celebrare haud valerem, ac ſi vel maxime poſſem, per eximiam Tuam minime liceret verecundiam. Proinde manum de tabula tollam, ne pretioſiſſima tempora Tua diutius morer, inque publica commoda, quibus ſolis curas Tuas omnes conſecras, peccem. Quod itaque reſtat, SERENISSIME PRINCEPS, mea votorum ſumma eſt, ut Supremus rerum Arbiter ſapientiſſimis Tuis adſit conſiliis, iiſque proſperos eventus reddat, Teque porro cum Regia Conjuge, ac ſplendidiſſima Progenie, in commune Patriæ Civiumque bonum per longam annorum ſeriem ſalvum atque incolumem ſervet, ut ita

Serus in Cœlum redeas, diuque
Lætus interſis Populo Batavo.

Denique, ut & mihi, quam tam liberaliter hactenus impertiri voluiſti, benevolentiam in poſterum quoque perpetues & confirmes, humillime oro precorque. Dabam Roterodami Ipſis Kal. April. MDCCLI.

LECTORI

LECTORI BENEVOLO

S. P. D.

GERARDUS MEERMAN.

QUANTUM Juri Romano incrementi adlatum fuerit ex eo tempore, quo depulſa, quæ per multa ſæcula regnaverat, barbarie, humaniores literæ excoli, earumque ſtudium cum ad alias ſcientias, tum etiam ad Juriſprudentiam adplicari cœpit, nemo eſt, in hiſtoria litteraria vel mediocriter verſatus, qui ignoret. Operæ idcirco quam maxime pretium fecerunt illi, qui præſtantiſſimorum in hoc genere Virorum ſcripta pro dignitate æſtimantes et publico bono colligere cumque Erudito Orbe communicare ſtuduerunt; quo nomine meritiſſima laus debetur Viro induſtrio JOANNI VAN DER LINDEN, Bibliopolæ Lugduno-Batavo non incelebri, qui Eruditorum inſtigatu eximiam Collectionem ſub titulo *Theſauri Juris Romani* noſtra ætate foras protrudit, continentem varia & rariora meliorum Juris Interpretum Opuſcula, eamque quatuor Voluminibus forma majori abſolvit, cui deinde quintum aliis Tractatibus inſtructum Vir Celeberrimus, inque Academia Ultrajectina tum temporis Anteceſſor, nunc autem Reip. Bremenſis Syndicus digniſſimus, EVERARDUS OTTO adjecit. Verum, etſi multi in id Syntagma ſymbolam ſuam contulerint, & perquam liberaliter ſuggeſſerint varia adminicula, quæ ad inſignis hujus Theſauri perfectionem requiri videbantur, attamen plures etiamnum in egregio hoc Corpore deeſſe quantivis pretii Libros, non modo inſigni raritate ſed & præſtantia commendabiles, ſæpius conqueſtos audivi Literarum amatores. Unde, quum ab aliquot retro annis magnum mihi collegiſſem adparatum minus obviorum & optimorum in Juriſprudentiæ ſtudio Librorum, gratiam me aliquam apud Themidis Cultores initurum exiſtimavi, ſi ex Bibliothecæ meæ pluteis aliquando excuterem, novoque Theſauro rediviva luce donarem, quotquot elegantiorum Juris utriuſque Interpretum ſcripta rariſſima atque egregia adſervabam, quæ inter principem locum occupabant Opera præcipuorum Hiſpaniæ Juriſconſultorum, ut FRANCISCI RAMOS DEL-MANZANO, JOSEPHI FERNANDEZ DE RETES, JO. SUAREZII DE MENDOZA, aliorumque plurium, quæ quidem, cis Pyrenæos nemini prope viſa, indigne ſemper tuleram, Cimmeriis tenebris involvi, vel cum blattis tineiſque deliteſcere. Quod conſilium meum poſtquam aperuiſſem Viro Clariſſimo GREGORIO MAYANSIO, Generoſo Valentino, inſignique Patriæ ſuæ ornamento, is non ſolum maximopere in hoc propoſito me inſtigavit, ſed & pro ſumma humanitate ſua dono mihi obtulit plurima ſubſidia auro contra cara, eaque inter varias Prælectiones manuſcriptas RAMI, RETESII, & JOANNIS A COSTA, ut iiſdem in hac Collectione meritiſſimum locum concederem. Neque minus me obſtrictum fateor Viro Ampliſſimo JOANNI VAN NISPEN, Curiæ ſupremæ apud Batavos Senatori digniſſimo, qui ejuſdem COSTÆ *Commentarium ad Tit. Cod. de Teſtibus*, (qui in Mayanſiano Volumine deſiderabatur,) benigne ſuppeditavit, ac JOSEPHO FINESTRESIO, Juris Anteceſſori Cervarienſi celeberrimo, qui *Notas* PETRI FABRI *in Julii Pauli Sententiarum Libros* pariter anecdotas liberaliter communicavit. At eximium cum primis huic Theſauro ornamentum adſeret pretioſiſſimum veteris ævi κειμηλίων, videl. THALELÆI, THEODORI, STEPHANI, CYRILLI, aliorumque JCtorum Græcorum *Commentarii in Tit. Dig. & Cod. de Poſtulando ſive de Advocatis, & de Procuratoribus ac Defenſoribus*, quos ex antiquo Codice Bibliothecæ Lugduno-Batavæ deſcripſit, & Romano ſermone donavit Juvenis perquam Eruditus DAVID RUHNKENIUS, quoſque in ipſa hujus Operis fronte exhibere animus mibi fuit, ſicut in Conſpectu hujus Theſauri haud ita pridem edito Literato Orbi ſperare dedi. Verum, quum multa in hoc Commentario adcuratius examen requirere animadverterit Vir Cl., ipſe correctioni hujus Operis præëſſe voluit; eaque de cauſa Lugdunenſibus illud typis committi oportuit; qui, quum ob adverſam Editoris valetudinem per aliquot tempus retardarint, & lente etiamnum procedant, vix promittere auſim, illud prius quam in

tertio Tomo proditurum fore, ex qua tamen mora hoc lucri capient Amatores, quod emendatius, variiſque Editoris Obſervationibus auctius id jam evulgabitur, quam ſecus per temporis anguſtias fieri potuiſſet.

Et ſic tandem bonis, ut ſpero, avibus in lucem prodit primum hujus Collectionis Volumen, ſtatimque in ipſo limine comparent *Juris Civilis Fontes & Rivi*, quod elegantiſſimum Opuſculum HENRICUS STEPHANUS, Typographus longe Eruditiſſimus, ex officina ſua Anno MDLXXX. in 8º edidit, tanquam arram ſuæ Corporis Juris Juſtinianei Editionis (quæ tamen nunquam, quod dolendum, ſubſecuta fuit) atque adeo ſe non minus in Juriſprudentiæ ſtudio, quam in omnibus aliis ſcientiis verſatiſſimum re ipſa oſtendit. Scopus autem viri ſummi hic fuit, ut doceret, ex Moſaicis Legibus pleraſque Ægypticas, atque ex hiſce Græcas, & ſic porro Romanas depromtas eſſe; unde earum omnium collationem, ordine potiſſimum Decalogi ſervato, utiliter inſtituit, quave anteriores Leges ſucceſſu temporis a poſterioribus extenſæ vel reſtrictæ fuerint, tradit, additis ſubinde propriis, iiſque lectiſſimis, Obſervationibus. Et hac ratione fidem ſuam, quam in *Præfatione ad Oratorum Veterum Orationes* a ſe editas dederat, ut ſibi Leges Græcas ex antiquis Scriptoribus aliquando colligeret, & cum recentioribus compararet, liberaſſe dici poteſt HENR. STEPHANUS, id quod Celeb. WESSELINGIUM de hoc Viri Eruditi propoſito agentem in *Præfat. ad Leges Atticas* SAM. PETITI *Pag.* 8. latuiſſe videtur. Subjecerat vero huic Opuſculo STEPHANUS aliud non diſſimilis argumenti, nempe Collationem Legum Moſaicarum & Romanarum, ſub Titulo, uti in frontiſpicio expreſſus erat: *Juriſconſultorum Veterum quidam loci, ex integris eorum voluminibus ante* JUSTINIANI *ætatem excerpti*; at, quum ea Editio ad anteriorem PETRI PITHŒI Anno MDLXXIII. in 4º pariter STEPHANI typis emiſſam recuſa fuerit, nihilque contineat, quod non in recentiſſima CL. SCHULTINGII Editione reperiatur, inutile mihi viſum fuit, hunc libellum priori denuo comitem dare. De vita autem & ſcriptis HENRICI STEPHANI præ cæteris conſuli poterunt THEODORUS JANSSONIUS AB ALMELOVEEN, & MICHAEL MAITTAIRE, quorum uterque Libro ſingulari STEPHANORUM hiſtoriam conſignavit, ex quibus præcipua excerpſit Rever. NICERON *dans ſes Memoires pour ſervir à l'Hiſtoire des Hommes illuſtres Tom. XXXVI. Pag.* 270. *& ſeqq.*

Succedit MICHAELIS PSELLI *Synopſis Legum*, verſibus Jambis & Policitis conſcripta, quam integram primus in lucem edidit FRANC. BOSQUETUS, Narbonenſis JCtus, Pariſiis apud JOANNEM CAMUSAT MDCXXXII. in 8º. Hæc vero Editio quum perquam rara evaſerit, novæ & accuratioris emittendæ conſilium ceperat Vir Clariſſ. CORNELIUS SIEBENIUS, at quæ ſpes, Viro Doctiſſimo vivis erepto, omnino evanuit. Sed bene factum, quod varias Animadverſiones in Poëtam noſtrum ſeparatim antea ediderit, quas ex *Miſcellaneis Obſervationibus in Auctores Veteres & Recentiores Vol. VI. Pag.* 199. *ſeqq.* depromtas Notis BOSQUETI ſubjeci, quod ad intellectum PSELLI eas omnino neceſſarias judicaverim. Neque enim BOSQUETI verſio menti Auctoris ubique accommodata fuit, ut in qua craſſos interdum errores commiſit, & quod pejus eſt, integros etiam verſus interpretari neglexit; quocirca tamen Vir cætera Eruditus veniam apud æquos rerum arbitros meretur, utpote qui hanc interpretationem paucis diebus abſolvit, vixque novendecim tum temporis annos impleverat. Vid. NICERON *Tom. XII. de ſes Memoires Pag.* 168. Hunc vero defectum pluribus in locis ſupplevit, & verſionem, ubi manifeſte falſa vel mutila erat, emendavit ac reſtituit Vir Reverendus atque Eruditiſſimus ARCHIBALD MACLAINE, in Eccleſia Anglica, quæ Hagæ-Comitum eſt, Verbi Divini Miniſter ſolertiſſimus, qui hanc provinciam ſponte ſua ſuſcepit, cuique hoc nomine grates ago, quas poſſum, maximas. Quod autem ad MICHAELEM PSELLUM ipſum attinet, fuit is Imp. MICHAELIS DUCÆ Præceptor, ejuſque juſſu hanc Synopſin conſcripſit: huic enim Imperatori inſcribitur id Opuſculum in pleriſque Codicibus manuſcriptis, idque pluribus adſtruxit LEO ALLATIUS in *Diatriba de Pſellis, & eorum ſcriptis* §. 48. ubi de Auctore noſtro ejuſque Operibus pleniſſime egit, & §. 33. luculentum de ipſius eruditione teſtimonium his verbis præbet: *Hic ergo Pſellus, ut doctrina præſtantiſſimus, ita omnium* [illegible] *fuit. Auſim dicere, neminem ea, vel ſubſequente ætate Græce vel inveniſſe acrius, vel ordinaſſe aptius, vel locutum eloquentius, vel profundius res pertractaſſe: nulla fuit ſententia, quam ipſe vel notis non illuſtraverit, vel compendio non tractaverit, vel optima methodo non expedierit*: Quod tamen judicium, licet PSELLUS non omnino laude ſua defraudandus ſit, quoad hanc Synopſin multis forte nimis benignum videbitur, quum & ali-

ter

Digitized by Google

ter de ea ſenſerit ANTON. AUGUSTINUS *Lib. IV. Emendat. Cap.* 3. Cæterum JO. LEUNCLAVIUS jam ante BOSQUETUM pauca ex hac Synopſi ediderat *Tomo II. Juris Græco-Romani*, eaque tanquam Scholia ſubjecit Pragmaticæ MICH. ATTALIATÆ, qui ſub eodem DUCA floruit, ita tamen, ut ignoraverit, eam metro conſcriptam fuiſſe, uti ALLATIUS *d.* §. 48. jam obſervavit. Exſtant vero etiamnum varii Codices MSS. hujus Synopſeos, ut in Bibliotheca Regia Pariſienſi, vid *Tom. II. Catal. Manuſcr. N.* 478. *N.* 1182. (ubi plurima alia Pſelli ſcripta, etiam Juridica, memorantur) *N.* 1371. *&* 2749. in Cæſarea Vindobonenſi, vid. LAMBECIUS *Tom. VI. Comment. Pag.* 46. & NESSELIUS in *Breviar. Part. II. Pag.* 28. in Medicæa, vid. WILH. LANGII *Catal. Plut.* 80. *N.* 6. in Vaticana, vid. MONTFAUCON in *Biblioth. Bibliothecarum MSS. Tom. I. Pag.* 9. porro etiam in Palatina, quæ jam Vaticanæ juncta eſt, *Cod.* 316. & Conſtantinopolitana, indice JO. MAR. SUARESIO in *Notit. Baſilic.* §. 7. ex quibus forte ſi variæ lectiones ad manus fuiſſent, plures loci in PSELLO, qui corrupte jam leguntur, reſtitui potuiſſent.

Pſellum excipit M. VALERII PROBI *Libellus de interpretandis Notis Romanorum*, juxta exemplar, quod HENR. ERNSTIUS cum Obſervationibus ſuis Soræ A. MDCXLVII. in 4º impenſis GEORGII HOLSTII emiſit. Quum enim hæc Editio paucorum manibus teratur, neque alia, quam, JO. ALB FABRICIO teſte in *Biblioth. Lat. Tom. III. Pag.* 668., noſtro ſæculo JO. GEORGIUS VAN MEEL paravit, poſtmodum ſubſecuta fuerit, non abs re me facturum credidi, ſi eam hic recuſam darem; præſertim, quum hæ Notæ, quas PROBUS explicat, in Legibus, Plebiſcitis, Senatuſque Conſultis ſæpiſſime occurrant, earumque proinde interpretatio in Juris Romani monumentis illuſtrandis paſſim uſui veniat. Et licet plures dentur VAL. PROBI Editiones, iis omnibus tamen Ernſtiana non modo recentior & accuratior, ſed etiam ex MSS. Codicibus longe locupletior eſt, adeoque huic præ cæteris fidem adhiberi oportet. At, ſi quis vetuſtiores Editiones inter ſe conferat, has admodum variare offendet; ita ut quid circa eas ſtatuendum ſit, obſcurum videatur: Editio enim Veneta JOANNIS TACUINI A. MDXXV. in 4º quæ ad Codicem MS, uti Præfatio docet, expreſſa eſt, omnes jam Notas habet, quas recentiores Editores LINDENBROGIUS, PUTSCHIUS, & DAUSQUIUS exhibuerunt. At vero THEODORICI GRESEMUNDI Editio in 8º quæ ſubjecta eſt *Opuſculis* FENESTELLÆ & POMP. LÆTI *de Magiſtratibus Romanorum*, & in meo quidem exemplo anni, loci, & Typographi indicio deſtituitur, ſed quam ERNSTIUS in *Annot. ad Cap.* 23. Baſileæ A. MDXLVI. prodiiſſe teſtatur, adeoque Venetâ plus viginti annis poſterior eſt, longe pauciores Notas VAL. PROBO tribuit, verum ſub ſingulis Literis alias quoque Notas, quas GRESEMUNDUS ſe aliunde congeſſiſſe ſcribit, ſubjecit, quæ in JO. TACUINI exemplari cum reliquis commixtæ ſunt. Contra in Editione Baſilienſi hic illic Notæ quædam ipſi PROBO adſcribuntur, quæ in Veneta, omnibuſque aliis, etiam Ernſtiana, deſiderantur, ut e. g. A. GELL. *Aulus Gellius, vel* AUL. *id eſt*, *Aulus Gellius;* quod tamen ab Auctore noſtro profectum fuiſſe nemo, qui ætatem, qua ſcripſit, perpenderit, facile credet. Quæ autem hujus diſcriminis inter utramque Editionem ratio ſit, neque ERNSTIUS, neque alii, quod ſciam, expoſuere, idque examinandum iis relinquam, qui majori otio abundantes, Codicumque manu exaratorum copia inſtructi, genuinas PROBI Notas a ſuppoſititiis ſecernere poterunt. Quin imo, licet permultas Notas antea ineditas & aſteriſco ab aliis diſtinctas ex quibuſdam vetuſtis Exemplaribus MSS. huic Editioni inſeruerit ERNSTIUS, has inter tamen nonnullæ exſtant, quæ a Librariis potius additæ, quam ipſum PROBUM auctorem habere videntur, ut ANG. P. *Angelus percuſſit*, EPS. *Epiſcopus*, & ſi quæ ſint ſimiles; nam Chriſtianum fuiſſe PROBUM, quod ERNSTIUS opinatus fuit, parum veroſimile eſt; neque diverſus hic PROBUS eſt ab eo, cujus SUETONIUS *Lib. de illuſtr. Grammat. Cap. ult.* aliique Veteres meminerunt, cujuſque *Grammaticarum Inſtitutionum Libri duo* exſtant HEL. PUTSCHII *Syntagmati* inſerti: neque alia ſententia HENR. NORISII eſt *Diſſert. IV ad Cenotaph. Piſan. Cap.* 3. quam ſuam quoque fecit Celeb. BURMANNUS *ad d. l.* SUETON. Præter ERNSTII vero Animadverſiones eruditiſſimas, adjeci & alias FRID. TILIOBROGÆ ſive LINDENBROGII, ex Editione Lugduno-Batava apud ANDR. CLOUQUIUM A. MDXCIX. in 8º excerptas; quibus & Obſervationes CLAUD. DAUSQUII, quæ in ejus *Ortographicis antiqui novique Latii Tom. I. pag.* 191. *ſeqq* exſtant, jungi potuiſſent, niſi in eis multa inveniſſem parum ad VAL. PROBUM facientia, hicque præterea liber ſic ſatis eſſet obvius. Paucas quoque Anonymi cujuſdam Emendationes MSS.

 vidi,

vidi, adletas ad oram Exemplaris Putſchiani, quod in Bibliotheca Lugduno-Batava adſervatur; at quum in iis nonniſi corruptæ interpunctiones in quibuſdam Notis corrigantur, quæ nunc in ERNSTII Editione reſtitutæ ſunt, non eſt, quod jam indigere illis videri poſſit Lector. Denique ſolas VAL. PROBI Notas hic exhibui; nam quas MAGNONIS & aliorum Notas Juridicas pariter ediderat LINDENBROGIUS, hic comparere nolui, quod poſtea quoque inſertæ ſint *Collectioni Grammaticorum* PUTSCHII *Pag.* 1542. *ſeqq.*, quo proinde harum rerum Amatores ablegaſſe ſuffecerit

Tranſeo ad FLAV. FRANCISCI DE HAUTESERRE A SALVAIZON *Notas & Animadverſiones ad Indiculos Eccleſiaſticorum Canonum Fulgentii Ferrandi & Creſconii Afri*, quæ Auguſtoriti Pictonum ſumptibus JULIANI THORELLII Anno MDCXXX. in 4º prodierant; quaſque non ea de cauſa recuſas dedi, quod tanti adeo facerem FERRANDI aut CRESCONII Opuſcula ipſa (quæ ex Bibliotheca inſignis Eccleſiæ Tricaſſinæ primus edidit PETR. PITHOEUS Pariſ. apud CLAUDIUM CHAPPELET A. MDLXXXVIII. in 8º non autem NICOL. FABER, uti male HAUTESERRA opinatus eſt, & poſtea quoque GUL. VOELLUS & HENR. JUSTELLUS *Tomo I Bibliothecæ ſuæ Juris Canonici* inſeruerunt una cum *Corcordia Canonum Creſconii*) verum, quod Commentarios hoſce, a VOËLLO omiſſos, nova luce digniſſimos exiſtimarem. Fuit autem FLAVIUS FRANCISCUS HAUTESERRA Anteceſſor Pictavienſis, & ANTONII DADINI ALTESERRÆ ſive HAUTESERRÆ, Anteceſſoris Toloſani, frater natu minor, eodemque eruditione nulla ex parte inferior; licet enim hoſce Commentarios admodum juvenis ediderit, ſicut ipſe in *Præfatione* teſtatur, attamen tanta elegantia tantoque eruditionis adparatu eoſdem conſcripſit, ut jam tum ſupra ætatem ſapuiſſe videatur; dumque varia hic & difficiliora Juris Canonici capita ex ipſis fontibus ac veteribus monumentis, etiam ineditis, mirifice illuſtrat, nonnullis ſubinde Juris Civilis locis egregiam lucem accendit. Exemplo præ reliquis ſit locus Codicis Gregoriani *Lib. XIX Tit.* 4. Edit. SCHULTING. relatus etiam in *Collat. Legg. Moſ & Rom. Tit. XV.* §. 3. ut & alter in eadem *Collat. Tit. I* §. 6. quorum priorem *Pag.* 202. *& ſeq.* poſteriorem vero *Pag.* 205. *in princ.* acute emendat. Edidit quoque noſter *Exercitationes ad Tit. Decretal. Gregorii IX. de ætate, qualitate, & ordine præficiendorum*, Pariſ. ap. LAMY MDCXXXV. in 4º quæ forſan excerptæ fuerunt ex ejus *Commentariis Juris Canonici*, (quos Auctor meditabatur, uti *ad Canon.* CRESCONII CCXIX. ſcribit) at in manus meas nondum pervenere. HAUTESERRÆ vero Animadverſionibus ob argumenti adfinitatem ſubjeci Notas PETR. FRANC. CHIFFLETII, quæ in ejus Editione Operum omnium FULG. FERRANDI, Divione ap. PETR. PALLIOT MDCXLIX. in 4º evulgata, *Pag.* 259. *ad* 316. occurrunt, præſertim, quod multa bonæ frugis continerent, & a VOËLLO quoque prætermiſſæ eſſent, de quarum Auctore vid. NICERON *Tom. XXV. de ſes Memoires Pag* 276. *ſeqq.* De FERRANDI autem & CRESCONII vita, & utriuſque in his Breviationibus inſtituto hic differere nihil attinet, utpote quod pleniſſime exſecutus eſt CHIFFLETIUS in *Prolegomenis*, cui jungi poſſunt VOËLLUS ac JUSTELLUS in *Præfat. Tom. I. Bibl. Jur. Canon.* GERH. VON MASTRICHT in *Hiſt. Jur. Eccleſ.* §. 155. *ſeqq.* JO DOUJATIUS in *Prænotion. Canonicis Lib. III. Cap.* 16. *&* 18. & BURCH. GOTL. STRUVIUS in *Hiſtor. Jur. Cap. VII.* §. 8.

Succedunt ALEXANDRI POLITI A S. SIGISMUNDO, Scholarum Piarum Theologi, *de Patria in teſtamentis condendis Poteſtate Libri quatuor*, qui licet Florentiæ Typis Regiæ Celſitudinis Anno hujus ſæculi duodecimo in 4º excuſi fuerint, attamen, neſcio quo fato, noſtris ſaltem in oris perraro obvii ſunt. Recondita vero eruditione hic Tractatus non minus, atque alia præſtantiſſimi hujus Viri Opera, conſcriptus eſt. Et quamvis primarius in eo fuiſſe videatur Auctoris ſcopus, elegantem hanc materiam ex Jure Canonico potiſſimum & Antiquitatibus Eccleſiaſticis illuſtratam dare, attamen nihil ex priſco Jure Civili, quod quidem ad hoc argumentum pertineret, omiſiſſe politiſſimum JCtum dici poteſt. Eruditiſſima inter alia ſunt, quæ de Lege Voconia ex profeſſo tradit *Lib. III. Cap.* 6. *& ſeqq.* (ubi & obſcurum DIONIS CASSII locum inſigniter emendat, atque illuſtrat) quæ cum Cl. PERIZONII *Diſſert. Sing. de Lege Voconia*, & Cl. WIELING in *Lection. Jur. Civ.* conferri omnino merentur.

Hunc excipit JOANNIS FILLEAU, in Senatu Pariſienſi Advocati, *Tractatus ſingularis de Comitibus Conſiſtorianis, ad Tit.* 10. *Lib. XII. Cod.* Pariſiis apud GERVASIUM ALLIOT A MDCXXXI. in 8º editus, occaſione coöptationis Ill. JACOBI TALONII in Comitum Conſiſtorianorum numerum a Rege Chri-

ſtianiſſimo

ſtianiſſimo factæ, quo Opuſculo Auctor hoc argumentum plenius atque elegantius tractavit, quam quidem vel PANCIROLUS in *Notitia Dignit. Imper. Orient. Cap.* 98. vel GUTHERIUS *Lib. I. de Offic. Dom. Auguſt. Cap.* 17 & 45. aliique. Edidit autem noſter etiam alia ſcripta Juridica Gallico ſermone, ut *Traité des Droits, Prerogatives & Prééminences des Egliſes Cathedrales dans les Conciles Provinciaux, Paris. MDCXXVIII. in* 8º (cujus meminit Dom. LENGLET DU FRESNOY in *Indice Scriptorum Juris Canonici*, ſubjecto Tomo I. *du Commentaire de M. du Puy ſur le Traité des Libertez de l'Egliſe Gallicane de M. Pierre Pithou, Edit. Paris. MDCCXV.* Pag. 190.) nec non *Recueil des Edits, Arrêts, & Reglemens, concernants les Eccleſiaſtiques, Univerſités &c. a Paris chez* GERV. ALLIOT *MDCXXXI.* 2. *vol. in Fol.* quem Librum Pariſiis habui in manibus. Nondum vero mihi liquet, an idem ſit Auctor cum eo, de quo ſequentia tradit DIONYS. SIMON *dans ſa nouvelle Bibliotheque Hiſtorique des Auteurs de Droit, Tom. II. Pag.* 112. JEAN FILLEAU, *Profeſſeur & Avocat du Roy a Poictiers, a fait des Additions ſur les Reglemens de Chenu, en deux Vol. Fol. & recueilli les Deciſions Catholiques. Mort en MDCLXXXII.*

Mox ſequuntur *Excerpta quædam ex Adverſariis* PETRI PITHŒI, *quæ ad Jus Romanum pertinent*, quorum prima Editio debetur viro Erudiſſimo CAR. ANNIBALI FABROTO, qui ea communicaverat CLAUDIO JOLY, Advocato Pariſienſi, quum hic A. MDCLII. in 4º Pariſiis typis viduæ GUILLEMOT & J. GUIGNARD publicaret *Divers Opuſcules, tirez des Memoires de M.* ANTOINE LOISEL, *avec quelques Ouvrages de M.* BAPTISTE DU MESNIL *& de M.* PIERRE PITHOU. Illi autem Collectioni, præter alia Gallica PITHŒI ſcripta, duplicia inſerta ſunt Excerpta ex ejuſdem Adverſariis *Pag* 293. *ſeqq.* quorum priora continent varia Axiomata & Regulas Juris per totum Corpus Juſtinianæum ac veterum JCctorum Fragmenta diſperſas, a ſe vero in unum collectas, quæque concinniori ordine diſpoſita noviſſime CLAUDIUS LE PELETIER, Regni Galliæ Adminiſter, hoc Titulo, P. PITHŒI *Comes Juridicus* Pariſiis MDCCXL in 8º edidit, quæ tamen utpote in tironum gratiam congeſta, nulliſque PITHŒI Obſervationibus illuſtrata ab argumento hujus Theſauri aliena mihi viſa ſunt. Poſteriora vero, quæ *Pag.* 332. *& ſeqq.* in Collectione Dom. JOLY exſtant, continent varias ſingulares locutiones, Græciſmos &c. nec non Indicem Gloſſarum quarundam, & vocum rariorum, quæ in Juris Romani Libris occurrunt, cum ejuſdem FABROTI Notis, quæ quidem non indigna cenſui, ut Eruditis recuſa darentur, tum quod nonnulla hic obſervata ſint alibi haud facile reperienda, tum etiam, quod laudata Collectio Joliana extra Galliam parum obvia ſit, ideoque hoc PITHŒI Opuſculum in paucorum hactenus pervenerit notitiam, ſaltem Cl. DUKERO, qui *Opuſcula de Latinitate veterum JCtorum* Notis illuſtrata dedit, ignotum fuerit. Non eſt autem hujus loci, in laudes excurrere Viri Clariſſimi PETRI PITHŒI, cujus profunda eruditio neminem latere poteſt: qui tamen vitam, indicemque Operum Auctoris legere avet, præter JOS. MERCERI & PAP. MASSONI Elogia (quorum priora quoque FR. JAC. LEICKHERUS inter *Vitas Clariſſimorum JCtorum* Adnotationibus ſuis illuſtrata exhibuit) conſulere poterit binas alias multo adcuratiores Vitæ ejus deſcriptiones, quas duo Eruditi Viri dedere, priorem nempe ab amico ejus ANTONIO LOISELLO Gallice adornatam, & a Dom. JOLY præfatæ Collectioni *Pag.* 252 & *ſeqq.* inſertam, alteram vero, quam Jo. BOIVIN ſeparato Opuſculo Pariſiis ap. FRANCISCUM JOUENNE MDCCXVI. in 4º evulgavit, ex quibus pleraque excerpſit Rev. NICERON *dans ſes Memoires Tom. V. Pag.* 41. *ſeqq.*

Ex eadem Joliana Collectione *Pag.* 159. *ſeqq.* deſumpta eſt, quam hic porro exhibeo, RUTILII RUFI βιογραφία per ANTONIUM LOISEL ſive OISELIUM Pariſiis A. MDC. Gallica lingua conſcripta, quæ multo plenior eſt ea, quam Jo. BERTRANDUS ἐν βίοις νομικῶν *Lib. II. Cap.* 8. GUID. PANCIROLUS *Lib. I. de Clar. Leg. Interpr. Cap.* 10. & GUIL. GROTIUS in *Vitis JCtorum Lib. I. Cap.* 7. §. 6. dederunt, quorum nullus Oiſelianam oculis luſtraſſe videtur. Fuit vero OISELIUS patria Bellovacenſis, JCtus Doctiſſimus, & JAC. CUJACII in variis, ubi is profeſſus fuit, Academiis per plures annos auditor, in cujus quoque amicitiam, ſummamque familiaritatem adlectus fuit. Quin & multum ei debuit CUJACIUS, nam *Conſultationem veteris JCti* ac *Novellas* MAJORIANI ipſius beneficio accepit, quod & gratus agnovit Vir ſummus, & maximis ſæpe laudibus eruditionem virtuteſque OISELII noſtri celebravit, vid. *Lib. II. Obſerv. Cap.* 13. *Lib. VII. Cap.* 26. & *Præfat. in Cod. Theodoſ.* & *ad Conſultationes ſuas*, ac *Notas ad Lib. I. Sentent. Pauli Tit.* 17. & *ad* §. 6. *Inſt. de milit. teſt.* &

in Lib. XII. Cod. Tit. 18. Meritis quoque ſuis hoc conſecutus fuit LOISELIUS, ut a Chriſtianiſſimis Regibus HENRICO III. & HENRICO IV. ad Regiæ Advocationis munus adſumptus fuerit, donec ſupremum diem obüt die 28. Aprilis MDCXVII. ætatis anno primo & octuageſimo. Plura autem Opera juridica Gallice ſcripta, interque ea eruditum Librum *des Obſervations du Droit Civil Romain & François*, reliquit, quæ omnia laudatus Dom. JOLY collegit, unoque Syntagmate ad poſteros tranſmiſit, præmiſſa Vitæ ejus deſcriptione, quam in epitomen redegit Rev. NICERON *dans ſes Memoires Tom XXXII. Pag.* 298. *ſeqq.*

Porro ſequuntur Viri Eruditi, NICOLAI RIGALTII JCti, & in Mediomatricum Curia Conſiliarii, Opuſcula duo, quæ a me anxie quæſita ex copioſiſſima ſua Bibliotheca liberaliter ſuggeſſit Ampl. VAN NISPEN, unum nempe *de lege venditioni dicta, ad leg. Curabit Præſes V. Cod. de act. empti*, alterum vero *de modo fœnori propoſito, ad Conſtitutionem Regiam Anni MDCXLIII.* quæ antea ſeparatim, at ſine Auctoris nomine, prodierant Tulli Leucorum apud SIM. BELGRAND & JO. LAURENT, Typographos Regios, Annis MDCXLIV. & MDCXLV. in 4°. In priori autem, rejecta VIVIANI interpretatione, perſpicuam dictæ *Legis V.* explicationem tradit; deinde Obſervatiunculas quaſdam JAC. CUJACII in *d. l.* & in *L. III. Cod. in quib. cauſ. in integr. reſt.* tum temporis ineditaa profert (quas jam, etſi paulo aliter, legere eſt in ultima Pariſienſi Editione CAR. ANN. FABROTI, *Tom. X. Pag.* 328. & 372.) tandemque ambas haſce Leges, argumento ex earundem inſcriptione & ſubſcriptione petito, unicum olim Reſcriptum confeciſſe, TRIBONIANI demum manu diviſum, non improbabiliter ſuſpicatur. In poſteriori Diſſertatiuncula, quam, ne periret, ſubjeci, rationem & æquitatem Conſtitutionis Regiæ, qua certus fœnori modus impoſitus fuit, pluribus exponit. Sic itaque, quam tot veteris ævi Scriptoribus lucem impertitus fuit RIGALTIUS, eam quoque Juris noſtri Libris, parciſſima licet manu adlatam, invidere noluit. Potuiſſem vero hic etiam exhibere Auctoris noſtri *Gloſſarium* τακτικὸν μιξοβάρβαρον *de verborum ſignificatione, quæ ad Novellas Impp. qui in Oriente poſt Juſtinianum regnaverunt, de re militari Conſtitutiones pertinent*, quod ipſe juvenis publicavit Lutetiæ ap. CLAUDIUM MORELLUM MDCI. in 4°. niſi id integrum *Gloſſario* ſuo *ad Scriptores mediæ & infimæ Græcitatis* jam inſeruiſſet CAR. DU FRESNE Dom. DU CANGE. De RIGALTIO autem & ejus ſcriptis præ cæteris conſuli poteſt Rever. NICERON *Tom. XXI. de ſes Memoires Pag.* 56. *ſeqq.*

Ordo me vocat ad ATHANASII OTEYZA & OLANO, JCti Hiſpani, (nati in oppido *Cigales* Valliſoletanæ Diœceſeos) & primarii in Gymnaſio Pinciano ſeu Valliſoletano Legum Profeſſoris, inque Prætorio cauſarum Defenſoris, *Paralipomenon & Electorum Juris ſelectarumque Antiquitatum Tomum. I.* qui Valliſoleti apud ANTONIUM DE RUEDA A. MDCXLVI. in Fol. prodierat, nunc vero ob inſignem raritatem recuſus datur, ab aliquot tamen errorum millibus, quibus prior ſcatebat Editio, repurgatus, etſi forte nondum omnes ſublati ſint. *Multiplici* autem id *eruditione contextum Opus* vocat NICOL. ANTONIUS in *Bibliotb. Hiſpana Nova Tom. I. Pag.* 134. & *quanta inde lux Juriſprudentiæ, quantus fructus ejus Cultoribus?* ſcribit JOS. FERN. DE RETES *Lib. II. Comment. ad Tit. D. de Interd. & Relegat. Cap.* 6. At, ſi dicendum quod res eſt, nemo quidem inficias iverit, OTEIZAM fuiſſe JCtum multæ lectionis, eumque varia ac ſelectiora Juris capita ex bonis Literis non male illuſtraſſe, quandoque & optimas difficilium locorum, qui in Claſſicis Auctoribus occurrunt, explicationes dediſſe; attamen diffiteri non poſſum, eum judicii copia aliis JCtis Hiſpanis, qui eadem ætate floruerunt, quorumque Opera hoc Theſauro exhibebuntur, uti RAMO, RETESIO, SUAREZIO, NICOL. ANTONIO, multum ceſſiſſe. Majorem ſane apud poſteros iniviſſet gratiam, ſi ab inutilibus excurſibua, verborumque ambagibus abſtinuiſſet, Inque permultis adponendis teſtimoniis ad res vulgo notas adſtruendas parcior fuiſſet, verum unice proprias Obſervationes ex ingenio enatas luci expoſuiſſet; hæ enim ſæpius acutiſſimæ ſunt, licet hic illic etiam a vero aberraverit, quemadmodum circa ea, quæ *Lib. IV. Cap.* 11. *& ſeqq.* de deportatis tradit, notarunt tum JOS. FERN. DE RETES in *dict. Comment. Lib. III. Pag.* 1247. *& ſeqq. Tom. V. Theſ. Jur. Rom.* tum NICOL. ANTONIUS *Lib. II. de Exilio Cap.* 17. & 20. Præter hunc vero primum Tomum etiam alterum paravit JCtus noſter, cujus *Lib. I. Cap.* 4 *n.* 24. & alibi meminit, qui tamen lucem nunquam adſpexit, abiitque Auctor ad plures ante Annum MDCLXI. teſte eodem ANTONIO in *Bibl. Hiſp. dict. loc.*

Agmen ſeriptorum hujus Voluminis claudunt Viri eximii JANI ſive JOANNIS A COSTA (Gallice JEAN DE LA COSTE) *Prælectiones* hucuſque ineditæ *ad Tit. Dig. de Servitutibus, item in quatuor Titt. Cod. ex delictis defunctorum in quan-*

tum

Digitized by Google

tum hæredes conveniantur, *de Conſtituta Pecunia*, *de Probationibus*, *& de Teſtibus*, æque auro contra caræ. Profecto, quam utroque *Commentario*, *ad Inſtitutiones* dico, & *ad Decretales*, abunde teſtatam Orbi Literario COSTA fecit longe lateque diffuſam eruditionem ſuam, nec minus ſubtile ingenium, acerrimumque judicium, ea in his quoque Reliquiis paſſim elucent. Et licet magno CUJACIO per aliquot annos Præceptore uſus fuerit, hujuſque doctrinæ juſtiſſimum ſtatuerit pretium, non tamen uſque adeo in verba Magiſtri jurare adſuetus fuit, quin, ubi manifeſta juris ratio aliud flagitare videretur, ab eo in diverſa abire minime fuerit veritus, uti hic ſæpius Lector obſervare poterit Eos autem Commentarios pro parte acceptos fero humanitati Viri Cl. GREGORII MAJANSII, qui dono mihi miſit Volumen prægrande majoris formæ manu exaratum, quo continebantur VINC. CABOTII Anteceſſoris Toloſani Prælectiones in varios Titt. Dig. & Cod. nec non JO. COSTÆ Commentarii modo memorati (ultimo tamen excepto) aliique ejuſdem ad decem Titt. Decretalium, typis jam vulgati, item RAIMUNDI BARACLÆ & PETRI TALLASSI Anteceſſorum Toloſanorum Tractatus Academici, (quos omnes Annis MDCXVIII. & MDCXIX. Toloſæ excepit MICHAEL VANYON) porro MATH. GONZALEZ DE SEPULVEDA, Anteceſſoris Salmanticenſis, Interpretatio *L. Marcellus 25. D. de Fidejuſſ.*, & ALF. DE LA CARRERA & GABR. HENRIQUEZ, Profeſſorum Salmanticenſium, Commentarii ad aliquas Leges. At quæ in eo Volumine non exſtabat, COSTÆ ad *Tit. C. de Teſtibus* Prælectio, ut jam ſupra monui, Viro Ampliſſimo VAN NISPEN debetur, qui communicavit Librum variarum Prælectionum MSS. quas Toloſæ collegerat PETRUS BARDET, Anno MDCXIV. ac duobus ſequentibus, & in quo, præter impreſſos quoſdam MARANI, alioſque VINC. CABOTII, BIGORII, & Anonymorum ineditos Tractatus Academicos, reperiebantur quoque COSTÆ in *dict. quatuor Codicis Titulos* Commentarii, qui cum illic pleniores aliquando eſſent, quam in Mayaoſiano Codice, illius potiſſimum Exemplaris fidem ſecutus ſum: ſed, quum Prælectionis *ad Tit. Dig. de Servitutibus* unicum duntaxat apographum ad manus eſſet, inſignem lacunam, quæ *Pag. 709. in fin.* aſteriſcis notata occurrit, quæque in Codice manuſcripto, ſpatio integræ paginæ vacuo relicto deſignabatur, ſupplere haud potui, præſertim quum nullum aliud exemplar alicubi deliteſcere noverim, ne quidem in Bibliotheca Regis Chriſtianiſſimi. Plures vero olim extitiſſe videntur COSTÆ in varios Titt. Dig. & Cod. Recitationes, quas cum aliorum Doctorum Lucubrationibus ſub Tit. *Reliquiæ Juriſconſultorum* aliquando prodituras FRANC. DE LAUNAY in *Præfat. ad* noſtri *Comment. ad Decretal.* Literato Orbi promiſerat; ſed quæ tamen ſummo Juriſprudentiæ detrimento hactenus lucem nunquam adſpexere. Tales oppido multas ſæculo præcedenti Pariſiis adſervaſſe videtur GERMANUS NYVARD, in ſuprema Regni Curia cauſarum Patronus, ex cujus Bibliotheca quoque *Commentarii ad Inſtitutiones* ut & *ad Decretales* prodiere: ſane, quam nunc edimus *ad Tit. D. de Servitutibus.* Prælectionem, ſe penes eundem NIVARTIUM vidiſſe adfirmat ÆGID. MENAGIUS in *Amoenit. Jur. Cap. XXIX.* ubi a noſtro circa intellectum *L. 15. §. 1. dict. Tit.* diſſentit, & CUJACII opinionem amplectitur: in cujus autem manus deinceps hæc moaumenta pervenerint, juxta ſcio cum ignorantiſſimis. Porro JO. D'AVEZANUS, JCti noſtri auditor digniſſimus, in ejuſdem *Vitæ deſcriptione* (*Commentario ad Inſtitutiones* præmiſſa, & CHR. GOTL. BUDERI *Vitis JCtorum* quoque inſerta) memoriæ prodidit, apud Religioſos Carthuſienſes Cadurci, quod natale fuit COSTÆ ſolum, varia hujus ſummi Viri latere ſcripta inedita *de veteri Eccleſiæ Politia, ac vero Conciliorum & Canonum intellectu*, quod totidem verbis adſeruit etiam, qui DAVEZANUM ſecutus eſt, JO. DOUJATIUS in Vita COSTÆ *Lib. V. Prænot. Canonic. Cap. 9. Pag.* 646. unde literis Monaſterii illius Priorem IGNATIUM FALES adii, enixe expetens, ut eorum copiam mihi largiretur: at reſcripſit Vir Reverendus, ſimiles quidem petitiones dudum factas eſſe ab agnatis Auctoris, qui ſummis in illa regione honoribus funguntur, non alium in finem, quam ut pretioſiſſima hæc Cimelia in dias luminis auras protraherentur, multum vero abeſſe, ut juſtiſſimis hiſce precibus indulgere poſſet, quum non modo in Bibliotheca & Archivis Monaſterii Opera hæc Mſſ. incaſſum quæſita fuerint, ſed ne quidem traditio ad ullum Religioſorum pervenerit, ea ibi unquam extitiſſe; ut adeo aut lapſum fuiſſe oporteat D'AVEZANUM, aut, ſi olim ibi adſervata fuerint, retracta deinceps ex hoc Cœnobio fuiſſe, tametſi, quodnam poſtea fatum ſubierint, æque incertum ſit.

Vale mi LECTOR, & hiſce conatibus noſtris fave, ſimulque erroribus, ſi qui forte huic operi irrepſerint, ignoſce. Roterodami Kal. April. MDCCLI.

INDEX

TRACTATUUM

TOMI I.

HENRICI STEPHANI *Juris Civilis Fontes & Rivi.* Pag. 1

MICHAELIS PSELLI *Synopſis Legum, verſibus jambis & politicis, Græce edita, adjecta Latina Interpretatione & Notis* FRANCISCI BOSQUETI, *itemque Obſervationibus* CORNELII SIEBENII. 37

M. VALERII PROBI *Libellus de interpretandis Romanorum Litteris, ex MSS. Codicibus auctus & Notis illuſtratus ab* HENR. ERNSTIO. *Accedunt Obſervationes* FREDERICI TILIOBROGÆ. 87

FLAV. FRANCISCI DE HAUTESERE A SALVAISON *Notæ & Animadverſiones ad Indiculos Eccleſiaſticorum Canonum* FULGENTII FERRANDI & CRESCONII AFRI. *Adjectæ ſunt Notæ* PETRI FRANCISCI CHIFFLETII *in eadem Opuſcula.* 133

ALEXANDRI POLITI A SANCTO SIGISMUNDO *de Patria in Teſtamentis condendis Poteſtate Libri quatuor.* 239

JOANNIS FILLEAU *Tractatus ſingularis de Comitibus Conſiſtorianis, ad Tit.* 10. *Lib. XII. Cod.* 335

Excerpta ex Adverſariis PETRI PITHŒI, *quæ ad Jus Romanum pertinent.* 347

La vie de Publius Rutilius Rufus, Juriſconſulte Stoicien, par ANTOINE LOISEL. 359

NICOL RIGALTII de Lege Venditioni dicta Obſervatio duplex, *ad Leg. Curabit Præſes* 5. *Cod. de action. empti.* Ejuſdem de modo propoſito fœnori Obſervatio ad Conſtitutionem Regiam Anni 1643. 367

ATHANASII OTEYZA ET OLANO *Paralipomenon & Electorum Juris Civilis, ſelectarumque Antiquitatum Tomus I.* (plures vero nunquam prodiere). 369

JANI A COSTA *Commentarii, ſeu Prælectiones ad Tit. Dig. de Servitutibus; item ad quatuor Tit Codicis, ex Delictis Defunctorum in quantum heredes conveniantur, de Conſtituta pecunia, de Probationibus, & de Teſtibus,* nunc primum editæ. 697

JURIS

JURIS CIVILIS
FONTES
ET RIVI.

HENRICUS STEPHANUS
LECTORI.

Dum meam totius Juris Civilis editionem expectas, (quæ quanto ſerius; tanto utilius operam tibi navabit, viamque multo ſolita breviorem atque expeditiorem, ad hæc ſtudia aperiet) novum hunc libellum, velut editionis illius arrham, præmitto.

Digitized by Google

PRÆFATIO.
HENRICUS STEPHANUS LECTORI.

QUOD olim Naſo cecinit, *Dulcius ex ipſo fonte bibuntur aquæ*, id quam verum ſit, quotidiana nobis experientia oſtendit. Ac eodem ſane modo uſuvenire videmus ut, ſiquam aliunde ſciamus derivatam eſſe doctrinam, fontem ejus monſtrantibus magnam gratiam habeamus, atque ad eum curriculo contendamus. Quod ſi hoc omni in doctrina longe eſt (ut eſſe debet) gratiſſimum, quis in ea quæ omnes dignitate antecellit, idem futurum non ſperet? Ea eſt quam Græci Politicen, Latini, verbum verbo reddentes, Civilem nominaverunt. Quæ civilis doctrina atque adeo ſcientia priuſquam emergeret, veluti ſubmerſam fuiſſe juſtitiam ſatis conſtat. Sed quemadmodum luci contrariæ tenebræ, eæ ſunt demum quæ maximam ac præſtantiſſimam illius vim arguunt, ita ubi omni politia deſtituimur, tum vero quanta ſit politicæ ſcientiæ vis, quantaque præſtantia, gemebundi pariter & admirabundi cognoſcimus. Majores certe noſtri vitam quæ ſub nullis legibus viveretur, ferarum potius quam hominum eſſe, minime negarunt. Quorum e numero eſt Demoſthenes nec non ille Græcus legiſlator, qui prooemium quod legibus ſuis præfixit, ita eſt exorſus,

Ἦν χρόνος ὅτ' ἦν ἄτακτος ἀνθρώπων βίος,
Καὶ θηριώδης, ἰσχύος θ' ὑπηρέτης.

Id eſt,

Tempus fuit quum turbulenta eſſet hominum
Vita, & ferina, potentiorum ſub jugo.

Quæ quum ita ſint, minime dubitandum exiſtimavi quin doctrinæ politicæ ſtudioſis, fontium ejus ſimul & rivorum aſpectus maximam allaturus voluptatem eſſet. Verum ex rivis alios, primarios, alios, velut ſecundarios eſſe dico. Atque hoc appello nomine (neſcio an ſatis proprie) rivos eos qui ex primariis potius rivis quam ex ipſis fontibus manaſſe videri queunt. Ita enim mea fert opinio, ſicut primos legiſlatores Ægyptios ex Moſaica politia pleraque (præſertimque ea quæ legi naturæ conſentanea videbantur) ita Græcos ex Ægyptiis multa ſumpſiſſe. Unde fit ut nonnullæ Solonis leges, ex iis etiam quæ aliquid ἰδιώτατον videntur habere, inter Ægyptias inveniantur. Atque hoc ipſum in cauſa eſt cur in quibuſdam legibus purior Ægyptiorum quam Græcorum ſit nomotheſia. Neque enim rationi conſentaneum eſt ut ſecundarii rivi eandem quam primarii puritatem habeant.

Neque tamen hæc a me ita dicuntur, quaſi harum duntaxat gentium legibus dare locum oporteat. Inveniemus enim apud alias etiam minus celebres nationes, leges nonnullas quas admiremur atque celebremus digniſſimas. Ex quibus eſt illa Phrygum, ut ſiquis aratorem bovem occidiſſet, aut inſtrumentum aliquod eorum quæ agriculturæ uſui ſunt, furatus eſſet, capite plecteretur. Habuerunt quidem certe commendatam & Græci quidam legiſlatores agriculturam, quum aratrum pignori accipi vetuerunt: ſed ita ut prudentia in iis merito deſideretur: quippe qui aratrum quidem pignori accipi vetarent, at eum qui aratro uſurus eſſet, nexum inire permitterent. Quod ſi mihi de quapiam meorum etiam majorum lege mentionem licet facere, nullam, poſt Moſaicam (quæ Deum ipſum autorem habuit, non homines) inveniemus, quæ peregrinos æque commendatos habeat ac Celtica. Hæc enim eum qui peregrinum ſeu extraneum occidiſſet, capite plectebat: at qui civem, duntaxat in exilium pellebat. Quis vero neſcit nullam hodieque nationem eſſe quæ erga peregrinos æque comem ſe oſtendat? quæ ita illis omnia humanitatis officia exhibeat? Niſi forte alicubi civilia bella, ſicut alia quædam majorum noſtrorum præclara inſtituta, ita hoc etiam labefactarunt. Quod ſi totam illorum nomotheſiam haberemus, non dubito quin multa ſicut illi peculiaria, ita etiam maxima laude digna reperirentur: præſertim vero eorum quæ non tam ad τὸ ἀκριβοδίκαιον (quod vulgo juriſconſulti ſtrictum jus appellant) quam ad τὸ ἐπιεικὲς, ſeu τὴν ἐπιείκειαν pertinent. Atque hoc inde colligo quod iſtud ipſum verbum non alia quam noſtra lingua retinuerit. Dicimus enim *Epicaïe.* ſic tamen ut magis uſitatum ſit verbum inde factum *Epicaïzer.*

Verum ad Ægyptiorum leges ut revertar, in quarum nonnullis majorem quam in aliorum legibus puritatem cerni dicebam, fuit quidem illorum nomotheſiæ hoc veluti axioma, puniendum quemque per id eſſe membrum, per quod deliquiſſet: ſed tamen, quum ſervando id axioma, lingua tantum abſcindenda eſſet pejerantibus, videmus lege illorum pœna capitali affici. Hoc quoque & in illis legibus & in quibuſdam aliis earum quæ ad primarios referendæ ſunt rivos, conſiderandum eſt, non eam eſſe in pœnis adverſus delinquentes conſtituendis προσωποληψίαν quæ in ſecundariorum rivorum legibus cernitur: multo tamen ea minor quæ in rivulis (ita enim voco poſtremum Romanorum jus civile) paſſim occurrit: quum non tantum inter liberum & ſervum, inter civem & peregrinum, in ſanciendis pœnis diſcrimen ponatur, ſed ad perſonarum qualitatem varie accommodentur.

Verum lectorem de hoc quoque præmonitum velim, antequam ad legum antiquarum lectionem veniat, quaſdam earum eſſe quæ quum prima fronte abſurdæ videri poſſint, contra, ſi introſpiciantur, optima niti ratione comperientur. Hujus generis eſt ea cujus mentionem feci in iis quæ præfatus ſum meæ editioni oratorum duodecim. Ea nimirum lex qua multo graviore pœna in adulteros animadvertitur qui obſequio & blandiloquentia omnibuſque pellaciæ artibus graſſati fuerint, quam iis qui vim adhibuerint. Hæc certe lex (ut ibi dixi) exemplo nobis eſſe poteſt, primos legiſlatores multarum legum rationes ex philoſophiæ penetralibus depromſiſſe. Adeo ut niſi ei qui legem iſtam tulit συμφιλοσοφῶν in ejus conſideratione velimus, paradoxa loqui viſurus ſit: imo etiam vulgari regulæ contraria, quæ volenti & conſentienti injuriam fieri negat: & modo non à ſenſu communi diſſentire. At quum prodit in medium ratio, quæ illud adulterii crimen non tantum in ipſius uxoris ſed etiam in mariti & liberorum perſona (ſi ita loqui licet) ponderat atque æſtimat: tum vero habemus in quo ſummum illius legiſlatoris judicium ſummamque prudentiam admiremur. Sed quomodo crimen illud (dicet aliquis) in mariti & liberorum perſona æſtimari ais? Quum non ſolum quod fit uxori, ſed in eo quod illi fit, ea quæ marito & liberis infertur injuria conſideranda proponitur. Qui enim honeſtæ matronæ vim intulit, nequaquam ejus animum a marito & liberis alienavit, & debitum illis amorem ad ſe traduxit, ſed contra illam adverſus ſe ipſum ita efferavit, ut quæ Naſo, poſt Euripidem, de furore illius mulieris canit, quæ ſui lecti pellicem deprehenderit, multo juſtius huic tribui, unius hemiſtichii mutatione poſſint. Contra vero, qui hoc ab aliqua matrona eblanditus eſt, non autem vim flagitio adhibuit, ſic ejus animum tranſverſum rapuit, ut illa ipſum, quem inexpiabili odio proſequi debebat, ſummo amore complectatur: maritum & liberos, quos amabat antea, (ſicut & à natura ipſa id facere jubebatur) cane pejus & angue oderit: hos pauperet, bona his ſuffurans quibus illum locupletet: tandem etiam fortaſſe in mariti necem una cum adultero conjuret. Vide autem (obſecro) quantus ſit celeberrimi ſcriptoris Xenophontis cum noſtro legiſlatore conſenſus, in Hierone, ſive Tyrannico. *Ne urbes quidem ignorant* (inquit) *amicitiam maximum ſuaviſſimumque bonum hominibus eſſe. In multis ſiquidem impune adulteros occidere lex permittit: ideo nimirum quod eos uxorum erga maritos amicitiæ corruptores eſſe judicent. Alioqui enim ſi contingat ut mulier caſu quopiam opus veneris faciat, in nihilo minori apud maritum eſt honore, ſi modo amicitiam manere intemeratam exiſtimet.* Quis, poſtquam hæc perpenderit, legem illam quæ primo aſpectu abſurda & ridicula habita fuiſſet, niti optima ratione, vel potius optimis rationibus, non fateatur? Sed paucis etiam, ab eo qui legis illius patrocinium ſuſceperit, reſponderi ita poteſt: Qui vim infert mulieri, corpus duntaxat corrumpit: at qui hoc ab illa ſine ulla vi impetrat, non tantum corporis, ſed animi quoque eſt corruptor. Romana quidem certe nomotheſia hujus quoque ſtupri (nam ita vocat) cui vis adhibita non fuit, mentionem facit: ſed rem non perinde examinans. *Eadem lege Julia* (inquit Juſtinianus) *etiam ſtupri flagitium punitur, quum quis ſine vi vel virginem vel viduam honeſte viventem ſtupraverit.* Dubium tamen non eſt quin illam quam dixi animi muliebris corruptelam ab adultero factam, gravi ſupplicio dignam exiſtimaturi fuerint qui eum a quo vel ſervi animus corruptus eſſet, non impune id ferre voluerunt. Ita enim Imp. Alexander, L. 4. Cod. De furtis & ſervo corrupto, *Adverſus eum duntaxat quem ſervum tuum ſollicitaſſe dicis, ſi eum deterioris animi fecit, ſervi corrupti agere potes.* At vero Ægyptii ſtuprum cui vis adhibita non eſſet, ſeverius in muliere quæ ſui poteſtatem feciſſet, quam in viro qui ea poteſtate uſus eſſet, vindicabant. Nam virum quidem verberari uſque ad mille plagas, ſed mulieri naſum abſcindi jubebant. Ejus autem qui vim intuliſſet, pœna erat amputatio virilium.

Ad abſurdas autem & ridiculas leges quod attinet, (ut certe quædam non videntur duntaxat tales, ſed re vera ſunt) ab eo populo qui abſurdam aliqua de re tulit legem, ad eum qui rationi conſentaneam eadem de re tulerit, confugere poſſumus.

Sic

Digitized by Google

Sic ad furtum quod attinet ab Ægyptiis ad alios confugiemus: quoniam nugatoriam de eo legem tulerunt: & quidem ejuſmodi ut potius ad invitandum & fovendum quam ad arcendum furtum faceret. Volebat enim, eos qui furandi artem exercere vellent, apud ἀρχιφῶρα, q. d. archifurem (id eſt furum primarium, ſeu principem: vel furum præfectum) nomen ſuum deſcribere, & furtum ad eum eveſtigio portare: eoſque itidem quibus aliquid furto ablatum erat, apud illum furum principem unumquodque eorum quod amiſiſſent, nec non locum, diem & horam ſcribere: ut hac ratione invento facile furto, is qui hanc rem amiſiſſet, data pretii quarta parte eam recuperaret. In ea itidem urbe quæ mihi patria eſt (de Pariſiis loquor) eſſe quendam ἀρχιφῶρα, vulgo notum, & multa ejus auxilio recuperari, inficias ire nolim: ſed is per conniventiam duntaxat (ut ita dicam) toleratur. Quam tamen conniventiam nihilo magis probare poſſum, quam rationem quæ ab Ægyptio legislatore afferebatur. Se enim id permittere dicebat, quoniam quum omnium animi à furto avocari atque averti non poſſent, ſatius foret, quicquid amiſſum fuiſſet recuperari, parvo redemptum pretio. Ut autem ridicula erat hæc legiſlatoris Ægyptii indulgentia (nam quo alio nomine id appellem?) ita nimium ſeveram Græcus adverſum fures legem tulerat: quum furem cujuſcunque modi furti capite plecti juberet: etiam eum qui olera tantum aut arboris alicujus fructus ſubripuiſſet. Sed hujus vetuſtiſſimi legiſlatoris, cui nomen erat Draconi, ſeveritas a ſuis etiam, tanquam nimia, damnata fuit, quam notans Demades, eum non atramento ſed ſanguine leges ſuas ſcripſiſſe ajebat. Ac certe Stoicam dementiam videri poterat lex illa olere, quam ſimul & Draconem taxans Horatius, dixit,

Nec vincet ratio hoc, tantundem ut peccet idemque,
Qui teneros caules alieni fregerit horti,
Et qui nocturnus divum ſacra legerit, adſit
Regula, peccatis quæ pœnas irroget æquas:
Nec ſcutica dignum, horribili ſectere flagello.

Plato tamen inter magna & parva eodem tollit modo diſcrimen: ſed non itidem capitalem adverſus illa pœnam ſanciens. *Ad fures autem quod attinet*, (inquit) *ſive rem magnam ſive parvam furentur una lex adverſus omnes atque pœna ſtatuta ſit. Quod enim furto ablatum fuerit*, &c. Nam quæ ſequuntur, in hoc libello habes, pag. 78. ubi ultima legis verba illi vulgari dicto aſſentiri videntur. *Qui non habet in ære, luat in corpore.* Cui loco diſcrimen illud (ut dixi) tollenti, aſſentitur alius: ſed de furto loquens rei alicujus quæ ſit publica. Ratio tamen quam ſubjungit, non magis adverſus furtum rei alicujus publicæ (quod peculatum vocant, ac præſertim ubi de publica pecunia agitur) quam adverſus eum qui rem quampiam privatam ſit furatus, habere locum poteſt. *Nam qui rem parvam furatur* (inquit) *eadem cupiditate quidem, ſed minore furandi facultate furatur.* Quemadmodum autem primæ Græcorum leges, aut ſaltem primis proximæ, quas nimirum Draco tulit, nimis graves in quædam delicta pœnas ſtatuiſſe judicatæ ſunt: ita etiam primæ Romanorum, quas decemviri compoſuerunt, inque XII. tabulis conſcripſerunt. Quamobrem quod illis, idem & pleriſque harum contigit, propter nimiam acerbitatem (poſteritatis quidem certe judicio) ut ſi non decreto publico, at tacito populi conſenſu obliterarentur. Verum inter illas decemvirales, nonnullæ viciſſim nimium ſe molles in vindicandis quibuſdam delictis oſtendebant. Cujuſmodi eſt hæc, quam eo nomine Phavorinus apud A. Gellium exagitat, SI INJURIAM ALTERI FAXIT, XXV ÆRIS POENÆ SUNTO. *Quis enim erit tam inops*, inquit, *quem ab injuria facienda* XXV. *aſſes deterreant?* Atque id cujuſdam L. Neratii exemplo ibi confirmatur: cui quum voluptati eſſet, os hominis liberi manus ſuæ palma verberare, ſervum pone habebat, crumenam plenam aſſium portantem: & quemcunque depalmaverat, huic ſtatim ſervum ſuum, ſecundum XII. Tabulas, quinque & viginti aſſes numerare jubebat. Verum id de leviori tantum injuria intelligebatur: quum etiam talionem pleriſque impoſuerint. Sed hunc quoque ille exagitat, ut cujus juſta executio in quibuſdam ne procedere quidem poſſet.

Illa decemviralis nomothesia furem manifeſtum ei cui furtum factum erat, in ſervitutem tradebat, nocturnum autem furem jus occidendi tribuebat. Servius quoque in quemdam Virgilii locum, capitale apud majores fuiſſe furtum tradit: ſed poſtea pœnam quadrupli fuiſſe illi impoſitam. Paulatim vero etiam quadrupli pœna minuta fuit, & in dupli pœnam converſa. Sed & exilio mulctatos fuiſſe quoſdam teſtatur Oroſius. *Furtum ne leges quidem niſi mulcta pecuniaria, vel, ad ſummum, exilii, circa quemlibet hominum, vindicandum cenſuerunt.* Juſtinianus tandem ſuam & pœnæ furum, ſicut & aliorum quorundam maleficorum, moderatio-

nem adhibuit. Mirum tamen videri poſſit, creſcente hoc maleficio pœnam ejus decreviſſe. Potius enim rationi conſentaneum videtur eſſe, ut quo frequentius eſt aliquod maleficium, eo gravius ſupplicium illi, deterrendi cauſa, imponatur. Atque adeo Ulpianus, L. 1. De Abigeis, *Abigei* (inquit) *quum duriſſime puniuntur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſime non ubique, ſed ubi frequentius eſt id genus maleficii.* Verum hoc non video cur non & in quovis furti genere locum habere debeat, ut quo eſt in loco frequentius, in eo durius etiam puniatur. Jam vero, quod de loco, cur non & de tempore dicetur? Sed major quæſtio oritur, qui factum ſit ut omni ætate, & in omni propemodum natione, parvi ſures potius quam magni affecti ſupplicio fuerint. Nam ad Græcos quidem quod attinet, legimus, Democratem dixiſſe furi cuidam quem ab Undecimviris abduci videbat. *Cur, o miſer, parva furatus es, ac non potius magna: ut tu quoque alios abduceres?* Apud Romanos audimus M. Catonem quadam in oratione dicentem, *Fures privatorum furtorum in nervo atque in compedibus ætatem agunt: fures publici, in purpura.* Apud noſtrates autem fidem ejus rei facit vulgare proverbium. *Les gros larrons menent les petits au gibet.* Vel, *Les grands larrons*, nam utroque modo dicitur. Sed cur quæſtionem hac de re oriri dixi? Imo vero in promptu ratio eſt, ex legiſlatore ſive Solone, ſive Zaleuco (utrique enim tribuitur) *Leges, aranearum telis ſunt ſimiles. Sicut in illas ſi muſca aut culex inciderit, extricare ſe non poteſt: ſin veſpa, aut apis, diſrupta tela avolat: Ita ſi in leges pauper inciderit, detinetur: ſin dives, aut eloquens perruptis illis elabitur.*

Aliud igitur quærendum eſſet: an qui magna illa furta committunt, non gravius quam qui parva, puniendi eſſent. Haud certe majore pœna eſſent afficiendi, ſi eam quam ante attuli Platonis ſententiam ſequi vellemus. Si enim eadem pœna ſtatuenda eſt, ſive quis rem magnam, ſive parvam furetur (ut quod de furto publicæ alicujus rei dicit, latius extendatur) ei qui magnum furtum committit, haud gravior imponenda pœna fuerit quam ei qui parvum. Sed Chriſtianorum leges rationem eam quæ redditur nequaquam admittunt, atque adeo minime diſcrimen illud tollunt. Neque enim noſtri legiſlatores ita de furantibus judicarunt, ut quiſquis in animum inducit rem exiguam furari, idem & ad rei precioſæ furtum ſit animum adjecturus, ac tandem etiam obfirmaturus. Et puniunt quidem furtum noſtræ illæ leges interdum mitius, interdum ſeverius: plerumque virgarum aut flagelli verberibus, ſed & ſuſpendio nonnumquam: veluti quum magnum eſt furtum, aut quum domeſticum, aut non primum, ſed ſecundum jam aut tertium eſt. Aliquando & reverentiæ quæ ei in quem admiſſum fuit, debebatur, haberi ratio ſolet: aut etiam reverentiæ debitæ loco in quo factum eſt. Ut videmus, multos Pariſiis quum in baſilica forenſi furtum admiſiſſent, adhuc delicto propemodum flagrante ſuſpenſos fuiſſe. Verum ætatis præſertim ratio ea in re ſolet à Gallis baberi. Quam tamen fateor olim non habuiſſe quendam noſtratem judicem: quod fecit ut ejus ſeveritas in proverbium abierit. Ejus enim bæc erat perpetua cantilena: de ſene quidem, Suſpendite, ſuſpendite: alia multa furta commiſit. De juvene autem, aut etiam puero, Suſpendite, ſuſpendite: alia multa committet. Sed majorem gratiam Gallica ejus verba habent, *Pendez, pendez: il en a bien fait d'autres.* Et *Pendez, pendez: il en fera bien d'autres.* Sed tu Draco, aut Draconiſta ſaltem, nullumne Dei miſericordiæ ſimul & potentiæ relinquendum locum putas? Si ſenem, & quidem jam decrepitum miſeratus, ejus mutare animum poteſt: pueri animum, qui ad omnia velut cereus eſt, mutare non poterit? Certe & in illis adeo ſeveris XII. Tab. legibus, alicubi ætatis rationem, in conſtituenda pœna, videmus haberi. Ulpianus non ætatis ſolum, ſed aliorum etiam multorum rationem vult haberi in ſtatuenda ſacrilegii pœna, L. 6. D. ad legem Jul. pecul. & de ſacrilegiis. Sic etiam Adrianus imp. L. 2. D. De termino moto. Sed interim, ex tanta judicis illius ſeveritate cave colligas lector, plures olim in Gallia furto, quam nunc, deditos fuiſſe: quum hiſtorici contra narrent, majores noſtros, aut certe majorum noſtrorum majores, ſuarum januarum fores claudere ſolitos non fuiſſe. τὰς δὲ θύρας τῶν οἰκιῶν οὐδέποτε κλείουσι, inquit Nicolaus Damaſcenus. Quod quidem nullos tum apud Celtas fuiſſe fures, aperte teſtatur. Et majus certe eſt apertis domibus ipſis vivere, quam quod à Juvenali de ſeculi aurei bominibus dicitur, eos apertis bortis vixiſſe. Fateor tamen laudem illam nobis cum Æthiopibus eſſe communem, eodem Nicolao teſte. Scribit enim eorum domos ne habuiſſe quidem ullas fores. Niſi forte major etiam quam noſtra dici hæc laus debet. Addit ſane, neminem furari ſolitum fuiſſe, quamvis multa in viis jacerent. Quam vero mirum eſt, quibuſdam in locis nullas adverſum fures fuiſſe ſtatuendas leges, quia nulli eſſent, tam mirari debemus, fuiſſe ullos homines adeo parum homines ut furta ſuis permitterent, perverſo cujuſdam legiſlatoris judicio judicium ſuum mancipantes. Qui autem furta, etiam adulteria

illis

illis permiſerunt: ſicut adulteria quoque furtorum nomine a poetis appellantur. Eodem certe modo & in aliis quibuſdam legibus nonnulli legiſlatores excipi potuiſſent, (nam, exempli gratia, non vult Solon filium teneri patrem alere, ſi nullam ab eo artem doctus fuerit: & filiæ alicubi eos alere cogebantur, filii non item) verum hujuſmodi exceptionibua (quæ non magis antinomiæ quam manifeſtæ anomiæ ſunt) chartas inquinare puduit. Nam perinde me facere exiſtimaſſem acſi medicus naturam mellis deſcribere volens, dulcedinem illi ſine exceptione tribuere non auderet: quod iis qui ictero laborant, amarum eſſe videatur.

Sicut vero in aliis nomotheſiis, ita & in Platonica prudentiam interdum deſiderari conſtat. Sed hic tamen quædam ſibi peculiaria habet, in quibus

Οἷος πέπνυται· τοὶ δὲ σκιαὶ ἀΐσσουσι

Cujuſmodi eſt lex quam fert adverſus eos qui ſibi mortem conſciſcunt. Qui tamen & a Pythagora damnati fuerunt. *Vetat Pythagoras* (inquit Cic. in Catone majore) *injuſſu imperatoris, id eſt Dei, de præſidio & ſtatione vitæ decedere.* •At Senecæ, quem in aliis pleriſque ſolum inter ethnicos ſapere cenſemus, nunquam hoc nec Plato perſuadere potuiſſent.

Ne igitur vel Platoni vel cuiquam aliorum legiſlatorum fiat injuria, inſignia cujuſque & magis convenientia politicæ Dei nomotheſiæ (veræ nomotheſiarum omnium normæ) νομοθετήματα, nos Chriſtiani ab alta religionis noſtræ ſpecula (unde illos fluctuantes alioqui circa pleraque cernimus) pauliſper contemplemur: in memoriam revocantes quæ Paulus Apoſtolus de gentibus dicit, eas Legem non habentes (illam nimirum divinam Legem, a Moſe traditam) Legis opus in cordibus ſuis ſcriptum oſtendere, una teſtimonium reddente ipſorum conſcientia. Sic profecto videmus Alexandri Severi conſcientiam teſtimonium perhibuiſſe de veritate cujuſdam apud Chriſtianos celebris dicti. Hæc enim de illo Ælius Lampridius ſcribit. *Siquis de via in alicujus poſſeſſionem deflexiſſet, pro qualitate loci aut fuſtibus ſubjiciebatur, in conſpectu ejus; aut virgis, aut condemnationi. Aut, ſi hæc omnia tranſiret dignitas hominis, graviſſimis contumeliis: quum diceret, Viſne hoc in agro tuo fieri quod alteri facis?* Quod quum diceret, ſimul ejus conſcientia illi Chriſtianorum dicto teſtimonium reddebat. Subjungit enim Lampridius, *Clamabatque ſæpius quod a quibuſdam ſive Judæis ſive Chriſtianis audierat, & tenebat: idque per præconem, quum aliquem emendaret, dici jubebat,* QUOD TIBI NON VIS, ALTERI NE FECERIS. *Quam ſententiam uſque adeo dilexit, ut & in palatio & in publicis operibus perſcribi juberet.* Et jure quidem optimo ſententiam illam tanti imperator ille faciebat. Nam, ut Lactantius ſcribit, lib. 6. de vero cultu, *Fere in hoc juſtitiæ ſumma conſiſtit, ut non facias alteri quicquid ipſe ab altero pati nolis.* Sed Alexander Severus apud ſuos etiam aliqua ad ſententiam illam accedentia invenire poterat: ex quibus eſt hoc. Ab alio expectes, alteri quod feceris. His autem verbis conſentanea eſt lex talionis, quam ut apud Moſem, ita etiam in Tab. XII. habemus. Hanc ſane legem natura ipſa & conſcientia dictare nobis videntur. Atque ad talionem pertinet etiam quod inter Ægyptios receptum erat, ut qui falſo quempiam accuſaſſet, pœnam ſubiret quæ accuſato ſubeunda erat, ſi convictus fuiſſet. Enimvero non hanc legem tantum, ſed & cæteras, ethnicos ex conſcientia petiiſſe quidam exiſtimant: ut certe nobis quoque illam quæ officii noſtri ſunt dictare ſentimus: adeo ut quendam αὐτοδίδακτον νόμον ἡμῖν ἐν τῷ συνειδότι κεῖσθαι (ut ex Græcis theologis quidam loquutus eſt) negare non poſſimus. Ille autem αὐτοδίδακτος νόμος, eſt ille ipſe qui ab Ariſtotele vocatur κοινὸς νόμος ὁ κατὰ φύσιν. Cum quibus congruit quod dicit eſſe δίκαιον quoddam ἔμψυχον. Huc pertinent & quæ a philoſophis appellantur κοιναὶ ἔννοιαι (vulgo communes notitias dicimus) ſive προλήψεις. Sed hic κοιναὶ ἔννοιαι ſunt intelligendæ quas concipimus de eo quod juſtum, & de eo quod injuſtum, de eo quod honeſtum, deque eo quod turpe eſt. Apud Arrianum ἔμφυτοι ἔννοιαι eadem de re legimus, quæ nobis vice doctoris eſt ad intelligendum juſti & injuſti, honeſti & turpis diſcrimen. De hac lege naturæ quædam præclare a Cicerone ſcripta fuerunt, in libr. De republi. quæ a Lactantio referuntur. Hanc legem idem appellat etiam Jus naturæ: ſed & Jus gentium: interdum & Jus divinum: quin etiam Jus æternum. Cujus poſtremæ appellationis rationem videmus in loco illo qui a Lact. affertur. Nec vero mirandum eſt vocare etiam Jus gentium, quod omnibus propemodum gentibus (quaſdam enim eſſe excipiendas, vel ex iis quæ antea dixi, apparet) inter ſe conveniat de iis quæ natura dictat. Alioqui jus gentium a jure naturæ diſtinguitur etiam in quibuſdam, ab ipſis juriſconſultis. Idem in oratione pro Milone legem vocat non ſcriptam, ſed natam.

Hæc autem quum ita ſint, an cunctas leges in unaquaque gente velut αὐτόχθονας eſſe dicendum eſt? Minime profecto. Nam ipſos etiam Græcos fateri videmus, Solo-

nem ipſum quaſdam e ſuis ab Ægyptiis mutuatum eſſe. Neque tamen negandum eſt, hoc de multis dici poſſe ad quæ conſcientiæ humanæ judicium (non extincto prorſus ne in ethnicis quidem hominibus eo quod Deus illi inſevit lumine) perveni-re poteſt. Sed falli hoc judicium plerunque in variis legibus perſpicimus: & quidem interdum unius legiſlatoris judicium quapiam in re εὐστοχεῖν, alterius autem, ἀστοχεῖν. Cujus rei exempla libellus hic ſuppeditare poterit: in quo etiam videbimus interdum ex multis legiſlatoribus unicum, aliquid quod neceſſarium erat, perſpexiſſe. Quod jure optimo de illa Ægyptii legiſlatoris lege dicetur, quæ eum morte mulctari jubet qui per regionem iter faciens, & hominem interfici aut ei violentiam quampiam inferri videns, non prohibuerit, quum poſſet. Nam lege Cornelia punitur non qui hoc, ſed qui multo minus maleficium non prohibuerit quum poſſet. (quis enim multo minus maleficium eſſe non fateatur, adulterare monetam, quam humanum ſanguinem fundere? etiam ſi plus damni inde quam hinc ſentire poſſit reſpublica?) L. 9. D. De lege Cornelia de falſis. *Lege Cornelia* (inquit Ulpianus) *cavetur, eum qui in aurum vitii quid addiderit, qui argenteos nummos adulterinos conflaverit, falſi crimine teneri. Eadem lege, pœna afficitur etiam is qui quum probibere tale quid poſſet, non probibuit.* Quinetiam videmus, eundem illum legiſlatorem Ægyptium jubere, eum qui ei cui vis fiat, opitulari non poſſit, ſaltem latrones indicare, eamque injuriam judicio perſequi. μηνῦσαί γε πάντως (inquit Diodorus) ὤφειλε τοὺς λῃστάς, καὶ ἐπεξιέναι τὴν παρανομίαν. At Plato quum de cæde hoc non ſanciat, de multo minore delicto ſancit, libro VI. & quidem illo ipſo verbo ἐπεξιέναι utens. ὁ δὲ αἰσθόμενός τε καὶ πυθόμενος, μὴ ἐπεξιὼν, ἐν τοῖς αὐτοῖς ἐνεχέσθω νόμοις. Quin etiam multa ſunt crimina quæ permittit quidem ad magiſtratum deferri, ſed non jubet. Qua in re multo magis providos ac vigilantes ſe oſtenderunt Zaleucus & Charondas, ut in meis Schediaſmatis docui. Atque huc pertinent illa Moſis, Levit. 5. *Quum autem anima peccaverit, id eſt, audierit vocem juramenti, & ipſe ſit teſtis quod aut viderit aut ſciverit, niſi renuntiaverit feret pœnam iniquitatis ſuæ.* Sed multo etiam magis deſiderabit in Platone naturale illud judicium qui leget quam adverſus falſos teſtes tulit legem, adeo ſe lentum ac patientem, remiſſum ac mollem erga illos oſtendit. *Siquis* (inquit) *falſum teſtimonium bis dixiſſe comperiatur, eum nulla lex tertio teſtem eſſe cogat: ſi ter, ne liceat quidem illi teſtimonium dicere. Sin teſtis eſſe audeat, quum ter falſi teſtimonii convictus fuerit, eum cuicumque libebit ad magiſtratum deferat: qui eum conſeſſui judicum tradat. Quod ſi convictus fuerit, morte mulctetur.* Quis talem à Platone legem expectaret? quis hic Platonem in Platone agnoſceret? Primum perjurium non ſolum non punire, ſed etiam ad dicendum teſtimonium poſtea admittere, quid aliud eſt quam perjurio viam aperire, atque ita jurisjurandi religionem ludibrio quodammodo exponere? Nimirum quemadmodum dixit ille, *Veterem ferendo injuriam, invitas novam*, ita hic, vetus ferendo perjurium invitat novum: ac quemadmodum cujuſdam regis Galli more, quum rex de quodam conquereretur qui homicidii veniam petebat, & diceret, Atqui jam tertium homicidium eſt: *Quid ais* (inquid) *domine?* (ita repræſento vocem Gallicam *Sire*, qua eum compellabat) *imo primum duntaxat homicidium perpetravit: tu ſecundum & tertium. Nam ſi primi veniam illi non dediſſet, unicum illud commiſiſſet:* Eodem certe modo legiſlatorem hunc ſecundi ac tertii perjurii reum eſſe, non immerito quiſpiam dixerit. Jam vero & decemviros alicubi dormitaſſe comperiemus, ſi omnes eorum leges attente conſideremus. Imo vero quædam prima etiam fronte tales deprehendentur. Veluti in talionis lege, volunt illi, ab eo etiam qui per imprudentiam membrum aliquod alteri ruperit, injuriam illam retaliari. Atqui (ut objicit Phavorinus quoque apud A. Gellium) quod per imprudentiam factum eſt, retaliari per imprudentiam debet. Ictus quippe fortuitus & conſultus non cadunt ſub ejuſdem talionis ſimilitudinem. Quonam igitur modo imprudentem poterit imitari, qui in exequenda talione non licentiæ jus habet, ſed imprudentiæ? Verum & aliud illis legiſlatoribus objici hic poteſt, quod contra naturæ legem & communem ſenſum velint de eo quod quis imprudens fecerit, eaſdem ac ſi prudens ſcienſque feciſſet, pœnas dare: quum potius legiſlatores plerique quod per imprudentiam & fortuito factum fuerit, impunitum omnino ſiverint. Quo magis quædam Hadriani verba miror, (quod pace imperatoriæ majeſtatis dixerim) in reſcripto de termino moto, *Quod ſi per ignorantiam aut fortuito lapides furati ſunt, ſufficiet eos verberibus cædere.* Neque tamen homicidium fortuitum exilio punitum fuiſſe ignoro. Quem morem juriſconſulti ab Homero uſque repetunt, L. 16. §. 8. D. De pœnis: ſed ita ut generalius fortuitorum caſuum atque exilii voluntarii mentio ibi fiat. At vero pœna quæ in animalia bruta quibuſdam legibus eſt conſtituta, minus mira, propter ſimilem Moſis ſanctionem, videri nobis debet: cujus ſanctionis ratio etiam quædam reddita in hoc libello fuit. Verum & quodibidem habes a Dracone in res etiam inanimas

ſancitum,

ſancitum, imitata fertur Toloſatum curia. Quidam enim juriſconſultus ſcribit ſe enſem ibi ſuſpenſum vidiſſe, ejus curiæ decreto anno M. D. XL. 4. Id. Apriles.

SED JAM tempus eſt ad varia ethnicorum legiſlatorum veniendi νομοθετήματα, ut exempla ſint eorum quæ hactenus utranque in partem de illis dixi. Unicuique autem poſt ea quæ in hoc libello ſunt Dei præcepta (ad quæ examinari omnia debent) locum ſuum dabo. Verum te, lector, monitum ſimul volo, eadem me opera redditurum eſſe quorundam quæ ibi dixi rationem, quædam etiam illis adjecturum.

¶ Primum igitur, ad perjurium quod attinet, Ægyptiorum legem majore quam cæteras reverentia nomen Dei proſequi, ideoque palmam illi deberi fatendum eſt: magiſque pura ex illo rivo quam ex aliis multis hauriri ſanctio poteſt, & ad fontis puritatem magis accedens. Perjurium enim Ægyptiis capitale eſſe videmus. Atque hoc eo magis obſervatione & admiratione dignum eſt, quod quum illorum nomotheſiæ hoc eſſet axioma, ut unicuique membrum id per quod deliquiſſet, pœnam pateretur, perjuro amputanda tantum fuiſſe lingua videri poſſet. Hoc igitur Ægyptiacum criminis illius ſupplicium puram quandam ſeveritatem fortaſſis appellare licet: viciſſimque dicere, aliquid turbidæ mollitiei habere illas quæ pœna capitis crimen illud vindicare auſæ non fuerunt.

Atque hanc querelam adverſus illos etiam legiſlatores jacere poſſumus à quibus dictum eſt, *Juriſjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet.* Siquidem Alexandrum imperatorem dicti hujus comprobatorem potius quam autorem eſſe puto. Sed quum perjuris crucem figi ne ille quidem imperator voluerit, verba illa (ſive eorum autor, ſive tantum ſit approbator) multorum juriſconſultorum animis crucem fixerunt: dum, quo in illis reſpiceretur, ſine fine quærerent.

¶ Proximum eſt, primum poſterioris Tabulæ præceptum, quo parentes honorare jubemur: in quo etiam valde purum complures legiſlatores ſuum rivum ſervaſſe, dicere poſſumus. Sed quum in eo de honorandis parentibus agatur, poteram, á genere ad ſpecies veniens, nonnulla proferre quæ ſi a liberis prætermittantur, ſuo parentes honorandi officio defuiſſe dici non ſolum poſſunt, ſed etiam debent. Et tamen (quod mirum eſt) a multis Chriſtianis prætermittuntur: quum pleroſque ex ethnicis (præſertimque priſcis) ea etiam in re ſuo functos fuiſſe officio videamus. Inter illa autem non ultimum locum tenet quod apud Xenophontem legimus, Cyrum nolle Cyaxaris filiam, licet grandi cum dote multiſque muneribus offeratur, niſi ex patris matriſque conſenſu in uxorem ducere. Sic certe jure civili hanc a liberis requiri honeſtatem aut etiam pietatem videmus, ut non ſine conſenſu parentum matrimonium contrahant. Inſtitut. De nuptiis, *Dum tamen, ſi filiifamilias ſunt, conſenſum habeant parentum quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio ſuadet: in tantum ut juſſus parentis præcedere debeat.*

Quod autem ad extenſiones hujus parentum honorationis attinet, in quibus, ſicut & in aliis aliarum legum, ſervata eſt quædam velut analogia, miretur aliquis fortaſſe me de honorandis magiſtratibus & principibus, prius quam de honoratione ſenum generali non dixiſſe. Verum eo reſpexi, quod ſenibus hominibus, patrum, ſenibus fœminis, matrum nomen juniores, quodam naturæ impulſu, dare ſoleant: & quidem in Græca lingua vel maxime: ut multis exemplis in Græcæ linguæ Theſauro oſtendi. Sed & quædam ſunt in Græca lingua voces quæ a nomine quod ſenem ſignificat deductæ, ſenilem ætatem per ſe honorant. Cujuſmodi ſunt πρεσβεύω & πρεσβεῖον. Cæterum iis quæ ad extenſionem illam attuli, poſſit adiici quod de Tarteſſiis legimus: nefas apud illos fuiſſe, adverſus natu majorem teſtimonium dicere.

Potui autem fortaſſis ac debui honorationi illi proximam patriæ honorationem conſtituere, potius quam magiſtratuum: quod hæc nomen ex patris & matris appellatione quodammodo mixtum habeat. Nam quod de Græca voce πατρὶς, idèm & de Latina Patria, dici poteſt. Hæc enim vox à patris appellatione deducta eſt, ſed fœmininam ſaltem terminationem retinendo, in qua ad vocem illam Mater, quæ fœminina eſt, reſpicitur. Quæ tamen ratio neſcio an tam firma judicanda ſit, ut ex ea inferre poſſit aliquis, patriæ tantum honoris deferendum eſſe quantum duabus illis perſonis ſimul: patri, inquam, & matri. Pro quo faceret alioqui hoc Platonis dictum, τὴν πατρίδα θεραπεύειν δεῖ μᾶλλον ἢ μητέρα παῖδας. Id eſt, *Patria magis colenda eſt quam mater a liberis.* Hinc fit ut priori loco mentionem patriæ faciat cum alibi, tum ubi ſcribit nos non nobis ſolum eſſe natos, ſed ortus noſtri partem ſibi patriam vendicare, partem parentes, partem amicos: ut Cicero interpretatur, lib. 1. De off. ſervato eodem ordine. Quem etiam ſervat, in alio ejuſdem libri loco, hæc ſcribens. *Si contentio quædam fiat & comparatio, quibus plurimum tribuendum ſit officii, principes ſint patria & parentes, quorum beneficiis maximis obligati ſumus.* Video tamen, juriſconſultos parentes prius quam patriam nominare. Atque adeo qui-

dam ex veteribus parentes, eſſe nobis ſecundos & velut terrenos quoſdam deos dixerunt.

Sed ne hoc quidem a ratione alienum eſt, magiſtratuum honorationem, ſenum honorationi proximam eſſe: quum olim vix magiſtratus ex aliis quam e ſenibus eligerentur. Atque adeo hinc eſt γερουσία apud Græcos, & apud Latinos Senatus, ad illios Græcæ vocis imitationem facta. Hoc & a Naſone notatur, qui poſtquam dixit,

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat:

duobus verſibus interjectis de juvenibus, addit,

Nec niſi poſt annos patuit tunc curia ſerot,
Nomen & ætatis mite ſenatus habet.

Huc pertinet & Romana Patrum appellatio, & Patrum conſcriptorum, quæ dabatur ſenatoribus. Alioqui patris nomine tam Græci quam Latini bonum etiam regem ſeu alium principem ornabant, aut eum ſaltem quem ſignificare bonum principem volebant. Ἀγαθὸς ἄρχων, inquit Xenophon, οὐδὲν ἀγαθοῦ πατρὸς διαφέρει. Sic Hom. Odyſſ. ι, in principio,

Ἀλλ' οὔτις μέμνηται Ὀδυσσῆος θείοιο
Λαῶν οἷσιν ἄνασσε, πατὴρ δ' ὣς ἤπιος ἦεν.

Sic imperatorem ſuum Romani patrem vocabant, & freqoentius patrem patriæ. Verum, ad magiſtratus ut redeam, poſſit eorum honoratio ad hoc etiam referri ut operam illis noſtram præſtemus adverſus maleficos. Qua de re lege Plat. De leg. lib. 5. pag. 730. meæ editionis.

Legum porro honorationem ſub magiſtratuum honoratione putavi comprehendi: quum leges in perſona magiſtratuum honoremus: quoniam ut populo magiſtratus, ita illis leges præſunt: ut à Cicerone ſcribitur, De leg. lib. 3. Atque adeo legum miniſtros vocare illos poſſumus, ex Platone: qui quidem ſalutem & omnia proſpera illi demum urbi pollicetur in qua leges, magiſtratuum dominæ, magiſtratus autem ſervi ſont legum. Sed νόμον ibi dicit, id eſt Legem, ſingulari utens pro plurali. Sicut & qoum a Cicerone magiſtratus dicitur eſſe lex loquens, lex autem, mutus magiſtratus. Quæ etiam ſententia pro me facit. Fateor alioqui, ſeorſum etiam mentionem νόμων fieri, cum ab aliis, tum a Zaleuco: ubi ſcribit, ὡς μετὰ θεοὺς, καὶ δαίμονας καὶ ἥρωας, γονεῖς τε καὶ νόμοι καὶ ἄρχοντες συνεγγυς εἰσὶ ταῖς τιμαῖς παρ' ἀνθρώποις νοῦν ἔχουσι ἢ σωζομένοις. At Plato De leg. lib. 6. ſervire legibus jubens, non addit, etiam magiſtratibus: Et tamen (nequid diſſimulem) in quodam libri tertii loco, non procul a fine, loquens de iis qui Titanum audaciam imitari velle videntur, quum dixiſſet, μὴ ἐθέλειν τοῖς ἄρχουσι δουλεύειν, paucis interjectis addit, νόμοις ζητεῖν μὴ ὑπηκόοις εἶναι. Qui locus eſt ad quem reſpexit Cicero, De legibus lib. tertio, hæc ſcribens, *Noſter vero Plato Titanum e genere ſtatuit eos qui ut illi cæleſtibus, ſic hi adverſentur magiſtratibus.*

Illa denique parentum honoratio ad dominos etiam, ad præceptores, necnon ad tutores extendi poteſt.

¶ Ad ſecundum ſecundæ tabulæ præceptum quamdam Ægyptiorum habemus legem, quæ vel ſola quam eorum legibus tribui puritatis laudem, multum augere poteſt. De ea loquor hoc libello in titulo extenſionis ad punitionem eorum qui homicidium non prohibuerunt, quum poſſent. Facit enim hæc lex ut dicere poſſimus, quamvis antiqui legiſlatores ſumma cura pariter ac ſeveritate homicidia vindicarint, & nominatim quidem Areopagitæ, ab Ægyptiis tamen ea in re ſuperatos fuiſſe.

Ab iiſdem profecta eſt lex de non necanda muliere, dum eſt gravida. Quæ mihi lex in memoriam revocat aliam (cujus etiam non feci mentionem) de non adimendo lucem nondum eam conſpicatis, quod partum abigere vocatur. Ulp. L. 8. D. Ad legem Corn. de ſicariis & venef. *Si mulierem viſceribus ſuis vim intuliſſe, quo partum abigeret, conſtiterit, eam in exilium præſes provinciæ exiget.* Adverſus quandam quæ hoc ſcelus perpetrarat, valde ſtomachantem & Naſonem audimus. Lactantius tamen (quod miror) ad hoc uſque homicidii genus non pervenit, nec etiam adverſus necantes nondom natos, ſed tantum adverſos necantes recens natos, declamat. *Ergo ne illud quidem* (inquit) *concedi aliquis exiſtimet, ut recenter natos liceat oblidere, quæ vel maxima eſt impietas. Ad vitam enim Deus inſpirat animas, non ad mortem. Verum homines (ne quod ſit facinus quo manus ſuas non polluant) rudibus adhuc &*

ſimplicibus

ſimplicibus animis abnegant lucem non à ſe datam. Paucis interjectis declamat & adverſum eos qui exponunt. *Quid illi quos falſa pietas cogit exponere? Non poſſunt innocentes exiſtimari qui viſcera ſua in prædam canibus objiciunt, & quantum in ipſis eſt, crudelius necant quam ſi ſtrangulaſſent.* Et tamen ethnici non æque hoc ac duo illa quæ proxime præcedunt damnabant: imo vero plerique ex illis ne damnabant quidem ullo modo. Ac fuiſſe apud ethnicos jam à priſco ſeculo receptum hunc morem, ex variis hiſtoriis & ex nonnullis comicorum locis diſcimus.

Sicut apud Moſem is quoque vocatur homicida qui mortis cauſam præbet, (legimus enim, Levit. cap. 19. *Non ſtabis contra ſanguinem proximi tui.* Quæ ita accipiuntur acſi diceret, Non eris in cauſa cur occidatur proximus tuus) ſic & apud juriſconſultos videmus lege Cornelia teneri & qui necandi voluntatem tantum habuerint. Quæ res tractatur latius in meis Schediaſmatis.

Quemadmodum à Moſe fit ſæpe mentio ejus qui propinquus eſt ſanguinis, quum de vindicanda cæde agitur, etiam cæde involuntaria: ſic à Platone, ejus qui eſt ἐγγύτατα τοῦ γένους: in quo tamen ſignificando aliis etiam verbis utitur. Verum & apud Demoſthenem legimus, orat. in Ariſtocratem, Τί οὖν ὁ νόμος κελεύει; τὸν ἁλόντα ἐπ᾽ ἀκουσίῳ φόνῳ, ἔν τισιν εἰρημένοις χρόνοις ἀπελθεῖν ταχτὴν ὁδὸν, καὶ φεύγειν, ἕως ἂν αἰδέσηταί τινα τῶν ἐν γένει τοῦ πεπονθότος. τηνικαῦτα δ᾽ ἥκειν δέδωκεν, ἔστιν ὃν τρόπον, οὐχ ὃν ἂν τύχῃ ἀλλὰ καὶ θῦσαι καὶ καθαρθῆναι, καὶ ἄλλ᾽ ἄττα διείρηκεν ἃ χρὴ ποιῆσαι. Id eſt (Hier. Wolphio Interprete) *Quid igitur lex jubet? fortuitæ cædis damnatum, ad certum tempus certo quopiam intervallo abeſſe & exulare: dum aliquem e perempti familia exorarit. Tum vero redire conceſſit, certo quodam ritu, non fortuito, aut temere; ſed & rem divinam facere & expiari, & alia quædam ordine & diligenter ſancita, præſtare lex juſſit.*

Illam autem legem quam Platoni peculiarem & ſumma laude dignam eſſe dixi; adverſus eum qui mortem ſibi conſciſcit, habemus (ſed minus generalem quam quæ a me poſt Ciceronem ex eo allata fuit) libro De leg. nono.

¶ Hæc adverſus adulterium & omnem illicitam libidinem addenda ex Charondæ legibus fuerunt, Γυναῖκα δὲ τὴν κατὰ νόμους ἕκαστος στεργέτω, καὶ ἐκ ταύτης τεκνοποιείσθω, εἰς ἄλλο δὲ μηδὲν προϊέσθω τέκνων τῶν αὑτοῦ σπορὰν μηδὲ τὸ φύσει καὶ νόμῳ τίμιον, ἀνόμως ἀναλισκέτω, καὶ ὑβριζέτω. ἡ γὰρ φύσις τεκνοποιΐας ἕνεκα, οὐκ ἀκολασίας, ἐποίησε τὴν σποράν. Cæterum ſub lege adulterium prohibente (de qua nunc agitur) aliquis fortaſſe extenſionem & adverſus polygamiam, aliamque adverſus divortium, habere locum exiſtimaſſet: quas tamen extenſiones, quum mihi in mentem venirent, conſulto prætermiſi.

¶ Legis etiam furtum vetantis extenſiones aliquot addi poſſe quiſpiam exiſtimet: cui ego de nonnullis non refragabor, de quibus ille forſitan haud cogitaſſet. Primum autem locum accipiet extenſio à furto depoſiti pecuniarum ad furtum depoſitæ alicujus auribus rei ſecretæ. Quæ tamen extenſio quum timerem ne longius petita videretur, cæteris à me adjecta non fuit: ſed poſtea & Græci & Latini poetæ ſum recordatus, quorum autoritate tueri me poſſem. Ita enim Anaxandrides.

Ὅστις λόγους τοῦ συγκαλαλοῦντος ὡς λαβὼν,
Ἐξεῖπεν, ἄδικός ἐστιν, ἢ ἀκρατὴς ἄγαν.
Ὁ μὲν διὰ κέρδος, ἄδικος· ὁ δὲ τοῦτο δίχα,
Ἀκρατής. ἴσως δέ γ᾽ ἐστὶν ἀμφότερα κακά.

Ita etiam Horatius commiſſa fidei dixit, de ſecreto alicujus auribus commiſſo, tanquam de depoſito loquens,

—— *Quid faciam ſi furtum fecerit? aut ſi*
Prodiderit commiſſa fide, ſponſumve negarit?

Nam *fide* hic pro fidei dictum eſt.

Non immerito autem extendi & adverſus eos qui famam alterius lædunt; ſive calumniando clam, ſive aperte accuſando, ſed falſo: quoniam ſuam illi famam quantum in ſe eſt detrahunt. Adeo ut etiam Detrahere hoc ipſum vocetur. Sed calumniam alia item ratione poſſumus ad hanc extenſionem referre: quod videlicet amicitiam furetur. Hippias quidem certe apud Plutarchum mihi aſſentitur, qui miratur nullum adverſus calumniam eſſe ſtatutum ſupplicium, ſicut adverſus fures: quum tamen amicitiam, quæ poſſeſſionum eſt omnium præſtantiſſima, furetur. Atque adeo injuriam, licet malefica ſit, juſtiorem eſſe calumnia dicit: quod illa non itidem ſit clandeſtina. Ubi Juſtiorem pro Minus injuſtam, dicit.

¶. *Ne loquaris adverſus prox.* &c. Quum apud Ægyptios perjuri capite plecterentur, & falſi accuſatores eam ſubirent pœnam, quæ a ſe accuſatis, ſi convicti fuiſſent, ſubeunda erat, nulli dubium eſſe poteſt quin eos quoque qui falſum teſti-

 monium

monium dixiſſent, ſevere punirent. Eſt autem obſervandum, quam illi adverſus falſum accuſatorem pœnam ſtatuerant, Moſem adverſus falſum teſtem ſanxiſſe.

Cæterum lege Cornelia non ii ſolum puniebantur qui falſum teſtimonium dixiſſent, & qui ob falſum teſtimonium dicendum pecuniam accepiſſent; verum etiam qui pecuniam illam dediſſent: item a quibus opera data eſſet ut quis falſum indicium profiteretur. Ita enim lego, falſum indicium, non falſum judicium. Vide ſub Titulo Legis Corneliæ in hoc libello, & Tit. 8. Collat. Legg. Moſ. & Rom.

¶ *Ne concupiſcito domum proximi &c.* Ceſſare hic dixi omnes illas præclaras leges e quorum variis capitibus, varia protuleram, quæ ſunt velut rivi ex illis divinis fontibus fluentes. Sperare tamen me, fore ut aliquem ex hoc itidem fonte manantem rivulum invenirem: quod ſi contingeret, me tibi minime celaturum promiſeram. Nunc igitur ſpe non fruſtratus, fidem apud te meam liberabo. Sed mihi fas ſit, ubi tacent legiſlatores, eorum præceptores, tam philoſophos quam poetas, teſtes advocare Incipiam autem a poeta Menandro, apud quem adhortas quidam alium ad ſervandam ſtrictam juſtitiæ regulam, dicit,

—— μηδὲ βελόνης
Ὦ φίλτατ' ἐπιθυμήσῃς ἀλλοτρίας ποτέ.

Id eſt,

—— *vel fibulam*
Alienam amice parce concupiſcere.

Sed & apud Philemonem prohiberi concupiſcentiam videmus, primum quidem alienæ uxoris, vel domus, vel alienorum bonorum, vel alieni pueri, aut puellæ: deinde vero & ipſum ad βελόνην uſque deſcendere. Quod vocabulum proprie acum ſignificare, ut περόνην, fibulam, neſcius non fui: ſed nec, quid ſibi in hujuſmodi locis permittere interpretes poſſint, ignoravi.

Ex ethnicis quoque philoſophis nonnullos ad refrænandam concupiſcentiam hortatos eſſe nos comperio, cum alia proponentes, tum vero hoc, juſtitiæ ſummam eſſe, res alienas non concupiſcere. δικαιοσύνης ὅρον εἶναι, τὸ μὴ ἀλλοτρίων ἐπιθυμεῖν. Atque adeo Ariſtidem, (quem juſtum, nimium certe fragilitatis humanæ immemores, vocabant) interrogatum quid eſſet juſtitia, reſpondiſſe ferunt. Aliena non appetere. Quidam tamen philoſophus nomine Hierax, Aliena non concupiſcere, dicere voluit eſſe δικαιοσύνης ὅρον, ſed tantum εὐτύχημα περὶ ὅ τι τῶν παθῶν. Intelligens, ut opinor, id πάθος quod vocant τὸ ἐπιθυμητικόν. Sic enim & Ariſtoteles ἀκολασίαν eſſe dicit κακίαν τοῦ ἐπιθυμητικοῦ. Quod & ipſum ad hunc ſermonem pertinet, (præſertimque ad hæc illius præcepti verba, Ne concupiſcito uxorem proximi tui) includitque quodammodo hæc quæ a Lactantio pulchre dicuntur: mentem eſſe quæ peccat, quæ immoderatæ libidinis fructum cogitatione complectitur. In hac crimen eſſe, in hac omne delictum. Nam etſi corpus nulla ſit labe maculatum, non conſtat tamen pudicitiæ ratio, ſi animus inceſtus eſt, nec illibata caſtitas videri poteſt ubi conſcientiam cupiditas inquinavit. Quantum autem ad eam concupiſcentiam attinet quæ movet atque impellit ad furtum, legimus apud A. Gellium. *Sed meminiſſe debemus, ſecundum ea quæ ſupra ſcripſi, furtum ſine ulla quoque attrectatione fieri poſſe, ſola mente atque animo ut furtum fiat annitente.* Quæ videtur ex quorundam juriſconſultorum verbis colligere: quum tamen his illorum vulgus repugnet, furtum ſine contrectatione atque ſolo animo committi negantium, L. 3. §. 18. D. De acquir. vel amitt. poſſ.

Cætera vel ad hunc iſtius libelli locum vel ad alios pertinentia ſuppeditabunt tibi mea Schediaſmata. Vale.

HENRICI

HENRICI STEPHANI
JURIS CIVILIS
FONTES ET RIVI.

DEUTER. VI. & X.

Dominum Deum tuum timebis, & illi ſervies: illi adhærebis, jurabiſque in nomine illius.

EX ZALEUCI LEGUM
PROŒMIO.

Τὺς κατοικῦντας τὴν πόλιν καὶ τὴν χώραν πάντας, πρῶτον πεπεῖσθαι χρὴ καὶ νομίζειν θεὺς εἶναι, ἀναβλέποντας ἐς οὐρανὸν καὶ τὸν κόσμον, καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς διακόσμησιν καὶ τάξιν. οὐ γὰρ τύχης οὐδ᾽ ἀνθρώπων εἶναι δημιουργήματα. σέβεσθαι δὲ τούτους καὶ τιμᾶν, ὡς αἰτίους ὄντας ἁπάντων ἡμῖν ἀγαθῶν.

ID EST,

Omnibus urbis regioniſque incolis ante omnia perſuaſum eſſe oportet, Deos eſſe, oculos in cælum mundumque, & omnem quæ in illis eſt gubernationem atque ordinationem, attollentibus. Non enim fortunam neque homines eſſe harum rerum opifices. Colere autem Deos & honore proſequi, ut omnium nobis bonorum autores.

EX LEGIBUS TAB. XII.

Ad Divos adeunto caſte: pietatem adhibento, opes amovento. Qui ſecus faxit, Deus ipſe vindex erit.

CICERONIS EXPOSITIO.

Caſte jubet lex adire ad Deos, animo videlicet, in quo ſunt omnia. Nec tollit caſtimoniam corporis: ſed hoc oportet intelligi, quum multum animus corpori præſtet, obſerveturque ut caſto corpore adeatur, multo eſſe in animis id ſervandum magis. Nam illud vel aſperſione aquæ vel dierum numero tollitur: animi labes nec diuturnitate vaneſcere, nec manibus ullis elui poteſt.

Quod autem pietatem adhiberi, opes amoveri jubet: ſignificat, probitatem gratam eſſe Deo, ſumptum eſſe removendum. Quid eſt enim, quum paupertatem divitiis, etiam inter homines eſſe æqualem velimus, cur eam ſumtu ad ſacra adhibito, Deorum aditu arceamus? præſertim quum ipſi Deo nihil minus gratum futurum ſit, quam non omnibus patere ad ſe placandum & colendum viam.

Quod autem non judex, ſed Deus ipſe, vindex conſtituitur, præſentis pœnæ metu religio confirmari videtur.

LEgiſlatores, aliique profani Scriptores, cultum Divinum præcipientes, modo Deorum modo Dei mentionem fecerunt. Nam apud Græcos, ſicut τοὺς θεοὺς, ita etiam τὸ θεῖον (aliquando & τὸν θεὸν) σέβεσθαι, ſeu τιμᾶν, aut θεραπεύειν legimus: apud Latinos, interdum Deos, aut numina, nonnunquam Deum, vel numen, colere, ſeu venerari: interdum & honorare, ſeu honore proſequi. Reſpondet autem magis Latino colere, θεραπεύειν: verbo Honorare, τιμᾶν: tertii verbi, Venerari, vim habere exiſtimatur σέβεσθαι: quod Plato erga Deos ſtatuens, ibidem τὸ αἰδεῖσθαι, erga homines ſtatuit: De legibus lib. XI. οὔτε ἀνθρώπους αἰδούμενος, οὔτε θεοὺς σεβόμενος. At vero quæ apud Græcos Teſtamenti veteris interpretes leguntur, προσκυνεῖν τὸν Θεὸν, & λατρεύειν τῷ Θεῷ, ſunt potius Eccleſiaſtica: ſicut & δουλεύειν. Illa duo priora extant Matth. cap. 4. Κύριον τὸν Θεόν σου προσκυνήσεις, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Id eſt, *Dominum Deum tuum adorabis, & illi ſoli ſervies.* Tertium habemus aliquoties apud Paulum Apoſtolum. ut epiſt. 1. ad Theſſal. cap. 1. δουλεύειν Θεῷ ζῶντι καὶ ἀληθινῷ. Et ad Gal. cap. 4. Ἀλλὰ τότε μὲν οὐκ εἰδότες Θεὸν, ἐδουλεύσατε τοῖς μὴ φύσει οὖσι θεοῖς. Horum tamen omnium verborum unum duntaxat habemus in illo Deuteronomii loco qui huc allatus eſt. Utrobique enim verbo φοβηθήσῃ additum eſt λατρεύσεις. legitur enim, Κύριον τὸν Θεόν σου φοβηθήσῃ, καὶ αὐτῷ μόνῳ λατρεύσεις. Quum paulo ante dictum fuiſſet, Ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου. id eſt, Amabis.

Quod autem illa XII. Tab. Lex vocat Pietatem, Cicero Pium cultum appellare videtur, De nat. Deor. Lib. I. quum dicit religionem cultu pio Deorum contineri. Ac videtur huic pio cultui ſignificatio quædam ineſſe reverentiæ cum amore conjunctæ. Eſſe quidem certe in cultu poſitam pietatem, vel ex ipſo Cicerone liquet. Nam De nat.

Deor. libro I. poſtquam dixit, loquens de Diis. *At eſt eorum eximia quædam præſtansque natura, ut ea debeat, ipſa per ſe, ad ſe colendam elicere ſapientem*: paucis verbis interjectis, ſubjungit, *Quæ porro pietas ei debetur, à quo nihil acceperis? aut quid omnino, cujus nullum meritum ſit, ei deberi poteſt?* Quibus addit, *Eſt enim pietas, juſtitia adverſum Deos.* Ibidem, *Sanctitas autem, eſt ſcientia colendorum Deorum.* Has igitur duas voces alicubi jungit, tertiam quoque addens, Religionem: eodem nimirum Libro, *Pietas, ſanctitas, religio, pure & caſte Deo tribuendæ ſunt.* Atque ut hic pietatem cum ſanctitate copulat, ſic alibi pie & ſancte: eodem libro, *Et pie ſancteque colimus naturam excellentem.* Alibi, *Deos auguſte ſancteque venerari* dixit.

Græci pro pietate erga Deum, εὐσέβειαν dicunt: pro pietate, inquam, erga Deum, vel erga Deos. Ethnicos enim utriuſque linguæ ſcriptores modo unius modo plurium mentionem facere dixi. Quum tamen Latini non ſolum dicant Numen, ſed etiam Numina, Græci τὸ θεῖον quidem (quod illius vocis Numen vim habere exiſtimatur) dicunt: at τὰ θεῖα, non item.

Porro illi Zaleuci Legiſlatoris proœmio adſtipulantur cum alii Ciceronis loci, tum hic in quo illa numinis appellatione utitur, & quidem cum honorificentiſſima adjectione, De natura Deorum, Lib. 2. non procul à principio, *Quid enim eſſe poteſt tam apertum, tamque perſpicuum, quum cælum ſuſpeximus cæleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur?* Et tamen poſtea de eadem re loquens, non jam numinis, aut Dei, ſed Deorum mentionem facit. *An vero* (inquit) *ſi domum magnam pulchramque videris, non poſſis adduci ut, etiamſi dominum non videas, muribus illam & muſtelis ædificatam putes? tantum vero ornatum mundi, tantam varietatem pulchritudinemque rerum cæleſtium, tantam vim & magnitudinem maris atque terrarum, ſi tuum ac non Deorum immortalium domicilium putes, nonne plane deſipere videare?* Et tamen ille ipſe in iis quæ ſententiam hanc proxime præcedunt verbis, ita ſuam concluſerat argumentationem, ut diceret, *Eſt igitur profecto Deus*: non autem. Sunt igitur profecto Dii. Sic etiam quum ſæpe Plato ipſe τὸ θεῖον dicat (perinde ac ſi Latine dicas Numen) quum τὸν θεὸν & ποιητὴν & πατέρα τοῦ παντὸς agnoſcat, vocans etiam ſæpe τὸν δημιουργόν: tamen τῶν θεῶν etiam mentionem plerumque facientem audimus.

Eodem fluctuantes modo cæteros omnes ethnicos ſcriptores nos Chriſtiani tanquam ab alta quadam ſpecula conſpicamur. Qui tamen alicubi veritatis ipſius vi adacti turbam illam Deorum, uni, quaſi ſummo & in illos omnes poteſtatem habenti, atque adeo quaſi illorum genitori ſubjecerunt. Unde illa,

—— πατὴρ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.
item,
—— ἄναξ ἀνδρῶν τε θεῶν τε.

Sed & πατὴρ ſimpliciter, id eſt ſine ulla adjectione, vocatus fuit. Quin etiam ἄναξ, non ſequentibus illis genitivis, ſed tantum præcedente Διὸς nomine. Eodemque Latini Poetæ modo Patrem ac Regem appellarunt. Legimus enim apud eos,

—— *hominum pater atque Deorum.*
item,
O pater, o hominum divumque æterna poteſtas.
nec non,
—— *divum pater, atque hominum rex*

Multo autem ante Ennius illum, *patrem divumque hominumque* appellaverat, vel Cicerone teſte: qui poſtquam dixit, lib. 1. De nat. Deorum. *Quid enim eſſe poteſt tam apertum, tamque perſpicuum, quum cælum ſuſpeximus, cæleſtiaque contemplati ſumus, quam eſſe aliquod numen præſtantiſſimæ mentis, quo hæc regantur?* addit, *Quod ni ita eſſet, qui potuiſſet aſſenſu omnium dicere Ennius,*

Aſpice hoc ſublime candens quem invocant omnes Jovem? Illum vero, & Jovem, & dominatorem rerum, & omnia nutu regentem, &, ut idem Ennius,

—— *patrem divumque hominumque,*

& præſentem ac præpotentem Deum. Quod qui dubitat, haud ſane intelligo cur non idem, ſol ſit, an nullus ſit, dubitare poſſit. Apud eundem, eodem illius operis libro hæc leguntur. *Sed ipſe Jupiter, id eſt, Juvans pater, quem converſis caſibus appellamus à Juvando Jovem, à Poetis Pater divumque hominumque dicitur: à majoribus autem noſtris Optimus, Maximus: & quidem ante Optimus (id eſt, beneficentiſſimus) quam Maximus, quia majus eſt certeque gratius prodeſſe omnibus quam opes omnes habere.* Ad hæc autem quæ ex Cicerone aliiſque attuli epitheta (niſi potius titulos appellare par eſt) cum alia poſſunt addi, tum vero iſtud, *Pater omnipotens.* Quinetiam, non ſolum patrem Deum atque hominum, ſed & patrem Deum, ſine altera adjectione, interdum vero & Patrem ἁπλῶς vocatum fuiſſe ſciendum eſt.

Monarchiam cæleſtem multo etiam locupletioribus quorundam Græcorum teſtimoniis probatam inveniemus, ſi ea conquirere libeat: atque adeo multo purioribus. Habemus enim ex Sophocle.

Εἷς ταῖς ἀληθείαισιν, εἷς ἐστιν θεὸς,
Ὃς οὐρανόν τ' ἔτευξε καὶ γαῖαν μακρὰν,
Πόντου τε χαροπὸν οἶδμα κἀνέμων βίας.

Ex Pythagora item afferuntur hi & admiratione & laude omni majores verſus.

Εἴ τις ἐρεῖ, θεός εἰμι, παρὲξ ἑνὸς, οὗτος ὀφείλει
Κόσμον ἴσον τούτῳ στήσας εἰπεῖν, ἐμὸς οὗτος.

Enimvero, etiamſi unius tantum Dei mentionem ubique facerent, cum quicquam cum Deo quem nos Chriſtiani adoramus, commune habere putandum minime eſſet: nihilo certe magis quam pictus vel ſculptus homo quicquam cum homine vero commune habere dici poteſt. Sicut enim externis coloribus adumbratum quidpiam, res eſt mere inanis, ſic etiam falſum quidvis in mente hominis conceptum, vaniſſimum eſt ſimulachrum, ſeu phantaſma, non res ulla in rerum natura exiſtens. Adeo ut merito majores noſtros Paulus Apoſtolus, quamvis infinitos pene Deos colerent, atque hac ratione dici poſſent πολύθεοι, tamen contra ἀθέους vocare non dubitarit: utpote quorum Dii, (ut ab illis vocabantur) nequaquam Dii eſſent, ſed mera hominum commenta. Legimus certe apud Davidem, Deos gentium, eſſe dæmonia: ſed & apud ipſum Paulum, 1. ad Corinth. cap. 10. *Quæ ſacrificant gentes, dæmoniis, non Deo, ſacrificant.*

Quæ quum ita ſint, ad alios locos ſcriptorum utriuſque linguæ (eorum qui inter profanos numerantur, ſicut & numerari debent) remittere lectorem contenti erimus: quorum probari teſtimonio poterit id ſaltem quod à Paulo Apoſtolo dicitur, de illa Deitatis cognitione, ad quam quum pervenire potuerint, inexcuſabiles redduntur. Atque hoc quum tam vere dictum ſit quam quod veriſſime, multo magis damnandi ſunt qui omnem

Deitatis

Deitatis ſenſum depoſuerunt, aut certe ita vivunt quaſi depoſuerint. Quod ἀθεότητος crimen ac ſcelus plerique etiam populi poſitis publicis legibus vindicarunt. Celebres autem inter ἀθέους fuerunt illi duo, quorum à Cicerone locis aliquot fit mentio, Diagoras & Theodorus. Sed Diagoræ præſertim ἀθεότης divulgata fuit: adeo ut etiam cognomento Atheos diceretur.

Non mirum autem ipſos etiam ethnicos, homines ejuſmodi, tanquam monſtroſâ quadam natura præditos, execratos eſſe: quum teſtetur Cicero nullam gentem eſſe tam immanſuetam & feram quæ non, etiamſi ignoret qualem habere Deum deceat, tamen habendum ſciat.

Exodi xx.

Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum. Nec enim habebit inſontem Dominus eum qui aſſumpſerit nomen Domini Dei ſui fruſtra.

Deuter. v.

Non uſurpabis nomen Domini Dei tui fruſtra. quia non erit impunitus qui ſuper re vana nomen ejus aſſumpſerit.

Levitici autem cap. xix. Perjurare in nomine Domini, vocatur Polluere nomen Domini.

Non perjurabis in nomine meo, nec pollues nomen Dei tui. Ego Dominus.

Ægyptiorum lex.

Perjuri pœna capitis plectuntor.

Diod. Siculus Bibl. Hiſt. lib. 1. ſcribit, apud Ægyptios capitale fuiſſe pejerare: quod perjuri duo maxima committant ſcelera: quum & pietatem in Deos violent, & id quod inter homines potiſſimum ad fidem faciendam robur habet, evertant.

Ex Leg. Tab. xii.

Perjurii pœna divina, exitium: humana, dedecus.

Imp. Alexander,

Cod. De rebus cred. & jurejurando, l. 2.

Jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet.

Ulpianus,

L. Si duo. §. ult. ff. De jurejurando.

Si quis juraverit in re pecuniaria per genium Principis, dare ſe non oportere, & pejeraverit: vel dari ſibi oportere, vel intra certum tempus juraverit ſe ſoluturum, nec ſolvit: Imperator noſter cum patre reſcripſit, fuſtibus eum caſtigatum dimittere: & ita ei ſuperdici, Προπετῶς μὴ ὄμνυε.

Si eos qui per genium Principis jurantes pejcrarent, fuſtibus caſtigandos cenſuerunt, quanto magis qui per eos quos colebant Deos falſum jurarent? Abrogatur tamen hæc lex, Cod. De reb. cred. & jur. L. 2. Nam ibi illa Alexandri Imperatoris verba. *Jurisjurandi contempta religio ſatis Deum ultorem habet*, proxime ſequuntur iſta, *Periculum autem corporis, vel majeſtatis crimen, ſecundum conſtituta Divorum Parentum meorum, etſi per Principis venerationem quodam calore fuerit pejeratum, inferri non placet.*

Modestinus,

L. fin. ff. De crim. ſtell.

De perjurio, ſi ſua pignora eſſe quis in inſtrumento juravit, crimen ſtellionatus fit: & ideo ad tempus exulat.

Justinianus,

L. 2. §. ult. Cod. de indicta viduitate.

Augeri etenim magis noſtram Remp. & multis hominibus legitime progenitis frequentari quam impiis perjuriis affici volumus. Quum ſatis eſſe inhumanum videatur, per leges quæ perjuria puniunt, viam perjuriis aperiri.

Ulpianus,

L. Quod ſi deferente. ff. De dolo.

Quod ſi, deferente me, juraveris, & abſolutus ſis, poſtea perjurium fuerit approbatum: Labeo ait, de dolo actionem in eum dandam. Pomponius autem, per jusjurandum tranſactum videri. Quam ſententiam & Marcellus libro octavo Digeſtorum probat. Stari enim religioni debet. His autem proxime ſubjunguntur iſta.

Paulus,

Nam ſufficit perjurii pœna.

Cajus,

L. 2. ff. De jurejurando.

Maximum remedium expediendarum litium in uſum venit, jurisjurandi religio: qua vel ex pactione ipſorum litigatorum, vel ex autoritate judicis deciduntur controverſiæ. Quibus hæc proxime ſubjiciuntur.

Paulus,

Jusjurandum ſpeciem tranſactionis continet: majoremque habet autoritatem quam res judicata.

Cum his Caij & Pauli Juriſconſulti verbis optime conveniunt iſta Pauli Apoſtoli, aut ejus quicumque eſt autor Epiſtolæ ad Hebr. cap. 6. Πάσης ἀντιλογίας πέρας εἰς βεβαίωσιν ὁ ὅρκος. Convenit & quod ſcribit Diodorus, Ægyptios cenſuiſſe jusjurandum eſſe τὴν μεγίστην τὴν παρ᾽ ἀνθρώποις πίστιν. Idem inter Bocchoridis leges quæ ad commercia pertinent, hanc refert: ut ſi qui pecuniam fœnore accepiſſent, non data ſyngrapha, ac poſtea ſe accepiſſe negarent, ſtaretur eorum jurijurando. Cujus legis duas rationes affert. Unam, ut magnifacerent jusjurandum, (quum enim manifeſtum eſſet, fore ut ei qui ſæpe juraſſet, fidem amittere contingeret: unumquemque daturum operam ut ad jusjurandum non deſcenderet.) Alteram, quod exiſtimaret Legiſlator futurum ut quum probitas aliquorum faceret ut fides illis haberetur, omnes ad eam impulſurum, ne male audirent, ſi derogaretur. Præterea (inquit) iniquum eſſe cenſebat ut quibus abſque jurejurando fides habita eſſet, iis de negotio eodem jurantibus derogaretur.

Cicero,

De Officiis Libro tertio.

Nullum enim vinculum ad aſtringendam fidem jurejurando majores arctius eſſe voluerunt. Id indicant leges in Duodecim Tabulis, indicant ſacratæ, indicant fœdera, quibus etiam cum hoſte devincitur fides: indicant notationes animadverſioneſque Cenſorum, qui nulla de re diligentius quam de jurejurando judicabant.

Aliquanto poſt, à Cenſoribus ignominiis omnibus notatos ſcribit eos qui in caſtra revertiſſent ea fraude, ut jurejurando liberarentur. Loquitur autem de iis quos Annibal poſt Cannenſem pugnam ad Senatum miſit, juratos ſe in caſtra redituros ea quorum erant potiti Pœni, niſi de redimendis captivis impetraviſſent. Siquidem, teſtis Polybius, ex decem nobiliſſimis qui tunc erant miſſi, novem revertiſſe, à Senatu re non impetrata: unum ex decem, qui paulo poſt quam egreſſus erat è caſtris rediſſet, quaſi aliquid eſſet oblitus, Romæ remanſiſſe: quod reditu in caſtra liberatum ſe eſſe jurejurando interpretaretur. Sed non recte (ſubjungit Cicero) quum fraus aſtringat non diſſolvat perjurium. Contra vero laudandum Regulum in conſervando jurejurando eſſe dicit: de quo, & primo ejuſdem operis Libro: eum à Pœnis captum, quum de captivis commutandis Romam miſſus eſſet, juraſſetque ſe rediturum: primum, ut venit, captivos reddendos in Senatu non cenſuiſſe: deinde, quum retineretur à propinquis & ab amicis, ad ſupplicium redire maluiſſe quam fidem hoſti datam fallere.

Jusjurandum (inquit A. Gellius) apud Romanos inviolate ſancteque habitum ſervatumque eſt. Id & moribus legibuſque multis oſtenditur: & hoc quod dicemus, ei rei non tenue argumentum eſſe poteſt. Quibus verbis illam Ciceronis modo narratam hiſtoriam adjicit. Horatius quoque ſummis laudibus hoc Reguli factum effert.

Demoſthenes Athenienſes in judicio ſervandi jurisjurandi pleriſque locis admonet. Ex quibus eſt hic, in orat. adverſus Ariſtocratem, οὐδένα γὰρ νομίζω τοσαῦτ' ἀγαθ' ἂν ποιῆσαι, δι' ὃν ὑμῖν προσήκει ἐπιορκῆσαι, καὶ παρ' ἃ φαίνεται δίκαια εἶναι, τὴν ψῆφον θέσθαι. Id eſt (Hieronymo Wolphio interprete) Non enim exiſtimo ullum cujuſquam tantum eſſe poſſe beneficium, propter quem ſit jurisjurandi violanda religio, & aliter quam juſtum videatur, proountiandum.

Plato lib. XII. De leg. vult, judicem, non niſi juratum, ad judicandum accedere: itidemque aliis quibuſdam Magiſtratibus jusjurandum permittit, ſed qui autoritatem habeant in ea demum quæ, ſecundum Hominum opinionem, oullum pejeranti emolumentum afferre poſſunt.

Ex Poetis multa his adjici poſſunt, adverſus perjuros dicta: & quidem ex Græcis præſertim.

EXODI XX.

HOnora patrem tuum & matrem tuam: ut ſis longævus ſuper terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi.

DEUTER. V.

Honora patrem tuum & matrem tuam, ſicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: ut longo vivas tempore, & bene ſit tibi in terra quam Dominus Deus tuus daturus eſt tibi.

LEVIT. XIX.

Unuſquiſque matrem ſuam & patrem ſuum timeat.

EX LEGIBUS ZALEUCI CHARONDÆ, ET ALIORUM.

Τὰ τέκνα τοὺς γονεῖς τιμάτωσαν.

Id eſt,

Liberi parentes honoranto.

ULPIANUS,

L. 9. ff. De obſeq. parent. & patronis præſt.

Filio ſemper honeſta & ſancta perſona Patris videri debet.

EX EODEM,

L. 1. ejuſdem tituli.

Filium patrem & matrem venerari oportet.

EX ULP. ET POMP.

L. 1 & 2, ff. De juſtitia & jure.

Jus gentium ſolis hominibus inter ſe commune eſt: veluti erga Deum religio, ut parentibus & patriæ pareamus.

ULPIANUS,

L. 1, ff. De obſeq. parent. & patronis præſt.

Etiam militibus pietatis ratio in parentes conſtare debet.

Pietas hæc, de qua Juriſconſultus loquitur, à Cicerone in Orat. Pro Cn. Plancio, definitur, Voluntas grata in parentes. Sed magis mihi placet altera ejus definitio, qua dicitur eſſe juſtitia erga parentes: ſicut pietatem erga Deos, juſtitiam adverſum Deos eſſe dicit. De nat. Deor. Lib. 2. Quam tamen & alio alibi modo definit, quum eſſe ait honeſtam de numine eorum ac mente opinionem: in orat. Pro domo ſua, ad Pontif. Hac adverſus Deos pietate ſublata, fidem etiam & ſocietatem humani generis, & unam excellentiſſimam virtutem, juſtitiam, tolli dicit: De nat. Deor. Lib. I. Pietatem vero erga parentes, de qua nunc à nobis agitur, ita laudat in Orat. Pro Cn. Plancio, ut fundamentum virtutum omnium eſſe dicat. Quod nos Chriſtiani de altera pietate potius diceremus, ſi quidem hæc ab illa ſeparari poſſet.

Pietatis appellatione (ejus quæ eſt erga parentes) comprehendi poteſt quod Græci dicunt τιμᾶν τοὺς γονεῖς, quod Latini colere parentes, vel obſervare, aut etiam venerari: ut loquentem Ulpianum paulo ante audivimus. Honorare autem parentes (quod magis illi τιμᾶν reſpondet) rarius dicunt.

In Pythagoricis legibus illud idem habemus verbum, τιμᾶν,

Τούς τε γονεῖς τίμα, τούς τ' ἄγχιστ' ἐκγεγαῶτας.

Parentes juſſerunt etiam ἐν τιμῇ ἔχειν, aut ἐν τιμαῖς, illud ipſum ſignificare volentes. Poſterius extat in illo pulcherrimo ſenario.

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.

Jubent etiam nos Parentibus τιμὴν νέμειν. quo idem quod præcedentibus ſignificatur. Euripides,

Οὐκ ἔστι παισὶ τοῦδε κάλλιον γέρας,
Ἢ πατρὸς ἐσθλοῦ κἀγαθοῦ πεφυκέναι,
Καὶ τοῖς τεκοῦσιν ἀξίαν τιμὴν νέμειν.

Verumtamen, quemadmodum Juriſconſultus venerari Parentes dixit (minus proprie ſed magis ſignificanter loquens) ita etiam ille idem poeta Græcus, σέβειν τοὺς γονεῖς. Ejus enim ſunt hi verſus,

Ὅστις δὲ τοὺς τεκόντας ἐν βίῳ σέβει,
Ὅδ' ἐστὶ καὶ ζῶν καὶ θανὼν θεοῖς φίλος.

Orpheus tamen, Poeta antiquiſſimus, non alio verbo quam τίειν eſt uſus, (quod Poetis ſignificat etiam τιμᾶν) in his longe præſtantiſſimis verſibus,

Ζεὺς

Ζῶν δ' ἐχθρῷ γονέων ὅστις τίει θέμιστας,
Ἠδ' ὅσοι οὐκ ἀλέγουσι, ἀναιδέα θυμὸν ἔχοντες.
Καὶ τοῖς μὲν πρόφρων τε καὶ ἤπιος ἐσθλὰ δίδωσι,
Τοῖς δὲ κακὰ φρονέουσι νεμεσίζεται ἐμμενέεσσι.
Δεινοὶ γὰρ κατὰ γαῖαν ἐρινύες εἰσὶ τοκήων.

Demoſthenes tamen nec τιμᾷ τοὺς γονεῖς (cui hoc τίειν reſponderi dixi) nec ἐν τιμῇ ἔχειν, aut τοῖς γονεῦσι τιμὴν νέμειν dixit: ſed nec σέβειν τοὺς γονεῖς, vel potius σέβεσθαι ab eo dictum eſt, aut etiam θεραπεύειν (quod à Diis, ſicut σέβεσθαι, tranſlatum eſſet) ſed στέργειν. Scribit enim in orat. adverſus Ariſtogit. legem eſſe naturæ brutis animantibus cum hominibus communem, στέργειν τοὺς γονεῖς. Quo verbo, huic rei peculiari, ſummus amor ſignificatur. Quamvis autem is qui τιμᾷ τοὺς γονεῖς, ſi quidem ex animo id facit, eos etiam στέργει: non tamen viciſſim quicunque στέργει, is etiam τιμᾷ. Ideo Demoſthenes hoc στέργειν animantia bruta cum homine commune habere dixit: quod propterea ad jus naturale referendum videri poſſit, ſicut τιμᾷν, ad jus gentium.

DE PRÆSTANDIS ETIAM ALIMENTIS PARENTIBUS.

Vel ipſa hoc docere nos poteſt natura, Honorare Parentes non poſſe dici qui non ſuppeditat illis ad vitam neceſſaria, pro ſuis facultatibus: ſed tamen & legibus cautum hoc de re fuit, & quidem de alimentis nominatim.

SOLON,

Ἐάν τις μὴ τρέφῃ τοὺς γονέας, ἄτιμος ἔστω.

Id eſt,

Si quis Parentes non alat, infamia notetur.

ULPIANUS,

L. 5, Si quis à liberis. D. De agnoſc. & alend. liberis.

Si quis à liberis ali deſideret, vel, ſi liberi, ut à parente, exhibeantur: Judex de ea re cognoſcet.

Aliquanto poſt,

Si vel parens neget filium, idcircoque alere ſe non debere contendat, vel filius neget parentem: ſummatim Judices oportet ſuper ea re cognoſcere.

Paulo poſt,

Si quis ex his alere detrectet, pro modo facultatum alimenta conſtituentur. Quod ſi non præſtentur, pignoribus captis & diſtractis cogetur ſententiæ ſatisfacere.

IMP. ANTONINUS,

L. 1. Cod. De alend. liberis.

Parentum neceſſitatibus liberos ſuccurrere juſtum eſt.

DIVI FRATRES,

L. 2. Cod. d. tit. De al. lib.

Competens Judex à filio te ali jubebit, ſi in ea facultate eſt ut tibi alimenta præſtare poſſit.

IMPP. DIOCLET. ET MAXIM.

L. 5. Cod. De Patria poteſtate.

Filia tua non ſolum reverentiam ſed etiam ſubſidium vitæ ut exhibeat tibi, Rectoris Provinciæ autoritate compelletur.

Extat inter Græcos ſenarios qui gnomici vocantur, iſte,

Ἱκανῶς βιώσεις, γηροβοσκῶν τοὺς γονεῖς.

Id eſt,

Alas parentes ſi ſenes, vivas diu.

Sed huic verſui à quibuſdam iſte præfigitur,

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.

qui tamen non ſatis cum illo convenire videtur. Potius enim dicendum fuiſſet,

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
Ἱκανῶς βιώσεις τοὺς γονεῖς τιμῶν ἀεί.

Potius igitur alii duo ſenarii gnomici, qui disjungi ſolent, (quorum unum modo protuli) conjungendi eſſent: ac in illis ita conjunctis reperiremus promiſſionem, ſicut & in præcepto Divino: (ſed promiſſionem de vita beata, non de longa.) Sunt enim hi,

Βούλου γονεῖς πρὸ παντὸς ἐν τιμαῖς ἔχειν.
Ἔλπιζε, τιμῶν τοὺς γονεῖς, πράξειν καλῶς.

Sic verò & in verſibus Euripidis ante allatis de venerandis Parentibus, dicitur & vivus & mortuus Diis charus eſſe qui id facit.

Cæterum ita judicatum ab omnibus fuit, liberorum eſſe officium, Parentes in ſenectute alere, ut γηροβοσκεῖν de hac re peculiariter dictum fuerit. Hinc etiam liberi vocantur γηροβοσκοί, cum ab aliis, tum à Xenophonte.

Atque adeo ita priſci etiam ſeculi homines perſuaſum hoc habuerunt, nimirum præſtanda eſſe Parentibus alimenta, ut etiam Homerus de eo loquens qui in juventute moritur, aut ſaltem ad plenam ætatem non pervenit, dicat, —— οὐδὲ τοκεῦσι θρέπτρα φίλοις ἀπέδωκε. utens verbo ἀποδοῦναι, tanquam exiſtimans alimenta Parentibus, præſertim ſenibus, jure naturæ deberi.

Hac de re dicebant & ἀντιπελαργεῖν: quod verbum ex voce πελαργὸς, quæ Ciconiam ſignificat, eſt factum: quod peculiare eſſe dicatur huic avi ut Parentes ſenes nutriat. Atque hinc πελαργικοὶ νόμοι, q. d. Ciconiariæ leges.

EXTENSIO AD CASTIGATIONEM

Liberorum qui ſunt Parentibus immorigeri, aut etiam male eos tractant: multo magis eorum qui eo progrediuntur ut ſint πατραλοῖαι vel μητραλοῖαι.

DEUTER. XXI.

SI genuerit homo filium contumacem & protervum, qui non audierit Patris ac Matris imperium, & coërcitus obedire contempſerit: apprehendent eum, & educent ad Seniores Civitatis illius, & ad portam judicii: Dicentque ad eos, Filius noſter iſte protervus & contumax eſt, monita noſtra audire contemnit, comeſſationibus vacat, & luxuriæ atque conviviis. Et lapidibus eum obruet populus Civitatis, & morietur.

EXODI XXI.

Qui maledixerit Patri ſuo vel Matri, morte moriatur.

LEVIT. XX.

Qui maledixerit Patri ſuo, aut Matri, morte moriatur. Patri Matrique qui maledixerit, ſanguis ejus ſit ſuper eum.

IMP. ALEXANDER,
L. Si filius tuus. Cod. De Patria poteſtate.

Si filius tuus pietatem Patri debitam non agnoſcit, caſtigare jure Patriæ poteſtatis non prohiberis: acriore remedio uſurus, ſi in pari contumacia perſeveraverit: eumque Præſidi Provinciæ oblaturus, dicturo ſententiam quam tu quoque dici volueris.

ULPIANUS,
L. 1. §. penult. De obſeq. parent. & patr. præſt.

Si filius Matrem aut Patrem, quos venerari oportet, contumeliis afficit, vel impias manus eis infert: Præfectus Urbis delictum ad publicam pietatem pertinens pro modo ejus vindicat.

IMPP. VALERIANUS ET GALLIENUS,
L. Congruentius. Cod. De Patria pot.

Præſes Provinciæ reverentiam debitam exhibere Matri filios coget: &, ſi provectam ad inclementiores injurias improbitatem deprehenderit, læſam pietatem ſeverius vindicabit.

ULPIANUS,
L. 1. §. 1. De obſeq. parent. & patron. præſt.

Etiam Militibus pietatis ratio in Parentes conſtare debet. Quare, ſi filius miles in Patrem aliqua commiſit, pro modo delicti puniendus eſt.

L. ead. §. ult.

Indignus militia judicandus eſt qui Patrem & Matrem, à quibus ſe educatum dixerit, maleficos appellaverit.

Apud Athenienſes erat multiplex δίκη ſive γραφὴ κακώσεως, id eſt malæ tractationis: ſed κάκωσις γονέων præ aliis male audiebat. Ut autem hæc præ aliis male audiebat, ita ſevere præ aliis puniebatur: ut colligere poſſumus ex Demoſthene, cum aliis in locis, tum oratione in Timocratem.

Sed πατραλοίας vel μητραλοίας vocari, multo pejus erat quam dici κακῶσαι τοὺς γονεῖς ſicut etiam gravius eſt ſcelus Parentes pulſare, quam male tractare. Interdum vero parricidam quoque ac matricidam nominibus illis vocabant. Extat autem adverſus πατραλοίας & μητραλοίας lex iſta apud Moſem.

EXODI XXI.

Qui percuſſerit Patrem ſuum aut Matrem ſuam, morte moriatur.

ULPIANUS.
In loco ſupra indicato.

Si filius Matrem aut Patrem, quos venerari oportet, contumeliis afficit, vel impias manus eis infert, Præfectus Urbis delictum ad publicam pietatem pertinens pro modo ejus vindicat.

Ubi impias manus inferre, de his intelligi poteſt quos Græci πατραλοίας & μητραλοίας vocant: & quidem intelligi in utraque horum nominum ſignificatione.

Ægyptiorum Legiſlator atrox mortis genus in parricidas ſtatuit: qui non item eos qui filios occidiſſent morte plectendos cenſuit, teſte Diodoro Siculo, lib. primo.

At vero Athenienſium Legiſlator Solon, interrogatus quare nullum ſupplicium conſtituiſſet in eum qui Parentem necaſſet: reſpondit, ſe id neminem facturum putaſſe. Quinetiam Herodotus nondum ſuo tempore commiſſum hoc fuiſſe apud Perſas (ut quidem illi aiebant) ſcribit: ſed ſi qui Parentes ſuos interfeciſſe dicerentur, compertos fuiſſe ſuppoſititios & ſpurios.

Sed nec in legibus Tab. XII. parricidii fit mentio. Nam lex illa Numæ, *Si quis hominem Liberum ſciens, dolo malo duit, parricida eſto*, nomen parricidæ non proprie uſurpat, ſed eo utitur per auxeſin, ad amplificandum & magis deteſtandum homicidii ſcelus.

Cic. item pro Roſcio Amerino de Parricidio loquens, dicit. Niſi extent expreſſa ſceleris veſtigia, ubi, qua ratione, per quos, quo tempore maleficium ſit admiſſum; atque hæc niſi multa & manifeſta ſint, rem tam ſceleſtam, tam atrocem, tam nefariam credi non poſſe. Et paucis interjectis dicit portentum atque monſtrum eſſe certiſſimum, aliquem eſſe humana ſpecie & figura, qui tantum immanitate beſtias vicerit, ut, propter quos hanc ſuaviſſimam lucem aſpexerit, eos indigniſſime luce privarit. Aliquot autem paginis ante dixerat, hoc maleficium ita raro extitiſſe, ut ſi quando auditum eſſet, portenti ac prodigii ſimile numeraretur.

Idem, poſtquam illud reſponſum Solonis retulit, qui tamen Athenarum (quæ prudentiſſima Civitas, dum rerum potita eſt, fuiſſe traditur) ſapientiſſimus eſſet, ſubjungit, Quanto majores noſtri ſapientius, qui, quum intelligerent nihil eſſe tam ſanctum quod non aliquando violaret audacia, ſupplicium in parricidas ſingulare excogitaverunt: ut, quos natura ipſa retinere in officio non potuiſſet, ii magnitudine pœnæ maleficio ſummoverentur. Inſui voluerunt in culeum vivos, atque ita in flumen dejici.

Pœna parricidii exactius deſcribitur à Modeſtino, Tit. De Lege Pompeia de parricidiis. Ejus verba ſunt hæc.

Pœna parricidii more Majorum hæc inſtituta eſt, ut parricida virgis ſanguineis verberatus, deinde culeo inſuatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera, & ſimia: deinde in mare profundum culeus jactetur. Hoc ita, ſi mare proximum ſit: alioquin beſtiis objicitur ſecundum Divi Adriani conſtitutionem.

Quo in loco pro Sanguineis legendum exiſtimatur Saligineis: quidam vero olim Sagmineis reponendum cenſuerunt. Cæterum ab Imperatore Conſtantino hæc parricidii pœna aliis etiam quibuſdam homicidiis ſtatuitur; Cod. *De iis qui parentes vel liberos occiderunt.*

Si quis parentis, aut filii, aut filiæ, aut omnino affectionis ejus quæ nuncupatione parricidii continetur, fata properaverit, ſive clam ſive palam id enixus fuerit: pœna parricidii puniatur, & neque gladio, neque ignibus, neque ulli alii ſolemni pœnæ ſubjugetur: ſed inſutus culeo, cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & ſimia: & inter eas ferales anguſtias comprehenſus, ſerpentium contuberniis miſceatur: & ut regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare vel in amnem projiciatur: ut omni elementorum uſu vivus carere incipiat, & ei cœlum ſuperſtiti, terra mortuo auferatur.

Eadem in Inſtitut. Referuntur: ubi pro Affectionis ſcriptum eſt Affinitatis: & Nuncupatione parentum, pro illis Nuncupatione parricidii. Sed & alia quædam illic aliter quam hic leguntur. Cæterum quamvis Cicero non aliter pœnam illam parricidii deſcribat quam dictam placuiſſe Majoribus ut

Digitized by Google

et parricidæ in culeum vivi inſuerentur, atque ita in flumen dejicerentur: accuratius tamen rationem reddidit cur hoc ſupplicii genus ab illis excogitatum fuerit. De illo enim loquutus, ita exclamat. O ſingularem ſapientiam, judices. Nonne videntur hunc hominem ex rerum natura ſuſtuliſſe & eripuiſſe, cui repente cœlum, ſolem, aquam terramque ademerunt? ut, qui eum necaſſet unde ipſe natus eſſet, careret iis rebus omnibus ex quibus omnia nata eſſe dicuntur. Noluerunt feris corpus objicere: ne beſtiis quoque quæ tantum ſcelus attigiſſent, immanioribus uteremur. Non ſic nudos in flumen dejicere: ne, quum delati eſſent in mare, ipſum polluerent, quo cætera quæ violata ſunt, expiari putantur. Denique nihil tam vile neque tam vulgare eſt, cujus partem ullam reliquerint. Etenim quid eſt tam commune quam ſpiritus vivis, terra mortuis, mare fluctuantibus, littus ejectis? Ita vivunt dum poſſunt, ut ducere animam de cœlo non queant: ita moriuntur ut eorum oſſa terram non tangant: ita jactantur fluctibus ut nunquam alluantur: ita poſtremo ejiciuntur ut ne ad ſaxa quidem mortui conquieſcant. Tanti maleficii crimen, cui maleficio tam inſigne ſupplicium eſt conſtitutum, &c.

EXTENSIO

AD HONORATIONEM SENUM GENERALEM.

LEVIT. XIX.

Coram cano capite conſurge, & honora perſonam ſenis.

EX LACED. LEGIBUS.

Τοὺς γέροντας αἰσχύνεσθαι οὐδὲν ἧττον ἢ πατέρας.

Id eſt,

Senes revereantur non minus quam Patres.

Ex Plat. legibus.

Πᾶς αἰδείσθω τὸν ἑαυτοῦ πρεσβύτερον ἔργῳ τε καὶ ἔπει.

Id eſt,

Quilibet ſeniorem ſe revereatur, & factis & dictis. [*vel, ætate provectiorem.*]

Ex alio ejusdem loco.

Καλλωπίζεσθαι χρὴ τῷ καλῶς δουλεῦσαι μᾶλλον ἢ τῷ καλῶς ἄρξαι. πρῶτον μὲν τοῖς νόμοις (ὡς ταύτην τοῖς θεοῖς οὖσαν δουλείαν) ἔπειτα τοῖς πρεσβυτέροις τε καὶ ἐντίμως βεβιωκόσι, τοὺς νέους.

Id eſt,

Magis gloriari juvenes oportet quod bene ſervierint quam quod bene imperarint: primum legibus (quippe quum idem hoc ſit ac Diis ſervire) deinde iis qui Seniores ſunt, & vitam honoratè egerunt.

Chilo.

Τὸν πρεσβύτερον αἰδοῦ.

Id eſt,

Seniorem te venerare. [*vel, Provectiorem ætate venerare.*]

Callistratus.

L. Semper. De jure immunitatis.

Semper in civitate noſtra ſenectus venerabilis fuit. Namque Majores noſtri pene eundem honorem ſenibus quem magiſtratibus tribuebant. Circa munera quoque municipalia ſubeunda idem honor ſenectuti tributus eſt.

Reverentiæ ſenectuti debitæ multi mentionem fecerunt: ſed & exhibitam illi fuiſſe priſco ſeculo, non Hiſtorici ſolum verum etiam Poëtæ teſtantur. Legimus enim apud Naſonem,

Magna fuit quondam capitis reverentia cani,
Inque ſuo pretio ruga ſenilis erat.

Ubi obſerva Capitis cani reverentia, ſicut Cano capiti aſſurgere jubemur à Moſe, ut quidem vetus interpres vertit in illo Levitici loco. Legimus item apud unum ex Poëtis ſatyricis,

Credebant hoc grande nefas & morte piandum,
Si juvenis vetulo non aſſurrexerat, & ſi
Barbato cuicumque puer: licet ipſe videret
Plura domi farra & majores glandis acervos.

Obſervandum eſt autem, Platonem in illo poſteriore loco (duo enim ex ejus ſunt allati legibus) velle ſuos obtemperare, atque adeo (ut ipſe loquitur) ſervire ſenioribus, ſed iis ſenioribus qui vitam honoratè egerint.

EXTENSIO

AD HONORATIONEM MAGISTATUUM ET PRINCIPUM.

Exodi XXII.

Magiſtratibus [vel Judicibus] *non maledices: neque Principi populi tui maledices.*

Deutr. XII.

Qui fecerit per ſuperbiam ut non obediat ſacerdoti qui ſteterit ut miniſtret illic coram Domino Deo tuo, aut Judici, morietur.

EX CHARONDÆ LEGIBUS,

Πρὸς τοὺς ἄρχοντας εὔνοιαν διαφυλαττέτωσαν καθάπερ πατράσι, πειθαρχοῦντες καὶ σεβόμενοι.

Id eſt,

Erga Magiſtratus [*vel Præfectos, aut Principes*] *benevolentiam ſervent, tanquam erga Parentes, parendo ipſis & venerationem exhibendo.*

Eſt autem hic νομοθεσίας Charondæ locus, ex quo petiit Cicero quædam, Libro De Legibus Tertio, mentionem ejus faciens. Interpretatur autem hic ipſe Cicero ἄρχοντας, Magiſtratus: (quum alioqui ἄρχοντας alicubi interpretari etiam poſſimus Præfectos, alicubi & Principes, ſeu Qui Principatum obtinent) hæc enim ſunt ejus verba,

Nec vero ſolum ut obtemperent obediantque Magiſtratibus, ſed etiam ut eos colant diligantque, præſcribimus: ut Charondas in ſuis facit legibus.

Ex ejusdem Char. legibus,

Ἔστω δὲ μέγιστα ἀδικήματα, θεῶν καταφρόνησις, καὶ γονέων κάκωσις ἑκούσιος, καὶ ἀρχόντων καὶ νόμων ὀλιγωρία, καὶ ἑκούσιος ἀτιμία δικαιοσύνης.

Id eſt,

Cenſeantur autem eſſe maxima ſcelera, Deorum contemptus, parentum mala tractatio voluntaria, Magiſtratuum legumque neglectus, & voluntaria juſtitiæ dedecoratio.

Ex Zaleuci legibus,

Αἰδεῖσθαι χρὴ τοὺς ἄρχοντας, καὶ ἐξίστασθαι, καὶ ποιεῖν τὸ προσταττόμενον. ὡς μετὰ θεοὺς καὶ δαί-

μένοις καὶ ἥρωας, γονεῖς τε καὶ νόμοι καὶ ἄρχοντες σύζυγοι εἰσὶ ταῖς τιμαῖς.

Id eſt,

Legibus obtemperare oportet, & Magiſtratus revereri, eiſque exurgere, & quæ jubent facere. Nam proximo poſt Deos & Dæmones atque heroes loco parentes legeſque & Magiſtratus ſunt honorandi.

Ex Plat. Legibus,

Οἱ μὲν θέλοντες τοῖς ἄρχουσι δουλεύειν, τὴν λεγομένην παλαιὰν Τιτανικὴν φύσιν ἐπιδεικνῦσι καὶ μιμοῦνται.

Id eſt;

Qui Magiſtratibus ſervire nolunt, priſcam illam Titanum naturam præſeferunt atque imitantur.

EXTENSIO
Ad Honorationem patriæ.

Ex Zaleuci legibus,

Πόλιν φιλαιτέραν μηδεὶς ἄλλην ποιείσθω τῆς αὐτοῦ πατρίδος.

Id eſt,

Nemo Civitatis ullius amicitiam ſibi magis adjungat quam ſuæ patriæ.

Ex Charondæ legibus,

Ὑπὲρ πατρίδος ἀποθνήσκειν σεμνότερον ἔστω, ἢ γλιχόμενον τοῦ ζῆν, ἐγκαταλιπεῖν αὐτὴν καὶ τὸ καλόν.

Id eſt,

Pro Patria mortem oppetere, honorificentius exiſtimetur, quam præ vivendi cupiditate illam pariter & honeſtatem deſerere.

Ex Plat. legibus,

Τὴν πατρίδα θεραπεύειν δεῖ μειζόνως ἢ μητέρα παῖδας.

Id eſt,

Patria magis colenda eſt quam mater à liberis.

Ex ejusdem Critone,

Σέβεσθαι δεῖ καὶ μᾶλλον ὑπείκειν καὶ θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν, ἢ πατέρα· καὶ ἢ πείθειν, ἢ ποιεῖν ἃ ἂν κελεύῃ.

Id eſt,

Venerari oportet patriam, eique cedere ac ſe ſubmittere, nec non ſuccenſenti magis adblandiri quam patri: atque adeo vel conſilium noſtrum voluntatemque ei probare, vel imperata facere.

Plura ibi ſunt & in præcedentibus & in ſequentibus, quibus, quanti patria facienda ſit, docet. Hæc enim ibi, paulo altius repetendo, de ea dicuntur (ut quidem Ficinus eſt interpretatus) An ſic es ſapiens ut te latuerit, & patri, & matri, & progenitoribus omnibus patriam eſſe anteponendam? atque eſſe venerabilius quiddam ſanctiuſque? & in ſuperiori ſorte, tum apud Deos, tum apud homines mentis compotes eſſe patriam collocandam? colereque eam oportere magis, eique obedire, ac rigidius ſe gerenti, mitius aſſentiri quam patri? &, ſi quid jubeat, vel diſſuadere illi quantum liceat, vel facere. & patientiſſime ſuſtinere quicquid juſſerit patiendum? Ac ſive mandaverit verberari te, ſive in vincula conjici, ſive in prælium miſerit ad vulnera excipienda, mortemque ſubeundam, obediendum ei omnino: (jus enim ita dictat) & neque tergiverſandum eſt, neque fugiendum, neque ordo deſerendus: ſed & in bello & in judicio, & prorſus ubique, ea ſunt quæ reſpubl. patriaque juſſerit, facienda: aut certe verbis, quatenus juſtum eſt, uti licet ad perſuadendum illi, eamque placandam. Hactenus Plato, illo, quem dixi interprete. Inter hæc autem eſt locus ille qui proxime allatus fuit, in quo cum alia aliter vertit, tum vero poſtremum membrum, ita ac ſi non πείθειν, ſed μεταπείθειν ſcriptum eſſet. Cum illis porro Platonis verbis, καὶ [μᾶλλον] θωπεύειν πατρίδα χαλεπαίνουσαν, ἢ πατέρα, conveniunt iſta, Πυθαγόρας ἐρωτηθεὶς πῶς δεῖ ἀγανακτούσῃ πατρίδι προσφέρεσθαι, εἶπεν, ὡς μητρί.

Pomponius,
L. Velut. ff. De juſtitia & jure,

Ut parentibus & Patriæ pareamus.

Sed Juriſconſultus hic parentum prius mentionem quam Patriæ facit, tanquam priorem in amore ſibi debito tenentium locum: quum Plato poſteriorem Parentibus tribuat. Sic vero & Cicero prius nominat patriam quam parentes, Offic. Lib. I. Sed ſi contentio quædam & comparatio fiat, quibus plurimum tribuendum ſit Officii, principes ſint Patria & Parentes, quorum beneficiis maximis obligati ſumus: proximi liberi, &c. Illud etiam quod à Legiſlatore Charonda dicitur, honeſtum atque adeo honorificum eſſe pro Patria mortem oppetere, apud eundem legimus. Omnes (inquit, in illo I. De Off. Libro) omnium charitates Patria una complexa eſt: pro qua quis bonus dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Idem De leg. Lib. 2, Sic nos & eam Patriam ducimus ubi nati, & illam qua excepti ſumus. Sed neceſſe eſt charitate eam præſtare, in qua Reip. nomen & univerſæ Civitatis eſt: pro qua mori, & cui nos totos dedere, & in qua noſtra omnia ponere & quaſi conſecrare debemus.

Exodi xxi. et Deut. v.
Ne occidito.

Exodi xxi. Levit. xxiv,

Qui percuſſerit hominem & mortuus fuerit morte moriatur.

Verum & ante hanc legem Moſis, legimus Geneſ. ix.

Quicunque effuderit humanum ſanguinem, effundetur ſanguis illius.

Cui dicto reſpondet illud Christi, *apud Matthæum, Cap.* xxvi.

Omnes qui acceperint gladium, gladio peribunt.

Atque cum his convenit hoc quod conſtituerunt.

Theodos. et Arcadius.
L. 3. Cod. De Epiſc. aud.

Homicida quod fecit expectet.

Hæc autem omnia de cæde voluntaria, ſeu conſultò facta (quam Græci φόνον ἑκούσιον *vel* φόνον ἐκ προνοίας *appellant) ſunt intelligenda: ut alii Moſis oſtendunt loci, Num.* xxxv.

Lex Numæ,

Si quis hominem liberum ſciens dolo necidarit, parricida eſto.

Ubi parricida per auxeſin poni intelligendum eſt, ad majorem homicidii deteſtationem: ut ſupra dictum eſt, quum de parricidio ageretur.

Draconis

Draconis lex,

Τοὺς ἀνδροφόνους ἐξεῖναι ἀποκτείνειν ἐν τῇ ἡμεδαπῇ, καὶ ἀπάγειν, ὡς ἐν τῷ ἄξονι ἀγορεύει. λυμαίνεσθαι δὲ μὴ, μηδὲ ἀποινᾷν· ἢ διπλοῦν ὀφείλειν ὅσον ἂν καταβλάψῃ.

Id eſt,

Homicidas liceat occidere in noſtro territorio, & in carcerem ducere, ut in Decemvirali tabula promulgatur: excruciare, aut pecuniam ab eis extorquere non liceat: alioqui duplum dati damni luendum.

LEGIS PRÆCEDENTIS EXPOSITIO DEMOSTHENIS, IN orat. adverſus Ariſtocr.

Legem audiviſtis: contemplamini (quæſo) quam præclare ac ſupra modum religioſe conſtituerit legiſlator.

Homicidas inquit. Primum igitur homicidam eum dicit qui Judicum ſententia jam ſit damnatus. Nec enim hac appellatione quiſquam continetur, priuſquam convictus damnetur. Id ubi ſignificat? Tum in priore lege, tum in hac. Nam in illa ſcripſit, *Si quis cædem fecerit, ſenatus judicet:* in hac homicidam nominans, quæ pati oporteat dixit. Quo enim in loco res crimen adhuc erat, judicium nominavit: ubi vero damnatus huic appellationi jam obnoxius erat, pœnam ſcripſit. De damnatis igitur loquitur.

Quid vero loquitur? *Liceat occidere atque abducere.* Numquid ad ſeſe, aut ut alicui licitum fuerit? Minime id quidem. Quomodo ergo? *Ut in Decemvirali tabula* (inquit) *promulgatum eſt.* Illud vero quid eſt? Id quod vos omnes ſcitis. Sexviri eos qui propter cædem ſolum verterunt, jus habent morte mulctandi: annoque ſuperiore vidiſtis omnes è concione quemdam ab eis abductum. Ad hos igitur abducere jubet. Quia qui abducit, Athenienſes, ad Sexviros, legum poteſtati facinoroſum ſubjicit: qui ad ſe ducit, ſuæ. Illo modo pœnas dare licet ut lex ſancit: hoc, ut illi qui cœpit lubet. Plurimum autem profecto intereſt utrum irrogandæ mulctæ jus penes legem ſit, an vero in poteſtate inimici.

Excarnificare (inquit) *ne liceat, neque pecuniam extorquere.* Non excarnificare quid ſit, omnibus vobis notum eſſe ſcio: Non flagellare, non vincire, nihil denique facere ejus generis. Habet etiam alterum legis verbum nihil obſcuritatis. Ac lex quidem, homicida & jam damnatus quomodo puniendus ſit, & ubi, cæſi Patria nominata, hoc modo cavit: & non alio modo quam hoc neque alibi licere quam hic, aperte dixit. At Senatusconſulti autor, &c.

Lex autem altera cujus hic meminit, eſt iſta, Δικάζειν δὲ τὴν βουλὴν τὴν ἐν Ἀρείῳ πάγῳ, φόνου, καὶ τραύματος ἐκ προνοίας, καὶ πυρκαϊᾶς, καὶ φαρμάκων, ἐάν τις ἀποκτείνῃ δούς.

Id eſt,

Senatus Areopagiticus de cæde & vulnere conſulto facto, de incendio & venenis, quibus porrectis aliquis hominem occiderit, judicet.

Ex lege Cornelia.

Inſtitut. Lib. 4. §. Item lex Corn. De publ. jud.

Lex Cornelia de ſicariis, homicidas ultore ferro perſequitur, vel eos qui hominis occidendi cauſa cum telo ambulant.

Martianus.

L. 3. §. Legis Corneliæ. D. ad leg. Corn. de ſic.

Legis Corneliæ de ſicariis & veneficis pœna, Inſulæ deportatio eſt, & omnium bonorum ademptio. Sed ſolent hodie capite puniri: niſi honeſtiore loco poſiti fuerint quam ut pœnam legis ſuſtineant. Humiliores enim ſolent vel beſtiis ſubjici, altiores vero deportantur in Inſulam.

Obſervandum etiam, quemadmodum à Moſe ſit mentio non ſolum homicidii in liberi perſona perpetrati, verum & ejus quod in ſervi perſona fuerit commiſſum: ita etiam Ægyptios, Græcos, Romanos Legiſlatores utriuſque meminiſſe: ut oſtendent quæ ſequuntur.

Exodi XXI.

Quum percuſſerit quiſpiam ſervum ſuum vel ancillam ſuam bacillo, & mortuus fuerit ſub manu ejus, vindicando vindicabitur.

Lex Ægyptiorum.

Ὁ ἀποκτείνας ἑκουσίως τὸν ἐλεύθερον ἢ τὸν δοῦλον, θανάτῳ ζημιούσθω.

Id eſt,

Qui voluntarie occiderit ſive liberum ſive ſervum, morte mulctetur.

Hujus autem legis (cur nimirum in ſervi quoque perſona perpetratam cædem morte puniri voluerit) rationes duas affert Diodorus. Unam, quod legiſlator homines à ſceleribus deterreri vellet, non ad diverſam hominum conditionem reſpicientes, ſed quale eſſet quod facere in animum induxiſſent, ſecum reputantes. Alteram, quod tantam ſervorum curam gerendo aſſuefaceret homines ad hanc cogitationem, multo magis in liberos nihil prorſus admittendum eſſe.

Sed Euripides quoque legis Græcæ meminit cædem in utriuſque conditionis hominibus pariter vindicantis: in Hecuba.

Νόμος δ᾽ ἐν ὑμῖν τοῖς τ᾽ ἐλευθέροις ἴσος.
Καὶ τοῖσι δούλοις αἵματος κεῖται πέρι.

At vero ex conſtitutione divi Antonini non punitur quiſquis ſervum ſive ſuum ſive alienum occiderit, ſed qui ſine cauſa. Inſtit. De iis qui ſui vel alieni juris ſunt. §. Sed hoc temp.

Nam ex conſtitutione divi Antonini, qui ſine cauſa ſervum ſuum occiderit, non minus puniri jubetur quam ſi alienum ſervum occiderit.

Atque his iſta adjiciuntur.

Sed & major aſperitas dominorum, ejuſdem principis conſtitutione coercetur. Nam Antoninus conſultus à quibuſdam præſid. Provinciarum de iis ſervis qui ad ædem ſacram vel ad ſtatuam Principum confugiunt, præcepit ut ſi intolerabilis videatur ſævitia dominorum, cogantur ſervos ſuos bonis conditionibus vendere, ut pretium dominis detur. Et rectè. Expedit enim reipublicæ ne ſua re quis male utatur.

Martianus.

L. 1. D. Ad legem Corn. De ſicariis.

Qui hominem occiderit, punitur: non habita differentia, cujus conditionis hominem interemit.

Hi autem omnes loci qui diſcrimen iſtud in puniendo homicidio tollunt, eo ſunt magis notandi quod legimus apud Demoſthenem, oratione adverſus Timocratem. *Atqui ſi apud vos ipſi conſideretis, judices, quanti referat, ingenuum eſſe an ſervum: illud maximum diſcrimen reperietis, quod ſervi quicquid commiſerunt, corpore luere cogantur: ingenui autem hoc ultimum puniri debet. Iſti vero contra pœnas corporibus civium, quaſi mancipia eſſent, inſtituerunt.*

EXTENSIO

AD PUNIENDAM ETIAM VOLUNTATEM OCCIDENDI, SEU MORTIS ALICUJUS QUOVIS MODO MACHINATIONEM.

MARTIANUS.

L. 1. D. Ad legem Corn. de ſicariis.

Lege Cornelia de ſicariis & veneficis tenetur qui hominem occiderit: cujuſve dolo malo incendium factum erit: quive hominis occidendi furtive faciendi cauſa cum telo ambulaverit: quive, quum magiſtratus eſſet, publicove judicio præeſſet, operam dederit quo quis falſum judicium (*forte legendum* indicium) profiteretur, ut quis innocens conveniretur, condemnaretur. ¶ Præterea tenetur qui hominis necandi cauſa venenum confecerit, dederit: quive falſum teſtimonium dolo malo dixerit, quo quis publico judicio rei capitalis damnaretur.

IDEM MART.

L. 3. tit. eodem.

Ejuſdem legis Corneliæ de ſicariis & veneficis capite quinto, qui venenum necandi hominis cauſa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit, plectitur. ¶ Ejuſdem legis pœna afficitur qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi cauſa habuerit.

EXTENSIO ALIA.

AD PUNITIONEM EORUM QUI HOMICIDIUM NON PROHIBUERINT, QUUM POSSENT.

LEX ÆGYPTIORUM.

Ἐάν τις ἐν ὁδῷ κατὰ τὴν χώραν ἰδὼν φονευόμενον ἄνθρωπον, ἢ τὸ καθόλου βίαιόν τι πάσχοντα, μὴ ῥύσηται, δυνατὸς ὤν, θανάτῳ ζημιούσθω.

Id eſt,

Si quis per Regionem iter faciens, hominem interfici aut ei violentiam quampiam fieri viderit, ac non eum eripuerit, quum poſſet, morte mulctetur.

Qui hæc vertit antea, de ſuo aliquid addidiſſe videtur. Nam pro illis, ἰδὼν φονευόμενον ἄνθρωπον, habet, *Hominem à latronibus cædi comperiret.* Minime autem veriſimile eſt, Legiſlatorem ad hanc cædem quæ per latrones fieret, legem ſuam reſtrinxiſſe. Sed quid interpretem illum ad hoc adjiciendum moverit, paulo poſt oſtendam.

ALIUD IN LEGE ILLA ADDITUM.

Addit Diodorus, oportuiſſe illum qui ferre opem ei non poſſet cui vis fieret, ſaltem latrones illos indicare, eamque injuriam judicio perſequi. Qui hoc non feciſſet, eum lex virgis cædi uſque ad certum plagarum numerum jubebat, & ab omni cibo per triduum arceri.

Quoniam autem hic dicitur, μηνῦσαί γε πάντας ὤφειλε τοὺς λῃστὰς, ideo interpres ille cujus modo memini, ita ſuperiora vertit quaſi in ipſa lege ſcriptum eſſet, ἰδὼν φονευόμενον ὑπὸ λῃστῶν ἄνθρωπον: ſed potuit Diodorus tales homicidas, quicunque eſſent, latrones appellare, quatenus quod latronum eſſet facerent.

EXCEPTIONES

HOMICIDIORUM NON VOLUNTARIORUM. ET DE ASYLIS.

EXODI XXI.

AT qui non inſidiatus fuerit homini, ſed Deus fuit cauſa ut veniret *ad manum ejus, tunc ponam tibi locum ad quem fugiet.*

NUMER. XXXV. ℣. 11.

**Conſtituetis vobis urbes, urbes autem refugii erunt vobis: quò fugiet homicida qui percuſſerit aliquem per imprudentiam.*

℣. 22. & ſequent.

Si autem caſu abſque inimicitiis impulerit eum, vel projecerit in eum quodvis inſtrumentum abſque inſidiis.

Aut quemvis lapidem quo moriatur quem prius *non videbat, & cadere fecerit ſuper illum, mortuuſque fuerit, & ipſe non erat illi inimicus, neque quærebat malum ejus:*

Tunc judicabit congregatio inter percuſſorem & propinquum ſanguinis ſecundum judicia iſta:

Et eruet congregatio homicidam è manu propinqui ſanguinis: & reverti faciet eum congregatio ad urbem refugii ſui, ad quam confugerat: habitabitque in ea donec moriatur ſacerdos magnus qui unctus eſt oleo ſanctitatis.

Quod ſi egreſſus fuerit homicida terminum urbis refugii ſui ad quam confugerat:

Et inveneris eum propinquus ſanguinis extra terminum urbis refugii ſui, atque occiderit propinquus ille ſanguinis homicidam, non erit obnoxius morti.

In civitate enim refugii ſui habitabit, donec moriatur ſacerdos magnus: poſtea quam autem mortuus fuerit ſacerdos magnus, revertetur homicida in terram poſſeſſionis ſuæ.

DEUTER. XIX.

Præparabis tibi itinera, & in tres partes divides terminum terræ tuæ quam in hæreditatem daturus eſt tibi Dominus Deus tuus: eritque ut fugiat illuc omnis homicida.

Hæc autem eſt res homicidæ qui fugiet illuc, & vivet: qui percuſſerit proximum ſuum ignoranter, neque oderat eum ab heri & nudius tertius:

Quique abierit cum proximo ſuo in ſylvam ad cædendum ligna, & impulſa fuerit manus ejus in ſecurim ad cædendum lignum, elapſum autem fuerit ferrum è ligno, inveneritque proximum ſuum, & moriatur: is fugiet ad unam urbium iſtarum, & vivet.

EXCEPTIONES HOMICIDIORUM EORUMDEM, ID EST, QUÆ SUNT EJUSDEM GENERIS.

Ex variarum gentium legibus.

Homicidia per imprudentiam facta, minimeque dedita opera, Φόνοι ἀκούσιοι vocantur à Græcis. Sed & quædam ſunt cædes, in quibus quamvis non omnino fortuitus caſus cernatur, ut in iis de quibus dictum eſt, & aliis ejuſmodi de quibus dicetur ex Juriſconſultis, aut certe non eodem modo fortuitus: nihilominus inter ἀκουσίους cenſentur. Plato tamen de tali cædis genere loquens, vocare ἀκούσιον noluit, ſed illi tanquam ἀκουσίῳ ignoſcendum eſſe dixit. De Leg. libro ſeptimo, ubi de eo loquitur qui adverſarium in certamine ludicro, vel potius inter ciendum belli ſimulacra, interemerit: Καὶ δὴ καὶ τινὸς ἀποθανόντος, οὕτως ὡς ἀκουσίου τοῦ φόνου γενομένου, τιθῇ, τὸν ἀποκτείναντα, κατὰ νόμον καθαρθέντα, καθαρὸν εἶναι χεῖρας. *Qui locus male à quibuſdam intellectus fuit, verba illa,* οὕτως ὡς ἀκουσίου τοῦ φόνου γενομένου, *jungentibus cum iis quæ præcedunt. At Demoſthenes in Ariſtocratem, Atticam Legem affert in qua dicitur inter alia,*

Ἐάν τις ἀποκτείνῃ ἐν ἄθλοις ἄκων, ἢ ἐν ὁδῷ καθελὼν, ἢ ἐν πολέμῳ ἀγνοήσας, τούτου ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείναντα.

Id eſt,

Si quis occiderit in certaminibus [vel ludis] voluntariè, vel in itinere proſtraverit, aut in bello imprudens, ob hoc ne exulato qui cædem fecerit.

Quam legem examinans Demoſthenes, hæc, inter alia, ſcribit. Si quis in certaminibus [vel ludis] aliquem occiderit, hunc inſontem eſſe definiit. Quamobrem? Non eventum conſideravit, ſed ejus qui fecerit, animum. Is vero quis fuit? viventem ſuperare, non occidere. Quod ſi ille infirmior fuit quam qui ferre poſſet eum quem victoria requirit laborem: ipſum ejus mali ſibi cauſam extitiſſe cenſuit: quapropter ejus necem ulciſci noluit. Rurſus, ſi in bello (inquit) imprudens: & hunc eſſe purum. Recte. Si enim ego hoſtem eſſe ratus quempiam occidero, non dare pœnas, ſed veniam impetrare debeo.

Ulpianus.

L. 7. §. Si quis in coll. D. Ad Leg. Aquil.

Si quis in colluctatione, vel in pancratio, vel pugiles, dum inter ſe exercentur, alius alium occiderit: ſi quidem in publico certamine alius alium occiderit, ceſſat Aquilia. Quia gloriæ cauſa & virtutis, non injuriæ gratia videtur damnum datum.

Notandum autem hìc, ſicut exemplum ſimile eſt uni illorum quæ proponuntur in illa lege Attica, vel potius idem cum eo, ita etiam rationem pene eandem quæ illic à Demoſthene afferri.

Idem.

L. 9. §. finali. d. tit.

Si per luſum jaculantibus, ſervus fuerit occiſus, Aquiliæ locus eſt. Sed ſi, quum alii in campo jacularentur, ſervus per eum locum tranſierit, Aquilia ceſſat. Quia non debuit per campum jaculatorum iter intempeſtive facere. Qui tamen data opera in eum jaculatus eſt, utique Aquilia tenebitur.

Alphenus.

L. 52. §. fin. D. Ad Legem Aquiliam.

Quum pila complures luderent, quidam ex his ſervulum, quum pilam percipere conaretur, impulit: ſervus cecidit, & crus fregit. Quærebatur an dominus ſervuli lege Aquilia, cum eo cujus impulſu ceciderat, agere poteſt. Reſpondi, non poſſe: quum caſu magis quam culpa videretur factum.

Item Inſtit. §. Ac ne is quidem. De lege Aquilia.

Ac ne is quidem lege Aquilia tenetur qui caſu occidit: ſi modo culpa ejus nulla inveniatur. Nam alioqui non minus ex dolo quam ex culpa quiſque hac lege tenetur. ¶ Itaque ſi quis dum jaculis ludit, vel exercitatur, tranſeuntem ſervum tuum trajecerit: diſtinguitur. Nam ſi id à milite in eo campo ubi ſolitus eſt exercitari, admiſſum eſt, nulla culpa ejus intelligitur: ſi alius tale quid admiſerit, culpæ reus eſt. Idem juris eſt de milite, ſi in alio loco quam qui ad exercitandum militibus deſtinatus eſt, id admiſerit. ¶ Item, ſi putator ex arbore dejecto ramo ſervum tuum tranſeuntem occiderit: ſi prope viam publicam aut vicinalem id factum eſt, neque proclamavit ut caſus evitari poſſet, culpæ reus eſt: ſed ſi proclamavit, nec ille curavit præcavere, extra culpam eſt putator. Æque extra culpam eſſe intelligitur, ſi ſeorſum à via forté vel in medio fundo cædebat, licet non proclamavit: quia in eo loco nulli extraneo jus erat verſandi.

DE ALIO GENERE HOMICIDIORUM, QUÆ LICET FORTUITA VIDERI POSSINT, PUNIUNTUR.

Exodi XXI.

Quum autem rixati fuerint homines, & percuſſerint mulierem prægnantem, ita ut egrediatur fœtus ejus, nec tamen fuerit mors: puniendo punietur, quemadmodum impoſuerit ei maritus mulieris, & dabit ſecundum ſententiam Judicum.

Quod ſi mors fuerit, tunc dabis animam pro anima,

Oculum pro oculo, dentem pro dente, &c.

Ulpianus,

L. 27. §. 22. Ad legem Aquiliam.

Si mulier pugno, vel equa ictu à te percuſſa ejecerit, Brutus ait Aquilia teneri, quaſi ruperit.

DE ALIIS HOMICIDIIS IRA SUBITA FACTIS, SIVE JUSTO DOLORE SIVE ALIUNDE EXORTA: AUT ETIAM AB EO QUI VIM VI VELLET REPELLERE.

Homicidia ſubito iræ impetu perpetrata, Plato medium quoddam genus inter voluntaria & involuntaria conſtituit: De leg. Lib. IX. Scribit enim. Si quis vero manu ſua liberum hominem ira percitus interfecerit, bipertitò iram oportet primum diſtinguere. Per iram enim faciunt & qui ſubito, abſque voluntate interimendi, verberibus vel quovis modo interfecerunt: (ita ut confeſtim poſt impetum pœnitentia ſequatur) & qui contumelia vel injuria laceſſiti, ideoque in vindictæ cupiditate perſeverantes, poſtea volentes interfecerunt: nec pœnitet ea feciſſe.

Quibus ſubjungit,

Duplicem igitur cædem ponere placet, utramque ira factam: quas inter voluntarias & involuntarias

tarias actiones, medias jure poſuerim. Neutra enim voluntaria revera vel involuntaria eſt, ſed altera alterius eſt imago. Nam ille quidem qui iram ſervat, nec repente ſed cum inſidiis ſe poſtea vindicat, homicidæ voluntario eſt perſimilis: & qui non ſervat, ſed primo iræ impetu fertur, & abſque præmeditatione interficit, involuntario homicidæ ſimilis judicatur. Non tamen omnino involontarius eſt, ſed involuntarii habere ſimilitudinem dicitur.

Tandem ita concludit,

Quocirca per iram commiſſæ cædes difficile determinantur, utrum voluntariæ, an contra, ponendæ ſint. Optima igitur & veriſſima ſententia eſt, utraſque, imagines appellare: eaſque ſeorſim ita diſtinguere, ut altera conſultò committi dicatur. Majora vero ſupplicia illis decet imponere qui conſulto per iram interfecerunt: illis contra qui repente & inconſulto, leviora. Nempe quod graviori malo ſimile, aſperius: quod vero leviori, mitius puniendum. Ita certe noſtris legibus agendum eſt.

Verum legislatores ethnici hac in parte multo plus hominibus, quam lex divina, indulſerint.

Exodi XXI.

Quum autem rixati fuerunt aliqui, & percuſſerit aliquis proximum ſuum lapide vel pugno, & non fuerit mortuus, ſed deciderit lectum:

Si ſurrexerit, & ambulaverit foras ſuper baculum ſuum, tum innocens erit qui percuſſit: tantum ceſſationem ejus dabit, & medendo mederi faciet.

Quum autem percuſſerit quiſpiam ſervum ſuum vel ancillam ſuam bacillo, & mortuus fuerit ſub manu ejus, vindicabitur.

Verumtamen ſi per diem vel per duos dies perſtiterit, non vindicabitur: quia pecunia ejus eſt.

Quum autem rixati fuerint homines, & percuſſerint mulierem prægn.

Quæ ſequuntur, vide paulo ante.

Martianus,

L. 1. §. Divus Hadrianus. D. Ad leg. Corn. de ſicariis.

Divus Hadrianus reſcripſit, eum qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit, abſolvi poſſe: &, qui hominem non occidit, ſed vulneravit, ut occidat; pro homicida damnandum. Et ex re conſtituendum hoc. Nam ſi gladium ſtrinxerit, & in eo percuſſerit, indubitatem occidendi animo id eum admiſiſſe: ſed ſi clavi percuſſit aut cucuma, in rixa, quamvis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo: leniendam pœnam ejus qui in rixa caſu magis quam voluntate homicidium admiſit.

Lex Draconis,

Ἐὰν τις ἀποκτείνῃ ἐπὶ δάμαρτι, ἢ ἐπὶ μητρὶ, ἢ ἐπ' ἀδελφῇ, ἢ ἐπὶ θυγατρὶ, ἢ ἐπὶ παλλακῇ, ἣν ἂν ἐπ' ἐλευθέροις παισὶν ἔχῃ· τούτων ἕνεκα μὴ φεύγειν κτείνοντα.

Id eſt,

Si quis occiderit deprehenſum ſuper uxore, vel ſuper matre, vel ſuper ſorore, vel ſuper filia, vel ſuper concubinâ, aut ea quam ad ſuſcipiendos ingenuos liberos habeat: ob hæc qui cædem fecerit ne exulato.

Hanc autem legem optima aiti ratione oſtendere volens Demoſthenes ſcribit quæ ſequuntur.

Si ſuper uxore (*inquit*) aut ſorore, aut filia, aut concubina, aut ea quam ingenuæ ſobolis procreandæ cauſa quis apud ſe habuerit: eum etiam qui propter hæc aliquem occiderit, indemnem facit. Et omnium quidem juſtiſſime, Athenienſes, hunc dimittit. Quamobrem? Quia, pro quibus cum hoſtibus dimicamus, ad eos ab omni contumelia & injuria vindicandos: pro iiſdem etiam amicos, ſi quam contra leges injuriam aut contumeliam eis fecerint, occidere conceſſit. Quum enim non genus aliquod ſit amicorum & hoſtium, ſed è factis horum utrumque cenſeatur: eos qui hoſtilia faciunt pro hoſtibus ulciſci lex permiſit.

Ulpianus.

L. 23. D. Ad Legem Juliam de adulteriis coercendis.

Quod ait lex, In Filia Adulterum Deprehenderit, non otioſum videtur. Voluit enim ita demum hanc poteſtatem Patri competere, ſi in ipſa turpitudine filiam cum adultero deprehendat. Labeo quoque ita probat. Et Pomponius ſcripſit, in ipſis rebus Veneris deprehenſum occidi. Et hoc eſt quod Solo & Draco dicunt ἐν ἔργῳ. ¶ Sufficit Patri ſi eo tempore habeat in poteſtate, quo occidit, non quo in matrimonio collocavit. Finge enim, poſtea redactam in poteſtatem. Quare non ubicunque deprehenderit Pater, permittitur ei occidere, ſed domi ſuæ generive tantum. Illa ratio redditur, quod majorem injuriam putavit Legiſlator quod in domum Patris aut mariti auſa fuerit filia adulterum inducere.

L. ead. §. Quod ait.

Quod ait lex, In Continenti Filiam Occidat, ſic erit accipiendum, ne, occiſo hodie adultero, reſervet, & poſt diem filiam occidat: vel contra. Debet enim prope uno ictu & uno impetu utrumque ſumpta. Quod ſi non affectavit, ſed, dum adulterum occidit, profugit filia: & interpoſitis horis apprehenſa eſt à Patre qui perſequebatur: in continenti videbitur occidiſſe.

Macer.

L. 24. Tit. eod.

Marito quoque adulterum uxoris ſuæ occidere permittitur: ſed non quemlibet, ut Patri.

Papinianus.

L. 38. Ad Legem Jul. de adult.

Imperatores Marcus Antonius & Commodus filius reſcripſerunt. Si maritus uxorem in adulterio deprehenſam, impetu tractus doloris, interfecerit: non utique legis Corneliæ de ſicariis pœnam excipiet. Nam & divus Pius in hæc verba reſcripſit Apollonio, ei qui uxorem ſuam in adulterio deprehenſam occidiſſe ſe non negat, ultimum ſupplicium remitti poteſt: quum ſit difficile, juſtum dolorem temperare.

Quod autem ex Dracone & Solone affert Ulpianus ſupra, ἐν ἔργῳ, extat in hac Solonis lege quæ à Plutarcho affertur.

Μοιχὸν ἀπολεῖν τῷ λαβόντι ἐν ἔργῳ, ἐξεῖναι.

Id eſt,

Adulterum interficiendi, ei qui in opere ipſo deprehenderit, jus eſto.

Animadverte autem, multo ſeveriorem eſſe hanc legem quam Romanas, quum id quod permittit cuilibet, patri duntaxat & marito concedant. Romuli autem lege, marito & cognatis tantum

tantum licuiſſe, quidam tradunt. In Leg. Tab. XII. mariti tantum fit mentio, his verbis.

Aſt ſi maritus uxorem in adulterio deprebenderet, tum eam occidendi jus poteſtatemque haberet.

De bomicidiis autem quæ vim repellendo perpetrantur, ſunt iſtæ leges.

Draconis Lex.

Ἐὰν φέροντα ἢ ἄγοντα βίᾳ ἀδίκως, εὐθὺς ἀμυνόμενος κτείνῃ, νηποινὶ τεθνάτω.

Id eſt,

Si quem violentas & injurias manus inferentem, ſtatim cauſa defenſionis occiderit, impune occiſus eſto

Ubi Demoſthenes admonet, adjunxiſſe Legiſlatorem vocabulum Statim, ut tolleretur mali aliquid conſulendi tempus. Adjeciſſe etiam, Defenſionis cauſa, ut ſignificaret ſe læſo dare poteſtatem, non alii cuiquam.

Ex Legib. Tab. XII.

Si nox furtum faxit, & im aliquis occiſit, jure cæſus eſto.

Ulpianus.

L. 4. D. Ad legem Aquiliam.

Si ſervum tuum, latronem, inſidiantem mihi, occidero, ſecurus ero. Nam adverſus periculum naturalis ratio permittit ſe defendere.

Quibus ſubjungit.

Lex duodecim tabularum furem noctu deprehenſum occidere permittit: ut tamen idipſum cum clamore teſtificetur. Interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat: ut tamen æque cum clamore teſtificetur.

Idem.

L. 5. Tit. eod.

Sed & ſi quemcunque alium ferro ſe petentem quis occiderit, non videbitur injuria occidiſſe: &, ſi metu quis mortis furem occiderit, non dubitabitur quin lege Aquilia non teneatur. Sin autem, quum poſſet apprehendere: maluit occidere: magis eſt ut injuria feciſſe videatur. Ergo & Cornelia tenebitur.

Impp. Valent. Theodos. et Arcad.

L. 1. C. quando liceat unic. ſe ſine judice vindicare.

Liberam reſiſtendi cunctis tribuimus facultatem: ut quicumque militum vel privatorum ad agros nocturnus populator intraverit, aut itinera frequentata inſidiis aggreſſionis obſederit, permiſſa cuicumque licentia, digno illico ſupplicio ſubjugetur: ac mortem quam minabatur excipiat, & id quod intendebat incurrat.

Gordianus.

L. 2. C. ad Legem Corn. de ſic.

Si quis aggreſſorem vel quemcunque alium in dubio vitæ diſcrimine conſtitutus occiderit, nullum ob id factum calumniam metuere debet.

Idem.

L. 3. Tit. eod.

Si quis percuſſorem ad ſe venientem, gladio repulerit, non ut homicida tenetur: quia defenſor propriæ ſalutis in nullo peccaſſe videtur.

Gallienus,

L. 4. Tit. eod.

Si (ut allegas) latrocinantem peremiſti, dubium non eſt, eum qui inferendæ cædis voluntate præceſſerat, jure cæſum videri.

Pertinent autem hæc omnia ad illa dicta, quæ veluti principia & regulæ proponuntur à Juriſconſultis. Vim vi repellere licet: ſive, Armis arma repellere licet. De illa autem priore. Vim vi repellere licet, lege Ciceronem: qui Orat. pro Milone habet etiam multa quæ ad præcedentes leges faciunt. Cæterum huc pertinent & quæ L. 3. D. Tit. de juſtitia & jure, ſcripta ſunt.

DE HOMICIDARUM ASYLIS, SEU PERFUGIIS.

A Moſe dantur aſyla ſeu perfugia (id eſt quædam urbes pro aſylis & perfugiis) iis tantum homicidis qui plane ἀκουσίως, id eſt involuntarie, cædem fecerant. Nam adverſus eos qui ἑκουσίως, legitur.

Deuter. XIX.

Si quis autem odio babens proximum ſuum, inſidiatus fuerit vitæ ejus, ſurgensque percuſſerit illum, & mortuus fuerit, fugeritque ad unam de ſupradictis urbibus: Mittent Seniores civitatis illius, & arripient eum de loco effugii, tradentque in manum proximi cujus ſanguis effuſus eſt: & morietur.

Ac tantum abeſt ut ullam urbium illarum aſylum eſſe illis voluerit Deus, ut à ſuo etiam altari abſtrabi illos juſſerit. Legimus enim.

Exodi XXI.

Si quis de induſtria occiderit proximum ſuum & per inſidias, ab altari meo avelles eum, ut moriatur.

Sic videmus Adoniam abduci ab altari ad quod confugerat, 3. Reg. Cap. 1. cui adde Joabi exemplum.

Cæterum apud Ethnicos quoque fuerunt homicidis, (ſed non illis tantum qui φόνους ἀκουσίους feciſſent) quædam aſyla, ſeu perfugia. Neque vero homicidis tantum, ſed & aliis maleficis, aut certe aliorum maleficiorum accuſatis, fuerunt aſyla. Et locus in quem confugientes tuti erant, dicebatur ἔχειν ἀσυλίαν: idemque de illis qui ad eum confugiebant uſurpabatur. Quo dictum eſt modo, εἰς τὸ Θησεῖον καταφυγόντες ἀσυλίαν εἶχον. Sic apud Thucydidem legimus, Pauſaniam in fanum ſe proripuiſſe: ſic alibi, quoſdam πρὸς τὴν ἑστίαν confugiſſe. Quinetiam mentio fit aræ miſericordiæ apud Athenienſes, à Pauſania Hiſtorico. Interdum vero ad aſyla confugiebant, & qui nullius criminis accuſati ab alicujus violentia tuti eſſe volebant.

Quidam vero Chriſtiani Imperatores in hoc quoque Ethnicos aliqua ex parte ſunt imitati. Nam ita L. 3. Cod. De iis qui confugiunt ad Eccleſias, ſcribunt.

Impp. Arcad. et Honor.

Ἀνεῴχθωσαν τοῖς αἰδέσιμοι οἱ ναοὶ τοῦ μεγάλου Θεοῦ. οὐ γὰρ μόνα τὰ θεῖα θυσιαστήρια καὶ τὸν εὐκτήριον ναὸν τὸν τετράγωνον τῶν τοίχων περιβολῇ τειχιζόμενον, εἰς ἀσφάλειαν συντελεῖν τῶν προσφυγόντων θεσπίζομεν, ἀλλ᾽ ἔτι καὶ περαιτέρω τούτου τυγχάνει, ἄχρι τῶν τελευταίων θυρῶν τῆς ἐκκλησίας, ἐλέει βοηθὸν τοῖς προσφυγοῦσιν εἶναι περιστατέομεν· ὥστε μεταξὺ τοῦ ναοῦ, ὃν τῷ προειρημένῳ τρόπῳ περιτετράχθαι

περιπεφράχθαι διεγράψαμεν, ἄχρι τῶν πρώτων μετὰ τοὺς δημοσίους τόπους τῆς ἐκκλησίας θυρῶν, πᾶν τὸ παρεσκείμενον, εἴτε ἐν οἰκίαις, ἢ κήποις, ἢ αὐλαῖς, ἢ λουτροῖς, ἢ στοαῖς τυγχάνει, τοὺς εἰσιόντας πρόσφυγας, καθ᾽ ὁμοιότητα τοῦ ναοῦ, φυλάττειν, καὶ μηδένα τούτοις ἱεροσύλους ἐπιβάλλειν χεῖρας.

Id est, (*vulgarem ſequendo interpretationem*)

Pateant ſummi Dei templa timentibus. Non enim ſola altaria & oratorium templi circumjectum, qui Eccleſias quadripartito parietum ſeptu concludit, ad tuitionem confugientium ſancimus eſſe propoſita: ſed uſque ad extremas fores Eccleſiæ, quas oratum geſtiens populus primas ingreditur, confugientibus aram ſalutis eſſe præcipimus: ut inter templum, quod parietum deſcripſimus cinctu, & poſt Loca Publica, & januas primas Eccleſiæ quicquid fuerit interjacens, ſive in cellulis, ſive in domibus, hortulis, balneis, areis atque porticibus, confugas interioris templi vice tueatur: nec in extrahendos eos conetur quiſquam ſacrilegas manus immittere, &c.

Sed & L. 2. Tit. eod.

Impp. Honor. et Theod.

Fideli devotaque præceptione ſancimus, nemini licere ad Sacroſanctas Eccleſias confugientes abducere: ſub hac videlicet definitione, ut, ſi quiſquam contra hanc legem venire tentaverit, ſciat ſe Majeſtatis crimine eſſe retinendum.

In præcedente autem lege Impp. Arcadii *&* Honorii, *quæ prima eſt, Judæos hoc confugiendi more abuti ſolitos eſſe dicitur: & adverſus hunc abuſum ita cavetur.*

Judæi, qui reatu aliquo vel debitis fatigati, ſimulant ſe Chriſtianæ legi velle conjungi, ut ad Eccleſias confugientes evitare poſſint crimina, vel pondera debitorum: arceantur, nec ante ſuſcipiantur quam debita univerſa reddiderint, vel fuerint innocentia demonſtrata purgati.

Justinianus *poſtea, Authent. 38. Tit. De Eccleſiis conſtitutis in Africa, eam prærogativam in Eccleſiam Carthaginenſem contulit, ut qui ad eam confugiſſet, impunitatem conſequeretur: niſi ſi homicidium, vel raptum virginis, aut vim in Chriſtianum admiſiſſet. Verum id ad omnes Eccleſias extenſum poſtea fuit.*

Ad ſtatuas quoque Imperatorum confugiebant nonnulli, ut apparet cum ex aliis locis, tum ex Lege Impp. Valent. Theodos. *&* Arcad. *Cod. De iis qui ad ſtatuas confugiunt. Quinetiam hæc Legimus Inſti. De iis qui ſui vel alieni juris ſunt. §. Sed hoc tempore.*

Nam Antoninus conſultus à quibuſdam Præſidibus Provinciarum de iis ſervis qui ad ædem ſacram vel ad ſtatuam Principum confugiunt, præcepit, ut ſi intolerabilis videatur ſævitia dominorum, cogantur ſervos ſuos bonis conditionibus vendere: ut pretium dominis detur.

Huc pertinet quod apud Philoſtratum legitur, καὶ ἄσυλος ἐν ᾧ ἀνδριὰς τοῦ Τιβερίου *Id eſt, Aſyli loco erat ſtatua Tiberii. Vel, Ad ſtatuam Tiberii confugientibus erat jus aſyliæ.*

Confugientis ad ſtatuam Cæſaris, aut in aſylum, meminit & Ulpianus, in Tit. De ædilitio edicto. L. 17. §. Apud Labeonem.

EXTENSIO

AD PUNITIONEM HOMICIDII A QUADRUPEDE FACTI.

Exodi XXI.

SI cornu petierit bos virum, vel mulierem, ita ut moriatur, lapidabitur bos, neque comedetur caro ejus: at dominus bovis erit innocens.

Quod ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtatio facta fuerit domino ejus, & non cuſtodierit eum, occiderit autem virum vel mulierem, bos ille lapidabitur, atque etiam Dominus ejus morietur.

Si pretium redemptionis impoſitum fuerit ei, tunc dabit redemptionem animæ ſuæ quantum impoſitum fuerit ei.

Inſtitut. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.

Animalium nomine quæ ratione carent, ſi qua laſcivia, aut pavore, aut feritate pauperiem fecerint, noxalis actio lege duodecim tabularum prodita eſt. Quæ animalia ſi noxæ dedantur, proficiunt reo ad liberationem: quia ita lex duodecim tabularum ſcripta eſt: ut puta.

Si equus calcitrosus calce percusserit, aut bos cornu petere solitus cornu petierit.

Hæc autem actio in iis quæ contra naturam moventur, locum habet: cæterum ſi genitalis ſit feritas, ceſſat actio. Denique ſi urſus fugerit à domino, & ſic nocuerit: non poteſt quondam dominus conveniri: quia deſiit dominus eſſe, ubi fera evaſit. Pauperies autem eſt damnum ſine injuria facientis datum. Nec enim poteſt animal injuriam feciſſe dici quod ſenſu caret. Hæc quidem ad noxalem pertinent actionem.

Quamvis autem, ut hic dicitur, non poſſit animal injuriam feciſſe dici, tamen ſicut videmus illa lege Moſaïca damnari morte animantia bruta quæ hominem occiderint (ad majorem videlicet ipſius facti deteſtationem, & ne ſupereſſet autor qui triſtem caſus illius memoriam renovaret) ſic etiam Draconi placuiſſe legimus animantia quoque pœnas dare: & quod de hominibus qui cædem perpetraſſent ſanxit, ut extorres patria & finibus fierent, idem & de brutis animantibus, atque adeo de rebus inanimatis ſanxiſſe. Huc pertinet quod refert Suidas. (Budæo interprete) de ſtatua Niconis Thaſii, pugilis celebrati: quum enim ejus jam defuncti ſtatuam æmulorum unus odio indulgens fuſtibus cæderet, tanquam Niconem ipſum vivum contumelia afficiens: ſtatua manium ejus ultrix in cædentem collapſa oppreſſit eum & extinxit. Propter cujus necem, ejus hæredes ſtatuam ipſam necis ream egerunt apud Thaſios, lege Draconis: tandemque ſtatua, necis damnata, ſententia Judicum in mare demerſa eſt. At vero à Pauſania id de Theagenis ſtatua narratur, in Eliacis. Quum (inquit) è vita jam deceſſiſſet Theagenes, ex ejus obtrectatorum numero quidam ad ejus ſtatuam nocte qualibet accedens, eam flagris cædebat: non aliter quam ſi in eo ære ipſum viventem ulciſceretur. Quum autem hominem ſtatua ſubito caſu oppreſſiſſet, ejus filii ſtatuam de cæde poſtularunt. Eſtque ea, Thaſiorum ſententia, in mare abjecta: Draconis ſcilicet lege, qui anima etiam carentia, urbe agroque exterminanda, quum leges ſcriberet, ſanxit:

ſi quid

ſi quid forte eorum corruens hominem peremiſſet. A Demoſthene hujus legis fit mentio, vocante τὸ ἐπὶ πρυτανείῳ δικαστήριον. Orat. in Ariſtocratem.

Ἐὰν λίθος, ἢ ξύλον, ἢ σίδηρος, ἤ τι τοιοῦτον, ἐμπεσὸν πατάξῃ, καὶ τὸν μὲν βαλόντα ἀγνοῇ τις, αὐτὸ δὲ εἰδῇ καὶ ἔχῃ τὸ τὸν φόνον εἰργασμένον, τούτοις ἐνταῦθα λαγχάνεται.

Id eſt,

Si lapis, aut lignum, aut ferrum, aut tale quidpiam, delapſum, percuſſerit: atque aliquis à quo id conjectum ſit ignoret, ipſum vero norit & habeat telum quo cædes facta eſt: his rebus in hoc loco judicium dictatur.

Exodi xx. Levit. xviii. Deuter. v.

Ne adulterium committe.

Levit. xx.

Homo autem qui adulterium commiſerit cum uxore alicujus: qui [inquam] adulterium commiſerit cum uxore proximi ſui, morietur adulter & adultera.

Pauſanias Hyettum quemdam fuiſſe primum dicit qui de adulterio pœnam ſumpſerit. Draconem enim multo poſt cum de aliis rebus, tum de adulterii pœna leges tuliſſe. Non addit tamen qualem pœnam conſtituerit: verum ab aliis traditur capitalem fuiſſe. Qua in re Solon eum minime ſequutus eſt: ſed tamen eos qui perſuadendo, ſine vi alienam uxorem corrupiſſent, capite punitos fuiſſe, ex Lyſia diſcimus.

Ex iis qui pœnæ capitalis mentionem faciunt, eſt quidam Nicoſtratus: de uxore loquens.

Καὶ φοβείσθω τὸ ὄνομα τῆς μοιχείας, εἴγε ταύτῃ μέλλει ζῆν, καὶ μὴ ἀποσφάττεσθαι.

Priſcis autem Romanis potiſſimum, ſicut & priſcis Græcis (nam mitiorem poſtea pœnam Solon ſtatuit) capitis pœna punitum fuit adulterium. Affertur ex XII. *Tab. legibus, de muliere adultera.*

Adulterii convictam vir & cognati uti volent necanto.

Item.

Lex Julia de adulteriis coercendis, temeratores alienarum nuptiarum gladio punit. *Inſtit. §. Item lex Julia. De publ. judiciis.*

Item.

Alex. Severus.

L. 9. Cod. Ad Legem Jul. de adulteriis.

Qui autem adulterii damnatam, ſi quocunque modo pœnam capitalem evaſerit, ſciens duxerit Uxorem, eadem lege ex cauſa lenocinii punietur. *Unde colligitur, pœnam adulterii illo etiam ſeculo fuiſſe capitalem. Quoniam tamen capitalium pœnarum plures ſunt gradus (L. 28. D. de pœnis) ita ut non ſolum ad furcam damnatio, item vivi crematio & capitis amputatio appellatione illa contineantur, ſed etiam metalli coercitio, in & inſulam deportatio: poſſet aliquis, de qua intellexerit Alex. Severus, dubitare: id conſtabit ex aliis legibus. Ita enim.*

Dioclet. et Maxim.

L. 18. Cod. De tranſact.

Tranſigere vel paciſci de crimine capitali, excepto adulterio, prohibitum non eſt. In aliis autem publicis criminibus quæ ſanguinis pœnam non ingerunt, tranſigere non licet citra falſi accuſationem. *Quod enim vocaverat crimen capitale, appellat poſtea crimen quod ſanguinis pœnam ingerit. Sed multo apertius.*

Constantinus.

L. 30. §. fin. Cod. ad Legem Juliam.

Sacrilegos autem nuptiarum gladio puniri oportet. *Verum & Juſtinianus loco ſupradicto dat locum legi Juliæ, quæ temeratores alienarum nuptiarum gladio punit.*

At vero apud Demoſthenem oratione in Neæram alius quam capitalis pœnæ ſit mentio adverſus adulteram. Legimus enim.

Ἐπειδὰν δὲ ἕλοι τὸν μοιχὸν, μὴ ἐξέστω τῷ ἑλόντι συνοικεῖν τῇ γυναικί. ἐὰν δὲ συνοικῇ, ἄτιμος ἔστω. μηδὲ τῇ γυναικὶ ἐξέστω εἰσιέναι εἰς τὰ ἱερὰ τὰ δημοτελῆ, ἐφ᾽ ᾗ ἂν μοιχὸς ἁλῷ. ἐὰν δ᾽ εἰσίῃ, νηποινεὶ πασχέτω ὅ, τι ἂν πάσχῃ, πλὴν θανάτου.

Id eſt,

Poſtquam autem adulterum deprehenderit, ei qui deprehendit, porro habere mulierem in matrimonio ne liceat. Quam ſi retinuerit, ignominioſus eſto. Neque mulieri liceat ingredi in Fana publica, cum qua fuerit adulter deprehenſus. Sin ingreſſa fuerit, impune quidvis in eam liceat, morte excepta.

Dixerat vero ante recitationem legis, Hac autem de cauſa mulieribus adulteris, & ſi cæteris omnibus injuriis exagitentur, negavit ultionem, interfici tamen noluit: ne Fana polluantur, aut religio violetur: ſatis magno terrore illi ſexui injecto, ad colendam modeſtiam & flagitia vitanda: traditaque diſciplina, domum, ſicut æquum eſt, cuſtodiendi: quoniam, ſiquid tale in ſe admiſerint, ſimul & ædibus mariti & publicis urbis fanis ſiat ejiciendæ.

Sicut autem ἄτιμον *eſſe vult hæc lex eum qui adulteram in matrimonio habeat, ita Plato adverſus eum qui adulterium committit, hanc legem ſtatuit, ut ſit* ἄτιμος.

Verum & apud quoſdam populos ignominia tantum aliqua publice afficiebantur adulteri. Ut legimus apud Nicolaum Damaſcenum, moris fuiſſe apud Piſidas, eum qui deprehenſus in adulterio eſſet, per urbem circumduci ſuper aſino, unà cum muliere: idque ad certum dierum numerum. Ac conſuetudinis huic ſimilis mentionem facit & Plutarchus

Ægyptiorum lege, ei qui ingenuam mulierem ſtupraſſet pudenda amputabantur.

Apud Romanos autem ſeverior in adulteros fuit lex Julia, de qua Inſtit. §. Item lex Julia. De publicis judiciis.

Item lex Julia de adulteriis coercendis quæ non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent.

Papinianus.

L. 20. D. Ad legem Juliam de adulteriis coercendis.

Patri datur jus occidendi adulterum cum filia quam in poteſtate habet.

Idem jus fuit & marito: ut videbis in proxime præcedente capite de adulterio. Xenophon quoque teſtatur in multis rebuſpubl. ſolos adulteros impune occidere licuiſſe.

Deut. xxii.

Quum fuerit puella virgo deſponſata viro, & invenerit eam aliquis in urbe, coïeritque cum ea:

Educetis utrumque ad portam urbis ejus, & lapidabitis eos lapidibus, ac morientur.

 Ulpianus

ULPIANUS.

L. 13. §. Divi Severus & Anton. D. Ad Legem Jul. de adult. coerc.

Divi Severus & Antoninus reſcripſerunt, etiam in ſponſa hoc idem vindicandum: quia neque matrimonium qualecunque, nec ſpem matrimonii violare permittitur.

EXTENSIO

ADVERSUS STUPRATORES.

LEVIT. XXI.

QUum quis invenerit puellam viginem, quæ deſponſata non ſit, & apprehenderit eam, coieritque cum ea, & deprehenſi fuerint:

Tunc dabit vir ille qui coïerit cum illa, patri puellæ quinquaginta argenteos, & erit illi uxor, eò quod afflixerit eam: non poterit eam dimittere omnibus diebus ſuis.

Inſtitut. §. Item Lex Julia. De publicis judiciis.

Sed eadem lege Julia etiam ſtupri flagitium punitur, quum quis ſine vi vel virginem vel viduam honeſte viventem ſtupraverit.

PAPINIANUS.

L. 6. Ad Legem Jul. de adult. coerc.

Inter liberas tantum perſonas adulterium ſtuprumve paſſas Lex Julia locum habet. Quod autem ad ſervas pertinet, & legis Aquiliæ actio facile tenebit, & injuriarum quoque competit. Nec erit deneganda prætoria quoque actio de ſervo corrupto: nec propter plures actiones parcendum erit in hujuſmodi crimine reo.

IDEM.

L. 8. eodem tit.

Qui domum ſuam, ut ſtuprum adulteriumve cum aliena matre familias vel cum maſculo fieret, ſciens præbuerit, vel quæſtum ex adulterio uxoris ſuæ fecerit: cujuſcunque ſit conditionis, quaſi adulter punitur.

PAULUS.

L. 1. De extraord. criminibus.

Qui puero ſtuprum, abducto ab eo vel corrupto comite, perſuaſerit, aut mulierem puellamve interpellaverit, quidve impudicitiæ gratia fecerit: domum præbuerit, pretiumve quo iis perſuadeat, dederit: perfecto flagitio, puniuntur capite: imperfecto, in Inſulam deportantur. Corrupti comites ſummo ſupplicio afficiuntur.

Ibidem, ab eodem, in principio legis, voluntas etiam, ad effectum non perveniens, punienda cenſetur: his verbis.

Sollicitatores alienarum nuptiarum, itemque matrimoniorum interpellatores, & ſi effectu ſceleris potiri non poſſunt, propter voluntatem tamen pernicioſæ libidinis, extra ordinem puniuntur.

EXTENSIO

ADVERSUS PROSTITUENTEM SUAM FILIAM.

LEVIT. XIX.

NE polluas filiam tuam, proſtituendo eam: neque fornicetur terra, & impleatur ſcelere.

IMPP. THEOD. & VALENT.

L. 6. Cod. De ſpectac. & ſcenicis & lenonibus.

Lenones, Patres & Dominos, qui ſuis filiabus vel ancillis peccandi neceſſitatem imponunt, nec jure frui dominii, nec tanti criminis patimur libertate gaudere. Igitur tali placet eos indignatione ſubduci, ne poteſtatis jure frui valeant, neve quid eis ita poſſit acquiri.

Paucis interjectis.

Ita ut ſi inſiſtendum eis lenones eſſe crediderint, vel peccandi ingerant neceſſitatem invitis, amittant non ſolum eam quam habuerint poteſtatem, ſed proſcripti, pœnæ mancipentur exilii, metallis addicendi publicis: quæ minor pœna eſt quam ſi præcepto lenonis cogatur quiſpiam coïtionis ſordes ferre quas nolit.

L. 7. eod. tit.

Nequis deinceps lenocinium exerceat, & nullus reditus inde largitionibus inferatur: nullus ancillam ingenuamve proſtituat. Alioquin humilior qui id fecerit, coercitus, metalli & exilii pœna damnabitur: honeſtior bona & militiam ac dignitatem amittet.

EXTENSIO

ADVERSUS CONCUBITUS CONTRA NATURAM.

LEVIT. XVIII.

CUm maſculo ne concumbas concubitu mulieris: abominatio eſt.

Et cum nullo animali dabis coïtum tuum, ut polluaris cum eo. Neque mulier ſtabis ante animal ut coëas cum eo: turpitudo eſt.

LEVIT. XX.

Quicumque præterea coïerit cum maſculo coïtibus mulieris, abominationem fecerunt ambo: moriendo morientur: ſanguis eorum ſuper eos.

IBIDEM.

Si quis autem dederit coïtum ſuum in brutum, moriendo morietur: & jumentum occidetis.

Mulier item quæ acceſſerit ad aliquod animal ad coëundum cum eo, occides mulierem & animal: moriendo morientur: ſanguis eorum ſuper eos.

Inſtitut. §. Item lex Julia. De publ. judiciis.

Item lex Julia de adulteriis coercendis quæ non ſolum temeratores alienarum nuptiarum gladio punit, ſed & eos qui cum maſculis nefandam libidinem exercere audent.

Vide & in proximè præcedente extenſione adverſus ſtupratores.

EXTENSIO

AD ILLICITAS ET INCESTAS NUPTIAS.

LEVIT. XVIII.

NEmo ad ullam propinquam carnis ſuæ accedat, ad revelandam turpitudinem: Ego Dominus.

Turpitudinem

Turpitudinem Patris tui & turpitudinem Matris tuæ non revelabis: mater tua eſt, non revelabis turpitudinem ejus.

Turpitudinem uxoris patris tui non revelabis: turpitudo patris tui eſt.

Turpitudinem ſororis tuæ, filiæ patris tui, aut filiæ matris tuæ, quæ genita eſt domi vel genita eſt foris: non revelabis turpitudinem earum.

Turpitudinem filiæ filii tui, vel filiæ filiæ tuæ non revelabis: quia turpitudo tua ſunt. Turpitudinem filiæ uxoris patris tui, prolis patris tui, quæ ſoror tua eſt, non revelabis.

Turpitudinem ſororis patris tui non revelabis. Nam conſanguinea patris tui eſt.

Turpitudinem ſororis matris tuæ non revelabis: quia conſanguinea matris tuæ eſt.

Turpitudinem fratris patris tui non revelabis: ad uxorem ejus non accedes, nam uxor fratris patris tui eſt.

Turpitudinem nurus tuæ non revelabis: uxor filii tui eſt, non revelabis turpitudinem ejus.

Turpitudinem uxoris fratris tui non revelabis: quia turpitudo fratris tui eſt.

Turpitudinem mulieris & filiæ ejus non revelabis: filiam filii ejus & filiam filiæ ejus non accipies ad revelandum turpitudinem ejus. Conſanguineæ ſunt, ſcelus eſt.

Mulierem quoque cum ſorore ſua non accipies, ad affligendum, ad revelandum turpitudinem ejus, ea vidente in vita ſua.

LEVIT. XX.

Quicunque concubuerit cum uxore patris ſui, turpitudinem patris ſui revelavit: moriendo morientur ambo, ſanguis eorum ſuper eos.

Vir autem qui coïerit cum nuru ſua, moriendo morientur ambo: confuſionem fecerunt: ſanguis eorum ſuper eos.

Uno verſu interjecto.

Qui vero acceperit mulierem & matrem ejus, ſcelus eſt: igni comburent illum & illas, ne ſit ſcelus in medio veſtri.

Duobus verſibus interjectis.

Quiſquis vero acceperit ſororem ſuam, filiam Patris ſui, aut filiam Matris ſuæ, & viderit turpitudinem ejus, ipſaque viderit turpitudinem ejus: opprobrium eſt. Propterea ſuccidentur in oculis filiorum populi ſui. Turpitudinem ſororis ſuæ revelavit, iniquitatem ſuam feret.

Uno verſu interpoſito.

Turpitudinem ſororis Matris tuæ & ſororis Patris tui non diſcooperies: quia propinquam ſuam nudavit, iniquitatem ſuam portabunt.

Quiſquis autem dormierit cum uxore Fratris Patris ſui, turpitudinem Fratris Patris ſui revelavit: iniquitatem ſuam portabunt: orbati morientur.

Qui item acceperit uxorem Fratris ſui, opprobium eſt: turpitudinem Fratris ſui revelavit: orbati erunt.

Ex Leg. Tab. XII.

Inceſtum pontifices ſupremo ſupplicio ſanciunto.

MODESTINUS.

L. 42. De ritu nuptiarum. & in reg. juris reg. 197.

Semper in conjunctionibus, non ſolum quid liceat conſiderandum eſt, ſed & quid honeſtum ſit.

CAJUS.

L. 52. De ritu nuptiarum.

Nuptiæ conſiſtere non poſſunt inter eas perſonas quæ in numero parentum liberorumve ſunt, ſive proximi ſive ulterioris gradus ſint: uſque ad infinitum.

JUSTINIAN.

Inſtit. §. Ergo non omnes. De nuptiis.

Ergo non omnes nobis uxores ducere licet. Nam à quarumdam nuptiis abſtinendum eſt. Inter eas enim perſonas quæ parentum liberorumve locum inter ſe obtinent, contrahi nuptiæ non poſſunt: veluti inter patrem & filiam, vel avum & neptem: vel matrem & filium, vel aviam & nepotem: & uſque in infinitum. Et, ſi tales perſonæ inter ſe coïerint, nefarias atque inceſtas nuptias contraxiſſe dicuntur. Et hæc adeo vera ſunt, ut quamvis per adoptionem, parentum liberorumve loco ſibi eſſe cœperint, non poſſint inter ſe matrimonio jungi: in tantum ut etiam diſſoluta adoptione, idem juris maneat. Itaque eam quæ tibi per adoptionem filia vel neptis eſſe cœperit, non poteris uxorem ducere: quamvis eam emancipaveris.

Paulo poſt.

Affinitatis quoque veneratione à quarumdam nuptiis abſtinere neceſſe eſt. Ut ecce, privignam aut nurum, uxorem ducere non licet: quia utræque filiæ loco ſunt. Quod ita ſcilicet accipi debet, ſi fuit nurus aut privigna tua.

Item.

Socrum quoque & novercam prohibitum eſt uxorem ducere: quia matris loco ſunt.

DIOCLET.

L. 17. Cod. De nuptiis.

Nemini liceat contrahere Matrimonium cum filia, nepte vel pronepte: itemque cum matre, avia, vel proavia. Et ex latere, amita, ac Matertera, ſorore, ſororis filia, & ex ea nepte: præterea Fratris tui filia, & ex ea nepte. Itemque ex affinibus, privigna, noverca, nuru, ſocru, cæteriſque quæ jure antiquo prohibentur: à quibus cunctos volumus ſe abſtinere.

Ut autem non ſolum perſonarum quæ ſunt in linea aſcendentium & deſcendentium, ſed & illarum quæ ſunt in linea collaterali æquali mentionem fieri à Moſe videmus, ita quarumdam etiam quæ in hac collaterali ſunt, mentionem facit Diocletianus in loco proxime præcedente. Eodemque pertinent quæ ſequuntur.

PAULUS.

L. fin. De ritu nuptiarum.

Jure gentium inceſtum committit qui ex gradu aſcendentium vel deſcendentium uxorem duxerit. Qui verò ex latere eam duxerit quam vetatur, vel affinem quam impeditur: ſi quidem palam

lam ſecerit, levius: ſi verò clam hoc commiſerit, gravius punitur. Cujus diverſitatis illa ratio eſt circa matrimonium, quod ex latere non bene contrahitur.

JUSTINIAN.
§. Inter eas quoque. De nuptiis.

Inter eas quoque perſonas quæ ex transverſo gradu cognationis junguntur, eſt quædam ſimilis obſervatio, ſed non tanta. Sane enim inter fratrem ſororemque nuptiæ prohibitæ ſunt, ſive ab eodem Patre eademque Matre nati fuerint, ſive ex altero eorum.

VALENTIN.
L. 5. Cod. De inceſtis nuptiis.

Fratris uxorem ducendi, vel duabus ſororibus conjungendi, penitus licentiam ſubmovemus, nec diſſoluto quocunque modo conjugio.

ZENO.
L. 8. Cod. de inceſtis nuptiis.

Licet quidam Ægyptiorum idcirco mortuorum Fratrum ſibi conjuges Matrimonio copulaverint, quod poſt illorum mortem manſiſſe virgines dicebantur, arbitrati ſcilicet (quod certis legum conditoribus placuit) quum corpore non convenerint, nuptias non videri re eſſe contractas: & hujuſmodi connubia tunc temporis celebrata, firmata ſunt: tamen præſenti lege ſancimus, ſi quæ hujuſmodi nuptiæ contractæ fuerint, eas earumque contractores, & ex his genitos antiquarum legum tenori ſubjacere, nec ad exemplum Ægyptiorum (de quibus ſupra dictum eſt) eas videri fuiſſe firmatas, vel eſſe firmandas.

ANASTASIUS.
L. 9. Cod. eod. Tit.

Ab inceſtis nuptiis univerſi qui noſtro reguntur imperio, noverint temperandum. Nam reſcripta quoque omnia, vel pragmaticas formas, aut conſtitutiones impias, quæ quibuſdam perſonis tyrannidis tempore permiſerunt ſceleſto contubernio Matrimonii nomen imponere, ut Fratris filiam, vel ſororis, vel eam quæ cum Fratre quodam nuptiali jure habitaverat, uxorem legitimam turpiſſimo conſortio liceret amplecti, aut ut alia hujuſmodi committerentur, viribus carere decernimus: ne diſſimulatione culpabili nefanda licentia corroboretur.

Et ſicut inter perſonas à Moſe exceptas ſunt etiam quæ ad collateralem lineam inæqualem pertinent, ita & in Romano jure.

CAJUS.
L. 17. §. Amitam. De ritu nuptiarum.

Amitam quoque & Materteram, item magnam quoque amitam & Materteram magnam prohibemur uxorem ducere: quamvis magna amita & Matertera quarto gradu ſint. Utique autem amitam & amitam magnam prohibemur uxorem ducere, etſi per adoptionem nobis conjunctæ ſint.

L. 17. Cod. de nuptiis.

Nemini liceat contrahere matrimonium cum filia, nepte, vel pronepte: itemque cum Matre, avia, vel proavia: & ex latere, amita, ac Matertera, ſorore, ſororis filia.

Sequentia vide ſuprà.

Rationem autem affert Juſtinianus, Inſtit. §. Item amitam. De nuptiis.

Item amitam, licet adoptivam, ducere uxorem non licet, item nec Materteram: quia parentum loco habentur. Qua ratione verum eſt, magnam quoque amitam & Materteram magnam prohiberi uxorem ducere.

ARCAD. ET HONOR.
L. 6. Cod. De inceſtis nuptiis.

Si quis inceſti vetitique conjungii ſeſe nuptiis funeſtaverit, proprias quamdiu vixerit teneat facultates: ſed neque uxorem neque filios ex ea editos habere credatur. Nihil prorſus prædictis neque per interpoſitam quidem perſonam, vel donet ſuperſtes, vel moriturus derelinquat. Dos ſi qua fortè ſolemniter aut data aut promiſſa fuerit, juxta jus antiquum, fiſci noſtri commodis cedat. Teſtamento ſuo extraneis nihil derelinquat: Sed (ſive teſtatò, ſive inteſtatò) legibus ei & jure ſuccedant ſi qui fortè ex juſto & legitimo Matrimonio editi fuerint, hoc eſt, de deſcentibus, filius, filia: nepos, neptis: pronepos, proneptis: de aſcendentibus autem, Pater, Mater: avus, avia: de latere, Frater, Soror: Patruus, Amita. Teſtandi ſanè ita demum habeat facultatem, ut his tantummodo perſonis, pro juris ac legum, quod voluerit, arbitrio relinquat, quas ſuccedere Imperialis præcepti tenore mandavimus. Ita tamen ut ab hæreditate defuncti penitus arceatur ſi quis ex iis quos memoravimus, in contrahendis inceſtis nuptiis conſilium iniiſſe monſtrabitur: ſucceſſuro in locum illius qui poſt eum gradu proximus invenitur. Et ſanè, quæ de viris cavimus, etiam de fœminis quæ prædictorum ſeſe conſortiis commaculaverint, cuſtodiantur. Memoratis verò perſonis non extantibus, noſtro fiſco locus pateat.

JUSTINIAN.
Authent. No. Conſtit. 12. cap. 1.

Sancimus igitur de cætero, ſi quis illicitas & contrarias naturæ (quas lex inceſtas & nefandas & damnatas vocat) contraxerit nuptias: ſi quidem non habuerit filios ex prioribus legitimis & inculpabilibus ſibi contractis nuptiis, mox ei ſuarum rerum caſum imminere: ſimul autem & eorum quæ nomine dotis data ſunt ei, in nullo potiri, ſed omnia ærario aſſignari: eo quod dum licuerit nuptias facere legitimas, contra leges amaverit: & confuderit quidem ſobolem, nocuerit autem & generi: egerit verò quæ impia ſunt & ſceleſta, & talia concupierit qualia plurima etiam irrationabilia amovent animalia. Sitque ei pœna non confiscatio ſolum, ſed etiam cinguli privatio & exilium: & ſi vilis fuerit, etiam corporis verberatio, quatenus diſcat caſtè vivere, & intra naturam ſe continere: non autem delectari, & amare ultra terminum traditum nobis à natura. Muliere quoque, ſi legem ſciens, hanc quidem neglexerit, inceſtis autem ſemetipſam tradiderit nuptiis, ſub eadem conſtituenda pœna.

EXTENSIO
AD PUNITIONEM RAPTORUM VIRGINUM, NUPTARUM, AUT VIDUARUM.

Extenſio hæc ad punitionem raptorum, aptiorem locum habuiſſet poſt eam quæ eſt ad punitionem ſcortatorum: ſed minus apto potius quam nullo ponendam loco exiſtimavimus. Poteſt certè huc quoque referri quod Moſes ſcribit de eo qui invenerit puellam virginem quæ deſponſata non ſit, eamque apprehenderit, & cum ea concubuerit.

EX SOLONIS LEGE.

Ἐάν τις ἁρπάσῃ ἐλευθέραν γυναῖκα καὶ βιάζητα, ζημίαν δέκα δραχμὰς τάξασθαι.

ID EST,

Digitized by Google

Id est,

Si quis ingenuam mulierem rapiat, vimque ei inferat, drachmis decem mulctator.

At multo ſeverius leges Romanæ crimen hoc punierunt, ut ſequentia oſtendunt.

MARTIANUS.

L. 5. §. fin. Ad legem Jul. de vi publica.

Qui vacantem mulierem rapuit, vel nuptam, ultimo ſupplicio punitur. Et, ſi Pater injuriam ſuam precibus exoratus remiſerit, tamen extraneus ſine quinquenii præſcriptione reum poſtulare poterit: quum raptus crimen legis Juliæ de adulteriis poteſtatem excedat.

JUSTINIAN.

L. unica. Cod. De raptu virg. ſeu vid.

Raptores virginum honeſtarum, vel ingenuarum, ſive jam deſponſatæ fuerint, ſive non, vel quarumlibet viduarum fœminarum, licet libertinæ vel ſervæ alienæ ſint, peſſima criminum peccantes capitis ſupplicio plectendos decernimus.

Paucis interjectis.

Et meritò mortis damnantur ſupplicio, quum nec ab homicidii crimine hujuſmodi raptores ſint vacui. Ne igitur ſine vindicta talis creſcat inſania, ſancimus per hanc generalem conſtitutionem, ut ii qui hujuſmodi crimen commiſerint, & qui eis auxilium invaſionis tempore præbuerint: ubi inventi fuerint, in ipſa rapina & adhuc flagranti crimine comprehenſi, & à parentibus virginum vel ingenuarum, vel viduarum, vel quarumlibet fœminarum, aut earum conſanguineis, aut à tutoribus vel curatoribus, vel patronis, vel dominis convicti, interficiantur.

EXODI XX. & DEUT. V.

Ne furtum facito.

LEVIT. XIX.

NE furtum faciatis, & non negetis, neque mentiamini quiſque in proximum ſuum.

DE PŒNIS FURTI.

EXODI XXII.

Quum Furatus fuerit quis bovem aut pecudem, & jugulaverit eum, aut vendiderit illum: quinque boves reddet pro illo bove, & quatuor pecudes pro pecude illa.

Si in effoſſione inventus fuerit fur, & percuſſus fuerit, mortuuſque fuerit: non erit percuſſor morti obnoxius.

At ſi ortus fuerit ſol ſuper eum, erit morti obnoxius: reddendo reddet: ſi non ſit ei, vendetur propter furtum ſuum.

Si deprehendatur in manu ejus furtum, à bove uſque ad aſinum, uſque ad pecus, viva duo reddet.

Si depaſci fecerit aliquis agrum vel vineam, & immiſerit jumentum ſuum, paveritque in agro alterius: bonitatem agri ſui & bonitatem vineæ ſuæ reddet.

NUMER. V.

Loquutus eſt præterea Dominus ad Moſem, dicendo.

Alloquere filios Iſraël, Vir, ſive mulier, quum fecerint [aliquod] ex omnibus peccatis hominum, prævaricando prævaricationem in Dominum, & deliquerit anima illa:

Fatebuntur peccatum ſuum quod fecerunt: & reſtituet delictum ſuum in ſolidum, & quintam ejus partem addet ſuper illam, dabitque ei in quem peccaverit.

Eſt autem obſervandum, quum in uno ex iis locis qui ex cap. 22. Exodi ſunt allati, dicatur. Si ortus fuerit ſol ſuper eum, erit morti obnoxius [percuſſor] inde colligi, de nocte intelligendum quod præcedit. Si in effoſſione inventus fuerit vir, & percuſſus fuerit, mortuuſque fuerit, non erit percuſſor morti obnoxius. Quod optime convenit cum quibuſdam Ethnicorum Legibus quæ ſequuntur.

DRACONIS LEX.

Πάντες οἱ κλέψαντές τι, κἂν πάνυ σμικρὸν ᾖ, θανατέσθωσαν.

Id eſt,

Omnes qui furati quidpiam fuerint, etiamſi valde exigua res ſit, morte puniantur.

SOLONIS LEX.

Εἰ μέν τις μεθ' ἡμέραν ὑπὲρ πεντήκοντα δραχμὰς κλέπτοι, ἀπαγωγὴν πρὸς τοὺς ἕνδεκα εἶναι· εἰ δέ τις νύκτωρ ὁτιοῦν κλέπτοι, τοῦτον ἐξεῖναι καὶ ἀποκτεῖναι, καὶ τρῶσαι διώκοντα, καὶ ἀπαγαγεῖν τοῖς ἕνδεκα, εἰ βούλοιτο. Τῷ δ' ἁλόντι ὧν αἱ ἀπαγωγαί εἰσιν, οὐκ, ἐγγυητὰς καταστήσαντι, ἔκτισιν εἶναι τῶν κλεμμάτων, ἀλλὰ θάνατον τὴν ζημίαν.

Id eſt,

Si quis interdiu ſupra Quinquaginta Drachmas furatus fuerit, abduci liceat ad Undecimviros: ſin vero quis noctu quidpiam ſurripuerit, eum & occidere, & inter perſequendum vulnerare, & ad Undecimviros, ſicui libet, abducere fas eſto. Convicto autem eorum facinorum propter quæ in vincula licet abripi, non liceat datis vadibus ſatisfacere pro furtis: ſed mors pœna eſto.

Cavebat SOLON *in ſequentibus de certis quibuſdam furtis: hoc modo.*

Καὶ εἴ τις γ' ἐκ Λυκείου, ἢ ἐξ Ἀκαδημίας, ἢ ἐκ Κυνοσάργους, ἱμάτιον, ἢ ληκύθιον, ἢ ἄλλο τι φαυλότατον, ἢ τῶν σκευῶν τι τῶν ἐκ τῶν γυμνασίων ὑφέλοιτο, ἢ ἐκ τῶν λιμένων, ὑπὲρ δέκα δραχμάς· καὶ τούτοις θάνατον εἶναι τὴν ζημίαν.

Id eſt,

Ac ſi quis è Lyceo, aut Academia, aut Cynoſarge, veſtem, aut laguncułam, aut quicquam aliud minimi pretii, aut aliquod vaſculum è gymnaſiis aut portubus ſurripuerit, ſupra decem drachmas: huic quoque mors pœna eſto.

Sequebatur hæc ſanctio.

Εἰ δέ τις ἰδίαν δίκην κλοπῆς ἁλοίη, ὑπάρχειν μὲν αὐτῷ διπλάσιον ἀποτίσαι τὸ τιμηθὲν, προστιμῆσαι δ' ἐξεῖναι τῷ δικαστηρίῳ πρὸς τῷ ἀργυρίῳ δεσμὸν τῷ κλέπτῃ, πένθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας· ὅπως ὁρῷεν ἅπαντες αὐτὸν δεδεμένον.

Id eſt,

Si quis vero privato judicio furti convictus fuerit, ei licere duplum ſolvere æſtimatæ litis: penes vero judices eſſe, furem, præter pecuniariam mulctam, ad quinque

dierum totidemque noctium vincula damnare: ut omnes eum vinctum eſſe videant.

Quibus recitatis ſubjungit Demoſthenes, orat. in Timocratem. Cenſuit enim non oportere, eum qui rem turpem committeret, reſtitutis tantum rapinis eſſe liberatum (quia magnum furum numerum eo quidem pacto fore putavit, ſi furto celato fruerentur, deprehenſo, tantumdem duntaxat ſolverent quantum ſuſtuliſſent) ſed cum duplum oportere ſolvere, tum in vinculis habitum, ſupra mulctam hanc, quod vitæ reliquum eſſet exigere cum infamia. Verumtamen paulo ante mentionem legis Solonis faciens Demoſthenes, non ſolum τῆς διπλασίας ſed etiam τῆς δεκαπλασίας meminerat, ſcribens, Ὅτι ἐάν τις ἀπολέσῃ ἐὰν μὲν αὐτὸ λάβῃ, τὴν διπλασίαν καταδικάζειν. ἐὰν δὲ μὴ τὴν δεκαπλασίαν πρὸς τοῖς ἐπαιτίοις. Qui locus nec plenus nec ſatis eſſe integer videtur. Addit autem, δεδέσθαι δ' ἐν τῇ ποδοκάκῃ τὸν πόδα, πένθ' ἡμέρας καὶ νύκτας ἴσας, ἐὰν προστιμήσῃ ἡ ἡλιαία.

Ex Legibus Plat.

Νύκτωρ φῶρα εἰσιόντα ἐπὶ κλοπῇ χρημάτων ἐὰν ἑλὼν κτείνῃ τὶς, καθαρὸς ἔστω.

Id eſt,

Si quis furem noctu ingreſſum ad ſurripiendas pecunias deprehendat atque interficiat ſceleris purus ſit.

Ex Leg. Tab. XII.

Si nox furtum faxit, & im aliquis occiſit, jure cæſus eſto.

Ubi Nox (ſi mendo hæc ſcriptura caret) pro Noctu, ſicut Im pro Eum, & Occiſit pro Occiderit, priſci ſermonis conſuetudine dictum eſt. Poſſunt autem quæ ſequebantur in illa lege (ut quidem ab A. Gellio referuntur) ita adjici, ſervata potius legiſlationis forma quam ſermonis antiquitate ubique.

Si luci furtum faxit, & in eo deprehenſus telo ſe defenderit, jure cæſus eſto. At, qui telo ſe non defenderit, ſi liber, verberatus, ei cui furtum fecerit, addicitor: ſi ſervus, verberibus afficitor, atque è ſaxo præcipitator.

Verum aliquid præterea in priore illius priſcæ legis capite fuiſſe dictum, ex ſequentibus patet.

Ulpianus.

L. 4. D. Ad Legem Aquiliam.

Lex duodecim Tabularum furem noctu deprehenſum occidere permittit: ut tamen idipſum cum clamore teſtificetur. Interdiu autem deprehenſum ita permittit occidere, ſi is ſe telo defendat: ut tamen æque cum clamore teſtificetur.

Lex illa decemviralis alia præterea habebat capita, ut cum aliunde, tum vero ex Gellio diſcimus. Addit enim ad ea quæ de pœna furum utriuſque conditionis dicta ſunt. Sed pueros impuberes, prætoris arbitratu verberari voluerunt, noxamque ab his factam ſarciri. Ea quoque furta quæ per lancem liciumque concepta eſſent, perinde ac ſi manifeſta forent vindicaverunt.

Quibus adjungit, Sed nunc à lege illa decemvirali diſceſſum eſt. Nam ſi quis ſuper manifeſto furto jure & ordine experiri velit, actio in quadruplum datur.

Decemviralem vocat legem, quod poſt Reges exactos, à Decemviris ſcriptæ in XII. tabulis fuiſſent leges illæ quibus Pop. Rom. oteretur.

Cæterum quod attinet ad primum illud caput legis decemviralis, ſeu Tab. XII. ſcriptæ longo poſt tempore fuerunt leges adverſus fures nocturnos in eandem illam ſententiam. Ita enim is cujus & paulo quædam attuli: ita inquam.

Ulpianus.

L. 9. Ad legem Corn. de ſicariis.

Furem nocturnum ſi quis occiderit, ita demum impunè feret ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit.

Morte punitos fuiſſe fures, quoſdam ſaltem (pro qualitate furti) diſcimus & ex eo quod legimus dixiſſe quiddam Democratem cuidam furi qui ab undecim viris abducebatur. Legimus enim apud Stobæum.

Δημοκράτης ἰδὼν κλέπτην ὑπὸ τῶν ἕνδεκα ἀπαγόμενον, Ἄθλιε, (εἶπε) τί γὰρ τὰ μικρὰ ἔκλεπτες, ἀλλ' οὐ τὰ μεγάλα, ἵνα καὶ σὺ τοὺς ἄλλους ἀπῆγες;

Id eſt,

Democrates furi, quem ab undecimviris abduci videbat, Miſer (dixit) cur parva furatus es, ac non potius magna, ut tu quoque alios abduceres?

Abduci autem & Abducere intelligenda ſunt de iis qui abducuntur & abducunt ad luendam capitis pœnam: aut brevius, ad mortem.

Capitale fuiſſe Phrygibus furtum inſtrumenti ruſtici quidam apud eundem Stobæum ſcribit.

Apud eundem refert Nicolaus Damaſcenus moris fuiſſe apud Lycios, ut qui liber eſſet, poſtquam in furto deprehenſus fuiſſet, ſervus fieret.

Quod vero ad pœnas attinet quarum in jure civili fit mentio, noviſſima eſt quæ à Juſtiniano ſtatuitur Authentica 134. cap. 13. his verbis.

Pro furto autem nolumus omnino quodlibet membrum abſcindi, aut mori: ſed aliter eum caſtigari.

Sed malè interpres hîc dixit, Nolumus omnino quodlibet membrum abſcindi: perinde ac ſi Juſtinianus vellet quidem membrum aliquod abſcindi, verum non quodlibet: quum intelligat contrà, nullum debere membrum abſcindi. Hæc ſunt enim Græca ejus verba, Ὑπὲρ κλοπῆς δὲ οὐ βουλόμεθα παντελῶς οἱονδήποτε μέλος τέμνεσθαι, ἢ ἀποθνήσκειν. Debuit igitur ille interpretari. Nolumus ullum omnino membrum abſcindi. Vel, Nolumus membrum ullum, qualecunque ſit abſcindi.

Platonem in lege qua unicuique furem occidere permittit quem noctu domum ſuam ingreſſum deprehenderit, ſicut cum aliis quibuſdam Legiſlatoribus conſentire oſtendi (quum alioqui conditionem adjiciat Ulpianus: ſcribens, Furem nocturnum ſi quis occiderit, ita demum impunè feret, ſi parcere ei ſine periculo ſuo non potuit) ita etiam in conſtituenda generali furti pœna, illi cum Solone convenire ſciendum eſt. Hæc enim ſunt ejus verba. De Leg. Lib. IX.

Κλέπτῃ δὲ, ἐάν τε μέγα ἐάν τε σμικρὸν κλέπτῃ τὶς, εἷς αὖ νόμος κείσθω, καὶ μία δίκης τιμωρία ξύμπασι. τὸ μὲν γὰρ κλαπὲν δὴ χρεὼν διπλάσιον πρῶτον ἐκτίνειν, ἐὰν ὄφλῃ τὶς τὴν τοιαύτην δίκην, καὶ ἱκανὴν ἔχῃ τὴν ἄλλην οὐσίαν ἀποτίνειν, ὑπὲρ τοῦ κλήρου. ἐὰν δὲ μὴ, δεδέσθαι ἕως ἂν ἐκτίσῃ, ἢ πείσῃ τὸν καταδικασάμενον.

Id eſt,

Furibus autem, ſive rem magnam ſive parvam furentur, una lex adverſus omnes atque pœna ſtatuta ſit. Quod enim furto ablatum fuerit, duplum rependere primum oportet, ſi quis damnatus ſit furti, & quæ ſuperſunt ei ultra ſortem facultates, ad rependendum illud ſufficiant. Alioqui in vinculis eſſe, donec perſolverit,

verit, aut cum eo, qui judicium obtinuit adverſus ipſum, tranſigerit.

Vero autem quaſi ſcriptum eſſet ὑπὲρ τὸν κλῆρον, ut certe non dubito quin legendum ſit. Quid vel Ὀκλῆρις hoc loco vocet Plato, (quod non ſatis commodè Latina ſortis appellatione reddi hîc videtur) proximæ præcedentes illius paginæ docebunt.

DE FURTIS QUIBUSDAM QUÆ GRAVIUS PUNIUNTUR.

Furta quædam ſunt, ſive quædam furtorum genera, quæ gravius quam cætera puniuntur. Ex his ſunt Furtum domeſticum, Furtum publicum (quod uno verbo Peculatus nominantur: ſic tamen ut etiam Repetundæ ſint furtum publicum) Furtum rei ſacræ: quod una itidem voce Sacrilegium dicitur.

MARTIANUS.

Furta domeſtica vocantur quæ ſervi dominis, vel liberti Patronis, vel mercenarii iis apud quos degunt, ſubripiunt.

Hæc autem apud eum proximè præcedunt.

Furta domeſtica, ſi leviora ſunt, publicè vindicanda non ſunt: nec admittenda eſt hujuſmodi accuſatio, quum ſervus a Domino, vel libertus à Patrono, in cujus domo moratur, vel mercenarius ab eo cui operas ſuas locaverat, offeratur quæſtioni. *Quibus ſubjunguntur ea quæ proximè præcedunt*, Nam furta domeſtica, ſi leviora ſunt, *vel* (*ut in aliis legitur libris*) ſi viliora ſunt, publ. &c. *Idemque aliis verbis & alibi dicitur.*

Eo gravius alioqui animadverti in Domeſtica furta ſolet, quo minus ab iis cavere non poſſumus.

Publicum autem furtum, id eſt, furtum pecuniæ publicæ, una voce (ut dictum eſt) Peculatus appellatur. Græci κλοπὴν τῦ δημοσίυ, *vel* δημοσίων χρημάτων κλοπὴν *vocant. Plato illi de furto privato legi quam aliquanto antè retuli, (cujus initium eſt,* Κλέπτῃ, ἐάν τε μέγα ἐάν τε σμικρὸν κλέπτῃ τις, *&c.) ſubjungit hanc de publico.*

Ἐὰν δέ τις ὄφλῃ κλοπῆς δημοσίᾳ δίκην, τίσας τὴν πόλιν, ἢ τὸ κλέμμα ἐκτίσας διπλοῦν, ἀπαλλαττέσθω τῶν δεσμῶν.

Sed apud Rom. gravius puniebantur qui Peculatus erant damnati: & nonnullis quidem pecuniaria, verum quibusdam capitalis pœna imponebatur. Qua de re lege Juriſconſultos: ex quibus diſces etiam quouſque hujus vocabuli ſignificatio extendatur.

De repetundis eoſdem lege.

At verò adverſus Sacrilegium Sanctio in Sacris literis extat.

JOSUÆ VII.

Peccavit Iſraël, & etiam tranſgreſſi ſunt pactum meum quod præceperam eis, & etiam acceperunt de Anathemate, & etiam furati ſunt, & etiam mentiti ſunt: & etiam poſuerunt inter vaſa ſua.

Ideo non poterunt filii Iſraël ſtare coram inimicis ſuis, cervicem vertent coram inimicis ſuis, quia fuerunt in Anathemate. Non addam eſſe vobiſcum, niſi diſperdatis Anathema è medio veſtri.

Surge, præpara populum: & dicas, &c.

EX PLAT. LEG.

Ὃς δ' ἂν ἱεροσυλῶν ληφθῇ, ἐὰν μὲν ᾖ δοῦλος ἢ ξένος, ἐν τῷ προσώπῳ καὶ ταῖς χερσὶ γραφεὶς τὴν συμφορὰν, καὶ μαστιγωθεὶς ὁπόσας ἂν δόξῃ τοῖς δικασταῖς, ἐκτὸς τῶν ὅρων τῆς χώρας γυμνὸς ἐκβληθήτω.

Id eſt,

Qui deprehenſus in ſacrilegio fuerit, ſi quidem ſervus ſit aut peregrinus, illi in facie & manibus monumenta calamitatis hujus inurantur: deinde tot plagis verberatus quot viſum fuerit Judicibus, nudus extra regionis fines ejiciatur.

Poſtea verò & in civem pœnam ſtatuit: ſed Sacrilegii appellationem longius in eo extendens, ſequendo quidem certè omnes Interpretes: quos ab illius loci depravatione in errorem impulſos exiſtimo. Ea autem quomodo corrigenda, mutatione parva, mihi videatur, alius erit dicendi locus. Cæterum & illa verba ὃς ἂν ἱεροσυλῶν ληφθῇ, aliter etiam verti poſſe videntur.

EX LEG. TAB. XII.

Sacrum ſacrove commendatum qui clepſit rapſitque, parricida eſto.

PAULUS.

L. 9. D. Ad Legem Juliam Peculatus, & de Sacrilegiis.

Sacrilegi capite puniuntur. Sunt autem Sacrilegi qui publica Sacra compilaverunt. At qui privata Sacra, vel ædiculas incuſtoditas tentaverunt: amplius quam fures, minus quam Sacrilegi, merentur.

ULPIANUS.

L. 6. Tit. eod.

Sacrilegii pœnam debebit Proconſul, pro qualitate perſonæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, & ſexus, vel ſeverius vel clementius ſtatuere. Et ſcio, multos & ad beſtias damnaſſe Sacrilegos: nonnullos, etiam vivos exuſſiſſe: alios verò, in furca ſuſpendiſſe. Sed moderanda pœna eſt uſque ad beſtiarum damnationem, eorum qui manu facta Templum effregerunt, & dona Dei noctu tulerunt. Cæterum ſi quis interdiu modicum aliquid de templo tulit, pœna metalli coercendus eſt: aut, ſi honeſtiore loco natus ſit, deportandus in Inſulam eſt.

SANCTIO ADVERSUS FURTUM QUOD FIT INFICIANDO DEPOSITUM.

EXODI XXII.

Quum dederit quiſpiam proximo ſuo argentum vel vaſa ad cuſtodiendum, & furto ablatum fuerit è domo viri illius: ſi inventus fuerit fur, reddet duplum.

Si non inventus fuerit fur, tunc applicabitur Dominus Domus ad Judices, juraturus an non miſerit manum ſuam in ſubſtantiam proximi ſui.

Super omni re prævaricationis, ſuper bove, ſuper aſino, ſuper pecude, ſuper veſtimento, ſuper omni re amiſſa, quam dixerit [quiſpiam] hoc eſſe: uſque ad Judices veniet cauſa utriuſque: is quem condemnaverint Judices, reddet duplum proximo ſuo.

Si dederit quis proximo ſuo aſinum, vel bovem, vel pecus, aut quodcunque aliud animal ad cuſtodiendum, & mortuum fuerit, aut confractum, aut ab hoſtibus abductum, nemine vidente:

Juramentum Domini erit inter utrumque, an non miſerit manum ſuam in ſubſtantiam proximi ſui: & ſuſcipiet [juramentum] Dominus ejus, & non reddet.

Quod ſi furando furtum ablatum fuerit ei, reddet Domino ejus.

Si verò rapiendo raptum fuerit, adducet illi teſtem, raptum non reddet.

PISIDARUM LEX.

Ὁ ἀποστερήσας τὴν παρακαταθήκην, θανάτῳ ζημιούσθω.

Id eſt,

Qui interverterit depoſitum, pœna capitis plectatur.

vel, *Qui fraudaverit aliquem depoſito.*

PITTACI, *qui è ſeptem Sapientibus fuit unus, affertur hoc inter alia præceptum*, Παρακαταθήκην λαβὼν, δικαίως ἀπόδος. *Id eſt, Depoſitum quod acceperis, juſte reddito. Quod vero legimus apud Platonem à quodam Legiſlatore præceptum, (ſi quidem* νομοθέτημα *vocat)* Ἃ μὴ κατέθου, μὴ ἀνέλῃ, *male quidam ad depoſitum reſtringunt, quum Plato non loquatur de re quam quis apud amicum depoſuerit, ſed generalius de theſauro, aut quibuſlibet rebus quas certo quiſpiam in loco, ubi tutas fore ſperabat, poſuerit. Neque certe in toto illo Platonis ſermone extat vox hæc* παρακαταθήκη, *quæ reſpondet Latinæ illi Depoſitum.*

Depoſitum autem non reddere, Depoſitum inficiari, ſeu abnegare, olim pro turpiſſimo & maxime deteſtando furto habebatur. Hinc fit ut Poetæ id pro ſummæ injuſtitiæ exemplo afferant. Legitur enim (ut quemdam Claudiani, quemdam alius etiam poetæ locum taceam), apud Naſonem,

Reddite depoſitum, pietas ſua fœdera ſervet:
Fraus abſit: vacuas cædis habete manus.

Non fuiſſe tamen rarum hoc ſcelus, vel ex Juvenale diſci poteſt: Satyra 13.

Nunc ſi depoſitum non inficietur amicus.
Si reddat veterem cum tota ærugine follem.
Prodigioſa fides, & Thuſcis digna libellis,
Quæque coronata luſtrari debeat agna.

Scripta eſt autem ſatyra illa cuidam Calvino, in quem quiſpiam ex ejus amicis hoc ſcelus admiſerat.

ADVERSUS PLAGIARIOS.

EXODI XXI.

QUi autem furatus fuerit aliquem, vendideritque illum, & inventus fuerit in manu ejus: moriendo moriatur.

DEUTER. XXIV.

Si deprehenſus fuerit aliquis qui furatus fuerit animam è fratribus ſuis, è filiis Iſraël, & negotiatus fuerit cum eo, aut vendiderit eum: morientur fur ille, & auferes malum è medio tui.

ULPIANUS.

L. 1. D. Ad Legem Fabiam de Plagiariis.

Si liberum hominem emptor ſciens emerit, capitale crimen adverſus eum ex lege Fabia de plagio naſcitur. Quo venditor quoque fit obnoxius, ſi ſciens liberum eſſe, vendiderit.

CAJUS.

L. 4. tit. eodem.

Lege Fabia tenetur qui ſciens liberum hominem donaverit, vel in dotem dederit. Item, qui ex earum qua cauſa, ſciens liberum eſſe, acceperit, in eadem cauſa haberi debet qua venditor & emptor habetur. Idem eſt etiam, ſi pro eo res permutata fuerit.

ADVERSUS EOS QUI NON JUSTIS PONDERIBUS AUT MENSURIS UTUNTUR.

LEVIT. XIX.

NOn facietis iniquitatem in judicio, in menſura [magna] in pondere, & in menſura [parva.]

Statera juſta, pondera juſta, epha juſtum & hin juſtum erit vobis. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos è terra Ægypti.

DEUT. XXV.

Non erit tibi in loculo tuo pondus & pondus, majus & minus.

Non erit tibi in Domo tua modius & modius, major & minor.

Pondus perfectum & juſtum erit tibi, modius perfectus & juſtus erit tibi: ut prolongent dies tuos ſuper terram quam Dominus Deus tuus dat tibi:

Quia abominatio Domini Dei tui eſt quicunque facit hæc, omnis faciens iniquitatem.

ÆGYPTIORUM LEX *multo latius extendebatur. Ea enim lege conſtituta pœna erat non ſolum adverſus eum qui falſa pondera feciſſet, verum etiam in illum qui nummos adulterinos cudiſſet, vel ſigilla aliena ſculpendo effinxiſſet: item adverſus ſcribas qui falſos contractus ſcripſiſſent, aut aliquid eorum quæ ſcripta erant ademiſſent, nec non eos qui falſas ſyngraphas proferrent. Erat autem pœna ut ambæ illis manus abſcinderentur.*

GRÆCI *quoque capite plectebant eos qui monetam adulterabant, ut teſtatur Demoſth. oratione in Timocratem, & in fine orationis in Leptinem.*

ULPIANUS.

L. 6. D. de Extraord. Criminibus.

Onerant annonam etiam ſtateræ adulterinæ; de quibus divus Trajanus edictum propoſuit, quo edicto pœnam legis Corneliæ in eos ſtatuit: perinde ac ſi lege teſtamentaria, quod teſtamentum falſum ſcripſiſſent, ſignaſſent, recitaſſent, damnati eſſent. Sed & divus Hadrianus eum qui falſas menſuras habuit, in Inſulam relegavit.

PAULUS.

L. 37. tit. eodem.

In Dardanarios, propter falſum menſurarum modum, ob utilitatem popularis annonæ, pro modo admiſſi extra ordinem vindicari placuit.

MODESTINUS.

L. penult. D. ad legem Corneliam de Falſis.

Si venditor menſuras publice probatas, vini, frumenti, vel cujuslibet rei, aut emptor corruperit, dolove malo fraudem fecerit: quanti ea res eſt, ejus duplo condemnatur: decretoque divi Hadriani præceptum eſt, in Inſulam eos relegari qui pondera aut menſuras falſaſſent.

ADVERSUS TERMINORUM MOTORES.

DEUT. XIX.

NOn apprehendes terminum proximi tui, quem terminaverunt priores in hæreditate tua, quam poſſidebis in terra, quam Dominus Deus tuus dat tibi ut poſſideas eam.

Ex Leg. Plat.

Μηδεὶς ἑκὼν κινείτω γῆς ὅρια γειτόνων· ὃς δ' ἂν κινήσῃ, μηνυέτω μὲν ὁ βουλόμενος τοῖς γεωμόροις, οἱ δὲ εἰς τὸ δικαστήριον ἀγόντων. ἐν δὲ τις ὄφλῃ τὴν τοιαύτην δίκην, ὡς ἀνάδαστον γῆν λάθρᾳ καὶ βίᾳ ποιοῦντος τοῦ ὄφλοντος, τιμάτω τὸ δικαστήριον ὅ, τι ἂν δέῃ πάσχειν ἢ ἀποτίνειν τὸν ἡττηθέντα.

Id eſt,

Ne quis volens & ſciens terminos agri ſuorum vicinorum moveat. Eum qui moverit, deferat ad agrorum præfectos: hi illum in judicium vocent. In convictum autem pœnam ſtatuant Judices, quam meretur qui clam & vi agros jam diviſos, ſuo dividere modo velit.

Numæ lex.

Qui terminum exaraſſit, ipſius boves ſacri ſunto.

Lex alia Tab. XII.

Qui ſepem vel maceriam juxta ulterius regionem effoderint, terminum ne excedunto.

Paulus.

Lib. 5. Sentent. apud Frontinum de Limitibus,

Qui terminos effodiunt, vel exarant arbores, vel terminales ſubvertunt, ſi quidem ſervi ſua ſponte faciunt, in metallum damnabuntur: humiliores, in opus publicum: honeſtiores, in Inſulam, amiſſa tertia parte bonorum, relegabuntur.

Callistratus.

L, 2. De termino moto.

Divus Hadrianus in hæc verba reſcripſit. Quin peſſimum factum ſit eorum qui terminos finium cauſa poſitos propulerunt, dubitari non poteſt. De pœna tamen modus ex conditione perſonæ & mente facientis magis ſtatui poteſt. Nam ſi ſplendidiores perſonæ ſunt quæ convincuntur, non dubie occupandorum alienorum finium cauſa id admiſerunt: & poſſunt in tempus, ut cujusque patietur ætas, relegari: id eſt, ſi juvenior, in longius: ſi ſenior, reciſius. Si vero alii negotium geſſerunt, & miniſterio functi ſunt, caſtigari, & ad opus biennio dari. Quod ſi per ignorantiam aut fortuito lapides furati ſunt, ſufficiet eos verberibus cædere.

ADVERSUS ABIGEOS:

Item adversus eos qui alia damna agricolis inferunt.

Exodi XXII.

QUum furatus quis fuerit bovem, aut pecudem, & jugulaverit eum, aut vendiderit illum, quinque boves reddet pro illo bove, & quatuor pecudes pro pecude illa.

Quæ tamen verba fuerunt & prius allata, in generali furti prohibitione: ſed hîc reſpicitur ad abductionem. Atque adeo quidam non dubitarunt interpretari. *Si quis bovem abduxerit.*

Ulpianus,

L. 1. De Abigeis.

De Abigeis puniendis ita Divus Hadrianus conſilio Bæticæ reſcripſit. Abigei, quum duriſſime puniuntur, ad gladium damnari ſolent. Puniuntur autem duriſſime non ubique, ſed ubi frequentius eſt id genus maleficii. Alioquin & in opus, & nonnunquam temporarium, dantur.

Harmenopulus Lib. 6. Tit. 5. ſcribit, Abigeos, ſi ſemel id fecerint, verberari: ſi ſecundo, relegari: ſi tertio, manus illis truncari, poſt reſtitutum etiam gregem.

Exodi XXII.

Si depaſci fecerit aliquis agrum, vel vineam, & immiſerit jumentum ſuum, paveritque in agro alterius: bonitatem agri ſui & bonitatem vineæ ſuæ reddet.

Ex leg. Plat.

Ἐάν τις βοσκήματα ἐπινέμῃ, τὰς βλάβας ὁρῶντες, κρινόντων καὶ τιμώντων.

Quæ Marſilius Ficinus, tanquam aliud verbum quam ἐπινέμῃ agnoſcens, ita vertit.

Si quis paſcuis noceat, illi, conſideratis damnis judicent atque condemnent.

Dixerat autem paulo ante Plato hæc quoque, ad hunc de damnis ſermonem pertinentia.

Quicunque, fines ſuos tranſgreſſus, vicini agros coluerit, non modo damnum ſarciat, ſed etiam duplum ejus quanti æſtimatum eſt, pendat illi cui nocuit.

Ex leg. Tab. XII.

Frugem aratro quæſitam furtim noctu ſi ſecuerit pubes, ſuſpenſus Cereri necator: impubes verberator, noxiamque duplionemque præſtato.

Ex iisdem leg.

Si quadrupes pauperiem fecerit, ei cujus interierit, adverſus eum qui dominus erit quadrupedis, actio noxalis eſto.

Nam hanc legem quidam huc quoque pertinere putant.

Ex iisdem.

Qui malum carmen excantaſſit, frugeſve excantaſſit urbe ejicitor.

Sed ab aliis aliter hæc ſcribuntur & à nonnullis hæc tantum integra eſſe exiſtimantur, (manente imperfecta ſententia) Qui fruges excantaſſit.

Adduntur & hæc,

Neve alienam ſegetem pellexeris.

Pro quibus hæc à quibusdam ſcribuntur,

Me pelliciunto alienas ſegetes excantando.

Verum Servius in hunc Virgilii verſum, *Atque ſata alio vidi traducere meſſes*, non hæc ſed illa ex XII. Tabulis affert.

Ad damna ruſtica (ſi ita vocare licet) quæ quidem injuria ſunt data, pertinent & quæ ſequuntur.

Exodi XXI.

Quum egreſſus fuerit ignis, & invenerit ſpinas, abſumptuſque fuerit acervus, vel ſeges, vel ager: reddendo reddet qui ignem accenderit, combuſtionem.

Paulus.

L. 30. §. In hac quoque actione. D. Ad Legem Aquiliam.

Si quis ad ſtipulam ſuam vel ſpinam, comburendæ ejus cauſa, ignem immiſerit, & ulterius evagatus ac progreſſus ignis, alienam ſegetem vel vineam læſerit: requiramus num imperitia ejus aut negligentia id accidit. Nam ſi die ventoſo id fecit, culpæ reus eſt. Nam & qui occaſionem præſtat, damnum feciſſe videtur. In eodem crimine eſt & qui non obſervavit ne ignis longius procederet. At ſi omnia quæ oportuit obſervavit, vel ſubita vis venti longius ignem produxit, caret culpa.

Exodi XXI.

Si quis aperuerit Ciſternam & foderit, & non operuerit eam: cecideritque bos aut aſinus in eam:

Reddet dominus ciſternæ pretium Jumentorum: quod autem mortuum eſt, ipſius erit.

PAULUS,

L. Qui foveas. 28. *D. ad legem Aquiliam.*

Qui foveas Urſorum Cervorumque capiendorum cauſâ faciunt, ſi in itineribus fecerunt, eoque aliquid decidit, factumque deterius eſt, lege Aquilia obligati ſunt: at ſi in aliis locis, ubi fieri ſolent, fecerunt: nihil tenentur.

LEGES

ADVERSUS GRASSATORES, SEU LATRONES, AUT PRÆDONES.

LEGES *quæ adverſus fures latæ fuerunt, ab iis quæ in graſſatores, latrones ac prædones, diſtinguendas cenſui: ſicut diverſa eſſe illorum maleficia, cum aliunde, tum verò ex his Juſtiniani verbis ſciri poteſt: Conſtitut. nova*, 134.

Fures autem vocamus qui occultè & ſine armis hujuſmodi delinquunt.

Quibus tamen verbis ambiguitas ſubeſt, quum vox *hujuſmodi* cuipiam cum proximè præcedente *armis* jungenda poſſit videri. Qua in re falletur: ut hæc Græca illius verba oſtendunt, Κλέπτας δὲ καλοῦμεν τοὺς λάθρα καὶ ἄνευ ὅπλων τὰ τοιαῦτα πλημμελοῦντας.

Plato poſtquam dixit (in eo quem antea citavi loco) ſceleris purum fore, illum, (vel impollutum) qui interfecerit κλέπτην, *id eſt furem, noctu domum ſuam ingreſſum, ad furandas pecunias: addit* καὶ ἐὰν λωποδύτην ἀμυνόμενος ἀποκτείνῃ, καθαρὸς ἔστω.

Juſtinianus furum quidem pœnam vult minui, at non itidem latronum.

Graſſatorum appellatio non tam malè ſonat quam latronum: ut colligere eſt è verbis Modeſtini, L. 28. *§. Graſſatores. D. De pœnis.*

Graſſatores qui prædæ cauſa id faciunt, proximi latronibus habentur: &, ſi cum ferro aggredi & ſpoliare inſtituerunt, capite puniuntur: utique ſi ſæpius atque in itineribus hoc admiſerunt. Cæteri in metallum dantur, vel in Inſulas relegantur.

Quum enim latronibus proximos eſſe dicit, latrones omnino eſſe non dicit.

Græcis ſicut fures ſunt κλέπται, ita latrones, λῃσταί. Quod tamen magis ad verbum ſonat Prædones. At Plato λωποδύτην in eo quem modò citavi loco dixit. Cui quod reſpondeat nihil habent Latini.

Præter illa autem omnia vocabula, habemus etiam Aggreſſorem, nec non Populatorem nocturnum, in Codice.

EXODI XX. & DEUT. V.

NE loquaris adverſus proximum tuum teſtimonium falſum. [vel, *teſtimonium mendacii.*]

LEVIT. XIX.

Quum ſteterit teſtis mendax contra aliquem, ut teſtificetur contra eum verbum perverſum,

Tunc ſtabunt duo illi homines quibus eſt lis, coram Domino: [id eſt] *coram Sacerdotibus & Judicibus qui erunt in diebus illis:*

Et inquirent Judices diligenter: &, ſi teſtis ille eſt teſtis mendax, mendacium teſtificatus eſt contra fratrem ſuum.

Facietis ei quemadmodum cogitavit facere fratri ſuo: & [*ita*] *auferes malum è medio tui.*

EX LEG. PLATONIS.

Ἐάν τις ἁλῷ δὶς ψευδομαρτυριῶν, τοῦτον μηκέτι νόμος ἀναγκαζέτω μηδεὶς μαρτυρεῖν. ἐὰν δὲ τρίς, μηκέτ' ἐξέστω τούτῳ μαρτυρεῖν. ἐὰν δὲ τολμήσῃ μαρτυρῆσαι, τρὶς ἑαλωκώς, ἐνδεικνύτω μὲν πρὸς τὴν ἀρχὴν ὁ βουλόμενος αὐτόν· ἡ δ' ἀρχὴ δικαστηρίῳ παραδότω. ἐὰν δὲ ὄφλῃ, θανάτῳ ζημιούσθω.

Id eſt,

Si quis falſum teſtimonium bis dixiſſe comperiatur, nulla hunc lex amplius teſtem eſſe cogat. At ſi ter, ne amplius ei teſtimonium ferre liceat. Quod ſi auſus fuerit ferre, quum ter compertus ſceleris illius fuerit, eum quicunque volet, ad Magiſtratum deferat, Magiſtratus autem judicio eum tradat: ubi convictus, morte mulctetur.

At ſanctio Tab. XII. longe ſeverior.

Qui falſum teſtimonium dixerit, è Saxo Tarpeio dejicitor.

PAULUS.

L. 16. *D. De Teſtibus.*

Qui falſo vel varie teſtimonia dixerunt, vel utrique parti prodiderunt, à Judicibus competenter puniuntur.

IMP. ZENO, *Ad. l.*

Qui falſa in teſtimonio protulerit, primum quidem de perjurio, deinde falſi crimine convenitur.

Porro quemadmodum uni teſti fidem adhiberi Lex Divina non vult, ita etiam nolunt eæ quas in Jure Civili habemus leges.

EXTENSIO

ADVERSUS EOS QUI FAMAM ALTERIUS LÆDUNT.

EXODI XXIII.

NE aſſumito rumorem falſum mendacii: ne ponas manum tuam cum impio, ut ſis teſtis mendax.

Arnob. ex Cicerone, lib. 4. *De Republ.*

Si quis occentaverit, actitaverit, ſive carmen condiderit quod infamiam flagitiumve alteri precetur, inteſtabilis eſto.

SIC ET ULP.

L. 5. *§. Si quis lib. D. de injuriis & famoſis libellis.*

Si quis librum ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſerit, compoſuerit, ediderit, dolove malo fecerit quo quid eorum fieret, etiamſi alterius nomine ediderit, vel ſine nomine: uti de ea re agere liceat: &, ſi condemnatus ſit qui id fecit, inteſtabilis ex lege eſſe jubetur.

EXODI XX. ET DEUT. V.

NE concupiſcito Domum proximi: ne concupiſcito Uxorem proximi tui, neque Servum ejus, neque Ancillam ejus: neque Bovem ejus, neque Aſinum ejus, nec rem ullam proximi tui.

Ceſſant hìc (ut Juriſconſultorum verbo utar) omnes illæ præclaræ leges è quorum variis capitibus varia protuli, quæ eſſe velut rivos ex illis divinis fontibus fluentes (quamvis non perinde ubique illimes) oſtendi. Aliquem tamen ex hoc itidem fonte manantem rivulum inventurum me ſpero: quod ſi contingat, minime lectori in præfatione celaturum, promitto.

MICHAELIS PSELLI
SYNOPSIS LEGUM
VERSIBUS ÏAMBIS ET POLITICIS.

Græcé edita; Latina interpretatione, & Notis illuſtrata.

OPERA ET STUDIO

FRANCISCI BOSQUETI NARBONENSIS. JC^{TI}.

Ex Bibliotheca Illuſtriſſ. D. Archiepiſcopi Toloſani.

Adjectæ ſunt hac iterata Editione Obſervationes

CORNELII SIEBENII. JC[TI].

& in Illuſtri Amſtelodamenſi Gymnaſio Anteceſſoris.

Digitized by Google

PRÆFATIO.

ILLUSTRISSIMO

ARCHIEPISCOPO

DOMINO CAROLO DE MONTCHAL

TOLOSANO METROPOLITÆ

FRANCISCUS BOSQUETUS.

ÆTERNITATEM.

EO animo hodiernam in diem vixi (*Præſul Illuſtriſſime*) ut eos mores, quos corrigere nequeam, quantumvis pravos facillime patiar: quibusdam interdum tacitus iraſcar, & dum in eos impingendi ſeſe præbet occaſio, vel rideam, vel abominer. Cenſorem plerumque huic ignavæ pecudi, plebeculæ ſcilicet, exoptans, interim mihimet præcaveo, ac ſi exemplo, ut mos eſt hominum, deluſus ſum, notam etiam inuro. Unam profero ex hodiernis his corruptelis, aqua, in hac peccandi tempeſtate tua virtus me vindicat. En ridendum illud κακόηθες, quo male acti quidam litteratores, ignotos ſibi è peregrinis & hoſtibus tutelares quærunt; univerſum per orbem adorando Principum nomini inſidiantes, famam & lucrum captant: ac plerumque vanos & rudes homines tanquam εἴδωλα præ foribus librorum collocant, quibus vota, & ἀναθήματα ſua ſuſpendant. Quando enim noſtris moribus placet, ut illuſtri cuidam viro promulganda ſcripta dedicentur, cui potius quam tibi tua redditurus hanc Epiſtolam ſcribere debui? Multiplex illa tua ſacrorum prophanorumque ſcientia, exacta linguarum peritia, abſoluta juris utriuſque notitia, quæ urbem orbis principem, gentium Reginam ipſorum jurium matrem, in tui quondam admirationem rapuere, jure merito hanc juris Synopſim tuam fecerunt. Prudentiam, mores, ſanctitatem, eaque univerſa quæ omnes ſuſpicimus, quid memorem? cum præſentem tuum erga me favorem adverto, quo tam candide mihi tuum Pſellum quaſi poliendum elocaſti. Jacebat vir ingenuus & σοφώτατος, ſexcentis jam annis in pulvere ſordidus, & in ſqualida & peregrina veſte Europam peragrans, patriæ ſuæ fatum lugere videbatur. Non ampla illa encyclica ſcientia, qua ſe univerſo Orientis Imperio mirabilem reddiderat, non ſagax illa prudentia cui Imperatoris cura fuerat demandata, non fama quæ ipſi ſuperſtes totum orbem impleverat, eum in libertatem adſerere potuerant. Plures ſane eruditi tanti viri calamitati condolentes, editis quibuſdam ejus opuſculis, manifeſtiſſimis ingenuitates argumentis, ad ejus libertatem proclamaverant; atque hæc inter pauca, quid eruditi juris humani divinique tractatus, ejus natalibus ſplendoris erant allaturi? Eò animum advertit juris utriuſque bono natus eruditiſſimus Præſul Antonius Auguſtinus, qui quoſdam hujus operis verſus in lucem emittens, ingens in quoque cordato viro plenæ Pſelli libertatis deſiderium reliquit. Te vero, *Metropolita Sanctiſſime*, ejus implentem veſtigia, quem dignitate æquas, ſcientia ſuperas, dum ex toto orbe reſtituendis *Sacris Regulis* libros conquiris, Æterna Providentia, quaſi id curæ & ſtudio tuo debens, variis Pſelli operibus beavit, eorumque libertati ultro proclivem animum addixit. Prophanos & Sacros ex tua Bibliotheca (eorum παντοδαπῶν δοχείων & κοινωφελὲς doctorum μουσείων nomino) emittendos omitto, ut ad hoc mirandum juris compendium, quod me verſare vis veniam. Naſcentem adhuc Romanam Juriſprudentiam, & quaſi in cunabulis vagientem, in certa ſcientiæ capita redigi poſſe, rem licet difficilem, Tullius ſperavit: & quando ea in robuſtam ætatem formata, ad tricies centena millia verſuum crevit, potuit Tribonianus opus deſperatum perficiens, in certum corpus componere.

At ubi poſteriorum Impp. in legibus ſanciendis libido, eam extra alveum nullis concluſam ſpatiis exundantem diffudit, certam aliquando & definitam fore nemo non deſperavit: cui vero immenſa illa volumina, paucis numeris, certiſque regulis concludi poſſe in mentem venit? Id opus fœliciter Pſellus exegit, qui dum in Aula C. Pana in edocendo Michaele Duca, ſapientiam & eruditionem ſuam exercet, mille quadringentis verſibus, paucioribus regulis, univerſam juris ſcientiam ob oculos diſcipuli poſuit. Erunt forte, qui ut brevem arguent, obſcurum damnabunt, inutilem rejicient: immemores tantum virum regulas præcipue quæ ſubverti nequeant, ſumma juris capita, κύρια δόγματα, informandi Cæſaris gratia collegiſſe; ut in rebus dijudicandis præ manibus eſſent regulæ, ad quas rerum utrimque tractatarum juſtitiam æquitatemque reduceret. Noluit vir ſapientiſſimus compendium in immenſum protrahere, ne extra lineam aberraret; ſed ad propoſitum ex amœniſſimo juris late patente campo florilegium fecit, cujus in tanta varietate ordinem à nobis indicatum qui obſervabit, ejus ingenium facile, operam utilem, clarum opus demirabitur. Enim vero qui artem pictoriam ſuſpicit, ut ad ſummas hominum facies, & confuſum in fuliginoſa linea vulgus effingendum, rerum multitudine laborantem pictoris manum dirigit: Ille tot tantaſque variarum cauſarum figuras, in anguſtam tabellam à Pſello coactas, & digeſtas, uno ictu oculi conſpici poſſe, vel negabit, vel ſenſu victus, dubiam ejus fidem arguet. Opus revera mirabile, cujus cogitatio vota noſtra prætergreſſa, ab uno ſapientiſſimo Pſello vario ſcientiarum genere ornato perfici potuit; quoque adhuc in tenebris latente, immenſam Juriſprudentiam crederemus, niſi illud tuo beneficio luci redditum, certos nobis ejus artis limites deſignaret. Fateor equidem non ipſa ſcientiæ ſecreta hoc in opere ſolem agnoſcere, (nec etiam id Pſelli fuit inſtitutum) ſed ex ipſis Juriſprudentiæ penetralibus, eruta hæc ἀξιώματα, ad informandam in jure Juventutem ſufficere aſſevero, quibus illa inſtructa, ipſa adyta, & ſacra myſteria, cum juſtitiæ ſacerdotibus perſcrutari audeat. Hæc tu, *Præſul Reverendiſſime*, illi non invidiſti, qui me vix facie notum, ingenio (eum me minimum eſſe ſentiam) prorſus incognitum, hunc Græcum hominem in gratiam ſtudioſæ legum juventutis, latinitatem edocere voluiſti. Cui mandato illico obtemperans, ipſos inter æſtus tempeſtatis & febris, πυρέζων διηνεκῶς, & menſtruis pro vacante juris cathedra recitationibus, quæ morbum auxerant, defeſſus, paucis diebus exſcriptionem & interpretationem abſolvi: eam confeſtim luci editurus, niſi & privatæ res, & peſtilens illud ſydus, quod per vices tuam civitatem graviter afflabat, invitum ab ea me in patriam reduxiſſent. Ubi dum meæ valetudini conſulo, fortuna mecum allatum Pſellum perlego, & cum aliud nihil agerem, non abs re me facturum putavi, ſi Juſtinianeis novis Pſelli mentem & ordinem, ipſoſque juris fontes è quibus hos rivulos duxerit demonſtrarem. Cujus rei gratia breves indices ejus interpretationi adjunxi, quibus ſingula quæque juris capita noto, obſcuris aliquando, ut per morbum & librorum penuriam licuit, elucidatis. Hæc fere à biennio peracta, hanc uſque in diem ſeſſe tibi ſiſtere nequiverunt. Nam ingraveſcente denuo peſtilenti illa lue, quæ una cum Metropoli tua univerſam fere provinciam vaſtabat, libris chartiſque noſtris abſtractos, nulla certa ſede ἀπόλιδες quaſi factos, inter funera & vaſtitatem quoque verſus fluctuantes, fœlix tandem quædam aura his juris tabulis à Pſello tuo elaboratis affixos, in hanc Regiam Civitatem naufragos ejecit. Fœlix naufragium, quo non ad ſyrtes aut ſcopulos alliſi, ſed ad tutiſſimum portum appulſi, à te pro tua benignitate recepti ſumus. Itaque, dum propitio Deo ita licet, quæ tuo in ſolo, Pſello ſcilicet, ſata & nata, ut tua jure ſunt tibi iterum offero, ſuplex obſecrans, ut ſi forte tua re abuſus ſum, præter quam quod me confitentem habes, mandato tuo aliquid dones, otio reliquum condones: illud impulit, hoc allexit. Poterit aliquando ſapientior, & liberior animus id corrigere, quod olim in morbido corpore ægre ſanus peccavit. Faxit interim æterna ſapientia, ut hæc quæ tibi conſecro placeant, juris ſtudioſis, quibus ſcripſi, proſint: teque illa tuæ Provinciæ noſtriſque ſtudiis, quæ tibi vovemus, in longum ſervent. *Lutetiæ Pariſiorum. Reſurrectionis Dominicæ Feſto die Anni* 1632.

LECTORI

L E C T O R I.

PAUCIS te moror (Candide Lector) priusquam *Pſellum aggrediaris. Primum, de ipſo, quem Michaelem Pſellum* τὸν ὕπατον τῶν Φιλοσόφων καὶ ὑπέρτιμον, *Michaelis Ducæ, qui in Oriente circa annum Chriſti M. LXXI. imperavit, aſſiduum Præceptorem, & Conſiliarium eſſe conſtanter aſſevero. Michaelem Pſellum, qui præter propter annum Chriſti DCCCL. Leoni Philoſopho Imp. adſedit, negat hujus operis inſcriptio, quæ tum in noſtro Codice, cum in Vaticano Michaeli Ducæ ſcribitur. Alius ſane Codex Vaticanus Alexium habet, & vetus R. P. Sirmondi.* Ἀρχὴ σὺν Θεῷ τῶν πολιτικῶν στίχων τοῦ νόμου ἐκτεθέντων παρὰ τοῦ κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, πρὸς τὸν Πορφυρογέννητον Κύριον Νικηφόρον, μὴ βουλόμενον προσέχειν τοῖς νόμου μαθήμασι, διὰ τὸ κεχηνὸς τούτου πέλαγος. *At hic Nicephorus Botoniates Michaeli Ducæ ſucceſſit, & illi Alexius. Michaelem quidem docuit, ipſius Imperii præcipuus author fuit, atque procul dubio de ejus rebus hiſtoriam ſcripſit,* Joann. Zonar. Annal. tom. 3. *cui & illis de rebus quas illum inſtruxerat conſcriptos libros dicavit, ut* περὶ δόγματος, *& alios: pulſo deinde Michaele apud ſucceſſores pari gratia illum egiſſe credendum eſt: An hic autem Pſellus, vel alter ſub Leone, ſit ille Encomiaſtes Simeonis Metaphraſtis apud Sur. die 27. Novemb. dubitant docti viri, in quorum ſcriptis rem utrimque tractatam legere potes. II. Hoc opus præcipuas Juris regulas, non cauſas diffuſè troctatas, ut in ipſis Juris fontibus videre eſt, ad Nicephori ex inſcriptione Sirmondi, vel Michaelis propoſitum continere moneo. Illud vero verſibus elaboratum eſt politicis, quos quaſi civiles, alii quaſi politos dixere, ſyllabarum fere ſemper quindecim numero conſtantes (quamquam nec id ſemper obſervatum eſt) longis forte veterum & ſibillinis, de quibus Cicer. & Varro ſimiles: admixti ſunt quidam Senarii Iambi licet aliquando non ad exactam metri formam compoſiti. III.. ordinem eorum verſuum ex ipſorum interrupta ſæpe* ἀκολουθίᾳ *perverſum eſſe ſuſpicor, hiant enim plerumque & hærent conjuncti alioquin juris tractatus: quare, quod eſt IV. manum illis reſtituendis adhibere tentavi, & ut de me perſequar, Latinam interpretationem ipſis Græcis verbis adjunxi, ut plurimum ipſorum* ἐνέργειαν, *quatenus per Latinitatem licuit, exprimens: eo quidem potiſſimum fine, ut plerique ſtudioſi Legum juvenes non ita Græcarum litterarum gnari, in his Legum rudimentis, Græcorum, penes quos fuit totius Juris poteſtas, voces ipſas facilius percipiant; atque ex illarum notione quæ in legum interpretatione ſequioribus illis ſæculis eorum mens fuerit, agnoſcant. Itaque ſi quid minus politum in hac interpretatione occurrat, id vel ſtudio accidiſſe credas, vel ſi incuria, ipſemet corrigas precor: hanc enim ſolum à te gratiam repoſco, ut tuo beneficio melior & ſapientior fiam. Atque ut ad id quicquid in me eſt te provocet, non fraudabo te quibuſdam Pſelli variis lectionibus ex laudato laudatiſſimi P. Sirmondi Codice, cui & antiquum ſcholium adſcribitur hominis Græci,* ἀνωνύμου, *elegantis ſane, at ſæpe futilis, nec Juriſconſulti.*

ADDENDÆ VARIÆ LECTIONES.

Verſ. 18. Schol. Τῶν γὰρ Διγέστων μέρη τὰ πρώτιστα, πρώτην τὴν πρῶτον τὴν προσηγορίαν εἰσδέχεσθαι. ἅτε σύνθεσίς τις πεφυκυῖα τετράβιβλος περὶ συναλλαγμάτων, δι' ὧν τὸ συνίσταται ἡμέτερον τὸ πᾶν διαλέγεται.

Verſ. 26. Καθάπερ εἴ τις ὀμφαλὸς τῶν ὅλων συνταγμάτων. Schol. ὥσπερ ἐῤῥωμένη μέση στιγμὴ τῆς παρ' αὐτῇ μὲν ὀλισσομένων κύκλων εἰς σταθηρότητα μεσότητος περιγίνεσθαι, τῶν δὲ ἑτέρων κύκλων τῶν ἔξωθεν περιτιθεμένων, ὡσεί τι κέντρον καὶ πηδάλιον ἐπινενόηται, ἐν ᾧ οἱ ἔξωθεν κύκλοι τὴν συστροφὴν καὶ κυβέρνησιν κέκτηνται, οὕτω καὶ τῶν Διγέστων μέρος τὸ τέταρτον καθάπερ τις ὀμφαλὸς πέφυκε, καὶ τῶν προλεχθέντων καὶ λεχθησομένων αὐτῶν μάλιστα. ὡς γὰρ τῷ ὀμφαλῷ τὰ ἐντόσθια πάντα κεκράτηνται, καὶ οὐκ ἐῶνται ἀναμοχλεύεσθαι, οὕτω καὶ τὸ τέταρτον μέρος τῶν Διγέστων πέφυκε καθάπερ τις ὀμφαλὸς τῶν νομικῶν διατάξεων. καὶ γὰρ αἱ ἕτεραι καὶ παντοδαπαὶ συντάξεις εἰ τάχα ἐπὶ τὸ εἰπεῖν τι παραγίνονται, ἀλλ' οὖν ἀποστῆναι τούτου οὐ δύνανται, &c.

Verſ. 40. Μετὰ δὲ τὴν ὀκτάτομον. Schol. φησί, μετὰ τὴν ὀκτωτόμον, τουτέστι, μετὰ τὴν ἐπιτομὴν ταύτην τὴν ὀγδόην τῶν τοῦ Πανδέκτου μερῶν ἥτις ὀγδόη οὖσα ἀπὸ τοῦ πρώτου μέρους τῶν Διγέστων μέχρις αὐτῆς οὕτως ἐπιγινώσκεται.

Verſ. 43. Μέρος ἕτερον αἱ Νεαραί. *Verſ.* 44. συμπλακώτατον. *Verſ.* 45. ἐξηκοντάτιτλον πάντας τοὺς νόμους ἔχει. *Verſ.* 50 οἷον πυλὶς τῶν νόμων. *Verſ.* 53. τὴν ἀρχαιογονίαν. *Verſ.* 61. κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δή. *verſ.* 63. τὰς τροπὰς καὶ τοὺς, ut & verſ. 65. *verſ.* 67. κοινὴ συνθήκη. *verſ.* 68. κάλυσιν. *verſ.* 75. τὸ γὰρ λοιπὸν τὸ φυσικὸν τὸ ἐθνικὸν τυγχάνει. *verſ.* 76. τὸ μὲν γὰρ τοῦτο φυσικὸν τρίτον τοῦ νόμου μέρος. *verſ.* 80. οὐ τοῦδε καὶ τοιοῦδε. *verſ.* 82. φύσεως συνάλλ. *verſ.* 88. ὁ πάλιν.

πάλιν. *verſ.* 90. τοῦ Βασιλείως δόγματα. *verſ.* 95. ἢ ῥὲ, βέρβις, καὶ λίτειξις, τετάρτον ἢ κοσσέσο. deſunt deinde verſus 96. 97. uſque ad 105.

Verſ. 107. ἐκάστη δὲ τῶν ὀνοχῶν ἀγωγάς. *verſ.* 109. πρός τινα. *verſ.* 112. ἤ τις βιαίων. *verſ.* 117. ὡς ἱερεῖ τοῖς πλείστοις. *verſ.* 121. ἐκάστας. *verſ.* 122. ἀσύγχυτως. *verſ.* 129. ἐρεδιτάτης ἣν φασι πετίτζω λατίνοι. *verſ.* 132. πῶς μὲν ὁ Κωδικίλλος, ἢ δὲ ῥῆμα ἢ καθόλου. *verſ.* 133. ἤτοι ἐπαγγελίαι. *verſ.* 135. τρέχων. *verſ.* 136. πρὸς τούτοις, &, οὗτοι δύο. *verſ.* 138. ἢ δῆλον ἢ ἄδηλον. *verſ.* 141. ὁ κόρτοι ἤτοι φανερῶς, ἰνκέρτοι κεκρυμμένως. 146. Schol. πάλιν φησὶ σὺν τούτοις ἐστὶ καὶ ἀγωγὴ ἡ λεγομένη πετιτατορία, ἥ τις εὐλογῶς καὶ προσηκόντως ἐπερωτᾷ τὸν μέλλοντα ὑπεισελθεῖν τὴν κληρονομίαν, πόσον μέρος ἀπαιτεῖ τῆς κληρονομίας, πρεγατόρια δὲ λέγεται ἑλληνικῶς καθαρτικὴ, καθαίρει γὰρ καὶ φωτίζει τοὺς λόγους τοῦ ἐνάγοντος. 153. ἔχει. 162. ἥτις περί. 163. ἄλλως.

Verſ. 166. Μὴ γινώσκοντος. 168. ἤτοι συναλλάγματι. deeſt. *verſ.* 173. *verſ.* 175. τὸ δὲ κωδίκελλον. *verſ.* 177. τῷ ἀσωτῷ. *verſ.* 178. πάλιν πλημμελημάτων. *verſ.* 181. αἱ μὲν εἰσὶ πραγματικαὶ, αἱ δὲ κατὰ προσώπων. 185. τινὲς τε ἄλλαι ἀγωγαὶ καὶ τινες τῶν ἰνφάκτουμ. & reliqui inverſi ſunt. 197. οὐ μᾶλλον. 204. σφαλείς. verſum 212. ſequitur hic verſum. Δικαιοσύνη ἐστὶ διαίρεσις τοῦ δικαίου ὡς λέλεκται. quem non eſſe Pſelli numerus demonſtrat, fortè ſcholiaſtæ.

Verſ. 215. Οὐ σθένοντες. *verſ.* 221. πρὸς αὐτόν. 225. οὐδὲ πιπράσκειν δύναται χωρὶς τῶν ἐπιτρόπων. 228. καὶ υἱός. &c. omiſſis 231. 232. deeſt 235. *verſ.* 236. διαδόχης οὐκ ἔχουσι δίκαιον ὁλοκλήρου. *verſ.* 245. ἔνστασις προβάσα διαθήκης. *verſ.* 246 οὐδέ τις ἐμαγκιπ.

Verſ. 249. interpretare, *ſervus hæres poteſt quodcumque teſtator potuit*, explicat Schol. ἄνω μὲν εἴρηκεν ἄδειαν ἔχειν ἅπαντα τὸν βουλόμενον ἐνιστᾶν κληρονόμον τὸν οἰκεῖον δοῦλον νῦν δὲ φησὶ τὸν καταλειφθέντα δοῦλον κληρονόμον, ἐκεῖνον ἔχειν πᾶσαν τὴν ἄδειαν ἐπὶ τὸ ζητῆσαι τὰ τῇ κληρονομίᾳ ἁρμόζοντα, εἴπερ καὶ αὐτὸς ὁ διατιθέμενος κέκτηται.

Verſ. 253. Τῶν ἑαυτοῦ. *verſ.* 260. υἱοθετήσας τις καλῶς τῶν ἑαυτοῦ. *verſ.* 265. ἴδιος μόνης. 279. ἢ ἄλλος. 282. οὐδεὶς ἀποκαθίστησι. verſum 289. ſequuntur. 293. 294. ad 295. *verſ.* 291. λεγάτον ἀπαιτῶν. *verſ.* 292. κασὶ τοὺς Κωδικέλλους. *verſ.* 300. εἰς τὰ τοῦ τέκνου. *verſ.* 304. ἀπούσης διακατοχῆς. 322. ἀδίκησις. 323. ἀγνώμων ἀντιδικῶν. 327. εἰ δ' ἄπορος. 328. ἅπας φονεύς. 332. οἱ ἴδιοι τῶν γονέων. 339. Νεὸς ἀποκαθίσταται ἀβλαβὴς κατὰ νόμους.

Verſ. 342. Μητρὸς καὶ παίδων μεταξύ. verſum 344. ſequitur verſus 382. τόκος. omiſſis aliis. *verſ.* 386. φυλαττομένου. 397. μοιχευθείσης. 403. οἱ παῖδες δὲ τὸ δίμοιρον. 415. ἐν δικαστηρίοις. 417. ἄρχων προσδιδόντα. 420. εἴκοσι λαμβανέτω. 426. τοῦ μὲν. 427. ἀπαιτήσει. 430. εἰς δὲ καὶ ἄπορος & θάνῃ. 431. τῶν ἐκείνου κτημάτων. 445. περὶ συγχωρήσεως. 446. τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν τῶν ἐν τῇ Συν. 450. ἄχρηστα. 464. ἰταλικῶς τὴν νοθ. 468. σύγγονοι τε πρὸς τοῦτ. 469. λόγοις. 487. ἀτιμοῖ. *verſ.* 496. τὸ προστεθέν. 504. ἄλλον. verſus ultimus eſt. εἰσπράττειν μόνον τὸ ἁπλοῦν οὐδὲ ζητοῦντι πλέον. Lege ζητεῖ.

Adde verſ. 671. Harmenop. legiſſe ἑβδόμην.

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΤΟΥ ΨΕΛΛΟΥ, ΚΑΙ ΥΠΕΡΤΙΜΙΟΥ.

Σύνοψις τῶν νόμων, διὰ στίχων ἰάμβων καὶ πολιτικῶν.

Πρὸς τὸν Βασιλέα Καίσαρα Μιχαὴλ τὸν Δούκαν, ἐκ προστάξεως τοῦ Πατρὸς αὐτοῦ καὶ Βασιλέως.

Πολὺ καὶ δυσθεώρητον, τὸ μάθημα τοῦ νόμου,
Εἰς πλάτη δυσπερίληπτον, ἀσαφὲς ἐν συνόψει,
Καὶ λόγῳ δυσερμήνευτον: ἀλλ' ὅμως ἀναγκαῖον,
Καὶ δεῖ τὸν Αὐτοκράτορα τούτου μᾶλλον φροντίζειν,
Δικαίως γὰρ τὸ δίκαιον ἐν δίκαις φυλαττέον.
Ὅθεν ἐγώ σοι τὰ πολλὰ τοῦ λόγου συνοψίσας,
Εὐθήρατόν τι σύνταγμα πεποίηκα τῶν νόμων.
Πρῶτον δ' ἑρμηνευτέον σοι, πόσα τοῦ νόμου μέρη.
Τὸ μὲν γὰρ τούτου Κώδικος ἔτυχεν ὀνομασίας,
Πυκτίον δυωδεκάβιβλον, ὃ φασι διατάξεις,
Ἔχει δὲ τοῦτο δόγματα, ΔΕΣΠΟΤΑ, βασιλέων,
Ἀντιγραφάς τε νομικάς, καὶ δικῶν ἀποφάσεις.
Τὸ δὲ καλοῦσι ΔΙΓΕΣΤΑ, Ῥωμαϊκὴ δ' ἡ κλῆσις.
Ὑπάρχει δὲ τὸ ΔΙΓΕΣΤΑ, ἑλληνικῶς ΠΑΝΔΕΚΤΗΣ,
Ὅτι καὶ νόμων πέφυκε παντοδαπῶν δοχεῖον:
Καὶ πλεῖστοι συνεγράψαντο τοὺς νόμους τοῦ Πανδέκτου,
Τῶν δὲ Διγέστων, ΔΕΣΠΟΤΑ, ποικιλώτατα τὰ μέρη:
Τὰ μὲν γὰρ πρῶτα λέγουσι, περὶ συναλλαγμάτων.
Τετράβιβλος δ' ἡ σύνταξις κλῆσις τῶν πρώτων πρώτη.
Τὸ μετὰ ταῦτα πέφυκεν ἑπτάβιβλον πυκτίον,
Ῥωμαϊκῶς λεγόμενον οὕτω, ΔΕΙΟΥΔΙΚΗΣ,
Ἤτοι τῶν περὶ κρίσεων, εἴ τις ἐξελληνίζει,
Τὸ τρίτον δὲ συνάθροισμα καλεῖται δὲ ΡΕΒΟΥΣ.
Ὀκτάβιβλόν τι σύνταγμα χρηστικῶν πραγμάτων.
Τέταρτος τόπος πέφυκε τῶν νομικῶν Διγέστων,
Καθάπερ ὄντως ὀφθαλμὸς τῶν ὅλων συνταγμάτων,
Ὀκτάβιβλον τὸν ἀριθμὸν νόμων πολλῶν δοχεῖον.
Τὸ πέμπτον δ' ἐννεάβιβλον ἐκ μέρους δ' ὠνομάσθη,
Περὶ διαθηκῶν φησιν, ἔχει δ' ἄλλα μυρία.
Τὸ δ' ἕκτον ἔχει, ΔΕΣΠΟΤΑ, μόνα δύο βιβλία,
Σοφῶς δὲ διαλέγεται, περὶ βαθμῶν ποικίλων,
Διαλαμβάνει τε σαφῶς περὶ κληρονομίας,
Τῶν Ὀρφιτίου μέμνηται, καὶ Τερτυλλίου νόμου
Ἄλλην τε πλείστην σύνταξιν τῶν νόμων περιέχει.
Τὸ δ' ἕβδομον καὶ ἔσχατον τόμημα τῶν Διγέστων,
Περὶ ἐπερωτήσεων ἀσφαλεστάτων λέγει,
Καὶ συμπληροῖ τὸ σύνταγμα δύο βιβλία μόνα.
Καὶ μετὰ τοῦτο πέφυκε δύο φρικτὰ βιβλία,
Τὴν αὐστηρίαν ἔχοντα τῶν ποινῶν ἐγκειμένων.
Μετὰ δὲ τὴν ἑπτάτομον ταύτην τομὴν τῶν νόμων,
Σύνταξις ἄλλη πέφυκε νομίμων διαφόρων,
Πληροῦσα τὰ πεντήκοντα βιβλία τῶν Διγέστων.

Πρὸς τούτοις μέρος πέφυκεν αἱ Νεαραὶ Συντάξεις.
Εἶτα συνοπτικώτερον τοῦ Λέοντος βιβλίον,
Τὸ πᾶν ἑξηκοντάβιβλον πάντας τοὺς νόμους ἔχον,
Τοὺς κώδικας, τὰ Διγέστα, τὰς Νεαρὰς συντόμως,
Τὰ σύμφυλα, τὰ σύμπτωα τῶν διαφόρων νόμων,
Διατιθέμενον ἀποτίτλοις οἰκείως καὶ γνησίως,
Ἀλλ' ἔστι δυσερμήνευτον, ἀλλ' ἀσαφὲς ἐσχάτως.
Ἔστι καὶ μέρος ἕτερον οἷον ὄψις τῶν νόμων,

Ὡς

SAPIENTISSIMI ET HONORATISSIMI MICHAELIS PSELLI.

Compendium Legum, Verſibus Yambis & Politicis.

Ad Imperatorem Cæſarem Michaelem Ducam, ex juſſu Patris ipſius, & Imperatoris.

MULTIPLEX eſt, & contemplatu difficilis legis ſcientia, quæ obſcura in compendio, nec ſummatim comprehendi, nec ſermone facile explicari poteſt: illa tamen neceſſaria eſt, potiſſimum Imperatori, quem ejus curam maxime habere oportet: Juſte enim in judiciis Jus eſt obſervandum. Quapropter ego multis in compendium redactis, facilis indaginis volumen legum tibi compoſui. Et primum quidem tibi explicandum eſt, quot ſunt partes legis. Ea quæ CODEX dicitur, eſt corpus duodecim libris conſtans, conſtitutiones vocant, quibus, O DOMINE, Imperatorum placita, legitima reſcripta, & litium deciſiones atque ſententiæ continentur. Sequitur pars, quam DIGESTA Latina voce, Pandecten Græca nominant, quod ſit omnifariarum legum receptaculum, & leges Pandectes multi conſcripſerunt. Digeſtorum, O DOMINE, variæ ſunt partes, quarum priores de contractibus dicantur, eſtque priorum prima collectio quatuor libris compoſita. Poſtea ſeptem librorum volumen Latine DE JUDICIIS, Græce, περὶ κρίσεων. Tertia collectio DE REBUS dicitur, octo libris earum tractatum continens. Quartum locum, veluti oculus univerſorum contractuum, octo earum libri multarum legum conceptacula ſibi vendicant. Quintum vero novem libri, à parte præcipua DE TESTAMENTIS vocati, licet alia innumera comprehendant. Sexta pars, O DOMINE, duos ſingulares libros continet, qui recte vocantur DE DIVERSIS GRADIBUS, & perſpicue tractant de ſucceſſione, & Senatuſconſultis Orphitiano, & Tertiliano, & multiplicem aliam legum ordinationem ea pars complectitur. Septima & ultima Digeſtorum legitima pars, de firmiſſimis ſtipulationibus volumen duobus libris ſingularibus conficit, quibus ſubnectuntur duo terribiles libri ſeveritate pœnarum inſtructi. Huic ſeptemplici legum diviſioni, diverſorum Jurium collectio adjicitur, quæ quinquaginta Digeſtorum libris finem imponit.

Præterea Juris partem ſtatuunt Novellæ Conſtitutiones. Deinde compendioſum LEONIS volumen, quod ſexaginta libris univerſas leges Codicem, Digeſta, & Novellas breviter complectitur, convenientes & cognatas varias leges ſub titulis accomodate diſponens: ſed ſumme obſcurum eſt, nec facilem interpretationem patitur. Eſt & alia pars quaſi legum viſus, &

reliquarum

Ως εἰσαγωγικώτερον τῶν ἄλλων διδαγμένη,
Τῶν νόμων ἔχει ἅπασαν τὴν Γενεαλογίαν,
Η μᾶλλον οὕτως εἴποιμι τὴν ἀρχαιολογίαν.
Τῷ δὲ βιβλίῳ τούτῳ δὴ ἡ κλῆσις Ινστιτοῦτα.
Πολλοὶ δὲ συλλεξάμενοι τὰς ἀγωγὰς ἰδίας,
Σύνταγμα συντάξαντο ἄξιον εὐφημίας.
Τὴν φύσιν γὰρ τῶν ἀγωγῶν ἑκάστης ἑρμηνεύει,
Καὶ πάντα τὰ ζητήματα, καὶ πάσας ὑποθέσεις,
Εἰς τὴν οἰκείαν ἀγωγὴν πανσόφως ἀναφέρει.
Τοῦτο καὶ μόνον πέφυκε φιλόσοφον τῶν νόμων,
Κἂν εἴ τις ἀκριβώσειε τοιοῦτο δὴ τὸ βιβλίον,
Οὗτος ὁ νομικώτατος νομομαθὴς τυγχάνει.
Ετεροι δὲ πάλιν, ΔΕΣΠΟΤΑ, τὰς ῥοπὰς, καὶ τοὺς χρόνους
Τοὺς νομικοὺς συνέταξαν εἰς βραχύ τι βιβλίον:
Ροπὰς δ' ἐκ μέρους λέγουσι, ἔχει γὰρ καὶ τοὺς χρόνους.

Ο δέ γε περιεκτικὸς τούτων ἁπάντων νόμος,
Κοινὴ συνθήκη πέφυκε πάσης τῆς πολιτείας,
Πλημμελημάτων κώλυσις, τῶν κατὰ γνώσιν πλέον,
Δικαιοσύνης χορηγὸς, δόγμα συνετωτέρων.

Δικαιοσύνη δὲ ἐστὶ, σταθηροτάτη γνώμη
Τοῖς πᾶσι διανέμουσα τὸ κατ' ἀξίαν μέτρον·
Τὸ νόμιμον δὲ πέφυκε δικαιοσύνης μέρος.
Αὕτη γὰρ καὶ τὸ φυσικὸν ἄλλο τι μέρος ἔχει,
Τὸ κατὰ τὴν συνείδησιν κρειττόνων καὶ χειρόνων.
Τὸ γὰρ λοιπὸν τὸ φυσικὸν, τρίτον τοῦ νόμου μέρος.
Τὸ μὲν γὰρ τοῦτον φυσικὸν, τὸ δ' ἐθνικὸν τυγχάνει,
Τὸ δὲ πολιτικώτερον, καὶ μερικώτερόν πως.
Τὸ μὲν γὰρ περὶ φυσικῶν πραγμάτων δογματίζον,
Συλλήψεως, γεννήσεως, Σχέσεως, Συναφείας,
Αὐτοῦ ψιλοῦ τοῦ πράγματος, τοῦδε, καὶ τοιοῦδε,
Νόμιμον γενικῶς ἐστι, φυσικὸν δ' ἐπὶ μέρους.
Τὸ βλέπον δ' εἰς συμβόλαια φύσιν συναλλαγμάτων,
Πάντων ὁμοῦ τῶν καθ' ἡμᾶς κοινῶν πολιτευμάτων,
Νόμιμον ἐθνικόν ἐστιν, οὐχὶ τὸ βαρβαρῶδες,
Τὸ γὰρ τοῦ ἔθνους ὄνομα νομικῶς εἰρημένον,
Γενῶν συλληπτικόν ἐστι νόμοις ὑποκειμένων.
Πολιτικὸν δὲ νόμιμον, τοπικὸν, καὶ χρειῶδες.
Τὸ πάλαι τριμερές ἐστι τούτου γὰρ τοῦ νομίμου,
Εστιν ὁ δωδεκάδελτος τῶν δώδεκα λογίων,
Τὰ βασιλέων δόγματα, οἱ νόμοι τῶν Πραιτώρων.
Περὶ δ' ἃ πραγματεύεται τὸ νόμιμον ῥητέον.
Εἰσὶ δὲ ταῦτα, πρόσωπα, πράγματα, ἀγωγαί τε.
Πολλῶν δ' οὐσῶν τῶν ἀγωγῶν τέσσαρες αἱ μητέρες,
Ας ὀβλιγατίωνας ὀνόμασαν, δεσμούς τινας δικαίους.
Η ῥὲ, ἡ βέρβις, λίτερις, τετάρτη ἡ Κονσένσου.
Η ῥὲ γεννᾷ πραγματικὰς ἀγωγὰς νῦν καὶ μόνας.
Μήτηρ δὲ βέρβις πέφυκε, ἡ περὶ ἐξστιπουλάτο.
Πάκτα καὶ ἡ κονσένσου δὲ τὰς συναινέσεις ἅμα.
Η λίτερις τὰ γράμματα γυμνὰ πραγμάτων τεύχει,
Εἰ γάρ τις χρέος γράψειεν ἀνάργυρον ἐν τούτοις,
Καὶ μὴ προσενεχθήσει ΔΕΣΠΟΤΑ μέμψιν ἀναργυρίας,
Καὶ διετὴς ἐκρεύσειε χρόνος ἐν μέσῳ πάλιν,
Γράμμασι λοιπὸν κατακρατεῖται μόνοις.
Τὴν λίτερον δὲ πλάττουσιν ἐξ ἡσυχίας μόνης,
Η ῥὲ, σημαίνει πράγματα, ἡ βέρβις, ψιλοὺς λόγους,
Η λίτερις, τὰ γράμματα, κονσένσο, συναινέσεις.
Εκάστη δὲ τῶν ἀγωγῶν, ἀγωγὰς πολλὰς τίκτει,
Επεὶ δέ τις ἐνέχεται πλημμελῶν, ἢ συμβάλλων,
Η φανερώτερον εἰπεῖν, πρός τινας συναλλάσσων.
Απὸ πλημμελήματος ἀγωγὰς εὕροις ταύτας,
Τὴν φούρτιν, τὴν περὶ κλοπῆς, βι βονόρουμ ῥαπτόρουμ,
Η τῆς βιαίας ἁρπαγὴν πραγμάτων ἑρμηνεύει,
Τὴν ἰνιουριάρουμ τὸ, ἤ τις ὕβριν σημαίνει,
Τούτῳ μὲν Ακυΐλιον, τὸν περὶ τῆς ζημίας:

reliquarum ſpecioſa introductio, univerſam Juris originem, & antiquitatis hiſtoriam continens, INSTITUTA vocantur.

Multi quidem proprias actiones colligentes, dignum memoria ſyntagma compoſuerunt: cujuslibet enim actionis naturam interpretatur, & omnes quæſtiones, omnia facta, & cauſas ad propriam actionem refert: illud ſane ſola eſt legum Philoſophia, quem librum ſi quis recte calluerit, juris & legum conſultiſſimus evadet. Rurſus alii O DOMINE, momenta, & tempora legitima in brevem librum redegerunt, qui à parte MOMENTA vocatur, quamvis & annos comprehendat.

LEX vero quæ illa omnia complectitur, eſt communis totius Reipublicæ ſponſio, delictorum coërcitio, eorum maxime quæ ſponte committuntur, Juſtitiæ præſul, ſapientiorum & perſpicaciorum decretum.

Juſtitia eſt conſtantiſſima voluntas, pro merito & dignitate omnibus menſuram diſtribuens. Jus eſt Juſtitiæ pars, quæ & aliam partem habet, jus naturale ſcilicet, quod in bonorum & malorum conſcientia conſiſtit. Reliquum vero jus naturale eſt tertia pars juris, quod dividitur, in naturale, gentium, & civile, ſeu locale. Quod de rebus naturalibus ſtatuit, conceptione, nativitate, appetitu, maris & fœminæ conjunctione, illo & illo nudo negotio, eſt in genere jus, in ſpecie naturale. Quod vero ſpectat naturam contractuum, & earum omnium actionum, quæ ad communem noſtram ſocietatem pertinent, jus gentium dicitur, non tamen barbaricum, nomen enim gentium hîc ita debet accipi, ut eas ſolum nationes quæ legibus parent, complectatur. Civile jus eſt locale, & ex uſu, quod jampridem tripartitum eſt. Hujus enim juris partes ſunt, Leges 12. tabularum, Decreta Principum, Edicta Prætorum.

Nunc vero dicendum eſt circa quæ jus verſetur. Ea ſunt perſonæ, res, & actiones. Actionum, quæ plures ſunt, quatuor matres dicuntur, quas obligationes vocant, legitima vincula, RE, VERBIS, LITTERIS, quarta CONSENSU. Obligatio quæ re contrahitur, gignit ſolas reales actiones. Quæ verbis, mater eſt actionis ex ſtipulatu. Quæ conſenſu, format conventiones. Quæ litteris, nudam rerum ſcripturam conſtruit. Si quis enim debitum non numerata pecunia ſcripſerit, neque, O DOMINE, intra biennium de pecunia non numerata querelam moverit, deinceps quod ſolis litteris debitum eſt, prævalebit: ſolo ſilentio obligatio litteris contrahitur. RE, ſignificat res; VERBIS, nudos ſermones: LITTERIS, ſcripturam: CONSENSU, pacta. Deinde quis obligatur, vel delinquens, vel contrahens, vel ut clarius dicam, rem aliquam cum aliis agens. *Ex delicto* has actiones comperies, FURTI, περὶ κλοπῆς: VI BONORUM RAPTORUM, quam violentum rerum raptum interpretare: INJURIARUM,

Ἐξ ὧν πάλιν ὡς ποταμῶν, ῥευμάτων τε δευτέρων,
Κρουνοὺς εὑρήσεις ἀγωγῶν περισφόρους ἐκχυθέντας.

Ὅρος δὲ συναλλάγματος, ὡς ἤρεσε τοῖς νόμοις,
Συναίνεσις, καὶ σύννευσις πλειόνων θελημάτων,
Ἢ δύο τὸ ἐλάχιστον, εἰς αὐτὸ συνδραμόντων.
Ὥστε ἐνοχῆς πῶς κτήσασθαι δύναμιν παραυτίκα
Εἰς χάριν δὲ ῥητέον σοι τῶν ἐνοχῶν ἑκάστην,
Τὰς φυομένας ἀγωγὰς ἵν' ἔχῃς ἀσυγχύτως.
Καὶ τὰς μητέρας ἀκριβῶς, πρὸς δὲ τὰς θυγατέρας.
Τῆς ῥὲ τῆς ἐν τοῖς πράγμασιν ἐστι, ἡ δηποσίτης
Ἑλληνιστί δὲ πέφυκε ἡ παρακαταθήκη:
Ἡ κομοδάτη δεύτερον, χρῆσις τῶν διδομένων:
Ἡ πιγνερατικία τε, ἡ περὶ ἐνεχύρων:
Ἡ περὶ ἀπαιτήσεως κληρονομίας ἄλλη,
Ἣν ἐρεδιτάτης λέγουσι πέτιτζιο Λατῖνοι:
Πρὸς δὲ ἀδεξιβένδουμ λατίνως εἰρημένη,
Ἡ περὶ παραστάσεως πραγμάτων κεκρυμμένων.
Τῆς ῥὲ κονδικτίκιος, ἐν ῥὲμ δὲ ἡ καθόλου:
Πρὸς τούτοις τὰ Ἰντέρδικτα, ἤτοι παραγγελίαι.
Τῆς βέρβις δὲ τῆς ἐνοχῆς ἐστιν, ἡ ἐξ στιπουλάτο,
Ἀφ' ἧς ὁ τζέρτος πέφυκε κονδικτίκιος τρέχει,
Πρὸς τούτῃ καὶ ὁ ἰντζέρτος, ἀγωγαὶ δ' αὗται δύο,
Ἐξ στιπουλάτο δὲ ἐστιν, ἐπερώτησις, ΑΝΑΠ.
Πᾶσα δὲ γ' ἐπερώτησις, ἢ δήλων, ἢ κρυφίων,
Ἐφ' εἷς ὁ κονδικτίκιος, ἢ τζέρτων, ἢ ἰντζέρτων.
Ἐστὶ δὲ κονδικτίκιος ἀπαιτήσεως φύσις,
Ἡ τζέρτος, ἤτοι φανερᾶς, ἰντζέρτης κεκρυμμένος.
Τῆς βέρβις ἐνοχῆς ἐστιν ἡ ἐξτιματόρια
Ὅταν διατιμήσωμαι πρᾶγμα καί σοι παρέξω,
Εἰπὼν, ὡς πράσας, κόμισον νομίσματά μοι τόσα,
Εἰ δὲ μὴ τόσα δοίη τις, δίδου τὸ δεδομένον.
Τῆς βέρβις αὖθις ἐνοχῆς ἦγε δάμνη ἰνφέκτι,
Ἥτις κινεῖται πίπτοντος γείτονος δωματίου.
Τῆς βέρβις πάλιν πέφυκε ἦγε πρεκατορία,
Ἡ τὸν κληρονομήσαντα εὐλόγως, καὶ προσφόρως
Ἐκ πόσου μέρους ἐρωτᾷ ζητεῖν κληρονομίαν.
Ἡ λεγατόρουμ, ἄλλη τις ἀσφάλεια λεγάτου.
Ἡ τε τῶν πεκουνίαε κωνστιτούτας αὖθις,
Ἡ τις τὴν ἀντιφώνησιν, καὶ τὴν ἐγγύην λέγει.
Τῆς δ' ἐνοχῆς τῆς λίτερις ἀγωγὴ νοβάτιο
Τὸ χρέος μεταφέρουσα τὸ παλαιὸν εἰς νέον. :
Ταύτης ἡ δηλεγάτιο, ἤτοι περὶ λέγατου.
Τῆς δὲ κονσένσο ἐνοχῆς, ἐστὶ ἡ ἐξ βενδίτο,
Ἣν οὕτως ἑρμηνεύουσι περὶ πράσεως, ΑΝΑΠ.
Ἐξ ἔμπτο, περὶ ἀγορᾶς: λοκάτι, μίσθωσίς τις:
Κονδούκτι, ἡ ἐκμίσθωσις: ἐντολὴ, ἡ μανδάτι:
Ἡ προσοκίο δὲ ἐστιν, ἡ περὶ κοινωνίας:
Ἥτε περὶ μνηστεύσεως, καὶ δωρεᾶν, καὶ γάμων
Καὶ τινων ἄλλων ἀγωγῶν, καὶ τριῶν ἰντερδίκτων:
Σύμπασαι αὗται ἀγωγαὶ ἐνοχῆς τῆς κονσένσου.
Τὴν περὶ δὲ προστασίας πραγμάτων ἀλλοτρίων,
Τοῦτ' ἔστι μὴ γινώσκοντος μηδόλως τοῦ δεσπότου,
Νεγοτιόρουμ λέγουσι ταύτην τινὲς γεστόρουμ,
Ἔοικε συναλλάγματος συνάλλαγμα τυγχάνον·
Ὁμοίως ἡ τουτέλαε, ἡ κατὰ ἐπιτρόπων.
Ἡ περὶ διαιρέσεως πραγμάτων ἐπικοίνων,
Ἡ περὶ πεκουλίου τε, ἥ τε ἐκ διαθήκης,
Ἡ Ἰνστιτορία τε, ἥτ' ἐξερκιτορία,
Ἡ κατὰ τοῦ προστήσαντος τινὰ ἐργαστηρίῳ,
Καὶ κατὰ τοῦ προστήσαντος τινὰ ἐπὶ θαλάσσῃ.
Τὸ κουόρουμ λεγατόρουμ τε Ἰντέρδικτον τυγχάνον,
Ὁ οὖσος, ὁ οὐσούφρουτος, ἄλλαι τ' ἀγωγαὶ πλεῖσται,

RIARUM, quæ petulantem contumeliam ſignificat: AQUILIÆ legis actionem, ſive DE DAMNO. Ex quibus tanquam fluviorum, & fluctuum ſecundorum ſcaturigines actionum commode ſalientes reperies.

Definitio contractus, ut legibus placuit, eſt conſenſus, & conſpiratio plurium, vel ad minus duarum voluntatum ad idem concurrentium. Quemadmodum obligatio robur obtineat, ſtatim dicemus. Nunc enim tui gratia ſingulæ obligationes explicandæ ſunt, ut diſtincte, & exacte, matres, & filias, natas ſcilicet actiones habeas. Obligatio quæ re contrahitur, in rebus eſt, ex qua oritur actio DEPOSITI, Græce, παρακαταθήκη: COMMODATI, quæ eſt uſus rei traditæ & commodatæ. PIGNORATITIA, quæ eſt de pignoribus: Alia ἀπαίτησις τῆς κληρονομίας, quam Latini Petitionem hereditatis vocant: Actio etiam AD EXHIBENDUM, ut Latiné dicitur, quæ de rebus occultis, ut palam exhibeantur, contra clam poſſidentem inſtituta eſt: Ejus quæ Re contrahitur eſt condictio, quæ generaliter in rem dicitur. Eas actiones ſequuntur interdicta, ſive denuntiationes. Ex obligatione quæ VERBIS, venit ex ſtipulatu, è qua duæ actiones oriuntur, condictio certi, & incerti. Ex ſtipulato eſt ἐπερώτησις, ſive interrogatio, O IMPERATOR. Omnis autem ſtipulatio eſt rerum manifeſtarum, vel obſcurarum, unde certi, & incerti condictio: naturam petitionis condictio demonſtrat, certi dilucidum, incerti occultum ſignificat. Ex obligatione verbis, naſcitur etiam ÆSTIMATORIA: ſi rem æſtimem, & tibi tradam, dicens ac ſi venderem, dabis mihi tot nummos, & niſi dederis, reddes rem traditam. Iterum ex obligatione verbis deſcendit, DAMNI INFECTI, quæ vicina domo ruinam minante movetur. Rurſus ex ea naſcitur PRECATORIA, qua directe inſtitutus heres rogatur ex quota parte adire hereditatem. Alia eſt LEGATORUM, cautio legati nomine. PECUNIÆ CONSTITUTÆ, quæ ſponſionem, & expromiſſionem pecuniæ ſignificat. Obligationis vero quæ LITTERIS contrahitur actio eſt NOVATIO, quæ vetus debitum in novum transfert: & DELEGATIO, ſive de legato. Obligationis EX CONSENSU, eſt, actio EX VENDITO, quam, O IMP. περὶ πράσεως interpretantur. EX EMTO, περὶ ἀγορᾶς. LOCATI, μίσθωσις: CONDUCTI, ἐκμίσθωσις. MANDATI, ἐντολή: PRO SOCIO, περὶ κοινωνίας: Præterea de SPONSALIBUS, DONATIONIBUS, ET NUPTIIS, & aliæ actiones, & tria interdicta: omnes illæ actiones ſunt obligationis ex conſenſu. Quæ ob curam rerum alienarum neſciente domino ſuſceptam, movetur, quam NEGOTIORUM GESTORUM vocant, contractus videtur eſſe contractus. Similiter, TUTELÆ, quæ contra tutores: DE COMMUNIUM RERUM DIVISIONE, DE PECULIO, Ex teſtamento, Inſtitoria, Exercitoria, Quæ contra nautas, & caupones, ut in navim vel tabernam recepta

Τῶν ὡσανεὶ τυγχάνουσι πασῶν συναλλαγμάτων.
Αἱ δ' ἀγωγαὶ δὲ ὡσανεὶ πάλιν ἁμαρτημάτων,
Ἡ κατὰ τοῦ δικάσαντος, καὶ παρανομήσαντος,
Ἡ κατὰ τοῦ συῤῥήξαντος ἔδικτον ἀναισχύντως.
Ἄλλαι τό τινες ἀγωγαί, καὶ τινες ἰμφάκτουμ.
Δέχου πάλιν διαίρεσιν τῶν ἀγωγῶν ποικίλην,
Τῶν ἀγωγῶν αἱ μέν εἰσιν ἀπὸ συναλλαγμάτων.
Αἱ δὲ πάλιν κατάγονται ἀπὸ ἁμαρτημάτων.
Αἱ μέν εἰσι πραγματικαί, αἱ δὲ κατὰ προσώπων.
Αἱ μέν εἰσι πίστει καλῇ, αἱ δέ εἰσι πως στρίκται,
Αἱ μὲν πρᾶγμα εἰσπράττουσιν, αἱ δὲ ποινήν, αἱ δ' ἄμφω,
Αἱ μὲν κινοῦνται εἰς τὸ πᾶν, αἱ δὲ εἰς μέρος μόνον.
Αἱ μὲν ἁπλοῦν εἰσπράττουσιν, αἱ δὲ διπλοῦν, τριπλοῦν τε,
Αἱ μὲν καὶ τετραπλάσιον, αἱ δὲ καὶ πλέον τούτου.
Αἱ τούτων δὲ βαρύτεραι πρὸς τούτοις ἀτιμοῦσιν,
Αἱ μὲν εἰσὶ πρόσκαιροι, τινὲς δὲ τῶν χρονίων,
Αἱ δὲ περιορίζονται τεσσαράκοντα χρόνοις.
Τινὲς δὲ διαβαίνουσι καὶ κατὰ κληρονόμων.
Αἱ μὲν εἰσὶν ὡς λέγουσι τούτων ἀρβιτραρίαι,
Ὑπὸ τῆς δικαστικῆς ἄγονται μεσιτείας,
Ταῖς δὲ τῆς ὑπολήψεως τοῦ κρίνοντος εἰ μέλλει.
Ἄλλη τε πλείστη πέφυκε διαίρεσις τῶν νόμων,
Καὶ ταύτην δέ μοι πρόσλαβε τυγχάνον ἀναγκαῖον.
Ὡς οἱ κανόνες ἅπαντες τῶν νόμων, ΣΤΕΦΗΦΟΡΕ,
Ὑπόσαθροι τυγχάνουσι, ψεύδονται γὰρ ἐν μέρει.
Κανὼν δέ ἐστι τοῦ πράγματος συντετμημένος λόγος,
Ὅπερ ὡς ὑποκείμενον τυγχάνει τῷ κανόνι,
Σφαλὰς δ' ἐκπίπτει (ΔΕΣΠΟΤΑ) καὶ τοῦ ὑποκειμένου.
Τοὺς νόμους δὲ βουλόμενος πάντας σοι συνοψίζειν,
Ὁριστικοῖς προσχρήσομαι ῥήμασι, καὶ συντόμοις.
Δικαιοσύνη πέφυκε νέμησις τοῦ δικαίου.
Δίκαιον φυσικόν ἐστι κοινὸν πᾶσι τοῖς ζώοις:
Τῶν νόμων ὁ μὲν ἔγγραφος, ὁ δ' ἄγραφος ὡς ἔθος.
Ἐλευθερία, πέφυκεν ἄδεια φυσική τις:
Δουλεία δὲ ὑποταγὴ τυγχάνει δεσποτείας,
Ἡ τις ὡς ἀδιάφορος, ἄτομόν τι τυγχάνει.
Ἡ συμφορὰ δὲ τῆς μητρός, τοῦτ' ἔστιν ἡ πορνεία,
Οὐ βλάπτει τὸν ἐν τῇ γαστρί, στεροῦσα τῶν πατρῴων.
Οὐδ' ἔνι τις ἐλευθεροῦν δανειστὰς περιγράφων.
Μετὰ τὴν ἥβην, γράψειν τις δύναται διαθήκας:
Ἐλευθεροῦν δὲ δύναται ὁ ἑπτακαιδεκέτης.
Τῶν παίδων ὑπεξούσιοι, οἱ ἐκ νομίμων γάμων,
Οὗτοι γὰρ μόνοι νομικῶς ὑπακούουσι πατράσιν.
Εἴ τις ἐκ φίσκου λάβοι τι δωροῦντος βασιλέως,
Ἢ συναλλάττων πρὸς αὐτοῦ, εὐθὺς τοῦτο δεσπόζει,
Ἐκεῖνος δὲ ἐνάγεται μέχρι τετραετίας.
Ἡ μόρτις καῦσα δωρεά, ἔοικε τῷ λεγάτῳ.
Τὰ τῆς προικὸς ἀκίνητα οὐχ ὑποτίθησί τις,
Οὐδὲ πιπράσκειν δύναται, οὐδ' ἐκποιεῖν οὐδόλως.
Ἐκποίησιν ὁ πούπιλος πραγμάτων οὐ ποιεῖται,
Οὐδέ τι πράττειν δύναται χωρὶς τῶν ἐπιτρόπων.
Καὶ υἱὸς ὑπεξούσιος καὶ δοῦλος προσπορίζει,
Ὁ μέν γε τῷ δεσπόζοντι, ὁ δὲ τῷ φυτοσπόρῳ,
Κἂν μὴ τυγχάνωσιν αὐτοὶ τὴν πρᾶξιν ἐγνωκότες,
Υἱὸς δὲ δίχα τοῦ πατρός, ἢ δοῦλος τοῦ δεσπότου,
Οὐ δύναται κληρονομεῖν, ἀλλ' οὐδὲ ἀδιτεύειν.
Κἂν τις οὐσουφρουκτάριος ἡμῖν ἐστιν οἰκέτης,
Εἰσάγει τὸν προσπορισμόν, ὥσπερ ὁ βονᾳφίδει.
Ὁ φιδεικομισσάριος σὺν τῷ λεγαταρίῳ,
Ὁλόκληρον διαδοχὴν οὐκ ἔχουσι δικαίων,
Ὁ κληρονόμος μόνος γὰρ τὸ δίκαιον τοῦτ' ἔχει.
Ἀγράφως διατίθεσθαι οὐκ εἴργουσιν οἱ νόμοι.
Οἰκειακοὺς δὲ μάρτυρας ἱκανῶς ἀθετοῦσιν,
Εἴ τις διαθοῖτο τυχὸν τῶν ἐστρατευμένων,
Ἡ διαθήκη ἔῤῥωται εἰς ὁλόκληρον χρόνον,

Καὶ

reſtituant. Interdictum quod QUORUM LEGATORUM dicitur, Uſus Uſusfructus, & aliæ multæ actiones ſunt omnes ex quaſi contractibus. Actiones rurſum quaſi ex delictis: quæ datur contra Judicem, qui contra leges judicavit: quæ contra eum qui edictum impudenter corrupit. Sunt & aliæ quædam actiones in factum. Iterum accipe variam actionum diviſionem: quædam oriuntur ex contractibus; quædam rurſus ex delictis: quædam ſunt reales quædam contra perſonas: quædam ſunt bonæ fidei, quædam ſtrictæ: quædam rem exigunt, quædam pœnam, quædam utrumque: aliæ pro toto moventur, aliæ pro parte: aliæ ſimplum exigunt, aliæ duplum, triplum, quadruplum, aliæ & amplius: aliæ graviores infamant eos quos afficiunt; aliquæ ſunt temporales, aliquæ perpetuæ, aliquæ annis quadraginta definiuntur, aliquæ tranſeunt etiam contra heredes: ſunt & illæ quas arbitrarias vocant, quæ judiciali arbitrio inſtruuntur ex Judicis æſtimatione ſi velit.

Eſt multiplex alia legum diviſio. Quod vero nunc mihi neceſſarium videtur accipe: ut quod omnes legum canones, O Imp. ſubputridi ſunt, mentiuntur enim ex parte. Canon autem ſeu Regula, eſt ſermo rem breviter dividens, quæ eſt quaſi ſubjectum regulæ, quæ ubi in aliquo titubat, O DOM, è ſubjecto excidit. At quia ſedet in animo tibi omnes leges in compendium redigere, verbis utar definitivis, & brevibus. Juſtitia eſt juſti diſtributio. Jus naturale eſt commune omnibus animantibus. Legum alia eſt ſcripta, alia non ſcripta, ut conſuetudo. Libertas eſt quædam naturalis licentia: ſervitus eſt ſubjectio dominationi, quæ, ut nullam habens differentiam, individuum quid dicit. Calamitas matris, id eſt meretricius coitus, non nocet ei qui eſt in ventre privans bonis paternis. Circumſcribens creditores manumittere non poteſt. Poſt pubertatem poteſt quis ſcribere teſtamentum. Annos natus decem & ſeptem manumittere poteſt. Liberi in poteſtate ſunt, qui ex legitimis nuptiis procreati, illi enim ſoli legitime parentibus obediunt. Si quis ex Imperatoris liberalitate à fiſco rem accipiat, aut alio modo ab eo rem comparet, ſtatim ipſius fit Dominus, nec poſt quadriennium convenitur. Mortis cauſa donatio, ſimilis eſt legato. Immobilia bona dotalia, neque pignori & hypothecæ dari, neque vendi, neque alienari, fraude etiam non interveniente poſſunt. Pupillus nec res ſuas alienare, neque aliquid agere poteſt ſine tutoribus. Filiusfamilias & ſervus acquirunt, hic Domino, ille parenti, etiamſi uterque rem geſtam ignoret: filius quidem & ſervus, ſine patris & Domini conſenſu ſuccedere non poſſunt, nec hereditatem adire. Servus uſufructuarius nobis acquirit, quemadmodum liber homo qui bona fide ſervit. Fideicommiſſarius, & legatarius in univerſum jus non ſuccedunt; id enim jus ſolus heres habet. Sine ſcripto teſtari leges non prohibent: domeſticos quidem teſtes merito improbant. Si quis teſtatus fuerit de caſtrenſibus, teſtamentum in omne tempus valet,

etiam

Καὶ μετὰ τὴν ἀθέτησιν τῆς προτέρας στρατείας.
Ὁ δ' ὑπεξούσιος εἶναι οὐ ποιεῖ διαθήκας,
Κἂν ὁ πατὴρ κελεύσῃ, χωρὶς τῶν καστρενσίων.
Οὐκ ἀνατρέπει μανία συσταθεῖσαν διαθήκην.
Εἰδέ τις ἐμαγκιπάτος κοντρατάβουλλας ἔχει.
Καὶ δοῦλον εἴ τις βούλοιτο γράφει κληρονόμον.
Οὐγκίας μὲν δώδεκα, μέτρον κληρονομίας.
Ὡς ὁ τεστάτωρ, δύναται οἰκέτης κληρονόμος.
Οὐδεὶς διατιθέμενος, εἰ μὴ ὁ στρατιώτης,
Μέρει μὲν διατίθεται, μέρει δ' οὔ, τῆς οὐσίας.
Ἔστι ἡ ἀποκατάστασις, οὕτω δὴ τυπουμένη.
Κληρονομείτω Τίτιος τῶν ἐμαυτοῦ πραγμάτων,
Κἂν οὗτος οὐ βεβούληται, πρῖμος κληρονομείτω.
Ἀθεμιτογαμήσας τις καὶ δεινῶς τιμωρεῖται,
Καὶ τῶν τεχθέντων ἐξ αὐτοῦ οὐ κατεξουσιάζει.
Εἰδέ τις παῖδας ἔτεκεν ἐκ παλλακῆς προτέρας,
Νομίμους ἀπεργάζεται προικώοις σὺν συμφώνοις.
Τὸ τέταρτον μέρος χρεωστεῖ τῷ υἱοθετηθέντι,
Υἱοθετήσας τὶς χρὰ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.
Ἀτελὴς συγγινώσκεται μήτηρ, μὴ ἀπαιτοῦσα
Τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσαντος ἐπίτροπον τοῖς τέκνοις.
Ἐπιτροπὴ δὲ πέφυκα νομικὴ ἐξουσία
Κατ' ἐλευθέρας κεφαλῆς, εἰς βοήθειαν ταύτης.
Ἐπίτροπος δὲ διοικεῖ μέχρι τῆς ἥβης μόνον.
Ἐντεῦθεν δὲ αὐθέξονται κουράτορες τοῦ νέου.
Ἀγνάτους μὲν ὀνόμαζε τοὺς ἐξ ἀρρένων τέκνων.
Κογνάτους δ' ἐπωνόμαζε τοὺς ἐκ θηλυγενείας.
Ἔφηβος γίνεται ὁ παῖς ἐτῶν δεκατεσσάρων,
Ἔφηβος δὲ τὸ θήλεια οὖσα δωδεκαέτης.
Τῷ ἔχοντι ἐπίτροπον κουράτωρ δίδοταί τις.
Κατηγορεῖν οὐ δύναται ἄνηβος ἐπιτρόπου,
Ἔφηβος τοῦ κουράτορος συγγενῶν συνηγορούντων.
Τὰ μηδενὸς τὸ πρότερον, τοῦ προκαταλαβόντος.
Τὸ κῦμα τὸ χειμέριον, αἰγιαλὸν ὁρίζει.
Εἴκει τὰ ἐποικοδόμημα τοῖς γε ὑποκειμένοις.
Ἴτερ ἐστὶν ὁδὸς στενή, ἄκτος ἡ πλατυτέρα.
Ὁ πρᾶγμα τὸ ἀλλότριον ἐκποιῶν ὁ εἰδὼς,
Ἢ ἄλλως παραδιδοὺς τίς, ὡς κλοπὴν ἁμαρτάνει.
Δευτέρα διατύπωσις ῥήγνυσι τὴν προτέραν.
Τὰς δὲ ἰνοφφικιόζας, παῖδες κινοῦσι μόνοι.
Οὐδεὶς ὑποκαθίσταται παιδὶ πουπιλλαρίως,
Εἰ μὴ ποιήσει πρότερον εἰς αὐτὸν διαθήκην.
Ὁ ἔχων τὴν ἐναγωγὴν, ἀποδείξει βαρύνεται.
Τὰς τῆς προικὸς κινητὰ εἰσπράττεται αὐτίκα,
Τὰς ἀκινήτους ὁλόκληρος εἰς ἀπαίτησιν χρόνος.
Τῆς διαθήκης ἡ κρηπὶς ἔνστασις κληρονόμου.
Καὶ τομὴ καὶ μετάθεσις γίνεται τοῦ λεγάτου,
Εἴτε διατυπώσεσιν, εἴτε ταῖς κωδικίλλοις.
Τὸ τρίτον ὁ Φαλκίδιος σώζει τῷ κληρονόμῳ,
Ἐκ τῶν λεγάτων ἁπάντων κατὰ ἀναλογίαν.
Ὁ Αὔγουστος προσέταξε, φησὶ, τοὺς κωδικέλλους,
Εἰ δι' οὓς οὔτε ἐνίστησιν ὁ γράφων κληρονόμον,
Οὔτ' ἀφαιρεῖ ὃν ἔγραψεν ἐν τῇ διατυπώσει.
Τὸ μὲν Τερτυλλιάνειον δόγμα καλεῖ προσφόρως
Εἰς τὰ τῶν τέκνων πράγματα τὰς ἐκείνων μητέρας.
Τὸ δὲ γ' ὀρφιτιάνειον αὖθις ἐκ τοῦ ἐναντίου,
Εἰς τὰ μητέρων πράγματα τοὺς παῖδας προσκαλεῖται.
Ἡ μήτηρ ἔχει πρόκλησιν ἁπάντων τῶν ἀγνάτων
Εἰς τὰ τῶν τέκνων πράγματα, χωρὶς τῶν ὁμογνίων.
Μετὰ γὰρ τούτων ἔρχεται εἰς τὴν κληρονομίαν.
Ἀλλ' εἰ μὲν ἀδελφαί εἰσι τὸ ἥμισυ λαμβάνει,
Εἰ δ' ἀδελφαὶ καὶ ἀδελφοὶ ἴσα κληρονομοῦσιν.
Τῆς διακατοχῆς παισὶ καὶ γονεῦσιν ἐνιαυτὸς,
Ἐνιαυτὸς ὁλόκληρος ἔρχεται βοηθοῦντα.
Ἡμέρας μόνας ἑκατὸν τῶν συγγενῶν ἑκάστῳ.
Ποινὴ ὀφείλει τίθεσθαι εἰς τὰς ἐπερωτήσεις.

etiam poſt abdicationem prioris militiæ. Filiusfam. teſtamentum non facit, quamvis pater jubeat, niſi de caſtrenſibus. Furor adveniens non evertit prius conditum teſtamentum. Filius, ſi emancipatus, habet bonorum poſſeſſionem contra tabulas. Servum etiam, ſi quis velit, poteſt heredem inſtituere. Duodecim unciæ ſunt menſura hereditatis. Ut teſtator, poteſt heres eſſe domeſticus. Nemo niſi miles ex parte de re ſua teſtatur, pro parte non teſtatur. Subſtitutio ſic formatur: Rerum mearum Titius heres eſto, ſi ille noluerit, Primus heres eſto. Nefarias nuptias contrahens atrociter punitur, nec liberos ex illis natos habet in poteſtate. Qui filios genuit ex pellice priore, legitimat eos dotalibus inſtrumentis. Quartam ſuorum bonorum partem adoptato debet, is qui adoptavit. Infamis fit mater, quæ mortuo viro liberis tutorem non petit. Tutela eſt legitima poteſtas in caput liberum ad ejus defenſionem. Tutor adminiſtrat ſolum uſque ad pubertatem: exinde curatores in adoleſcentem poteſtatem exercent. Agnatos voca deſcendentes ex maribus, cognatos ex fœminis. Adoleſcens dicitur, quatuordecim annos natus: mulier vero eſt puber anno duodecimo. Adoleſcenti qui tutorem habet, curator datur. Pupillus tutorem accuſare non poteſt. Adoleſcens vero curatorem poteſt, cognatis juvantibus. Quæ ante nullius ſunt, primo occupantis fiunt. Littus fluctu hyberno definitur. Subjecto ſolo cedit ſuperficies. Iter eſt via anguſta: Actus amplior via. Qui rem alterius ſciens alienat, vel aliter tradit, quaſi furtum committit. Poſterius teſtamentum prius rumpit: querelam de inofficioſo ſoli filii movent. Nemo puero ſubſtituit pupillariter, niſi prius fecerit teſtamentum. Actori probationis onus incumbit. Res dotales mobiles illico petuntur; immobilium vero repetitioni integer annus cedit. Teſtamenti baſis eſt heredis inſtitutio. Legata adimuntur & transferuntur teſtamento, & codicillis. Lex faleidia ex omnibus legatis pro rata ſervat tertiam partem heredi. Auguſtus jus codicillorum inſtituit, quibus nec heres inſtitui poteſt, nec in teſtamento ſcriptus deleri. Senatuſconſultum Tertulianum commode vocat matres ad bona filiorum: Rurſus è contra Orphitianum filios ad bona matrum. Mater in ſucceſſione bonorum filii præcedit omnes agnatos, exceptis conſanguineis, quibuſcum venit ad hereditatem: ſed ſi ſorores defuncto ſuperſint, dimidium capit, ſi vero fratres, & ſorores, ex æquis partibus ſuccedunt. Ad agnoſcendam bonorum poſſeſſionem, liberis, & parentibus annus integer auxiliatur, aliis cognatis centum dies ſolum. Pœna ſtipulationi apponi debet.

Ἡ περπετοῦα μίσθωσις, ἐμφύτευσις τυγχάνει,
Τὸ διπλασιαζόμενον ἔκ τινος ἠρνηκότος,
Καταβληθὲν ἰνδέβιτον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει.
Κλοπὴ ἐστι ψηλάφησις πραγμάτων ἐκ δόλου,
Χωρὶς κακῆς προθέσεως κλοπὴν οὐχ ἁμαρτάνεις.
Κατὰ τοῦ κλέπτου, φούρτιβον, κἂν μὴ νέμηται δίδως.
Τῷ ἐκπεσόντι πράγματος πουβλικιανὸν ἁρμόζει.
Παυλιανὴ δὲ δίδοται τῷ περιγεγραμμένῳ,
Εἰς πρᾶσιν ἢ ἐκποίησιν τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.
Τὴν φούρτιν διπλασιάζει σὺν τῷ Ἀκουϊλίῳ.
Νόμος ὁ δωδεκάδελτος τὴν νοξαλίαν φούρτιν,
Καὶ τὸν νοξάλιον αὐτὸν Ἀκουΐλιον γράφει.
Παραγραφὴ ἐστι σαφὴς ἡ δικαιολογία,
Τοῦ ῥεῖ πρὸς τὸν ἄκτορα κατ' ἀγωγῆς βεβαίας,
Τῷ νόμῳ μέν πως ἰσχυρᾶς, τῇ φύσει δ' ἀδικούσας.
Δίκην δ' οὐδεὶς συνίστησιν ἀγνοῶν αὐτοδίκαιον.
Ἐπὶ τῆς * δικαιώσεως ὁ νεμόμενος κρείττων.
Ὁ φθείρας βίᾳ τὴν σεμνὴν, εὔπορος μὲν τυγχάνων,
Ἡμίσεως ἀφαίρεσιν ἔχει τῶν κεκτημένων,
Ὁ δ' ἄπορος, ἐξόριστος γίνεται παραυτίκα.
Τῷ Κορνηλίῳ ὑπόδικος πᾶς φονεὺς τυγχάνει,
Τῷ Ρεπετούνδαις ἔνοχος δικαστὴς δωροδόκος.
Τῷ δὲ δελφάλσοις † ἔνοχος ὃς ἀλλοίῃ πλαστεύων.
Τὸ χρόνιον δὲ συνηθὲς νόμου λαμβάνει τόπον.
Οἱ γενικοὶ τῶν εἰδικῶν ἐγκρατέστεροι νόμων.
Ἥττων ἐστὶ τῶν θηλειῶν αἵρεσις τῶν ἀρρένων.
Οἱ μὲν τεχθέντες νόμιμοι ἕπονται τοῖς πατράσιν.
Οἱ φύντες δ' ἐκ πορνεύματος, ἕπονται ταῖς μητράσι
Τὸ φύσει χρεωστούμενον καταβληθὲν οὐκ ἔχει
Αὖθις ῥεπετιτίωνα, ὡς ἔδοξε τῷ νόμῳ.
Πάντα τὰ ἰδιωτικὰ δημοσίων οὐ βλάπτει.
Ἀποκαθίσταται ἀβλαβὴς ὁ νέος κατὰ νόμους.
Ὅπερ ἐστὶ τοῖς ἥττοσι τὸ ἀποκαθιστάναι,
Τοῦτο μείζοσιν ἔκκλητος πρὸς λόγους ἀναλόγους.
Πατρὸς καὶ παίδων μεταξὺ τῶν γε ὑπεξουσίων
Οὐ πέφυκε συνίστασθαι δίκης ἀμφιβολίας.
Ὅπου δὲ ἡ προκατάρξις, ἐκεῖ καὶ καταδίκη,
Τὸ μεῖζον δικαστήριον τὸ ἔλαττον προκρίνει.
Ὁ διδοὺς τὸ ἰνδέβιτον ἔχων εἴδησιν τούτου
Οὐκ ἔχει πάλιν εἴσπραξιν τοῦ βεβλημένου.
Ὁσάκις ἐξετάζοντες περὶ καρπῶν σκοπούμεθα,
Ὅσα λαβεῖν ἠδύνατο ὁ νομεὺς, ἀκριβοῦμεν.
Εἰς ἔδαφος ἐπίκοινον ὁ κοινωνὸς οὐ κτίζει.
Ἐξωτικὸς οὐ δύναται δουλείαν προσπορίζειν.
Ἐφ' ὧν ὁ Ἀκουΐλιος θεμάτων οὐχ ἁρμόζει,
Τούτοις ἰν φάκτουμ δίδοται, σαθρὸς δ' ὁ κανὼν οὗτος.
Ὅσα δὲ μὴ ἔχουσιν ἰσχὺν κατὰ τῶν νόμων,
Χωρὶς ἀποτελέσματος δοθέντα κατὰ πλάνην,
Οὐκ ἔχει ῥεπετίτιον, οὐδ' εἴσπραξιν ὀπίσω.
Χείρονα ποιεῖν ἄρρητον γυνὴ προικὸς ἰδίας,
Σαφῶς οὐκ ἔχει δύναμιν ἐν συνεστῶτι γάμῳ.
Τῷ ἔχοντι ἐπιτροπὴν, ἕτερος οὐ δοτέος.
Τὸ μεῖζον δικαστήριον, κρεῖττον τῶν ἐλαττόνων,
Ἤτοι τὸ ἐγκληματικὸν, τοῦ περὶ τῶν χρημάτων.
Ἔκδικον ἐγκλήματα λαμβάνει τὴν δικαίαν.
Ἐν τόποις οἷς ἡμάρτηται ἔνθα κρίνεται ἡ γνῶσις.
Ὅπου δὲ ἡ προκατάρξις, ἐκεῖ καὶ καταδίκη.
Ἐντεῦθεν καὶ κανόνας σοι τῶν νεαρῶν εἰσφέρω.
Δηλοῦνται τὰ βουλήματα πάντων τῶν τελευτώντων
Ὅσα μὴ διαμάχονται τοῖς νόμοις τοῖς κειμένοις.
Προῖκα μὲν γάμος ἐγγυᾷ, γάμον δ' οὐ δρῶσι προῖκες.
Ὅπερ ὁ νόμος δίδωσιν, οὐκ ἀφαιρεῖταί τις.
Παραγραφῆς ἀντίθεσις οὐκ ἔστι δημοσίῳ.
Ἡ δευτερογαμήσασα πρὸ τοῦ πενθίμου χρόνου,
Πάντων ἐκπίπτει καὶ προικῶν, καὶ κερδῶν παραυτίκα.
Ἐξ ἐλευθέρας θυγατρὸς οὐ τίκτεται τις δοῦλος.

* ἐν ἴσῃ † δὲ φάλσου

Τῶν

Emphyteuſis eſt perpetua locatio. Duplum ſolutum ab eo qui inficiatus eſt, indebiti condictione non repetitur. Furtum eſt doloſa rerum contrectatio, ſine mala admotione furtum non facis. Publiciana competit ei qui rem amiſit, cum non poſſideat, rem furtivam adverſus furem. Pauliana datur circumſcripto in venditione, & alienatione rerum ſuarum. Furti, & ex lege Aquilia in duplum agimus. Lex duodecim tabularum furti & Aquiliæ actiones, noxales ſcribit. Exceptio eſt certa & manifeſta exceptio rei ad actorem, contra actionem lege quidem firmam, ſed naturali jure injuſtam. Litem nemo inſtituit neſcius ſui juris. In jure æquali potior eſt qui poſſidet. Qui vi religioſam virginem corrupit, ſi locuples ſit bonorum ſuorum medietatis jacturam patitur: pauper vero ſtatim in exilium mittitur. Omnis homicida obligatus eſt legi Corneliæ. Judex ſordidus, & munera accipiens repetundarum tenetur. Legi vero de falſis obligatur, qui variat falſum ſcribens. Diuturna conſuetudo legis locum implet. Leges generales potiores ſunt in judiciis. Pejor eſt fœminarum conditio, quam marium. Legitimi liberi patrem ſequuntur, nati ex ſcortatione matrem. Quod natura debetur ſolutum repeti non poteſt, ut legibus placuit. Nulla privata publico nocent. Reſtituitur illæſus adoleſcens ſecundum leges, quod in minoribus efficit reſtitutio, id in majoribus appellatio, eadem proportione. Inter patrem & filios quos ille habet in poteſtate, litis diſcrimen inſtitui non poteſt. Ubicumque eſt litis conteſtatio, illic & judicatio eſt. Majus tribunal de minori judicat. Qui ſciens ſolvit indebitum, ſoluti deinceps condictionem non habet. Quoties æſtimantes rationem fructuum habemus, quos poſſeſſor percipere poterat, exacte perquirimus. In ſolo communi ſocius non ædificat. Extraneus non poteſt ſervitutem acquirere. Ex quibus caſibus Aquilia non competit, datur actio in factum, putridus autem eſt ille canon. Ex his omnibus cauſis quæ jure non valuerunt, vel non habuerunt effectum, ſecuta per errorem ſolutione, condictioni locus erit. Mulier conſtante matrimonio, facultatem non habet deteriorem faciendi dotis propriæ conditionem. Tutorem habenti alius tutor non eſt dandus. Majus tribunal potius eſt minoribus, ſive criminale, pecuniario. Crimina juſtam vindictam habent. Quo loco quis deliquit de crimine cognoſcitur. Ubicumque eſt litis conteſtatio, ibi & condemnatio.

Deinde tibi affero Novellarum regulas. Quæ declarant valere morientium voluntates, quæcumque legibus poſitis non repugnant. Nuptiæ dotem conſtituunt, nuptias vero dotes non efficiunt. Quod lex dat nemo aufert. Præſcriptionis oppoſitio non eſt fiſco. Mulier ſecundò nubens intra luctus tempus, amittit illico & dotem & omnia lucra. Ex filia libera non naſcitur ſervus. Morientium voluntatem nemo ſubvertito. Sola af-

fectione

Τῶν τελευτόντων βούλησιν μηδεὶς ἀνατρεπέτω.
Γαμὸς δ᾽ ἐκ διαθέσεως συνίσταται καὶ μόνης,
Κἂν μὴ προηβῶσι γαμικὰ συμβόλαια πρὸ ταύτης.
Δεφένσωρ ἐπιτήδειος, οὐδεὶς χωρὶς ἐγγύης.
Ὁ δοῦναι προειλόμενος ἴσος τῷ δεδωκότι.
Ἐπιτροπεύειν δύναται τῶν τέκνων αἱ μητέρες.
Ἐν μέσῳ δίκης ἄδικον γίνεσθαι θείους τύπους.
Ἡ γνώμη τοῦ τεστάτωρος πάντων προτιμητέα.
Τόκος ἀνεπερώτητος, εἰς δάνειον οὐ τρέχει.
Τὴν τῶν κακῶν εἰσαγωγὴν οὐ σφίγγει μακρὸς χρόνος.
Τῶν γάμων οἱ ἀθέμιτοι, ποιναῖς τιμωρητέοι.
Οἱ πλημμελοῦντες κόλασιν, διδότωσαν δικαίως.
Φυλαττέσθωσαν νομικῶς νομίμοις διαδόχοις,
Ὧν ἔχουσιν οἱ πταίσαντες νομίμων καὶ πραγμάτων.
Ὁ ἄρχων ὑπερόριος οἴκοθεν δαπανάτω.
Μοιχὸς δέ τις ἀποδειχθεὶς τὰς ποινὰς ὑπεχέτω,
Διδόσθω δὲ τῇ γυναικὶ ἐκ τῶν αὐτοῦ πραγμάτων
Ἡ προὶξ σὺν ἄλλοις ἅπασα, εἰ δ᾽ ἄπροικος τυγχάνει,
Μέρος ἐχέτω τέταρτον τῶν ἐκείνου πραγμάτων:
Τὰ δὲ λοιπὰ τοῦ πταίσαντος πράγματα μεριζέσθω
Εἰς παῖδας, εἰς τοὺς φύσαντας, ἄχρι βαθμοῦ τοῦ τρίτου:
Εἰ δ᾽ οὔτε παῖς, οὔτε γονεὺς ὑπάρχουσι τῷ πταίστῃ.
Τῷ φίσκῳ προσκυρούσθωσαν τἀκείνου προσηκόντως.
Τῆς μοιχευθείσης γυναικὸς, ἀκριβῶς τηρουμένης
Εἰ ὁ σύνοικος βούλοιτο, θαρρούντως λαμβανέτω
Τὴν πταίσασαν ἀζήμιον ἐντὸς τῆς διετίας:
Χρόνου δὲ διαρρεύσαντος τοῦ διωρισμένου,
Ἡ μὲν εἰς μοναστήριον ἐνδίκως διαγέτω,
Μελαμφοροῦσα πάντοτε κατὰ τὰς κεκαρμένας,
Οἱ παῖδες εἰσὶ τὸ δίμοιρον ἐχέτωσαν ὧν ἔχει,
Τὸ δέ γε μοναστήριον τὸ τρίτον λαμβανέτω.
Αἱ κλήσεις τῷ ἐγκλήματι θανάτου πεπλακότων
Τοῖς παισὶ ἁρμοζέτωσαν ἢ ἄνω τοῖς γονεῦσι.
Τὰς δίκας τὰς ἐν χρήμασι τὰς κατὰ τῶν ἐγκλήρων
Ἐπίσκοποι κρινέτωσαν ἠκριβωμένῳ λόγῳ.
Ἑνὸς δὲ μὴ στοιχήσαντος τοῦ κρίνοντος τῇ ψήφῳ,
Ὁ ἄρχων ἐξετάσειε ταύτην ἀκριβεστέρως.
Ἐν δὲ τοῖς ἁμαρτήμασι τοῖς πολιτικωτέροις,
Οἱ κληρικοὶ τοῖς ἄρχουσι ὑπόκεινται δικαίως.
Τοὺς εὐτελεῖς δὲ μάρτυρας ὁ κριτὴς κολαζέτω,
Πρὸς ἀληθείας εὕρεσιν καὶ μηδεὶς αἰτιάσθω.
Ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων δὲ τῶν ἐν δικαστηρίῳ,
Οἱ μάρτυρες τοῖς δικασταῖς προσίτωσαν ἐν νόμῳ.
Κηδεμόνας τοῖς ὀρφανοῖς ὁ ἄρχων παρεχέτω.
Χρὴ τὸν ἐξ αἰτιάσεως ὑπομνησθέντα πρώτης,
Βιβλίον ὑποδέχεσθαι τῆς κινουμένης δίκης,
Καὶ προθεσμίαν ἡμερῶν εἴκοσι προσλαμβάνειν.
Ὁ δὲ ἐκ παραιτήσεως λαβὼν δευτέραν κρίσιν,
Οὐ δύναται τὸ δεύτερον δικαστὴν παραιτεῖσθαι,
Μετὰ διωμοσίαν δὲ τοῦ ῥέου κρυπτομένου,
Καὶ μὴ προσαπαντήσαντος κατὰ τὴν προθεσμίαν,
Εἰς τὰ ἐκείνου πράγματα πεμπέσθω ὁ ἐνάγων,
Οὐκ ἄλλως δ᾽ ἀναδίδωσι τὰ πράγματα τῷ ῥέῳ,
Εἰ μὴ τὴν πᾶσαν πρότερον δαπάνην ἀπαιτήσοι.
Γυνή τις ἴσως ἄπορος ἐπὶ ἀνδρὶ εὐπόρῳ
Θανοῦσα δίχα γαμικῶν τελείως συμβολαίων,
Ὡς δὲ κἂν ἄπορος ἀνὴρ ἐπὶ εὐπόρῳ θάνοι,
Εἰς μόνον μέρος τέταρτον τῶν ἑαυτοῦ κλημάτων,
Ἀπὸ τοῦ ζῶντος ὁ θανὼν καλῶς κληρονομείτω.
Ὁ τρὶς κομίσας μάρτυρας αὖθις μὴ παραγέτω.
Ὁ μέσος δὲ τοῖς μέρεσι γεγωνὼς γνώμῃ τούτων,
Ἐφ᾽ οἷς οὗτοι δικάζονται καὶ ἄκων μαρτυρείτω.
Μὴ πάσας δ᾽ εἶν ΔΕΣΠΟΤΑ τὰς νεαρὰς εὐχρήστους
Αἱ μὲν γὰρ οὐκ ἐτέθησαν τοῖς Λέοντος βιβλίοις
Ὧν ἡ μὲν γνῶσις ἀσφαλὴς, βασιλικὴ δ᾽ ἡ κλῆσις.

fectione nuptiæ contrahuntur, licet illam nuptialia inſtrumenta non præceſſerint. Nullus defenſor eſt idoneus ſine ſatiſdatione. Ad donandum progrediens ſimilis eſt illi qui dedit. Matres poſſunt filiorum ſuorum tutelam gerere. In medio litis contra jus fiunt ſacræ formæ. Teſtatoris voluntas omnibus eſt anteponenda. Uſuræ non ſtipulatæ in debitum non veniunt. Improborum accuſatio longo tempore non concluditur. Nuptiæ nefariæ pœnis ſunt plectendæ. Qui deliquerunt dent juſte reis ambitus. Legitimis ſucceſſoribus ſervanda jura & res quæ habent delinquentes. Magiſtratus extra provinciam de proprio ſumptus facito. Mœchus manifeſtus pœnis ſubjicitor: ex ipſius bonis dos cum omni ſponſalitia largitate mulieri dator: ſi vero illa indotata, quartam partem bonorum illius habeat: reliqua ejus qui deliquit bona inter liberos & parentes dividuntor uſque ad tertium gradum: ſi vero delinquenti neque filius, neque parens ſit, convenienter ejus bona fiſco addicuntor. Mulierem adulteram diligenter obſervatam, maritus ſi velit intra biennium impunitam recipito: effluxo vero conſtituto tempore, illa in monaſterium merito detruditor, cum monialibus omni vitæ tempore veſtes nigras induta: ſi liberi fuerint, ejus bonorum duas partes habento, monaſterium tertiam capito. Eorum bona quos crimen morti ſubjicit, liberis vel aſcendentibus competunt. Clericorum pecuniarias cauſas exacto judicio Epiſcopi judicanto: altera vero partium ſententiæ judicantis non acquieſcente, eam exactius locorum Magiſtratus examinet. In criminibus civilibus clerici magiſtratibus merito ſubjiciuntur Humiles teſtes reperta veritate judex caſtigato, & nemo cauſetur. In criminalibus quæſtionibus, ſecundum leges in judicio teſtes judicibus producuntor. Pupillis curatores Magiſtratus dato. Oportet eum qui ex prima vocatione ſubmonitus eſt, libellum litis quæ movetur accipere, & viginti dierum inducias habere. Qui ex recuſatione ſecundum judicium acceperit, nequit ſecundum judicem recuſare. Poſt juramentum rei latitantis, neque intra diem ſtatutum ſe exhibentis, actor in ejus rerum poſſeſſionem mittitor: neque alias reo ejus bona reſtituantur, quam ſi damna & omnes priores ſumptus rependat. Si viri locupletis pauper uxor non perfectis dotalibus inſtrumentis decedat, vel dives mulier viro pauperi ſit ſuperſtes, in ſolam quartam demortui bonorum partem ſuperſtes ſuccedat. Qui ter adduxerit teſtes, iterum ne producito. Mediator ſcientibus & volentibus partibus, ea de re de qua litigant, etiam invitus teſtimonium dicito. Ne tamen omnes novellas, O DOMINE, utiles crede. Quædam enim poſitæ non ſunt in Leonis libris, quorum ſcientia firmiſſima, & nomen Regium eſt: quædam, licet ibi collocatæ,

Αἱ δ' εἰ καὶ κατεστρώτησαν ἐσχόλασαν τῷ χρόνῳ,
Αἱ δ' ἤργησαν ἀλλοίωσιν τοῦ βίου δεξαμένου.
Οἷον τὰ περὶ βουλευτῶν, τὰ περὶ τῶν πραιτώρων,
Τὰ περὶ μοδεράτωρος, τὰ περὶ κοιαιστώρων,
Τὰ περὶ τῶν ἐπαρχιῶν τῶν ἀπηριθμημένων.
Ὅσα καλὰ συναίνεσιν τὸν γάμον διαιροῦσι,
Τὰ περὶ συγχωρήσεων λοιπάδων δημοσίων,
Τὰ περὶ τῶν ἐκκλησιῶν* τῶν ἐν τῇ Σικελίᾳ.
Τὰ περὶ τοῦ μὴ γίνεσθαι οἴκοι τὰς λειτουργίας.
Τὰ περὶ τοῦ διηνεκῶς ποιεῖν τὰς ἐμφυτεύσεις.
Τὰ περὶ τῶν ἐν Ἀφρικῇ θείων ἀφιδρυμάτων.
Εὔχρηστα δὲ καὶ θαύματα, τὰ περὶ Φαλκιδίου
Τὰ περὶ γάμων λύσεως τοῖς καθήκουσι τρόποις,
Τὰ περὶ ἀποδόσεως πραγμάτων προικιμαίων,
Τὰ περὶ χειροτομιῶν, τὰ περὶ κηδεμόνων,
Τὰς εἰς ἀμέτρους δωρεὰς ἀποτετοξευμένα,
Τὰ περὶ τῆς ἐν τῇ προικὶ σαφοῦς ἀναργυρίας
Οὐ τόσον ὅλον εὔχρηστον τῶν νεαρῶν βιβλίον,
Ἀλλ' ὧν ἡ πρᾶξις συνεχὴς νόμοις κεκρατημένη.
Τῶν δ' ἀγωγῶν ἡ σύνταξις πολλή τε καὶ ποικίλη,
Ἰταλικοῖς ὀνόμασι μὲν κατωνομασμένη,
Ἑλληνικαῖς δὲ κλήσεσιν αὖθις ἀντικληθεῖσα,
Τούτων ἐτυμολόγηται τὰ πλεῖω θαυμασίως.
ΑΔΟΥΛΤΕΡΙΟΥ ὄνομα κεῖται περὶ μοιχείας,
Καὶ θαύμασον τὴν σύνθεσιν τοῦ ὀνοματοθέτου:
Ὁ ἰταλὸς τὴν νόθευσιν καλεῖ πως ἀδουλτέριον,
Εὐθὺς γοῦν καθωνόμασται, τὸ στρῶπον τῆς μοιχείας,
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις, καὶ παραχάραξίς τις.
Κινοῦσι δὲ τὸ μοιχικὸν ἀνήρ, πατήρ, καὶ θεῖος,
Πρὸς τῆς μητρὸς, πρὸς τοῦ πατρὸς, σύγγονές τε πρὸς τούτοις,
Μετ' ἐγγραφῶν οἱ σύμπαντες, κἂν εἰ τὸν ἄνδρα λέγῃς.
Ἡ ΑΔΟΠΤΙΩΝ (ΔΕΣΠΟΤΑ) θέσεως ὀνόματι,
Εἰς δύο δὲ ὀνόματα τὸν διαίρεσιν ἔχει,
Ὧν τὸ μὲν ἀνδρογάτιον, τὸ δ' ἀδόπτιον λέγε.
Τὸν τόπον αὐτεξούσιον λαμβάνει τις εἰς θέσιν,
Τῇ τῆς ἀδρογατίονος κλήσει τε καὶ δυνάμει,
Ὁ δὲ γε υἱοθετηθεὶς ἄληθος ἑκουσίως,
Ἐξηρεδάτος γεγονὼς τρίτον λαμβάνει μέρος.
Ὁ δέ γε ΑΚΟΥΙΛΙΟΣ ἀγωγή τις τυγχάνει,
Κατὰ τοῦ μὴ παρέχοντος τῷ σεβασμίῳ τόπῳ,
Ὅπερ λεγάτον ἀφίσι σαφῶς ὁ τελευτήσας,
Ἔχει δ' ἀπαίτησιν καρπῶν εἴπερ ὑπερθοιτό τις.
Ἡ δέ γε ΑΔΕΞΙΒΕΝΔΟΥΜ λίαν ἐστὶ χρειώδης,
Πραγμάτων δ' ἐστὶν ἔκπραξις τῶν ἀποκεκρυμμένων,
Περσοναλία τέ ἐστι, μετὰ δὲ, ἀρβιτραρία,
Εἰσπράττει δὲ ὁλόκληρον τὸ πρᾶγμα προσηκόντως,
Μετὰ γονῶν, καὶ τοκετῶν, μετὰ αἰτίας.
ΑΜΜΙΤΟΥΣ, νόμος πουβλίκος κινούμενος πρὸς πάντας,
Οὐκ ἔστι κεφαλικὸς, κἂν ἀτιμῇ τελείως,
Κινεῖται δ' εἴ τις τὴν ἀρχὴν χρήμασιν ἀγοράσοι.
Καὶ Η ΑΝΝΟΝΑ, πουβλίκον καὶ πλεόν τῶν πουβλίκων,
Κινοῦσι γὰρ τὴν ἀγωγὴν καὶ δοῦλοι καὶ γυναῖκες.
Κινεῖται δ' εἴ τις τυράννει τὴν εὐθηνίαν Ῥώμης,
Καὶ καταπραγματεύεται πρὸς χάριν τῶν βαρβάρων.
Ἦν δέ τις Ἀκυίλιος δήμαρχος ἐν τῇ Ῥώμῃ,
Καὶ νόμον εἰσηγάγετο περὶ ζημίας τότε,
Ἐκλήθη δ' Ἀκυίλιος ὁ νόμος φερωνύμως,
Διαιρεῖ δὲ τὸ προσταχθὲν ἐν τρισὶ κεφαλαίοις,
Ὧν ἄχρηστον τὸ δεύτερον τοῖς πράγμασι τυγχάνει,
Οὗτος δ' ὁ νόμος, ΔΕΣΠΟΤΑ, πολύχρηστος ὑπάρχει,
Καὶ περὶ φόνου πολλὴν ἀκρίβειαν εἰσάγει,
Καὶ εἴ τις τὸ στρατόπεδον † νεμόμενον φονεύσει,
Ἡ ἀγωγὴ δὲ πέφυκεν αὕτη καὶ ποιναλία,
Ἔστι δὲ καὶ οὐτίλιος, ἔστι δὲ καὶ διρέκτα.

* ἁπαλῶν. † τετράποδον.

tempore feriatæ ſunt, quædam otioſæ ſunt, mutationem vita recipiente. Quales quæ de Decurionibus, de Prætoribus, de Moderatore, de Quæſtioribus. De Provinciis enumeratis, Quæ de ſolutione nuptiarum ex conſenſu, de indulgentia reliquorum publicorum, de Appellationibus Siciliæ, Ne Domi Miſſæ celebrentur, de Emphyteuſi perpetuo facienda, de divinis domibus Africæ. Utilia ſane & miranda, quæ de lege Falcidia, quæ de nuptiarum ſolutione convenientibus locis de reſtitutione rerum dotalium, de novi operis nuntiatione, de curatoribus, de immenſis donationibus, collimata ſunt: quæ docte de dote non numerata. At non totus Novellarum liber utilis eſt, ſed quarum actio & praxis continua legibus eſt comprobata.

Actionum vero collectio multiplex eſt, & varia, Italicis nominibus vocata, & rurſus vocibus Græcis viciſſim nuncupata. Multa mirum in modum earum etymon enarrant ADULTERII nomen ponitur pro μοιχεία, & admirare compoſitionem ejus qui nomen impoſuit. Latinus νόθευσιν vocat adulterium; recte igitur ſtuprum adulterii denominatur: adulterium enim eſt vitiatio ſeu νόθευσις, & falſa ſignatio ſive παραχάραξις. Accuſant vero de adulterio, vir, pater, avus, poſt patrem & matrem, poſt illos cæteri cognati, omnes tamen cum inſcriptione, etiam ipſe maritus. ADOPTIO, O DOMINE, nomen generis in duo ſpecierum nomina dividitur, quorum alterum adrogatio, alterum adoptio. Cum ſcilicet quis in filium quem natura negavit, alium qui ſui juris eſt recepit, vi & nomine adrogationis impubes ſponte adoptatur: exheredatus tertiam partem capit. AQUILIA actio datur contra non præſtantem loco venerabili legatum, quod quis moriens reſiquit, habet repetitionem fructuum, ſi quis procraſtinaverit. AD EXHIBENDUM actio admodum eſt in uſu, & eſt rerum abſconſarum repetitio: perſonalis eſt; poſtmodum arbitraria. Et rem integram convenienter exigit, cum fœtu, partu, & omni cauſa. AMBITUS, lex publica, ab omnibus movetur, non tamen capitalis eſt, licet extrema infamia notet. Movetur autem contra eum qui pecuniis magiſtratum emerit. DE ANNONA etiam publicum judicium eſt, & pluſquam alia publicum, nam actionem movent & ſervi & mulieres. Movetur autem, ſi quis Romanam ubertatem vexet, & ad egeſtatem inducendam in gratiam Barbarorum negotietur. Fuit Romæ Tribunus plebis Aquilius, qui de damno legem tulit, quæ ab ejus nomine lex Aquilia congrue vocatur. Ea tribus capitulis dividitur, quorum ſecundum noſtris in negotiis in uſu non eſt. Illa lex certe, O DOMINE, multum utilis eſt, & circa eadem exactam regulam inducit, ſi quis pecudem gregatim paſcentem occidat. Actio hæc eſt pœnalis, eſt utilis, & directa; ſi quis corpore corpori

Εἰ μὲν τις σῶμα σώματι βλάψει τότε διρέκτα,
Εἰ δέ τις ἄλλως ἔβλαψεν, οὐτίλιος τυγχάνει.
Εἰ δὲ μὴ δ' οὕτως ἔβλαψε, μήτε σώματι σῶμα,
Ζημία δὲ προσγέγονεν ἡ ἰμφάκτουμ κινεῖται.
Ὁ δέ γε Ἀκουίλιος καλὰ μὲν ἀρνουμένων
Διπλῆν ποιεῖται εἴσπραξιν, τοὺς δὲ ὁμολογοῦντας
Εἰσπράττει μόνον τὸ ἁπλοῦν, οὐδὲ ζητοῦντι πλέον.
Η ΒΙΒΟΝΟΡΟΥΜ δ' ἀγωγὴ ΡΑΠΤΟΡΟΥΜ κεκλημένη,
Κινεῖται κατὰ ἅρπαγας πραγμάτων ἀλλοτρίων,
Ἐντὸς μὲν χρόνου ἔσωθεν τετραπλοῦν ἀπαιτοῦσα,
Τοῦ πράγματος τῷ τετραπλῷ ἐνταῦθα προκειμένου,
Ὥστε συμβαίνει τὴν ποινὴν εἰς τὸ τριπλοῦν τυγχάνειν.
Ἐκτὸς δὲ χρόνου πέφυκεν ἁπλοῦν εἰσπράττει μόνον.
Καὶ κινηθεῖσα πρότερον τὴν φοῦρτιν καταπαύει
Εἰ δὲ τὴν φοῦρτιν πρότερον κινήσει τις ῥαπτόρουμ
Κινεῖ καὶ ταύτην ΔΕΣΠΟΤΑ οὐχ ὑπερβαίνει δέ γε
Τοῦ τετραπλοῦ τὴν εἴσπραξιν κἂν ἄμφω τὶς κινήσει.
Η ΔΕΠΟΖΙΤΗΣ ΕΣΤΙΝ ἡ περὶ παραθήκης.
Ἣ τις καὶ δόλον ἀπαιτεῖ πρὸς δὲ καὶ λάταν κοῦλπαν
Καὶ τόκους ὑπερθέσεως καὶ συγχήσεως ἅμα,
Καὶ κληρονόμοις δίδοται, καὶ κατὰ κληρονόμων,
Οὐκ ἔστι γὰρ ἀτιμουργὸς εἰ μὴ οἰκείου δόλου.
Η ΠΕΡΙ ΔΟΛΟΥ δὲ ἔστι ποινὴ καὶ ποιναλία,
Δίδοται καῦσα κόγνιτα, ἔστι περσοναλία,
Ἐν ταῖς δύσι δ' ἐνιαυτοῖς ἄρχηται καὶ πληροῦται,
Ἄλλης δ' ὑπούσης ἀγωγῆς, οὐ κινεῖς τὴν δὲ δόλου.
Η ΔΕ ΔΕ ΦΑΛΣΙΣ ἀγωγὴ νόμος Κορνηλίου,
Κινεῖται δὲ κατά τινος πλαστὸν πεποιηκότος
Τοῦ δὲ πουβλίκου, ΔΕΣΠΟΤΑ, ἡ δεφάλσις τιμωρία:
Κατ' ἐλευθέρων μὲν ἔστιν ἰντιδερποτατίων *
Καὶ ἡ τελεία δήμευσις: κατὰ δὲ δούλων πάλιν,
Ἐσχάτην ἔχει κόλασιν πάνδεινον τιμωρίαν,
Νόμος ἐστὶν Ἰούλιος Ο ΔΕ ΓΕ ΠΕΚΟΥΛΑΤΟΥ
Ὅς τις κατὰ τοῦ κλέψαντος ἐξ ἱερῶν ἀδύτων,
Ἢ ἐκ μνημάτων ἀσφαλῶν ἤτοι ῥελιγιόσων
Κινεῖται, καὶ τραχύνεται καὶ τιμωρεῖ πανδείνως:
Ἐπάγει γὰρ ἐναλλαγὴν τάξεως τῆς προτέρας.
Δηπορτατεύει, ΔΕΣΠΟΤΑ, τὸν ἐξεληλεγμένον,
Ἔχει δὲ καὶ τὴν δύναμιν ἐντὸς πενταετίας.
Η ΔΕ ΔΟΝΑΤΙΟΝΙΒΟΥΣ ἀγωγὴ διαιροῦσα,
Τῶν δωρημάτων τὸ διττὸν, δόνουμ γάρ τοι τὸ δῶρον,
Τὸ μὲν ἐστὶν ἰντέρβιβος, τουτέστιν ἀπεντεῦθεν,
Τὸ δέ γε μόρτις καῦσα πῶς θανάτου γὰρ αἰτία,
Μόρτις γὰρ ὁ θάνατος, τὸ καῦσα δ' ἐν ἑκάτου, †
Ἤτοι τὸ δι' ὑποψίαν θανάτου διδομένον.
Τυχὸν γὰρ ἔμελλέ τις πλεῖν πλοῦν ἐπικινδυνώδη,
Καὶ δὲ δωρεῖται χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου,
Ἐν ταῦθα γὰρ ἀπαλλαγὰς ὁ δὲ δωρεὰς τοῦ φόβου
Δεσπότης πάλιν πέφυκε τῶν γε δεδωρημένων
Ὁ δὴ λαβὼν τὴν δωρεὰν φυσικὴν νομὴν ἔχει.
Ἡ δέ γε ΕΠΕΡΩΤΗΣΙΣ τινὶ προσπορισθεῖσα,
Εἰς κληρονόμον πέφυκε καὶ μόνον μεταπέμπειν.
Η ΔΕ ΙΝΟΦΙΚΙΟΣΟ ἡ διαθήκης μέμψις,
Εἰσαγωγὴ πρὸς ἀγωγὴν, οὐκ ἀγωγὴ τυγχάνει,
Τὴν περὶ ἀπαιτήσεως λέγω κληρονομίας,
Δίδοται δ' αὕτη καὶ παισὶ κατὰ πατρὸς εἴ γέ πως
Ἐξηρεδάτους ἔγραψε τούτους ἐν διαθήκη,
Καὶ κατὰ παίδων τῷ πατρὶ ἐξ ὁμοίας αἰτίας.
Η ΔΕ ΙΝ ΡΕΜ πολυσχεδὴς, καὶ πολυώνυμός τις,
Καθόλου γὰρ καὶ μερικὴ ἔστι, ἴμβονα φίδε,
Ἡ μὲν γὰρ οὐτιλία τις δανεισταῖς διδομένη,
Ἡ δὲ κομφεσσορία τις, ἡ δὲ νεγατορία,
Ἡ δὲ πιβιτορία ‡ τις ἡ δὲ σπεκιαλία.
Ἑτέρα τις σερβιανὴ, ἄλλη πουβλικιανά.

* δηπορτατίων, † ἑκάτου, ‡ προϊβιτορία,

pori damnum intulerit, tunc erit directa: ſi aliter nocuerit, utilis: ſi vero nec eo modo, nec corpore corpori damnum datum eſt, actio in factum competet. Lex Aquilia ab inficiantibus duplum exigit, à confitentibus ſimplum, neque enim amplius petitur. Actio vocata VI BONORUM RAPTORUM, movetur contra raptores rerum alienarum, intra annum quadruplum repetit, re rapta in quadruplo comprehenſa, atque adeo conſequens eſt ut pœna in triplo conſiſtat: at extra annum ſimplum ſolum repoſcit. Et ſi prius actum eſt vi bonorum raptorum, ceſſat actio furti: ſi furti ante quis egit, movebit nihilominus bonorum raptorum actionem, poterit enim quis, O DOMINE, ita demum agere, modo non excedat quadrupli exactionem, etiam ſi utramque furti & bonorum raptorum moveat. Actio DEPOSITI vocatur περὶ παρακαταθήκης, ex qua quis dolum preſtat, & latam culpam, & uſuras propter moram & uſum, & heredibus datur, & contra heredes, non enim infamat, niſi proprius dolus intervenerit. Actio DE DOLO, eſt & pœna, & pœnalis, datur cauſa cognita, & eſt perſonalis, intra biennium incipit, & finit: ſi alia actio competat, non agis de dolo. Actio DE FALSIS ex lege Cornelia movetur contra eum qui falſum fecit, ejus pœna, O DOMINE, publica eſt, in ingenuis hominibus deportatio, & omnimoda bonorum publicatio; rurſus in ſervo graviſſima pœna, & extremum ſupplicium. Eſt etiam lex Julia DE PECULATU contra eum qui furatus eſt ex ſacris penetralibus, & ex tutis monumentis ſive religioſis: movetur, damnat, & punit graviſſime, inducit enim prioris ordinis mutationem, deportat, O DOMINE, eum qui convictus eſt, & robur obtinet intra quinquennium. DE DONATIONIBUS actio diviſa eſt, donatio enim duplex eſt donum eſt δῶρον: alia eſt inter vivos, quæ confeſtim valet: alia eſt mortis cauſa θανάτου αἰτία. Mors enim θάνατος, cauſa, cujus gratia: ſive quod datum eſt ob ſuſpicionem mortis. Si quis enim periculoſam navigationem ingreſſurus, metu mortis det pecunias, et dimittat res datas, is qui metu donat, dominus earum remanet, qui vero donum cœpit, naturalem poſſeſſionem conſequitur. STIPULATIO alicui acquiſita ad ſolum heredem tranſmittitur. DE INOFFICIOSO, eſt querela de teſtamento, introductio ad actionem non proprie actio (de petitione hereditatis loquor.) Ea datur filiis contra patrem, ſi eos exheredatos ſcripſerit in teſtamento, & contra filios patri ex ſimili cauſa. Actio IN REM, multiformis eſt, & multinominis, in genere enim & ſpecialis eſt bonæ fidei: ea quidem eſt utilis, quæ creditoribus datur, confeſſoria, negatoria, prohibitoria ſpecialis, altera ſerviana, alia publiciana.

Καὶ αἱ ἰμφάκλουμ ἀγωγαί πολλαί τε, καὶ ποικίλαι,
Τούτων αἱ μὲν πραιτωρίαι, αἱ δὲ πουπιλαρίαι
Αἱ μὲν ἐκ νόμου τρέχουσιν, αἱ δὲ ἀρβιτραρίαι
Αἱ μὲν ἁπλῶν, αἱ δὲ διπλοῦν, αἱ δὲ τὸ διάφορον,
Αἱ δὲ τὸ τετραπλάσιον τοῦ χρέους ἀπαιτοῦσιν,
Αἱ μὲν αὐτῶν ἀναλίαι, αἱ δὲ καὶ περπετοῦαι,
Η χρῆσις τῶν ἰμφακτοὺμ πολύμορφος τυγχάνει.
Η ΙΟΥΔΙΚΑΤΙ δ' ἀγωγὴ μηνῶν τεσσάρων ὅρον
Πρὸς καταδίκην ἔλαβε παρὰ τοῦ νομοθέτου·
Η δέ γε ΠΕΡΙ ΥΒΡΕΩΣ ἀγωγὴ ἀναλία,
Γίνεται δὲ καὶ πράγμασι, καὶ ῥήμασι τὸ πλέον,
Εἰς σῶμα, εἰς ἀξίωσιν, πρὸς δὲ καὶ ἀτιμίαν:
Κινεῖται δ' ἐγκληματικῶς, χρηματικῶς δ' εἰ θέλεις,
Καὶ σβέννυται παραδρομῇ ἔτους καὶ μόνου χρόνου.
Ως τῶν ἰν ῥὲμ τῶν ἰμφακτοὺμ, οὕτω ΤΩΝ ΙΝΤΕΡΔΙΚΤΩΝ,
Η χρῆσις πολυδύναμος, πολλὰς ἔχουσα κλήσεις
Εστι δὲ τὸ ἰντερδικτον, πραίτωρος ὁμιλία,
Οὐ τέμνει δὲ τὴν ὑπόθεσιν, ἀλλὰ ῥυθμίζει μόνον,
Πῶς χρὴ τὸν δικαστὴν τεμεῖν τὴν κινουμένην δίκην,
Εἴ τινες ἀμφιβάλλουσι περὶ νομῆς ἀλλήλοις.
Καὶ φυσικὴ μέν τις νομὴ κατοχὴ τῶν πραγμάτων,
Η δ' ὡσανεὶ νομὴ χρῆσις ἀλλ' ἀσωμάτων.
Τῶν δ' ἰντερδίκτων πεφύκε τὰ μὲν πρὸς παραστάσεις,
Τὰ δ' εἰς ἀποκατάστασιν, τὰ δὲ κωλυτικά πως,
Τὰ μὲν εἰσι διηνεκῆ, τὰ δ' ἐνιαυσιαῖα,
Τὰ μὲν εἰσι δημοτικὰ, τὰ δὲ τισὶν ἁρμόζει.
Ιντέρδικτον τὸ οὔνδεβὶ, πρὸς δὲ καὶ τὸ οὐτρούβει,
Ιντέρδικτον τὸ κουοδβὶ, αὖτ κλὰμ, ὀνομασμένον,
Ὄπερ ἐφ' ἑρμηνεύεται τὸ βίᾳ ἢ τὸ λάθρα.
Καὶ μὴ μακρύνω, ΔΕΣΠΟΤΑ, ὀνόματα συλλέγων,
Καθολικῶς εἰπεῖν καὶ γὰρ ἰντέρδικτον τυγχάνει,
Ρυθμίζουσα τὸν δικαστὴν περὶ δίκης ὁμιλίας *.
Καὶ ἄλλα κατ' ἐπιδρομὴν οὕτω δὲ σοι ῥητέον.
ΚΟΝΔΟΥΚΤΙΟ, ἡ μίσθωσις, ΛΟΚΑΤΙ, ἀγωγή τις,
Ἥτις ἁρμόζει, ΔΕΣΠΟΤΑ, τῷγε μισθωσαμένῳ,
Κατὰ τοῦ ἐκμισθώσαντος, τοῦ μισθωθέντος χάριν.
ΜΑΝΔΑΤΙ, περὶ ἐντολῆς, ἔστι δὲ τῆς κονσένσο.
Η ΜΕΤΟΥΣ ΚΑΥΣΑ, πρόσεστι τῷ φόβῳ δυναστείας,
Η δόντι πρᾶγμα τῶν αὐτοῦ, ἢ χρέος ἀφεικότι,
Προσωπαλία δὲ ἐστι καὶ χρόνῳ περατοῦται:
Ο ΜΑΙΕΣΤΑΤΙΣ, ΔΕΣΠΟΤΑ, νόμος ὁ Ιουλίου,
Κινεῖται δ' εἴτις ἔπραξε τι κατὰ βασιλέων,
Καθοσιώσεως ἐστὶν ἔγκλημα τοῦτο μέγα,
Καὶ παίδων ὄντων δήμευσιν ἔχει τοῦ κολασθέντος.
ΗΕΡΕΔΙΤΑΤΙΣ, δὲ, ἐστι περὶ κληρονομίας,
Εὖθ' οὐκ ἐστὶ διαφορὰ ἀγνάτων καὶ κογνάτων,
Ἄλλ' οὐδὲ σούων, ΔΕΣΠΟΤΑ, καὶ τῶν ἐμαγκιπάτων,
ΑΙ ΝΟΞΑΛΙΑΙ ἀγωγαὶ πᾶσαι, καὶ πραιτωρίαι,
Κινοῦνται κατὰ δεσποτῶν οἰκετῶν πλημμελούντων,
Η ΡΕΠΕΤΟΥΝΔΙΣ φέρεται κατὰ τῶν δωροδόκων,
Καὶ μάλιστα τῶν ἐν ἀρχαῖς, καὶ κατὰ τῶν συνέδρων,
Κινεῖται δ' εἰ καὶ τέθνηκεν ὁ κατηγορούμενος.
Η ΡΕΡΟΥΜ ΑΜΟΤΑΡΟΥΜ δὲ, κονδικτίκιος λόγος.
Αρμόζει δὲ καὶ γυναιξὶ κατὰ τῶν συνοικούντων,
Ανδρί τε κατὰ γυναικὸς κλέψαντος, ἢ κλεψάσας.
ΣΤΕΛΛΙΟΝΑΤΟΥΣ δὲ ἐστι πράξεως πονηρία:
Οποῖον εἰ χρεώστης τις τινὶ τῶν δανεισάντων,
Εἰς ὑποθήκην πρᾶγμα δῷ προϋποτεθειμένον:
Εχει δ' ἐξτραορδινάριον τοῦτο τὴν τιμωρίαν.
Αγωγὴ διαιρετικὴ ἤγε ΤΡΙΒΟΥΤΟΡΙΑ,
Η δέ γε μὴν ΤΟΥΤΕΛΑΣ, ἡ κατ' ἐπιτρόπων·
Τὸ δὲ ΤΕΡΤΟΥΛΛΙΑΝΕΙΟΝ δόγμα πρὸς συκοφάντας.
Τὸ δὲ φαμιλίας ἐρκισκούνδας τύπος,
Ἐν ᾧ τὰ δικαστήρια διπλῆν ἔχει τὴν φύσιν,
Τῶν ἐγκαλούντων δ' ἕκαστος ἄκτωρ ἐστὶ καὶ ῥέος.

* περὶ δίκης ὁμιλία.

Et IN FACTUM actiones plures & diverſæ ſunt, quædam prætoriæ, quædam pupillariæ, quædam ex lege deſcendunt, quædam arbitrariæ ſunt: quædam ſimplum, quædam duplum, triplum, & quadruplum debiti repetunt: aliæ annales ſunt, aliæ perpetuæ. Uſus actionum in factum eſt multiformis. JUDICATI actio quatuor menſibus à judicis condemnatione enumerandis definitur. Actio DE INJURIA annalis eſt, fit rebus, at magis verbis in corpus & exiſtimationem ad infamiam prolatis: ages ea & pecuniarie & criminaliter ſi velis, & unius ac ſolius anni elapſu comprimitur. Ut actionum in rem, & in factum, ita INTERDICTORUM uſus pluripotens eſt, & multa nomina obtinet. Eſt autem Interdictum Prætoris colloquium & denuntiatio, quo litem non dirimit, ſed docet ſolum quomodo judicem oporteat litem motam derimere ſi qui invicem de poſſeſſione contendunt, naturalis quidem poſſeſſio eſt rerum detentio, ſed quaſi poſſeſſio eſt uſus incorporalium. Interdicta alia ſunt ad exhibitiones, quædam ad reſtitutionem, alia prohibitoria: quædam perpetua ſunt, quædam annalia, quædam publica, quædam aliquibus competunt, interdictum unde vi, poſtea & illa quæ de rebus, interdictum quod vi aut clam nuncupatum, quodque Græci interpretantur τό βία ἢ τὸ λάθρα. Neque verboſus ſum, O DOMINE, nomina colligens, nam ut generaliter dicam, interdictum eſt colloquium, & enuntiatum, judicem edocens de lite. Sed alia rurſum tibi dicenda ſunt. CONDUCTIO Μίσθωσις, Actio LOCATI competit illi, qui rem mercede locavit, in eum, qui conduxit, ut mercedem ſolvat; MANDATI περὶ ἐντολῆς eſt ex conſenſu. METUS CAUSA ei competit qui timore poteſtatis rem ſuam dedit, vel debitum accepto tulit, perſonalis eſt, & anno terminatur. MAJESTATIS, O DOMINE, eſt lex Julia qua agitur contra eum qui adverſus Reges aliquid patravit. Grave eſt læſæ ſacræ Majeſtatis crimen, etiam exiſtentibus liberis damnati bona proſcribuntur. HEREDITATIS eſt de ſucceſſione ſive περὶ κληρονομίας, in qua nulla eſt differentia agnatorum & cognatorum, ſuorum, O DOMINE, & emancipatorum. Omnes NOXALES ACTIONES Prætoriæ, moventur contra dominos ſervorum delinquentium. De REPETUNDIS fertur contra munera accipientes, maxime Magiſtratus, & eorum Aſſeſſores, movetur etiam ſi reus mortuus ſit. RERUM AMOTARUM condictio competit & mulieribus contra conjuges, & viro contra mulierem furantem, vel furatam. STELLIONATUS eſt actionis improbitas, quemadmodum ſi debitur uni ex creditoribus rem prius alteri obligatam hypothecæ dederit, extra ordinem plectitur. TRIBUTORIA actio eſt diviſoria. TUTELÆ contra tutores. TERTULLIANUM Senatuſconſultum contra calumniatores. ¶FAMILIÆ ERCISCUNDÆ formula, cujus judicium duplicem habet naturam, provocantium enim uterque, eſt actor & reus.

FUNERATITIA

Η ΦΟΥΝΕΡΑΤΙΚΙΑ, δὲ, ἀπαιτεῖ τὴν δαπάνην,
Τῶν ἐν ταφῇ παρά τινος καλῶς καταβληθέντων,
Καὶ προτιμᾶται τῶν χρεῶν, ἤτοι αὕτη δαπάνη.
Δόγμα δὲ τὸ Ἀτιλιάνειον, τὸν ἀκριβῆ νομέα
Μήτε κερδαίνειν βέλτιον, μήτε μὴν ζημιοῦσθαι.
Δόγμα τὸ Ἀμφιάνειον παντελῶς ἀπηρέθη.
Δόγμα τὸ Ἀδριάνειον παντελῶς ἠθετήθη.
Δόγμα δὲ τὸ Ἀτίλλειον, κωλύει τὰ κλαπέντα,
Διὰ νομῆς δεσπόζεσθαι χρονίας προσηκόντως.
Ὁ νόμος δ' ὀγγάριος*, τὸν ὅρους μεταθέντα,
Χρυσοῦς εἰσπράττει ἑκατὸν, ἐφ' ἑκάστῳ τῶν ὅρων.
Ὁ νόμος ὁ Βοκώνιος παντελῶς ἀπηρέθη,
Δόγμα δ' Ἀσυμπιάνειον, ἔστι τοιοῦτον ΑΝΑΞ,
Ἐάν τις ὑπὸ αἵρεσιν, ἢ ἴσως ὑπὸ ὅρον,
Ἐλευθερίαν χρεωστῇ φιδεικομισσαρίαν,
Ἔκτοτ' ἀπολιμπάνηται δι' εὔλογον αἰτίαν,
Αὕτη μὲν ἴσα προχωρῇ δι' εὔλογον αἰτίαν, †
Αὐτὸς δ' ἐστὶν ἀνέκπτωτος πατρωνικῶν δικαίων.
Νόμος ὁ Ἰούλιος ἐστι περὶ μοιχείας,
Περὶ καθοσιώσεως, περὶ βίας ἐνόπλου,
Δόγμα τὸ Κλαυδιάνειον τελείως ἀπηρέθη,
Τὸ δὲ Καρβωνιάνειον βοηθεῖ τοῖς ἀνήβοις.
Ὁ νόμος δ' ὁ Κορνήλιος κατὰ τῶν πλαστογράφων.
Δόγμα Λαργιτιάνειον ἐσχόλασε τελείως:
Δόγμα τὸ Νινιάνειον ταυτὸν οὐκ ἔχει χρῆσιν.
Τὸ δὲ Ὀρφιτιάνειον παρέχει τοῖς ἐκγόνοις,
Νόμιμα δίκαια τινὰ διαδοχαῖς μητέρων.
Ὁ νόμος δὲ ὁ Πάπιος παντελῶς ἀπηρέθη.
Δόγμα τὸ Σιλλανιάνειον ἐκδίκησιν εἰσάγει,
Εἴ τις βίαιον πέπονθεν αἰφνιδίως.
Δόγμα Τερτυλλιάνειον βοηθεῖ ταῖς μητράσιν,
Εἰς τὴν τῶν παίδων νόμιμον πάντως κληρονομίαν.
Ὁ νόμος ὁ Φαλκίδιος αὐτίκα σοι ῥητέος,
Ἔχει γὰρ πρὸς κατάληψιν οὐ μικρὰν δυσχολίαν.
Ὁ ΕΙΚΟΣΤΟΠΕΜΠΤΟΣ χρόνος τῶν ἀφηλίκων ΑΝΑΞ,
Ἀπὸ ῥοπῆς μέχρι ῥοπῆς νομικῶς ἀριθμεῖται.
Ἂν αἵρεσις τεθῇ τινὶ χρόνου μὴ ὁρισθέντος,
Εἰς πλήρωσιν αἱρέσεως ἡμέρας ἔχει δύο.
Ὁ νομικὸς συμψηφισμὸς τῶν χρόνων ΣΤΕΦΗΦΟΡΕ,
Ἑβδόμης ὥρας δ' ἄρχεται νυκτὸς, καὶ μέχρι ἕκτης
Νυκτὸς τῆς ἄλλης ἀκριβῶς τὸν περαίωσιν ἔχει.
Ἡ ἔκκλητος ἐκδίδοται ἐντὸς ἡμερῶν δέκα.
Μετὰ διάζευξιν ἀνδρὸς ἐν τριάκονθ' ἡμέραις
Διαλαλείτω ἡ γυνὴ ὡς πέφυκεν ἐγκύμων.
Καὶ μετὰ τὴν φανέρωσιν τῆς διαθήκης ΑΝΑΞ,
Ὁ κληρονόμος ἴνβεντον ἐν τρισὶ μησὶ δράτω.
Τῶν ἐκ πλαγίου συγγενῶν αἱ διακατοχαὶ δὲ,
Ἡμέραν ψήφῳ ἑκατὸν ἔχουσι προθεσμίαν.
Τέσσαρας μῆνας ἔχουσιν οἱ κατακεκριμένοι,
Ἕνεκεν ὑπερθέσεως, καὶ μετὰ ταῦτα τόκους
Διδοῦσι τοῖς ἐνάγουσιν ἑκατοσταίους, ΑΝΑΞ.
Ἡ ῥεδιβιτορία δὲ ἀγωγὴ ΣΤΕΦΗΦΟΡΕ,
Ἤτοι ἡ ἀναστρέφουσα πρᾶγμα τὸ πεπραμένον,
Μησὶν ἐξ πάντως ἔσωθεν κινεῖται οὐτιλίαν.
Καὶ ἡ μειοῦσα τίμημα ἀγωγὴ τοῦ πραθέντος,
Τοῖς ἓξ περιορίζεται μησὶν εἰς προθεσμίαν:
Εἰ δ' ὁ πωλήσας τὸ πραθὲν ἀντιφωνεῖ βεβαίως
Χρόνος ὁ ἐνιαύσιος οὐκ ἔτι περαιτέρω.
Ἐνιαυτὸς ἀφώρισται τῇ δόσει τοῦ λεγάτου,
Ὅπερ τις καταλέλοιπεν εἰς σεβάσμιον οἶκον.
Ἐνιαυτὸς ἀφώρισται τῷ ἀντιτιθεμένῳ,
Μετὰ συνοίκου τελευτὴν, περὶ ἀναργυρίας,
Ἀντεγκαλοῦντι τῆς προικὸς πρὸς τὸν κατηγοροῦντα.
Ὁ διὰ μέγα ἔγκλημα ζητούμενος εἰς δίκην,

* γνάθ: † τῷ ἴσα πληρωθέντος.

FUNERATITIA ſumptus in alicujus funere jure factos repoſcit, qui ſumptus alia omnia debita præcedunt. Senatuſconſultum ATILIANUM bonæ fidei poſſeſſorem neque quod ſupereſt lucrifacere, neque damno affici decernit. SCum AMPHIANUM omnino ſublatum eſt. SCum ADRIANIUM omnino in uſu eſt. SCum ATTILIUM rerum furto ſubreptarum dominium, longa poſſeſſione acquiri convenienter prohibet. LEX CAII ab eo qui terminos tranſtulit, in ſingulos terminos centum aureos exigit. LEX VOCONIA prorſus ſublata eſt. SCum ASUMIANIUM eſt hujuſmodi, O REX, ſi quis ſub cônditione vel æque ſub die, fideicommiſſariam libertatem debeat, & ex juſta cauſa abſit, ut ea procedat die vel conditione impleta, ſtatuit, & ille lapſus non eſt jure patronatus. LEX JULIA eſt, de adulteriis, læſæ Majeſtatis, de vi armata. SCum CLAUDIANUM omnino ſublatum eſt. CARBONIANUM fert opem impuberibus. LEX CORNELIA eſt contra falſarios. SCum LARGITIANUM omnino in deſuetudinem abiit NINIANUM non eſt in uſu. ORPHITIANUM præbet filiis jura quædam legitima in ſucceſſionibus matrum. Lex PAPIA omnino ſublata eſt. SCum SILANIANUM ultionem inducit, ſi quis violentum quid repente paſſus eſt. SCum TERTULIANUM ſuccurrit matribus, in univerſam legitimam filiorum hereditatem. Explicanda eſt ſtatim tibi lex Falcidia, cognitu enim non parum difficilis eſt.

Viginti quinque anni minorum, O REX, à momento in momentum legitime computantur. Si conditio alicui appoſita ſit non definito tempore, ad implendam conditionem biduum habet. Hæc eſt legitima temporum ſupputatio, O IMPERATOR, à ſeptima noctis hora dies incipit, & uſque ad ſextam alterius noctis exacte tranſit. Intra dies decem appellatur. Mulier intra dies triginta à divortio, marito nuntiet quod prægnans ſit. Poſt apertas teſtamenti tabulas, O REX, heres inventarium tribus menſibus facito. Bonorum poſſeſſionibus quæ propinquis à latere deferuntur, centum dies ſtatuti ſunt. Condemnati dilationis cauſa quatuor menſes habent: Quibus elapſis uſuras centeſimas actoribus ſolvunt. Actio Redhibitoria, O IMPERATOR, quæ rem venditam reſtituit, omnino intra ſex menſes utiles movetur. Actio quæ pretium rei venditæ minuit, id eſt quanto minoris, ſex fatalibus menſibus finitur; ſi vero venditor de re vendita firmiter promittit, actio annum tempus non transgredietur. Intra annum dari debet legatum quod quis reliquit religioſo loco. Annus præfinitur excipienti poſt conjugis mortem, ad opponendam non numeratæ dotis exceptionem. Qui propter magnum crimen ad judicium requiritur, niſi ſe ſe

Εἰ μὴ ἐντὸς ἐνιαυτοῦ νομίμως ἀπαντήσοι,
Περὶ οὐσίας ἐκπέσοι ὑφίσταται δικαίως.
Ἡ κατὰ τοῦ ἁρπάσαντος ἀγωγὴ πρᾶγμα ξένον,
Ἢ ἀπὸ ἐμπυρισμοῦ τινὸς, ἢ ἀπὸ ναυαγίου,
Χρόνῳ περιορίζεται τοῦ τετραπλασιάζειν,
Ὅπερ εἰ τὸ ἀφήρπασεν οὐδέγε περαιτέρω,
Μετὰ δὲ χρόνον πληρῶσαι τὸ ἁπλοῦν ἐκδικεῖται.
Πᾶσα γυνὴ χηρεύουσα, πενθείτω μόνον χρόνον·
Ἡ περὶ δόλου ἀγωγὴ, χρόνοις ὁρίζεται δύο.
Περὶ ἀναργυρίας δὲ παραγραφόμενός τις,
Δύο ἕξει συνεχῆ, ὡς πρὸς τὰς ἀντιθέσεις.
Ἐμφυτευτὴς καὶ μισθωτὴς εὐαγοῦς τυχὸν τόπου,
Χεῖρον ποιῶν τὸ μισθωθὲν, ἢ δρῶν ἀγνωμοσύνην,
Ἐν δύο ὅλοις ἔτεσι, τοῦ πράγματος στερεῖται.
Ἐὰν ἐν ἔτεσι δυσὶν ὁ γάμος ἐξετάθη
Καὶ μετὰ ταῦτα λέλυται ἐν νόμῳ τυχὸν λύσει,
Ἀπαιτουμένῳ τῷ ἀνδρὶ τὴν γεγραμμένην προῖκα
Ἔξεστι παραγράφεσθαι ὡς ἐξ ἀναργυρίας·
Εἰ δ' ἐπὶ δέκα ἔτεσιν ὁ γάμος παρετάθη,
Τρεῖς μόνοι μῆνες δίδονται τούτῳ κινεῖν τὴν δίκην.
Δίκη πᾶσα χρηματικὴ ἐννόμως κινουμένη,
Οὐκ ὀφείλει μηκύνεσθαι τῶν τριῶν χρόνων πλέον.
Μετὰ τὸν εἰκοστόπεμπτον τοῖς ἀφήλιξι χρόνον
Εἰς τὴν ἀποκατάστασιν τετραετίαν δίδου.
Τῆς δὲ ἰνοφφικιόσου χρόνος πενταετία.
Πενταετία σβέννυται, τὸ περὶ τῆς μοιχείας.
Καὶ τὸ δὲ πεκουλάτου δὲ ἔγκλημα πέντε χρόνοις,
Ὁρίζεται πρὸς ἀγωγὴν, οὐκέτι περαιτέρω.
Ὁ ἴνφας ἤτοι νήπιος ἐτῶν ἑπτὰ τυγχάνει.
Ὀκτὼ δὲ χρόνων ἔνερθεν οὐκ ἔστιν ἀναγνώστης.
Τῶν ἀκινήτων πέφυκεν, ΑΝΑΞ, ἡ προθεσμία,
Τοῖς μὲν παροῦσι δέκατος ἐνιαυτὸς καὶ μόνος,
Τοῖς δὲ ἀποῦσιν εἰκοστὸς, οὐκέτι περαιτέρω.
Τὰ ἔτη τῆς περὶ προικὸς ἀναργυρίας δέκα,
Ἡ πρὸ τῶν δώδεκα ἐτῶν ἀθέσμως γαμουμένη
Οὐκ ἂν γάμον ποιήσειεν, εἰ δὲ προῆν μνηστεία,
Αὕτη καὶ πάλιν πέφυκε τῷ νόμῳ σωζομένη·
Εἰ μή τις λύσειν βούλοιτο ταύτην ὡς ἀπὸ νόμου.
Ταῖς μὲν θηλείαις δώδεκα εἰς ἐφηβίαν χρόνοι,
Οἱ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα τοῖς ἄρρεσι ἀρκτέοι.
Συνηγορεῖν δὲ δύναται ὁ ὀκτωκαιδεκαέτης.
Ὁ δὲ υἱοθετῶν τινα μείζων ὀφείλει εἶναι,
Χρόνοις ἐν ὀκτωκαίδεκα τοῦ υἱοθετουμένου·
Θήλεια μὲν αἰτήσεται συγγνώμην ἡλικίας,
Ἐννόμως τοῦτο πράττουσα ὀκτωκαιδεκαέτης·
Ἀνὴρ δ' εἰκοσαέτης ἔστω πρὸς τὴν συγγνώμην.
Ὁ ἥττων εἴκοσι ἐτῶν, οὐ δύναται δικάζειν.
Περαιτώσεις ἐγκλήματος ὅρος εἴκοσι χρόνων,
Πενταετία μόνη δὲ σβέννυσι τὴν μοιχείαν,
Ταύτῃ γὰρ πεπεράτωται καὶ τόδε πεκουλάτου.
Ὁ χρόνον εἰκοστόπεμπτον πληρώσας ἡλικίας,
Ἐρχέσθω πρὸς διοίκησιν τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.
Ἀφῆλιξ αἰτησάμενος συγγνώμην ἡλικίας,
Εἴπερ, δωρήσηταί τινι ἀκίνητόν τι πρᾶγμα,
Ἡ δωρεὰ οὐκ ἔρρωται, εἰ μὴ διέλθοι χρόνος,
Μετὰ τὴν εἰκοστόπεμπτον δεκαέτης ἢ καὶ πλείω.
Τὴν ἐπὶ πράσει ἀγωγὴν μακρὸς χρόνος τέμνει·
Ἡ περὶ ἀπαιτήσεως πάσης κληρονομίας,
Προσωπικὴ τε σύμπασα τριακονταετία,
Σβέννυταί τε καὶ φθείρεται οὐδαμῶς περαιτέρω.
Τὸ φινιουμ ρεγουνδόρουμ ἤτοι τὸ περὶ ὅρων
Χρόνοις ἐν τοῖς τριάκοντα τοῖς ἀνεπιφωνήτοις,
Σβέννυταί τε καὶ φθείρεται οὐδαμῶς περαιτέρω.
Ἀγωγή τε προσωπικὴ ταύτῃ τῇ προθεσμίᾳ,
Εἰ μὴ τμηθῇ τὸ μεταξὺ σβέννυται προσηκόντως.

intra annum offerat, omnibus bonis ſuis merito ejicitur. Actio quæ datur contra eum qui ex incendio vel naufragio rem alienam rapuit, anno finitur quoad quadruplum, non ulterius, nam anno completo in ſimplum condemnatur. Omnis mulier viduata ſolum annum lugeto. Actio de dolo biennio finitur. Excipiens de non numerata pecunia, biennium continuum habebit, poſtea non excipiet. Emphyteuta, & conductor venerabilis loci, deteriorem faciens rem conductam, vel non agnoſcens debitum duobus annis integris, re privatur. Si biennio matrimonium conſtiterit, & poſtea ſolutione legitima ſolutum ſit, viro repetenti ſcriptam dotem competit exceptio de non numerata pecunia: ſi vero ad decem annos porrectum ſit, tres menſes ſolum illi dantur ad movendam litem. Omnis pecuniaria cauſa legitime mota, ultra triennium produci non debet. Poſt annum vigeſimum quintum, ad reſtitutionem minoribus quadriennium dato. Querelæ inofficioſi tempus quinquennium. Adulterii crimen quinquennio extinguitur. Peculatus crimen quinque annis finitur, nec ulterius actio competit. Infans eſt annorum ſeptem. Intra octo annos lector eſſe non poteſt. Rerum immobilium, O IMP., inter præſentes uſucapioni ſtatutum eſt decennium, inter abſentes viginti anni & non ultra. Anni non numeratæ dotis ſunt decem. Quæ ante duodecimum annum nubit non contrahit matrimonium; ſi quidem ſponſalia ſuberant illa rurſus lege conſiſtunt, niſi quis ea ſolvere velit tanquam ex lege. Fœminis duodecim anni, maribus quatuordecim ad pubertatem ſufficiunt. Natus annos decem & octo advocatus eſſe poteſt. Adoptans major eſſe debet adoptato annis octodecim. Mulier poſtulans veniam ætatis, legitime id aget, ſi nata ſit decem & octo annos: at vir vicennalis eſto ad veniam. Minor viginti annis judicare non poteſt. Viginti annis crimina finiuntur, ſolum quinquennium extinguit adulterium & peculatum. Qui viceſimum quintum annum implevit venit ad adminiſtrationem rerum ſuarum. Minor poſtulata ætatis venia, ſi aliqui rem immobilem dederit, non valet donatio, niſi poſt viceſimum quintum annum, decennium & amplius tranſierit. Actionem venditi longum tempus reſecat. Petitio univerſæ hereditatis, & omnis perſonalis actio triginta annis extinguitur, & corrumpitur, nullomodo ulterius. Finium regundorum triginta annis nulla denuntiatione interrupta, extinguitur. Et actio perſonalis eodem præfinito tempore niſi interrumpatur, convenienter tollitur. Actiones

temporales,

Ἀγωγαὶ τεμποράλιοι ταύτῃ σβέννυται μόνῃ
Διπλᾶ δὲ δικαστήρια, ταῦτα τὰ τρία μόνα,
Τὸ περὶ διαιρέσεως κοινῶν τινῶν πραγμάτων,
Τὸ περὶ Φαμιλίαστε, τὸ περὶ ὅρων τρίτον.
Οὔτε ἡ Φούρτι ἀγωγή, οὔτε ἡ πρὸ σοκίο,
Οὔτε περὶ ἁρπαγῆς κινητῶν, ἣν οἱ Λατῖνοι
Οὕτω κατωνομάκασι βιβωνόρουμ ῥαπτόρουμ,
Ἐτῶν πλέον τριάκοντα εἰς ἀγωγὴν ἰσχύει,
Ἡ δ' ἀπαιτοῦσα τὸ διπλοῦν ἐπὶ τοῦ κλοπιμαίου
Τῷ χρόνῳ παρατείνεται τοῦ κλέψαντος τὸ πρᾶγμα.
Ἔτεσι τεσσαράκοντα ἡ ὑποθηκαρία
Ἀγωγὴ παρατείνεται τὸ πρᾶγμα τοῦ χρεώστου,
Ἔχοντος καὶ κατέχοντος καὶ σαφῶς νεμομένου.
Καλῇ δὲ πίστει ἀγωγαὶ τοσαῦται καὶ τοιαῦται
Πρᾶσις, ἀγοράσιά τε, μίσθωσις, κοινωνία,
Ἐκμίσθωσις, διοίκησις πραγμάτων ἀλλοτρίων,
Κατ' ἐπιτρόπων ἀγωγή, ἐντολή, παραθήκη,
Ἀγωγὴ περὶ τὸ χρησθέν, ἢ περὶ ἐνεχύρου,
Ἡ περὶ διαιρέσεως τῶν συγκληρονομούντων
Ἡ διαιροῦσα τὰ κοινά, καὶ χωρὶς κοινωνίας,
Ἡ πραισκρίπτις βέρβις τε τῶν ἀνταλλαττομένων,
Ἄλλη δ' αὖθις ὁμώνυμος ἡ οὐ ἐστιματορία,
Ἡ δὲ ἐρεδιτάτις τε κληθεῖσα πετιτίων,
Ἡ ἀπαιτοῦσα, ΔΕΣΠΟΤΑ, τὰ τῆς κληρονομίας.
Στρίκτα τε πρὶν ἐτύγχανε, καὶ ἡ ἐξ στιπουλάτου.
Ὁ νόμος δ' ὁ Φαλκίδιος τοιαύτην ἔχει φύσιν,
Εἴπερ τις τελευτήσειε πατὴρ ἑνὸς παιδίου,
Γράψας τε διατύπωσιν, τοῦ παιδὸς οὐκ ἐμνήσθη,
Ἀλλ' ἄλλοις καταλέλοιπεν ἀκέραιον τὸν κλῆρον,
Ὁ παῖς τὸ τρίτον λήψεται πραγμάτων τῶν πατρῴων:
Εἰ δ' ἴσως ἐγέννησε παῖδας ὁ βίου δύο,
Οὐδ' ἑνὸς ἐμνημόνευσε ποιήσας διαθήκην,
Ἕκαστος ἕκτον λήψεται τῶν πατρικῶν πραγμάτων:
Εἰ δέ γε τρεῖς τυγχάνωσιν οἱ παῖδες τοῦ θανόντος,
Ἕκαστος ἕξει ἔνατον τῆς πατρικῆς οὐσίας:
Δωδέκατον δ' εἰ τέσσαρες τυγχάνωσιν οἱ παῖδες:
Εἰ δὲ πλείους τυγχάνωσι, ΔΕΣΠΟΤΑ, τῶν τεσσάρων,
Τούτοις ἀποκληροῦται τῆς πατρικῆς οὐσίας,
Μερὶς πάντων ἡμίσεια, δικαίῳ τῷ Φαλκιδίῳ.
Οἱ ἄνευ δεφενσίωνος πρᾶσιν τινὸς ποιοῦντες,
Εἰς μόνην κατακρίνονται τὴν τιμὴν τοῦ πραθέντος,
Οἱ δέ γε δεφενδεύοντες καὶ τὴν τιμὴν διδοῦσι,
Τοῦ διπλασίου τε ποινήν, οὕτω γὰρ ἐτυπώθη.
Τὸ ἀντάλλαγμα ΔΕΣΠΟΤΑ τῷ δικαστῇ δεκτέον.
Τῆς παραθήκης μόνης δὲ ἀντάλλαγμα οὐκ ἔστι.
Τὴν καταδίκην τὴν ἁπλῆν ἔχει, ἐξ στιπουλάτου,
Ἡ ἀπὸ τοῦ δανείσματος, ἡ ἐξ ἀγορασίας,
Ἡ ἀπὸ τῆς μισθώσεως, ἡ ἀπὸ ἐνταλμάτων.
Διπλῆν δ' ἔχουσιν εἴσπραξιν, ἡ τοῦ Ἀκυιλίου,
Ἡ ἀφανὴς ἀφαίρεσις, ἡ παρακαταθήκη.
Τὸ δέ γε τετραπλάσιον κλοπῆς ἐστι προδήλου,
Ἄλλαι τε πλεῖσται ἀγωγαὶ καὶ ἰμφάκτουμ πλεῖσται,
Φόβου, συκοφαντίας τε, καὶ δικῶν ἄλλων πάλιν.
Διπλοῦν δὲ τετραπλάσιον ὁ ἀπὸ ναυαγίου
Ἁρπάσας πρᾶγμα ΔΕΣΠΟΤΑ, εἰσπράττεται δικαίως:
Καὶ τὸ μὲν τετραπλάσιον προσκυροῦται τῷ φίσκῳ,
Τὸ δ' ἄλλο τετραπλάσιον ὁ ναυαγήσας ἔχει.
Οὐδεὶς δ' ἐναγόμενος ὀνόματι οἰκείῳ,
Ἱκάνωσιν τινὰ διδοῖ τῆς ἀποκαταδίκης:
Ὁ δ' ἀλλοτρίαν ἀγωγὴν ἐν δικασταῖς γυμνάζων,
Μὴ ἐμφανίσας ἔγγραφον ἐντολὴν πρωτοτύπου,
Καλῶς ἀπαιτηθήσεται τὴν ἱκανοδοσίαν.
Αἱ μὲν ἐκ νόμων ἀγωγαί, αἵτε ἀπὸ δογμάτων,
Αἵ τε ἐκ διατάξεων τῶν βασιλικωτάτων,
Διηνεκεῖς τυγχάνουσιν ὡς ὥρισε τοῖς νόμοις.

temporales, eo etiam ſolo tempore extinguuntur. Ut & duplicia judicia, hæc tria ſolummodo quæ ſequuntur: ſcilicet communi dividundo, familiæ erciſcundæ, tertium finium regundorum. Neque furti, neque pro ſocio, neque de raptu mobilium, quam Latini vocarunt vi bonorum raptorum, plus quam annis triginta ad agendum robur obtinent. Ea vero quæ duplum exigit à fure in omnem furis vitam producitur. Hypothecaria actio debitoris rem habentis, & probe poſſidentis, ad annos quadraginta extenditur.

Hæ vero ſunt actiones bonæ fidei, emptio, & venditio, conductio, ſocietas, locatio, adminiſtratio rerum alienarum, actio tutelæ, mandati, depoſiti, commodati, de pignore, de diviſione inter coheredes quæ dividit communia etiam ſine ſocietate præſcriptis verbis, ſive ſit de rebus permutatis, ſive rurſus alia ſimilis nominis æſtimatoria, hereditatis petitio, quæ poſtulat, O DOMINE, ea quæ ſunt hereditatis: ex ſtipulatu fuit ſtricta.

Lex Falcidia hanc naturam habet; ſi quis pater unius filii mortuus ſit, ſcribens autem teſtamentum filii non meminit, ſed intactam aliis reliquit hereditatem, filius tertiam partem bonorum paternorum accipiet; ſi Pater duorum filiorum, mortuus ſit, nec, teſtamentum faciens, eorum meminerit, quiſque ſextæ partis Bonorum paternorum particeps erit; ſi vero tres ſint filii demortuo, quiſque nonam partem ſubſtantiæ paternæ habebit, duodecima vero in quatuor filios dividetur: ſi plures ſint, O DOMINE, quam quatuor, illis partem ſubſtantiæ patris dimidiam dividi legi Falcidiæ placet.

Rem aliquam ſine defenſione vendentes, in ſolam æſtimationem rei venditæ condemnantur. Si vero defendant, æſtimationem & pœnam dupli dant, ſic enim ſtatutum eſt. Compenſationes, O DOMINE, à judice ſunt ſuſcipiendæ: ſolius depoſiti compenſatio non eſt. Simplam condemnationem habent, ex ſtipulatu, mutui, ex empto, locati, mandati. Dupli exactionem habent, Aquilia lex, furtum non manifeſtum, depoſitum. Quadruplum vero furti manifeſti, aliæ quoque multæ actiones in factum, metus, calumniæ rurſus, & aliæ actiones. Qui ex naufragio rem rapuit, O DOMINE, juſte rependit duplum quadruplum: aliud enim quadruplum fiſco adjudicatur, aliud habet naufragium paſſus. Nemo proprio nomine in judicium vocatus dat ſatiſdationem judicatum ſolvi: alienam vero litem in judicio exercens, neque exhibens ſcriptum mandatum principalis actoris, recte compellitur ad ſatiſdationem. Quædam actiones ex lege, quædam ex conſtitutionibus imperialibus perpetuæ ſunt, ut legibus placuit. Leges Prætorum natura an-

Οἱ νόμοι τῶν πραιτώρων δὲ μονόχρονοι τὴν φύσιν,
Εἰσὶ δὲ καὶ πραιτώριαι διηνεκεῖς ἀγωγαί,
Ὡς ἡ περὶ τοῦ κλέμματος, ἢ τοῖς διακατόχοις
Παρεσχημένοις ΔΕΣΠΟΤΑ, τοῖς γε νομικωτέροις.
Αἱ δέ γε μὲν ποινάλιαι ἀγωγαὶ κεκλημέναι,
Τοῖς κληρονόμοις δίδονται, οὐ κατὰ κληρονόμων.
Ὁποῖον ἐστὶν ἡ κλοπὴ ἁρπαγή τε πραγμάτων,
Αὐτὸς ὁ Ἀκουΐλιος, ὁ περὶ τῆς ζημίας
Ἡ δέ γε περὶ ὕβρεως, οὐδ' ἐν τοῖς κληρονόμοις.
Εἰ λάβοι δὲ προκατάρξιν ἐν τοῖς δικαστηρίοις
Καὶ κληρονόμοις δίδοται, καὶ κατὰ κληρονόμων.
Γυνὴ δὲ μετὰ χηρείαν μὴ δευτερογαμοῦσα,
Σὺν τοῖς παισὶ μερίζεται τὸν κλῆρον τὸν πατρῷον,
Λαμβάνει τε ἰσάριθμον μοῖραν ἑνὶ τῶν παίδων,
Καὶ κατὰ χρῆσιν κατ' αὐτὸ καὶ κατὰ δεσποτείαν:
Ἡ δὲ αὐτὴ ἀντιστροφὴ καὶ τῷ ἀνδρὶ τυγχάνει.
Ὁ αὐτεξούσιος υἱὸς ἄτεκνος ἀποθνήσκων,
Νόμιμον ποστιμόριον* τοῖς γονεῦσι διδότω.
Ὁ κόρην βιασάμενος καὶ βιαίως ἁρπάσας,
Μετὰ ξιφῶν βαρβαρικῶν, ξίφει τιμωρητέος:
Εἰ δέ τις ὅπλων ἄνευθεν ἁρπάσειε τὴν κόρην,
Καὶ δήμευσιν ὑφίσταται, καὶ τέμνεται τὴν χεῖρα,
Ἢ μᾶλλον οὐ δημεύεται: τῇ δέ γε βιασθείσῃ,
Ἡ κτῆσις τούτου σύμπασα προσάπτεται δικαίως:
Ἐκ δέ γε τοῦ τολμήματος γάμος οὐ τελεστέος.
Δεῖ κατὰ τὴν συνήθειαν τὴν πάλαι τυπωθεῖσαν,
Τὰς ἐποχὰς ἀφίστασθαι ἀλλήλων ἐν θαλάσσῃ
Ταῖς ἀκριβέσιν ὀργυιαῖς, καὶ προδιαταχθείσαις
Πέντε πρὸς ταῖς ἑξήκοντα καὶ ταῖς τριακοσίαις:
Ὡς εἶναι τὸ μὲν ἥμισυ τούτου παντὸς τοῦ μέτρου
Ἐκ τῶν ὁρίων ΔΕΣΠΟΤΑ, τοῦ γε θατέρου μέρους,
Μέχρι τοῦ γειτνιάσαντος τοῦ λοιποῦ τεταμένου.
Ἔχει τὴν ταυτοπάθειαν εἴ τις τυφλώσει κόρας,
Πλὴν ὀφθαλμὸν ἀντ' ὀφθαλμοῦ εἰκότως ἀποδώσει,
Εἰ δέ τις ἐξορύξειεν ὄμματα, φεῦ! τὰ δύο,
Αὐτὸς ἐξορυχθήσεται ὀφθαλμὸν ἕνα μόνον,
Ἀντὶ δέ γε τοῦ λείποντος, δότω τὴν δημοσίαν,
Τῷ τυφλωθέντι παρ' αὐτοῦ τῶν ἰδίων πραγμάτων,
Εἰ δ' ἐστὶν ἀπορώτατος ἐξορύχθω τὰ δύο.
Αἱ ἄποροι καὶ ἄπροικοι μὴ δευτερογαμοῦσαι,
Τέταρτον μέρος λήψονται τῶν ἀνδρικῶν πραγμάτων,
Καὶ τούτου δεσπόζουσαι, καὶ παίδων ὑπαρχόντων.
Ἐξαετεῖς οὐ γίνεται μνηστεία κατὰ νόμους.
Ὁ τὸν φυγάδα δοῦλον δὲ πιπράσκων παρανόμως,
Τὸ διαφέρον δίδωσιν, ἢ διπλοῦν ἀπαιτεῖται.

Ἀτιμουργοὶ τυγχάνουσιν ἀγωγαί, ΔΕΣΠΟΤΑ ΜΟΥ
Ἡ ὕβρεως, ὁ περὶ κλοπῆς, ἐπιτροπῆς, καὶ δόλου,
Ἡ περὶ παρακαταθήκης τε, καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,
Περὶ κλοπῆς τε, ΔΕΣΠΟΤΑ, καὶ ὕβρεως, καὶ δόλου,
Καὶ τῆς βιαίας ἁρπαγῆς πραγμάτων ἀλλοτρίων,
Κἂν μή τις καταδικασθῇ, ἀλλὰ τιδοὺς ἀπέλθῃ
Τῆς καταδίκης, πέφυκεν ἐντὸς τῆς ἀτιμίας.
Πρὸ τῆς ἐν πράγμασι νομῆς, νομῆς ψυχῇ καὶ μόνῃ
Οὐδεὶς ἐπιλαμβάνεται, νομὴν δὲ σωματί μου
Παραδοθεῖσαν δύναμαι ψυχῇ μόνῃ φυλάττειν.
Τὸ οὔνδεβι ἰντέρδικτον νοεῖται προσηκόντως.
Εἴ τις τὸν ἔχοντα νομὴν πράγματος ἀκινήτου,
Τῆς νομῆς ἀπελάσειεν, ὡς βίαιος τὴν γνώμην,
Κἂν μὲν ᾖ ἡ ἀκίνητος κτῆσις τοῦ νεμομένου
Εἰσπράττεται καὶ τὴν νομὴν καὶ τὴν ἀποτίμησιν τε:
Εἰ δὲ ἦν αὐτὸς ὁ βίαιος τοῦ πράγματος δεσπότης,
Τὴν τούτου πάντως στέρησιν ἔχει ποινὴν τῆς τόλμης.

ΟΝΟΜΑ γενικόν ἐστιν ὁ δανειστὴς τῷ νόμῳ,
Πᾶς γὰρ ὁ χρεωστούμενος ἐξ οἵας οὖν αἰτίας
Ἐκ νόμου δανειστής ἐστι τοῦ χρεωστουμένου:

* [illegible]

nuæ ſunt, & paucæ quidem prætoriæ actiones perpetuæ ſunt, ut de furto, & quæ datur bonorum poſſeſſoribus legitimis. Pœnales vero actiones vocatæ dantur heredibus, non contra heredes, quemadmodum eſt furti, bonorum raptorum, Aquiliæ, damni, injuriarum: ſi quis litis conteſtationem cœperit in judiciis, & heredibus, & contra heredes datur. Mulier poſt viduitatem ſecundo non nubens cum filiis dividit hereditatem paternam, & æqualem uni liberorum partem capit, quoad uſum, & quoad dominium: idem é converſo marito competit. Filius ſui juris ſine liberis decedens, legitimam quartam partem parentibus dato. Puellam violans, & violenter cum enſibus barbaricis rapiens, pleƈtendus eſt enſe: ſi ſine armis rapuerit, bonorum publicationem ſuſtineat, & ei manus ſcindatur: vel potius bona non publicentur, ſed violatæ, & vim paſſæ juſte omnia applicentur, ex eo vero facinore nuptiæ non ſunt perficiendæ. Oportet ſecundum conſuetudinem olim inſtitutam remoras diſtare invicem in mari, exactis & præordinatis trecentis ſexaginta quinque ulnis, ita ut dimidium omnis ejus menſuræ ab unius partis finibus, O DOMINE, reliquum ad vicinum uſque porrigatur. Si quis pupillas oculi occæcaverit talin eſt, dabit enim ut par eſt oculum pro oculo: ſi vero quis heu! oculos ambos effoderit, ei unicus oculus effodiatur, at is pro reliquo dimidiam partem bonorum occæcato dato: ſi ſit pauperrimus, duo effodiantur. Indotatæ & pauperes mulieres quæ ad ſecundas nuptias, non convolarunt, bonorum mariti quartam partem accipiant, cujus proprietatem etiam liberis exiſtentibus conſequantur. Sexennis ſecundum leges Sponſalia non contrahit. Servum fugitivum contra leges emens, id quod intereſt ſolvit, & ab eo duplum exigitur.

Actiones quæ infamant, MI DOMINE, ſunt injuriarum, furti, tutelæ, doli, depoſiti, vi bonorum raptorum. Furti quidem, DOMINE, injuriarum, doli, & vi bon. rapt. etiam ſi quis condemnatus non ſit, ſed quid dando condemnationem effugerit, notatur infamia. Ante realem poſſeſſionem, nemo ſolo animo poſſeſſionem recuperat. Poſſeſſionem vero corpore mih acquiſitam poſſum ſolo animo retinere. Interdiƈtum unde ut convenienter intelligitur, ſi quis eum qui poſſidet rem immobilem, poſſeſſione dejecerit, ſi enim ſciat is qui vim infert eam rem immobilem eſſe poſſidentis, poſſeſſio & æſtimatio ab eo exigitur: ſi vero qui vim infert, rei poſſeſſæ ſit Dominus, conatus pœnam ſuſtinet, omnimodam ſcilicet ejus rei privationem.

Creditoris nomen lege generale eſt, cuicumque enim ex quacumque cauſa debetur creditor eſt debitoris ex lege: & rurſus proprie vocatur creditor,

Καὶ πάλιν ἄλλος δανειςὴς ἰδικῶς κεκλημένος,
Ὅςτις ἀπηριθμήσατο τῷ χρεώςῃ χρυσίον,
Ἢ πρᾶγμα τί ςαθμώμενον, καὶ μετρούμενον φύσει,
Ὅπερ ἐςὶν δὲ πόνδερε, νούμερο, μένσουρά τε,
Ὅσα ςαθμῷ, καὶ μέτρῳ τε, καὶ ἀριθμῷ τυγχάνει,
Πόνδερε μὲν οἷον χρυσὸς, ἄργυρος, μόλυβδός τε,
Νοῦμμοι λεπτοὶ τὰ νούμερο, οἶνος τὰ μένσουράτε.
Τῶν δὲ δανείων πέφυκεν ἡ διαίρεσις αὕτη,
Τὰ μὲν γὰρ ἐν-ὑποθήκῃ, τὰ δ' ἄνευ ὑποθήκης:
Καὶ τῶν ἐν-ὑποθήκων δὲ δανείων λεγομένων,
Τὰ μὲν ἔχει προνόμια, τὰ δ' ἄνευ προνομίων:
Καὶ τὰ μὲν ἀνυποθήκη περσωπικά μοι λέγε,
Τὰ δ' ὑποθήκην ἔχοντα πραγματικὰ κλητέον,
Καὶ τὰ μὲν προγενέςερα δημόσια τῷ χρόνῳ
Προτιμητέα πέφυκε χρεῶν ἐν-ὑποθήκων,
Καὶ τῆς προικὸς αὐτῆς, φημὶ τῆς μεταγενεςέρας.
Δανειςὴς δ' ἐν-ὑπόθηκος ἔχων προγενεσίαν,
Κἂν γενικὴν, κἂν ἰδικὴν, τοῦ μεταγενεςέρου
Προτιμητέος πέφυκε πάντοτε δημοσίου.
Ἡ προὶξ δὲ καὶ τῶν δανειςῶν τῶν ὑποθηκαρίων
Προτιμητέα πέφυκε καὶ μεταγενεςέρα.
Εἰσὶ δ' ἕτερα δάνεια τῶν μεταγενεςέρων,
Τὴν δύναμιν κινήσαντα τῆς προικὸς παραδόξως:
Ὁποῖον τὸ διδόμενον ἀκοντιςαῖς τοῖς πρώτοις,
Καὶ τὸ προφάσει δανεισθὲν ςρατείας ὠνημένης.
Ἐξ λέγε κονδίκτικιος, ἔισπραξις τις ἐκ νόμου.
Δανειςὴς δ' ἐνυπόθηκος τῶν μεταγενεςέρων,
Νικᾷ τὸν ἀνυπόθηκον καὶ προγενέςερόν πως.
Μάρτυς ἐςὶν ἀπόβλητος πᾶς ὁ διεφθαρμένος,
Ὁ μίμος, ὁ θυμελικὸς, καὶ ὁ θηριομάχος,
Καὶ ὅσοι κατεκρίθησαν ἐν τοῖς δικαςηρίοις,
Ὡς συκοφάνται μὲν μοιχοὶ, ἢ κλοπὴν εἰργασμένοι,
Οὐκ ἐςὶ μάρτυς ἄνηβος, οὐδὲ τῶν γυναικῶν τις:
Εἰ δ' ἔςι τὸ γινόμενον μὴ δυνάμενον θέαν
Ἀνδρικὴν καταδέξασθαι γύναικες μαρτυροῦσιν.
Καὶ δοῦλος ἔτι μαρτυρεῖ ἐν σπάνει τῶν μαρτύρων
Εἰς ἅπαν ἄλλο πρόσωπον, ἄνευ αὐτοῦ δεσπότου.
Οἱ δ' ἀσθενεῖς, καὶ γέροντες, σύν γε τοῖς ςρατιώταις,
Καὶ οἱ πρωτοσπαθάριοι, μετὰ τῶν ἱερέων,
Οὐ μαρτυροῦσιν ἄκοντες, ἀλλ' ἑκουσίως μόνον.
Ἀρχιερεὺς οὐ μαρτυρεῖ, οὔτ' ἄκων, οὔθ' ἑκών πως.
Τοὺς δ' ἄλλους ἀναγκάσειας μαρτυρεῖν ἀκουσίως,
Καὶ μᾶλλον εἰ τυγχάνοι τις τῶν καταδεεςέρων,
Πρὸς ἄνδρα δίκην ἔλαχε τῶν ἐπὶ δυναςείαις,
Κἀντεῦθεν ὑποκλάζουσι† τῷ φόβῳ τοῦ δυνάςου,
Καὶ τοῦ πένητος οἱ μάρτυρες, τότε γὰρ καὶ πρὸς βίαν,
Εἰς μαρτυρίαν ἕλκονται, καὶ τ' ἀληθὲς τιθέναι.
Ἀρκοῦσιν εἰς καταβολὴν δύο φωναὶ μαρτύρων,
Εἰ λίτρα μόνη πέφυκεν ἡ καταβαλλομένη,
Εἰ δέ τι πλεῖον πέφυκε, τρεῖς μάρτυρας δεκτέον.
Ἐπὶ δὲ καταθέσεως πέντε μάρτυρας δέχου,
Τὰς δὲ γ' ἐκ τοῦ παρήκοντος ἀθέτει μαρτυρίας,
Εἰ λάβοι τὶς ἐν γράμμασιν ἐκ δανειςοῦ τὶ χρέος,
Ἀποδιδοὺς, ἀπόδειξιν ἔγγραφον λαμβανέτω,
Τριῶν μαρτύρων ἔχουσαν ὑπογραφὰς βεβαίας:
Εἰ δὲ μὴ τοῦτο δράσειεν, αὖθις ἔνοχος ἔςαι,
Εἰ μή γε πέντε μάρτυρες εἴποιεν παραχθέντες,
Ὡς γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ κεχρεωςημένου,
Ἢ τούτων κατ' ἐνώπιον, ὁ δανειςὴς ἐξεῖπεν,
Ἀπολαβεῖν τὸ ἴδιον χρέος ἐκ τοῦ χρεώςου.
Εἰ δανειςὴς ἀπόδειξιν ποιήσεται τοῦ χρέους,
Καὶ μετὰ ταῦτα ῥεύσωσι τριάκοντα ἡμέραι,
Ἀντεγκαλεῖν οὐ δύναται περὶ ἀναργυρίας,
Καὶ λέγειν, ὡς ἀπόδειξιν ἔγγραφον ἐξεθέμην.

† ὑποχιλάζουσι.

tor, qui pecuniam debitori numeravit, ſive rem, quæ natura penditur aut menſuratur, id eſt, quæ pondere, numero, aut menſura conſtat. Pondere quidem, qualia ſunt, argentum, aurum, plumbum: numero, minuti nummi: menſura, vinum. Debitorum hæc eſt diviſio, alia ſunt cum hypotheca, alia ſine hypotheca: eorum quæ cum hypotheca ſunt, alia habent privilegia, alia ſine privilegio ſunt. Quæ ſine hypotheca ſunt, perſonalia dicito: quæ hypothecam habent realia vocanda. Et fiſcalia quidem debita priora tempore, potiora ſunt debitis cum hypotheca, immo & dote, dico autem ſi poſteriora ſint. Creditor hypothecarius habens prioritatem, ſive ex generali, ſive ex particulari hypotheca, fiſco poſteriore ſemper potior eſt. Dos licet poſterior, potior eſt tamen creditoribus hypothecariis. Sunt alia poſteriora debita quæ virtutem dotis mirum in modum movent, quemadmodum quod Primipilis, & quod militiæ emendæ cauſâ creditur. Condictio ex lege dicitur, repetitio quædam à lege inducta. Creditor hypothecarius etiam poſterior, vincit creditorem non hypothecarium priorem. Rejiciendus eſt teſtis corruptus, mimus, thymelicus, gladiator, qui contra beſtias pugnat, & quicumque in judiciis damnati ſunt, ut calumniatores, fures, adulteri. Impubes teſtis non eſt neque mulier. Si vero res ſit quæ ſpectationem & viſum hominum effugiat, mulieres teſtimonium ferunt. Servus adhuc teſtis eſt ob penuriam teſtium, contra omnem aliam perſonam, excepto proprio domino. Invalidi, ſenes, milites, Protoſpatharii, Sacerdotes, inviti teſtimonium non perhibent, ſed ſolum ſponte. Epiſcopus neque invitus, neque volens fert teſtimonium. Alii etiam inviti teſtimonium dicere cogi poſſunt: maxime ſi pauper ſit, & vilis conditionis, qui adverſus potentiorem aliquem judicium dictavit, cujus poteſtatis terrore, & metu, pauperis teſtes ſubticent, ad hoc ut id quod verum eſt deponatur, vi ad teſtimonium trahuntur. Ad ſolutionem duæ teſtium voces ſufficiunt, ſi una ſolum libra ſoluta ſit: ſi vero amplius, tres teſtes ſunt exhibendi. Super depoſito quinque teſtes exhibeto. Teſtimonia vero convenienter rejiciuntur, ſi quis debitum, quod à creditore in ſcriptis cœperat, perſolvit, ſecuritatem ſcriptam capiat, trium teſtium ſubſcriptionibus firmatam, ſi enim illud non fecerit iterum obligatus eſto, niſi quinque teſtes producti dixerint, ſecuritatem debitori fuiſſe conſcriptam, & ipſis præſentibus creditorem dixiſſe, ſe à debitore proprium debitum accipere. Si creditor debiti ſecuritatem fecerit, poſtquam triginta dies effluxerint, non poteſt excipere de non numerata pecunia, dicens, quod ſecuritatem quidem ſcripſit, ſed ante

Πρὸ δὲ τῆς ἀποδείξεως οὐκ ἔλαβεν χρυσίον:
Εἰ δὲ ἐντὸς τριάκοντα ἡμέρων ἐναγάγῃ,
Τότε καταναγκάζεται ὁ χρεώστης δικαίως,
Ὡς ἀληθῶς διέλυσε τῷ δανειστῇ τὸ χρέος.
Καὶ προικός τις ἀπόδειξιν ἐκθέμενος νομίμως,
Τὸ πᾶν ἀνατάξάμενος κατ' εἶδος τῶν πραγμάτων,
Οὗτος οὐ κἂν τίθησιν ἀναργυρίαν ὅλως.
Εἰ δέ τις ὡμολόγησε δανείσασθαι ἐγγράφως,
Δυσὶ χρόνοις ὁρίζεται κρεῖν ἀναργυρίας:
Καὶ τότε τις τὸν δανειστὴν δικάζων ἀναγκάζει,
Δεικνύειν τὴν καταβολὴν ἐννόμως τοῦ δανείου.
Εἰ δέ τις ὡμολόγησεν ἐν γράμμασι τί χρέος,
Ἀλλ' οὐκ ἐξ ἀριθμήσεως, ἀλλ' ἐξ ἄλλης αἰτίας,
Τυχὸν ὡς ἀπὸ πράσεως καὶ φανερώσας τοῦτο,
Ὕστερον ἀπαρνήσαι τὸ μὴ χρεωστῶς ἐκθεῖναι.
Πρὸς τὸν κατήγορον αὐτὸν ὁμολογίαν χρέους,
Αὐτὸς βαρεῖται μάλιστα σαφῶς ἀποδεικνύειν,
Ὅτι καθωμολόγησε μὴ χρεωστῶς τι χρέος,
Καὶ κατὰ βίαν ἔγραψεν, ἢ τυχὸν κατὰ δόλον.
Υἱὸς δὲ ὑπεξούσιος καὶ πατὴρ μαρτυροῦσιν
Εἰς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν, κἂν τῇ διατυπώσει:
Ἡ δέ γε διατύπωσις πέντε χερσὶ μαρτύρων,
Ὑπογραφέσθω κατ' αὐτὸ καλῶς καὶ σφραγιζέσθω,
Ὁ δὲ τὸ δάνειον δεικνὺς χρεωστῶν ἀρνουμένων,
Χρόνον ἀρκοῦντα εἴληφε τριακονταετίαν.
Εἰ δ' ἴσως πρὸς παρέστασιν ἠπόρησε μαρτύρων,
Ὅρκον ἐπαγαγεῖν δύναται οὗτος τῷ ὀφειλέτῃ,
Κἂν οὗτος ἐπομόσηται ὁ δανειστὴς ἡττᾶται:
Εἰ δὲ ὁ ἐναγόμενος ὅρκον ἀντεπαγάγῃ,
Ὁ δανειστὴς δ' ὀμόσῃ, λαμβάνει τὸ χρυσίον.
Ὡραῖον δὲ σημείωσαι καὶ ζητούμενον πρᾶγμα,
Ὡς ἔξεστι μεταπηδᾷν ἐκ δικαιολογίας
Ταύτης πρὸς ἄλλην, ΔΕΣΠΟΤΑ, μέμψεώς τινος δίχα.
Ἡ κομβεντίων, δέσποτα, εἰς τρία διαιρεῖται.
Ἡ γὰρ πουβλίκα πέφυκεν, εἰ τύχοι, ἢ πριβάτα:
Τὴν δὲ πριβάταν διέλεν εἰς δύο πάλιν μέρη,
Εἰς λεγιτίμαν, ΚΡΑΤΙΣΤΕ, καὶ εἰς ἰουρισγεντίαμ.
Μὴ τοίνυν τίθει τέσσαρα, μόνα δὲ τρία λέγε,
Ἡ λεγίτιμα γὰρ αὐτή, καὶ ἡ ἰουρισγεντία;
Πάσας κατεδαπάνησαν τὴν γενικὴν πριβάταν:
Οὐκ οὖν τὴν κομβεντίονα εἰς τρία ταῦτα τέμνε,
Πουβλίκαν, λεγίτιμαντε, καὶ τὴν ἰουρισγεντίαν,
Καὶ πούβλικον μὲν πέφυκεν, εἰρήνη δημοσία:
Λεγίτιμον, τῷ ἰδικῷ νόμῳ κεκυρωμένον:
Τὸ δὲ μήτε λεγιτίμον, μήτε μὴν τῶν πουβλίκων,
Ἰουρισγέντιον γοῦν ἐστι, κομβέντιον ἐν γένει:
Τῶν δὲ τοιούτων, ΔΕΣΠΟΤΑ, πάλιν κομβεντιόνων,
Αἱ μὲν γεννῶσιν ἀγωγήν, αἱ δὲ παραγραφήν πως,
Ἀλλ' ὅταν μὲν ὁμώνυμον παραγραφὴν γεννῶσι,
Φημὶ τοῖς συναλλάγμασιν ὑφ' ὧν ἀπογεννῶνται,
Εἰσὶ μὲν κομβεντίονες γενικῶς κεκλημέναι,
Εἰς ἰδικὴν δὲ πίπτουσι συναλλάγματος κλῆσιν,
Εἰς πρᾶσιν, εἰς τὴν μίσθωσιν, ἢ καὶ τὴν κοινωνίαν.
Εἰ δ' ἴσως ἀμετάπτωτος εἰς ἰδικόν τι μένοι,
Καὶ μᾶλλον, εἰ προέβη κεν. ἢ δόσις ἐπὶ δόσει,
Ἢ ἐπὶ δόσει ποίησις, ἢ ἐν ποιήσει δόσις,
Ἢ δόσις διὰ ποίησιν, τετράτροπον γὰρ τοῦτο.
Τίκτεται πάλιν ἀγωγὴ ἡ πραισκρίπτις βέρβις:
Μὴ γὰρ εὑροῦσα εὐλόγον, ἡ κομβεντίων αὕτη,
Ἐναγωγὴν ὁμώνυμον τῷ συναλλάγματί πως,
Τῷ γενικῷ ὀνόματι συνάλλαγμα καλεῖται,
Καὶ δίδωσιν ἐναγωγὴν τὴν πραισκρίπτις βέρβις,
Ἡ ἐν δεμονστρατίονι τὸ πρᾶγμα διηγεῖται,
Ἡ δὲ ἀπὸ ἰντεντίονος ἴνκερτα καλουμένη,
Εἰς τὸν κονδεμνατίονα τὸ τέλος καταλήγει.
Τῶν δέ γε πάκτων πέφυκε, τὰ μὲν ἐξ κοντινέντι,

ſecuritatem pecuniam non recepit: ſi vero intra dies triginta agit, tunc cogitur debitor probare ſe vere debitum creditori ſolviſſe. Qui dotis ſecuritatem legitime conſcripſit, & in ea rem unamquamque ſecundum propriam ſpeciem ordinavit, non numeratam pecuniam nullo modo dicat. Si quis autem in ſcriptis debere ſe confeſſus ſit, querela non numeratæ pecuniæ duobus annis finitur, & tunc judex cogit creditorem, jure factam debiti numerationem probare. Quod ſi quis debitum in ſcriptis confeſſus fuerit, non quidem ex numeratione, ſed ex alia cauſa, veluti ex venditione, & illud manifeſtiſſime oſtenderit, hoc ſecundum debitum non eſſe actori, & nullam eſſe confeſſionem dicens, gravatur probare, quod non debitum confeſſus ſit, & quod per vim & dolum ſcripſit. Filiusf. & pater eidem negotio teſtes adhiberi poſſunt, etiam teſtamento. Teſtamentum quinque teſtium manibus ſubſcribatur, & ſignetur. Qui vero probavit ſibi ab inficiantibus eſſe debitum, ſufficiens triginta annorum tempus cepit. Sin autem teſtium præſentia deſtituatur, poteſt Jusjurandum deferre debitori, qui ſi juraverit creditor debito cecidit: ſi verò reus juramentum referat, & creditor juraverit, pecuniam capit. Obſerva, DOMINE, pulchrum quid & oportunum rei de qua diſputatur, quod licet tranſilire ab una allegatione ad aliam, abſque ulla reprehenſione. Conventio, O DOMINE, in tria dividitur, nam alia publica eſt, alia privata: privatam rurſus in duas partes dividunt, in legitimam, IMP. & Jurisgentium. Nunc verò quatuor ne ponito, ſed tria tantum dicito, nam legitima illa, & Jurisgentium, omnem privatam generalem conſumpſerunt. Igitur conventionem in illa tria dividito, publicam, legitimam, & Jurisgentium. Et publica quidem eſt, pax publica: legitima, quæ propria lege conſtituta: quæ vero neque legitima neque ex publicis eſt, Jurisgentium eſt conventio in genere. Earum iterum conventionum, O DOMINE, aliæ gignunt actionem, aliæ exceptionem, ſed quæcumque actionem ſimilis nominis gignunt, dico autem cum contractibus è quibus derivant, generaliter quidem conventiones vocantur, ſed in propriam contractus denominationem incidunt, venditionis, locationis, ſocietatis: ſi vero in proprium nomen non cadant, & maxime ſi preceſſit, vel do ut des vel facio ut des, vel do ut facias, vel facio ut facias, quod quadruplex eſt, rurſus gignitur actio præſcriptis verbis: Illa enim conventio non inveniens actionem alicui contractui homonymam, generali contractus nomine vocatur, & dat actionem præſcriptis verbis, quæ in demonſtratione rem enarrat, & ab intentione incerta nominatur, cujus finis in condemnationem deſinit. Pactorum alia ſunt ex continenti, quæ

una

Ὅσα τοῖς συναλλάγμασι σύγχρονά πως τυγχάνει:
Τὰ δὲ φασὶν οἱ παλαιοὶ ἐξ ἰντερβάλλω νόμοι,
Ἤτοι μεταγενέστερα τῶν πρὶν συναλλαγμάτων:
Ταῦτα κατονομάζουσιν ἐκεῖνοι νοῦδα πάκτα
Τουτέστι σύμφωνα ψιλὰ, ἀγωγὴν μὴ ποιοῦντα:
Οὐ γάρ τις μετὰ χρόνον ὀχληρὸν ποιήσας πάκτον,
Ἐντεῦθεν ἕξει ἀγωγὴν τὴν περὶ τοῦ συμφώνου.
Εἰ δέ τις περιστατικῶς ἀντεισαγάγοι τοῦτο,
Ἐντεῦθεν παραγράφεται τὸν ἀντεισαγαγόντα.
Σάκρα μὲν κατονόμαζε ναοὺς τοὺς δημοσίους,
Τοὺς ταφοὺς, ῥελιγίοσα, τοὺς σεβασμίους κάλει.
Καὶ πούβλικα, δημόσια, χρήσεως τῆς παγκοίνου,*
Τὴν θάλασσαν, τοὺς ποταμοὺς, ὅρμους, καὶ τὰς λιμένας.
Τὰ δέ γε πουπουλάρια, δημοτικὰ τυγχάνει,
Τὰ θέατρα; καὶ στάδια, καὶ βουλευτήριά τε,
Κινῶν δὲ ἅπας δανειστὴς τὴν ὑποθηκαρίαν,
Κατ' ἀνδρὸς ἐξωτικοῦ, τὸ πρᾶγμα νεμομένου,
Παραγραφῇ μὲν εἴργεται τῶν ὡρισμένων χρόνων,
Προσωπικὴν δ' ἐναγωγὴν ἔχει πρὸς τὸν χρεώστην.
Ὁ ἄνηβος εἰς ἔγκλημα εἴργεται μαρτυρίας.
Κατὰ πολλοὺς δὲ λέγεται ἀδιάθετος τρόπους,
Ὁ γὰρ μὴ διαθέμενος, καὶ ὁ μὴ κατὰ νόμους,
Καὶ ὁ τὴν διατύπωσιν ἔχων σπαραττομένην,
Καὶ ὅταν ἐστὶν ἄκυρος, καὶ χωρὶς κληρονόμου,
Καὶ ὁ μὴ διαθέμενος ποιεῖ κωδίκελλόν πως,
Καὶ πρὸ διατυπώσεως κωδίκελλόν τις γράφει,
Ἀπόκληρος οὐ γράφεται φησὶν ἐν κωδικέλλῳ,
Οὐδὲ κληρονομία τις φιδεικομισσαρία:
Οὐδὲ κληρονομίαν τὶς ἐν κωδικέλλῳ γράφει,
Οὐδ' αἵρεσις προστίθεται καὶ ὅλως κληρονόμοις.
Τῶν δὲ γ' ἐπερωτήσεων ταύτην τὴν γνῶσιν ἔχε:
Ἡ μὲν ἐστὶ δικαστικὴ, ὥσπερ ἡ περὶ δόλου,
Ἡ δὲ ἐστὶ τοῦ πραίτωρος, ἡ δὲ μικτὴ τὴν φύσιν,
Ἡ δὲ ἐκ συναινέσεως τῶν μερῶν ἑκατέρων.
Αὐθεντικὴ ὀρφανικὴ διατύπωσις μία,
Κληρονομίαι δὲ διτταὶ τῆς μίας διαθήκης.
Ἀκυρωμένης, ΔΕΣΠΟΤΑ, δευτέρας διαθήκης,
Καὶ τῆς προτέρας, δι' αὐτὸ εἰκότως ῥηγνυμένης,
Ἀδιατύπωτός ἐστιν ὁ ποιήσας τὰς δύο:
Ὁ κληρονόμος γὰρ γραφεὶς δευτέρᾳ διαθήκῃ,
Ταύτην μὲν ὑπερχόμενος ἀκυροῖ παραυτίκα,
Τοῦτό ἐστιν ἀκύρωσις εἰκότως διαθήκης:
Πολλοὶ καὶ ἄλλοι τρόποι δὲ τῆς γε μὴ κυρωμένης.
Πολλὰ γὰρ πάθη πέφυκε τῆς διαθήκης, ΑΝΑΞ,
Ἀκύρωσις, ἀτέλεια, ῥῆξις, πρὸς δὲ καὶ μέμψις.
Ἡ μέμψις δὲ τῶν φυσικῶν μόνων τυγχάνει παίδων,
Ὁπόταν ἀμνημόνευτοι γίνονται τοῖς πατράσι:
Καὶ ἀδελφοὶ δὲ μέμφονται συγγόνων διαθήκαις,
Εἰ κληρονόμους γράφουσι πάντη κατεγνωσμένους:
Τὸ τρίς δὲ μέρος πέφυκε τοῦ παντὸς, ΑΝΑΞ, λόγου. †
Κοινὸν γάρ ἐστι, ΔΕΣΠΟΤΑ, καὶ γυναικῶν καὶ ἀρρένων,
Τὸ τὶς γὰρ εἰπὼν, τὰ δύο γένη λέγει
Ἄλλη μέν ἐστι τῆς ἀγωγῆς ἡ φύσις,
Ἄλλη δέ ἐστι τῆς παραγραφῆς πάλιν:
Κἂν ἐγκαλοῦντος ὃς παραγραφὴν ἔχει,
Ἐν ταῖς δίκαις εἴληφε τάξιν καὶ τόπον.
Φύσει χρεωστεῖ πᾶς ἄνηβος τὸ χρέος,
Καὶ πᾶς δανειστὴς τῶν ἀνήβων τυγχάνων,
Φύσει δανειστής ἐστιν, οὐχὶ τῷ νόμῳ.
Τὸ τῆς κλοπιμαίας δὲ δούλης παιδίον,
Οὐκ ἔστιν αὐτῆς ἐν κλοπῇ τεχθὲν μέρος:
Ποινὴ γὰρ οὐ πέφυκεν αὐτοῦ τοῦ τόκου.
Ὁ συμπλοκὴν ἔχων δὲ μὴ τομὴν λόγος,
Ἐκ τοῦ προενέγκαντος εἰς γνῶσιν πίπτει:

* τὰ πάνδημα. † Ἰαμβοι οἱ ἑξῆς στίχοι.

una cum contractibus naſcuntur; alia quæ antiquæ leges ex intervallo dicunt, ſive poſteriora prioribus contractibus: hæc nuda pacta illæ vocant, (id eſt conſenſus meri) quæ actionem non gignunt. Non enim qui poſt tempus pactus fuerit, illico ex pacto actionem habebit: ſi quis vero per circuitum & dolo egerit, excipitur ſtatim de pacto adverſus eum. Sacra vocant templa publica, ſepulchra veneranda religioſa dicunt. Publica quæ omnium in uſu ſunt, mare, flumina, ripas, & littora. Popularia, theatra, ſtadia, Baſilicæ. Omnis creditor movens contra virum tertium extraneum qui rem poſſidet hypothecariam, definitorum quidem annorum præſcriptione excluditur, perſonalem vero actionem habet contra debitorem. Impubes in crimine prohibetur à teſtimonio. Multis modis inteſtatus quis dicitur, qui neque teſtatus eſt, qui non ſecundum leges, qui teſtamentum habet dilaceratum, & cum eſt irritum, & cum ſine herede. Qui teſtatus non eſt facit codicillum, & ante teſtamentum quis ſcribit codicillum: Exheres in codicillo non ſcribitur, neque hereditas fideicommiſſaria: neque in codicillo hereditatem quis ſcribit, neque conditio etiam univerſis heredibus adjicitur. Stipulationum vero hanc notitiam habe. Quædam eſt judicialis, ut quæ de dolo; quædam prætoria; quædam natura mixta: quædam ex conventione utriuſque partis. Authenticum & pupillare, unum teſtamentum, hereditates vero duæ unius teſtamenti. Irrito, DOMINE, ſecundo teſtamento, & primo propter illud jure rupto, inteſtatus eſt qui duo fecit. Heres enim ſcriptus ſecundo teſtamento, non ſuccedens illico, illud irritum facit. Illa eſt irritatio legitima teſtamenti. Sed & alii ſunt modi nullius teſtamenti, multa enim vitia teſtamenti, O REX, irritati, imperfectio, ruptio, deinde querela. Querela quidem eſt ſolum naturalium liberorum, cum præteriti ſunt à parentibus. Fratres quidem queruntur de conſanguineorum teſtamentis, ſi ſcribant heredes omnino damnatos. Atque hæc eſt, O REX, tertia pars totius ſermonis.

Commune eſt hominis nomen, DOMINE, fœminis & maribus, quod qui dicit duos ſexus dicit. Alia eſt actionis natura, alia iterum exceptionis, etiamſi qui exceptionem habet, actoris in judicus locum & ordinem capiat. Debito natura obligatur omnis impubes: & omnis impuberum creditor, natura non lege creditor eſt. Ancillæ furtivæ, quod in furto natus eſt, inſano ipſius non eſt pars: ſic nec uſuræ pœna. Oratio quæ neque conjunctionem, neque diviſionem habet, ex mente pronuntiantis ſignificationem habeat: ſi quis

Εἰ γάρ τις οἴκων, χωρίων τε δεσπότης,
Γράφειν οὕτω, ληγατεύω τῷ φίλῳ,
Οἴκους ἀγρούς, ἄδισμον εἰπὼν τὴν φράσιν,
Συμπλεκτικῶς ἔγραψεν: εἰ δ' οὕτω φράσει,
Οἴκους πέτρῳ δίδωμι ἀγρούς ἀδότως
Παύλῳ δὲ, ὁ πέτρος ἐκλογὴν ποιησάτω,
Διεῖλεν, οὐκ ἔπλεξε τῷ παύλου λόγῳ.
Πρόδηλόν ἐστι πλήθεσιν ἐναντίον,
Δεῖ γὰρ παρόντων τῶν ἁπάντων μαρτύρων,
Ἢ λέξαι εἰπεῖν, ἢ πρᾶξαί τι συντόμως.
Ἡ τῆς ἀγωγῆς κλῆσις εἴσπραξιν φέρει,
Ὁ γὰρ πιπράσκων τὴν ἀγωγὴν ἣν ἔχει,
Τῇ τῆς ἀγωγῆς ἐν πρατηρίῳ φράσει,
Δοκεῖ πιπράσκειν τὴν ἀπαίτησιν τάχα.
Τὸ τῆς δίκης ὄνομα κυρίως γένος,
Δηλοῖ τε πᾶσαν τὴν ἀγωγὴν κυρίως.
Ὅπλον τὶς εἰπὼν καὶ λίθους προσλαμβάνει.
Ἐλευθερία τῇ δόσει ταυτὸν φύσει,
Εἰ γάρ τις εἴποι μαρτύρων παρουσίᾳ,
Ἐλεύθερός μοι ὁ χρεώστης τοῦ χρέους,
Εἴρηκεν ὡς εἴληφε σαφῶς τὸ χρέος.
Ἅπαν μέγα ῥᾴθυμον τυγχάνει δόλος.
Βάλανον εἰπὼν παντάκαρπόν μοι λέγεις,
Καὶ πάντα δένδρα τῆς δρυὸς μνησθεὶς μόνης.
Υἱὸν τις εἰπὼν καὶ τὸν ἔγγονον λέγει
Καὶ φύντα φάσκων τὸν τε πάππον εἰσάγει.
Ἄπεστιν αἰχμάλωτος οὐδαμῶς χρόνῳ,
Λῃστῶν δ' ἐν χερσὶν ἐγκρατὴς δεδεγμένος.
Κατ' αἰχμαλώτων οὐδεὶς γὰρ χρόνος τρέχει,
Τοῖς δὲ λῃστῶν λῃστευθεῖσιν εἰκότως ῥέει.
Τῶν χρημάτων ἡ κλῆσις ὡς γένους τύπος,
Καὶ τῶν κινητῶν τῶν τε μὴ ἀκινήτων,
Τῶν σωματικῶν τῶν τε μὴ ἀσωμάτων,
Ἔχει δίκαια τῷ συνεκτικῷ λόγῳ.
Φίλους λεγόμεθ' οὐχὶ τοὺς ἐγνωσμένους
Ἐκ τοῦ τυχόντος, ἀλλὰ τοὺς κεκτημένους
Σαφεῖς προφάσει εὐπροσώπῳ φιλίας.
Τὰ δεσμὰ κοινά ἐστι κοινὰ ἴδια,
Ἡ δ' αὖ φυλακὴ δημοσία καὶ μόνη.
Ἀποκαθιστᾶν ἐστι κυριωτάτως,
Ἀποκατάστασίς τις ἀκριβεστάτη,
Τύχης ἁπάσης, αἰτίας τε σωμάτων.
Τοῦ νόμου μὲν ἡ ἄγνοια συγγνώμης οὐ λαμβάνει,
Τῆς πράξεως συγγνώσκειν τοῖς νόμοις προσηκόντως.
Παράνομος ἀντιγραφὴ ἐρρώσθω βασιλέως,
Ἐπηρείας νέμουσα ἄφεσιν τιμωρίας.
Τῆς ἀκριβείας, ΔΕΣΠΟΤΑ, τὸ δίκαιον προτίμα.
Ἔγκλημα περατούσθωσαν ἐντὸς τῆς διετίας.
Ὁ προσφυγὼν τοῖς δυνατοῖς εἰς δίκης προστασίαν,
Πάσης ἐκπιπτέτω ΔΕΣΠΟΤΑ τῆς δίκης κατὰ νόμον.
Ὁ καταδικαζόμενος ἐντὸς τῆς τετραμήνου,
Εἴσπραξιν οὐχ ὑφίσταται τῶν ἀπὸ καταδίκης.
Εἴτις ψευδέσι μάρτυσι κρατήσειε τῆς δίκης,
Καὶ κόλασιν ὑφίσταται καὶ λύσιν τῶν κριθέντων.
Τὸ κατὰ φόβον γεγονὸς οὐκ ἔστιν ἐρρωμένον.
Ἅπας ὁ βιασάμενος εὐθύνεται καὶ δόλῳ,
Ἡ περὶ δόλου δίδεται αἰτίας ἐξ εὐλόγου,
Ἄλλης ἀπούσης ἀγωγῆς, ἐσχάτη γὰρ τυγχάνει.
Ἥττων ἀβοήθητος ἐπὶ τῶν ἐγκλημάτων.
Σύμφωνον κατὰ δωρεὰν δηλῶν ἐστι πραγμάτων.
Τῶν ἀμφιβόλων δὲ ἐστιν ἡ διάλυσις λύσις,
Ἐπὶ τοῖς συναινέσασιν ἡ διάλυσις μόνοις.
Ἐπὶ μὲν τῶν δι' αἵματος ὀχέντων τιμωρίαν,
Ἔξεστι διαλύεσθαι ἔξωθεν τῆς μοιχείας:
Ἐπὶ τῶν ἀσυμμάχων δὲ χωρὶς πλαστογραφίας,

enim domorum & agrorum dominus ita ſcripſerit, lego amico domos agros, phraſim disjunctam dicens, complexive locutus eſt: ſi vero ita loquatur ſolute, domos do Petro agros Paulo, Petrus electionem facito, diviſit, non conjunxit Pauli ſermone. Quod palam eſt in conſpectu multitudinis eſt, oportet coram omnibus teſtibus vel quid dici, vel breviter fieri. Actionis voce perſecutio continetur, qui enim vendit actionem quam habet, hoc actionis nomine, fori locutione, perſecutionem illico vendit. Actionis nomen proprie genus eſt, nam omnem actionem proprie ſignificat. Arma dicens, & lapides intelligit. Liberatio eandem naturam cum ſolutione habet: nam ſi quis coram teſtibus dixerit, liber ſit debitor à debito, dixit perinde ac ſi debitum recte accepiſſet. Omnis magna negligentia dolus eſt. Glandem dicens, omnem fructum dicis, & omnes arbores, quercus mentionem faciens. Filium dicens, & nepotem dicit; & parentem dicens avum inducit. Nullo tempore abeſt, qui ab hoſtibus captus eſt, ſed qui in latronum manibus vinctus eſt. Contra captivos nullum tempus currit, contra eos qui à latronibus capti ſunt convenienter fluit. Pecuniæ nomen generale eſt, nam mobilium & immobilium, corporalium & incorporalium jura ſignificatione ſua comprehendit. Amicos vocamus non caſu cognitos, ſed certos & ſpecioſæ amicitiæ occaſione poſſeſſos. Vincula communia ſunt & privata, cuſtodia vero tantum publica. Reſtituere proprio modo, eſt exactiſſima omnis utilitatis, cauſæ, & corporum reſtitutio. Juris ignorantia veniam non habet: facti vero ignorantiæ congrue leges ignoſcunt. Reſcriptum Imperatoris contra leges elicitum valeat, ſi pœnæ incurſæ gratiam faciat. Juſtitiæ ratio potior ſit ſtricto jure, O DOMINE. Cauſa criminalis intra biennium finiatur. Confugiens ad potentiores propter litis patrocinium, omni cauſa, O DOMINE, ſecundum leges cadat. Condemnatus intra quadrimeſtre tempus non ſubjicitur exactioni rerum quæ in condemnatione ſunt. Si quis falſis teſtibus cauſam obtinuerit, & punitionem, & rei judicatæ ſolutionem ſuſtineat. Quod metu factum eſt, robur non obtinet. Quicumque vim intulit, obligatur dolo: ex rationabili cauſa datur actio de dolo, alia actione deficiente. Minori in criminibus non ſuccurritur. Pactum eſt de rebus certis, & manifeſtis donationis cauſa: tranſactio eſt rerum incertarum & dubiarum diſſolutio: tranſactio eſt tantum de quibus inter convenientes placuit. De his criminibus, quibus pœna ſanguinis irrogatur, licet tranſigere, excepto adulterio: de his vero quæ pœ-

Οὐκ ἔξεστι διάλυσιν τοὺς ἀντιδίκους γράφειν.
Ὁμολογίας δ' ἄνευθεν, ἢ δόσεως πραγμάτων,
Διάλυσις οὐκ ὤφθη προβαίνειν κατὰ νόμους.
Καὶ πρόσκαιρος καὶ πάντοτε προβαίνει κοινωνία.
Προβᾶσα δὲ διαίρεσις, ΔΕΣΠΟΤΑ, κατὰ δόλον,
Τοῖς νόμοις ἀνυπόστατος, δικαστηρίου δίχα.
Κἂν χείρων τὸ παρατεθὲν γένηται διὰ χρόνου,
Κινεῖται τις τὴν ἀγωγὴν τὴν περὶ παραθήκης.
Ἀφανὴς ἐπερώτησις ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει.
Εἰ τὸ τικτόμενον ἐστὶν ἐξ ἵππου καὶ φορβάδος,
Ὁ τῆς φορβάδος κύριος τοῦ τέκνου δεσπόζει.
Εἰ ἀγοράσω ἔδαφος καλῇ τῇ πρώτῃ πίστει,
Εἶτα μαθὼν ἀλλότριον οἰκοδομήσω τοῦτο,
Τοῦ οἰκοδομηθέντος μὲν δαπάνας οὐ λαμβάνω,
Τὰ δ' ἐκτισμένα δύναμαι λαμβάνειν ἀζημίως.
Ἐκδικημένου τοῦ ἀγροῦ ὁ νομεὺς οὐ λαμβάνει,
Τὸν σπόρον ὃν κατέσπειρεν εἰς τὸν ἀγρὸν ἐκεῖνον.
Ὁ χρῆσιν ἔχων τῶν καρπῶν δίδωσι καὶ τὰ τέλη.
Ὁ ἔχων χρῆσιν νομικῶς τυχὸν τῆς οἰκίας,
Οἰκείοις ἀναλώμασι ταύτην ἐπισκευάσθω,
Ἤτοι τὰ κατακεράμια ταύτης ἐπανορθούσθω,
Εἰ δέ τι καταναλώσει τούτου τι περαιτέρω
Εἰκότως ἀπολήψεται τοῦτο πρὸς τοῦ δεσπότου.
Ἀπείργεται δανείζεσθαι τὶς τῶν ὑπεξουσίων,
Μᾶλλον ἀξιωματικός, μόνος δ' ὁ κεκτημένος
Πεκούλιον δανείζεται, καὶ τοῦτο κατὰ νόμους.
Ἐπίτροπος ὀρφανικὸν οὐκ ἐξωνεῖται πρᾶγμα.
Διὰ μικράν τι αἰτίαν πρᾶσιν οὐκ ἀνατρέψεις.
Ὁ σῖτον ὠνησάμενος κανόνος δημοσίου,
Κεφαλικὴν ὑφίσταται ΔΕΣΠΟΤΑ τιμωρίαν.
Ὁ πράτης μὴ παραδοὺς ἀγοραστῇ τὸ πρᾶγμα,
Τὸ διαφέρον δίδωσιν εἰκότως κατὰ νόμους.
Ἐν τῷ δικαστηρίῳ δὲ τῆς νομῆς, ΔΕΣΠΟΤΑ ΜΟΙ,
Διδοὺς ὁ πράτης τὸ διπλοῦν οὐκ ἀπαιτεῖται πλέον,
Προφάσει τῶν ἐξ ἔθους πως τῇ πράσει γεγραμμένων.
Οἱ μετὰ τὸ συνάλλαγμα καρποὶ βεβλαστηκότες,
Τῷ τὸν ἀγρὸν προσήκουσι πάντως ἠγορακότι.
Τοῦ πράγματος δι' ἄδικον ἀποσπασθέντος γνώμην,
Κατὰ τοῦ πράτου ἀγωγὴν ἀγοραστὴς οὐκ ἔχει.
Εἰ δέ τις τὸ ἀλλότριον ὡς εἰδὼς ἠγόρασε,
Οὐδέποτε δι' εἴδησιν τοῦ πράγματος δεσπόζει·
Εἰ δέ τις ἐξωνήσεται ἀλλότριόν τι πρᾶγμα,
Οὐκ εἰδὼς ὡς ἀλλότριον, ἐστὶ τὸ πεπραγμένον,
Αὐτὸς μὲν διὰ χρήσεως τοῦ πράγματος δεσπόζει,
Ὁ πιπράσκων δ' ἐνέχεται δικαίως τῷ δεσπότῃ.
Εἰ δέ τις πρᾶγμα λήψεται ἐπί τινι αἰτίᾳ,
Πληρούτω τὴν ὑπόθεσιν* ἢ τὸ πρᾶγμα διδότω.
Ὁ τῷ ἐγκλήματι ληφθεὶς τῷ περὶ ἀδικίας,
Οὐ δύναταί τι βεβαιοῦν οἰκείᾳ μαρτυρίᾳ.
Ὁ ἀγοράσας δείκνυσι τὸν δοῦλον πεφευγότα,
Εἰ λέγει πρὸ τῆς πράσεως, οὕτω δοκεῖ τοῖς νόμοις.
Ἐπικρατέστερος ἐστὶν ὁ κῆνσος τῶν μαρτύρων.
Οὐκ ἔστιν ἀξιόπιστος τοῦ χρέους μαρτυρία,
Εἴπερ τις ἀπὸ τῶν αὐτοῦ δεικνύει συμβολαίων,
Τελευτησάντων δέ ποτε συμπάντων τῶν μαρτύρων,
Αὐτοῦ τε ταβελλίωνος σύγκρισις προβαινέτω.
Ὅρκος ἐπιφερόμενος ἀμφισβήτησιν τέμνει.
Ὁ μηδενὸς ἐπάγοντος ὀμνὺς οὐκ ὠφελεῖται.
Ὀμόσας δέ τις ἴδιον τὸ πρᾶγμα πεφυκέναι,
Καὶ τοὺς καρποὺς εἰσπράξεται, καὶ γονὴν τῶν θρεμμάτων.
Εἰ τις ἐξ ἀγωγῆς τινος διπλασιαζομένης,
Τύχοι ὡς ἐξ ἀρνήσεως τὸν ὅρκον ἀποδοῦναι,
Οὐ τῇ διπλῇ τὴν εἴσπραξιν, ἀλλ' ἁπλῆν μόνον ἔχει.
Μετὰ τὸν ὅρκον δὲ κινῶν τὴν πρωτότυπον δίκην,
Ἀπαιτεῖ τὸ διπλάσιον τὸ χρέος ἀποδείξας.

* ὑπόσχεσιν.

nam criminis non ingerunt, non licet, excepto falſi crimine, partibus tranſactionem ſcribere: ſine confeſſione, vel datione rerum non conſuevit juxta leges procedere tranſactio. Et ad tempus, & in perpetuum ſocietas procedit. Diviſio, O DOMINE, quæ dolo facta eſt extra judicium, legibus intolerabilis eſt. Licet res depoſita tempore deterior facta ſit, movetur actio depoſiti. Incerta ſtipulatio repetitionem non habet. Si quid natum eſt ex equo & equa, dominus equæ fœtum habeat. Si primo bona fide emo ſolum, deinde alienum ſciens in illo ædifico, ſumptus ædificii non recipio, ſed materiam ſine injuria capere poſſum. Poſſeſſor agri evicti non capit fructus quos in illo ſevit. Uſumfructum habens præſtat fuſiones fiſco. Qui jure habet alicujus domus uſum, propriis ſumptibus eam reficiat, ſive tegulas illius inſtauret: ſi vero quid ultra ſumptus inſumpſerit, ſolemniter à domino recipiat. Prohibetur credi filiisfamilias etiam ſi in dignitate ſint: illi enim ſolum qui peculium habent mutuari poſſunt ſecundum leges. Tutor rem pupillarem emere non poteſt. Ex parva cauſa venditionem ne ſubvertas. Frumentum vendens ex canone publico capitali pœnæ, O DOMINE, ſubjicitur. Si venditor rem emptori non tradiderit, convenienter ſecundum leges præſtat, quod emptoris intereſt. In judicio poſſeſſionis, MI DOMINE, venditor duplum ſolvens, amplius nihil præſtat earum rerum nomine, quæ in venditione ſcribi ſolent. Poſt contractum fructus nati competunt omnino emptori agri. Emptor cui per violentiam res empta ablata eſt, nullam habet actionem adverſus venditorem. Qui rem alienam ſciens emit, propter ſcientiam dominus rei non fit: qui vero emit rem alienam neſciens quod res vendita aliena ſit, uſu rei dominus fit, venditor autem domino obligatur. Si quis propter cauſam aliquam rem capiat, vel cauſam impleat, vel rem reddat. Damnatus crimine repetundarum non poteſt aliquid proprio teſtimonio firmare. Emptor probat fugitivum ſervum, ſi dicit quod ante venditionem erat fugitivus, ſic placuit legibus. Cenſus potior eſt teſtibus. Non eſt fide dignum de debito teſtimonium, ſi quis id probet ſuis inſtrumentis, cum omnes teſtes obierunt, ſed prævaleat ipſius tabellionis comparatio. Juſjurandum delatum controverſiam decidit. Qui nemine deferente juravit nihil profecit. Qui juravit rem ſuam eſſe, repetit fructus, & fœtus pecorum. Si quis juravit ex ea actione quæ duplum exigit, forte ex infìciatione, non dupli, ſed ſimpli ſolum perſecutionem habet: poſt juramentum vero agens principali actione duplum exigit, ſi ſibi debitum eſſe probaverit. Nolens jurare, neque re-

Ο μὴ τὸν ὅρκον [illegible] μέχρι μὴν ἀντιτάξεις,
Αὐτόθεν κατακρίνεται ὡς ἐξ ὁμολογίας.
Ο [illegible] δέ τις ἐπιστήσας, εἰ μεταμεληθείη,
Ως ὑστερίσας ἀσφαλῶς ἄλλοις δικαιώμασι,
Εἴπερ ἐντεῦθεν ἐπιδῇ δεύτερον, ἔχων πάλιν
Οἷα ἐπινεύσας, ΔΕΣΠΟΤΑ, καὶ τοῦτο προσηκόντως,
Μεχρὶ γὰρ ἀποφάσεως τὸν ὅρκον [illegible].
Οὐκ εὐχερὴς ἡ ζήτησις ἐστὶν ἐν δίκῃ ὅρκου.
Εἰ τόκους τίς ὑπέρμετρον ἴσως ὁμολογήσας,
Παύεται τὸ παράνομον καὶ δίδοι τὸ [illegible].
Τόκος μὴ χρεωστούμενος [illegible] τοῦ κεφαλαίου,
Καταβληθῇ τῷ δανειστῇ τοῦ κεφαλαίου μέρος.
Εἰ δὲ γὰρ καταβάλλει τις ἐπὶ τῷ κεφαλαίῳ,
Πάντως ἀναλαμβάνεται, ἔδοξεν οὕτω τῷ νόμῳ.
Οἱ κατὰ μέρος τόκοι δὲ διδόμενοι τοῦ χρέους,
Καλῶς οὐχ ὑπερβαίνουσι τοῦ διπλοῦ χαρακτῆρα.
Ο μόρτις καῦσα δωρεὰν πρός τινα πεπραγμένος,
Ρωσθεὶς ἀναλαμβάνεται τὸ δοθὲν [illegible],
Μετὰ καρπῶν, καὶ τοκετῶν, καὶ τῶν ἐπηυξημένων.
Ως κληρονόμος δέ τις δοὺς ὁ μὴ ὢν κληρονόμος,
Ἀναλαμβάνει τὸ δοθὲν δικαίως ΣΤΕΦΗΦΟΡΕ.
Η προὶξ οὐχὶ δημεύεται συζύγου δημευθέντος.
Επίτροπος καὶ φροντιστὴς ἄμφω καταβαλόντες,
Οὐδὲν ἀναλαμβάνουσι τῶν καταβεβλημένων,
Ἂν ὁ χρεώστης ἄτοκον ἴσως ἔχῃ τὸ χρέος,
Παρακρατεῖν ὁ δανειστὴς ἐκ τῶν καρπῶν ἰσχύει,
Καὶ τοῦτο πράττειν [illegible] ἄχρι νομίμου τόκου.
Εἰ δ' ἴσως τὸ ἐνέχυρον πωλοῦντος δημοσίου,
Καθεύδει πως ὁ δανειστής, ἀπόλλυσι τὸ πρᾶγμα.
Ο δανειστὴς ἐνέχυρον μέλλων ἴσως πιπράσκειν,
Δῆλον τὸ βουλευόμενον ποιείτω τῷ χρεώστῃ.
Ο πενθερὸς καὶ πενθερὰ τὸ μνηστεύσαντι [illegible]
Δίδοντες οὐ λαμβάνουσι τοῦ γάμου λυομένου.
Τὸν γάμον ἡ διάθεσις τελεῖ ἡ ἀμοιβαία,
Προσθήκης γὰρ οὐ δέεται [illegible] συμβολαίων,
Εἰ μὴ πρωτοσπαθάριος, ἢ πλέον τις τυγχάνει.
Εἰ γάμον τις ἀθέμιτον ποιήσει [illegible] νόμον,
Ἐκπίπτει κατακρίνεται τῶν οἰκείων πραγμάτων,
Εἰ μή που γέγονε πατὴρ ἐκ γάμων [illegible].
Αὐτεξουσίῳ γαμετῇ τοῦ γάμου λυομένου,
Εὐθὺς ἀποκαθίσταται, οὕτω δοκεῖ τοῖς νόμοις:
Οὐδ' ἔστιν ὑπεξούσιος ταύτῃ δ' ἡ προὶξ πατρόθεν,
Αὐτῆς τε καὶ τοῦ φύσαντος κοινὴ καθίσταται πως.
Δίδοται προὶξ τῇ γυναικὶ καὶ συνεστῶτος γάμου,
Ἐπὶ τῷ δοῦναι δανεισταῖς ἢ ἀγροὺς ἀγοράσαι,
Ἢ ὥς τε [illegible] παισὶν ἑτέρου γάμου.
Διαίρεσις δὲ πέφυκεν αὕτη δαπανημάτων,
Τὰ μὲν ὡς ἀναγκαῖα γὰρ, τὰ δὲ καὶ διὰ κέρδος,
Τὰ δὲ [illegible] τέρψιν πέφυκεν ἐκδεδαπανημένα.
Τῶν ἀναγκαίων πέφυκεν ὁ μόλος* τῆς θαλάσσης,
Παῖσαι τε νεόφυτα ἀμπελώνων τε καὶ δένδρα,
Ἐπί τε χρησιμότητι ἀγροῦ σπερματοθήκας.
Διακέρδη τὰ πράττοντα βελτίονα τὴν προῖκα,
Οποῖον τὸ νεόφυτον ἢ τὸ ἀρτοποιεῖον,
Ἃ προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται,
Περὶ τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.
Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κινείτω δίκην,
Ἀφαιρέσεως κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.
Προῖκα λαβὼν ὁ σύζυγος διατετιμημένην,
Οὐχὶ τὰ πράγματα δοκεῖ λαμβάνειν τὰ προικῷα,
Μόνην δὲ διατίμησιν ὧν ἔλαβε πραγμάτων,
Ἧς τὴν τιμὴν εἰσπράττεται τοῦ γάμου λυομένου.
Η μήτηρ ὑπὲρ θυγατρὸς, ὡς ἔδοξε τοῖς νόμοις,
Οὐ φύσει ἀναγκάζεται προῖκα ἐπιδιδόναι.
Γυνὴ τοῦ γάμου δύναται ἔτι συνεστῶτος,

* μόλος.

ferre, tanquam ex confeſſione condemnatur. Si eum qui juramentum detulit pœnituerit, tanquam tunc inſtructus ſit aliis inſtrumentis, ſi deinde poſtea ſecundo, non deferat iterum juramentum, O DOMINE, atque illud convenienter, uſque ad ſententiam juramentum revocetur. Non facilis eſt quæſtio de juramento in litem. Si quis forte uſuras ſupra modum confeſſus eſt, ceſſat exactio ejus quod eſt contra legem, quod vero legitimum eſt ſolvitur. Uſuræ indebitæ ſi ante ſortem ſolutæ ſint creditori, partem ſortis faciant; ſi vero quis ſolvit poſt ſortem, omnino repetat, ſic viſum legi. Uſuræ debiti particulatim ſolutæ duplum recte non excedunt. Mortis cauſa alicui donans, convaleſcens, repetit illico quod dedit, cum fructibus, fœtibus, & acceſſionibus. Qui non eſt hæres, tanquam heres aliquid ſolvens, repetit ſolutum, O IMP. Dos ne publicetur, mariti bonis publicatis. Tutor & curator ſolventes, nihil ex ſolutis repetunt. Si debitor ſine uſuris debitum habeat, poteſt creditor ex fructibus retinere, & illud faciet commode uſque ad legitimas uſuras. Si cum fiſcus pignus diſtrahit, creditor ſilet, rem remiſit. Creditor volens pignus diſtrahere, manifeſtam faciat ſuam voluntatem debitori. Socer & ſocrus ſponſo puellæ aliquid dantes, ſoluto matrimonio non repetunt. Mutua affectio nuptias perficit ſine acceſſione dotalium inſtrumentorum, niſi Protoſpatharius, vel ſuperioris dignitatis ſit. Si quis contra legem nefarias nuptias contraxerit, propriarum rerum jacturam patiatur, niſi ex prioribus legitimis nuptiis pater factus ſit. Mulieri emancipatæ ſoluto matrimonio dos recte reſtituatur, ſic placet enim legibus: ſi vero illa in poteſtate ſit, & dos à patre profecta fuerit, communis eſt patris & filiæ repetitio. Datur dos mulieri etiam conſtante matrimonio, ut det creditoribus, agros emat, vel ut liberis ex alio matrimonio proſpiciat. Diviſio impenſarum hæc eſt, quædam ut neceſſariæ, quædam propter lucrum, aliæ propter voluptatem inſumptæ ſunt: neceſſariæ, moles in mare projecta, inſerere novas vites & arbores, & ad uſum agri ſeminarium facere: utiles meliorem dotem faciunt, quales ſunt, novelleta, & piſtrinum; quæ dotem quidem non minuunt, tamen repetuntur; idem circa voluptuarias. Nemo contra uxorem furti actionem moveat, ſed rerum amotarum. Maritus æſtimatam dotem accipiens, res dotales non videtur accipere, ſed ſolum capit rerum æſtimationem, quam præſtat ſoluto matrimonio. Mater filiæ, ut legibus placuit, non cogitur dotem dare. Mulier poteſt, etiam adhuc conſtante matrimonio, ſi maritum inopem fieri videat,

Βλέπουσα πως τὸν σύζυγον ἄπορον πεφυκότα
Ὡς ἐν ὑποθήκῃ κρατεῖν τὴν ἐκείνου οὐσίαν,
Οὐ μόνον ὑπὲρ τῆς προικὸς ἀλλὰ καὶ ἐξωπροίκων,
Ὑπὲρ προγαμιαίων δικαίων δωρημάτων:
Οὐχὶ συναίνεσις πατρὸς, ἀλλὰ νόμιμος πρᾶξις,
Τῆς ὑπεξουσιότητος ἐλευθεροῖ τὸν παῖδα,
Εἰ δέ τις ἔχοι φυσικοὺς παῖδας τε καὶ νομίμους,
Καὶ τῆς τῶν φυσικῶν υἱῶν ἔτι ζώσης μητέρος,
Τοῖς φυσικοῖς αὐτῆς παισὶ πρὸς δὲ καὶ τῇ τεκού-
σῃ
Οὐ δύναται καταλιπεῖν πλέον μιᾶς οὐγγίας,
Παίδων δ' οὐκ ὄντων φυσικῶν, ἡ συνοικοῦσα μόνως,
Ἐχέτω ἡμιούγγιον τῶν ἐκείνου πραγμάτων,
Εἰ δ' οὔτε παῖδας ἔχει τις οὔτε μὴν γονέας,
Διδότω πᾶν εἰ βούλεται τὸ μέτρον τῆς οὐσίας,
Τοῖς φυσικοῖς αὐτοῦ παισὶν, οὐδεὶς γὰρ ὁ κωλύων:
Εἰ δ' ἀποθνήσκων ἔχοι τις τοὺς τῶν ἀνιόντων,
Διδότω τὴν νόμιμον οὗτος αὐτοῖς μερίδα,
Τὸ δὲ λοιπὸν τοῖς φυσικοῖς παισὶν ἀποκληρούτω.
Εὐνοῦχος, σπάδων δύναται υἱοθετεῖν καὶ μόνος,
Τοῦτο γὰρ ἀπηγόρευται καστράτοις καὶ θλιβίαις,
Ὁ γὰρ τοι σπάδων δύναται παιδοποιῆσαι τάχα.
Εἴ τις ποιήσας πρότερον ἐννόμως διαθήκην,
Δευτέραν ἄλλην γράψειεν, ἡ πρώτη μὴ ῥηγνύσθω,
Εἰ μή γε πρῶτον κυρωθῇ νομίμως ἡ δευτέρα.
Οὐ διατίθεται ὅστις ἧττον δεκατεσσάρων.
Ὁ μὴ διδοὺς τοῖς μάρτυσι ἐφόδιον μαρτυρίας,
Ὑφίσταται τὴν ἔκπτωσιν τοῦ κλήρου παραυτίκα.
Τὰ παρακεχαραγμένα ἢ ἀπαληλειμμένα,
Εἰ μὲν κατ' εἴδησιν εἰσὶ τοῦ διατιθεμένου,
Ἄκυρα πάντως πέφυκεν· εἰ δ' οὐ, ἐρρώσθω πάντα.
Αἱρετικὴ τις ἔνστασις εἴτις οὕτω συγγράφει,
Ἐὰν αὐτὸς πεντήκοντα ἐτῶν ἀποθάνω,
Ὁ Νικηφόρος ἔστω μου τοῦ βίου κληρονόμος.
Τί ἐστι φιδεικόμμισσον ἐάν τις οὕτω εἴπῃ,
Ἀποκατάστησον υἱὲ τῷ δεῖνι τόδε πρᾶγμα,
Τὸ δέ γε φιδεικόμμισσον τὸ καθ' ὁμάδα τοῦτο,
Πᾶσαν ἀποκατάστησον τὴν ἐμὴν τούτῳ κτῆσιν.
Ἐν διαθήκῃ ἄχρηστον οὐδεὶς κληρονομίαν
Ἐν κωδικέλλοις βεβαιοῖ, δόξαν οὕτω τῷ νόμῳ.
Πρὸ δὲ διατυπώσεως κωδίκελλοι γραφέντες,
Μετὰ τὴν διατύπωσιν εἰ μὴ βεβαιωθῶσιν,
Οὐδὲν ὅλως ἰσχύουσιν ὥσπερ μὴ τεθειμένοι.
Ἐπίτροπος ἐπιτροπῆς παυθείσης δίδωσι τόκους,
Μέχρις ἂν ἀλλογισθῇ τὰ τῆς ἐπιτροπείας.
Ἐπίτροπος ὠνούμενος προσώπῳ παρενθέτῳ,
Οὐκ ἔχει τὴν ἐξώνησιν τοῖς νόμοις ἐῤῥωμένην?
Εἰ μὲ μετὰ προκατάρξιν τῆς κατὰ διαθήκης
Μέμψεως ἡ διάλυσις προβαίη κατὰ νόμους,
Ἔχει τὴν διατύπωσιν τελείως ἐῤῥωμένην.
Ὁ παρὰ γυναικός τινος υἱοθεσίαν ἔχων,
Καθ' ἧς αὐτὴ διέθετο κινεῖν οὐκ ἐξισχύει,
Αἰτεῖν μὲν διακατοχὴν ἐπίτροπος ἰσχύει,
Ὑποῦσαν παραιτεῖσθαι δὲ οὐ δύναται κἂν ὅλως.
Πρῶτος βαθμὸς οὐ πέφυκε τοῦ ἐκ πλαγίου γένους,
Μόνος γὰρ οὗτος πέφυκε τῶν ἄνω, καὶ τῶν κάτω,
Τῶν ἄνω μὲν οἱ φύσαντες, οἱ φύντες δὲ τῶν κάτω,
Ἀμφοῖν δὲ τέκνου καὶ πατρὸς ὄντος βαθμοῦ τοῦ πρώτου,
Οἱ παῖδες προτετίμηνται εἰς τὴν κληρονομίαν,
Οἱ δὲ γονεῖς τυγχάνουσι πρῶτοι τῶν ἐκ πλαγίου,
Ἐξῃρημένων ἀδελφῶν καὶ τῶν ἀδελφοπαίδων,
Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδές εἰσιν εἰκότως.
Κεφαλικῶς ἡ ἔγκυος ἐγκαταδικασθεῖσα,
Ἐλεύθερον υἱὸν γεννᾷ, δόξαν οὕτω τοῖς νόμοις.
Θεῖα δίκαια πέφυκεν ἔνια τῶν πραγμάτων,
Ὡς ἱερὰ, καὶ μνήματα, καὶ πόρται, καὶ τειχία,

illius ſubſtantiam tanquam ex hypotheca ſibi habere, non ſolum pro dote, ſed etiam pro paraphernis, & juribus donationum antenuptialium. Non patris conſenſus, ſed actus legitimus, liberat filium à patria poteſtate. Si quis naturales liberos, & legitimos habeat, & naturalium liberorum mater adhuc vivat, ipſi matri & ejus naturalibus liberis, non poteſt relinquere ultra unam unciam: ſi vero non exiſtant naturales liberi, ſed ſolum concubina, illa rerum ejus dimidiam unciam habeto: ſi vero neque legitimos liberos, neque parentes habeat, omnem ſubſtantiam ſi velit filiis naturalibus det, nemo enim prohibet: ſi vero decedens aliquos aſcendentium habeat, det illis legitimam partem, reliquum vero naturalibus liberis relinquat. Eunuchus & ſpado ſolum adoptare poſſunt, illud enim caſtratis & thlibiis prohibetur, nam ſpado poteſt forte liberos generare. Si quis legitime prius teſtamentum condiderit, & aliud ſecundum ſcripſerit, prius ne rumpatur, niſi ante ſecundum jure robur obtineat. Minor quatuordecim annis teſtari non poteſt. Non dans teſtibus viaticum teſtimonii, illico jacturam hereditatis ſuſtinet. Quæ cancellata, vel deleta ſunt, ſi quidem ſciente teſtatore, omnino irrita ſint: ſi vero ſecus omnia valeant. Inſtitutio conditionalis eſt, ſi quis ita ſcribit: ſi ipſe annorum quinquaginta moriar, Nicephorus mihi heres eſto. Fideicommiſſum eſt, ſi quis ita dicit; rem tali fili reſtituito. Univerſale vero fideicommiſſum eſt illud, omnem meam ſubſtantiam illi reſtituito. Inutiliter datam teſtamento hereditatem, nemo codicillis confirmat, ſic placuit legi. Codicilli ſcripti ante teſtamentum, niſi poſtea teſtamento confirmentur, penitus non valent, ac ſi ſcripti non eſſent. Tutor finita tutela dat uſuras, quoad uſque tutelæ rationes reddiderit. Tutor emens rem pupillarem per interpoſitam perſonam non habet emptionem legibus roboratam. Licet poſt litis conteſtationem tranſactio ſuper querela de inofficioſo facta ſecundum leges procedat, teſtamentum tamen perfecte valeat. A muliere adoptatus contra ejus teſtamentum querelam movere non poteſt. Tutor bonorum poſſeſſionem poteſt petere, nullomodo vero repudiare. Primus gradus non eſt generis ex latere, ſolus enim iſte eſt eorum qui ſupra, & qui infra ſunt; ſupra quidem parentes, infra liberi: amborum patris & filii primus eſt gradus: liberi præferuntur in ſucceſſione: parentes vero potiores ſunt illis qui ex latere veniunt, exceptis fratribus fratrumque filiis: illi quibus partes abundant recte filii ſunt. Prægnans ultimo ſupplicio damnata, liberum filium parit, ita placuit legibus. Nonnullæ res divini juris ſunt, ut templa, monumenta, portæ, muri. Aliæ ſunt

Ἀλλὰ δὲ εἰσιν ἀνθρώπινα, ἃ δὴ καὶ τέμνεται κάλω,
Τὰ μὲν ὡς ἰδιωτικὰ, τὰ δὲ δημόσιά πως.
Ταῦτα μὲν τῆς κοινώματος, τὰ πρῶτα τοῦ καθ' ἕνα.
Εἰς πόρνην δόσις ἄσεμνος ἔρρωται κατὰ νόμους.
Τὴν δ' ἐρρωμένην δωρεὰν, οὐδ' αὐτοκράτωρ παύει.
Πάντα μὲν χρησιμώτατα τὰ ΛΕΟΝΤΟΣ βιβλία,
Πολύχρηστον δὲ πέφυκε τούτων τὸ τελευταῖον,
Τῆς συγγενείας οἱ βαθμοὶ σταυρικῶς γεγραμμένοι,
Ἄνω καὶ κάτω ΔΕΣΠΟΤΑ διχόθεν δ' ἐκ πλαγίου,
Δηλώσουσί σοι τοὺς βαθμοὺς, τοὺς πρώτους, τοὺς ἐσχάτους
Κἂν οὕτως* παραγράφεις τούτοις ἄναξ τὸν στίχον,
Εὐσύνοπτον ποιήσει σοι τὴν γνῶσιν τῶν γραφέντων.
Μάθε καὶ τὸν ζητούμενον σήμερον πλέον νόμον.
Ὃν ὁ πρεσβύτης ΡΩΜΑΝΟΣ εἰσήνεγκε τῷ βίῳ,
Οὕτως καὶ γὰρ ἐκώλυσε τὰς πράσεις τοὺς χωρίταις,
Τὰς πρὸς μεγάλα πρόσωπα τὸ πρῶτον γινομένας,
Τούτοις γὰρ ἀπετείχισε μέχρι καὶ τῶν ἐσχάτων,
Χωριτικὴν ἀγροικικὴν ὅλως κτήσασθαι κτῆσιν,
Ἢ ἀγορασίαις ἢ δωρεαῖς ἢ καὶ κληροδοσίαις.
Ἀντιστροφὴ καὶ γὰρ αὐτοῖς ἀνάργυρος ἐτάχθη,
Καὶ τοῖς πωλῆσαι μέλλουσι τῶν χωριτῶν οἰκείαν
Τὴν κτῆσιν τὴν ἀκίνητον ἣν ἔσχον ἐν χωρίοις,
Δέδωκεν εἰς ἐξώνησιν τοὺς συμπαρακειμένους,
Ὧν πρῶτον μὲν οἱ κάμβιοι τῶν συγγενῶν πλησίον,
Μεθ' οὓς οἱ μόνον ἀναμὶξ τούτοις συμβεβλημένοι,
Καὶ μετ' αὐτοὺς ὁμοτελεῖς συμπαρατεθειμένοι,
Μεθ' οὓς οἱ μέρει σύνεγγυς οὗτοι γὰρ τελευταῖοι,
Τυγχάνουσι δ' ὁμοτελεῖς ὡς ἤρεσε τοῖς νόμοις,
Ὁμοῦ πάντες οἱ τῆς αὐτῆς ὑποταγῆς τυχόντες,
Κἂν διαφόρων ἔχωσι τελέσματα τοπίων.
Ὁ δὲ πορφυρογέννητος ΒΑΣΙΛΕΙΟΣ δεσπότης,
Τοῖς δυνατοῖς ἀπέκλεισε πᾶσαν ἰσχὺν τοῦ χρόνου,
Κἂν εἴποις τεσσαράκοντα, κἂν εἴποις δὶς τοσούτους,
Ἀπεῖπε δὲ τοῖς δυνατοῖς τιμὰς ἀναλαμβάνειν,
Ὡς ἴσως ἠγοράκασι ἐκ χωριτῶν τοπίων,
Τὸν νόμον δ' ἀνταπέλυσε τοῦτον ἀπὸ τοῦ πάππου,
Τὴν πᾶσαν ἔχειν δύναμιν τῶν διηγορευμένων.
Εἰ δὲ τινες τῶν χωριτῶν εὐκτήρια τελοῦντες.
Κλήσεις ἐπιτεθήκασι τούτοις μοναστηρίων,
Κἀντεῦθεν ἐκ προφάσεως ὁρμὴν ἐφωρμηκότες,
Τῶν ἐπισκόπων ὕστερον ἐκράτησε τὸν τόπον,
Ἐναφίσιν ἡ παρὰ τούτων πάντων ποιεῖται,
Καὶ πάλιν ἀποδίδωσι τὰς κτήσεις τοῖς χωρίταις.
Εἰ δ' ἴσως ἐπηυξήθησαν αἱ κτήσεις αἱ τοιαῦται,
Πολλοί τε ἀπεκάρησαν τῶν πεπλησιακότων,
Ἐπίδοσίς τις γέγονε τούτων τῶν εὐκτηρίων,
Ὀκτὼ καὶ δέκα-μοναχῶν τούτους ἀποκαρέντων,
Τούτων οὐδὲν ἀνῄρητο καλῶς ὁ νομοθέτης.
Πρὸς τούτοις ἐδογμάτισεν ὑπὲρ τοῦ δημοσίου,
Ἵνα μὴ χρόνος κατ' αὐτοῦ τὸ σύνολον ἰσχύσῃ.
Ἐπεὶ δὲ νόμον εὕρετο τοὺς πρωτοσπαθαρίους,
Καὶ τοὺς ἄνω συγκλητικοὺς φονέας γινομένους,
Τὴν κόλασιν ὑφίστασθαι μόνην τῆς ἀτιμίας.
Ἕτερον αὐστηρότερον εἰσήνεγκε τῷ βίῳ,
Τοὺς ἐκ μελέτης ἅπαντας φονέας δεδειγμένους,
Κἂν ὦσι τῶν συγκλητικῶν φονεύεσθαι δικαίως.
ΑΡΚΕΙ σοι ταῦτα, ΔΕΣΠΟΤΑ, τῶν νόμων εἰρημένα,
Τὰ μὲν γὰρ ἰδικώτερον τυγχάνει γεγραμμένα,
Τὰ δὲ κανονικώτερον ἐγράφη στιχοφόρα.
Πάντων δὲ ὑψάμενος τῶν μερῶν ΔΕΣΠΟΤΑ τῶν νομίμων
Καὶ σοι συντομώτατον βιβλίον εἰργασάμην,
Ἕτοιμον εἰς κατάληψιν, καὶ πρόχειρον εἰς γνῶσιν.

* οἱ τα.

ΤΕΛΟΣ.

humanæ, quæ ita dividuntur: quædam privatæ, quædam publicæ. Illæ ſunt univerſitatis, primæ vero uniuſcujuſque. Meretrici facta inhoneſta donatio ſecundum leges valet. Donationem recte factam neque Imperator reſcindit. Certe omnes LEONIS libri multum utiles ſunt, ultimus vero maxime utilis: nam in eo conſanguinitatis gradus in modum crucis deſcripti ſunt: ſupra, & infra. O DOMINE, bipartito, & ex latere, demonſtrabunt tibi gradus primos & ultimos, quos ſi quis, O REX, his verſibus adſcripſerit, ſcriptorum notitiam in pulcherrimo compendio tibi dabit. Diſce hodie, & audi perſcrutantem legem quam SENIOR ROMANUS vivens expoſuit: Sic enim cohibuit venditiones à ruſticis prius perſonis illuſtribus factas: illis uſque ad ultimum prohibuit, prædia & agros, vel emptione, vel donatione, vel ſucceſſione acquirere, & reſtitutionem etiam non numerato pretio villanis ſtatuit. Quod ſi vellent quidam ruſtici immobilem prædialem poſſeſſionem vendere, circumadjacentes ad emptionem vocavit: primum quidem poſiti ſunt cognati, deinde qui promiſcue cum illis poſſeſſiones habet, & poſt illos qui eadem tributa pendentes circumpoſiti ſunt, tandem qui pro parte vicini ſunt, illi enim ultimi, Vocantur verò ὁμοτελεῖς ut legibus placuit, qui ſimul ejuſdem ſubjectionis ſunt, licet pro diverſis locis & fundis tributa pendant. At Dominus BASILIUS in Porphyra natus, potentioribus omne temporis robur præcluſit, ſive annos quadraginta dicas, ſive illos duplices: & prohibuit potentioribus recipere pretia agrorum quos à villanis emerunt: illam vero legem à proavo retexuit, edictorum omnem virtutem habituram. Si quidam ruſtici oratoria ædificantes, illis nomina monaſteriorum impoſuerunt, & deinde quidam Epiſcopi ſpecioſo quodam impetu delati, locum in ſuam poteſtatem redigunt: illa omnia novella ſuſtulit, & rurſus poſſeſſiones ruſticis reddit. Quod ſi auctæ ſint illæ poſſeſſiones, cum multi vicini in illis tonſi ſint, & donatio collata illis oratoriis ſit, tonſis ibi octodecim monachis, nihil illorum recte ſuſtulit legiſlator. Poſthæc ſtatuit de fiſco, ne contra eum tempus ullum valeat. Deinde legem invenit, Protoſpatharios & ſupra omnes patricios, homicidas, infamiæ ſolius pœnæ ſubjici. Aliam ſeveriorem expoſuit, omnes qui ex ſtudio homicidæ probati fuerint, etiam ſi ſint ex Patriciis, juſtum eſſe occidi. Hæc legum dicta, O DOMINE, tibi ſufficiant, quorum quædam proprie ſcripta, quædam regulariter delineata ſunt, O IMPERATOR, quæ ex omnibus legum partibus O DOMINE, colligavi, & tibi compendioſiſſimum librum perfeci, ad comprehenſionem paratum, & ad notitiam manuale.

FINIS.

Digitized by Google

FRANCISCI BOSQUETI, JC[TI.]

AD

MICHAELIS PSELLI,

SYNOPSIM LEGUM,

BREVES NOTÆ,

SEU

Locorum Juris ad hujus operis lucem indices.

INSCRIPTIO hujus operis eſt diverſa, nam in Bibliotheca Vaticana unus codex habet hanc inſcriptionem, τοῦ Σοφωτάτου ψελλοῦ εἰς τοὺς νόμους πρὸς τὸν Βασιλέα Κύριον Ἀλέξιον ἐπιτομή. Alter verò Σύνοψις ἐπιτομὸς τῶν νομικῶν κεφαλαίων πρὸς τὸν Βασιλέα Μιχαὴλ τὸν Δοῦκα. Ille incipit Μέγα καὶ δυσθεώρητον: Iſte πολὺ καὶ, &c. Finis tamen ἕτοιμον εἰς κατάληψιν &c.

Verſ. 1. 4. 7. Anton. Auguſtinus in lib. de nominib. τοῦ πανδέκτου primus hos verſus edidit quibuſdam immutatis, ut verſu 15. πανταδαπῶν χωρίων. Rectè hic codex δοχείων. Harmenop. lib. 1. tit. 1. n. 6. ἃ καὶ Δίγεστα ἤτοι πανδέκτην, ὡς πάντων δέκτικα τῶν νόμων ἐκάλεσεν. Quod ſpectat ad hujus Pandectes genus, cujus gratia hos verſus protulit Auguſtinus, notavit ante Caſaubon. ad Strabon. rectè feminam à Latinis credi, quibus & χάρτης charta ejuſdem ſexus eſt.

Verſ. 18. Juſtinian. in conſtit. de confirm. Digeſt. τάτε γὰρ καλούμενα παρ' ἡμῖν πρῶτα ἐν τέσσαρσι ἀπεθέμεθα βιβλίοις. Et in Conſtit. *de rat. doc.* primam legum partem eis tradi ſancimus, quæ Græco vocabulo πρῶτα nuncupatur, qua nihil eſt anterius, quia quod primum eſt aliud ante ſe habere non poteſt. Pſellus autem fortè hîc accipit nomine priorum, univerſam Digeſtorum priorem collectionem, quæ ad quintam partem pertingit, quam intra contractuum omnium natura explicatur: ideo verſic. 19. primi quatuor Digeſtorum libri qui κυρίως πρῶτα ſunt, priorum prima pars dicuntur. Aliquando volui legere, περὶ διαταγμάτων à Prætoris edicto quod hanc partem univerſam implet, & à quo Pandecten ſe auſpicatum fuiſſe Juſtinianus teſtatur, dict. Conſtit. *de rat. doc.*

Verſ. 20. & ſeqq. Juſtinian. dict. conſtit. ἐφεξῆς τε τὰ *De Judiciis*, ἐν ἑτέροις ἑπτὰ καὶ τὰ *De rebus*, οὐκ ἐν πλείοσι τῶν ὀκτώ, &c.

Verſ. 26. in dict. conſtit. latin. quartus autem locus qui & totius compoſitionis quaſi quoddam invenitur umbelicum, octo libros ſuſcepit. Græc. τὸ δὲ ἐφεξῆς τοῦ συγγράμματος μέρος, ὅπερ δὴ τέταρτόν τε ἅμα καὶ μέσον ἐστὶ τοῦ παντὸς ὀκτὼ βιβλίοις ἄλλοις ἐναπεθέμεθα. & infra. καὶ μεσαίτατον ὡς εἴρηται τοῦτο μέρος τῆς πάσης συντάξεως, &c. quæ me ducunt, ut legam hoc verſu καθάπερ εἴτις ὀμφαλός.

Verſ. 28. Juſtinian. ibid. συναγάγομεν εἰς ἐννέα βιβλίων ἀριθμὸν, ὧν ἡγεῖται μὲν τὰ περὶ διαθηκῶν, &c.

Verſ. 30. ſexta pars varia tractat, de quib. conſule dictam Juſtin. conſtitut. Duo verò ſingulares libri qui id volumen, quod Neoterici Infortiatum vocant, concludunt rectè, de variis gradibus inſcribantur, cum omnes fere eorum tituli in edicto ſucceſſorio verſentur. Ideo meritò Juſtin. dict. conſtit. καὶ αὐτὰς τὰς τῶν γενῶν τάξεις, καὶ τοὺς ἐπὶ τούτοις βαθμοὺς ἐγγράψαντες τῷ βιβλίῳ, &c.

Verſ. 38. Juſtin. dict. conſtit. Et poſt hoc duo terribiles libri poſiti ſunt, pro delictis privatis, & extraordinariis, nec non publicis criminibus, qui omnem continent ſeveritatem pœnarumque atrocitatem.

Verſ. 44. Harmenop. lib. 1. tit. 1. τὰ Δίγεστα καὶ τοὺς Κώδικας καὶ τῶν Ἰνστιτούτων ἤγουν τὴν τῶν νόμων εἰσαγωγὴν πολλὰ, καὶ τὰς παρ' αὐτὰς εἰς ἓν πάντα συναγαγὼν ὁμοῦ, καὶ τὴν τοιαύτην πραγματείαν ἐν βιβλίοις συμπληρώσας ἑξήκοντα, τὴν λεγομένην ἑξηκονταβιβλον τελείως ἐπήρτησεν, &c. vide Attaliatam in Synopſeos præfat.

Verſ. 50. Harmenop. dict. tit. τὰ Ἰνστιτοῦτα τουτέστι τῶν νόμων εἰσαγωγὴν ὡς πρῶτα στοιχεῖα τοῖς τοὺς νόμους παιδευομένοις Attaliata dicto loco, τὴν τῶν νόμων εἰσαγωγὴν συντεμὼν, ὡς πρῶτα στοιχεῖα τοῖς νομοτριβουμένοις ex Juſtiniano in Proœm. Inſtit. §. 4. *ut ſint totius legitimæ ſcientiæ prima elementa.* πάσης νομικῆς παιδεύσεως ἐσομένας πρῶτα στοιχεῖα vertit Theophilius. Gloſſæ Baſilic. Ἰνστιτούτων. εἰσαγωγικῶν νομίμων, εἰσαγωγὴ νόμων.

Verſ. 63. indicat ſine dubio Euſtathium Anteceſſorem in lib. περὶ χρονικῶν διαστημάτων ἀπὸ ῥοπῆς ἕως ρ. ἐτῶν, ex quo multa decerpſiſſe infra videbimus. Notanda ſanè eſt inſcriptio ejus libri hîc à Pſello relata, alia ab ea quæ vulgo editur, cujus primus titulus eſt περὶ ῥοπῆς.

Verſ. 66. difficile eſt admodum è qua juris parte hæc priora collegerit Pſellus advertere: nobis maximè Græcorum collectionibus deſtitutis, quales Μικρὸν, πρόχειρα, & ἐπιτομαὶ juris quæ ſæpius κατὰ στοιχεῖον ſcribuntur. Videtur tamen decurriſſe aliquam epitomen Inſtitutionum inſtar compoſitam, ut ſuis locis notabimus. Hic autem verſus explicat definitionem legis relatam à Papiniano lib. 1. Definit. l. 1. D. *de legib.* ſane Epitome τοῦ ἑξαβίβλου quæ habetur in Bibliotheca Vaticana,

Tit. 1. περὶ νόμου καὶ δικαιοσύνης. κέφαλ. ά. νόμος ἐςὶ κοινὸν παράγγελμα, ἀνδρῶν φρονίμων δόγμα ex qua potuit hæc excerpere Pſellus, & ſequentia.

Verſ. 72. ea eſt mens Pſelli, ut duplex ſtatuat jus naturale, aliud quod omnibus animantibus commune ſit, & quod naturale propriè vocetur, l. 1. §. *jus naturale* D. *de Juſtit. & jur.* aliud quod inter ſolos homines valeat, in bonorum nempe, & malorum conſcientia, de quo D. Paul. Epiſtol. 1. ad Rom. cap. 2. ὅταν γὰρ ἔθνη τὰ μὴ νόμον ἔχοντα, φύσει τὰ τοῦ νόμου ποιῇ, οὗτοι νόμον μὴ ἔχοντες ἑαυτοῖς εἰσὶ νόμος· οἵτινες ἐνδείκνυνται τὸ ἔργον τοῦ νόμου γραπτὸν ἐν ταῖς καρδίαις αὐτῶν, συμμαρτυρούσης αὐτῶν τῆς συνειδήσεως, καὶ μεταξὺ ἀλλήλων τῶν λογισμῶν κατηγορούντων, ἢ καὶ ἀπολογουμένων. Jus verò gentium eſſe quo gentes utantur ſecundùm definitionem datam, *d. l.* 1. §. *ult.* non tamen gentes omnes, ſed eæ demum quæ ad aliquam rationis normam vivunt, quod Theophil. l. 1. Inſtit. tit. 2. νομιμὸν ἐςὶ τὸ κατὰ πάντων ἀνθρώπων, ἤγουν τῶν λελογισμένως βιοῦν ἐθελόντων ὁπικτωμένων.

Verſ. 79. non aptior mihi viſa eſt σχέσεως interpretatio, quam inſtinctus & appetitus; quid enim animantibus naturalius inſtinctu? quo veluti ratione, & ut ait Plutarchus quaſi genio utuntur. Item autem quod ὁρμὴ Heſychio σχέσις. ut animalia χρῶνται τῇ ὁρμῇ φυσικῶς ἀγούσῃ πρὸς τὸ φαινόμενον οἰκεῖον. * Plutarch. adverſ. Colot. legere aliquando volui στέρξεως ut mutuum parentum & liberorum affectum ſignificarem, eo enim juris naturalis exemplo utuntur Græci Interpretes. Theophil. lib. 1. tit. 2. Inſtit. καὶ τῆς πρὸς τοὺς τεχθέντας στοργῆς. Harmenopul. lib. 1. tit. 1. hoc ſolum adducit, οἷον τὸ τὰς μητέρας στέργειν τὰ γινόμενα ἐξ αὐτῶν.

Verſ. 87. apparet manifeſtè legendum eſſe τοπικὸν, non τε πικον. Theoph. τί ἐςι πολιτικὸν νόμιμον; ὅπερ τοπικὸν καὶ χρειῶδες. ex uſu, utile videtur dixiſſe Harmenop. πολιτικὸς νόμος ἐςὶν ὅταν μία πόλις μόνη κέχρηται, διὰ τὸ συμφέρον αὐτῇ.

Verſ. 88. non ſecutus eſt Papinianum lib. 2. definit. ubi jus civile à prætorio diſtinguit, illiuſque partes enumerat. Jus autem civile quod ex legibus, Plebiſcitis, Sctis, decretis principum, auctoritate prudentium, venit. Jus prætorium eſt, quod prætores induxerunt, &c. l. *jus autem civile.* 7. *de juſt. & jur.* quæ tamen confundit Juſtinianus I. *de jur. nat. gent. & civ.* & ſex partes juris ſcripti ſtatuit; de quo & Baſilic. lib. 2. tit. 1. cap. 14. εἰσήχθη δὲ ἢ ἀπὸ δωδεκαδέλτου, ἢ τῶν τῆς θεσπισμάτων, ἢ τῶν βασιλικῶν δογμάτων, ἢ τῆς αὐθεντίας τῶν σοφῶν. καὶ τὸ πραιτώριον νόμιμον, ζῶσα φωνὴ τοῦ πολιτικοῦ ἐςι.

Verſ. 91. Hic eſt inſtitutionum juris, & edicti perpetui ordo, quem tamen verſu ſequenti invertit quemadmodum & Attaliata qui ipſo in initio ſuæ Synopſeos tit. 4. περὶ ἐνοχῶν καὶ ἀγωγῶν tractavit. Quare venit in mentem ut exiſtimem, Pſellum, & eum è quo hos verſus decerpſit ille, illa juris prolegomena de juſtitia & jure, de lege, &c. præmiſiſſe, tum demum ab actionibus tanquam à præcipua juris parte cœpiſſe. Porro ad hos verſus v. l. 1. & 2. D. *de ſtat. hom.* & §. ult. I. *de jur. nat. gent.* tit. 13. μητέρας γὰρ τῶν ἀγωγῶν αἱ ἐνοχαὶ vocat Pſellus, δεσμοὺς, δικαίους, Juſtinianus, obligatio eſt juris vinculum ἐνοχὴ δεσμὸς δικαίου Theoph.

Verſ. 95. vid. Inſtit. *de Obligat.* §. 2. *Cajus litteris omiſit* l. 1. D. *oblig. & act.* Græci. αἱ ἀπὸ συναλλάγματος ἀγωγαὶ, ἢ ἐν πράγματί εἰσιν, ἢ ἐν ἐπερωτήσει, ἢ συναινέσει lib. 52. Baſil. tit. 1. cap. 1.

Verſ. 96. neſcio ex quo juris capite hauſerit Pſellus obligationem quæ re contrahitur, parere ſolum actiones reales. Id enim juri noſtro manifeſtiſſimè adverſatur. Nam pleræque perſonales actiones ab obligatione reali naſcuntur, condictiones quidem mutui, & indebiti. §. 1 *quib. mo. contrah obligat.* I. num. itaque legemus οὐδὲ μόνας.

Verſ. 100. exemplum eſt obligationis quæ litteris contrahitur, in exceptione non numeratæ pecuniæ, quam intra quinquennium opponere oliſ licebat, ſed Juſtinianus biennio concluſit l. *in contractib.* 14. C. *de non num. pec.* §. ult. I. *de litter. obligat.* quod autem verſu 104. ſcribitur, referri debet ad id exemplum, nam tacente debitore per biennium, ex illo ſilentio junctis litteris, quæ debitum continebant, litterarum obligatio naſcitur: vel certè exceptionis ope tollenda ſilentio vires ſumit, quæ jam oratione litterarum contracta erat. *l. non figura litterarum* 38. D. *de oblig. & act.*

Verſ. 107. falſum eſt exactè loquendo quod hîc Pſellus profitetur, neque enim una actio aliam parit, cùm ſola obligatio unica ſit actionis mater. Multæ quidem ex una eademque obligatione actiones naſcuntur (licèt non ſemper omnibus agi poſſit) quæ tanquam germanæ ſorores, obligationis filiæ concurrunt: at nuſquam earum alia alteram parit. Fortè Pſellus de obligationibus hîc accipiendus: ita ut præcipuas ex obligatione natas actiones, ἐν πλάτει pro ipſis obligationibus ponat: ut cùm ex ipſo actu furtivo, actiones dupli & quadrupli, & condictiones; ex lege Aquilia multæ item actiones naſcantur: ex ipſa furti & Aquiliæ actione, alias prodire dicat. Quod ſanè recto ſermone efferri non poteſt, cùm actu ſive contractu, delicto vel quaſi, pro diverſis cauſarum figuris actiones diverſæ ex ipſa obligatione, non invicem ex ſe ipſis emanent. Ex actu enim & contractu obligamur, ex obligatione multæ contra nos & nobis ob reciprocationem contractus actiones competunt.

Verſ. 117. contractum dixi ſecutus Ulpianum *l. labeo.* 19. D. *de verb. ſign.* l. 7. §. 2. D. *de Pact.* hæc verò contractus definitio, & omni pactioni communis eſt, quæ duorum pluriumve in idem placitum conſenſus definitur l. 1. §. 2. D. *de pact.*

Verſ. 132. cum notiſſima ſit actionis diviſio, ut alia ſit in rem quæ dicitur vindicatio, alia in perſonam quæ condictio. l. 25. D. *de verb. oblig.* & Pſellus hîc dicat ιν ῥὲμ δὲ ἡ καθέλου certum eſt legendum Οὐινδικτίτιος Baſilic. lib. 52. tit. 1. cap. 23. τῶν ἀγωγῶν β. γένη εἰσὶν, ἢ γὰρ ἰν ῥὲμ εἰσι, καὶ καλοῦνται Οὐινδικτίωνες. Gloſſ. Baſilic. in rem καθόλου ἤγουν ἡ διὰ πράγματος ἀγωγή. Scholion Græc. citatum à Carolo Labbæo D. loc. Baſilic. Οὐινδικτίων λέγεται ἡ ἐκδίκησις: Κονδικτίκιος δὲ ἡ ἀπαίτησις.

Verſ. 143. verum eſt quod generaliter dixit Pſellus, duas ex ſtipulatu actiones, ex verborum obligatione naſci. Cùm tamen ſuper diverſis rebus ſtipulationes interponantur, è quibus actiones aliquando certo nomine inſignitæ, aliquando nullo, ſed ſub generali nomine veniunt: hic recenſet quaſdam ex illis, ut hoc verſu æſtimatoriam quæ præſcriptis verbis eſt actio. l. 1. §. 1. D. *de æſtimat. act.* Rectè Gloſſ. Baſilic. πραισκρίπτις βέρβις ἡνίκα τι διατιμησάμενος πρᾶγμα παράσχω σοι ἐπὶ ᾧ πωλῆσαι εἰπὼν, ἢ φέρε μοι εἰς τοῦτο τόσα νομίσματα, ἢ αὐτὸ τὸ πρᾶγμα.

Verſ.

Digitized by Google

Verſ. 146. alia actio nata ex verbis, damni infecti, de qua elegans eſt Gloſſa Baſilica, quam ita verto. Damni infecti, videlicet de imminenti & futuro damno, eſt prætoria ſtipulatio, ex obligatione verborum nata, quæ perſonalis eſt, & tranſit contra heredes, & ad heredes. Movetur autem, quando vicini domus propter ſubeuntem putredinem caſum minatur, ſi noluerit vicinus ejus curam habere, neque ſtipulari. Quod ſi contingat ex illa ruina me damno affici, ad illud damnum reſarciendum mittor in poſſeſſionem ruinoſæ domus. Illud igitur timens vicinus univerſarum ædium dominus, ſtipulationem illam interponit. Ergo ſi nolit vicinus ſtipulari, mittor in poſſeſſionem ad reparandam domum: & ſi intra quatuor menſes ſumptus recipio à vicino, decedo de poſſeſſione, ſi vero non recipio, dominus fio poſſeſſionis ex altero decreto. Legendum enim hic exiſtimo ἰδὲ ὐκ, δεσπότης γίνομαι τῆς ἐξ ἑτέρυ νόμης.

Verſ. 149. accipe de ſtipulationibus olim heredem inter & eum cui reſtitui debebat hereditas, poſitis, de quibus. Vide Juſtinian. I. *de fid. hered.* & in Baſilic. tit. περὶ φιδεκομισσαρίων ἀναγων ἀποκαταςάσεως ἀποκαταςατικὴ dicitur lib. 27. Baſilic. tit. 7. cap. 41. & in Schol. Synopſ. lib. 18. p. 186. ἡ κινυμένη κατὰ τῦ προσάγοντος ἀποκαταςῆσαι τὴν κληρονομίαν.

Verſ. 151. legatorum abſolutè vocat ſatisdationem quæ legatariis ab herede præſtatur. Gloſſ. Baſil. λεγατάριμ. ικαυοδοσίαν. λεγατάριμ. ὀνόματι λεγατη. de qua tit. ut leg. vel fideic. nom. cau. vulgaris vocatur l. *filiusf.* 114. D. *de l.* 1.

Verſ. 154. Νουατιον legendum, quæ eſt prioris debiti in aliam obligationem, vel civilem, vel naturalem, transfuſio, atque tranſlatio. Hoc eſt cùm ex precedenti cauſa ita nova conſtituatur, ut prior perimatur. Novatio enim à novo nomen accepit. Gloſſ. Baſilic. Νοβάτιον. καινισμὸς καὶ μετάθεσις τῦ παλαιοῦ χρέους εἰς ἑτέραν ἐνοχὴν, ἀφ' ὧ τὴν πρώτην ἀναιρεθῆναι. νοβάζειν δὲ λέγεται ἀπὸ τῆς καινῆς ἤτοι τῆς νέας ἐνοχῆς. easdem Gloſſas emenda Νοβανδάνδμ. Lege Νοβανδι αιμα, ἀνανεοῦντες ψυχὴ.

Verſ. 197. ſi quem ordinem hac in Synopſi obſervare licet, putarim huic verſui ſubnectendos eſſe verſus 780. ad 794. quibus deinde conjungerem verſus 812. uſque ad 843. inſertis verſibus 805. ad 812. donec rediret oratio ad verſum 458. à quo κατὰ στοιχεῖον agere incipit de actionibus. Atque eo tractatu finito, in ordinem cogerem tractatum de temporibus verſu 672. eoque acto ad hunc verſum 198. retrogreſſus varias has regulas ex univerſo jure decerptas, unà cum Novellarum regulis in unum colligerem uſque ad verſum 1078. à quo una linea ultima pars ad finem perducitur. At quia Græcorum Interpretum penuria has in ambages nos detrudit, indigeſtos hos verſus ita ut ſcripti ſunt mendis ſolum manifeſtiſſimis liberabimus.

Verſ. 205. explicatio legis 202. D. *de reg. jur.* πᾶς νομικὸς κανὼν σαθρὸς ἐςι. ὀνχερὸς γὰρ ανατρέπονται corrige ἀνατρέπεται, lib. 2. Baſilic. tit. 3. c. 194. ita apud Harmenop. lib. 6. tit. 2. §. 35.

Verſ. 202. eſt regulæ definitio, ex l. 1. D. *de div. reg. jur.*

Verſ. 206. hi verſus excerpti ſunt ex Inſtitutionibus, quarum tituli perverſum carminum ordinem demonſtrabunt. vide lib. 1. tit. 1. & 2.

Verſ. 210. §. 1. §. 2. I. *de jur. perſon.* quo titulo §. ult. cum dixiſſet Juſtinian. in ſervorum conditione nulla eſt differentia; in liberis autem multæ. ἐςιν οὖν ἄτομος ἡ δουλεία, ἐπὶ δὲ τῶν ἐλευθέρων πολλὰς εὑρήσκομεν διαφοράς. ait Theoph. inde ſumpſit Pſell. verſum 212.

Verſ. 214. ex tit. *De ingenuis* I. §. & è contrario, quia non debet calamitas matris ei nocere qui in ventre eſt. ὁ γὰρ κυοφορύμενος οὐ βλάπτεται ἐκ τῆς συμφορᾶς τῆς περιςάσης τὴν μητέρα Theophil. aliò tamen induxerat ille è quo Pſellus dicens γέγονα τῶν πατέρων.

Verſ. 215. ex tit. *qui & quib. ex cauſ. manum. non poſſ.* & §. ult. verſ. 216. & 217. hodie tamen & anno 14. in teſtamento manumittere minor poteſt ἄδειαν εἶναι τοῖς νέοις ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ ὅπερ ἔξεςιν αὐτοῖς διατίθεσθαι περὶ τῆς ἄλλης αὐτῶν περιουσίας καὶ τοὺς ἰδίους οἰκέτας τελευταίαις βουλήσεσιν ἐλευθεροῦν Novella 119. cap. 2.

Verſ. 218. §. *ſi adverſus* 12. *De nupt.* I. verſu 220. §. *edicto.* 14. I. *de uſu cap.* verſ. 223. § *hæ mortis cauſa.* I. *de donat.* verſ. 226. §. *nam dotale.* I. *quib. alien. non lic.* verſ. 228. §. *nunc admonendi* 2. eod. tit. verſu 223. & ſeqq. tot. tit. *per quas perſon. nob. acquir.* Reliquos verſus percurre, & inſtitutionum locis adapta, nullo ſervato titulorum ordine, niſi hos etiam verſus velis invertere. Quædam tamen, raro licet, permixta ſunt ex diverſis juris locis excerpta.

Verſ. 235. ſunt ἰδικαὶ κτήσεις & καθ' ὁμάδα. §. ult. I. *per quas perſ. nob. acq.* verſ. 238. §. ult. I. *de teſtam. ord.* verſ 239. §. 6. & ſeqq. I. eod. tit. id eſt eorum qui in eadem poteſtate ſunt, nec in teſtamento teſtes eſſe poſſunt, nec alio in quovis negotio, in quo parentis vel ſua aliqua utilitas verſatur. l. *qui teſtamento.* 20. §. *quæ autem.* D. *qui teſt. fac. poſſ.* recte Harmenop. αἱ οἰκειακαὶ μαρτυρίαι ἀποδοκιμάζονται, ὅταν δηλονότι μέλλη τις κτᾶσθαι διὰ τὴν μαρτυρίαν περιφέρειν. ex quo ſupplendum puto cap. 24. tit. 1. lib. 21. Synopſ. Baſilic.

Verſ. 240. §. *ſi filiusf.* I eod. t. §. 3. & ſeq. *de milit. teſt.* I. §. 2. *quib. non eſt perm. fac. teſtam.* verſu 243. §. 1. I. *quib. non eſt perm. fac. teſt.* verſ. 245. §. *præterea. verſic. filius.* eod. tit. verſ. 246. §. *emancipatus* 3. I. *de exheredit. liber.* verſ. 247. I. *de hered. inſtit.* in p. verſ. 248. §. *hereditas* 5. eod. t. verſ. 249. videtur erro hic verſus. verſ. 250. eod. §. 5. *verſic. neque enim ex parte.* I. *de hered. inſtit.* verſ. 252. ex tit. de vulg. ſubſtit. videtur autem ſubnectendus verſui 254. verſ. 285.

Verſ. 255. redit ad *lib.* 1. *Inſtitut.* tit. *de nupt.* §. 1. verſ. *inter eaſ.* & § *ſi adverſis* 12. verſ. 257. §. *aliquando.* 13. I. eod. tit. verſ. 259. §. 4. verſ. item. *non aliter.* I. *de adoption.* à verſu 221. ad 273. *ex tractat. de tutel. de ſuſpecto* verſ. 273. *accipe.* §. 4. I. *de ſuſpect. tut. & explica* verſ. 261. ex Novell. 22. cap. 40.

Verſ. 274. §. *ferè igitur.* 12. I. *de rer. diviſ.* verſ. 275. §. *eſt autem litus.* 3. I. *eod. tit.* verſ. 276. *Theophil.* §. *ripatum* 4. & §. *ex diverſo.* 30. verſic. εκεινο ubi & canonem vocat. verſ. 277. ex tit. I. *de ſervitut.* Gloſſ. Baſilic. ἄκτος ἡ πλατυτέρα ὁδὸς. verſ. 278. §. *quod autem.* 3. verſic. unde. I. *de uſucap.* verſ. 280. §. *poſteriore* 2. I. *quib. mod. teſt. infirm.* verſ. 281. *in princ.* tit. *de inoff. teſt.* I. *ab hinc adverſum* 365. inſtitutionum, & juris locis quæque adapta: ſufficiat ordinem demonſtraſſe in ſuperioribus.

Verſ. 365. ad verſum uſque 477. ex Juſtiniani Novellis promiſcue & ατακτως diverſas regulas colligit: ut verſ. 366. Novell. in præfat. verſ. 368. Novell. 18. cap. 4. verſ. 369. *ſine dubio* ex cap. 1. Novell. 1. quod & Gloſſa vulgaris notavit. verſ. 372. Novell. 22. cap. 22. verſ. 373. Novell. 54. in præfat. & cap. 1. verſ. 374. *paſſim*, vide Novell.

R 2

vell. 22. cap. 41. in fin. & cap. 46. §. 1. verſ. 375. Novell. 22. cap. 3. & Novell. 117. cap. 3. verſu 377. Novell. 88. cap. 2. niſi de magiſtratib. defenſoribus accipere malis verſ. 374. Novell. 94. & alibi. verſ. 380. Novell. 113. Ὥστε ἐν μεσῷ δίκης μὴ γίνεσθαι θείους τύπους, &c. verſu. 377. Novell. 136. cap. 4. τὸ μὴ προσήκειν ἀνεπιγράπτῳ τρέχειν τόκον. verſ. 379. Novell. 12. περὶ ἀθεμιτογαμιῶν. verſu 385. forte legendum οὐ loco οἱ. ex Novell. 124. verſ. 386. Novell. 17. cap. 12. verſu. 388. ead. Novell. 17. cap. 9. verſ. 389. & ſeqq. Novell. 134 cap. 10. ad verſum 407. verſ. 402. ad 406. Novell. 118. cap. 21. verſ. 413. & ſeqq. v. Novell. de teſtibus 90. verſ. 418. & ſeqq. ex Novell. *de exhib. & introduc. reis.* 53.

Verſ. 436. & illud apparet ex editione Latino-Græca Novellarum Juſtinian. in cujus margine ſæpe ſcriptum ad Novellarum capita legitur, οὐχ εὑρέθη ἐν τῷ Βασιλικῷ. ut verſ. 443. intelligit Novellas 24. 25. & ſeqq. de Præſidibus ſeu Prætoribus diverſarum provinciarum, & verſu. 446. certum eſt legendum eſſe περὶ ἐκκλήτων ex Novell. 75. περὶ τῶν ἐκκλήτων Σικελίας. Porro huic Novellarum tractatui, vellem ſubnectere, Novellas Leonis é quibus verſus 843. ad 875. paucis exceptis, qui ex ipſis Novellis Juſtiniani excerpti ſunt; quodque continuationem horum verſuum demonſtrat.

Verſ. 458. hic actionum propria tractatio incipit, κατὰ στοιχεῖον ordinata: obſervato nimirum primo Latinæ vocis elemento: interrupta tamen alienis verſibus, quos, ut aliquem ordinem obſervemus, propriis in ſedibus collocabimus.

Verſ. 462. notanda eſt Gloſſa Baſil. Ἀδουλτέριος lege Ἀδουλτερίου ὁ νόμος ἀπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου φυλαττόμενος (forte legendum) ἀπὸ Αὐγους & ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλ. κεῖται δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρούπιον στύπρου καὶ μὲν μοιχεία ἐστὶν, ἐπὶ τῶν γαμουμένων. τὸ δὲ στοῦπρον ἐπὶ παρθένων καὶ χηρῶν, καὶ παίδων ἀρρένων κεῖται. Ἀδούλτερ δὲ ὀνομάζεται εἰς τὸ παραχαράττειν. ἀδούλτερ γὰρ ἡ παραχάραξις (lege Adulterium, vel ὁ παραχαράκτης) καὶ ὁ μοιχὸς δὲ παραχαράττει τὴν ἀλλοτρίαν κοίτην, καὶ συγχεῖ τὸ τῆς φύσεως δίκαιον διὰ τῆς τῶν παίδων νοθείας.

Verſ. 470. recte θέσεως, eſt enim adoptio nomen rei quæ natura non eſt, jure tamen effingitur Gloſſ. Baſilic. Ἀδάπτιον, τεκνοποίημα, ita enim ibi legendum, & ἡ υἱοθεσία. quæ cum Adoptiona, εἶδος υἱοθεσίας dixerunt, non tam ad hanc naturæ imaginem reſpexere; quam ad adoptionem in ſpecie ſumptam, ut alia eſt ab adrogatione. Eo vero nomine adoptio apud Græcos paſſim fertur, ut in eo Schol. lib. 35. tit. 13. Synopſ. Baſil. ἡ θέσις μιμεῖται τὴν φύσιν. adoptio imitatur naturam.

Verſ. 481. Græci Icti legitimæ, falcidiæ, & tertiæ & quartæ partis nomen, poſt Juſtiniani Novellam confuderunt: adeo ut ſæpe legitimam falcidiam dicant, & eam partem tertiam bonorum. Ut hîc quartam quæ ex conſtitutione D. Pii adrogato; ex ſuis bonis relinquere debet, ſive emancipet eum, ſive exheredet, l. 8. §. *ſi quis impubes.* D. *de inoffic.* l. 1. §. *ſi impubere.* D. *de collat.* Theophilus tamen ad §. 3. l. *de adopt.* & Harmenop. tit. 8. §. 88. lib. 5. τὸ τέταρτον μέρος dixerunt. Eodem modo ſupra verſu. 290. Pſellus falcidiam tertiam partem dixit, ut Harmenop. lib. 5. tit. 9. §. 6. & Baſilic. lib. 41. tit. 1. cap. 71. τὸ τρίτον τοῦ φαλκιδίου ἐκ πάντων τῶν λεγατα-ρίων πρὸς ἀναλογίαν παρακατέχεται. ita legendum obſervat C. Labbæus.

Verſ. 477. eò reſpiciunt Gloſſæ Baſilicæ. Ἀκουίλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τοῦ ὑπερθεμένου δοῦναι τὸ καταληφθέν.

Verſ. 486 Ἀμβίτους eſt legendum, de qua lege Gloſſ. Baſilic. Ambitus dicitur libido effrænata dignitatis, munerum datio, circuitus, corruptio judicii. Movetur autem contra eos qui magiſtratum, vel honorem pecunia emerunt. Infligit vero ambitus reo pœnam centum numiſmatum & infamiam, ut l. Baſ. 60. tit. 46. Digeſt. 48. tit. 14. Ambitus eſt, & movetur contra corrumpentes judicia (lege κατὰ τῶν φθειρόντων τὰς κρίσεις, non ut corrupte habetur τὰς κόρας) & pœnam non capitalem exigit: eſt lex Julia Publica, quæ ab omnibus jure publico moveri poteſt. Hactenus Gloſſ.

Verſ. 489. optime magis quam publicum, non quia publicum non ſit, nam judicia inter publica numeratur l. 1. D. *de public. jud.* ſed quia non eſt permiſſum mulieri publico judicio quemquam reum facere. l. 1. D. *de accuſ. & inſcript.* nec militi. *l. qui accuſare* 8. eod. tit. neque ſervo: mulier tamen miles & ſervus ad hanc, ex lege *Julia*, de *annona* accuſationem admittuntur. *l. mulierem* 13. D. *de accuſat.* l. 1. D. *de leg. Jul. de annon.*

Verſ. 491. τυραννεῖν vexare reddidi, id enim proprium eſt hujus eriminis verbum, ut & attentare, l. *annonam* 6. D. *de extraord. crim.* Verbum autem καταπραγματεύεται mutatus eſt ſine dubio Pſellus à Gregorio Nazianzeno, qui eadem in re de Dardariis annonam flagellantibus loquens, ait τηροῦσι τοὺς καιροὺς καὶ καταπραγματεύονται τῆς ἐνδείας. in orat. funeb. Baſil. Magn.

Verſ. 493. nectendi ſunt hi verſus ſuperioribus de lege Aquilia: ea verò plebiſcitum eſt, cum eam Tribunus Plebis rogaverit, ait Ulp. l. 1. §. 1. D. ad l. Aquil. ἀναγκαῖον ἡμῖν ἐποίησε τὴν τοῦ δήμου πάλαι νομοθεσίαν ἀποδέξασθαι ἣν διὰ τοῦ τῶν οἰκείων ἔγραψε δημάρχων τὴν τοῦ Ἀκουιλίου προσηγορίαν ἐξ ἐκείνου δεξαμένη. Juſtin. Novell. 18. cap. 8. ubi interpres Latinus πάλιν legit, non πάλαι. Porro quæ Pſellus hîc habet uſque ad verſ. 510. fuſe habes. *l.* de leg. Aquil. adverte ſolum verſ. 500. τετράποδον legendum eſſe.

Verſ. 510. vi bonorum raptorum actio, quæ datur adverſus improbe furantem ait Juſtinian. in p. l. h. t. ἀναιδέστατον κλέπτην Theophil. improbiorem furem, Julian. l. 2. §. 9. D. h. t. in eo differt ab actione furti, quod illa alias duplum, alias quadruplum exigatur: in hac vero ſemper pœna ſit tripli. § *quæ actio* I. eod quadruplum quidem exigit, ſed in eo res comprehenditur, eod. §. cum ea tamen concurrit, ita ut ſi furti videl. nec manifeſti, qua duplum tantum exigitur, actum ſit, pro duplo reliquo, quod action. *vi bonorum raptor.* repetitur, agi poterit l. 1. D. h. t. Porro res tantum mobiles hac actione repetuntur: quare emend. Gloſſ. Baſil. quæ habet. Βι βονορουμ ραπτορουμ ἡ κατὰ τῶν ἁρπαζόντων πράγματα κινητὰ ἢ ἀκίνητα. lege οὐκ ἀκίνητα l. 1. & 2. C. *vi bon. raptor.* ita Synopſ. Baſilic. lib. 10. tit. 2. ἡ βιαίας ἁρπαγῆς πραγμάτων ἀγωγὴ ἐπὶ τοῖς κινητοῖς. οὐκ ἐπὶ τοῖς ἀκινήτοις ἁρμόζει.

Verſ. 520. legendum eſt Depoſiti, quæ eſt actio bonæ fidei, & ideo & fructus & omnem cauſam, & partum in hanc actionem venire dicendum erit l. 1. §. 23. *hanc actionem.* D. *depoſit.* imo & uſuras ex mora, & ex uſu. l. 2. 3. 4. C. eod. Cuſtodiam autem, & parem ac in rebus ſuis diligen-

tiam,

tiam, & curam præſtabit depoſitarius: ideo de ſolo dolo tenebitur, & de ea latiore culpa quæ dolo proxima eſt l. *quod Nerv.* 32. D. eod. Gloſſ. Baſil. κουλπα η μεγάλη ἀμέλεια, ἡ δὲ μεγάλη κοῦλπα, δόλος ἐςιν. eædem Gloſſæ editæ à C. Labæo, Depoſiti eſt actio περὶ παρακαταθήκης obligationis quæ re contrahitur, (τῆς ῥὲ) præſtat dolum, & latam culpam, & uſuras ſemiſſes centeſimæ propter moram, & uſum, caſibus fortuitis non ſubjacet, niſi illud convenerit: Infamat, & eſt perpetua, datur heredibus, & contra heredes. Movetur etiam contra ſequeſtros (lege κατὰ σικουεςραρίων ἤγουν μεσιτῶν. ead. Gloſſ. Σεκουεςτρ̄ι τῷ μεσίτῃ. lege Σεκουέςτρῳ) & contra eos qui media manu rem acceperunt, & eam certo loco exhibere promiſerunt. Hacten. Gloſſ.

Verſ. 525. ſi de ea re quæ dolo facta dicitur, alia actio non eſt, & juſta cauſa eſſe videtur, prætor actionem de dolo pollicetur. l. 1. §. *verba.* D. *dolo*, ideo ſubſidiaria dicitur actio in Gloſſ. Baſil. ἔςι δὲ σουϐσιδιάρια, καὶ ἐντὸς δύο ἐνιαυτῶν συμπληῶν καὶ ἄρχεται καὶ πληροῦται ita lege non σουϐσιαρια olim quidem intra annum utilem movebatur, at Conſtantinus ad biennium redegit. l. *optimum* 8. C. *de dol. mal.*

Verſ. 529. v. l. 2. §. ult. D. *de leg. Corn. de falſ.*

Verſ. 535. ordinem litterarum ſemper obſervat, Græci enim Δε πικολατως ſcripſerunt, ut patet ex Gloſſ. Baſilic. v. l. 1. §. 7. D. *de leg. Jul. pecul.* verſu 558. litteræ E. ἐπερωτήσεως hanc ſolam regulam affert ex l. *veteres.* 13. C. *de contrab. & com. ſtip.* quam tamen ad literam Σ. reducere fortè debemus, niſi Latinè ſcriptum ſit ex ſtipulatu.

Verſ. 555. optimè Pſellus querelam inofficioſi non proprie actionem, ſed præparationem & introductionem dixit ad hereditatis petitionem, cujus etiam cauſâ in querela inoffic. bonorum poſſeſſio petitur. id rectè Gloſſ. Baſilic. ἡ ἰνοφφικιόσο τεςαμέντο, ἤγουν ἡ κατ᾽ ἀτάξιν διαθήκης μέμψις, οὐκ ἔςιν ἀγωγὴ διαθήκης, ἀλλ᾽ αἰτία ἐςὶν ἀγωγῶν: λέγω δὴ τῆς ἐρεδιτάτης πετιτζίονος, ἤγουν περὶ κληρονομίας ἀπαιτήσεως. ὥσπερ γὰρ ἡ γραφὴ τοῦ τεςάτορος οὐκ ἐςὶν ἀγωγὴ κληρονομίας, ἀλλ᾽ αἰτία κληρονομίας, καὶ ἀπόδειξις τοῦ δέοντος κινεῖν τὸν γραφέντα κληρονόμον: οὕτω καὶ ἡ μέμψις οὐκ ἐςὶν ἀγωγὴ. ἀλλ᾽ αἰτία ἀγωγῆς, &c. in qua inferiùs hæc verba corrige δοθεῖσα τοῖς παισὶ κατὰ τῆς πρώτης διαθήκης. lege κατὰ τῆς πατρὸς διαθ.

Verſ. 561. Actiones in rem enarra ordine litterarum, ut in Gloſſ. Baſilic. ex quibus liquet verſu 565. legendum eſſe προειβιτόρια ἤγουν κωλυτικὴ κωλύουσα τὸ γινόμενον εἰς βλάϐην. Per σπεκιαλιαν autem intelligit ſingularem rerum petitionem, & vindicationem, ſpecialem in rem actionem, non eam quæ eſt de univerſitate ἰδικὴν non περὶ ὁμάδος ut eſt in Baſilic. quorum Gloſſæ definiunt, Σπεκιαλιαν, ἰνρὲμ, τὴν ἰδικὴν παρὰ δεσποτείαν ἀγωγὴν. verſ. 568. legendum conſtat ποπυλαρίαν, de his omnibus, vide l. *de actionibus.*

Verſ. 574. redit ad litteram I. v. l. 1. 2. & ult. C. *de uſu re jud.* verſu. 581. *actio injuriarum annalis eſt* l. 17. §. 6. D. *de injur.* l. *ſi non convicii.* 5. C. eod. id volunt Gloſſ. Baſilic. Ινιουριάρουμ. ἐνιαυσιαία, ad reliquos verſus v. l. 1. §. *injuriam* l. 7. §. 6. l. 37. in f. D. eod. verſ. 588. & ſeqq. vide Theoph. tit. l. *de interdict.* & Gloſſ. Baſil. ex quibus corrige verſu 588. χρήσεις ἀσωμάτων. verſ. 593. legendum puto περὶ δὲ καὶ τὰ δὲ ῥέϐους: intelligit ea interdicta quæ de rebus divinis & ſacris, vel generaliter interdicta quæ de rebus competere ait Ulpian. l. 1. D. *de interd.*

Verſ. 600. ex littera κ. Conductio, λ. locati. verſ. 604. Metus cauſa actio vi ipſa in perſonam eſt, at in rem ſcripta eſt. v. l. *metum.* 9. §. *cùm autem* 8. D. *quod met. cauſ.* verſ. 606. l. *quisquis* 5. §. 1. C. *ad l. Jul. Majeſt.* verſ. 611. litteram N. hîc ſcribit, à qua Græci voces Latinas aſpiratas incipere voluerunt. verſ. 616 l. 1. & 2 D. *de leg. Jul. rep.* l. 2. C. eod. l. ult. D. *de leg. Jul. pecul.* verſ. 619. lege ῥέρουμ ἀμοτάρουμ vid. tit. D. & C. *de act. re amot.* verſ. 627. Stellionatus exemplum ab Ulpiano allatum l. 3. §. 1. D. *de crimin. Stellion.* v. l. 3. & 4. C. eod. l. 16. §. 1. l. 36. in f. *de pignor. act.* verſ. 628. lege Τουρπιλλιάνιον vide tit. D. ad SC. Turpill. qui libro 60. Baſilic. eſt περὶ συκοφαντῶν verſ. 629. tria judicia, finium regundorum, familiæ erciſcundæ, communi dividendo, duplicia ſunt, uterque enim & actoris, & rei partes ſuſtinet. l. 2. §. 3. l. 44. §. 4 D. *fam. erciſc.* l. 13. D. *de Judic.* Gloſſ. Baſil. Φαμιλίας ἐρκισκούνδας. Φαμιλίας, ita lege, διαίρεσις, καὶ μερισμός. ἰςέον δὲ ὅτι τὸ Φαμιλ. ερκις. τῶν διπλῶν δικαςηρίων ἐν καὶ ἰν ῥὲμ ἐςὶ καὶ περσονάλιον verſ. 632. l. 12. §. prætor. & ſeqq. ll. D. *de relig. & ſumpt. fun.* Græci hanc actionem ἐπὶ τῇ ταφῇ ἀγωγὴν vocant. lib. 59. Baſilic. tit. 1.

Verſ. 635. inverſum ordinem verſuum exiſtimo, & ita reponendum: ut ad Σ uſque decurrat Pſellus, ſub quo Scorum nomine, pleraque edicta, leges aliquas, Sca varia explicet. Atque eo elemento peracto, T. aggrediatur verſ. 626. & ſeqq. deinde Φ. verſ. 629. 30. 31. 32. 33. 34. 694. 787. ad verſ. 801.

Verſ. 635. lege Αδριάνειον, intelligit autem SCtum factum ſub Hadriano quod refertur in l. *item veniunt* 20. §. *præter hæc.* D. *de hered. petit.* v. l. 25. §. 11. D. *eod.* verſ. 637. Legendum fortè in his duob. verſibus, Αδριάνειον, plura enim Adriani temporibus SCta facta ſunt. l. *ſi non lex* 83. §. 1. D. *de hered. inſtit.* l. *ſive contra.* 3. D. *de agnoſc. lib.* & ejus edictum ſublatum eſt. C. *de edict. D. Hadrian.* toll. verſ. 639. Attiniam legem accipe quam Attiliam vocat Juſtinian. §. *furtivæ.* l. *de uſucap.* v. l. 4. §. *quod autem.* D. *de uſurp. & uſucap.* verſ. 641. lege Γαΐος. loquitur de lege agraria Caii Cæſaris de qua l. ult. D. *de term. mot.* quæ quinquaginta tantùm aureos pœnæ nomine numerat. & Baſilic. lib. 58. tit. 9. καθ᾽ ἕκαςον ὅρον πεντήκοντα δίδωσι. v. N. N. Attaliat. in Synopſ. πεντήκοντα νομίσματα τῷ δημοσίῳ. verſ. 643. olim lege Voconia ultra quadrantem bonorum mulieri teſtamento relinquere non licebat. vid. Dion. Caſſ. lib. 46. Gell. li. 16. cap. 5. verſ. 644. lege Δασουμιάνειον Daſumianum, de quo l. *neque* 36. in p. l. *non tantùm* 51. §. *Cſto.* D. *de fideic. lib.* ex quib. negative accipe ἀνεκπλήρωτα verſ. 649. vel negationem inſere. ex d. l. *neque.* verſic. *quid ergo.* Nam SCto Daſumiano libertas non eripitur his qui fraude carent. verſ. 652. diverſa Claudii edicta & SCta à JCtis memorantur: unum, cum Liboniano aliud cum Silaniano conjungunt, alterum eſt de aſſignandis libertis, quartum de muliere ingenua quæ ſervo ſe junxerat quod à Juſtiniano ſublatum eſt l. *unic.* C. *de SCto Claud. toll.* verſ. 653. Carbonianum eſt Edictum Prætorium, non SCtum, ex quo datur bonorum poſſeſſio impuberi cui ſtatus controverſia movetur, quæ & Carboniana bonorum poſſeſſio. vide tit. D. & C. *de Carbon. ed.*

Verſ. 666. temporum tractatum aggreditur, ſecundum id quod initio operis propoſuerat; quem ex Euſtathio ſine dubio hauſit, ut patebit cuique

Digitized by Google

hos verſus cum illo conferenti. v. illum cap. *περὶ ῥωπῆς* 4. & l. 3. minorem. De minorib. verſ. 669. eſt pars legis, *inter illam*. 217. D. *de verbo. ſign.* verſ. 670. ex l. *more* 8. D. *de feriis*. Eſt enim id intervallum *νυχθήμερον* Euſtath. etiam rectè habet *ἡμέρα ἀπὸ τῆς ἕκτης ὥρας τῆς νυκτὸς ἄρχεται, καὶ τελευτᾷ εἰς ἑκτὴν ὥραν τῆς ἐπιούσης νυκτὸς* hic tamen Pſellus *ἑβδόμης*, fortè numeri errore verſ. 673. Authent. hodie. C. *de appellat*. Novell. 23. verſ. 674. l. 1. §. *permittit* D. *de agnoſc. lib.* verſ. 676. l. *ſcimus* 22. §. *ſin autem* C. *de Jur. delib.* Gloſſ. *ἰδίᾳ τῷ καταγραφῶν* verſ. 678. l. 1. §. 8. 9. 12. 13. D. *de ſucceſſor. ed.* l. 9. *unde cognat.* l. 4. in §. *quis ord. in bon. poſſ. ſervet*. l. *ſi bonorum* 2. C. *qui admitt. ad bon. poſſ. poſſ.* verſ. 680. l. 2. C. *de uſur. rei jud.* verſ. 683. l. *ſciendum*. §. *ult.* D. *de ædilit. ed.* verſ. 686. Quando venditor non cavet de his quæ edicto ædilium continentur, quanti emptoris interſit, intra ſex menſes agitur. l. *ſi debitor*. 28. D. *de ædilit. ed.* quòd ſi res vitioſa ſit, annus utilis eſt l. *ſciendum*. 19. §. *ult.* l. *ædiles*. 38. *in p.* D. *eod.* l. 2. C. *de ædilit. action.* verſ. 690. l. *ſancimus* 46. C. *de Epiſc. & Cleric.* quam non eſſe in Baſilicis Euſtathius teſtatur. verſ. 692. l. ult. C. *de non nu. pec.* l. 3. C. *de dot. caut. non nu.* verſ. 695. l. 1. & l. ult. D. *de requir. reis* verſ. 698. l. 1. D. *de incend. ruin.* verſ. 703. l. 11. D. *de his qui not. infam.* olim decem menſes, hodie duodecim, ſunt luctus tempora legitima. verſ. 704. l. ultim. C. *de dol.* verſ. 705. l. *in contractibus* 14. C. *de non num. pec.* Fortè legendum verſ. ſeq. *δύο ἔτη συνεχῆ*. verſ. 707. Novell. 126. de alienat. emphyteus. & locat. cap. 8. expellitur enim ſi *ἐπὶ διετίαν μὴ καταβάλῃ τὸν παρ' αὐτοῦ ὁμολογηθέντα ἐμφυτευτικὸν ἢ μισθωτικὸν κανόνα* verſ. 710. Novell. 100. de temp. non ſol. pec. ſup. dot. verſ. 716 l. *propagandum* 13. §. 1. C. *de Judic.* ex qua ſupple: exceptis iis quæ ad jus fiſcale pertinent, vel quæ ad publicas reſpiciunt functiones, & ad legata & fideicommiſſa de quib. v. Cujac. ad Novell. 1. verſ. 718. ſucceſſit anno utili, quadriennium continuum l. *ſuperuacuam ultim.* C. *de tempor. in integ. reſtit.* verſ. 720. l. *contra majores* 16. C. *de inoffic. teſtam.* verſ. 721. l. *milites* 11. §. *adulterii*. 4. l. *quinquennium* 31. D. *ad l. Jul. de adulter.* verſ. 722. l. *peculatus* 7. D. *ad l. Jul. peculat.* verſ. 724. ita lege in Gloſſ. Baſil. *ὑφαιρεῖ ὁ ἐνπλαστὴς, καὶ ὑφαιρεῖ, ὁ ἐπὶ τοῦ ἑπτὰ χρόνου* Verſ. 725. Nov. 123. de ſanct. Epiſc. cap. 13. quæ tamen *οὔτε δὲ ἀναγνώστην ἐλάττονα τῶν ὀκτὼ καὶ δέκα ἐνιαυτῶν*. at Euſtath. è quo Pſellus octo annis minorem habet. Certè conſtat ex Synod. Nicæn. 2. cap. 14. minores annis 18. lectores fuiſſe ordinatos. De his nos alibi. verſ. 726. Novell. 119. ut ſponſal. larg. cap. 7. & C. *de præſ. long. temp.* 10. vel. 20. ann. verſ. 730. l. *quæſitum* 9. D. *de ſponſalib.* verſ. 736. l. 1. D. *de poſtuland.* verſ. 737. §. *minorem*. I. *de adopt.* verſ. 739. l. *omnes* 2. C. *de his qui ven. æt. impetr.* verſ. 742. malè interpres Euſtathii vertit litigare: judicare debuit dicere. l. *cum lege* 41. D. *de recept* verſ. 744. vide Euſtathium *περὶ χρόνων* κ'. nu. 7. ubi exceptionem affert adulterii: è quo noſter, ut & reliqua, quæ conſule, hæc indicaſſe ſufficiat.

Verſ. 775. alia eſt actionum diviſio, ſuperiori actionum tractationi jungenda: huic etiam inferendus verſus 805. & 806. nam compenſatio bonæ fidei cenſetur, ex conſtitutione Juſtiniani l. ult. C. *de compenſ.* Pſellus autem ſecutus eſt ordinem Juſtin. in §. *in bonæ fidei*. I. *de actionib.*

Verſ. 783. hic abundat negatio, niſi legas *συγματόμα* ea bonæ fidei eſt l. *unic.* D. *de æſtimat. act.* vid. tit. I. *de action.* ut has diviſiones percipias.

Verſ. 786. accipe hunc verſum de actione ex ſtipulatu, quæ rei uxoriæ actioni ſucceſſit, & bonæ fidei facta eſt à Juſtiniano §. *fuerat antea*. 29. I. *de action.* l. *unic.* C. *de rei uxo. act.*

Verſ. 787. horum ordinem verſuum ſupra notavimus: per Falcidiam autem intellige legitimam liberis debitam ex Juſtiniani Novella, ut ſupra monui.

Verſ. 801. alia eſt actionum diviſio, quòd ſcil. aliæ ſimplum, aliæ duplum, triplum exigant, de quibus in ſeqq. & ab evictione, & duplæ ſtipulatione incipit, in qua Græci verbum, defendere, retinuerunt, ad rem defendendum debitorem conveniri dixit, Hermogen. l. *ſi plus* 74. D. *de evict.* ita Harmenop. lib. 1. tit. 9. §. 21. *ἀγωγὴν ἀναγκάζουσαν τὸν πράτην δεφένδευειν*.

Verſ. 815. nî me fallit conjectura, Scto facto Neratio Priſco, & Annio Vero Coſſ. l. *is qui ſervum*. 6. D. *ad leg. Cornel. de Sicar.* cautum eſt eos qui ex miſerrima naufragiorum fortuna rapuiſſent, lucrative fuiſſent dolo malo, in quantum edicto Prætoris actio daretur, tantum & fiſco dare debere. l. *quo naufragium*. 3. §. *ult.* D. *de incend. ru. nauf.* at prætor judicium in quadruplum, dat. l. 1. *in p.* D. *eod.* eo modo Scholiaſtes Baſilicon interpretatur hæc verba *πρὸς τῇ ἤδη ὡρισμένῃ ποινῇ*. quæ habentur lib. 60. Synopſ. tit. 17. & apud Harmenop. lib. 6. tit. 7. §. 6. *τουτέστιν* ait Scholiaſt. *ἵνα καὶ τῷ δημοσίῳ τόσον παρέχῃ, ὅσον τῷ ἐνάγοντι*. vide Novell. 64. Leonis.

Verſ. 819. forte hi verſus ſumpti ex tit. I. *de ſatiſdat.* & *tit. de perp. & temp.* qui titulum de actionib. ſequuntur.

Verſ. 836. l. *unic.* C. *ex del. def.* l. 1. D. *de priv. del.* §. *pœnales*. I. *de perpet. & temp.*

Verſ. 838. hi verſus ad 877. ſequi debent tractatum Novellarum Juſtiniani, ſunt enim excerpti ex Novellis Leonis. ad hunc, v. Novell. Juſtin. 127. C. 13. & Leonis Nov. 22. verſ. 845. Novell. 34. & 35. Leonis. Porro hi verſus ſcholii vice tit. 83. Synopſ. Attal. ſcripti ſunt. ubi tamen verſ. 846. legitur *βαρβαρικῶς* malui de enſibus barbaricis accipere. verſ. 847. eſt ſolum *ἄνευ* ut Novell. 35. quod verſ. 849. recte notavit Leunclav. ex Novell. 34. Leonis excerptum, qua de tutore Pupillæ ſuæ raptore agitur. Legendum autem adverte *ποιμνίων* verſ. 844. in quo nomine emenda Gloſſas Baſilicas quæ habent *ποιμονην νομίμην. πρόβατον μέρος. τὸ νόμιμον μέρος.*

Verſ. 852. quemadmodum locus qui ante atrium noſtrarum ædium eſt, veſtibuli loco cedit, eo modo in prædiis maritimis, id maris in quod illa proſpiciunt, eis vice veſtibuli ſervit, quare Græci *πρόθυρον* vocant. Eo in ſpatio & intervallo, quod non in directum ſolum, ſed in tranſverſum, *οὐ μόνον κατ' εὐθεῖαν ἀλλὰ καὶ ἐκ πλαγίας* protenditur, olim retia ad palos tendebant, in quibus piſces morarentur, & includerent, *ἐποχὰς* & *θεράπας* ſive *γράπας* dicebant, pro quibus *ἐτησίους φόρους* prædii dominus pendebat, cum ergo ſæpe modica prædii latitudo, ad cujus menſuram jus domini in mare porrigebatur, amplis & ad piſcandum commodis *ἐποχαῖς* non ſufficeret, ſtatutum eſt, ut à vicini prædii domino ejus *προθύρου* partem, ad legitimam *θεράπαν* vicinus acciperet, & lucrum ex piſcatione ei communicaret, & ne in immenſum hæ remoræ & epochæ extenderentur, conſuetudine jam erat introductum ut 365. ulnas non excederent, quod Leo Imp. confirmavit.

conſule ejus Novellas. 50. 57. 102. 103. 104. Harmenop. lib. 2. tit. 1. n. 65. Attaliat. in Synopſ. fine. tit. περὶ ἐνεχύρων & Cujac. lib. 14. obſerv. 1.

Verſ. 859. Leonis Novell. 92. verſ. 866. Novell. Leonis. 106. verſ. 869. Novell. Leon. 109.

Verſ. 872. alia eſt actionum diviſio ſuperioribus adnectenda, v. l. 1. & ſeqq. D. *de his qui not. infam.* & l. *de poen. temp. litig.* verſ. 879. ad poſſeſſionem adipiſcendam duo concurrere debent, animus, & corpus, eorum alterum non ſufficit: quemadmodum nec ad poſſeſſionem amittendam, ſatis eſt corpore exceſſiſſe, animo quippe eam retinemus. v. l. *qui univerſas.* 39. l. *poſſidere* §. *ſaltus. & alt.* D. *de acq. poſſ.* verſ. 882. l. *ſi quis in tantam.* 7. & ſeqq. C. *unde vi.* hæc ad interdicta de quibus ſupra refer.

Verſ. 889. niſi in tractatum actionum hi verſus ad finem hujus partis redigantur, ſub propriis titulis mutui, teſtium, teſtamenti, ordinem nullum video. certe in προχείρῳ Harmenopuli illi tituli leguntur, quos, aut illis ſimiles percurriſſe videtur Pſellus: forte ex μικρῷ è quo Harmen. lib. 3. tit. 5. περὶ δανείου. hic autem verſus 60. l. *creditores* 10. & *ſeqq.* D. *de verb. ſig.*

Verſ. 915. ex l. 3. *de primipilo* lib. 12. C. Scholiaſt. Baſilic. lib. 8. Synopſ. tit. 5. πριμίπιλον ἐστὶν ἡ στρατιωτικὴ ἀννόνα. ὡς ὅταν τις πριμίπιλον χρεωστῇ καὶ προῖκα, τὸ πριμίπιλον προτιμᾶται. Primipilum eſt militaris annona, quare ſi quis primipilum debeat, & dotem, primipilum præfertur & recte Theodorus Hermopolites lib. 9. tit. 9. πριμίπιλον ἐστὶ τὸ τοῖς πρώτοις ἀκοντισταῖς στρατιώταις διδόμενον σιτηρέσιον ἵνα διανείμῃ τοῦτο αὐτοῖς. Primipilum eſt annona, Primipilaribus data, ut militibus diſtribuant. Primipilares enim ad paſcendos milites ſolemniter ad limites deſtinabantur. l. 6. C. *Th. de cohortal. princip. vide* l. *latis.* C. *in quib. cauſ. pig. tac. cont.* l. *non verum* C. *de donat. int. vir. &c.*

Verſ. 917. in Micro, vel eo libro, è quo hoc florilegium fecit Pſellus, tractata reperit Primipili privilegia, ea inter quod refertur. l. 1. C. *de condict.* ex leg. cujus occaſione & fortè ibi condictio ex lege definita eſt: unde hunc verſum Pſellus excerpſit, aliàs certè hoc loco erroneum.

Verſ. 920. ſequentes verſus excerpti ex Μικρῷ, vel alio libro cui inſcriptio ut in Baſilic. περὶ μαρτύρων εὐυπολήπτων καὶ ἀτίμων μαρτύρων: ex quo & Harmenop. collegit tit. 6. lib. 1. quem conſule, & jura ibi à Gothof. adnotata.

Verſ. 925. Harmen. dict. tit. 6. n. 14. αἱ γυναῖκες μαρτυροῦσιν, ἔνθα ἡ τῶν ἀνδρῶν βία ἀπείργεται: quod vertit Mercerus: mulieres ibi teſtimonium ferre poſſunt ubi virorum prohibetur violentia. ubi certè à ſcriptore Harmenopuli deluſus eſt, in eo namque legendum eſt θέα non βία, Gothofred. emendavit βίος. debes autem accipere & Harmenop. & hic Pſellum, teſtem eſſe poſſe mulierem in illis rebus probandis, ad quas viri non admittuntur. de his ſenſere Baſilica lib. 21. Synopſ. tit. περὶ μαρτύρων κεφαλ. ιϛ. γυνὴ ἐν διαθήκῃ οὐ μαρτυρεῖ, ἐν ἄλλοις δὲ μαρτυρίας νέμει, ἐν οἷς ἄνδρες οὐ προσκαλοῦνται. quod ipſis verbis refert Harmenop. dict. tit. 6. n. 52. quo loco optimè ejus Scholiaſtes ἐπὶ μὲν τοιγε τοκετῶν, αἱ τετηρημέναι σεμνότητος τρόπον φυλάττουσαι, δύνανται μαρτυρεῖν. ſuper partu verò illæ quæ dictam morum integritatem ſervaverint, poſſunt dicere teſtimonium. exempla adhibe l. 1. §. 10. & al. D, *de inſpic.* vent. & in ſacris à quibus viri arcentur, & in balneis, ut eleganter obſervavit Attaliata in Synopſi tit. de teſtibus πλὴν βαλανείου, καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρες εἰσελθεῖν οὐ δύνανται.

Verſ. 927. l. 7. D. *de teſtib.* nec enim quæſtiones ſervorum contra dominos, vel judicia, vel interrogationes, vel teſtimonia valent, contra alios teſtium penuria robur obtinent. ead. l. 7. D. *de probat.* l. 58. §. *ult.* D. *de aedilit. edict.* l. 1. §. 16. & 19. l. 9. §. *fin.* D. *de quæſt.* l. *ſervus* 8. C. *de teſtib.* indiſtinctè tamen Juſtinianus ſervis teſtimonii facultatem videtur ademiſſe. Novell. *de teſtib.* 90. cap. 6. quam confirmavit Leo. Novell. 49.

Verſ. 929. hi verſus uſque ad 939. relati ſunt in Synopſi Attaliatæ, partim ſub nomine ſcholii Pſelli, partim Attaliatæ. vid. Harmenop. dict. tit. 6. n. 15. 16. l. *presbyteri* 8. & *nec honore* 7. C. *de Epiſc. & Cler.* Novell. de ſanctiſſ. Epiſc. 123. cap. 7. Porro verſ. 936. fortè ὑποσχολάζωσι, legendum, & verſ. 938. ἀληθῆ ut apud Attaliat vel ἀληθές. verſ. 939. Harmenop. ibid. n. 31. ἐπὶ τριακόντα χρυσίου λίτρας, καὶ δύο ἀρκοῦσι πρὸς μαρτυρίαν, καὶ μέχρι δὲ πεντήκοντα τρεῖς ἀρκοῦσι. v. l. ubi numerus D. *de teſtib.* l. *teſtium* 16. C. eod.

Verſ. 954. nota in hac ἀναργυρίας exceptione, aliud longè eſſe adſeverare debitum ſolutum eſſe, quæ ſanè exceptio ad 30. annos durat, immo vix definiri poteſt, cùm incertum ſit, quo tempore creditor acturus ſit, ac niſi ad ejus petitionem opponatur: aliud debitorem dicere, ſibi pecuniam quam ſcriptura confeſſus eſt, numeratam non eſſe; hæc enim querela (ita Græcis μέμψις) olim quinquennio, hodie biennio terminatur. l. *in contractib.* C. *de non num pec.* aliud creditorem dicere, pecuniam quam acceptam & ſolutam ſcripſit, ſibi à debitore non eſſe numeratam; hanc enim exceptionem intra triginta ſolùm dies à conſcripta ſecuritate creditor poteſt opponere d. l. *in contractib.* §. *ſuper cæteris.* atque ita rectè Græci notant. lib. 23. Baſilic. hoc tit. ἡ μὲν γὰρ διετία τότε δίδοται, ὅταν ἔχει χειρογραφόν τις ὡς μέλλων δανείσασθαι, καὶ λέγει ὕστερον μηδὲν εἰληφέναι. tunc dari biennium, cum quis chirographum à debitore accepit tanquam ei crediturus, qui deinde dicit, ſe nihil accepiſſe. ἡ δὲ τριακονθημερία, ὅτε ὁ χρεωστούμενος ποιήσει ἀπόδειξιν, ὡς εἴληφεν, ἢ ὅλον, ἢ μέρος. tunc verò triginta dies, cùm creditor ſecuritatem fecerit, quaſi totum debitum, vel ejus partem receperit. Diverſa item ratio eſt in dote: ſi quidem in dotalibus inſtrumentis, ut fieri mos eſt numerata & ſoluta dos dicatur, marito vel ſucceſſoribus decennium aut aliud tempus ſtatutum competit ad excipiendum Novell. 100. ſi verò dotalib. inſtrumentis confectis, ſecuritas extra ea inſtrumenta de dote ſoluta ſcripta ſit, nulla exceptio opponi poteſt. d. l. *in contractib.* Græci adhuc, cum κατὰ εἶδος προικὸς ῥητῶς ἐμφέρεται τῇ ἀποδείξει, ſpecies dotis nominatim ſecuritate enarratur, præcluſa eſt omnis exceptio; at cùm καθ' ὁμάδα δηλοῦται ἐν ταύτῃ in genere in ea dos ſoluta declaratur, competit jam ſupra definitum tempus. ita Harmenop. lib. 2. tit. 2. §. 7. quod vice ſcholii habetur. lib. 33. Synopſ. Baſilic.

Verſ. 975. modò inter eos aliquod negotium non agatur, ut ſi alter teſtamento ſit heres ſcriptus l. *qui teſtamento.* 20. §. *quæcumque* D. *de teſtam.* § *in teſtib.* §. *ſed etſi filiusf.* l. eod. verſ. 977. ex Novell. Leonis 41. cùm jur. civili & Juſtinianeo ſeptem teſtes adhibeantur. verſ. 979. intellige de eo qui cautionem à teſtibus ſubſignatam, à debitore ſuo accepit, qui ſanè intra 30. annos agere poteſt. verſ. 981. neceſſe autem habet vel jurare, vel referre: neſcio an hoc verſ. 983. ἤλατο, debeam reponere. v. l. *jusjurandum* 34. §. *ait Prætor: De jurejur.* l. *delata* 9. C. *eodem.*

Verſ. 986. ſinè dubio loquitur Pſellus de eo qui

ubi jusjurandum detulit, eo tamen nondum præſtito, pœnitudine ductus, quippe qui novas probationes reperit, adverſarium jurare non vult. *Illi* enim antequam lis ſententiâ definita ſit, relicto juramento ad alias probationes tranſire permittit. *l. jusjurandum* 11. *C. de reb. cred. & jurejur.* μεταπηδᾶν πρὸς ἑτέρας ἀποδείξεις aiunt Baſilica. ita ut velit jurejurando non exacto, extra juramentum licere ab una defenſione ad aliam deſilire. Quod lite jurejurando terminata non licet.

Verſ. 987. hic eſt ordo Harmenop. ut poſt tractatum de teſtibus, de jurejurando, & inſtrumentis lib. 1. à tit 6 ad 8. de pactis verba faciat tit. 9. quem ſequitur Pſellus, qui hanc diviſionem conventionum recte expoſuit ex mente lctorum l. 5. 6. 7. D. *de pact.* verſ. 996. manifeſtum eſt hic οὐκ abundare, verſ. 1005. reponendum eſt ἀνώνυμον ἀγωγὴν vel ἀναγωγὴν ex l. *Jurisgentium* 7. §. 1. D. *de pact.*

Verſ. 1019. recte Pſellus rem enarrare demonſtratione actionem præſcriptis verbis dixit: nam ubi contractus nomen non occurrit, ex quo agi poſſit, & inter partes aliquid actum & conventum eſt nominatim; contra quod aliquid fit ab altera partium, datur actio præſcriptus verbis, ſi nimirum pactâ & verba ad rem faciendam, vel dandam interceſſerunt: quare optime Græci πραισκρίπτις βέρβις ἢ τῶν συμπεφωνημένων ῥημάτων ἀγωγή: quod ſine rei narratione, & demonſtratione non fit; maxime ſi nihil conventum, ſed aliquid actum quod mea interſit dicam, tunc enim facta rei narratione (cum ex verbis quæ nulla præſcripta ſunt à partibus, actio præſcr. verb. dari non poſſit) actio in factum dabitur: utraque incerta eſt, ut docte Pſellus, propter incertam actoris intentionem, quæ condemnatione ejus quod intereſt definitur, id autem quod intereſt incertum eſt vid. l. *jurisgentium* 7. D. *de pact. l.* 1. 2. 3. *& tot. tit.* D. *de præſcr. verb.* utraque quoque certo nomine caret: præſc. tamen verbis proprius ad contractum accedit, licet utraque detur quaſi contractum ſit.

Verſ. 1022. de pactis ex continenti, & ex intervallo, quæ informent actionem, quæ contractibus inſint, quæ exceptionem pariant, quare & quomodo nuda ſint, conſule l. 7. D. *de pact.* Cujac. eo tit. & doctiſſimum reſponſum de nudis pactis, quod Tom. 2. juris Græco Rom.

Verſ. 1032. vide tit. I. & D. *de rer. diviſ.* videntur autem hi verſus extra ordinem eſſe, at 1038. ſubnectendus tractavi de mutuo & creditorib. quem intellige cum diſtractum eſt pignus jure, puta à priore creditore, vel cum uſucaptum à tertio bonæ fidei poſſeſſore, tunc enim ceſſat in rem hypothecaria, at perſonali contra debitorem agi poteſt. v. *l.* 1. *C. ſi adverſ. cred. præſcr. oppon. l. cum notiſſimi* 7. *C. de preſcr.* 30. vel. 40. ann. forte & verſ. 1042. 43. 1053. in ordinem cogendi ſub tractatu de actionib. in littera Σ & T.

Verſ. 1043. ex *l.* 1. D. *de ſuis & leg.* verſ. 1047. & ante, & poſt teſtamentum, & ſine teſtamento codicilli ſcribi poſſunt *l. ante tabulas.* D. *de jur. codicill.* quibus nec dari nec adimi directo hereditas poteſt nec conditio hereditati apponi, fideicommiſſaria tamen poteſt. l. 2. l. 6. l. 10. *De jur. codic.* l. 27. D. *de cond. inſtit.* l. 76. ad SCt. Trebell. quare verſu 1050. lege εἰ μὴ κληρονομία vel quid ſimile, verſ. 1053. l. *Stipulationum* 5. D. *de verb. oblig.*

Verſ. 1057. putarim hic deeſſe copulam, vult enim Pſellus teſtamentum authenticum 1. paternum, & pupillare, unum & idem eſſe teſtamentum, licet duæ & diverſæ ſint hereditates patris & filii, l *minorib.* 2. §. *prius* 4. D. *de vulg. & pup.* verſ. 1059. irriti teſtamenti exemplum affert. & quo caſu qui duo teſtamenta fecit inteſtatus decedat; primum enim ſecundo perfecto, rumpitur, hoc vero repudiante hereditatem herede fit irritum: iſque eſt ſecundus modus ἀκυρουμένης διαθήκης ex quatuor ab Harmenop. relatis: quare verſ. 1063. lege ταυτὴν μὴ ὑπερημένος. verſ. 1065. vide diverſos irriti teſtamenti modos apud Harmenop. lib. 5. tit. 5. περὶ ἀνατροπῆς διαθήκης. ubi τρία πάθη ταῖς διαθήκαις παρενοχλεῖν ait ῥῆξιν, ἀκυρωσίαν, ἀτελείαν, omiſit μέμψιν de qua tit. ſeq. 6. de his D. *de injuſt. rupt. irr.* verſ. 1072. puto potius ad querelam inofficioſi, quæ obtenta legitima (τρὶς μέρος, τρίτον, μερίδιον. Græci vocant) excluditur, hos verſus pertinere, quam ad verſuum numerum (ut interpretatus ſum) licet verum ſit ultimam hujus operis partem ſolum ſupereſſe, ita ut jam duæ partes exactæ ſint: dubium facit vox λογου: at Gloſſ. Baſil. vocant φαλκίδιον, τὸ τέμνοντα λόγον.

Verſ. 1073. hæc ultima hujus Synopſeos pars excerpta eſt à Pſello è libris 60. Baſilicon quorum Synopſis eam nobis curioſe inveſtigantibus opem attulit, ut in horum verſuum ordine nihil quicquam deſiderari exiſtimem. Itaque orditur a tit. 2. lib. 2. hic verſus ex l. hominis 152. D. *de verb. ſign.* Græci ibi τῇ τοῦ ἀνθρώπου προσηγορίᾳ καὶ ἀνὴρ, καὶ γυνὴ δηλοῦνται verſ. 1075. l. *verbum* 8. §. 1. D. *de verb. ſign.* Baſilic. τῆς ἀγωγῆς τὸ ὄνομα οὐ δηλοῖ τὴν παραγραφήν. attamen qui excipit, licet reus, & in jus vocetur, actor videtur. l. 1. D. *de except.* idque vult verſus 1067. verſ. 1082. l. *partum* 26. D. *de v. ſig.* Baſilica ὁ τοκετὸς τῆς κλοπιμαίας, οὐκ ἐστὶ μέρος αὐτῆς. verſ. 1084. l. *uſura* 121. D. *de verb. ſig.* Baſilica. ὁ τόκος τοῦ ἀργυρίου οὐκ ἔστι καρπός. verſ. 1085. junge his verſibus l. *alienationis* 28. §. *ult. l.* 29. *l. ſæpe* 53. *l. triplici* 142. D. *de verb. ſig.* & lege ὁ μὴ συμπλοκὴν ἔχων, μὴ τομὴν λόγος. verſ. 1094. explica ex l. *palam* 33. D. *de verb. ſig.* verſ. 1111. l. *litis nomen* 36. D. *de verb. ſig.* verſ. 1113. l. *armorum* 41. D. *de verb. ſig.* verſ. 1114. l. *liberationis* 47. D. *de verb. ſignific.* verſ. 1108. l. *cedere* 213. §. *lata. l. lata.* 223. *l. magna* 226. D. *de v. ſig.* verſ. 1109. l. *qui venenum* 236. §. *glandis.* D. *de verb. ſig.* verſ. 1111. l. *filii* 83 l. ἢ τῶν τέκνων 104. l. *liberorum* 220. l. *appellatione* 51. l. *juſta.* 201. D. *eod. t.* hic autem lege κανπτος. verſ. 1113. l. *abſentem* 199. §. *abeſſe.* D. *eod.* verſ. 1117. l. *pecuniæ verbum* 178 l. *pecuniæ nomine.* 222. D. *eod* verſ. 1121. l. *latæ* 223. §. *amicos.* D. *eod.* verſ. 1124. l. *vinculorum* 234. D. *eod.* lege hoc verſu ἐστὶ καὶ τῶν ἰδίων. verſ. 1126. l. *plus eſt* 22. *l. reſtituere* 35. l. *hæc verba* 73. l. *reſtituere* 75. D. *de verb. ſig.*

Verſ. 1129. lib. 2. Baſil. titul. 3. eſt de regulis juris, quo ſupra decurſo à Pſello, ſequitur tit 4. περὶ ἀγνοίας νόμου ἢ φάκτου, ex quo certum eſt κανονικῶς τὴν μὲν τοῦ φάκτου ἄγνοιαν οὐδένα βλάπτειν, τὴν δὲ τοῦ νόμου πάντας βλάπτειν. cap. 8. eo. t.

Verſ. 1131. tit. quintus lib. 2. Baſil. περὶ βασιλικῶν ἀντιγραφῶν l. *pen. C. de precib. Imp. off.*

Verſ. 1133. omiſſis tractatibus rerum Eccleſiaſticarum, & officiorum qui ad librum ſeptimum concluduntur ex eod. lib. tit. de judic. & juriſd. colligit hunc verſum l. *placuit C. de judic.* verſ. 1134. l. *properandum* 13. *C. eod* verſ. 1135. ex tit. eod. lib. περὶ τῶν προσφευγόντων εἰς προστασίαν τινῶν δυνατῶν. vide *C. ne lic. potent. patroc. litig. præſt.* verſ. 1137. eod. lib. 7. tit. περὶ προθεσμιῶν &c. l. 2. & 3. *C. de uſur. rei jud.*

Verſ. 1139. l. 8 Baſil. tit. περὶ ψευδῶν δικαστικῶν v. l. *falſam* 3. l. ult. *C. ſi ex falſ. inſtrum. vel teſtim.*

Verſ.

Verſ. 1141. ex lib. 10. Baſil. qui de teſtitutionib. tit. περὶ φόνου. verſ. 1143. περὶ δόλου. l. 1. D. *de dol.* verſ. 1145. tit. περὶ ἀφηλίκων. cap. 8.

Verſ. 1146. lib. 11. Baſil. ex tit. *de tranſactionib.* cap. 1. & cap. 45. unde l. 1. D. *de tranſact.* l. *præſes* 12. C. eod. verſ. 1148. eod. tit. them. 17. reſtitue. verſ. 1149. eod. tit. cap. 26. l. *tranſigere.* 18. C. *de tranſact.* verſ. 1153. eod. tit. cap. 45. *l. tranſact.* 38. C. eod.

Verſ. 1155. lib. 12. Baſilic. tit. περὶ κοινωνίας, cap. 1. ubi lege ἢ ἀπὸ χειρου, ἢ ἀπὸ ἀγρου. l. 1. D. *pro ſoc.* verſ. 1156. eod. lib. tit. περὶ κοινῶν πραγμάτων. ideoque majores etiam adverſus eam reſtituuntur lib. 3. *C. Commun. utriuſque jud.*

Verſ. 1161. lib. 15. Baſilic. tit. περὶ ἐκ δικημένου, &c. l. *idem Pompon.* 5. §. *idem ſcribit* D. *de rei vindic.* verſ. 1163. eod tit. *l. Julianus* 37. D. eod. verſ. 1167. eod. tit. ex l. *ſi fundi poſſeſſor.* 53. D. eod.

Verſ. 1169. lib. 16. Baſilic. tit. περὶ χρήσεως κ[illegible] cap. 7. & 27. l. *ſi pendentes* 27. §. 3. l. 7. §. 2. D. *de uſufr. & quemad* verſ. 1170. eod. lib. 16. tit. 8. περὶ χρήσεως καὶ οἰκήσεως cap. 15. l. *cum ad quem.* 7. *C. de uſufr. & habitat.*

Verſ. 1175. lib. 18 Baſil. tit. 3. περὶ ὑπεξουσίων ex l. 1. §. *in filiof.* D. *ad Sct. Maced.* οὐδέποτε ἀξιωματικὸς ὑπεξούσιος κεκώλυται δανείζεσθαι: πλὴν τοῦ ἔχοντος ἰδιόκτητον πεκούλιον, δανείζεται γὰρ μέχρι τοῦ ποσοῦ τοῦ ἰδιοκτήτου πεκουλίου. vocant Græci eum ἀξιωματικὸν qui poteſtatem aliquam vel magiſtratum exercet : & quod dignitatis nomine filio qui in dignitate eſt, qui fortè decurionatum l. 2. D. *ad municip.* vel ἀγωνοθεσίαν ſuſcepit l. *ſi filia* 20. §. *Neratius.* D. *fam. erciſc.* à patre datum eſt, non conferri dicit ex l. 1. §. *ſed an id,* 16. D. *de collation.* Harmen. lib. 5. tit. 8. n. 29. his verbis. οὐ συνεισφέρουσι τοῖς ἀδελφοῖς οἱ ἀξιωματικοὶ ita Mathæus Monachus. στοιχ. A. tit. περὶ αἱρετ. hæreticos dicit, μήτε ἀξιωματικοὺς γίνεσθαι, μήτε διδάσκειν, &c.

Verſ. 1178. lib. 19. Baſilic. tit. περὶ ἀγοράσεως καὶ πράσεως l. *cùm ipſe tutor.* 5. *C. de contrah. empt.* l. *ſi in emptione* 34. D. eod. verſ. 1179. eod. tit. l. 3. C. *quæ res ven. non poſſ* verſ. 1182. tit. 8. cap. 1. l. 1. D. *de act. empt. & vend.* verſ. 1184. eod. tit. cap. 11. quod accipe de ſtipulatione duplæ, de qua intelligenda l. *ex empto.* 11. §. *idem Neratius & ſeq.* D. *de action. empt.* verſ. 1189. eod. tit. cap. 65. l. *expulſos* ult. *C. de act. empt.* verſ. 1191. eod. tit. cap. 66. l. 1. *C. de reb. al. non al.* verſ. 1197. fortè hie verſus erat ſub tit. *de rer. permutat. præſc. verb. vel. de leg. commiſſor.* qui hoc eodem libro Baſil. extant.

Verſ. 1201. eod lib. 19. tit. περὶ ἀναλύσεως πράσεως 10. cap. 41. & 54. l. *quæro* 58. §. *ult.* D. *de ædil. ed. & lib.* 22. Baſil. tit. 1. cap. 4. quod ita lege, ὁ ἀγοραστὴς δεικνύει τὸν δοῦλον περὶ τῆς πράσεως πεφυκέναι. l. *emptorem.* 4. D. *de probat.* ex punctis illis ἐὰν μὴ δείκνυται quæ ex cap. ſequenti irrepſerant. verſ. 1203. eod. tit. 1. περὶ ἀποδείξεων l. *cenſus* 10. D. *eod. quæ Attaliata in Synopſi.* tit. 16. *de teſtib.* verſ. 1204. eod. lib. 22. tit. περὶ βεβαιώσεως vid. Novell. 73. *de fid. Inſtrum.* verſ. 1208. eod. lib. tit. περὶ ὅρκου cap. 1. l. 1. D. *de jurejur.* verſ. 1209. ibid. cap. 1. l. 3. in p. D. eod. verſ. 1210. ex l. *ſed ſi poſſeſſori* 11. §. *proinde.* D. eod. verſ. 1212. eod. lib. & tit. c. 26. l. *eum qui* 30. D. *de jurejur.* verſ. 1217. eod. tit. cap. 34. l. *juſjurandum* 34. §. *ait prætor* D. *de jurej.* verſ. 1219. eod. tit. cap. 50. *l. ſi quis juſjurandum* 11. *C. de reb. cred. & jurejur.* verſ. 1219. lege ἐνδίκου ὅρκου juramenti quod in litem præſtatur, ita ſcholium à C. Labbæo relatum, quod eſt Attaliatæ in Synopſi. tit. 18. de jurejur. & in Baſilic. licet alio in ſcholio ſcriptum ſit, Καὶ ὁ ἐν λίτεμ ita lego, ἤτοι ὁ ἐν δίκῃ. & in Baſilic. hoc. tit. cap. 4. τὸν ἐν δίκῃ ὅρκον, ut & cap. 10. de eo autem qui in hoc litis æſtimandæ cauſâ juramento pejeravit, non facile quæri ſolet, ait Paul. l. ult. D. *de in lit. jur.* quemadmodum de perjurio ejus qui decidendæ litis cauſa juravit, quæritur. l. *ſi duo* 13. §. *ult.* D. *de jurejur.* l. *ult.* D. *de crim. ſtellion* idque voluit Pſellus hoc loco, ex cap. 11. dict. tit. Baſilic.

Verſ. 1225. lib. 23. Baſilic. tit. περὶ τόκων cap. 27. l. *placuit* 29. D. *de uſur.* ex qua lege hîc εἴτε τόκοι. verſ. 1227. eod. tit. cap. 61. l. *ſi non ſortem* 26. D. *de cond. indeb.* l. *indebitas* 18. *C. de uſur.* hîc lege περὶ τῦ. verſ. 1231. uſuræ κατὰ μικρὸν καὶ κατὰ χρόνον per tempora & minutim ſolutæ, non poterant jure antiquo in duplum computari, licet eodem jure uſuræ duplum non excederent. l. *uſuræ.* 10. *C. de uſur.* at ex Conſtitutione Juſtiniani κατὰ μικρὸν, καὶ κατὰ χρόνον, ἢ κατὰ μέρος ſolutæ uſuræ, τὸ διπλοῦν συμψηφίζονται vel quod idem τὸ διπλοῦν τοῦ χρέους οὐχ ὑπερβαίνουσιν lib. 23. Baſil. eod. tit. cap. 72. & 73. quam Juſtiniani conſtitutionem in penult. & ult. *C. de uſur.* diviſit Leunclavius: cùm ſit Novell. Juſtin. 121. & Novell. 138. quam alibi Græcè non habemus.

Verſ. 1233. lib. 24. Baſil. tit. 1. cap. 12. l. *cùm quis* 12. D. *de condict. cauſ. dat.* quam auctor Synopſ. Baſil. tranſtulit ad tractatum de donationib. lib. 47. tit. 3. verſ. 1236. eod. lib. tit. 1. cap. 21. relato in Synopſ. lib. 52. tit. 3. l. *ſi à patre* 5. *l. fideicommiſſum* 7. *C. de condict. ind.* verſ. 1238. hoc lib. 24. tit. 4. cap. 2. habetur Synopſ. lib. 7. p. 77. de eo agi hoc libro patet ex tit. 24. Synopſ. Attaliat. vide l. 2. *C. ne uxor. pro mar. l.* 9. *C. de bon. proſc.* Novell. 134. cap. ult. verſ. 1239. eod. lib. 24. tit. 6. cap. 4. retulit autor Synopſeos lib. 37. tit. 8. vide l. *ſi procurator.* 6. §. ult. D. *de cond. indeb.*

Verſ. 1241. lib. 25. Baſil. tit. 3. l. *cùm debitor.* 8. D. *in quib. cauſ. pign. tac. contrah.* ubi Hotomanum negativè legentem arguit Pſelli ἄτοκον χρέος verſ. 1244. eod. lib. lege δημοσίου l. ſi hypothecas. 8. *C. de remiſſ. pign.* verſ. 1246. ibid. l. *creditor* 4. C. *de diſtract. pign.*

Verſ. 1248. lib. 28. Baſil. tit. 4. cap. 8. & 12. l. *cùm te ſponſæ* 9. *l. ſi mater veſtra* 12. *C. de donat. ant. nupt.* verſ. 1250. eod. lib. 28. cap. 54. ex Novell. Juſtin. 117. cap. 2. qui τοὺς μεγάλας ἀξι κτχ. μεχρὶς Ἰλλουστρίων dixit, loco Protoſpathariorum ut Harmenop. lib. 4. tit. 6. n. 16. rectè utrumque, nam ex Gloſſ. Baſil. Ἰλλούστριοι, πρωτοσπαθάριοι, Ἰλλουστρίων, ἀξιωματικῶν, ἢ συγκλητικῶν verſ. 1253. eod. lib. 28. tit. 6. cap. 1. ex Novell. περὶ ἀθεμιτογαμιῶν 12. cap. 1. γάμον ἀθέμιτον καὶ ἐναντίον τῇ φύσει ὃν ὁ νόμος ἱκετον τι καὶ ἀθέμιτον καὶ δαμνάτον Baſil. ubi, ἀθέμιτόν τε καὶ ἐναντίον καὶ κατάκριτον.

Verſ. 1256. lib. 29. Baſil. tit. 1. forte cap. 118. quod in Synopſi deſideratur, ex l. *unic.* §. *videamus.* C. *de rei uxor. act.* Harmen. lib. 4. tit. 8. num. 52. hîc forte lege αὐτεξουσίῳ γαμετῇ, & verſ. 1258. εἰ δ' ἐστιν ὑπεξουσία verſ. 1260. eod. lib. tit. 1. cap. 63. l. *mutus* 73. §. *manente D. de jur. dot.* & lib. 28. Baſil. tit. 8. cap. 20. l. *quamvis* 20. D. *de ſolut. mat.* v. Harmenop. dict. lib. tit. 9. in princip. verſ. 1263. eod. lib. 29. tit. 10. v. l. 1. 3. 4. 5. 6. & ſeq. D. *de impenſ. in res dot. fact.* mendoſus quidem

dem videtur verſus 1272. niſi ad ſuperiorem retuleris verſ. 1273. habetur tit. περὶ ἀγωγῆς ἀφαιρέσεως πραγμάτων lib. 28. tit. 11. Synopſ.. ſine dubio extra ſuam ſedem, cum lib. 29. verſet Pſellus. verſ. 1275. eodem lib. 49. tit. 1. cap. 91. v l. *quoties*. 5. l. *cum dotem* 10. C. *de jur. dot*. l. *plerumque* 18. D. eod. v. Harmen. eo cap. 61. lib. 4. tit. 8. num. 5. verſ. 1279. neque mater pro filia dotem dare cogitur, niſi ex magna cauſa, & probabili, vel lege ſpecialiter expreſſa, neque pater de bonis uxoris ſuæ invitæ, ullam dandi habet facultatem. l. mater. 14. C. *de jur. dot*. οὐ μόνον οὐκ ἀναγκάζεται ἡ μήτηρ προικίσαι τὴν θυγατέρα αὐτῶν, ἀλλ' οὐδὲ ἀνὴρ ἐκ τῶν πραγμάτων αὐτῆς μὴ θελούσης. quod ſecus in patre qui lege Julia filiam dotare cogitur. l. capite. 9. D. *de tit nupt*. verſ. 1276. eod. lib. Baſil. 29. tit. 1. cap. 113. γυνὴ καὶ συνεστραμμένη ἐπὶ τοῦ γάμου ἐὰν ἄπορον ὁρᾷ τὸν ἄνδρα, δύναται ὑπὲρ προικὸς, καὶ προγαμιαίας δωρεᾶς, καὶ ἐξωπροίκων διακρατῆσαι τὴν αὐτοῦ οὐσίαν, ὡς ἀπὸ ὑποθήκης ita legit. Harmenop. dict. tit. 8. n. 38. l. *ubi adhuc* 29. C. *de jur. dot*. Parapherna dixi ἐξωπροικά ſecutus Gloſſ. Baſil. παράφερνα ἐξωπροικά, οὕτω φασὶ καθ' ἕλληνας ſic enim ibi legendum & dict. loco Baſilic.

Verſ. 1286. non liberorum numerus, non militia, non dignitas, non ſolus ipſe patris conſenſus, filium ſui juris facit: certis modis patria poteſtas conſtituitur, natura, & adoptione: certis item modis ſolvitur, natura, iterum vel caſu, & emancipatione. Non nudo conſenſu, patria liberi poteſtate, ſed actu ſolemni, vel caſu liberantur: nec cauſæ quibus motus pater emancipavit filium, ſed actus ſolemnitas queritur. Aiunt Impp. l. *non nudo* 3. *C. de emancip*. actu ſolemni, ſcilicet emancipatione, quæ νόμιμος οὖσα ἡ πρᾶξις Theoph. §. 4. *I. de exhered. lib*. πρᾶξις ἁπλῶς §. 6. *quib. mo. jus patr. poteſt ſol. actus, & legis actio Ictis*. cæterum hic verſus collectus eſt ex lib. 31. Baſil. tit. περὶ γονέων καὶ τῆς εἰς αὐτοὺς ὑπαγωγῆς. Verſ. 1283. eod. lib. 31. tit. 2. cap. 4. ex Novell. 89. cap. 12 §. ἵνα μὴ. 2

Verſ. 1300. lib. 33. Baſil. tit. 1. περὶ υἱοθετούντων. cap. 52. quod habet apud Theophilum §. 9. τῶν γὰρ εὐνούχων *I. de adopt*. & Harmenop. lib. 2. tit. 9. περὶ υἱοθεσίας. vide l. *Spadonum* 128. D. *de verb. ſig*. ad quorum nominum differentiam obſerva locum Pauli Medici, lib. ſexto, quo εὐνουχισμὸν faciendi varios modos affert. Quidam, inquit, fiebant exciſione teſtium, quidam veretri etiam cum teſtibus, qui mingebant fiſtula ænea ut nunc quoque quibus ob morbum ea pars eſt ſecta. quidam fiebant teſticulorum attritione, ea verò erat: puello in balneo demiſſo paulatim teſticulos atterere, uſque dum velut diſſipati evaneſcerent, atque contorquere, ut vena quæ illis alimentum defert, velut modo interciperetur, atque ita illi tabeſcerent. Itaque erant Eunuchi teſtibus exciſis, ſolis, aut etiam cum veretro: & contritis, qui propterea vocabantur Thlibiæ, &c.

Verſ. 1303. l. *tunc autem*. 2. D. *de injuſt. rupt*. lib. 35. Baſilic. ubi de teſtamentis agitur, & tit. 2. περὶ ἀτελοῦς διαθήκης ut patet ex tit. 32. Synopſ. Attal. auctor tamen Synopſ. Baſil. lib. 39. hunc titulum ſcripſit, niſi fortè diviſus eſt in ipſis Baſilicis, ibi cap. 2. ἡ ἀτελὴς δευτέρα τὴν πρώτην οὐ ῥήσσει. & tit. 20. lib. 35. cap. 2. εἰ μὴ τελείαν τις ποιῆσαι βούληται, οὐκ ἀκυροῖ τὴν πρώτην, eleganti ratione petita ex Novell. 107. cap. 2. ἄρα ἐξῆν διαρρήξαι τὸ γινόμενον, καὶ ἑτέρας ποιήσασθαι βουλήσεις, δηλούσας τὴν τελευταίαν αὐτοῦ γνώμην, ἢ προσφόρως κρατεῖν, illi enim licuit quod factum rumpere, & aliam condere voluntatem, quæ ipſius ſupremam (interpres Latin. habet perfectam) ſententiam demonſtraret, quam valere convenit. *Verſ*. 1306. eod. lib. 35. tit. 1. cap. 7. l. *à qua ætate*. 5. D. *qui teſt. fac. poſſ*.

Verſ. 1307. non fallor ſi hos verſus refero ad tit. *ſi quis aliquem teſtari prob. cujus* l. 2. Paulus ait, ſi quis dolo malo fecerit, ut teſtes non veniant, & per hoc deficiatur facultas teſtamenti faciendi, denegandæ ſunt actiones ei qui dolo fecerit. Græci referunt lib. 35. Baſil. tit. 3. cap. 2. ὁ κατὰ δόλον κωλύσας τοὺς μάρτυρας εἰσελθεῖν, ἐκπίπτει τοῦ κλήρου, ejus prohibitionis hoc elegans exemplum affert Pſellus, ſi peregrè evocatis teſtibus ſumptus & viatica quis deneget, is enim accedere prohibet, cùm propriis ſumptibus accedere teſtes non debeant, & ut ait Cajus l. *ſed ſi quis* 7. D. *quemad. teſt. ap*. ſit iniquum, damnoſum eſſe cuique officium ſuum: quare teſtibus ab eo qui producit & evocat dari debere impendia reſcripſit Hadrian. l. *teſtium*, §. *Gabinio*. D. *de teſtib. & Impp*. ſumptus competentes dari l. *quoniam* 11. C. eod. & ſumptus iiſdem ad faciendi itineris expeditionem præbere debebit, cùm id ipſa juſtitia perſuadeat, ab eo hoc recognoſci, qui evocandi perſonas ſua intereſſe crediderit. l. *eos*. 6. §. 2. C. *de appellat*. verſ. 1310. eod. l. 35. tit. 7. cap. 1. vid. tit. D. *de his quæ in teſtam. del*. & lege verſu 1311. εἰ δ' οὐκ, ἐρρῶσθαι εἰ δ' ἄλλως, ἔρρωται. *Verſ*. 1312. *& ſeqq*. ibid. tit. 12. περὶ αἱρετικῶν ἐνστάσεων.

Verſ. 1319. lib. 36. Baſil. tit. 1. περὶ κωδικέλλων.

Verſ. 1324. lib. 37. Baſilic. tit. 7. cap. 8. ubi τοὺς λόγους ἀποδῶσι. l. *tutor*. 7. §. *ult*. D. *de adm. tut*. l. *Lucius* 46. §. 3. eod. t. l. 1. §. *ult*. D. *de uſur*. Verſ. 1326. ex eod. lib. vel ex 38. quo etiam de tutorib. agitur. Si enim tutor per interpoſitam perſonam rem pupilli emerit, in ea cauſa eſt, ut emptio nullius momenti ſit l. *pupillus* 5. §. 3. D. *de auct. & conſ. tut. ut ſi uxor*. l. *cum ipſe tutor*, 5. C. *de contrah. empt*.

Verſ. 1328. lib. Baſil. 39. tit. 1. περὶ τῆς κατὰ διαθ. μεμψ. lege hoc verſu εἰ μὲν μετ. πρώτης κατὰ διαθ. nam quamvis inſtituta in officioſi accuſatione, res tranſactione deciſa ſit, tamen teſtamentum in ſuo jure manet. l. *ſi ſuſpecta*. 25. §. 2. D. *de inoff*. quia privatis pactionibus, non dubium eſt non lædi jus cæterorum, quare nec tranſactione teſtamentum reſciſſum videri poteſt. Verſ. 1331. intellige μέμψιν κατὰ διαθ. de eo accipe qui ſe adoptatum credidit à fœmina, & eam ſuam matrem adoptivam falſò eſſe exiſtimavit l. 29. §. *quoniam*. D. *de inoff*. & ita explica cap. 20. them. 4. tit. 1. h. lib. 39. cùm alioquin adoptatus ex Imp. reſcripto ad exemplum adrogati quartam habere debeat.

Verſ. 1334. ex lib. 40. Baſil. in quo agitur περὶ διακατοχῆς v. l. *ſervus* 7. §. *impubes*. l. *ſi pupillo*. 11. D. *de bon poſſ*. Tutor autem bonorum poſſeſſionem pupillo competentem repudiare non poteſt, tutori petere permiſſum eſt, non etiam repudiare. l. *tutor*. 8. D. *eod*.

Verſ. 1341. hæc aſcendentium, deſcendentium, & collateralium ſucceſſio excerpta eſt ex Novell. 118. cap. 1. & 2. & deſcripta eſt à Leone lib. 45. Baſilic. tit. 3. περὶ βαθμῶν, ubi tamen malè contra parentes, vel cum ipſis, admittuntur unà cum fratribus, fratrum filii, cùm Novella 127. id demum introductum ſit. Pſellum autem verſ. 1342. ita accipe, ut velit, liberis ſolis nullo admiſſo neque etiam aſcendentibus, vel thiis, omnes

nes hereditatis partes ſine diviſione abundare & ſupereſſe.

Verſ. 1343. ex reſcripto Hadriani, atque ideo ſervatur donec partum ediderit. l. *Imperator.* 18. D. *de ſtat. hom.* quæ lex ſine dubio ſcripta fuit l. 46. Baſil. tit. περὶ ἀνθρώπων ἐλευθέρων. verſ. 1345. ex eod. lib. 46. Baſil. tit. 3. cap. 1. vid. tit. *de rer. diviſ. I.* & D.

Verſ. 1350. affectionis gratia, neque honeſtæ, neque inhoneſtæ donationes ſunt prohibitæ: honeſtæ erga bene merentes amicos, vel neceſſarios, inhoneſtæ circa meretrices. *l. affectionis.* 5. D. *de donat. quæ habetur.* lib. 47. Baſil. tit. 1. *Militi tamen focariæ donare non licet l. ſi. ancillam* 2. *C. de donat. inter vir. & uxor.* at heredem inſtitui poſſe arguit vetus inſcriptio ſepulchri Aurelii Vitalis Militis (Valeria Fauſtina focaria & heres ejus) pag. 1107. inſcript. Grut. Focarias ad exemplum militum dixerunt ſacræ militiæ cingulo cinctorum συνεισάκτους de quib. Concil. prim. General.

Verſ. 1352. ultra librum 47. non verſat Pſellus Baſilica, quæ ad 60. librum à Leone perducta ſunt, fortè quia quæ reliquis libris ſcripta ſunt, jam hoc opere enarraverat. Illis additum εἰκονικὸν graduum hic teſtatur, is ipſe forſitan quem in ſuis inſtitutionibus depingi voluit Juſtinianus, quem nobis auctor Synopſeos invidit.

Verſ. 1359. fortè hîc legendum νέον νόμον, nam & illi Novellæ Jambus νέον νόμον τίθησι Ῥωμαίοις ἄναξ præfixus eſt, eſt autem prior Novella de prædiis à Potentioribus quovis titulo occupatis, de quo item Baſilii in Porphyra nati, ambas ex editione Leunclavii lib. 2. jur. Græco Roman. conſule, & obſervationes ad earum aliam Caroli Labbæi viri eruditiſſimi. Nobis enim (quibus ſola interpretatio in animo erat) otium id, quo inviti ſine libris in patria extorres fruimur, has breves adnotationes elicuit, ne in deſidiam ipſum immutaretur: quas, qualeſcunque ſint, ſtudioſa legum Juventus, tibi enim ſcripſi, utiles tibi precor, & æternæ ſapientiæ à quo omne donum, conſecro. *Narbone Marcio. Calend. Decemb. Anno Salutis* 1630.

Θεῷ δόξα καὶ χάρις.

Jam hoc opus ad umbilicum Typographus perduxerat, cùm beneficio R. P. Jacobi Sirmundi duo Pſelli Poëmata accepi, quæ ſine dubio Michaeli Imp. inſcripta huic Synopſi adjuncta erant. Ubi enim vir ſapientiſſimus leges Imperatorem brevi compendio edocuit, fidei noſtræ & canonum notitiam præſtringens eadem brevitate, eodemque ſtylo, eorum epitomen, his verſibus compoſuit, quorum ipſa initia aliud procul dubio legum opus eos ſubſequi demonſtrant. Non itaque abs re me facturum putavi, ſi ut prælo urgente mihi licuit, vix ex ſcriptos hos verſus Synopſi ſubnecterem.

ΤΟΥ ΠΑΝΥΠΕΡΤΑΤΟΥ ΦΙΛΟΣΟΦΟΥ

Κυρίου Μιχαὴλ τοῦ Ψελλοῦ, στίχοι πολιτικοὶ, πρὸς τὸν βασιλέα Κύριον Μιχαὴλ τὸν Δούκαν.

ΠΕΡΙ ΔΟΓΜΑΤΟΣ.

ΔΕΧΟΥ καὶ τὸν θεμέλιον τῶν καθ' ἡμᾶς δογμάτων,
Σύντομον, καὶ συνοπτικὸν, καὶ περιγεγραμμένον,
Θεὸν γίνωσκε, ΔΕΣΠΟΤΑ, σωμάτων ἀσωμάτων,
Σύγχρονον, ἀτελεύτητον, τῶν ὅλων ὑποστάτην,
Ἀσώματον, ἀόριστον, ἀσχημάτιστον φύσει,
Ἄδετον μὲν οὐσίαν ἄληπτον, ληπτὸν ταῖς ἐνεργείαις.
Ἓν καὶ τρία κατ' αὐτὸν, ἓν μὲν τῇ οὐσίᾳ,
Τρία ταῖς ὑποστάσεσιν, εἰ βούλει, καὶ προσώποις.
Μονὰς γὰρ τρισυπόστατος ὁ Θεὸς χρηματίζει,
Πατὴρ, υἱὸς, καὶ ἅγιον ὁμοούσιον πνεῦμα.
Μόνος πατὴρ καὶ ἄναρχος ὁ πατὴρ ΣΤΕΦΗΦΟΡΟΣ
Μόνος υἱὸς καὶ οὐκ ἄναρχος, τῇ σαρκὶ αὐτοῦ πέλει,
Ἀρχὴ δὲ τούτου ὁ πατὴρ, εἰ δὲ τὴν κατὰ χρόνον
Ἀρχὴν λαμβάνειν βούλοιο, καὶ ἄναρχος τυγχάνει.
Πνεῦμα, τὸ πνεῦμα ἅγιον καὶ θεὸς κατ' οὐσίαν,
Ἐκ τοῦ πατρὸς τὴν πρόοδον ἰσχηκὸς ὑπὲρ φύσιν
Ἐκπορευτὴν οὐχ υἱκὴν, κἂν ἅγιος ὁ τρόπος.
Ὑπόστασις μὲν ἕκαστον, εἷς δὲ Θεὸς τὰ τρία.
Μόνος δὲ υἱὸς σεσάρκωται ἐν τέλει τῶν αἰώνων,
Καὶ φύσιν ἀνελάβετο τὴν ἡμῶν ἐκ παρθένου,
Οὐσιωδῶς, καὶ σχετικῶς, φύσει, οὐ φαντασίᾳ.
Ἐκ τῶν αἱμάτων τῶν σεπτῶν τῆς πανάγνου παρθένου.
Ἄλλη δὲ ἐστὶν ὑπόστασις, καὶ ἑτέρα οὐσία.
Ἡ μὲν οὐσία τὸ κοινὸν ὑποστάσεως εἶδος,
Ἡ δὲ ὑπόστασίς ἐστιν ἐν προσώπῳ καὶ μόνον.
Τὸ μὲν γὰρ τῆς θεότητος, τῆς ἀνθρωπότητός τε,
Δηλωτικὸν τῆς φύσεως καὶ οὐσίας τυγχάνει.
Ὁ δὲ πατὴρ, καὶ υἱὸς, καὶ τὸ ἅγιον πνεῦμα,
Καὶ πρόσωπα πεφύκασι, καὶ μὴν καὶ ὑποστάσεις.
Ὁ σαρκωθεὶς τοίνυν υἱὸς ἀτρέπτως ἀσυγχύτως,
Οὐ σχετικῶς, ὡς ἔπρεπεν, οὔτε μὴν κατὰ φύσιν,
Ὡς ὁ δεινὸς Νεστόριος δυσσεβῶς παραληρεῖ

Ἡνώθη καθ᾽ ὑπόστασιν τῇ προσληφθείσῃ φύσει,
Μία μονὰς ὑπόστασις, τῇ θείᾳ, καὶ τελείᾳ,
Ἐν δύο δὲ ταῖς φύσεσιν οὐσιωδῶς τυγχάνει.
Οὕτω δὴ καὶ πρεσβεύομεν, οὕτως ὁμολογοῦμεν
Τὰς δύο φύσεις ἀληθῶς, θείαν καὶ ἀνθρωπίνην,
Ἀλλήλαις καθ᾽ ὑπόστασιν ἀτρέπτως ἑνωθείσας
Ἑκάστην ἀναλλοίωτον μένειν ἐν τῇ ἑνώσει.
Ἐκ δὲ τῶν δύο φύσεων μίαν ἀποτελεῖσθαι,
Σύνθετον τὴν ὑπόστασιν οὗτος πίστεως ὅρος.
Ὁμολογοῦμεν τοιγαροῦν τοῦ πατρὸς υἱὸν ἕνα,
Κατὰ τὴν ἐνανθρώπησιν τὴν ἄρρητον τοῦ λόγου,
Καὶ τὸν αὐτὸν υἱὸν σαφῶς ἄνθρωπον πεφυκέναι,
Ἕνα χριστὸν καὶ κύριον μονογενῆ καὶ λόγον,
Ὅλον θεὸν καὶ ἄνθρωπον τῇ μιᾷ ὑποστάσει,
Ἥνωνται γοῦν αἱ τοῦ χριστοῦ φύσεις ἀλλ᾽ ἀσυγχύτως,
Ἥνωνται καθ᾽ ὑπόστασιν, διῄρηνται δὲ πάλιν
Τῷ τρόπῳ τῆς διαφορᾶς, ἄλλη θεοῦ γὰρ φύσις,
Καὶ ἄλλη ἀνθρωπότητος, εἷς δὲ ἐν ἀμφοῖν ὁ λόγος,
Εἷς τοίνυν ἐστὶν ὁ Χριστὸς, ὁ δὲ αὐτὸς καὶ δύο,
Εἷς μὲν γάρ τὴν ὑπόστασιν, ἀλλὰ διπλοῦς τὴν φύσιν.
Ὡς πρεσβεύομεν καλῶς τοῦ Χριστοῦ δύο φύσεις,
Οὕτω καὶ δύο λέγομεν φυσικὰς ἐνεργείας,
Καὶ δύο τὰ θελήματα φυσικῶς ἐνεργοῦντα.
Οὐσία μὲν οὖν καὶ μορφὴ καὶ φύσις ἐν τῷ λόγῳ,
Ἄτομον δὲ καὶ πρόσωπον ἓν σὺν τῇ ὑποστάσει.
Τὴν σάρκα δὲ τὴν τοῦ θεοῦ ὑπόστασιν μὴ λέγε,
Λέγε γὰρ ἐνυπόστατον, ἀκριβὲς γὰρ τὸ δόγμα.
Τὸ δέ γε ἐνυπόστατον πολυσήμαντον, ΑΝΑΞ,
Ἔστι γὰρ ἐνυπόστατον τὸ ἀληθὲς ὑπάρχον,
Καὶ αὖθις ἐνυπόστατον τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας.
Ἤγουν τὸ εἶδος, ΔΕΣΠΟΤΑ, τὸ ἐπὶ τοῖς ἀτόμοις
Πραγματικῶς ὑφεστηκὸς, οὐ ψιλῇ ἐπινοίᾳ,
Ἔστι δὲ ἐνυπόστατον οὐ πλέον φροντιστέον,
Ὅπερ ἐστὶ συγκείμενον μετ᾽ ἄλλου διαφόρου,
Κατὰ οὐσίαν, ΔΕΣΠΟΤΑ, εἰς σύστασιν προσώπου.
Ἑνὸς καὶ ὑποστάσεως μιᾶς γένεσιν, ΑΝΑΞ:
Τὸ μὲν γὰρ ἐνυπόστατον τοιοῦτο ἔσχεν ὅρον.
Ὑπόστασις δὲ πέφυκε κυριολογουμένη,
Πρᾶγμα ἰδιοσύστατον, ἢν μᾶλλον πρόσωπόν τι,
Ἐνούσιον δὲ πέφυκε τὸ κοινὸν τῆς οὐσίας,
Ἕξις ποιότης ἔμμονος καὶ δυσμετάβλητός πως
Ἔξεως ἄλλως ἀριθμὸς ἑκάστῃ κατὰ φύσιν
Ὁλόκληρος ἐνέργεια ἐν ψυχῇ σώματι τε,
Ἕξις δὲ ἡ ἐνέργεια τοῦ κινεῖν πέφυκέ πως.
Πρὸς τούτοις πᾶσι γίνωσκε ὁ Σαρκωθεὶς γὰρ Λόγος,
Τὴν ἡμετέραν προσλαβὼν ἐν τῷ σαρκοῦσθαι σάρκα,
Κατάρα ἐχρημάτισε τυγχάνων εὐλογία,
Καὶ τέθνηκεν ὡς ἄνθρωπος ἀθάνατος ὢν φύσει,
Ἐπὶ σταυροῦ τὴν νέκρωσιν ὑποστὰς ἑκουσίως.
Ἀνέστη δὲ τριήμερος τὸν ᾅδην καταλύσας,
Εἶτα καὶ ἀπελήλυθεν εἰς οὐρανοὺς ἐν δόξῃ,
Καὶ αὖθις ἥξει σὺν πατρὶ καὶ πνεύματι ἁγίῳ
Κρῖναι δικαίως ἅπαντας ὅμως καὶ φιλανθρώπως.
ΤΟΥΤΟ συγκεφαλαίωσις τῶν Θεολογουμένων,
Καὶ λεγομένων, ΔΕΣΠΟΤΑ, εἰς τὴν οἰκονομίαν.
Πολὺς γὰρ καὶ δυσνόητος ὁ λόγος τῶν δογμάτων.
Ἀλλ᾽ ἐγὼ τὰ σαφέστερα συλλέξας σοι προσφόρως,
Καὶ πληρεστάτως εἴρηκα ὁμοῦ τε καὶ συντόμως.
ΔΕΙ γὰρ τὸν βασιλεύοντα καὶ τ᾽ ἄλλα μὲν εἰδέναι,
Τὸ δ᾽ ἀληθὲς ὡς μάλιστα τῶν καθ᾽ ἡμᾶς δογμάτων,
Ἀρχὴ γὰρ τοῦτο καὶ κρηπὶς ὑπάρχει βασιλείας.
Γίνωσκε καὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἱερῶν Συνόδων,
Ὁπόσαι κατὰ δυσσεβῶν ἐκροτήθησαν, ΑΝΑΞ,
Ἑπτὰ πᾶσαι πεφύκασι πρωτὴ δ᾽ ἡ ἐν Νικαίᾳ Α
Τοῦ θείου βασιλεύοντος, ΔΕΣΠΟΤΑ, Κωνσταντίνου,
Καὶ ἀρχιερατεύοντος ἐν Κωνσταντινουπόλει
Τοῦ πανσεβάστου καὶ ψυχῇ καὶ λόγῳ Μητροφάνου.
Αὕτη τὴν γλῶτταν ἔτεμε τοῦ μανέντος Ἀρείου,
Τὴν ὁμοουσιότητα τέμνοντος τῆς Τριάδος,
Καὶ κτίσμα τὸν δημιουργὸν δυσσεβοῦντος ἀθλίως,
Ἐλάττονά τε τοῦ πατρὸς, τὸν ἰσότιμον φύσει.
Ἡ δὲ δευτέρα γέγονε τῶν ἱερῶν συνόδων Β.
Ὡς ἱστοροῦσιν ἅπαντες ἐν Κωνσταντινουπόλει,
Ἧς ὁ μὲν Θεοδόσιος ἦρχε καλῶς ὁ μέγας,
Νεκτάριος δὲ ἀρχιερεὺς ἐτύγχανε τῷ τότε,
Αὕτη τὸν Μακεδόνιον ἀνέσπασε ῥιζόθεν,
Τὸ πνεῦμα τὸ πανάγιον ἀλλοτριοῦντα μάτην
Τῆς ὑψηλῆς θεότητος, καὶ κτίσμα βλασφημοῦντα.
Ἡ δέ γε τρίτη Σύνοδος γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ, Γ.
Θεοδοσίου τοῦ Μικροῦ δεσπόζοντος ἀξίως,
Κατὰ τοῦ ματαιόφρονος καὶ δεινοῦ Νεστορίου,
Τὴν τοῦ Θεοῦ μὴ σάρκωσιν οὐδ᾽ ὅλως δεχομένου.
Ἀλλὰ ψιλὸν μὲν ἄνθρωπον τὸν Χριστὸν βλασφημοῦντος
Καὶ Χριστοτόκον λέγοντος, ἀλλ᾽ οὐχὶ Θεοτόκον.

Τὴν

Τὴν Θεοτόκον Δέσποιναν καὶ Μαρίαν Παρθένον.
Ἡ δὲ τετάρτη Σύνοδος ἔστη ἐν Χαλκηδόνι, Δ.
Ῥώμης τὰ σκῆπτρα φέροντος Μαρκιάνου δεσπότου,
Ὁ δ᾽ ἀριθμὸς τῶν ἱερῶν καὶ σεβαστῶν πατέρων,
Τριάκοντα συνέστησαν πρὸς τοῖς διακοσίοις,*
Κατ᾽ Εὐτυχοῦς τοῦ δυσσεβοῦς, καὶ κατὰ Διοσκόρου,
Τὸ σῶμα τὸ δεσποτικὸν δυσσεβῶς φαντασάντων.
Ἡ δέ γε πέμπτη γέγονεν ἐν Κωνσταντινουπόλει, Ε.
Πέντε δὲ πρὸς ἑξήκοντα καὶ ἑκατὸν πατέρες
Ἐν ταύτῃ συναθροίσθησαν, καὶ τὴν ἐν Χαλκηδόνι
Σύνοδον ἐκρατύνθησαν ὡς πανευσεβεστάτην.
Ἀπήλασάν τε εὐσεβῶς τῶν θείων περιβόλων,
Εὐάγριον καὶ Δίδυμον μετὰ τοῦ Ὠριγένους,
Ἄνδρας προτελευτήσαντας ἄλλα συγγραψαμένους
Νόθα καὶ ξένα δόγματα τῆς θείας Ἐκκλησίας.
Σωμάτων μὲν ἀνάστασιν νῦν μὲν ἀνῆλον ὅλως,
Νῦν δὲ παραδογματίσαντες ἔγερσιν ἀλλοτρίαν,
Ἀδάμ τε καὶ παράδεισον ἐξεῖπον ἀσωμάτους,
Καὶ τέλος συνεπέρανεν τὴν κόλασιν ἐν χρόνῳ,
Καὶ τῶν δαιμόνων ἔγραψαν φεῦ ἀποκαταστάσεις.
Ἀπῆλον τὸν Θεόδωρον τὸν τῆς Μοψουεστίας,
Μυσταγωγὸν τυγχάνοντα τοῦ δεινοῦ Νεστορίου,
Καὶ τὴν πρὸς Μάριν πρότερον ἐπιστολὴν τοῦ Ἴβα,
Ὅσα τε συνεγράψατο κατὰ Κυρίλλου πάλαι
Ὁ Κύρου Θεοδώρητος ἴσος ὢν ὑποκρίσει.
Ἡ δ᾽ ἕκτη πάλιν Σύνοδος ἐν Κωνσταντινουπόλει ϛʹ.
Συνέστη καὶ διέῤῥηξε δόγματα θεομάχων,
Ὧν οἱ προστάται λόγιοι καὶ πολλοὶ καὶ ποικίλοι
Ὁ τῆς Φαρὰν Θεόδωρος, Ὁνώριος ὁ Ῥώμης,
Κῦρος Ἀλεξανδρείας τε, Σέργιός τε καὶ Πύῤῥος,
Καὶ Παῦλος ὁ Σαμοσατεύς, πρὸς τούτοις δὲ καὶ
Πέτρος,
Μακάριος ὁ ἄθλιος, καὶ Στέφανος πρὸς τούτῳ,
Οὐ δύο φύσεις λέγοντες τοῦ σαρκωθέντος Λόγου
Μίαν δὲ τινα σύνθεσιν, ἐνέργειαν δὲ μίαν.
Σὺν τούτοις πολυχρόνιον ἀπέκτειναν τελείως,
Καὶ δύο ἐδογμάτισαν τοῦ σαρκωθέντος Λόγου
Τὰς φύσεις ὡς πανευσεβεῖς, ὡς δὲ καὶ τὰς θελήσεις.
Ἡ δὲ ἑβδόμη γέγονεν ἐσχάτως ἐν Νικαίᾳ ζ.
Πεντήκοντα συνῆλθον γὰρ πρὸς τοῖς τριακοσίοις,
Ἀγαθοὶ ἐν ταύτῃ εὐσεβῶν θεοφόρων πατέρων.

* ἑξακοσίοις.

Εἰρήνης τῆς Δεσπότιδος τότε βασιλευούσης,
Σὺν Κωνσταντίνῳ τῷ υἱῷ καὶ νέῳ στεφηφόρῳ.
Καὶ τὰς εἰκόνας τὰς σεπτὰς ἐθέσπισαν τιμᾶσθαι,
Καλῶς δ᾽ ἀναθεμάτισαν τοὺς δυσσεβοῦντας τότε,
Βασίλειον Ἐπίσκοπον τὸν ὄντα Πισιδίας,
Ἐφέσου Θεοδόσιον, Σισίννιον τὸν Πέργης,
Ἄλλους τε πλείστους τὰς σεπτὰς εἰκόνας μὴ τιμῶντας.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ ΜΙΧΑΗΛ ΨΕΛΛΟΥ.

Ἔχε μοι γνῶσιν, ΔΕΣΠΟΤΑ, καὶ τοῦ Νομοκανόνος.
Σύνθετος βίβλος πέφυκε νόμων τε καὶ κανόνων.
Κανόνων μὲν συνοδικῶν, καὶ νόμων διαφόρων.
Τῶν παρὰ δὲ μάλιστα πανσόφων θεσπισμάτων,
Συνηγορεῦνται κάλλιστα τοῖς γραφεῖσι κανόσιν.
Ἔστι δὲ πρώτη Σύνοδος τῇ τιμῇ καὶ τῇ τάξει, Α.
Τῶν συνελθόντων εὐσεβῶν εἰς Νίκαιαν πατέρων,
Ἐπὶ τοῦ αὐτοκράτορος καὶ πιστοῦ Κωνσταντίνου,
Ὃς μέγας, ὃς ἐξαίρετος καλῶς ἐπωνομάσθη.
Ὧν ὀκτὼ καὶ δέκα, ἀριθμὸς πρὸς τοῖς τριακοσίοις.
Δευτέρα ταύτης πέφυκε, τῷ χρόνῳ δὲ προτέρα, Β.
Τῶν ἐλθόντων εἰς Ἄγκυραν πατέρων μακαρίων,
Οἱ τέσσαρες πρὸς εἴκοσι ἐξέθεντο κανόνας.
Οἱ δ᾽ ἐν Νικαίᾳ εἴκοσι ἐξέθεντο καὶ μόνους.
Τρίτη Σύνοδος γέγονεν ἐν Νεοκαισαρείᾳ Γ.*
Αὕτη πρῶτον πέφυκε καὶ τῆς ἐν τῇ Νικαίᾳ,
Τρίτην δὲ τάξιν εἴληφεν, ὡς τῶν δυοῖν ἐλάττω
Τῆς μὲν τῆς ἁγιωτάτης τῆς δὲ χρόνου πρεσβείᾳ.
Κανόνες ιδʹ! καὶ ταύτης τῆς συνόδου.
Τετάρτη τῆς ἐν Σαρδικῇ μετὰ τοὺς ἐν Νικαίᾳ Δ
Κανόνες εἰς πρὸς εἴκοσι καὶ ταύτης τῆς συνόδου
Ἡ πέμπτη τῶν ἐν Γάγγραις δὲ πατέρων συνελθόντων, Ε.
Ὧν οἱ κανόνες εἴκοσι τυγχάνουσι καὶ μόνοι.
Ἕκτη τῶν εἰς Θεούπολιν κοινῇ δεδραμηκότων, ϛʹ.
Οὕτω γὰρ ὀνομάζουσι τὴν Ἀντιόχου πόλιν,
Ὧν πέντε πρὸς τοῖς εἴκοσι τυγχάνουσι κανόνες.
Ἑβδόμη τούτων πέφυκε τῶν ἐν Λαοδικείᾳ. ζ.
Ὑφ᾽ ὧν ἐξεφωνήθησαν δογματικοὶ κανόνες
Ἐννέα πρὸς πεντήκοντα πίστεως ὅλοι πλήρεις.
Τῶν δ᾽ εἰς Κωνσταντίνου πόλιν πατέρων συνελθόντων, Η
Ὀγδόη τούτων σύνοδος ὧν ἑπτὰ οἱ κανόνες.

Η δὲ γ' ἐννάτη σύνοδος γέγονεν ἐν Ἐφέσῳ Θ.
Ὑφ' ἧς ἐξεφωνήθησαν ἕνα κανόνες μόνοι.
Δεκάτη δὲ τῷ ἀριθμῷ τῆ ἐν τῇ χαλχηδόνι,
Παρ' ὧν ἑπτὰ πρὸς εἴκοσιν ἐτέθησαν κανόνες.
Ο Μέγας δὲ ὁ Βασίλειος ἡ βάσις τῶν δογμάτων,
Οκτὼ πρὸς τοῖς ἑξήκοντα ἐθέσπισε κανόνας.
Εἰς δὲ Κωνσταντίνου πόλιν καὶ δὶς καὶ τρὶς ἠθροίσθη
Λογὰς πατέρων εὐσεβῶν ὧν οἱ κανόνες δῆλοι.
Ἄλλοι τε πλεῖστοι τῶν πιστῶν ἀνδρῶν σεβασμίων
Κανόνας ἐκτεθήκασι κρατύνοντες τὴν πίστιν.
Ὧν περ ὁ Διονύσιος ὁ τῆς Ἀλεξανδρείας,
Γρηγόριος ἐπίσκοπος ὁ Νεοκαισαρείας,
Τιμόθεος ὁ εὐσεβὴς, καὶ Κύριλλος ὁ πάνυ,
Γεννάδιος ὁ θαυμαστὸς θεσπίσας ἐγκυκλίως.
Πρὸ τούτων διὰ Κλήμεντος ἐγγράψας κανόνες,
Τῶν σεβασμίων καὶ σεπτῶν καὶ θείων Ἀποστόλων,
Πέντε πρὸς ὀγδοήκοντα σεβάσμιοι κανόνες.
Οὐ πάντες δὲ θεσπίζουσι περὶ Θεολογίας,
Ἀλλ' οἱ μὲν τὰ τῆς πίστεως κρατύνουσιν εὐλόγως,
Οἱ δὲ τοῖς ἁμαρτάνουσι μέτρα τῆς μετανοίας,
Εὐθέως κανονίζουσι τοὺς χειροτονουμένους.
Πάντες δὲ λυσιτελοῦσαν εἰσάγουσι τῷ βίῳ.

Ο κανονίσας δ' ἅπαντας ἐντέχνως τοὺς κανόνας,
Οσους ἐφεῦρε, ΔΕΣΠΟΤΑ, κανόνας τῶν πατέρων,
Πρὸς τὴν αὐτὴν ὑπόθεσιν εὐκαίρως γεγραμμένους,
Πάντας εἰς ἓν συνήγαγεν ὥσπερ ὑπὸ τίτλους.
Ἀλλ' κληρονομένων, ΔΕΣΠΟΤΑ, πολλοὶ διά τι πλεῖσμα,
Ἄδεκτοι καθίστανται εἰς ὃν ἄγονται κλῆρον,
Πολλοὶ γοῦν ἐκανόνισαν τὰ περὶ τῶν ἀδέκτων,
Ἤτι λόγοις τῶν σεβαστῶν καὶ θείων Ἀποστόλων,
Ὁ Μέγας τε Βασίλειος ἔγραψε περὶ τούτων.
Ἵν οὖν μὴ δυσχεραίνηται ἐρευνῶν τοὺς κανόνας,
Ο συναθροίσας ἅπαντας εἰς ἓν πυκτίον; ΑΝΑΞ,
Τέχνῃ ἐδημιούργησεν ἐν τούτῳ θαυμασίαν.
Πρὸς τὴν ὑποκειμένην γὰρ καὶ ζητουμένην φύσιν,
Κανόνας τοὺς προσήκοντας συνήθροισεν ἐντέχνως.
Ἔστι καὶ τάξις, ΔΕΣΠΟΤΑ, καὶ βαθμὸς τῶν κανόνων,
Τοῖς διαφόροις πάθεσι τεχθέντων διαφόρων.
Οἱ μὲν γὰρ ἀπελαύνουσι τῆς θείας ἐκκλησίας.
Οἱ δὲ μόνους καθαίρουσι τοὺς χειροτονηθέντας.
Οἱ μὲν προστίμους ἄρχουσι τῆς ἀκοινωνησίας.
Οἱ δὲ εἰσὶ σώφρονες ἐν τοῖς ἐπιτιμίοις.
Δίδαξις αὕτη σύντομος τῶν ἱερῶν κανόνων.

Τ Ε Λ Ο Σ.

CORNELII SIEBEN

Juriſconſulti & Anteceſſoris.

SPECIMEN OBSERVATIONUM CRITICARUM

IN PSELLI SYNOPSIM LEGUM,

PLURIMA ſupereſſe in Novellis cæteriſque Juriſconſultorum Græcorum reliquiis, quæ vel non intellecta ad hunc uſque diem, vel corrupta leguntur, qui litteras amant, Juriſconſulti confitentur omnes. Inprimis vero Pſellum in Synopſi legum, multis iiſque fœdiſſimis deformatum vitiis deprehendi. Habuit hic libellus Boſquetum Narbonenſem JCtum, interpretem minime felicem. Multa, quæ remedio egebant, fugerunt ejus induſtriam. Non deſunt quoque, quæ pro deſperatis intacta reliquiſſe videtur. Plura præterea corrupit & ita ſua verſione pervertit, ut nihil minus quam cum Juris noſtri Regulis convenire exiſtimem. Exempla, ex pluribus quæ ad manum ſunt, pauca edere decrevi, & ſi non diſplicere intelligam, auctior forte & emendatior Pſellus prodibit in lucem. Quod ad capita Juris Romani attinet, de quibus hic agitur, paucis omnia indicare potius, quam pluribus illuſtrare volui. Repetenda ita fuiſſent quæ ab aliis toties ſcripta & repetita inveniuntur, modumque egreſſus in ſcribendo forem, quem ſtatuerunt Celeberrimi *Miſcellaneorum Obſervationum* Editores.

Verſ. 61.

Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαι τοῦτο δὴ τὸ βιβλίον,
Οὗτος ὁ νομικώτατος νομομαθὴς τυγχάνει.

hæc inter ceteras inſtitutionum libelli laudes refert Pſellus, & merito. Ut tamen metri & verborum ratio ſibi conſtet reſcribe,

Κἂν εἴ τις ἀκριβώσαιτο τοῦτο δὴ τὸ βιβλίον

Similis fere error infra verſ. 970.

Ὕστερον ἀπαρνήσαι τὸ μὴ χρεωστῶς ἐκθεῖναι.

reſtitue

Ὕστερον ἀπαρνήσαιτο μὴ χρεωστῶς ἐκθεῖναι, ubi quod Attici ſolent, & Latini imitantur, eleganter verbo neganti ſuperaddita negandi particula; ex Græcis exempla afferentem videas, Eruditiſſimum Alberti in Obſervat. ad Novum Teſtamentum, ex Latinis ut & Juriſconſultis noſtris plura adduxit Vir Illuſtris & maximus noſtrorum temporum Juriſconſultus Bynkershoekius lib. 5. obſ. c. 3. quibus adde unicum, ne in re nota diutius morer, ex §. 10. *inſtitut. de ſuſpectis tutoribus* ubi & Theoph. πάρεισται μὴ &c.

Verſ. 195. 196. 197.

Αἱ μὲν εἰσὶν ὡς λέγουσι τούτων ἀρβιτραρίαι
Ὑπό τε τῆς δικαστικῆς ἤρτωνται μεσιτείας,
Ταῖς δὲ τῆς ὑπολήψεως τοῦ κρίνοντος ου μέλλει.

Vertit Boſquetus *ſunt & illæ, quas arbitrarias vocant, quæ judiciali arbitrio inſtruantur ex judicis arbitrio ſi velit.* Sed corrupta videntur, atque id Juris regulæ & ratio conſtructionis ſuadent. Quod ipſa natura actionis vult, ut arbitraria ſit, illud, voluntati judicis minime committendum, & licet concederetur id, non conſtat ita tamen, quo ταῖς δὲ ſit referendum; omnis error ex depravato ου μέλλει deſcendit, pro quo lege οὐ μέλει, οι, οι & ου ſæpius in hoc libello inter ſe ſunt commutata, atque ita ſenſus erit, quaſdam actiones eſſe arbitrarias, quaſdam vero nihil commune habere cum judicis arbitrio. adde v. 574. Ceterum recte hinc Cl. Schulting: ad Gloſſas Nomicas ibi defendit in ἀρβιτραρία vocem ἠρτυμένη, quod ipſa conſtructio etiam evincere videtur.

Verſ. 220. 221. 222.

Εἴ τις ἐκ φίσκου λάβοι τι δωροῦντος βασιλέως
Ἢ συναλλάττων πρὸς αὐτοῦ, εὐθὺς τοῦτο δεσπόζει,
Ἐκεῖνος δὲ ἐνάγεται μέχρι τετραετίας.

Occurrunt eadem in Attaliatæ Synopſi p. 45, unde hic pro πρὸς αὐτοὺς reſtitue πρὸς αὐτὸν, hinc autem ibi lege τοῦτο δεσπόζει, Boſqueti verſio hic obſcura, ἐκεῖνος Fiſcus eſt qui intra quadriennium a vero Domino poterit conveniri, adi. §. ult. *Inſtit. de Uſucapionibus.*

Verſ. 240. 241.

Εἴ τις διάθοιτο τυχὸν τῶν ἐκστρατευομένων
Ἡ διαθήκη ἔρρωται εἰς ὁλόκληρον χρόνον.

Vertit Boſquetus, *ſi quis teſtatus fuerit de caſtrenſibus teſtamentum in omne tempus valet*, male, voluit enim ſignificare Pſellus, militare teſtamentum valere per annum integrum etiam poſt miſſionem, & ita infra χρόνος ſæpius pro anno occurret.

Verſ. 259. 260.

Τέταρτον μέρος χρεωστεῖ τῷ υἱοθετηθέντι
Υἱοθετήσας τις τινὰ τῶν ἑαυτοῦ πραγμάτων.

Ergo ſecundum Pſellum quarta Divi Pii hic eſt Quarta omnium bonorum, quam tamen infra verſ. 480. facit tertiam, adeoque cum legitima videtur confundere. Unde quis forte hoc in loco quoque τὸ τρίτον reſcribendum putaret. Vix tamen quid mutare auderem cum nec alii Græci hac in re ſibi conſtent. Theoph. l. I. tit. XI. §. 3. facit quartæ mentionem, idem ſcribit Harmenop. l. 5. tit. 8. §. 87. ubi pro συντηρώδη, quod & in Pariſienſi editione conſpicitur, ſed ſenſum non habet, lege συντηριώδη Baſilica l. 8. §. 15. D. *de Querela inofficioſi teſtamenti* τὸ τρίτον habent (ubi pro υἱοποθετήσονται υἱοθετήσονται reſtitue) & Schol. tamen ad illum locum p. 245. quartam locum ſibi vindicare

care affirmat: cujus verba cum laborare videantur adſcribam, ἐπειδὴ ἔχει τὸ δ'. ἐκ τῆς Πίυ διατάξεως (καὶ ὡς ἀνάξιε ἀναξίυ τῦτο ἀφαιρύμενος ἐπὶ τὸν φίσκον μετέρχεται) λέγει ὁ Οὐλπιανὸς πρέπον ἐςὶν ἢ τὴν ἀρχὴν αὐτὸν μὴ προσίεσθαι τὴν ἰνοφφικίοσο κινῦντα, ἢ κἂν κινήσῃ ἡττηθῇ συγχωρεῖν τῦτο τὸ δ'. ἔχειν &c. Vertit hæc Fabrottus, *ſed quia quartam habet ex Conſtitutione Divi Pii Ulpianus ait conveniens eſſe, vel non, admitti ab initio eum ad querelam inofficioſi teſtamenti, vel ſi admiſſus non obtinuerit, non auferri ei quartam ut indigno* &c. Senſui hæc reſpondent fere ſateor ſed verbis minime. Parentheſi incluſa forte crearunt moleſtias Fabrotto, quare deleto ſigno, & ἀφαιρύμενος in ἀφαιρύμενον mutato interrogative illa verba capi velim, ita ut Latine ſignificent. Siquidem quartam habet ex conſtitutione Divi Pii, num & quaſi ab indigno ablata illa ad fiſcum pervenit? atque ita quæſtionis ſolutionem ſequentia continebunt: τὴν ἀρχὴν quoque ut ſæpiſſime alibi hic reddi commode poſſet, omnino. Baſilica quoque in l. 2. §. 1. D. *familiæ erciſcundæ* τὸ τρίτον hac in re habent, quamvis ſcholiaſtes ibi quartæ rurſus faciat mentionem, cæterum verba l. 2 §. 1. memoratæ κληρονόμος ὁ ἀγαθὸς νομεὺς ſenſum non habent, lege κληρονόμος ἢ ἀγαθῶν νομεὺς ut ita quoque Gloſſæ Nomicæ bonorum poſſeſſorem definiverunt per ἀγαθῶν διακάτοχον in Βονορεὺμ ποσσεσσόρις ubi forte pro διακάτοχον διακατόχυ legendum.

Verſ. 261.

Ἀτελὴς συγκαταριθμεῖται μήτηρ, μὴ ἀπαιτῦσα
Τοῦ ἀνδρὸς τελευτήσαντος, ἐπίτροπον τοῖς τέκνοις.

Vertit Bosquetus, *infamis fit mater quæ mortuo Viro liberis tutorem non petat.* Sed peſſime. Nec verba enim nec jura hanc interpretationem ferunt, tu verte vero, minor veniam meretur mater non petens Viro mortuo tutorem ſuis liberis. Vid. l. 2. C. *ſi adverſus delictum ſuum*, ἀτελὴς ſæpius apud JCtos eſt minor, cui τέλειος, qui ſuæ ætatis dicitur, opponi ſolet

Verſ. 309. 310.

Τὸ διπλασιαζόμενον ἐκ τινος ἠρνηκότος
Καταβληθὲν ἰνδέβιτον ἀπαίτησιν οὐκ ἔχει.

Vertit Bosquetus, *duplum ſolutum ab eo qui inficiatus eſt, indebiti condictione non repetitur.* Sed nihil minus quam id voluit ſignificare Pſellus. Tu lege διπλασιαζόμενον & verte, quod duplari ſolet ab inficiante, indebitum ſolutum repeti non poteſt condictione: ejuſque rei ratio hæc traditur a Viris eximiis, quia quis ſimplum ſolvendo, de duplo tranſegiſſe videtur, vid. §. ult. *Inſt. de Obligat.* Quæ quaſi ex contractu & l. 4. C. *de Condictione indebiti.*

Verſ. 313. 314.

Κατὰ τῦ κλέψαντος φύρτιβον, κἂν μὴ νέμηται δώσας
Τῷ ἐκπεσόντι πράγματος πυβλίκιανὴ ἁρμόζει

Vertit Bosquetus, *Publiciana competit ei, qui rem amiſit, cum non poſſideat rem furtivam adverſus furem*, quæ quomodo cohæreant non intelligo, tu pro δώσας lege δώσεις: ας & εις enim ſæpius ſunt in hoc libello inter ſe commutata, & verte, condictionem furtivam adverſus furem, etiamſi non poſſideat, dabis. Ei qui rem amiſit Publiciana datur. Per φύρτιβον hic intelligo φύρτιβον κονδικτίτιον, vid. §. ult. *Inſtit. de Obligationibus quæ ex delicto*, & res ex Regulis juris certa videtur. Πυβλικιανὴ autem eſt quæ alibi a Pſello Πυβλικιάνα & recte dicitur v. 566. quam bene explicant Gloſſæ Nomicæ in Πυβλικιανή. Ubi μίμησιν ἔχει δεσπότειας καὶ ἡ ψιλῆς νομῆς. ἔςι δὲ ἡ ἀνακαλυμένη τὴν νομὴν τῷ μήπω διὰ κυριότητα δεσπόσαντι καλῇ πίςει νομὴ Priora recte ſe habent & ſunt ex l. 6. §. 7. D. *de Publiciana in rem actione*; poſteriora obſcuriora ſunt, pro διὰ κυριότητα alibi fere ſemper διὰ χρήσεως reperitur, νομὴ autem in fine ferri non poteſt, atque id vidit quoque ſummus ille Schulting: ad hunc locum, qui corrigit νομῇ, ipſe conjeceram νομεῖ, atque id confirmatur quoque ab Harmenopulo l. 2. tit. 1. n. 70. qui hinc reſtituendus, verba ejus Πυβλικιανὴ ἐςὶν ἡ ἀνακαλυμένη τὴν νομὴν τῳ μήπω διὰ κυριότητα καλῇ πίςει νομεῖ, ſenſum non habent juſtum, unde nec mirum verſionem eſſe nullius momenti, quid enim quæſo ſignificant hæc. *Publiciana eſt quæ poſſeſſionem ei revocat qui propter dominium nondum eſt bonæ fidei poſſeſſor.* Omnis error natus eſt ex omiſſo verbo δεσπόσαντι ante καλῇ quo addito clara ſunt quæ dicuntur.

Verſ. 330.

Τῷ δὲ δελφάσις ἔνοχος ὃς ἀλοίη πλαςευῶν.

verit Bosquetus, *legi de falſis obligatur qui variat falſum* ſcribens, male, reſcribe ἁλοίη & redde convictus deprehenſus. Bosquetus forte hic de verbo ἀλλοιόω cogitavit. Pro δελφάσις, hic δὲ Φάλσις ſcribendum eſſe cuivis patet.

Verſ. 333.

Οἱ γενικοὶ τῶν ειδικῶν ἐγκρατέςεροι νόμων

pro corruptis hæc habuiſſe Bosquetum ex verſione patet Vertit enim, *leges generales ſunt potiores in judiciis*, quod tamen nec Pſellus dixit, nec recte dicere potuit. Tu lege.

Οὐ γενικοὶ τῶν ἰδικῶν ἐγκρατέςεροι νόμων,

& vera ſunt omnia, leges enim generales ſpecialibus non derogant, licet ſint poſteriores, vid. l. 80. D. *de Reg. Juris*, ibique Comment. imprimis autem magnum Bynkershoekium l. 7. *Obſ.* c. 15.

Verſ. 338.

Πάντα τά ἰδιωτικὰ δημόσιον ὐ βλάπτει.

reſtitue leviſſima mutatione pro πάντα πάκτα, ut & reſpiciatur ad l. 38. D. *de pactis*.

Verſ. 354. 355. 356.

Ὁπόσα δὲ μοὶ ἔχυσιν ἴσχυν κατὰ τ͂ νόμον
Χώρις ἀποτελέσματος δοθέντα κατά πλάνην,
Οὐκ ἔχει ῥεπετίτιον οὐδ' εἴσπραξιν ὀπίσω.

Vertit Bosquetus, *ex his omnibus cauſis, quæ jure non valuerunt aut non habuerunt effectum, ſecuta per errorem ſolutione condictioni locus erit.* Vera hæc eſſe fateor, ſunt verba enim l. 54. D. *de condictione indebiti.* Sed nihil minus ſignificant quam id quod Græca præ ſe ferunt. Unde igitur hæc verſio ipſi

Digitized by Google

ipſi nata, non video: nec vitium enim adeſſe ſignificavit, nec remedium quæſivit; ipſe ſi quid video, vitium in verbis κατὰ τ͂ νόμον, latere exiſtimarem; quare lege κατὰ τὸν νόμον & ſenſus erit, *quæcunque vim habent ſecundum legem ſed ſine effectu* (ſcilicet ut peti non poſſint) *per errorem ſoluta non poſſunt repeti condictione indebiti.* Nec ita a jure aberro, cum notiſſimum naturalem obligationem impedire condictionem indebiti, &, ſi velis, vide l. 64. D. *de Condictione indebiti* l. 94. §. 3. D. *de ſolution.*

Verſ. 357. 358.

Χήρωνα πασῶν αἴρεσιν γυνὴ προικὸς ἰδίας
Σάφως οὐκ ἔχει δύναμιν ἐν συνεςῶτ@- γάμῳ.

Veriſſima ſunt hæc, & cuivis conſtat, mulierem conſtante matrimonio dotis cauſam non poſſe reddere deteriorem. Vid. Interp. ad tit. D. *de Pactis dotalibus*, ſed quid hic ἐν συνεςῶτ@- γάμῳ? forte ἐκ συνεςῶτ@- γάμου, vel quod malim ἐν συνεςῶτι γάμῳ ut quoque eſt apud Schol. ad l. 21. §. 2. D. *de pactis.* Ubi eadem fere ad verbum.

Verſ. 362. 363.

Ἐκδικησιν ἐγκλήματα λαμβάνει τὴν δικαίαν.
Ἐν τόποις εἰς ἡμάρτηται ἔνθα κρείττων ἡ γνῶσις.

Vertit Boſquetus: *Crimina juſtam vindictam habent, quo loco quis deliquit de crimine cognoſcitur.* Ego vertere malim deleto puncto in fine prioris verſus, *crimina juſte vindicantur in locis quibus perpetrata ſunt, ubi cognitio de illis facilior.* quæ tamen non eſt ſola ratio hujus Juris conſtituti, vid. l. 28. §. 15. D. *de pœnis* l. 3. D. *de re militari* & Nov. 134. C. 5.

Verſ. 383.

Τὴν τ͂ κακῶν εἰσαγωγὴν ὁ σφίγγει μακρὸς χρόνος.

Vertit Boſquetus *improborum accuſatio longo tempore non concluditur.* Sed ſi hæc vera, falſa Pſellus loquitur, & ſibi ipſi contrarius dum infra, verſ. 743. dicit,

Παραίτωσις ἐγκλήματ@- ὅρ@- εἴκοσι χρόνων.

ubi forte παραίτησις Quis neſcit crimina omnia temporis lapſu, ad ſummum autem ſpatio viginti annorum tolli, & fruſtra crimen Majeſtatis, Parricidii & ſimilia excipi a regula hac generali: quare potius hic reſpici putarem, ad Novellam 134. C. 1. ubi dicit Imperator τῷ γὰρ κακῶς, ἐπινοήματα οὐδὲ μακρᾷ συνηθείᾳ βεβαιοῦσθαι βουλόμεθα, & recte, non enim vincit rationem conſuetudo aut poſteriorem legem, l. 2. C. *quæ ſit longa conſuetudo.* Et ſi quis hic σφίγγειν pro *arcere* ſumi velit aut *impedire*, forte hic καλῶν pro κακῶν legendum, quæ ſæpius confunduntur, & ſenſus fere idem erit. Conjecturæ favet, quod verſus hic inter Canones referatur è Novellis deſumtos.

Verſ. 385. 386. 387.

Οἱ πλημμελοῦντες κόλασιν, διδότωσαν δικαίως.
Φυλαττομένων νομικῶς νομίμοις διαδόχοις
Οἱ ἔχουσιν οἱ πταίσαντες νομίμως πράγματα.

Vertit Boſquetus. *Qui deliquerunt dent juſte reis ambitus. Legitimis ſucceſſoribus ſervanda jura & res*

quæ habent delinquentes, ſed abſurda ſunt ut ipſe vidit quoque, quare etiam in verſu 385. voluit legi οὐ πλημμελοῦντες ex Nov. 124. Φυλαττόμενοι vero in verſu ſequenti, intactum reliquit, quod tamen nullo modo hic ferri poteſt. Vera Scriptura horum verſuum ut conſtet ſenſus, hæc eſſe videtur

Οἱ πλημμελοῦντες κόλασιν διδότωσαν δικαίως
Φυλαττομένων νομικῶς νομίμοις διαδόχοις,
Ὧν ἔχουσι οἱ πταίσαντες, νομίμων καὶ πραγμάτων.

Qui delinquunt dent juſte pœnam, ſervatis legitime legitimis ſucceſſoribus, quæ habent delinquentes, juribus & rebus. Quæ omnia ſi referre velis in ſpecie ad pœnas illicitarum nuptiarum, de quibus verſu præcedenti actum, inſpiec, Nov. 12. c. 1. ubi cur Hombergius velit pro νενομισμένα γαμεῖν, quod Scrimgerus non modo, ſed & Baſilica ut & σύνοψις Baſilicorum habet, legere γάμον πειν νενομισμένον non video, cum & c. 3. ſeq. ἀθέμιτα γαμεῖν occurrat, omnibuſque conſtet frequentiſſime ejuſmodi adverbialiter uſurpari. Si vero in genere hæc de quibuſvis delinquentibus capienda putes, lege Novellam 134. c. ult. & videbis quinam publicatione bonorum ſublata a Juſtiniano ad ſucceſſionem ab inteſtato admittantur. Atque huc quoque reſpicitur verſu ſeq. 406. ubi pro πᾶσι παισὶν legendum eſſe facile cuivis liquet. Immo omnia ſequentia a verſ. 394. uſque ad verſ. 407. ad caput decimum ejuſdem Novellæ pertinent, in quo recte legi γυναῖκα ταῖς προγαμιαίαις ποιναῖς ὑποβαλλομένην, docuerunt Faber l. 3. Semeſtrium c. 22. & Fabrottus Exercitatione 12. ex Baſilicis Photii Nomocanone, aliiſque, licet vetus interpres πληγαῖς ut ex verſione patet legiſſe videtur.

Verſ. 428. 429. 430. 431. 432.

Γυνή τις ἴσως ἄπορος ἐπὶ ἀνδρὶ εὐπόρῳ
Θανοῦσα δίχα γαμικῶν τελείως συμβολαίων
Ὡς δὲ κἂν ἄπορος ἀνὴρ ἐπὶ εὐπόρῳ θάνοι
Εἰς μόνον μέρος τέταρτον τ͂ ἑαυτοῦ κληρώσεται
Ἀπὸ τοῦ ζῶντος ὁ θανὼν καλῶς κληρονομείτω.

Vertit Boſquetus. *Si Viri locupletis pauper uxor non perfectis dotalibus inſtrumentis decedat, vel dives mulier Viro pauperi ſuperſtes ſit, in ſolam quartam demortui bonorum partem ſuccedat ſuperſtes.* Videntur fateor hanc ſententiam præ ſe ferre Græca, ſed niſi corrupta dicas, ſtultiſſima ſunt. Num dives enim & ſuperſtes conjux in pauperis & prius decedentis bonorum quartam ſuccedet? ipſe exiſtimo εὔπορος & ἄπορος inter ſe confuſa eſſe, adeoque legendum in verſ. 428.

Γυνή τις ἴσως εὔπορος ἐπὶ ἀνδρὶ ἀπόρῳ
Θανοῦσα δίχα γαμικῶν τελείως συμβολαίων,
Ὡς δὲ κἂν εὔπορος ἀνὴρ ἐπὶ ἀπόρῳ θάνοι &c.

ita ut ſenſus ſit, ſi uxor dives viro paupere relicto decedat, vel vir dives decedat egena uxore ſuperſtite, nullis confectis dotalibus inſtrumentis, ſuperſtes in defuncti quartam bonorum partem ſuccedat. Ita cohærent omnia, nec Juri modo ſed Linguæ quoque indoli reſpondent, qua mori quis dicitur ἐπὶ ἀνδρὶ, παισὶ quos ſuperſtites relinquit; videatur ut cæteros ſcriptores cum Baſilicis omittam Theoph. l. 3. tit. 1. §. 16. atque ita quoque intelligendus Eunapius in Himerio, ubi interpres

interpres ἐπὶ θυγατρὶ δὲ τελευτᾷ male vertit *diſceſſit è vita poſt filiam*, cum vertendum fuiſſet, *mortuus, relicta filia*; adeoque licet ἐπὶ cum dativo conſtructum ſæpius *poſt* ſignificet: vix tamen in noſtro loquendi modo, id uſu obtinuiſſe dicendum. Cæterum apud alios quoque ἄπορος & εὔπορος inter ſe confuſa videntur, ſimilemque puto deprehendi errorem in Theophilo lib. 4. tit. 1. §. 15. in fine: Verba enim ταῦτα δὲ λέγομεν εἴτε εἰς μέρος εἴτε εἰς ὁλόκληρον εὔπορος ὁ κναφεὺς ἢ ὁ ῥάπτης ὑπάρχοι non cohærent cum præcedentibus, quibus dixerat, ſulloni competere actionem furti, ſi ſolvendo foret, alias Domini tantum intereſſe rem furto ablatam non eſſe, adeoque huic quoque ſoli illam ob cauſam delicti hujus perſecutionem concedendam, atque ita ſubjicit recte idem dicimus εἴτε εἰς μέρος εἴτε εἰς ὁλόκληρον ἄπορος ſit ſartor aut fullo. Reſtitue igitur pro εὔπορος ἄπορος, quod confirmatur præterea ex cod. Theoph. §. 16. ſequenti εἰ δὲ ἄπορος ἦν ὁ χρησάμενος εἰς ὁλόκληρον ἢ εἰς μέρη ὁ νόμος ἐπὶ τὸν φοῦρτι μετέφερεν. Et hæc omnia ſunt juris certiſſimi. Simile vitium in Baſilicis extat tom. 4. pag. 446. ubi pro τὸν δὲ ἄνδρα ἄπορον ὄντα καὶ μὴ ἐπιδιδόντα τὴν διὰ γάμον δωρεὰν &c. lego τὸν δὲ ἄνδρα εὔπορον ὄντα &c. ut ita hæc conveniant cum Novella 53. c. 6. quia mulieri non modo ſed & viro hoc tribuitur beneficium, ſuadente id quoque l. XI. Cod. *de Repudiis*, ad cujus exemplum imperator in mem. Novella dicit ſe conſtituere, quæ velit in mortis caſu obſervari. Confirmat id Pſellus noſter quoque & Harmenop. l. 5. tit. 8. §. 94. Nec recte Cujacius Rittershuſius aliique qui eos ſequuntur, mutatum hoc ſtatuunt per Novellam 117. c. 5. verbis τὸν ἄνδρα γὰρ ἐπὶ τῶν τοιούτων θεμάτων τὸ τέταρτον μέρος κατὰ τὸν πρότερον ἡμῶν νόμον ἐκ τῆς οὐσίας λαμβάνειν τῆς γυναικὸς πᾶσι τρόποις κωλύομεν. Si conferantur enim & conjungantur cum præcedentibus τὴν μέντοι ἀλόγως ἐκβληθεῖσαν ἐν αὐτῷ τῷ καιρῷ τῆς ἐκβολῆς τὸ μέρος κελεύομεν λαβεῖν τὸ περιεχόμενον τῷδε τῷ νόμῳ, facile liquet verba τὸν ἄνδρα &c. rationem continere cur dixerit tantum Imperator mulierem in caſu divortii cum ea facti injuſte, ſtatim τῆς ἐκβολῆς tempore quartam accipere; ſilet enim de viro hic, quia arcendum omnino putat à quartæ petitione, nec enim recte petit ex cauſa divortii, cui cauſam dedit, nec tempore mortis uxoris quia matrimonium jam ſolutum. Quæ Pſellus infra verſ 838. & ſequentibus ut & verſ. 865. & 866. de quarta habet capienda à conjuge ſuperſtite ſi non ad ſecundas tranſeat nuptias, illuſtra ex Novella Leonis 22. & 106. Juſtiniani Novella 127. c. 3. huc non pertinet, non enim de parte omnium bonorum agit, ſed donationis antenuptialis, matri concedenda μὴ εἰς δεύτερον γάμον ἐρχομένῃ: lacuna vero quæ in hoc capite extat in verbis ἔχειν δὲ αὐτὴν καὶ . . . . . δεσποτείας λόγον ἑνὸς καὶ αὐτῇ παιδὸς πρόσωπον ἔχειν δέχει, ex Baſilicis optime expletur tom. 4. p. 442. ἔχειν δὲ αὐτὴν καὶ δεσποτείας τοσοῦτον, ὅσον ἡ πρὸς αὐτοὺς παῖδας ἀναλογία ποιεῖ, ἵνα κατὰ τὸν τῆς δεσποτείας λόγον ἑνὸς καὶ αὐτὴ παιδὸς πρόσωπον, ἔχειν δοκῇ. Quem miror locum non notaſſe eruditiſſimum Hombergium. Similia inveniſſe veterem Interpretem cuivis inſpicienti patebit.

Verſ. 462. 463. 464. 465. 466.

Ἀδυλτέριος ὄνομα κεῖται περὶ μοιχείας
Καὶ θαύμασον τὴν σύνθεσιν τῶν ὀνοματοθέτου,
Ὁ Ἰταλὸς τὴν νόθευσιν καλεῖ πως ἀδυλτέριον,
Εὐθὺς γοῦν καθωνόμασται, τὸ στρόπλον τῆς μοιχείας
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς ἐστι.

Quid velit hic Autor, ſatis conſtat, & unicum, quod mihi hic difficultatem creat, eſt illud τὸ στρόπλον τὴν μοιχείας; στρόπτον ſive potius στρόπλον, idem quod ſtuprum atque ſæpius in genere quamvis πορνείαν ſignificat, ita ut adulterium comprehendat etiam, quomodo & in Lege Julia pro adulterio ſtuprum aliquando uſurpatur. Quid igitur hic ſtuprum adulterii? quare, niſi eodem forte modo, quo crimen adulterii, & ſimilia, id defendere velis, vide num non reſcribendum hoc loco ſit,

Ἔνθεν γοῦν κατωνόμασται τὸ στρόπλον, τῆς μοὶ κοίτης
Ἡ γὰρ μοιχεία νόθευσις καὶ παραχάραξίς ἐστι,

μοὶ ita ſæpius apud noſtrum abundare videtur verſ. 354. & 963, & optime conveniunt ita quæ in Gloſſis Nomicis in voce Ἀδυλτέριος in fine habentur: quarum principium memorato loco eſt obſcuriſſimum. Verba ſunt Ἀδυλτέριος ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν ἀπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου νόμου φυλαττόμενος. κεῖται δὲ περὶ μοιχείας καὶ στρόπλου. καὶ ἡ μὲν μοιχεία ἐστὶν ἐπὶ τῶν γαμουμένων. τὸ δὲ στρόπλον ἐπὶ παρθένων καὶ χηρῶν καὶ παίδων ἀρρένων κεῖται. Quæ Boſquetus ad hunc locum tentavit recte refellit maximus Schultingius, qui conjicit legendum eſſe Ἀδυλτέριος ὁ νόμος ὑπὸ Αὐγούστου ἐκτεθεὶς μὲν, ὑπὸ δὲ τοῦ Ἰουλίου ὄνομα φυλαττόμενος. Favent ingenioſiſſimæ conjecturæ plura, ſed ſi recipere velis, lege in ſequentibus quoque pro κεῖ, κεῖται, aut vix cum præcedentibus cohærebunt: quo enim referes illud, κεῖ δὲ? νόμος non κεῖν ſed κεῖσθαι dicitur ut infra verſ. 493. 543. 613. 623. & apud alios frequentiſſime occurrit. Mihi incidit aliquando, reſtituto κεῖται, quæ præcedunt non eſſe tentanda, ſed reſpexiſſe autorem ad l. 1. & l. 2. D. *ad Legem Juliam de Adulteriis quarum verba, hæc lex lata eſt à Divo Auguſto, ex lege Julia ſervatur* &c. ut ſenſus ſit Gloſſarum, Lex de adulteriis lata eſt quidem à Divo Auguſto ſed ex Lege Julia ſervata, intenditur vero de adulterio & ſtupro: adeoque error hic Autoris non vero alterius ſcribentis vitio tribuendus videtur; cui Autori quoque adſcribenda ſunt quæ habentur in ἀκυίλιος ἀγωγὴ κινουμένη κατὰ τῶν ὑπερβημένων δοῦναι τὸ καταλυφθέν. vid. Pſellus verſ. 477, cum in Aquiliam legem, ut Vir egregius optime animadvertit, alias minime conveniant. Differentia quæ inter στύπρον & μοιχείαν hic traditur etiam in Gloſſis docetur in voce Φθορά atque res nota eſt. Tu vide num recte hic legatur τὸ δὲ στρόπλον ἐπὶ παρθένων &c. κεῖται; forte enim γίνεται erit reſtituendum.

Verſ. 512.

Ἐντὸς μὴν χρόνου ἔσωθεν τετραπλῶν ἀπαιτοῦσα.

Veriſſima ſunt hæc de actione vi bonorum raptorum, ſed quid ἐντὸς χρόνου ἔσωθεν, num pro ἐντὸς παντὸς reſcribendum ut infra verſ. 690, aut potius ἐντὸς ut verſ. 585. quod malim. Idem docetur infra verſ. 703. de tempore hujus actionis,

nis, & , ut conſtat, vere: cum omnes plerumque prætoriæ pœnales anno finiantur. Nec obſtant verſ. 767. & ſequentes,

Οὔτε περὶ ἁρπαγῆς κοιτῶν ἣν οἱ Λατῖνοι
Οὔτω κατωνομάκασι βιβονόρουμ ῥαπτόρουμ
Ἔτων πλέον τριάκοντα εἰς ἀγωγὴν ἰσχύει.

Petita ſunt hæc ex l. un. §. 1. C. de annali exceptione & quivis facile videt non eſſe intelligenda de actione noſtra pœnali, ſed de ipſa rei raptæ perſecutione quæ etiam ultra annum dabitur. In verſ. 767. lege οὔτε ἡ περὶ ἁρπαγῆς κοιτῶν ἣν Λατῖνοι.

Verſ. 525. 526. 527. 528.

Ἡ περὶ δόλου δὲ ἐστι ποίνη καὶ ποιναλία,
Δίδοται καῦσα κόγνιτα, ἐστι περσοναλία,
Ἐν τοῖς δυσὶ δ' ἐνιαυτοῖς ἄρχηται καὶ πληροῦται,
Ἄλλης δ' ὑπούσης ἀγωγῆς οὐ κινεῖ τὴν δὲ δόλου.

Quod ad jus attinet, quæ dicuntur hic veriſſima ſunt, & eadem infra verſ. 704. & 1143. verba autem verſ. 525. mihi ſuſpecta, & reſcribendum forte,

Ἡ περὶ δόλου δὲ ἐστιν αὐτὴ καὶ ποιναλία.

vid. ſupra verſ. 501. ubi eadem fere loquendi ratio. In ſequentibus verſ. pro ἄρχηται ἄρχεται repone. Junge cum his Gloſſas Nomicas in voce δεδόλω μαλω. Ubi recte ratio traditur & æquitas actionis de dolo ex l. 1. D. de dolo malo, ſed verba ἵνα μήτε οὗτοι, κερδαίνωσιν ἐκ τῆς οἰκείας κακίας, μήτε οἱ ἀπαιτούμενοι βλάπτωνται ἐκ τῆς οἰκείας ἁπλότητος. οὕτως δὲ τὸν δόλον ὁρίσατο Λαβεών, ἐστι δὲ πρῶτος δόλος κακοποίησις λαθραία ἐν προσποιήσει τῶν βελτιόνων τὸ πλήσιον περισφερομένη. δεύτερος δόλος ἐστὶ πᾶσα κακουργία καὶ ἀπάτη καὶ μηχανὴ πρὸς περιγραφὴν, ἑτέρου γινομένη. Celeber. Schulting. βλάπτωνται & τῷ πλησίον legendum monet. Ego plura quoque hic laborare exiſtimo. Pro ἀπαιτούμενοι & ἀπατώμενοι, agitur enim de læſis danda actione non exceptione, præterea non intelligo hic quid ſit πρῶτος δόλος. quis δεύτερος, quare ex memorata l. 1. §. 2. ſi liberiori conjecturæ locus detur, legerem οὕτως δὲ τὸν δόλον ὡρίσατο σέρβιος καὶ λαβεών. ἐστὶ δὲ πρώτῳ ſc. σερβίῳ δόλος &c. δευτέρῳ ſc. Labeoni δόλος ἐστὶ & atque ita omnia cohærent, & optime cum l. 1. §. 2. D. *de dolo malo conveniunt*, quam præter Huberum, Schultingium alioſque plures, optime explicuit Vir in Juriſprudentia noſtra celeberrimus Nood *de forma emendandi doli mali cap.* 2.

Verſ. 548. 549. 550. 551. 552.

Τυχὸν γὰρ ἔμελλέ τις πλεῖν πλοῦν ἐπικινδυνώδη,
Καὶ δίδωκέτω χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγὰς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου
Δεσπότης πάλιν πέφυκε τῶν γε δεδωρημένων
Ὁ δὴ λαβὼν τὴν δωρεὰν φυσικὴν νομὴν ἔχει.

hæc vertit Boſquetus, *ſi quis enim periculoſam navigationem ingreſſurus metu mortis det pecunias, & dimittat res datas, qui metu donat Dominus earum remanet, qui vero donum cœpit naturalem poſſeſſionem conſequitur* ſed peſſime; omnis oritur error ex corruptis verſibus 549. & 550. quos ita reſtitue

Καὶ δίδωσι τὰ χρήματα τῷ φόβῳ τοῦ θανάτου,
Ἐνταῦθα γὰρ ἀπαλλαγεὶς ὁ δεδωκὼς τοῦ φόβου.

atque ita ſenſus erit. Forte aliquis voluit ingredi periculoſam navigationem, dedit vero alicui res mortis timore, ſi liberatus ab illo timore qui dedit; dominus rurſus fit rerum donatarum, & ille qui accepit res donatas, naturalem illarum rerum poſſeſſionem habet. Hauſta hæc videntur ex l. 29. D. *de donationibus mortis cauſa*, ubi Ulpianus ceſſante periculo, ratione cujus quid datum, rei vindicationem concedendam eſſe exiſtimat, Baſilica in l. 29. mem. laborant: pro ἐγιανῇ quod ſenſum non habet lege ὑγιάνῃ quod vero infra verſ. 1233. & ſeq. ſcribit Pſellus,

Ὁ μόρτις καῦσα δωρεὰν πρός τινα πεπραγμένος
Ῥωσθεὶς ἀναλαμβάνεται τὸ δοθὲν παραυτίκα,
Μετὰ καρπῶν καὶ τοκετῶν καὶ τῶν ἐπηυξημένων.

refer ad l. 12. D. *de Condictione cauſa data cauſa non ſecuta.* Quo donatori condictio permittitur ad rem donatam cum fructibus, partu aliiſque incrementis petendam. Videtur hac in re Sabinianorum & Proculianorum fuiſſe diſſenſus & utriuſque Scholæ ſententiam deinde putat Cujacius conjunctam fuiſſe ad l. 23. D. *de mortis Cauſa donat.* ſed latius id forte alio tempore pertractabo, nunc aliud agitur. Gloſſæ Nomicæ in ἡ δονατζιόνεβος Cl. Schultingio recte corruptæ videntur, & optime Vir magnus conjecit verba μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον loco ſuo plane dimota eſſe; ut tamen cohærere poſſint forte & plura alia omiſſa dicenda ſunt, & vide num totus locus ſit ita legendus αἱ μὴ ὑπερβαίνουσαι ἤγουν ἐν ζωῇ οὔτε ἀποτεθνεῶτος ἤδη ἔχειν τὸν λαβόντα μήτε καταστρέφεσθαι τὸ δωρούμενον, aut ſi minori molimine uti velis lege ἤγουν ἐν ζωῇ, ἀποτεθνεῶτος ἤδη, μήτε καταστρέφεται τὸ δωρούμενον.

Verſ. 555. 556.

Ἦν ἰνοφφικίοσο ἡ διαθήκης μέμφις
Εἰσαγωγὴ πρὸς ἀγωγὴν, οὐκ ἀγωγὴ τυγχάνει.

pro μέμφις lege μέμψις & quod ad rem attinet, nota Pſellum hic cum illis facere, qui querelam inofficioſi teſtamenti diſtinguunt ab ipſa petitione hereditatis, idem fere ſcribunt Gloſſæ Nomicæ in ἡ ἰνοφφικίοσο, ubi in verbis οὐκ ἐστὶν διαθήκης ἀλλ' αἰτία ἐστὶν ἀγωγῶν, dele διαθήκης incuria librarii repetitum propter præcedentem ejuſmodi vocem, aut, ſi id nolis, reſcribe ἀγωγὴ κατὰ διαθήκης, κατὰ enim hic omiſſum intelligere minus placet. Sequentia καὶ ἀπόδειξις τοῦ δεόντος κινεῖν τὸν γραφέντα κληρονόμον etiam non intelligo, niſi δεόντως reſcribere velis, quod habet quoque Scholiaſt. Baſil. tom. 5. pag. 222. ubi eadem fere ad verbum cum Pſello aliiſque Græcis faciunt etiam plures JCti noſtrorum temporum, quorum tamen ſententia videtur minus veroſimilis, ut optime Vinnius, Averanius, aliique oſtenderunt. Concedimus Græcis ſcripturam teſtatoris eſſe cauſam hereditatis, non hereditatis petitionem, ſed, quid inde? Ergo, ut recte infertur ex dictis, teſtamentum inofficioſum eſt cauſa querelæ non ipſa querela, atque id omnes confitemur; ipſamque tamen querelam, eſſe petitionem hereditatis ex cauſa inofficioſi teſtamenti ſummo jure exiſtimamus; ſed hæc alterius ſunt loci.

Verſ. 671. 672.

Ἑβδόμης ὥρας δ᾽ ἄρχεται νυκτὸς καὶ μέχρι ἕκτης
Νυκτὸς τῆς ἄλλης ἀκριβῶς τὴν περαίωσιν ἔχει.

Vertit Boſquetus *a ſeptima noctis hora dies incipit, & uſque ad ſextam alterius noctis exacte tranſit*, adeoque putat hic Pſellum in numero errare. Ego potius ſcripturæ vitium hic adeſſe putarem, atque id ſuadet etiam ipſa verborum conſtructio: quid enim ἄρχεται ἑβδόμης ὥρας, Vide igitur num legendum

Ἕκτης ἡμέρα δ᾽ ἄρχεται νυκτὸς, καὶ μέχρι ἕκτης
&c.

Adde l. 8. D. *de feriis* l. 5. D. *qui teſtamenta facere poſſunt*, Euſtath. de temporum intervallis p. 209.

Verſ. 734. 735.

Ταῖς μὲν θηλείαις δώδεκα εἰς ἐφηβείαν χρόνους
Οἱ δὲ τεσσαρεσκαίδεκα τοῖς ἄρρεσι κριτέοι

aut χρόνοι videtur in verſu 734. legendum aut pro δώδεκα δέδωκα, adſignarat enim jam 12. annos puellis verſ. 730.

Verſ. 792. 793. 794.

Εἰδ᾽ ὅθαν ἐγέννησε παῖδας ἐν βίῳ δύο
Οὐδ᾽ ἑνὸς ὀμνημόνευσε ποιήσας διαθήκην
Ἕκαστος ἕκλον λήψεται πραγμάτων τῶν πατρικῶν.

De Falcidia agens hæc ſcribit Pſellus ſed in verſione, a Boſqueto neglecta, cujus rei cauſam non video; verſus 792. eſt corruptus, quid enim illa εἰδ᾽ ὅθαν? tu reſcribe ex Attaliat. Synopſi p. 33. εἰδ᾽ ὁ θανὼν &c. Attaliat. autem hinc redde duos verſus 794. & 795. in verſ. 797.

Δωδέκατον δ᾽ εἰς τέσσαρες τυγχάνουσιν οἱ παῖδες.

reſtitue δωδέκατον δ᾽ εἰ τέσσαρες. Gloſſæ quoque Nomicæ, in voce Φαλκίδιος, laborant. Verba ſunt Φαλκίδιος λέγεται παρὰ τῶν νόμων (num νομικῶν) ὅταν ἐκ κοινοῦ τινος πράγματος εἰς ὁ μετέχουσι πολλοὶ μέρος τι τούτων, ἕκαστος τῶν μετεχόντων εἰς αὐτὸ δίδοται; ἣν συνήθειαν οἱ κοινοὶ ἔχουσι μερίδα καλεῖν. Cl. Schultingius hic ἑκάστῳ legi vult, atque ita quoque extat apud Harmenop. p. 399. ubi omnia fere ad verbum, in ſequentibus autem reponendum exiſtimat, ὁ συνήθειαν οἱ κοινωνοὶ ἔχουσι μερίδα φαλκιδίαν καλεῖν; ſed forte minus bene. ὃν pro ὁ etiam Schol. Harmenop. hinc reſtituo nec ad μέρος ſed ad Φαλκίδιος, puto referendum. Sequentium autem verborum videtur hic ſenſus eſſe, quod Φάλκιδιον vocant Juriſconſulti, illud κοινῆς μερίδα appellari. An accurata ſit hæc Falcidiæ deſcriptio nunc non quærimus. Cæterum apud Harmenop. quoque παρὰ τῷ νόμῳ legitur & pro δίδοται διδῶται.

Verſ. 869.

Ἑξαετὴς οὐ γίνεται μνηστεία κατὰ νόμους.

recte id ſcribitur a Pſello, non enim minor debet eſſe ſponſa quam ſeptem annis l. 14. D. *de Sponſalibus eadem habet Attaliat.* in Synopſi pag. 23. quem hinc reſtitue.

Verſ. 874.

Ἡ περὶ παρακαταθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας,

corrige ut verſus ſit 15. ſyllabarum,

Ἡ περὶ παραθήκης τε καὶ ἁρπαγῆς βιαίας.

ut ſupra verſu 520, ubi malim quoque legi ἤδη δηποσίτης & in verſ. 522. pro τόκος & συγχύσεως τόκους & συγχύσεως. cæterum frequentiſſime alias depoſitum παρακαταθήκη dicitur, ut in l. 37. §. 5. D. *de leg.* 3. ubi quædam editiones male diviſis vocibus παρὰ καταθήκην. fefellit forte quoſdam omiſſum εἰς ut ita ſæpius apud Græcos εἰς παραθήκην vel ἐν παραθήκῃ vel παραθήκης λόγῳ λαμβάνειν.

Verſ. 913. 914. 915. 916.

Εἰσὶ δ᾽ ἕτερα δάνεια τῶν μεταγενεστέρων
Τὴν δύναμιν κινήσαντα τῆς πρωικὸς παραδόξως
Ὁποῖον τὸ διδόμενον ἀκοντισαῖς τοῖς πρώτοις
Κ᾽ τὸ προφάσει δανεισθὲν στρατείας κινουμένης.

Sequitur hic Pſellus illorum ſententiam, qui in concurſu creditorum primum præ omnibus locum concedunt Fiſco ex cauſa primipilari l. 3. C. *de primipilo*, ſecundum ei qui in militiam emendam credidit, tertium denique uxori ratione rerum dotalium Nov. 97. c. 4. nec deſunt hodie qui idem cum Pſello ſentiunt, utrum bene an male hic non examinabo, id modo nunc monitum velim in verſ. 914. pro κινήσαντα forte reſcribendum eſſe νικήσαντα ut ita νικᾷν ſæpius a noſtris uſurpatur & a Pſello verſ. 919. ſeq. præterea in verſu 916. neſcio quid velit στρατείας κινουμένης, tu vide num ὠνουμένης ſit legendum. Quid δάνειον & quomodo aliquando differat a voce χρέος, aliquando autem eadem comprehendatur vid. Gloſſæ Nomicæ in χρέος. ubi verba καὶ τὸ ἀπὸ λέγατου καὶ ἀπὸ διαθήκης mihi corrupta videntur, quod enim ex cauſa legati illud ex teſtamento deberi certiſſimum: habet tamen & Harmenopul. pag. 236. ἀπὸ διαθήκης, ſed nihilominus utroque loco legi malim pro ἀπὸ διαθήκης, ἀπὸ καταδίκης ex Attaliat. Synopſi p. 18. cæterum huc refer l. 10. & 11. D. *de V. ſignification.* Ex quarum poſteriore Schulting. Ad vocem δανειστὴς pro χρεώμενος recte χρεωστούμενος legit, ut quoque apud Pſellum legitur vers. 890.

Πᾶς γὰρ ὁ χρεωστούμενος ἐξ οἱασοῦν αἰτίας
Ἐκ νόμου δανειστής ἐστι τοῦ κεχρεωστημένου.

Verſ. 922. 923.

Καὶ ὅσοι κατεκρίθησαν ἐν τοῖς δικαστηρίοις,
Ὡς συκοφάνται μὲν μοιχοὶ ἢ κλέπται εἰργασμένοι.

Referuntur hi a Pſello inter teſtes qui a teſtimonio omnino arcentur, adeoque cum illis ſentire videtur qui infamibus in genere teſtandi denegant facultatem, quod tamen falſiſſimum eſſe putant Duarenus, Donellus, aliique magni nominis Juris-Conſulti arg. l. 3. §. 5. l. 13. D. *de Teſtibus*. De Adulterii damnato agit l. 14. D. *de Teſtibus*, ad quam Baſil: Scholiaſtes p. 553. notat intelligendam eſſe de damnato, cujus verba, cum corrupta potem, adſcribam & emendabo, οὐκ ἀμφιβαλλόμενος ἀλλ᾽

ὁ

ὁ πρὸς τῆς ὑπογραφῆς καὶ μαρτυρίας κατηγορηθεὶς καὶ καταδικασθεὶς: quæ vertit Fabrottus, *non de quo dubitetur ſed qui accuſatore ſubſcribente in crimen & teſtibus datis, accuſatus & damnatus* ſed nihil minus voluit dicere Scholiaſtes. Feſellit Fabrottum corruptum πρὸς; quod muta in πρὸ; atque ita ſenſus verborum erit, non de quo dubitetur, ſed qui antequam ſubſcripſerit nomen teſtamento & teſtis officio functus, fuerit accuſatus & damnatus. Certiſſimam hanc emendationem dices ſi cogites in l. 14 memorata quæſitum fuiſſe an adulterii damnatus poſſit eſſe teſtis in teſtamento. πρὸς & πρὸ ſæpiſſime inter ſe commutata eſſe omnes norunt.

Verſ. 924. 925. 926.

Οὐκ ἐστὶ μάρτυς ἄπιστος οὐδὲ τ̃ γυναικῶν τις
Εἰ δ' ἐστὶ τὸ γινόμενον μὴ δυνάμενον θεᾶν
Ἀνδράσι καταδικάζεσθαι, γύναικες μαρτυροῦσιν.

Secundum Jus Civile hæc falſa ſunt, extra teſtamentum enim & Codicillos forte, mulieres dicendi teſtimonii jus habere patet ex l. 18. D. *de Teſtibus*. Leonis autem Novella 48, mulieres remotas eſſe a teſtimonii dictione conſtat, ad quam igitur hic reſpicitur; adduxit illam quoque Schol. Baſil. ad tit. *de Teſtibus* p. 545. & 557, in quo poſteriore loco corrupta verba, ἐπὶ δὲ τοιούτων καὶ εἴ τι ἕτερον ἐστιν ὁ μόνην θήλειαν ὄψις ὁρᾷ corrige & lege ὃ μόνη θηλειῶν ὄψις ὁρᾷ. Eadem docet Attaliat. in Synopſi p. 15, καὶ παῖδες κατὰ γονέων μαρτυρεῖν κωλύονται καὶ γονεῖς κατὰ παίδων, καὶ γυναῖκας πλὴν βαλανείου καὶ λογείας ἔνθα ἄνδρας εἰσελθεῖν οὐ δύνανται. in verbis πλὴν βαλανείου καὶ λογείας, videtur latere vitium. Leunclavius legit πλὴν βαλανείου καὶ ἐν τόποις, male, tu lege πλὴν βαλανείου καὶ λοχείας, apud Harmenop. hinc pro βία recte θεῖα legendum eſſe monſtrat Bosquet. Ad hunc locum.

Verſ. 927.

Καὶ δῆλος ὅτι μαρτυρεῖ ἐν σπάνη τ̃ μαρτύρων

Res vera eſt, ut conſtat ex l. 7. D. *de teſtibus*: ſed quid hic ἐν σπάνῃ. tu lege ἐν σπάνει, facillima mutatione; η enim & ει ſæpiſſime confunduntur.

Verſ. 933. 934. 935. 936. 937. 938.

Τοῦ δ' ἄλλως ἀναγκάσαντας μαρτυρεῖν ἀκουσίως,
Καὶ μᾶλλον εἰ τυγχάνει τις τ̃ καταδεεστέρων
Πρὸς ἄνδρα δίκην ἔλαχε τ̃ ἐπὶ δυναστείαις,
Καιτοῦσθε ὑποκλάζουσι τῷ φόβῳ τῷ δυνάστῃ
Καὶ τοῦ πέντε οἱ μάρτυρες, τότε γὰρ καὶ τοὺς
βίας
Εἰς μαρτυρίαν ἕλκονται χαὶ τ' ἀληθὲς τιθέναι.

In verſu 933. lege τοὺς δ' ἄλλως & in verſ. 937. lege τοῦ πέντος deleto καί. Sed quid in verſ. 936. ὑποκλάζουσι notat? habet idem Attaliat. Synopſis p. 15. Boſquetus corrigit ὑποσχολάζουσι quod tamen minus placet. Legendum forte ὑποσκάζουσι, atque ita fidem vacillantem l. 1. pr. D. *de teſtibus* Schol. ad illum locum vertit σκάζουσαν πίστιν: locum integrum adſcribam cum corruptus videtur, τ̃ μαρτύρων ἡ χρῆσις συνεχὴς τε καὶ ἀναγκαία τῶν ἐξ ἐλλήνων μάλιστα χρὴ δὲ προσλαμβάνεσθαι καὶ ἀπαιτεῖν μάρτυρας ὧν οὐκ ἐστι σκάζουσαν τὴν σύνεσιν ἤτοι τὴν μαρτυρίαν. Neſcio quid hic illa ἐξ ἐλλήνων μάλιστα, adeoque vide num reſcribendum ἐξ ἀῤῥένων μάλιστα. Mulieres enim teſtes eſſe prohibebantur Nov. 48. Leonis ſupra memorata. Cæterum quæ Pſellus hic docet, habet quoque Schol. Baſil. ad tit. *de teſtibus* pag 574. ubi, quod hic ὑποσκάζειν eſſe puto, ſignificatur per ανασποδίζειν.

Verſ. 942. 943.

Ἐπὶ δὲ καταθέσεως πέντε μάρτυρας δέχου.
Τὰς δὲ γ' ἐκ τοῦ παρήκοντος ἀθέτει μαρτυρίας.

vertit hæc Boſquetus, *ſuper depoſito quinque teſtes exhibeto teſtimonia vero convenienter rejiciuntur*, peſſime. κατάθεσις in Novellis aliiſque Græcis eſt confeſſio, cautio, depoſitio, atque hic quoque ſignificat confeſſionem debitoris, qui ſi ſine ſcriptura confiteatur debitum, confeſſio nullius momenti habetur, niſi quinque teſtibus ſpecialiter rogatis ut confeſſioni intereſſe velint, confirmari poſſit, adeoque ſenſus erit verborum verſ. 942, ſuper confeſſione debitoris adhibe quinque teſtes, ſequentem autem verte in tranſitu aut a tranſeunte ſumpta teſtimonia rejice, atque ita omnia conveniunt verbis & ſententiæ Nov. 90. c. 2, & 3. unde & ſua habet Harmenop. l. 1. tit. 6. n. 37. apud quem pro ἀκεσαι, ἀκέσαι & ὀφείλειν τοῦδε ex Nov. memorata legendum eſſe vix opus eſt ut moneatur. Cæterum ex Novellæ ejuſdem c. 2. explicandi quoque verſus ſequentes.

Verſ. 948. 949. 950. 951.

Εἰ μήγε πέντε μάρτυρες εἴπωσιν προσκληθέντες,
Ὡς γέγονεν ἀπόδειξις τοῦ κεχρεωστημένου.
Ἢ τούτων κατ' ἐνώπιον ὁ δανειστὴς ἐξείπει
Ἀπολαβεῖν τὸ ἴδιον χρέος ἐκ τοῦ χρεώστου.

Boſquetus vertit, *niſi quinque teſtes producti dixerint ſecuritatem debitori fuiſſe conſcriptam & ipſis præſentibus dixiſſe creditorem ſe a debitore proprium debitum accipere*. Male. nec ſufficiunt quinque teſtes a debitore producti, ſed longe plura præter numerum requirentur ut inſpicienti Novellam patebit: verto igitur niſi quinque teſtes dicant ſe arceſſitos fuiſſe cum apocha fieret, aut niſi eoram illis creditor dixerit accepiſſe ſe debitum a debitore. Idem fere dicit Harmen. l. 1. tit. 6. n. 3. οἱ μαρτυροῦντες ἐπὶ χρεῶν ἐγγράφων εἰπάτωσαν ὡς τῇ καταβολῇ παρῆσαν ἢ ἐπ' αὐτοῖς νομίμως κατέθετο ἐπὶ τούτῳ μόνῳ προσκληθέντες δηλονότι, ἐὰν ὦσι πέντε τὸν ἀριθμόν. Vertuntur hæc, qui de perſcriptis debitis teſtimonium ferunt dicant ſe ſolutioni interfuiſſe, aut legitime alioqui ipſis debitis eſſe ſatisfactum &c: quæ poſteriora minus Græco textui convenire videntur, tu verte, dicant ſe ſolutioni interfuiſſe, aut eoram illis creditorem legitime confeſſum fuiſſe ſe ſibi ſolutionem eſſe factam, & ſi κατέθετο paſſive ſumi nolis, κατετίθετο forte legendum

Verſ. 996. 997.

Οὐκ οὖν τὴν κομβεντίονα εἰς τρία ταῦτα τεμνε
Πουβλίκαν λεγίτιμαν τε καὶ τὴν ἰουριογεντιαν.

Boſquetus in verſ. 997. delet οὐκ, & dicit manifeſte abundare ſed male, adeſſe debet, & cum οὖν jungendum. Poſtulat id metri ratio & quis neſcit οὐκοῦν igitur ſignificare. Atque ita recte ex præcedentibus hic colligit Pſellus, conventionis,

cum in privatam dividatur & publicam, privata autem ſit legitima vel Juris-Gentium, tres ſpecies optime conſtitui publicam legitimam & Juris-Gentium.

Verſ. 1250. 1251. 1252.

Τὸν γάμον ἡ διάθεσις τελεῖ ἡ ἀμοιβαία,
Προσθήκης γὰρ οὐ δεῖται προικώων συμβολαίων,
Εἰ μὴ πρωτοσπαθάριος, ἢ πλέον τὶς τυγχάνει.

Miror hunc locum à Boſqueto inemendatum relictum, tu corrige & lege προσθήκης γὰρ οὐ δεῖται προικώων συμβολαιῶν atque hinc corrige Attaliat. in Synopſi p. 23. ubi pro τῶν γαμων ἡ ἀθέτησις τελεῖ ἀμοιβαία reſtitue τὸν γάμον ἡ διάθεσις &c. Sunt autem hauſta hæc ex Novella 22. c. 3. & 117. c. 4. Verba Nov. 22. c. 3. referuntur in Baſilicis tom. 4. p. 255. ubi quod additum àsì hauſtum eſt ex Nov. 117. c. 4. eadem ferè retulit Pſellus ſupra verſ. 375. & 376.

Γάμος δ' ἐκ διαθέσεως συνίσταται ἐκ μόνης,
Κἂν μὴ προσῶσι γαμικὰ συμβόλαια πρὸς ταύτης,

reſcribe πρὸ ταύτης.

Verſ. 1266. 1267. 1268.

Τῶν ἀναγκαίων πεφύκασι μόλος· τῆς θαλάσσας,
Ποιῆσαι τε νέφυτα ἄμπελόν τε καὶ δένδρα,
Ἐπί τε χρησιμότητι ἀγροῦ σπερματοθήκας.

Vid. l. 1. & 3. D. *de impenſis* in res dotales factis unde forte hic pro ἄμπελον legendum ἀμπέλων.

Verſ. 1269. 1270. 1271. 1272.

Διακέρδα τὰ πράττοντα βελτίονα τὸν προῖκα,
Ὁποῖον τὸ νέφυτον ἢ τὸ ἀρτοκοπεῖον,
Ἃ προῖκα οὐ μειοῦσι μὲν ἀλλ' ὅμως ἀπαιτοῦνται;
Περὶ τὰ δαπανήματα τὰ τέρψιν ἐμποιοῦντα.

vertit Boſquetus, *utiles meliorem dotem faciunt, quales ſunt Novelleta & piſtrinum, quæ dotem quidem non minuunt tamen repetuntur: idem circa voluptuarias.* Sed poſteriora ſunt falſiſſima, conſtat enim maritum non repetere impenſas voluptuarias, ſed tollere tantum quod factum eſt, quatenus id fieri poſſit ſine rei detrimento l. 9. & 11. pr. D. *de impenſis in res dotales factis*, quare & Boſquetus ſuſpicatus laborare verſ. 1272. nihil tamen attulit quo reſtituatur, tu reſcribe ex l. 7. D. *tit. mem.* περιττὰ pro περὶ τὰ, in verſu autem 1269. pro διακέρδα διὰ κέρδη ex l. 5. §. 3. D. *eod.* ut διὰ κέρδος l. 1. D. *eod.* quæ alibi ἐπωφελῆ dicuntur.

Verſ. 1273. 1274.

Μηδεὶς κατὰ τῆς γυναικὸς κλοπῆς κινείτω δίκην,
Ἀφαίρεσιν κινείτω δὲ τῶν κλαπέντων πραγμάτων.

Vertit Boſquetus, *nemo contra uxorem furti actionem moveat, ſed rerum amotarum*, ego poſteriora verterem potius, ſed condictionem moveat rerum furto ablatarum; actio enim rerum amotarum non ſemper locum habet ſed tunc demum cum divortii cauſa res ſubrepta fuerit & divortium ſecutum l. 25. D. *de Actione rerum amotarum:* quod docet quoque Schol. Baſ. *ad h. t.* p. 438. in fine & in initio ſequentis p. 439. ubi in verbis δύναται κατὰ τὴν ῥέρυμ ἀμοτάρυμ ἔχειν κατ' αὐτῆς, ὁ ἀνὴρ καὶ κονδικτίκιον facile vides κατὰ in καὶ eſſe mutandum quæ ſæpius inter ſe ſunt confuſa: & in ſequentibus ἄρχεται μὲν ἡ ῥέρυμ ἀματόρυμ, τὸν δὲ κονδικτίκιον δύναται κινεῖν κατ' αὐτῆς ὁ ἀνὴρ, ἄρχεται quoque vitioſum, reſcribe εἴργεται vel quod malim ἀργεῖ, cæterum in Pſello neſcio num bene ſe habeant ἀφαίρεσιν κινείτω mallem ἀπαίτησιν κινείτω, atque eodem modo in Gloſſis Nomicis in κονδικτίτζιος ῥέρυμ ἀμοτάρυμ pro ἤγουν ἀφαίρεσις legerem ἀπαίτησις, ἀφαίρεσις eſt ablatio, ἀπαίτησις, repetitio ablati, ut ita ſæpius κονδικτίτζιος per ἀπαίτησιν πράγματος explicatur in iiſdem Gloſſis, & ἀπαίτησιν κινεῖν condicere in l. 24. D. *h. t.* ubi vide num. pro τοῦ τιμήματος ſit τοῦ πράγματος legendum, cum condictio rei amotæ hoc in caſu vel vindicatio, ut in Pandectis legitur, a viro inſtitui poſſit. Ipſa porro actio rerum amotarum plerumque dicitur ἡ περὶ ἀφαιρέσεως vel ὑφαιρέσεως πραγμάτων ἀγωγὴ, de eadem egit Pſellus ſupra verſ. 619. & ſeqq.

Ἡ ῥέρυμ ἀμοτάρυμ δὲ κονδικτίκιος λόγος;
Ἁρμόζει δὲ καὶ γυναιξὶ κατὰ τῶν συνοικούντων,
Ἀνδρί τε κατὰ γυναικὸς κλέψαντος ἢ κλεψάσας.

ubi forte pro κλέψαντος κλεψάντων, cum ad συνοικούντων referendum, legi debet.

Verſ. 1342.

Οἷς μέλη περισσεύουσι παῖδές εἰσιν εἰκότως.

vertit Boſquetus *illi quibus partes abundant recte filii ſunt.* Quod nec Græcis verbis convenit, nec quid ſignificet intelligo; non capio etiam quæ in notis ſcribit: *Pſellum autem* verſ. 1342. *ita accipi ut velit, liberis ſolis nullo admiſſo neque etiam adſcendentibus vel his omnes hereditatis partes ſine diviſione abundare & ſupereſſe.* Tu verte ex l. 14. D. *de ſtatu hominum*, quibus membra abundant recte liberi ſunt, atque, ut vides, res eſt notiſſima.

Hæc pro inſtituti ratione ſufficere viſum fuit. Cæterum ſi quid habeant Eruditi, aut in bibliotheca quadam ſupereſſe reſciverint, quod facere poſſit ad ornandam Pſelli editionem, ut id mecum communicare velint majorem in modum rogo. Atque hæc cauſa quoque cur nomen, quod alio tempore latere malui, ſpecimini huic præponere non dubitabam.

M. VALERII

M. VALERII PROBI
L I B E L L U S
DE INTERPRETANDIS ROMANORUM LITTERIS, CIVIUMQUE ROMANORUM NOMINIBUS, PRONOMINIBUS, AC COGNOMINIBUS:

Nominibus item Sacerdotiorum, Poteſtatum, Magiſtratuum, Præfecturarum, Sacrorum, Ludorum, Rerum urbanarum, Rerum militarium, Collegiorum, Decuriarum, Faſtorum, Numerorum, Ponderum, Menſurarum, Juris-Civilis, & Similium;

QUEM

Ex vetuſtiſſimis Manuſcriptis Codicibus, plus partem dimidiam auxit, emendavit, & Notis illuſtravit

HENRICUS ERNSTIUS, J.U.D.

Regiæ Acad. Soranæ Anteceſſor, & Philoſophiæ Moralis Profeſſor.

Adjectæ ſunt hac iterata Editione

OBSERVATIONES

FREDERICI TILIOB.ROGÆ.

AD VIRUM CLARISSIMUM,

HENRICUM ERNSTIUM, JCTUM.

CUM

VALERIUM PROBUM

EDERET.

QUem vidimus ſemper PROBUM, nunquam *integrum*,
Culpâ malorum, non quidem vitiô ſuô.
Nunc ERNSTII demum ſtudiô doctiſſimi
Et *integer* primùm, & magis prodit *probus*.

LAURENT. CHRISTOPHORUS SOMNITZ.
Nob. Pomeran.

VItam probare fervet ERNSTIUS *cælo*,
Doctamque SORÆ *induſtriam.* PROBUS *ſenſit*,
Merſus tenebris, veſte tectus indignâ,
Opemque clamitavit. ERNSTIUS *fecit*,
Luci reductus probior ut PROBUS *tendat*
Orbem perambulare ſplendido cultu.

PETRUS NICOL. MEHRNERUS.

PRÆFATIO.

P R Æ F A T I O.

PERILLUSTRI ET MAGNIFICO HEROI,

H A N N I B A L I

S E H E S T E D I O,

Sereniſſimi Regis Danorum, Regnique Senatori, Norvegiæ Proregi, &c.

Domino, & Mæcenati ſuo colendo

S. D.

H E N R I C U S E R N S T I U S.

VALERIUM PROBUM, quem Tibi, Vir perilluſtris, Romæ ſuperioribus temporibus promiſi, Librariorum culpa ad Te mitto tardius, quam ipſe voluerim, & Tu fortaſſe ſperaveris. Viſum tamen fuit faciendum, ut nomen ſerò poſt tempus potius ſolverem, quam cum ignominia & dedecore foro cederem. Edidi libellum hunc animo candido, & publicæ utilitatis ſtudioſo: cum ejuſmodi is mihi videatur, ut ſperem, multis uſui fore. Antiquitatis, & Juriſprudentiæ ſtudioſis potiſſimum tamen ſerviet, qui neceſſariam manuductionem ad Veterum monumenta legenda inde recte petent. Laborem, quem in recenſendo, complendo, illuſtrandoque hoc ſcriptore impendi, non eſt, quod magnificentius prædicem, aut dilaudem. Quivis enim intelligens judicabit, & res loquetur, quantum *Valerius* obſtetricibus meis manibus debeat. Tibi vero, Magnifice Vir, quod eum inſcripſerim, cauſæ mihi ſunt, ut puto, idoneæ. Sum enim pluribus tuis beneficiis arcte devinctus. Itaque ut aliqua ſaltem ratione animum memorem & gratum declararem, hoc pacto, more priſco & probo, Te ſive honorare, ſive oblectare, juventutem autem Danicam, optimis ſtudiis initiatam & deditam, juvare volui. Nec dubitem, me rem Tibi, qui unà cum aliis graviſſimis prudentiſſimiſque viris clavum Imperii hujus tenes, & gubernacula Reipub. tractas, non ingratam facturum; cum animum veſtrum in nobiles Academiæ Soranæ ſtudioſos, id eſt, *filios veſtros*, perſpectum cognitumque habeam. Solet enim non minus jucundum Ephoris, *patriæ parentibus*, eſſe, atque haud ſcio an non magis etiam, ſi quid in optimarum artium cultura *liberis ſuis*, quam ſi ſibiipſis in re multo majore commodari videant; etſi vix quidquam recta educatione, & bonis artibus majus. Quo magis Vobis, totique Nobilitati Danicæ gratulor, quorum filii à teneris ad Pietatem, Virtutem, Bonas litteras, & honeſtiſſimas corporis Exercitationes in Regia hac, & Equeſtri Academia recte informantur. Accedit præterea & ea conſilii mei cauſa; ut, quod exiguis meis in hunc ſcriptorem notis deeſt eruditionis ac lucis, id nominis tui & prudentiæ ſplendor mutuatum ipſis elargiatur; qui ſane tot tantiſque ornamentis Ingenii & dignitatis excellis, ut nihil mihi potuerit honorificentius accidere, quam, ut alii videant, in tuorum numero me haberi. De quibus tuis virtutibus, & ſingularibus animi dotibus, cum latiorem dicendi aream elegerim, præſtabit, nihil in hiſce cartarum anguſtiis dicere, quam laudes earum inconcinniter deterere, ac pro luce tenebras iis offundere. Vale, Ampliſſime Heros, & tuam erga me benevolentiam, quam non ſemel teſtatus es, porro quoque tuere. Ego viciſſim colere te & obſervare, uti debeo, nunquam deſinam. Soræ, x. Cal. Maii. An. cIɔ Iɔ c XLVII.

TESTIMONIA
QUÆDAM
DE
VALERIO PROBO.

Suetonius Tranquillus de Illuſtribus Grammaticis.

MArcus Valerius Probus Berytius diu Centuriatum petiit, donec tædio ad ſtudia ſe contulit. Legerat in Provincia quoſdam veteres libellos apud Grammatiſtam, durante adhuc ibi antiquorum memoriâ, nec dum omnino abolita, ſicut Romæ. Hos cum diligentiùs repetere, atque alios deinceps cognoſcere cupèret, quamvis ſe contemni, magiſque opprobrio legentibus, quàm gloriæ & fructui eſſe animadverteret, nihilominus in propoſito manſit. Multaque Exemplaria contracta emendare ac diſtinguere, & adnotare curavit. Soli huic, nec ulli præterea Grammatices parti deditus. Hic non tam diſcipulos, quàm ſectatores aliquot habuit, nunquam enim ità docuit, ut magiſtri perſonam ſuſtineret. Unum vel alterum, vel, cùm plurimos, tres, aut quatuor, pomeridianis horis admittere ſolebat, cubanſque inter longos ac vulgares ſermones legere quædam, idque perraró. Nimis pauca, & exigua de quibuſdam minutis quæſtiunculis edidit. Reliquit autem non mediocrem ſylvam Obſervationum ſermonis antiqui.

Euſebius in Chronic. Olymp. CCIX. ad An. Chriſti 59.

Probus Berytius *eruditiſſimus Grammaticorum Romæ agnoſcitur.*

M. Aurelius Caſſiodorus in Chronic. ſub Neron.

Probus *etiam eruditiſſimus Grammaticus Romæ cognoſcitur.*

Idem de arte Grammat.

Sed quamvis Autores temporum ſuperiorum de arte Grammatica, ordine diverſo tractaverint, ſuiſque ſeculis honoris decus habuerint, ut Palæmon, Phocas, Probus, *& Cenſorinus.*

A. Gellius Lib. IV. Noct. Attic. Cap. VII.

Valerius Probus *Grammaticus inter ſuam ætatem præſtanti ſcientiâ fuit.*

Idem Lib. I. Cap. XV.

Valerius Probus. *Grammaticus illuſtris.*

Idem Lib. IX. Cap. IX.

Memini audiſſe me ex Valerii Probi *diſcipulis, hominis, & intelligendis penſitandiſque veteribus ſcriptis bene callidi.*

Idem Lib. XVII. Cap. IX.

Eſt adeò Probi *Grammatici Commentarius ſatis curioſe factus, de occulta litterarum ſignificatione Epiſtolarum C. Cæſaris ſcriptarum.*

Macrobius Lib. V. Saturnal. Cap. XXII.

In hoc loco Valerius Probus *vir perfectiſſimus notat, neſcire ſe hanc hiſtoriam, ſive fabulam quò referat autore. Quod tantum virum fugiſſe miror.*

P. Conſentius de Art. Gramm. Cap. de VERBO.

Quædam verò talia, ut neutrum horum, ſicut Probus vir doctiſſimus adnotat, admittant.

Joan. Paſſeratius Oration. & Præfat. pag. 178.

A. Gellium præclari emendatores Agellium appellari jubent, ineptè, & penè dixerim improbè, cum id repugnante fiat Valerio Grammatico, & re, & nomine, Probo.

Claudius Dauſquius in Notis ad Valerium Probum.

Hactenus Valerii Probi de notis Romanorum interpretandis libellus iſte venuſtulus Antiquitatis ſtudioſo probari meritò potuit, in deliciis eſſe, in ſinu verſari & confoveri.

Thomas Reneſius Lib. III. Variarum Lectionum Cap. XVI.

Siglarum *ſignificationes, tenere neceſſarium eſt, eum, qui de Inſcriptionibus, Jure antiquo, & cæteris Monumentis publicis aliquid velit profiteri. Fuere initio paucæ; paulatim auctæ in immenſum, ut ſcripto comprehendi debere Grammatici cenſuerint; hinc illa* M. Valerii Probi de notis Litterarum *tractatio.*

VALERII

VALERII PROBI LIBELLUS

De Inſcriptionibus, & Litteris Romanorum.

Adjectæ ſunt hac iterata Editione Obſervationes,

FREDERICI TILIOBROGÆ.

CAPUT PRIMUM.

EST & circa perſcribendas vel paucioribus litteris notandas voces ſtudium neceſſarium. Quod partim pro voluntate cujuſque fit; partim uſu publico, & obſervatione communi. Nam apud veteres, quum uſus Notarum nullus eſſet, ſcribendi facultatem, maximè in Senatu qui aderant ſcribendo, ut celeriter dicta comprehenderent; quædam verba, atque nomina ex communi conſenſu primis litteris notabant. Et ſingulæ quid (*a*) ſignificarent, in promptu erat. Quod in nominibus (*b*), Pronominibus, Legibus publicis, Pontificumque monumentis, Juriſque Civilis libris etiam nunc manet. Ad quas (*c*) Notas publicas (*d*) acceſſit (*e*) etiam ſtudioſorum voluntas: ut unuſquiſque familiares ſibi Notas pro voluntate ſignaret. Quas comprehendere infinitum (*f*) eſſet (*g*). Publicæ ſane tenendæ ſunt; quæ in monumentis (*h*) publicis reperiuntur. Ut ſunt iſtæ: P. Publius. C. Caius. M. Marcus. CN. Cneus. Q. Quintus. MAR. Martius. TI. Tiberius. CL. Claudius. T. Titus. SP. Spurius. SEX. Sextus. SER. Servius. OP. Opiter. AB. V. C. Ab Urbe condita. P. R. E. poſt reges exactos. P. C. Patres conſcripti. S. P. Q. R. Senatus populuſque Romanus. E. Q. R. Eques Romanus. V. R. Urbs Romana. C. R. Civis Romanus. COL. Colonia, Coloni. MUN. Municipia, Municeps. N. L. Nominis Latini. L. C. Latini Coloni. S. N. L. Socii nominis Latini, & his ſimilia. Secundum hæc Curiarum nomina, Tribuum, Comitiorum, Sacerdotiorum, Poteſtatum, Magiſtratuum, Præfecturarum, Sacrorum, Ludorum, Rerum urbanarum, Rerum militarium, Collegiorum, Decuriarum, Faſtorum, Numerorum, Ponderum, Menſurarum, Juris Civilis, & ſimilium cæterorum, quæ notas proprias (*i*) habent.

A.

A.	Auguſtus. *vel* Aulus. *vel* Aut. *vel* Aliquando. *vel* Ager. *vel* Agrum. *vel* Aiunt.
A.	Anima. *
A.	Aſſolet *vel* Arrarum. *
A.	Amiras. *
AA. *vel* AUG.	Auguſta. *vel* Auguſtalis. *vel* Aoguſti.
A. A.	Apud Agrum.
A. A.	Ante audita.
A. A. A.	Auguſti *de tribus Impp.*
A. A. A. F. F.	Ære, Argento, Auro, flato feriundo. *vel* Flavo feriundo.
A. A. A. F. F. QU. TY.	Auri, Argenti, Æris flator fabricæ Quirinalis Tyberini.
A. A. C.	An audita cauſa. *
AA. ET. CC.	Auguſti & Cæſares. *
A. ALR.	Alius adulteravit. *
A. A. S. L. M.	Apud agrum ſibi locum monumenti.
A. A. V. S. L. M.	Apud agrum vivens ſibi locum monumenti. *
A. B.	Alia bona.
ABN.	Abnepos.
ABS.	Abſolutus.
A. B. V.	A bono viro.
AB. U. C.	Ab Urbe condita.
AC.	Actio.
A. C.	Alius civis.
ACC.	Acceptat. *vel* Acceperat.
ACIN.	Actionem.
* AC. MR.	Ancus Martius.
* ACN.	Actione.
ACON. *vel* ACUN. *vel* A. C. M.	Actionem. *vel* Actionum.
* A. CSL.	A Conſulibus.
* A. CSL. CT.	A Conſulibus civitatum.
A. C. V.	A claro viro.
A. CUB. AUGG.	A cubiculo Auguſtorum.
* Aœ.	Actione.
* AD. AQS.	Ad Quæſtorem.
AD. E.	Ad exactorem. *vel* Effectorem *vel* Extorrem.
AD. F.	Ad finem.
ADI.	Adjutor.
ADI. P.	Adjutor provinciæ. *vel* patriæ *vel* populi.
AD. L.	Ad locum. *vel* ad limites.
ADN.	Adnepos
ADP. *vel* ADOP.	Adoptivus.
A. D. P.	Ante diem pridie.
AD. P. VI.	Ad pedes ſex. *
ADR.	Adjutor. *
ÆD.	Ædes.
ÆDIL.	Ædilis.
ÆDILL.	Ædiles.
ÆDIL. CUR.	Ædilis curulis.
ÆD. PL.	Ædilis Plebis.
ÆG.	Æger.
ÆQ. P.	Æqualis perſona.
ÆR.	Ærarium. *vel* Ærarii.
ÆR. COL.	Ære collato.
ÆR. P.	Ære publico.
A. F.	Alio facto.
A. F. A. AR.	Ad fontem abaurium. *
A. F. P. R.	Actum fide Publii Rutilii. *vel* Antefactum, poſt relatum. *vel* Æmilius fecit, plectitur Rutilius.
AG.	Ago. *vel* Agit.
AG.	Agrippa. *vel* Agrum.
AGT.	Agitur. *
A. H.	Alius homo.
A. I.	A Judice.

Alia.

(*a*) Significabant. *Pign. Cod.* (*b*) Prænominibus *al.* (*c*) Notationes *al.* (*d*) Accedit. *Pign.* (*e*) Et *al.* (*f*) Eſt *al.* (*g*) Publicè *Pign.* (*h*) Plurimis *al.* (*i*) Notationes proprias *al.*

• ALA.	Alia.
A. L. Æ.	ArbitriumLitisÆſtimandæ. v. liti Æſtimandum.
• ALA. LG.	Alia Lege.
A. L. E.	Arbitrium Liti Examinandæ. *vel* Exiſtimandæ. *vel* Exiſtimandum.
A. L.	Alia Lex.
AL. III. L.	Alpinæ tertiæ legionis.
• ALXA.	Alexander.
AM. *vel* AMS.	Amicus.
• AM. N. *vel* AMC. N.	Amicus noſter.
• A. MN.	Actione mandati.
AM. P.	Amabilis perſona.
• AM. S. P.	Amicæ ſuæ poſuit.
• AMR.	Amator.
AN.	Annius *vel* Annus.
A. N.	Ante noctem.
• ANETR.	Amphiteatrum.
• ANG. P.	Angelus percuſſit.
• AN. M.	Actione mandati. *vel* Actionem mandat.
ANN. *vel* AN. *vel* A.	Annis.
ANN. LXXII.	Annis ſeptuaginta duobus.
ANT.	Ante *vel* Antea.
ANT. T. C.	Ante terminum conſtitutum.
A. O.	Alii omnes.
AO. P.	Auro puro.
AP.	Apud
A. P. CLN.	Ad pedes columnæ.
AP. JUD.	Apud Judicem.
AP. N.	Apud nos.
APP.	Appellat.
APP. CLU.	Appius Claudius.
APPN.	Appellantur.
A. P. Q.	Auli Publii Quincti.
A. P. R. C.	Anno poſt Romam conditam.
A. P. XII.	Ad pedes duodecim.
AQ. E. I.	Aqua & igni.
ARC. II.	Arcas duas.
ARG.	Argentum.
ARM. E.	Arma ejus.
ARM. P.	Arma publica.
AR. ST.	Ara Saturni.
A. S.	A ſuis.
A. S. LE.	A ſua lege.
A. S. TT.	• • •
AT. *vel* AT.	Autem.
• A. T. A.	Adoleſcentuli teſticulos abſcidit.
A. TE.	A tergo.
A. T. M. D. O.	Aio te mihi dare oportere.
ATQ.	Atque.
• ATR. S.	Autor. *vel* Autoritas.
A. TREB.	Aulus Trebonius.
• A. TR. RR.	Ad turrem Tropæam.
• AT. T.	Habet titulum.
• A. TP.	Anno tempore.
AUC.	Auctoritas.
AUG. *vel* AUGS.	Auguſtus *vel* Augur.
• AUG. FLAM.	Auguſtalis flamen.
AUGG.	Auguſtis. *vel* Auguſti.
AUG. N.	Auguſtus noſter.
• AUG. S.	Auguſto ſacrum.
AUR.	Aurelius. *vel* Augur.
• AURL.	Aurelius.
AUT. *vel* AUTR. *vel* AUC.	Autoritas.
• AUT. PR. R.	Autor provinciæ Romanorum.
A. X.	Annis decem.

CAPUT II.

DE LITTERA B.

B.	Bonus. *vel* Balbius. *vel* Balbus. *vel* Brutus. *vel* Bene. *vel* Bona.
B. A.	Bonam actionem. *vel* Bonis auſpiciis. *vel* Bonis avibus. *vel* Bona actione.
B. ARA.	Bona aurea.
B. AU.	Bonis auſpiciis. *vel* Bonis avibus.
BB.	Bonorum.
B. C.	Bonum conceſſum.
B. CA.	Bona caduca.
B. D.	Bonum datum.
B. E.	Bona ejus.
B. E. I.	Bona ejus inſtituta.
B. EM.	Bonorum Emtor.
B. F.	Bona fide. *vel* Bona filia. *vel* Benefecit. *vel* Bona fœmina. *vel* Bona fortuna. *vel* Bonum factum.
• BF. *vel* BFC.	Beneficium. *vel* Bonum factum. & *aliquando* Benefecit.
B. F. C.	Bona fide contractum.
B. F. P.	Bonæ fidei poſſeſſor.
• B. FV.	Bona fortuna.
B. GR.	Bona gratia.
B. H.	Bonus homo. *vel* Bona hereditaria.
• B. H.	Bonorum heredes.
• B. H. I.	Bona hic invenies.
• B. HTS.	Bonorum hereditas.
B. J.	Bonum Judicium.
• B. I.	Bona inveniuntur.
B. J. J.	Boni Judicis Judicium.
B. L.	Bona Lex.
• B. LIB.	Bonorum liberi.
B. M.	Bene merenti.
B. M.	Bonæ memoriæ.
• BMB. ST. H.	Bene merentibus ſervatur hic.
B. M. F.	Bene merenti fecit.
• B. M. H. E.	Bona memoria hic eſt.
• B. M. M. P.	Bene merenti maritus poſuit.
B. MN.	Bona munera.
B. M. P.	Bene merenti poſuit.
B. NN.	Bonis nominibus.
BN.	Bona noſtra. *vel.* Bono nomine.
B. O.	Bene optimè.
BO. E.	Bonorum emtor.
BO. V.	Bonorum venditor.
B. P.	Bonum publicum. *vel* Bona paterna. *vel* Bona poſſeſſio. *vel* Bonorum poſſeſſor.
B. PC.	Bona pecunia.
B. Q.	Bona quæſita.
BR. *vel* BB.	Bonorum.
B. R.	Bonorum rector.
B. RP. N.	Bono reipubl. nato.
BRT. *vel.* BRITTANNIC.	Britannicus.
B. S.	Bona ſua. *vel* Boni ſervi. *vel* Bene ſatisfecit.
B. T.	Bonorum tutor.

Bonus

B. V.	Bonus vir. *vel* Bona veſtra. *vel* Bene vixit.
B. V. A.	Boni viri arbitratu.
B. V. V.	Balnea, Vina, Venus.

CAPUT III.

DE LITTERA C.

C.	Caius. *vel* Civis *ſeu* Cives. *vel* Caput. *vel* Cæſar. *vel* Clariſſimus.
• C. *vel* Q.	Cum *vel* quum.
• C°.	Cornibus.
Ɔ.	Caia. *vel* contra.
• Ɔ.	Contrarium.
CA.	Cauſa. *vel* cauſat. *vel* Caſſius.
CÆS. *vel* CS.	Cæſar.
CÆS. A. *vel* AUG.	Cæſar Auguſtus.
CÆSS. AUGG.	Cæſares Auguſti.
CÆSSS. AUGGG.	Cæſares Auguſti *de tribus*.
CA. *vel* CAM.	Camillus.
• C. AM.	Cauſa amabilis.
CAR. COJU.	Cariſſimæ Conjugi.
CARISS.	Cariſſimus.
• C. B.	Cives boni. *vel* Commune bonum.
C. *vel* CAM.	Camillus.
CC.	Circum. *vel* ducenti. *vel* Cæſares. *vel* Clariſſimi.
C. C.	Conſilium cœpit. *vel* ceſſit. †
C. C.	Cauſa cognita. †
C. C.	Cauſa conventa.
C. C.	Calumniæ cauſa.
C. C. C.	Cenſa civium Capita.
C. CL. R.	Cauſa clara regi.
C. CR.	Contrarium contractum.
CCT.	Contrarium contractum.
CD.	Quadringenta.
C. E. C.	Coloni ejus coloniæ.
CEL.	Celeres.
CEN. A.	Cenſoris arbitratu.
CENS. *vel* CNS. P.	Cenſor perpetuus.
CENT.	Centuria. *vel* Centurionum.
CENTN.	Centuriones.
C. F.	Caii filius. *vel* Concordes fecerunt.
C. H.	Cuſtos heredum.
CIC.	Cicero.
C. J. C.	Cajus Julius Cæſar.
C. IP.	Cæſar Imperaror.
CIPP.	Cippus. i. e. terminus. ut: ad tertium cippum, ſeu lapidem.
• C. JT.	Cauſa Juſti.
• C. II. IV. P.	Cubitos duos invenies plumbum.
• C. II. IN. L. M.	Cubitos duos invenies locum mirabilem.
• C. III. IVE.	Cubitos tres invenies.
CL.	Claudius. *vel* Clariſſimus. *vel* Coloniæ.
C. L. *vel* LIB.	Caii libertus. *vel* Cajus libertus.
Ɔ. L.	Conlibertus.
Ɔ. Ꞁ. *vel* L.	Caia liberta. *vel* Caiæ libertæ.

ƆꞀ. X.	Conlibertæ cariſſimæ.
• C. L.	Centum millia.
• C. LDBL.	Cauſa laudabilis.
• CL. F.	Clariſſima fœmina.
CM. *vel* CM°.	Comes.
• C. M.	Cives mali.
• C. M.	Cæſar maximus.
C. M. *vel* CA. M.	Cauſa mortis. *vel* C. Marius.
• CML. XII.	Camelos duodecim.
C. MT.	Commune multum.
CN.	Cneus. *vel* Civis noſter.
CN. ARR.	Cneus Arrius.
C. N. EE. C. C.	Credimus non eſſe cauſſam conventam.
CN. L.	Cnei libertus.
CNTO.	Centenario.
ƆO. *vel* Ɔ: *vel* CV.	Controverſia.
ÇO.	Conjugi.
C. O.	Civitas omnis.
COH. *vel* COH.	Cohors.
COL.	Colonia. *vel* Coloniæ *vel* Collega. *vel* Columen.
COLL. FABR.	Collegium Fabrum. *vel* Fabrorum.
COM. OB.	Comitia Obdriaca. *vel* Obdurata. *vel* Obchiaca.
COM. R. P.	Comes rerum privatarum.
CON.	Conſularis. *vel* Conſervator.
CONJU.	Conjunxit.
CONJUG. M.	Conjugi merenti.
CONJU. OBSEQUENTISS.	Conjugi obſequentiſſimæ.
CONLIB.	Conlibertus. *vel* Conliberta.
CON. SEN. E. ORD. P. Q. R.	Conſenſu Senatus, equeſtris ordinis, Populique Romani.
CONS. *vel* CS.	Conſiliarius.
CONTUB. *vel* COT.	Contubernalis.
COR.	Cornelius.
• COR. AURS.	Coronas aureas.
• CORN. R. F.	Coronæ regis filiæ.
COS.	Conſul.
COS. DES.	Conſul deſignatus.
COS. QUAR. *vel* IIII.	Conſul quartum. *vel* quarto.
COS. TER.	Conſul tertium. *vel* tertio.
COSS.	Conſules. *vel* Conſulibus. *vel* Conſiliarii.
COSS. DESIG.	Conſules deſignati.
C. P.	Civis publicus.
• CPRSS.	Cupreſſi.
CR.	Creticus. *vel* Contractum. *vel* Criſpus.
C. R.	Civis Romanus.
C. R. C.	Cujus rei cauſa.
C. R. C. P.	Cujus rei cauſa promittis.
CS.	Conſiliarius. *vel* Cæſar. *vel* Conſul.
C. S.	Conſulum ſententia.
C. S. E.	Cum ſuis heredibus.
C. S. FL.	Cum ſuis filiis.
C. S. L.	Comes ſacrarum largitionum.
C. S. P. E.	Cum ſua pecunia eſt.
C. S. S.	Cum ſervis ſuis.
CT°.	Contrarium. *vel* Contractus.
CTR. M.	Citra murum.
CTR℞.	Ceterum.

CV.	Controverſia.
C. V.	Cauſa virginum. *vel* Clariſſimi viri.
C. V.	Centumvirum. *vel* viri. † *vel* vir.
CVI.	Cujus.
CVL.	Cultores.
C. V. M. P.	Contra votum memoriæ poſuerunt.
CVR.	Curionum. *vel* Curiarum. *vel* Curſor.
• C. X. VI. ARG.	Cubitos decem invenies argentum.
• C. XX IV. AUR. M.	Cubitos viginti invenies aurum mirabile.

CAPUT IV.

DE LITTERA D.

D.	Deus. *vel* Divus. *vel* Decius. *vel* Diebus. *vel* Devotus. *vel* Diutius. *vel* Dedicavit.
D. *vel* ᗡ.	Diva.
• Ð.	Dum.
D.	Dixit. *vel* Damnat. *vel* Dies. *vel* Dedit. *vel* Donat. *vel* Donavit.
• D\.	Dedicavit.
• Ð. *vel* Ð.	Duo.
• DA.	Dona.
D. A. *vel* AUG.	Divo Auguſto. *vel* Deo Auguſto.
• D. A. S.	Divo Auguſto Sacrum.
DATHI.	Dathico.
• D. B.	Decius Brutus.
D. BD.	De benedicentibus.
D. B. DD.	De bonis dixerunt.
D. B. I.	Dis bene juvantibus.
D. BMB.	De bene merentibus.
D. B. S. F.	De bonis ſuis fecit.
D. C. *vel* CÆS.	Divus Cæſar.
D. C. A.	Divus Cæſar Auguſtus.
D. C. ND. L.	De cauſa nondum liquet.
D. C. S.	De Conſulum ſententia.
DCT.	Decretum.
D. D. *vel* Ð'. Ð°.	Dotis, Dictio. *vel* Datio. *vel* Do Dico.
D. D.	Deo dicavit. *vel* Dis dantibus. *vel* donantibus. *vel* Dono dedit. *vel* Dono datum. *vel* Deo domeſtico. *vel* Dono dicavit. *vel* Dedit Deus. *vel* Decretum Decurionum. *vel* Decurio digniſſimus.
DD.	Dedicaverunt. *vel* Deinde.
DD'.	Dedimus. *vel* Dandam.
D'D'.	Dandas.
D. DD.	Dono dedere.
D. DD.	Damnum dedit.
D. D. D.	Datus decreto decurionum. *vel* Dono Decurio dedit. *vel* Dono dedit, dicavit.
• D. D. E.	Dare damnas eſto.
D. D. DD.	Decreto decuriones dederunt.
D. D. D. D.	Dignum Deo donum donavit. *vel* dicavit.
D. D. D. F.	De dono Dei fecerunt.
D. D. L. M.	Dono dedit libero munere.
• D. Ð'. M.	Dedimus Mercedem.
DD. NN.	Domini noſtri.
DDD. NNN.	Domini noſtri. *de tribus Impp.*
D. DQ.	Dedit, donavitque.
D. DQ. S.	Dis Deabuſque ſacrum.
• DD. RELIG.	Divûm religio.
• Ð. ÐS.	Duo deſerebantur.
D. D. S.	Dis, Deabus ſacris. *vel* Sacrum.
DEC.	Decius. *vel* Decem decani. *vel* Decreto Decurionum. *vel* Decem decuriones.
DE. D.	Deo dicavit. *vel* de donis.
D'. E.	Damnatus eſt.
D'. EE.	Damnatum eſſe.
DES.	Deſignavit. *vel* Deſignatus.
DESS.	Deſignatus.
DEST.	Deſtinato.
DETI.	Defuncti.
DF.	Defunctus. *vel* Defuncta.
D. F.	Decii filius. *vel* Dotem fecit. *vel* Donum.
D. G.	Dedit gratis.
D. H.	Dono habuit. *vel* Donavit heredibus.
DICT.	Dictator.
DIG. M.	Dignus memoria. *vel* Morte.
DIL. *vel* DILECTISS.	Dilectiſſimus.
DIL. S.	Dilectiſſimus ſervus.
D. I. M.	Dis inferis maledictis. *vel* malis.
D. IMM.	Dis immortalibus.
D. IMM. S.	Dis immortalibus ſacrum
D. IPS.	De ipſis.
D. IVT. AUR. SND.	Deo invicto Aurelio Secundo.
DL.	Delego.
D. L.	Do, lego.
• D. L.	Do legem.
D. L.	Dat laudes. *vel* Donavit locum.
D. L. D. P.	Dis locum dedit publicè.
• D. L°.	De loco.
D. L. S.	Dis laribus ſacrum.
D. M.	Dis manibus. *vel* Domus mortui. *vel* Dormiunt mortui.
D. M. *vel* DM.	Dolum malum. *vel* Dubium malum. *vel* Donavit monumentum.
• DM.	Deum.
D. M. Æ.	Deo magno, æterno.
• D. M. B. D.	De memoria bona dixit.
• D. M. E. M. Æ.	Deo magno & memoriæ æternæ.
• D. M. FL. R. LCS.	De munere filiæ Regis locus.
D. M. F. V. C.	Dolo malo, fraudiſve cauſa.
D. M. M.	Dis manibus Meviorum.
• D. M. MQ. TR.	Dis manibus matrique terræ.
D. M. O.	Domum mitis operans.
D. M. S.	Dis manibus ſacrum.
D. M. SQ. C. P.	Die mala ſequiturque cras pejus.

Dominus.

DN.	Dominus.
D. N.	Dominus noſter.
DNA.	Domina.
D. N. M. E.	Dedicatiſſimus Numini Majeſtique eorum.
D. N. M. Q.	Devoto Numini, Majeſtatique.
DNN.	Domini.
DO.	Deo.
D. O.	Dîs omnibus. *vel* Deo optimo.
D'. O.	Donatio.
DOMIC. COS. XIII. LUD. SÆC. F. C.	Domicius Conſul XIII. ludos ſeculares faciundos curavit.
DOS. CS. E. CCL. PE. AUG.	Duos cubitos eſt concluſa pecunia Auguſti.
DOT.	Dotem.
DO. TRIN.	Divo Trajano.
DO. VAL.	Divo Valerio.
D. P.	Divus pius. *vel* Dîs Penatibus. *vel* Patriis. *vel* Dotem petit. *vel* Deo perpetuo. *vel* De pecunia. *vel* Devota perſona.
D. P. F.	Denunciandi poteſtatem facit.
D. PF.	De Præfecto.
D. PEC. R.	De pecuniis repetundis.
DPO.	Depoſito.
D. P. ORT.	De parte Orientis.
D. PP.	Deo perpetuo. *vel* De Puppinapella.
D. PP.	Data propoſita.
D. PR, O.	De parte Occidentis.
D. PS.	De Principibus. *vel* De pauperibus.
D. P. S.	Diis piis ſacrum. *vel* Diis penatibus ſacrum.
D. P. S. D. L. D.P.	Deo poſuit ſibi, Dîs locum dedit publicè.
D. P. S. OB.	De Pecunia ſua obiit.
D. Q.	Dîs Quirinalibus. *vel* Diiſque.
D. Q. R.	De qua re.
D. Q. S.	De quo ſuprà. *vel* Dis quo ſupra.
DR.	Druſus.
D. RM.	De Roma.
DR. S.	Dare ſpopondit.
D. RS.	De Regibus.
D. S.	Data ſubſcripta.
D. S.	De Sapientibus.
D\S.	Deus.
D. S. B. H. SS.	De ſuis bonis hoc ſibi ſumſerunt.
D. S. I. A.	Dei ſolius invicti altari.
D. S. M. P.	De ſe meritis poſuit.
D. S. P.	De ſuo poſuit.
D. SPP.	De Sapientia.
DT.	Duntaxat.
D. TB.	De Tributis.
D. TRBNL.	De Tribunali.
D. T. S. P.	Diem tertium, ſive perendie. *vel* ſive perendium. *vel* ſive perendinum.
D. V.	Devotus Vir. *vel* Veſter. *vel* Dîs volentibus. *vel* Devotus Veſtæ. *vel* Dies quintus.
DUC. DUC.	Ducum ductore. *vel* Ducum ductio. *vel* Ductorum ductor.
DUL. *vel* DOL.	Dulciſſimus.
D. VIIII.	Diebus novem.
DU. S.	Duo ſervantur.
D. VS.	De Virginibus. *vel* De virtutibus.
D. V. S.	Divino voto ſuſcepto.

CAPUT V.

DE LITERA E.

E. *vel* Ē.	Eſt.
E9. *vel* E.	Ejus.
E. Æ.	Ejus ætas.
E. B.	Ejus bona.
ECC.	Etiam.
E. D.	Ejus domus.
EE.	Eſſe.
EE. M. F. J.	Eſſe magis fieri juſſit.
EE, M. PO.	Eſſe magis poteſt.
EE. N. P.	Eſſe non poteſt.
E. F. *vel* FIL.	Ejus filius.
E. F,	Ejus fecit.
E. G.	Eger. *vel* Ego.
E. H.	Ejus heres.
E. HC. ABC. P.	Eſt hîc abſcondita pecunia.
E. H. E	Et heres eſt.
EJ. M. *vel* E9. M. *vel* EJMO.	Ejuſmodi.
E. L.	Edita lex.
E. M. D.	Ejus memoria dixit.
EMP.	Emptor.
E. N.	Etiam nunc. *vel* Eſt noſter.
EOR.	Eorum.
EPI. *vel* EP.	Epiſtola.
EP. M.	Epiſtolam miſit.
E. PP.	Et præparat.
EPS.	Epiſcopus.
EQ. M. SP. POM.	Equitum Magiſter Spurius Pompeianus.
EQ. OR.	Equeſtris Ordinis.
EQ. P.	Eques Publicus. *vel* Equus Publicus.
EQ. R.	Eques Romanus.
ER.	Erit. *vel* Erunt.
E. R. A.	Ea res agitur.
ERG.	Ergo.
ERP.	Eripiet.
ER. P.	Erit paratus.
E. S. S. PQ. R.	Ex ſententia Senatus Populique Romani.
ESS. VDD. M. R.	Eſſe vendendum monumentum Regis.
ET.	Etiam.
ET. NC.	Etiam nunc.
ET. S. L.	Et ſuis liberis.
ET. Q. D. D.	Et quibus donavi, donavero.
ET. S. F. C.	Et ſibi faciendum curavit.
EX.	Exigitur.
EX. C.	Ex conſuetudine.
EXCUR.	Excurſio.
EX. D. A.	Ex domo Auguſti. *vel* ex dono Auguſti.
EX. DO. AUG.	Ex domo Auguſti. *vel* ex dono Auguſti.
EX. E.	Exheres eſto.
EX. ORD. ARUS.	Ex ordine aruſpicari.
EX. R.	Exactis Regibus.
EX. V. S. F.	Ex voto ſuſcepto fecerunt.

CAPUT VI.

DE LITTERA F.

F.	Filius. *vel* Filia. *vel* Fulvius. *vel* Fecit. *vel* Februarius. *vel* Fuit. *vel* Familia. *vel* Figura.
Ⅎ.	Filia.
Ⅎ.	Pro V. ut SEℲℲUS ℲULGUS. ℲIXIT. pro, Servus, Vulgus, Vixit, & Digamma Æolicum appellatur.
FAB.	Fabius.
FABR.	Fabrum. *vel* Fabrorum.
FAC.	Facti.
FAC. C.	Faciundum curavit.
FÆ.	Familiæ.
FAM.	Familiaris.
FBC.	Fabricatio.
F. C. *vel* FI. C.	Fideicommiſſum. *vel* Fiduciæ cauſa. *vel* Fraude creditoris. *vel* Faciundum curavit.
FC.	Fecerunt. *vel* Fundaverunt.
F. C. M.	Fide cogita memor.
F. D.	Fides data. *vel* Fecit Deus.
FD. AG.	Fundum agri.
F. E.	Factum eſt. *vel* fides ejus.
FEB. *vel* F. *vel* FEBR.	Februarius.
F. E. D.	Factum eſſe dicitur.
FEM.	Femina.
F. F.	Fieri fecit.
F. F.	Fecerunt. *vel* Fundaverunt. *vel* Fabricaverunt. *vel* Fabrefactum. *vel* Fabrefactura. *vel* Fabricari fecerunt. *vel* Fidem fecit. *vel* Flavius fecit.
F. F.	Flando ferendo. *vel* Fidem facit. *vel* Filiusfamilias. *vel* Filia fecit.
F. FA. *vel* F. F.	Filiusfamilias.
F. F. E.	Fiat fides ejus.
F. F. F.	Fortior fortuna fato. *vel* Fortius fortuna fatum. *vel* Flavii Filius fecit. *vel* Ferro, flamma, fame.
F. FL. *vel* F. F. *vel* FR. F.	Fratris filius.
F. H.	Filius heres.
F. H. IN.	Fortunam hic invenies.
F. J.	Fieri juſſit. *vel* Fidejuſſor.
FIA. R.	Filia Regis.
FI. B.	Fide bona.
FI. C.	Fiduciæ cauſa.
FID.	Fides.
FI. J.	Fidejuſſores.
FIL. *vel* FL.	Filius. *vel* Filia.
FL. *vel* FLAM.	Flavius. *vel* Filius. *vel* Flavia. *vel* Flaminius.
F. L.	Favete linguis.
FLA.	Flabro.
FLACC.	Flaccus.
FLAM.	Flaminius. *vel* Flamen.
FLAM. LIG.	Flamen Liguralis.
F. M.	Fati munus. *vel* Fieri mandavit. *vel* Fecit memoriam.
F. M. I.	Fati munus impleat. *vel* implevit.
F. N.	Fides noſtra.
FN. AGR.	Fines agrorum.
F. N. C.	Fidei noſtræ commiſit. *vel* Commiſſum.
F. O.	Fratri optimo.
FOR. *vel* F3R. *vel* FR.	Forum. *vel* Fortè. *vel* Foris. *vel* Foras. *vel* Fortuna. *vel* Fortunata. *vel* Forma.
FOR. RED.	Fortunæ reduci.
F. P.	Forma publica. *vel* Fideipromiſſor. *vel* Filiæ potuerunt.
F. PP. R.	Forum populi Romani.
F. R.	Finibus regundis.
FR.	Fronte. *vel* Frater. *vel* Forum.
FR. C. L.	Fraudationis cauſa latura.
FR. COR.	Forum Cornelii.
FR. F.	Fratris filius.
FR. J.	Forum Julium. *vel* Julii.
FR. L.	Forum Livium. *vel* Livii.
FRMS.	Fortiſſimus.
FR. POM.	Forum Pompilii. v. Pomponii.
FR. S.	Forum Sempronii. *vel* Sempronianum.
FRS.	Fortis.
FRT.	Forſitan.
FR. TR.	Forum tranſitorium.
FS.	Fratres.
FS. E.	Factus eſt.
F. S. V. PS. XX. IN. MM. LOBL.	Fode ſub via paſſus viginti invenies monumentum laudabile.
F. T. C.	Familia teſtimonii cauſa.
F. U. C.	Fraudisve cauſa.
FUNC.	Functus.

CAPUT VII.

DE LITTERA G.

G.	Gaudium. *vel* Genus. *vel* Gens. *vel* Gellius. *vel* Genius. *vel* Gaius. *vel* Gravis. *vel* Gratia. *vel* Gades.
GA.	Gravis.
GALL.	Gallicæ.
GA. V.	Gravitas vera.
G. AUG.	Genio Auguſti.
G. B.	Gens bona.
G. CS.	Gajus Cæſar.
GD.	Gaudium.
G. D.	Gens doloſa.
GER. *vel* GERM.	Germanico. *vel* Germanicus.
GEN. *vel* GT.	Gentes.
GEN. CORR.	Gente Corneliorum.
GERM. DAC	Germanico Dacico.
GG. *vel* GS.	Geſſerunt.
GL.	Gaius libertus. *vel* Gaia liberta.
GL. *vel* GLA.	Gloria.
GLA. S. H. INT.	Gloria ſua hic intus.
GL. C.	Gloria Conſulum.
GL. E. R.	Gloria exercitus Romani.

Gloria

GL. N. L.	Gloria nominis Latini.
GL. P.	Gloria Parentis. *vel* Patriæ. *vel* Populi.
• GL. PP.	Gloria Parentum.
GL. P. R.	Gloria populi Romani.
GL. R.	Gloria Romanorum.
GL. S.	Gallus Sempronius.
GL. UR. RO.	Gloria Urbis Romæ.
• GM'.	Germanus.
G. M.	Gens mala.
• GN.	Genius. *vel* Gens.
GN. N.	Genus noſtrum.
GN. R. S.	Genus Romani Senatus.
GR.	Gratis. *vel* Gerit.
G. R.	Genus Regium. *vel* Rerum.
GRA.	Graccus.
GRC.	Græcus.
GR. D.	Gratis dedit.
• GR. E.	Gratia ejus.
GS.	Geſſerunt.
G. S.	Genio ſacro. *vel* Sacrum.
GT.	Gentem. *vel* Gentes.
GUS.	Genus.
• GX.	Grex.

CAPUT VIII.

DE LITTERA H.

Ͱ. *vel* C.	Loco H.
H'.	Habet.
H.	Honeſtas. *vel* Hic. *vel* Hoc. *vel* Heres. *vel* Heredes. *vel* Homo. *vel* Honeſtus. *vel* Hora. *vel* Honor. *vel* Honori.
H̄.	Hora. *vel* Honeſtas.
HA.	Hadrianus.
H. A.	Hoc age.
H. B. *vel* H̄.	Hora bona. *vel* Heres bonorum.
H. B. F.	Homo bonæ fidei. *vel* homo bonis fecit.
H. B. M. P.	Heredes bene merenti poſuerunt.
H. B. M. F. C.	Heres bene merenti faciundum curavit.
H. B. V. P.	Heres bonorumve Poſſeſſor.
H̄C̄.	Hunc.
H̄C̄. AM. N.	Hunc amicum noſtrum.
H̲. C. E.	Hîc condita eſt.
• H̄C̄. LOR.	Hunc lectorem.
• H̲. COG.	Heredem cognitorem.
• H̄C̄. V.	Hunc Virum.
H. D.	Hîc *vel* Hoc dedicavit. *vel* donavit. *vel* dedit. *vel* dicavit.
H. DD.	Hîc dedicant. *vel* dedicaverunt. *vel* dedicavit.
• H. D. M.	Hæc domus mortis.
• HDR.	Hadrianus.
• H. E. D.	Hîc eſt depoſitus.
• HE. M. TBNR̨.	Heic memoria Tribunorum.
HE. Q. M.	Heredemque meum.
H. EX. T. EST.	Heres ex Teſtamento eſt.
H. F.	Honeſta femina. *vel* Fortuna. *vel* Hîc fundavit. *vel* fundat. *vel* Heredes fecerunt.
• H. H. P.	Hîc habet pecuniam.
H. J.	Hereditario jure. *vel* Hercle juravit.
• H. Ī.	Hîc invenies.
• H. IN. EDF. RGL.	Hîc invenies ædificium regale.
H. L.	Honeſto loco. *vel* Hîc locus.
H. L. D.	Hunc locum dedit. *vel* donavit. *vel* dabit.
H. L. H. N. S.	Hîc locus heredes non ſequitur. *vel* ſequetur.
H. L. N.	Honeſto loco natus.
H. M. *vel* M.	Honeſta mulier.
H. M. E. N. R.	Hoc monumentum exterum non recipit.
H. M. ET. L. S. H. N. S.	Hoc monumentum & locum ſepulturæ heredes non ſequuntur.
H. M. *vel* H̄.	Hora mala.
H. M. AD. H. N. TRAN.	Hoc monumentum ad heredes non tranſit.
H. M. D. M. A.	Huic monumento dolus malus abeſto.
H. M. H. E. N. S.	Hoc monumentum heredes ejus non ſequuntur.
H. M. H. EX. T. N. S.	Hoc monumentum heredes ex teſtamento non ſequitur.
H. M. H. N. S.	Hoc monumentum heredes non ſequitur. *vel* heredem non ſequetur. *vel* Heres non ſequitur.
H. M. H. S.	Hoc monumentum heredes ſequitur.
H. M. P.	Hic. *vel* Hoc memoriæ poſuit. *vel* Hoc monumentum poſuit.
• H. M. SM.	Hîc matres ſummæ.
• H. M. V. S. P.	Hoc monumentum vivi ſibi poſuerunt.
HO. *vel* H.	Homo. *vel* Honeſtus.
HOR. VI.	Horis ſex. v. Hora ſexta.
HOS.	Hoſtis. *vel* Hoſpes.
• HO. S.	Hora ſecunda. *vel* ſacra
H. P. *vel* H̄.	Hora peſſima. *vel* Honeſta perſona.
H̄. P.	Hîc poſuit. *vel* poſſunt. *vel* poſſint.
• H. P.	Haſta poſita.
H. POSS.	Hereditatis poſſeſſor. *vel* Poſſeſſores. *vel* Heres poſſeſſor.
H. R.	Honeſta ratio. *vel* Hîc requieſcit.
HR. *vel* Ħ.	Heres. *vel* Hereditas.
H. R. I. P.	Hîc requieſcit in pace.
H. S.	Hæc ſit. *vel* Herculi ſacrum. *vel* Hîc ſepultus. *vel* Hoſtia ſacrilegia. *vel* Seſtertium. *vel* Heredes ſunt. *vel* Heredes ſocii.
HS.	Hos.
H. S. *vel* H̄.	Hora ſecunda. *vel* ſacra. † *vel* Hæc ſic. *vel* Heic ſit.
H. S. E.	Hîc ſitus eſt.
H. S. H. N. S.	Hoc ſepulchrum heredes non ſequuntur.
HS. III. M. N.	Seſtertia tria millia nummum.
H. SPL. MIV.	Hæc ſepultura Minervæ.

HSS.	Hoſtibus.
H. S. S.	Hic ſepulti ſunt.
H. S. V. F. M.	Hoc ſibi vivens fieri mandavit.
HT.	Hereditates.
H. V.	Honeſtus vir. *vel* Honeſta vita.
HV.	Hujus.

Nota in ſupraſcriptis, quod heredes non ſequebantur monumentum, ſed monumentum ſequebatur heredes.

CAPUT IX

DE LITTERA I.

I. II. III. IIII.	Unus. Duo. Tres. Quatuor. *vel* Primus. Secundus. Tertius. Quartus.
Ī.	In. *vel* Intra. *vel* Inter.
Ɨ.	Inter. *vel* Intra. *vel* Interdum. *vel* Interea.
• J.	Julius. *vel* Juſtus. *vel* Junius.
ƗA.	Interea.
• JA. D.	Jam dandum.
• I. AG.	In agro.
• I. AGL.	In angulo.
JAN.	Januarius.
IA. P.	Intra Provinciam.
• JA. ℞?	Jam reſpondet.
• JA. S. D.	Jam ſatisdandum.
• I. B.	In brevi.
I. C. *vel* Ɨ.	Intra circulum.
J. C.	Julius Cæſar.
J. C.	Juris Conſultus.
J. C. E. V.	Juxta cauſam eſſe videtur. *vel* juxta cauſam ejus videtur. *vel* Juſta cauſa eſſe. *vel* ejus videtur. *vel* videbitur. †
ID.	Idus. *vel* Idem. *vel* Interdum.
I. D.	Inferis Diis. *vel* In dimidio. *vel* Juris dicendi. *vel* Juridicundo.
J. D. C.	Juris dicendi cauſa. †
JD. D.	Judicium dabo.
J. D. P.	Juredicendo præerit. *vel* Juridicundo præfuit. †
IDQ. E.	Idemque eſt.
IE.	Intereſt.
J. E.	Judex eſto.
J. F.	Julii Filius. *vel* In foro. *vel* In fronte. *vel* Judicatum facere.
IF.	Interfuit.
I. F. A.	In foro Adriani.
I. F. B.	In foro Boario.
I. F. FL.	In foro Flavii.
I. F. L.	In foro Liberi.
I. F. L. P. XX. ET. D. II. I. A. L. P. XX.	In fronte latum pedes viginti & digitos duos, in agro longum pedes viginti.
IN. FR. P. VI. LAT. VII.	In fronte pedes ſex, latitudine ſeptem.
• I. FO.	In fundo. *vel* in foro.
I. FO. C. *vel* I. FOR CS.	In foro Cæſaris.
I. FO. FLAM.	In foro Flaminii. *vel* Flaminis.
I. FO. JU. *vel* J.	In foro Julii.
I. FO. L.	In foro Livii. *vel* Lucii.
I. FO. P.	In foro pacis. *vel* Palladis.
I. FO. POP.	In foro populi. *vel* Pompilii. *vel* Popilii. *vel* Pompei.
I. FO. P. R.	In foro pro roſtris.
I. FO. TR.	In foro Trajani.
• I. FOR. T℞.	In foro tranſitorio.
• I. FOR. VEN.	In foro Veneris.
• I. F. P. LX. R. P. LX.	In fronte pedes ſexaginta, retro pedes 60.
• IG.	Igitur.
J. H.	Juſtus homo. *vel* In hoſtem.
• I. H. MM. S. D. S.	In hoc monumento ſunt divitiæ ſacræ.
• I. H. MM. S. P. S. FN.	In hoc monumento ſunt pecuniæ ſine fine.
II.	Inivi.
J. J.	Jus-jurandum.
ĪĪ.	Duo milia.
HS. *vel* LLS.	Seſtertius.
J. J. J.	Juxta Judicia Judicavi.
I. II. CL.	Intra duos colles.
II. VIR.	Duumviri.
III. VIR.	Triumviri.
IIII. TT.	Quatuor tituli.
IIII. VIR.	Quartum viri. & ſimiliter: VII. Septem viri. X. V. Decem viri. & deinceps.
IIIIII *vel* IIIIII *vel* IIII *vel* IIII *vel* IIIIII	Sextum vir. *vel* Sexum vir.
J. L.	Jure legis. *vel* Juſta lege.
Ɨ. L. *vel* I. L. *vel* IT. LM.	Intra limitem.
II. LUS.	Duobus luſtris.
I. L. A.	In loco abſenti.
I. L. D. R. S.	In loco divino, religioſo, ſacro.
J. L. F.	Juſſit locum fieri.
I. L. P.	In loco publico.
I. L. R.	In loco religioſo.
I. L. S.	In loco ſacro.
• JM.	Jam.
• I. M. CTT.	In media civitate.
• I. MD.	In medio.
IMP.	Imperator.
• IMP. C. A.	Imperator Cæſar Auguſtus.
• IMPL.	Imperialis.
IMPP.	Imperatores.
IMPPP.	Imperatores, *de tribus.*
• I. MQ. P. R.	Imperium, Majeſtasque Populi Romani.
• I. M. TPL.	In medio templo.
IN. AG. P.	In agro pedes.
IN. AGR. P. XX.	In agro pedes viginti.
• INC.	Initio.
IN. F. IN. A. V. L. P. X.	In fronte in agro verſus longe pedum decem.
IN. F. P. *vel* I. FR. P.	In fronte pedes.
IN. FR. P. XX.	In fronte pedes viginti.
• IN. L. ADMRBL.	Invenies locum admirabilem.
I. N. Q.	Injuſtis nuptiis quæſitus.
• INTS.	Introeuntes.
• INV. AUG.	Invicto Auguſto.
J. O. M. C.	Jovi optimo maximo Conſervatori.
J. O. M. IM.	Jovi optimo maximo Immortali.
J. O. M. S.	Jovi optimo maximo ſacrum.

Intra

I. P.	Intra provinciam, *vel* Indulgentiſſimo patrono.
J. P.	Juſta perſona. *vel* Juſtus poſſeſſor. *vel* Jus Pontificium.
I. P. *vel* I. PS.	In poſſeſſione.
I. P.	Intra poſuit.
IPC.	Impoſitione.
J. PC.	Jus præcepti.
I. PNA.	In piſcina.
J. P. S.	Jovi paganico ſacrum.
I. PTE.	In pariete.
I. PTO.	In puteo.
J. Q.	Jure Quiritum.
IR.	Interrogavit.
J. R.	Jure rogavit. *vel* Jure Romano.
JR.	Juribus Romanorum.
J. S.	Judicium ſolvi. *vel* In Senatu. *vel* Judicio Senatus. *vel* Judicium ſolius. *vel* Judicatum ſolvi. *vel* Junoni ſacrum.
J. S.	Jovi Sabazio.
I. SC	In Senatus Conſulto.
I. S. D.	In feris Dis. *vel* in feriis Diis.
I. S. F.	In Senatu fuerunt.
I. SN. R.	In Senatu Romano.
I. SN.	In Senatu. *vel* ij ſunt.
I. S. S.	Inferius ſcripta ſunt.
I. T.	Intra tempus. *vel* Jure teſtamenti.
I. T. C.	Intra tempus conſtitutum.
IT. II. SPCL.	Intra duo ſepulchra.
I. THTR.	In theatro.
I. TPL. APL.	In templo Apollinis.
IT. P. VI.	Juxta pedes ſex.
ITR. AR.	Intra aream.
I. T. T.	In tuo tempore.
IV. *vel* IIII.	Quatuor.
J. V.	Juſtus Vir.
JVD.	Judicium.
JUNON. ET PROSERP.	Junoni, & Proſerpinæ.
JURD.	Juriſdictio.
JUV.	Juvenis *vel* Juventus.
I. XII.	In duodecies. *vel* Jus duodecies.

CAPUT X.

DE LITTERA K.

K.	Calendæ. *vel* Caput. *vel* Clariſſimus. *vel* Cardo. *vel* Karo.
K. *vel* KAL. *vel* KL.	Calendæ.
K.	Chaſtra.
K. *vel* K.	Chardo.
K. *vel* K.	Chariſſima.
K.	Chelius.
K.	Caſtra.

K. *vel* KAL.	JAN	Chalendæ.	Januarij.
	FE.		Februarii.
	MAR.		Martii.
	AP.		Aprilis.
	JN.		Junii.
	JVL.		Julii.
	AUG.		Auguſti.
	SEP		Septembris.
	OCT.		Octobris.
	NOV.		Novembris.
	DEC.		Decembris.

KAR. *vel* KARO.	Charthago.
KAR. C.	Charra civitas. *vel* Karthago civitas.
K. AUG.	Calendæ Auguſti. *vel* Calendis.
K. C.	Capite cenſus. *vel* Cenſitus. *vel* Karthago civitas. *vel* Capite cenſuum. *vel* Cæſus. *vel* Calumniæ cauſa.
K. D.	Capite Diminutus.
K. DD.	Caſtra dedicantia. *vel* Dedicavit. *vel* Dedicaverunt. *vel* Dedicamus.
K. F.	Cardo finalis.
K. FI.	Chaſtra fixit.
K. J. *vel* K. JA.	Calendæ Januarii.
K. K. *vel* C.	Calumniæ cauſa.
KK. *vel* KO.	Charus. *vel* Chariſſimus.
KL. *vel* KAL. *vel* K.	Calendis.
K. M.	Cardo maximus.
K. MT.	Chelius mortis.
K. P.	Cardo poſitus. *vel* Caſtra ponit. *vel* poſuit.
K. Q.	Calendæ Quintilis. *vel* Quintiles.
KR.	Chorus.
KR. AM. N.	Charus amicus noſter.
KR. M.	Chara memoria.
KR. ST. CND. SPLC.	Chara ſunt cernenda ſepulchra.
K. S.	Calendæ Sextiles.
KS.	Chaos.
K. T.	Capite tonſus.

CAPUT XI.

DE LITTERA L.

L.	Lucius. *vel* Lucia. *vel* Lælius. *vel.* Lælia. *vel* Libertus. *vel* Quinquaginta. *vel* Limen. *vel* Lumen.
L. *vel* LIB. *vel* LIBERT.	Libertus. *vel* Liberta.
L.	Annus.
L.	Lex.
LA. C.	Latini Coloni. *vel* Coloniani. *vel* Coloniarii.
L. A. D.	Locus alteri datus.
L. ADQ.	Locus adquiſitus.
L. ÆL.	Lucius Ælius.
L. AG.	Lex Agraria.
L. AN.	Quinquaginta annis. *vel* Lucius Annius.
L. AP. *vel* LUD. AP.	Ludus Apollinis. *vel* Ludi Apollinares.
LAT, P. VIII, S.	Latum. *vel* Latitudo pedes. vel pedum octo & ſemis.
LB.	Liberi.
L. BIB.	Lucius Bibulus.
L. B. M. D.	Locum bene merenti dedit.
L. BO.	Lex Boaria.
L. B. P.	Locus bene poſſeſſus.
L. C.	Lucius Catius. *vel* Lucius Cornelius. *vel* Libertatis cauſa. *vel* Latini coloni. *vel* Lege cavetur.
LC.	Locus.

L. CÆ. *vel* COE.	Lucius Cælius. *vel* Cœlius.
LC. DIV. *vel* D.	Lucus divinus. *vel* Lucrum divinum.
• LC. DVI.	Locus divinus.
L. CEN.	Lucius Cenſorianus.
L. CIN.	Lex Cincia.
L. CS.	Lucius Caſſius.
LC. S.	Lucus Sacer. *vel* Lucrum ſacrum.
LC. S.	Locus *vel* Lucus ſacer.
LC. SN.	Locus Senatus.
L. D.	Locus deditus. *vel* Lucrum deditum. *vel* Locum dedicavit. *vel* dedit. *vel* legem dat.
LD.	Laudandum.
L. D. A. B. M.	Locum dedit Aulus bene merenti.
L. DD.	Locus dedicatus.
L. D. D.	Locum dono dedit.
L. D. D. D.	Locus datus decreto Decurionum. *vel* Libens dono dedit, dicavit. *vel* Libens datum decreto Decurionum.
L. D. DD.	Locum dono dederunt. *vel* Locum Dis dedicaverunt. *vel* Dedicavit.
L. DIV.	Lucus. *vel* Locus divinus. *vel* Lucrum divinum.
• L. D. S. C.	Locum dedit ſepulturæ cauſa.
L. E. D.	Lege ejus damnatus.
LEG. *vel* LG.	Legio. *vel* Legatus.
LEG. III. ITAL.	Legionis tertiæ Italicæ.
LEG. X.	Legio decima.
L. EM.	Locus emtus.
• L. F.	Locum fecit. *vel* Lucius Flavius. *vel* Flaminius.
L. F. *vel* FIL. *vel* FL.	Lucius filius. *vel* Lucii filius.
L. FU.	Lucius Furius.
LG.	Legavit. *vel* Leges. *vel* Legatum.
LG. D.	Legio decima. *vel* Legem dat. *vel* dedit.
• LG. D.	Legem Dixit.
• LG. P.	Legem promiſit.
• LG. S. F.	Legem ſuam fecit.
• LG. 'S. J.	Legem ſervare juſſit.
• LG. 'S. P.	Legem ſervare præcepit.
L. H.	Locum hunc. *vel* Locus heredum. *vel* Locum heredibus.
LIB. *vel* L.	Libertus. *vel* Liberti. *vel* Libertas.
LIB. LIBQ.	Libertis Libertabuſque
L. IC.	Locus incertus.
L. JU. REP. POSTQ. EOR.	Lex Julia repetundarum. poſteriſque eorum.
L. JU. D. AUG.	Lex Julia Divi Auguſti.
LL.	Lælius. *vel* Legibus. *vel* Laudabiles.
L. L.	Lucius Libertus. *vel* Liberta. *vel* Lucii Libertus. *vel* Livii Libertus.
L. L. L.	Lucii Liberti locus.
L. L. L. M. M.	Lacerat lacertum Largii mordax Memmius. *vel* Mævius. *Autor M. T. C. libro de Oratore ſecundo.*
L. L. Q. E.	Libertis Libertabuſque eorum.
LLS. *vel* HS.	Seſtertius.
LL. SS. *vel* LS. SS.	Libertis ſuis.
L. LUC. Q. F. *vel* L. L. QU. F.	Lucius Lucejus Quinti filius.
L. M.	Locus. *vel* Locum monumento. *vel* mortuorum. *vel* monumenti.
L. M. *vel* MV.	Lucius Muræna. *vel* Morena.
L. MAN.	Lucius Manlius.
• L. M. D.	Locus morti deditus.
• LM. T. J. F.	Locum monumenti teſtamento juſſit fieri.
L. N.	Latini nominis.
L. NN. FAV.	Lucius Nonius Fauſtinus.
• L. O. D. D. D. Q.	Locum ollarum duarum dedit donavitque.
LONG. P. VII. LAT. P. III.	Longum pedes ſeptem latum pedes tres.
L. P.	Locus proprius. *vel* propitius. *vel* Lege punitus. *vel* locus populi.
L. P. C. R.	Latini Priſci cives Romani.
L. P. D.	Locus publice datus.
• L. P. D. D. D.	Locus publice datus decreto Decurionum.
• L. PL.	Locus publicus. *vel* Loca periculoſa.
L. PL.	Lex plebeia.
L. POS.	Lucius poſthumius.
L. PR.	Locus privatus. *vel* Loco privato.
L. PUB.	Locus publicus. *vel* Loco publico. *vel* Lucius Publius.
L. Q. ET. LIB.	Liberiſque & Libertabus.
L. Q. S.	Locus qui ſupra. *vel* loco quo ſupra. *vel* Locus quæſitus ſenatui.
L. R.	Lex Romana. *vel* Lege rogatus. *vel* locus redditus.
L. R.	Locus religioſus.
L. S.	Laribus ſacrum. *vel* Locus ſacer. *vel* Lucius Samius. *vel* Locus ſepulturæ. *vel* Liberto ſuo.
L. SC.	Locus ſacer.
L. S. PAL.	Loca ſacra palatii.
L. S. S. C.	Loca ſingula ſepulturæ cauſa.
L. T.	Lucius Tatius. *vel* Titius. *vel* Legem tulit. *vel* Lucius Tacitus.
L. T. F. J.	Locum teſtamento fieri juſſit.
LTR.	Literæ.
LV.	Quinquaginta quinque.
L. V.	Lex vetus. *vel* Lex vetat.
L. VAL.	Lucius Valerius.
LUCR.	Lucretius. *vel* Lucretia.
LUD. *vel* LUD. AP.	Ludi Apollinares.
• LUD. PAL.	Ludi palmares.
LUD. SEC.	Ludi ſeculares.
LUD. SEC. FAC. C.	Ludos ſeculares faciundum curavit.
L. V. G. P.	Lucius Vetus Galliæ procurator.
L. VOC.	Lex Voconia.
• L. V. S.	Libens votum ſolvit.

CAPUT

CAPUT XII.

DE LITTERA M.

M.	Martius. *vel* Marcus. *vel* Miles. *vel* Monumentum. *vel* Mutius. *vel* Meum. *vel* Minus. *vel* Mulier. *vel* Moneta. *vel* Mille.
M. *vel* W. *vel* MUL.	Mulier.
M'.	Me. •
M̊.	Minutius.
M°.	Modo. *vel* Moleſtus. •
MA.	Macuvius.
M. ÆM.	Marcus Æmilius.
MAG.	Magiſtratus. *vel* Magiſter.
M. AG.	Militum agri. •
MAG. EQ.	Magiſter equitum.
MAG. MIL.	Magiſter militum. •
MAJ.	Major. •
MAN.	Manius.
MAT. P. FEC. ET. S. ET. S. PQ. E.	Mater piiſſima fecit & ſibi, & ſuis, poſteriſque eorum.
MARIT.	Maritus.
M. AUR.	Marcus Aurelius.
MAX.	Maximus.
M. B. *vel* W. *vel* MVL. B.	Mulier bona.
MC.	Mancipio. •
M. C. *vel* CIC.	Marcus Cicero. *vel* Cato. *vel* Calphurnius.
M. C.	Marcus Cenſor.
M. C.	Monumentum condidit. *vel* conſecravit. *vel* conſtituit.
• M. C. M.	Mortis cauſa manumiſſus.
• M. CS.	Marcus Cæſar.
• M. C. V.	Manum conſertam vocavit.
M. D. O.	Mihi dare oportet.
M. E. M.	Municeps ejus Municipii.
MENS. *vel* MS.	Menſes. *vel* Menſibus.
• MERK. D.	Merkedonius dies.
MER. S.	Mercurio ſacrum.
MES. JAN.	Menſis Januarii.
FEBR.	Februarii.
MAR.	Martii.
APR.	Aprilis.
MAJ.	Maji.
JUN.	Junii.
JUL.	Julii.
AUG.	Auguſti.
SEPT.	Septembris.
OCT.	Octobris.
NOV.	Novembris.
DEC.	Decembris.
MET.	Metius.
• MF.	Manifeſtus. *vel* Manifeſto.
M. F.	Marci filius. *vel* Mala fide. *vel* Monumentum fecit.
M. FA.	Marcus Fabius.
MF. F.	Manifeſtum fecit. •
M. FI.	Male fidus. •
M. F. L.	Monumentum fieri licebit. •
M. F. P.	Malæ fidei Poſſeſſor. •
M. H.	Magnus homo. *vel* Malus.
M. H. E.	Mihi heres erit. •
M. J.	Maximo Jovi. •
MI.	Mihi. *vel* Miles. •
MIL.	Miles. *vel* Militavit. *vel* Millia.
MIL. LEG.	Miles Legionarius.
MIN.	Minor.
M. *vel* ⊖ INTER.	Morte interventus.
MIT. *vel* MLIT.	Milites.
M. L.	Marci Liberti. *vel* Martii Liberti. *vel* Libertus. *vel* Militum locus.
ML.	Maleficus. •
M. LEP. C. REG. INST.	Marcus Lepidus Civitatem Regienſium. *vel* Regii Inſtauravit.
ML. PMO.	Militum primo. •
ML. Q. E.	Melius quivis eſt. •
MM.	Milites. *vel* Militem. •
M. M. *vel* MVL. M.	Mulier mala.
• MM. A.	Monumentum accepit.
M. MAN.	Marcus Manlius.
M. MAR.	Marcus Marcellus.
• M. M. D.	Matri magnæ Deæ. *vel* Matri meritæ dat.
• MM. L.	Monumenti locus.
• M. ML.	Magiſter militum.
• MM. LATN.	Memoria Latonæ.
• MM. LG.	Memoria Legatorum.
• M. MM.	More Majorum.
• MMN.	Matrimonium.
• MM. RG.	Memoria Regis.
MMT. P.	Monumentum petit.
M. N.	Meo nomine.
M̄. N.	Millia nummûm. *v.* nummorum.
• MNF.	Municipii.
MNF. L.	Manifeſtus locus.
• MNM.	Manumiſſus.
• MN. MN.	Municipalis Municeps.
• MN. OPP.	Manifeſtum oppidum.
• MN. TT.	Manifeſtum territorium.
• MO.	Modo. *vel* Modi. *vel* Monumentum. *vel* Moneta.
M. O. P.	Maritus obſequens poſuit. •
MOR. P.	Mortem ponit. •
M. P.	Marcus Pacuvius. *vel* Maximus Princeps. *vel* Menſæ poſuit.
M. P.	Male poſuit. *vel* Memoriæ poſuerunt. •
M. P. D.	Majorem partem diei. •
M. POP.	Marcus Popilius.
M. POS. *vel* P.	Menſæ. *vel* Menſam poſuit.
M. POT.	Maximus Pontifex. •
M. R.	Miles Romanus.
M̄. R.	Militiæ Rhavennatis.
MRCO.	Mercurio. •
MR. C. P.	Murum cum porta. •
M. REG.	Militiæ Regienſium.
MS.	Mos. *vel* Mus. *vel* Menſes. •
M̄S.	Moleſtus. *vel* Menſes. •
M. S.	Memoriæ factum. •
M. S. P.	Memoriæ ſuæ. *vel* Monumentum ſuum poſuit.

M. S. S.	Marti Segomoni ſacrum. •
M. T.	Marcus Tullius.
M T. C.	Marcus Tullius Cicero.
• M. T. F. E.	Malo tuo factum eſt.
• MTR.	Mater. *vel* Matertera.
MU. *vel* M. *vel* ꟿ.	Mutius.
MU. F.	Mutii filius.
• MUL. B. *vel* M. B.	Mulier bona.
• MUL. P.	Mulier peſſima.
M. VI.	Menſibus. *vel* Menſes ſex.
MULIEB.	Muliebrem.
MUN. *vel* MUNP.	Municipia. *vel.* Municeps.
M. X.	Menſes decem.

CAPUT XIII.

DE LITTERA N.

N.	Nominis. *vel* Non. *vel* Nam. *vel* Nos. *vel* Nec. *vel* Neptunus. *vel* Nonius.
N. *vel* N̄.	Noſter. *vel* Nepos. *vel* Numiſma. *v.* Nummorum. *vel* Nummum. *vel* Numeras. *vel* Nomen. *vel* Non.
• Nʳ.	Noſter. *vel* Nocturnus.
Nˢ.	Naſcitur. •
NAC.	Nactus.
NAR.	Narbonenſis. •
NAT.	Natalia. *vel* Natio. *vel* Natalis. *vel* Natalitia.
NATOR.	Natorum.
NAV.	Naves. *vel* Navibus. *vel* Nauta.
NAVIC.	Navicula.
NB.	Nobis. •
NB. G.	Nobili genere. •
N. C.	Nero Ceſar. *vel* Non certe. *vel* Non credo.
N. C. K.	Non calumniæ cauſa. †
N. CL. *vel* NR. CL.	Nero Claudius.
N. C. N. P.	Non clam nec precario. •
N. C. S. C. S. D. E.	Novis civibus Senatus Conſulti ſuffragium datum eſt.
N. E. D.	Notus & dives. •
NEG.	Negotiator. *vel* Negavit.
N. *vel* NEP.	Nepos. *vel* Neptis.
NEPT.	Neptunalia.
NEP. RED.	Neptuno reduci.
NEP. S. *vel* SAC.	Neptuni ſacellum. *vel* Neptuno ſacrum. •
• NER. TRA.	Nerva Trajanus.
N. F. C.	Noſtræ fidei commiſſum.
N. *vel* NOB. F. N. *vel* N. FA. NA.	Nobili familia natus.
N. G.	Nobili genere.
N. H.	Notus homo. *vel* Natus homo.
† N. K. C.	Non Calumniæ cauſa.
N. L.	Nominis Latini. *vel* Non licet. *vel* Non longe. *vel* Non liquet.
• N. LC.	Non licet.
N. M.	Nonius Macrinus. *vel* Nam malum. *vel* Non minus.
NN. *vel* N̄N̄.	Noſtri. *in plurali.*
• N̄. N.	Non enim.
• NN. AUGG.	Numinibus Auguſtorum. •
• N. NQ. N.	Numerat, neque numero.
NN. PP.	Noſtrorum Principum.
• NO.	Nos.
NOB.	Nobilis.
NOBB.	Nobilibus. *vel* Nobiles.
NOB. G. *vel* N. G.	Nobiles genere.
NON.	Nonarum.
NON. APR.	Nonis Aprilis.
N. P.	Nihil poteſt. *vel* poſſet. •
Nʳ. P.	Non poteſt. *vel* Non paret. •
NQ.	Nuſquam. *vel* Neque. *vel* Namque. *vel* Nunquam. *vel* Nequam.
N. Q. N.	Numerati qui numerant. *vel* Numquid non. •
NR.	Nero.
N. R.	Non reſtituerunt. •
N. R.	Nobilis Rhavennas.
N. SF. E.	Non ſatis factum eſt. •
N. S. E.	Non ſic eſt. •
NS. P.	Natus puer. •
N. T.	Noſtri temporis.
N. *vel* NAT.	Natio.
NU.	Numa.
N. V.	Non vacat. *vel* Non vis. •
NUM. MER.	Nummularius Mercurialis. •
N. V. N. D. N. P. O.	Neque vendetur, neque donabitur, neque pignori obligabitur.
NUP.	Nuptias. *vel* Nuptiæ.
N. W.	Non vult.

CAPUT XIV.

DE LITTERA O.

• O.	Ollius. *vel* Optimo. *vel* Os. *vel* Opinio.
• Θ.	Omnibus.
• Ø.	Opertum. *vel* Operto.
O. *vel* OD.	Ordo.
• O. *vel* OP.	Optimo.
Ꝋ.	Oſtentat.
θ. *vel* ϑ.	Mortem ſignificat. Eſt autem Græca Littera cui θῆτα nomen eſt.
• O̅A̅.	Omnia.
O. A. Q.	Omnis ad quos.
• O. AUG.	Optimo Auguſto.
OB.	Obiter.
• OB.	Orbem.
OB. C. S. *vel* CIV. SER. *vel* O. C. S.	Ob Cives Servatos.
OB. M. E.	Ob merita ejus.
OB. M. P. E. C.	Ob merita pietatis & concordiæ.
O. BN.	Omnia bona.
O. CON.	Operas conduxit. •
OC. CS.	Occiſo Cæſare. •
O. D. M.	Opera domum munus.
O. E. R.	Ob eam rem. •
O. F. B.	Oportebit fide bona.
OFF.	Officium.
O. H. S. S.	Oſſa hic ſita ſunt.
O. L.	Operas locavit.
O. M.	Optimus maximus. •
OM. *vel* OMB.	Omnibus. •

Omnia.

OMA.	Omnia.
ON°.	Omnino.
OO.	Oportebat.
OO. *vel* OS.	Omnes.
OP.	Oportet. *vel* Opus.
OP.	Optimo. *vel* Opiter.
OP. ET. S. P.	Optimo & ſancto patrono. *vel* Optimæ & ſanctæ patronæ.
O. P. F.	Optimo Principi. *vel* Patrono. *vel* Patruo fecit.
OPP.	Oportere. *vel* Oppidum.
OP. *vel* OPT. *vel* O. PRIN.	Optimo Principi.
OR. *vel* O.	Ornato. *vel* Ordo.
• O. R.	Ordo.
• OR. C.	Ore, Conſilio.
ORB. PAR.	Orbati parentes.
ORD.	Ordinis.
• OR.M.*vel* MIL.*v.*M.	Ordo militum.
• OR. O. T.	Ornamenta omnia textus.
• ORTM. IMPL.	Ornamentum Imperiale.
OS.	Omnes.
• OS. C.	Omnes conciliat.
OT. F.	Oſtium feneſtræ.
O. V. D.	Omni Virtuti dedito.
O. V. F.	Optimo viventi fecit. *vel* Omnia vivens fecit. *vel* Omnibus vivis fecit. *vel* Omnibus viris fecit. *vel* Omnibus vivens fecit.

CAPUT XV.

DE LITTERA P.

P.	Publius. *vel* Pedes. *vel* Paſſus. *vel* Pater. *vel* Pupillus. *vel* Poſuit. *vel* Poſthumus.
P.	Poteſt. *vel* prætor.
P\	Pedes.
P.	Pro.
PA. *vel* PV.	Pupilla.
P. A.	Patris actio.
PA. DIG. *vel* P. D.	Patriciatus dignitas.
P. ÆL. AG. *vel* AUG. LIB.	Publius Ælius Auguſti Libertus.
P. ÆG.	Præfectus Ægypti.
P. AF.	Præfectus Africæ.
PAL.	Palmatus. *vel* Palmenſi.
P. AR.	Pluviæ arcendæ.
PAR.	Parentum.
PARTH.	Parthicus.
PATR. *vel* PAT.	Patricius.
PBLC.	Publicum.
P. C.	Patres conſcripti. *vel* Pactum conventum. *vel* Pecunia conſtituta. *vel* Patrono Coloniæ. *vel* Patronus Coloniæ. *vel* Præfectus Caſtrorum. *vel* Provinciæ caput.
P. C. *vel* P. C.	Pecunia conſtituta.
• P. C.	Poſt conſulatum.
• P. C.	Per conſulatum.
• PC.	Priſca.
• PC.	Proconſul.
• PC. IMP.	Præfectus Imperii.
• PCL.	Priſcalis.
• P. CL.	Præfectus claſſis.
• P. CL. R.	Præfectus claſſis Rhavennatis.
P. CON.	Pactis conventum.
• P. COS.	Poſt Conſules.
• PCP.	Principem.
• PCT.	Præceptum.
P. D.	Publice dedit.
• PD.	Prædium.
• PD. DC.	Pondera duodecim.
• PDE.	Poſſideri.
• P. D. E.	Publice datus eſt.
P. DM.	Præfectus Damaſci.
P. E.	Poſitus eſt.
PE.	Potes.
PE.	Pena.
PE.	Præter.
PEC.	Pecunia. *vel* Peculium.
PEC.	Pecunia.
P. E. C.	Pecunia eſt conſtituta.
PEG.	Peregrinus.
PERT.	Pertinax.
P. F.	Publii filius. *vel* Publice fecit. *vel* Pius felix. *vel* Poteſt fieri. *vel* Patris filius.
P. FBR.	Præfectus fabrorum.
P. FM.	Pater familias.
P. H. C.	Publicus honor curandus.
P. H. E.	Poſitus hic eſt.
PIC. *vel* PICEN.	Picenum. *vel* Picentes.
PICE.	Piceni.
PIC.	Periculum.
PIC. ORB.	Piceno Orbicario.
PIENT. *vel* PIENTISS.	Pientiſſimus.
PIGMENTR.	Pigmentarius.
P. IR.	Populus. *vel* Publius irrigavit.
P. I. R.	Populus *vel* Populum jure rogavit.
P. K. *vel* PRI. KL.	Pridie Kalendas.
P. L.	Publii Libertus. *vel* Publius Libertus.
PLE. *vel* PL. *vel* PLEB.	Plebis.
PLEBS. URB. ET HON. U.	Plebs Urbana, & honore uſi.
• P. LG. TP.	Per longa tempora.
• PLRS.	Paleras.
• PLT.	Placitum.
P. M.	Pontifex maximus. *vel* Pontifici maximo. *vel* Principi militum. *vel* plus minus.
P. M.	Principi militum.
• PMS.	Præſtamus.
• P. MSPT.	Præfectus Meſopotamiæ.
• PNT.	Ponte.
• PO.	Poteſt.
PO.	Poteſtas.
POB.	Poblicius.
PON. *vel* POM.	Pompejus. *vel* Pomponius.
PONT. MAX.	Pontifex Maximus.
PONTIF.	Pontifici.
POP.	Populus. *vel* Popilius.
PO. RO.	Populi Romani.
POS.	Poſuit.
POT.	Poteſtas. *vel* Poteſtate.
PP.	Proprætor.
P. P.	Pater Patriæ. *vel* Pater Patratus. *vel* parentes poſuere.

P. P.	Poſſidere proſcribe.
PP.	Propoſita.
P. P.	Propter perpetuum.
PP. AUG.	Perpetuo Auguſto.
PP. A.	Propterea.
P. P. B. M.	Patronæ poſuit bene merenti.
PP. C. *vel* P. C.	Patres Conſcripti.
P'. PE.	Poſt petram.
P. P. HISP. C̄.	Præſes provinciæ Hiſpaniæ citerioris.
P. P. P.	Pro pietate poſuit. *vel* Parentibus pientiſſimis poſuit.
P. P. P.	Primus Pater Patriæ. *vel* Pater Patriæ Proconſul.
P. P. P. B. M.	Pietas plenus poſuit benemerenti.
P. P. P. P. E. S. S. S. E. V. V. V. V. V. V. V. F. F. F. F.	Primus Pater Patriæ profectus eſt.. Secum ſalus ſublata eſt. Venit victor validus. Vicit. *vel* vincens vires urbis veſtræ. Ferro, fame, flamma, frigore.
P. P. R. *vel* PACEP. R.	Pace populo Romano.
* P. PRT.	Præfectus Prætorii.
* PPT.	Propter. *vel* Proprietati.
* PPT.	Proponitur.
* P. P. V. C.	Præſes provinciæ Vir clariſſimus.
* PQ.	Poſtquam.
* PQ. R.	Populuſque Romanus.
* PR.	Procunſul.
PR.	Prætor.
* PR.	Pictor.
P. R.	Poſſeſſori redditum. *vel* Populus Romanus.
* PRÆ. ÆR.	Prætor ærarius.
PRÆF.	Præfectus.
PRÆF. { COH. / FAB. / PRÆS. / URB. / VIGIL.	Præfectus { Cohortis. / Fabrum. / Præſidii. / Urbis. / Vigilum.
PRÆFECT.	Præfectum.
PRÆ. VIGIL.	Prætor. *vel* Præfectus vigilum.
PRÆT.	Prætor.
PR. C.	Prætor conſtitutus.
P. R. E. *vel* EX.	Poſt Reges exactos.
P. R. I. A.	Prætore Judicem arbitrum.
PRI. ID. DEC.	Pridie Idus Decembris.
PRI. K. MAR.	Pridie Kalendas Martii.
PRI. N.	Pridie Nonas.
PRINC. JUVEN. *vel* P. IV.	Principi Juventutis.
PR. K.	Pridie Kalendas.
PROC. *vel* PROCOS.	Proconſul.
PROCOSS.	Proconſules.
PRON. *vel* PRONEP.	Pronepos. *vel* Proneptis.
PROV.	Provincia.
PR. PE. *vel* PER.	Prætor peregrinus.
PR. P. F. PQ. C.	Proconſul publice fecit ponendumque curavit.
PR. P. *vel* PRS. P. *vel* PROV.	Præſes Provinciæ.
PR. PR. *vel* PROPRÆT.	Proprætor.
* PRR.	Prætores. *vel* Proconſules.
* PRS.	Præſes. *vel* Poſteris.
PR. S.	Prætoris ſententia.
PRSS.	Præſides.
* PR. TR. PL.	Prætores Tribuni plebis.
PR. UR.	Prætor Urbanus.
* PS.	Poſuit.
PS.	Plebiſcitum.
PSS.	Plebiſcita.
PS.	Poſuit ſibi.
PS.	Præceps.
P. S. ET. S.	Poſuit ſibi & ſuis.
P. S. F.	Publice ſibi fecit. *vel* Pecunia ſua fecit. *vel* Patri ſuo fecerunt. *vel* Publicæ ſaluti fecit.
P. S. F. C.	Publicæ ſaluti faciundum curavit. *vel* Publico ſumptu faciundum curavit. *vel* proprio ſ. f. c. *vel* Pecunia ſociorum faciundum curarunt.
* P. SIR.	Præfectus Siriæ.
* P. S. TQ. H.	Præcipiti ſumpto tibique habeto.
* PT.	Propter.
PT'.	Præter.
PTM.	Patrimonio.
PTQ.	Propter quid.
PT. Q. C.	Propter quam cauſam.
PV.	Pupilla.
PV.	Provincia.
PVB.	Publicus.
P. V. D.	Pro voto dedit.
PVG.	Privilegium.

CAPUT XVI.

DE LITTERA Q.

Q.	Quintus. *vel* Quinctius. *vel* Quæ. *vel* Que. *vel* Quartum. *vel* Quintilius.
Q̄.	Quæſtio.
Q.	Quadrum.
Q. *vel* QUINT.	Quintilius.
Q. *vel* QU. *vel* IV.	Quartus.
Q. A. M. *vel* QAM. *vel* QUAM.	Quemadmodum. †
* Q. ASS.	Quem aſſerit.
* Q. B. ATQ. F. EV.	Quod bene atque feliciter eveniat.
Q. B. F.	Quæro. *vel* Quære bonum factum. *vel* Quare bonum facis. *vel* factum.
Q. B. M. V.	Quare bene mecum vixit. *vel* Quæ bene mecum vixit.
* QC.	Quaſi.
Q. CAS.	Quintus Caſſius.
* QD.	Quidem.
* Q. DIC.	Quem dicit.
* Q. D. R. P.	Qua de re peto.
* Q. D. R. P. G. V.	Qua de re peto gravitatem viri.
Q. D. R. P. L. IV.	Qua de re peto laudabiliter jura.
* Q̄. Ē.	Quærendum eſt.
Q. E. R. E.	Quanti ea res erit.
Q. F.	Quinti filius.

Quid

Q. F. P.	Quid fieri placet.
Q. L. *vel* QU. L.	Quinti libertus.
Q. L. F.	Quinti Lucii filius.
Q. L. S. S.	Quæſivit liberam ſtatuam Senatus.
Q. M.	Quo magis. *vel* Quomodo. *vel* Quintus Mucius. †
Q. M. POSS.	Quomodo poſſint.
Q. MAX.	Quintus Maximus.
QM. L.	Quem locum.
Q. M. P.	Quadrum minime plenum.
QM. PT.	Quam patriam.
QM. PV.	Quam provinciam.
QN.	Quænam.
Q NQ. A. NQ. N. *vel* Q. N. A. N. N.	Quando neque ais, neque negas.
Q. P.	Quod petii. *vel* Quem petit.
QPP.	Quippe.
Q. PP.	Quapropter.
Q. Q. *vel* Q Q. *vel* QQ. QQ.	Quinquennalis.
	Quoque.
QQ.	Quamquam.
QR.	Quare.
Q. R.	Quem regat.
QRE.	Quære.
QR. EL.	Qurtius Elius.
Q. R. F. E. V.	Quare. *vel* Quod. *vel* Quemadmodum recte factum eſſe videtur. *vel* videbitur. †
QS.	Quis.
Q S. S. S.	Quæ ſupra ſcripta ſunt.
QT.	Quintus.
QT. C.	Quintus Celius.
QT. M.	Quintus Murena.
QT. MA.	Quintus Maximus.
Q. TR.	Quo tempore.
QU.	Quare. *vel* Qua. *vel* Quem.
Q. V.	Quem vult.
Q. V. A. *vel* ANN.	Quæ. *vel* Qui vixit annis.
QUÆS.	Quæſtor
QUÆS. DEST.	Quæſtor deſtinatus.
QUÆSS.	Quæſtores.
QUÆVE. E. C. P. D. L.	Quæve ejus cauſa parata, do, lego. *vel* paravi.
QUARTÆ. L.	Quartæ legionis.
QUAT. M.	Quaterna millia.
QU. E. R. E. JU. DA.	Quanti ea res erit, judicium dabo.
QUI.	Quamdiu.
QUIR. R.	Quirites Romani.
QU. L.	Quinti liberti.
QUM.	Quomodo.

CAPUT. XVII.

DE LITTERA R.

R.	Roma.
R.	Regalis. *vel* Regnum. *vel* Romanorum. *vel* Res. *vel* Rura. *vel* Regium.
R°.	Reſponſum.
℞.	Rex. *vel* Rus.
RAV.	Ravenna.
R. C.	Roma civitas. *vel* Romani cives. *vel* Romana civitas.
R. C.	Reſcriptum.
RCC.	Recuperatores.
R. D. *vel* RG. D.	Regis domus.
R. D. D.	Res dono data.
REC. PRO.	Rector provinciæ.
REG.	Regio.
RE. G.	Res geſta.
REI. M.	Rei militaris.
REI. P.	Rei publicæ.
REST.	Reſtituit.
RET. P. *vel* REP.	Retro pedum.
RET. P. C.	Retro pedes centum.
RET. P. XX.	Retro pedes viginti.
R. F. E. D.	Recte factum eſſe dicitur. *vel* dicent. *vel* dicetur.
R. F. E. V.	Recte factum eſſe videtur. *vel* videbitur.
R. G. C.	Rei gerendæ cauſa.
RG. D.	Regis domus.
RG. F.	Regis filius.
RG. FA.	Regis filia.
RCL.	Regulus.
RG. RHAV.	Regio Rhavenna.
RG. TS.	Regium Theſaurum.
RH. *vel* RHAV.	Rhavenna. *& quandoque ſine aſpiratione*. RAV.
R. L. P.	Recte legi poſſit. *vel* Rege lege poſſit.
R. M.	Regis manus.
R. M. I.	Res materna jacet.
RM. L.	Romanæ leges.
R. N. LON. P. X.	Retro non longe pedes decem.
RO.	Romani.
ROM.	Romam.
R. P.	Res publica. *vel* Romani Principes.
R. P. C.	Reipublicæ conſtitutio. *vel* conſtitutor. *vel.* conſtituendæ.
R. PCP.	Rei principium.
R. P. N.	Reſpublica noſtra.
R. PRI.	Res privata.
R. R.	Ruderibus rejectis. *vel* Rudibus. *vel* Ruderibus recolligendis. *vel* Rurum Romanorum. *vel* Rura Romana.
R. REG.	Rerum Regienſium.
RR. P.	Rerum privatarum.
RR. R.	Rurum Romanorum.
R. R. R. F. F. F.	Regnum Romæ ruet, ferro, flamma, fame.
R. S. P.	Res ſua publica.
RT.	Refert.
RTD.	Rotundum.
R. VE.	Rex Veronenſis.
R. VER.	Rerum Veronenſium. *vel* Reſtitutor Veronenſium.
RUR.	Rura. *vel* Rurſus.
RURR.	Rura.

CAPUT XVIII.

DE LITTERA. S.

S.	Sacrum. *vel* Sacellum. *vel* Semis. *vel* Sepulchrum. *vel* Scilicet. *vel* Sanctum. *vel* Sulpitius. *vel* Senatus. *vel* Severus.
* S.	Stultus. *vel* Stupidus. *vel* Sit. *vel* Senatus. & Stabat *ſignificat*, *ut legi. vel Salutem.*
* S.	Semis.
* SA.	Sententia.
SACR.	Sacrum.
* SACRM.	Sacramen. *vel* Sacramentum.
SAC. SOL. DED.	Sacrum ſoli dedicavit.
SARM.	Sarmaticus.
SARMATAR.	Sarmatarum.
* S. A. S.	Saturno Auguſto ſacrum.
SATUR.	Saturnalia. *vel* Saturnus:
* SB.	Sibi.
S. C.	Senatus Conſultum. *vel* Conſulum.
SC. CM.	Sacratus. *vel* Sacralis Comes.
SCD.	Secundum.
SC. D.	Senatus Conſulto decretum. *vel* Senatus Conſultus decrevit.
* S. C. E. C.	Simul cum eo conditur.
SC. FAC. *vel* F. E.	Senatus conſultum factum eſt.
SCL.	Scilicet.
SC. L.	Sacri largitoris. *vel* Senatus conſultum Largiandûm.
SC. MM.	Sanctæ memoriæ.
SCOR.	Sanctorum.
SCRI. SUL. P.	Scriba Sulmonenſis populi.
SCRIB. ÆDIL.	Scribæ ædilitio.
S. D.	Supradictus.
S. D.	Sententiam dedit. *vel* dixit. *vel* dicit. *vel* Senatus decreto.
S. D. SYL.	Sententiam dicit. *vel* dedit Sylla.
SEMP.	Sempronius.
SEN. SEN.	Sententia ſenatus.
SEPT.	Septimius.
* SER.	Servius. *vel* Servilius. *vel* Sergius. *vel* Servitus *vel* Sertorius.
S. E. S. O.	Sibi & ſuis omnibus.
SEV.	Severus.
SEV. AUG. ARM. PART.	Severus Auguſtus Armenicus, Parthicus.
SEX. P.	Sextus Pompejus.
SEX.	Sextus. *vel* Sextius.
S. F. S.	Sine fraude ſua.
* S. G.	Sine genitalibus.
* S. G.	Satis geſtum.
* SGN.	Signum.
SIC. V.	Sicuti voluit.
* SIG.	Sigillum.
* S. I. R.	Sua impenſa recuperavit.
S. L.	Sacrorum Ludorum, *vel* Sacrûm ludûm.
* SL. *vel* SIL.	Silla.
* S. M.	Sine manibus. *vel* Sacrum Memoriæ.
* S. M. P. E.	Sulmo mihi patria eſt.
* SN.	Senatus. *vel* Sine. *vel* Sententia.
* SN. D.	Sine dubio.
S. N. L.	Socii nominis Latini. *vel* Socii noſtri Latini.
SN. M.	Sine morte.
SN. P.	Sine periculo.
S. NQ. L.	Sociis nominique Latino.
S. N. S. Q.	Si negat, Sacrum quærit. *vel* Si negat ſacramento quærito. *vel* Sacramentum quærito.
SNT.	Senatus.
S. O.	Sine occaſione.
S. O.	Sine Oculis.
SP.	Spurius.
S. P.	Sine pecunia. *vel* Sine pedibus. *vel* Sacri Palatii. *vel* Sodales poſuerunt.
SP. D.	Supradicti.
S. P. D.	Salutem plurimam dicit.
SP. F.	Spurii filius.
SP. L.	Spurii Libertus.
SP. M.	Spurius Milius.
SPM.	Spiritum.
SP. M.	Supra memoravit.
SPOR.	Sportulæ. *vel* Sportulis.
S. PQ. R.	Senatus Populuſque Romanus.
S. P. Q. S. C. P. S.	Sibi, poſteriſque ſuis curavit pecuniâ ſuâ.
* SQD.	Siquidem.
S. Q. S. S. E. Q. N. I. R. E. H. L. N. R.	Si quid ſacri Sancti eſt, quod non jure rogatum, ejus hac lege nihil rogatur.
S. S.	Sententia Senatus. *vel* Somnium, *ſive* Somniorum ſomniator.
SS.	Sanctiſſimus. *vel* Seſtertius.
S. S.	Sacri ſcrinii.
* SS.	Supra ſcriptus.
* S' S.	Sacrilegii.
S. S. C.	Secundum ſuam cauſam.
* SS. D.	Statutus dies.
S. S. S.	Sanio Silvano ſacrum. *vel* Sancto Silvano ſacrum. *vel* Sanito. *vel* Supra ſcripta ſummæ.
S. SS. S.	Sanio. *vel* Senio ſanctiſſimo ſacrum.
* SS. TP.	Statuta tempora.
S. T.	Sine teſtibus.
S' T.	Sine teſtibus. *vel* teſticulis.
ST.	Sitibus, *pro* litibus. *repertum apud Ferentum in civitate Hiſtonio.*
ST.	Statutum.
S. T. A.	Sine tutoris auctoritate. †
ST. D.	Statuti dies.
STD.	Stadium.
ST. DD.	Stadium dedicavit.
STF.	Satisfacit.
STLITIBUS.	Pro Litibus. quod inventum eſt apud Ferentum in civitate Hiſtonio.
STLITIBUS. JUD.	Litibus Judicandis.

Stipendio

ST. MIS.	Stipendio miſſus.
ST. P.	Stadium poſuit.
STRR.	Stratores.
S. TS.	Statutum tempus.
ST. SN.	Statuti Senatores.
SV.	Sive.
S. U. L. Q.	Sibi, Uxori, Liberiſque.
S. VR.	Sine virtilibus.
SURUM.	Suorum.
SYL.	Sylla *vel* Sylvius.

CAPUT XIX

DE LITTERA T.

T.	Titus. *vel* Titius.
• T.	Tanta, & Ter.
† T. A.	Titus Annius. *vel* Tutore autore. *vel* Tutoris autoritate.
TAB. *vel* TABUL.	Tabulas
TAR.	Tarquinius.
• TB.	Tribunus.
T. B. *vel* TP. B.	Tempus bonorum. *vel* bonum.
• TB. CL.	Tiberius Claudius.
• TB. CS.	Tiberius Cæſar.
• TB. D. F. M. ADP.	Tibi dulci filio meo adoptato.
• TB. R.	Tiberis Romæ.
• TB. T.	Tibi tantum.
• TC.	Tunc.
T. C.	Teſtamento cavetur.
TER.	Terentius. *vel* Terminus.
T. F.	Titi filius.
T. F. I.	Teſtamento fieri juſſit.
T. FL.	Titus flavius.
T. F. S. I.	Teſtamento fieri ſibi juſſit.
THR.	Thrax.
TI. *vel* TIB.	Tiberius.
TIB. D. F. M.	Tibi dulci filio meo.
T. I. C. L. I.	Tumulo iſto cinerem locari juſſit.
T. L.	Titus Livius. *vel* Tibi Liberte. *vel* Tibi libertus.
T. LEG. III.	Tribunus legionis tertiæ.
TM.	Tamen, & Terminus, & Turmæ. *vel* Thermæ.
TM. DD.	Terminum dedicavit. *vel* dedicant. *vel* Thermæ dedicatæ.
TM. P.	Terminus poſitus.
T. P.	Titulum. *vel* Terminum poſuit.
TP.	Tempus.
TP. B. *vel* T. B.	Tempus bonum.
T. P. I.	Teſtamento poni juſſit.
TP. M.	Tempus malum.
TRAI.	Trajanus.
TR. Æ. *vel* ÆR.	Tribuni ærarii. *vel* Tribunus ærarii.
TRANS. AM.	Trans amnem.
TRANS. P. A.	Trans Padum amnem.
TRANS. PAD.	Trans Padum. *vel* Padana.
• TR. CAP.	Tribuni capitales.
TR. CEL.	Tribunus Celerum. *vel.* Celtium.
TRIB. *vel* TR POT.	Tribunitiâ poteſtate.
TRIUMPH.	Triumphator.
TR. LEG. II.	Tribunus legionis ſecundæ.
TR. M. *vel* MIL.	Tribunus militum.
TR. PL. *vel* P.	Tribunus plebis.
• TRQ.	Torques.
TRV. CAP.	Triumviri capitales. *vel* Treviri capitales.
TRU. MON.	Triumviri monetales.
T. S. F. J.	Teſtamento ſibi fieri juſſit. *vel* Teſtamento ſuo.
• TTO.	Teſtamento.
• TT. CL.	Titus Claudius.
• TT. QTS.	Titus Quintus.
T. V. *vel* TIT. US.	Titulo uſus.
TULL.	Tullius.
TUL. *vel* TUT.	Tutela.
TULL. H.	Tullus Hoſtilius.
V.	Turma. *vel* Turmarius.

CAPUT XX.

DE LITTERA V.

V.	Vir. *vel* Quinque *vel* Vixit.
V. VI. VII. VIII.	Quinque, Sex, Septem, Octo.
V.	Vicit, Veſtem. *vel* Veſter, Vitellius, Victor, & *pro* Ventre *aliquando in recentioribus reperi.*
V. A.	Veterano aſſignatum.
VAL.	Valerius, & Valeſianus.
VAL. CS.	Valerius Cæſar.
V. A. M. D. H. S.	Vixit annos, menſes, dies, horas ſcrupulos.
VAT.	Vates. *vel* Vatum.
V. A. XI.	Vixit annis undecim.
V. A. XII. M. II. D. III.	Vixit annis duodecim, menſibus duobus, diebus tribus.
V. B. A.	Viri boni arbitratu. †
VBC.	Vobiſcum.
V. B. F.	Vir bonæ fidei.
V. C.	Quinti Conſulis. *vel* Vir Conſularis. *vel* Clariſſimus.
V. D.	Vivus dedit.
V. DICT.	Vir dictatorius.
V. E. *vel* V. ET.	Verum etiam.
• V. F.	Voluit. *vel* Voluerunt fieri.
V. F.	Vivens. *vel* Vivus fecit. *vel* Valde feliciter. *vel* Uſus fructus. *vel* Vale feliciter.
V. F. *vel* V. FR.	Uſus fructus. *vel* Vir fortis.
V. F. C.	Viam faciundam curavit.
V. FF.	Viventes fecerunt.
V. F. S. E. S.	Vivens fecit ſibi & ſuis. *vel* Vivus.
• V. H. JL. V.	Vos habetis Judices veſtros.
V. J.	Vir Juſtus.
VIC.	Victor. *vel* Victores.
VICC.	Victores.
• VI. G.	Verbi gratia.
VII. VIR.	Septem Viri.

VIR.	Virtutes. *vel* Virgilius.
VIR. V. & VE. *vel* V. V.	Virgo Veſtalis.
VI. S.	Sex. *vel* ſemis.
VI. VIR.	Sextum vir, & Sextum viri.
VIX. *vel* V.	Vixit.
VIX. AN. *vel* ANN. III. MENS. XI. DIEB. XV. *vel.* V. A. III. M. XI. D. XV.	Vixit annis tribus, menſibus undecim, diebus quindecim.
V. M. M.	Votum merito Minervæ. *vel* Vis major. *vel* maxima.
V. N.	Quinto Nonas.
VOL.	Voleſus.
VOP.	Vopiſcus.
VO.	Volero.
V. P.	Vivus. *vel* Vivens poſuit. *vel* Urbis præfectus. *vel* Vir probus. *vel* Vir prudens. *vel* Vir perfectiſſimus.
V. PR. *vel* PRÆ.	Vir prætorius.
V. P. R.	Veteri poſſeſſori redditum.
V. P. S.	Vir prudens. *vel* perfectus, ſacer.
UPS.	Veſpaſianus.
Q. A. L. K. S.	Viginti quinque aſſes legitime condemnati ſunt.
V. QUÆST.	Vir Quæſtorius.
VR. *vel* URS.	Urbs. *vel* Urbis. *vel* Urbanus.
V. R.	Urbs Roma.
URB. C.	Urbis conditæ.
V. URB.	Vir Urbanus.
URBISAL.	Urbiſalia.
URB. SAL.	Urbs Salvia.
V. S.	Vivens ſtatuit. *vel* Vir ſacer. *vel* Uxor ſanctiſſima. *vel* Votum ſolvit.
V. S. C.	Voti ſui compotes.
* VS. CS.	Veſpaſianus Cæſar.
* V. S. F.	Voto ſuſcepto fecerunt.
* V. S. L. D. D. D.	Viva ſibi locum duarum dedit, donavit.
* VS. IP.	Veſpaſianus Imperator.
* V. S. L. F.	Vivens ſibi locum fecit.
V. S. L. M.	Vivens ſibi locum monumenti. *vel* Monumento. *vel* Vivus. *vel* Voto ſoluto. *vel* Solvo libero munere. *vel* Vivens ſibi legavit monumentum. *vel* Votum ſolvit lubens merito. *vel* Voto ſolemni libero munere.
V. S. L. L. M.	Vivens ſibi legavit locum monumento.
V. MUN.	Vias munivit.
V. S. P.	Vivi ſibi poſuerunt.
V. TRIUMPH.	Vir triumphalis.
V. V. M.	Virgo Veſtalis maxima.
VV.	Veluti. *vel* Venerunt.
V. V.	Virgo Veſtalis. *vel* Vina Venus.
V. V. F.	Vivis vivens fecit.
V. VRB.	Vir Urbanus.
V. V. V.	Viros veſtræ Urbis.
VX. *vel* UNX. *vel* VC.	Uxor.
UXO. D.	Uxorem ducit.

CAPUT XXI.

DE LITTERIS X. Y. & Z.

X.	Xinodus. *vel* Decem denarii.
X.	Decem. *vel* Exiſtimet.
X. D.	Decies dedit.
X. DIBSS.	Decem diebus.
X. MILL.	Decem milliaria.
X. P.	Decem pondera. *vel* Pondo.
X. V.	Decem viri.
X. VIR.	Decem Vir.
XV. VIR. S. F.	Quindecimvir ſacris faciendis.
X. P.	Decem pedes.
X. PSS.	Decem paſſuum.
* ⚹.	Denarius. *Numerus decem librarum.*
* ⚹.	Xidus.
Y. Ұ. Y.	Pro υ Græco.
* ζ.	Zenobius.

CAPUT XXII.

DE

VARIIS ROMANORUM NOMINIBUS.

Civium Romanorum Nomina, Pronomina, ac Cognomina, eorumque Magiſtratuum, quæ in antiquis deſcripta codicibus reperiuntur, non ſolum per abreviationem litterarum ſcripta ſunt, ut infra patebit: verum certo ordine collocantur, ut per primum nomen, * pronomen intelligas: per ſecundum, proprium nomen, per tertium vero agnomen. Idemque eſt ſupra nomen interdum. Ut in ſequentibus exemplis. C. JULIUS. CÆSAR. CN. POMPEJUS MAGNUS. L. STATIUS DIODORUS. P. POMPEJUS AURELIANUS. Quæ omnia debent poni in eo caſu, & proferri, in quo poſitæ ſunt dictiones ad quas referuntur. Ut: M. C. Marcus CICERO. IMP. Imperator. CÆS. AUG. Cæſar Auguſtus. HIRCIUS PANSA. IMPP. Imperatores. Item: SILLANUS. MURENA. COSS. DESIG. Conſules deſignati. Et ſic de reliquis caſibus.

* Prænomen *al.*

CAPUT

CAPUT XXIII.

DE

Notis ac Litteris ſingularibus in Jure Civili. Et quidem

IN LEGIBUS ET PLEBISCITIS.

A. A. A. F. F.	Ære, auro, argento flando feriundo.
ANSTR.	Anteſtor.
C. E. C.	Coloni ejus coloniæ.
D. C. S.	De Conſilii ſententia. *vel* De conſulis ſententia.
E. H. L. N. R.	Eorum hac lege nihil rogatur.
J. N. Q. Q.	Juſtis nuptiis quæſitus, quæſita.
L. I. D. A. C.	Lex Julia de adulteriis coërcendis.
L. P. C. R.	Latini priſci cives Romani.
M. E. M. D. D. E.	Municipibus ejus municipii dare damnas eſto.
P.	Perſcripſit.
P. J. R. P. Q. J. S. J. F. P. R. E. A. D. P.	Populum jure rogavit, populuſque jure ſeivit in foro pro roſtris, & ante diem pridie.
P. R.	Poſſeſſori redditum. *vel* Peto, Rogo.
Q. D. E. R. F. P. D. E. R. U. I. C.	Quod de ea re fieri placeret, de ea re univerſi ita cenſuerunt.
Q. E. R. F. E. D.	Quod ejus rei factum eſſe dicetur.
Q. F. E. R. I. S. F.	Quod factum ejus rei in Senatu fuerit.
S. C. P. S.	Senatus conſultum plebiſcitum.
S. F. S.	Sine fraude ſua.
S. N. L.	Socii nominis Latini.
S. Q. D. E. R. A. P. P. V. L. O. E. COSS. PRR. TR. PL. Q. N. S. Q. E. V. A. P. P. V. F.	Si quid de ea re ad populum plebemve lati opus eſt, Conſules, Prætores, Tribuni plebis, qui nunc ſunt, quod eis videbitur ad populum plebemve ferant.
S. Q. S. S. E. Q. J. N. S. R. E. H. L. N. R.	Si quid Sacroſancti eſt, quod jure non ſit rogatum, ejus hac lege nihil rogatur.
S. R. L. E. J. Q. O. R. E.	Siremps lex eis juſque omnium rerum eſto.
V. A.	Veterano aſſignatum.
V. D. P. R. L. P.	Unde de plano recte legi poſſit.
V. F.	Uſus fructus.
V. P. R.	Veteri poſſeſſori redditum.
VT.	Veto.

CAPUT. XXIV

DE

NOTIS IN ACTIONIBUS.

A. F. R.	Anne fias autor.
A. L. Æ.	Arbitrium liti æſtimandæ.
A. T. M. D. O.	Ajo te mihi dare oportere.
C. B.	Cui bono.
COND. JUD.	Condemna Judex.
E. J. M. C. V.	Ex jure manu conſertum vocare.
F. C.	Fraudandi creditoris. *vel* Fraudare creditores. *vel* Fiduciæ cauſa. *vel* Fidei commiſſum.
F. C.	Fraude creditoris. *vel* Fiduciæ cauſa.
F. F.	Furtum fecit.
J. D.	Judicium dabo. *vel* Juriſdictio.
J. D. C.	Juris dicundo cauſa.
J. D. P.	Juri dicundo præeſt.
I. D. T. S. P.	In diem tertium, ſive perendinum.
L.	Licuit.
N. K. C.	Non calumniæ cauſa.
P. J. A. V. P. U. D.	Prætorem, judicem, arbitrumve poſtulo, uti des.
Q. A. NQ. N.	Quando ais neque nego.
Q. B. F.	Quare bonum factum.
Q. I. J. T. C. P. A. F. A.	Quando in jure te conſpicio, poſtulo anne fias autor.
Q. N. T. S. Q. P.	Quando negas, te Sacramento quinquagenario provoco.
R. C. U. H. R.	Rogatus curam ut haberet rerum.
S. N. S. Q.	Si negat Sacramento quærito.
S. S. C. E. S. D. T. V.	Secundum ſervitutis cauſam ejus ſervi dico tibi vindicias.
S. S. M.	Satisdatio ſecundum mancipium.
TT. E.	Teſtes eſtote.
TPR. J. A. V. P. V. D.	Tempore juditem arbitrumve poſtulo uti des.
T. R. T. H.	Tuas res tibi habeto.
T. R. T. A.	Tua res tibi agito.

CAPUT XXV.

DE

NOTIS IN EDICTIS PERPETUIS.

C. C.	Cauſa cognita. *vel* Conſilium cepit. *vel* Cauſa commiſſa.
C. E. D.	Convictus eſſe dicetur.
C. V.	Centumviri. *vel* Clariſſimi viri.
D. M. F. V. C.	Doli mali, fraudiſve cauſa. *vel* Dolo malo, fraudisve cauſa.
F. E. D.	Factum eſſe dicetur.
H. S.	Heredem ſolvi.
J. C. E. V.	Juſta cauſa eſſe videbitur.
J. D.	Juriſdictio. *vel* Judicium dabo.

J. S.	Judicatum ſolvi.
J. S.	Judicium ſolvitur.
M. F. P.	Malæ fidei poſſeſſor.
P. C.	Patres Conſcripti. *vel* Pactum conventum. *vel* Pecunia conſtituta.
PDE. L. V.	Præde litis vindiciarum.
P. DEL. V.	Pro delictis vindiciarium.
P. P. L. V.	Pro præde litis vindiciarum.
QAM.	Quemadmodum.
Q. E. R. E. T. P. J. R. D. T. Q. T. D. D. P. F.	Quanti ea res erit, tantæ pecuniæ judicium recuperatorium dabo teſtibusque duntaxat decem denunciandi poteſtatem faciam.
QM.	Quomodo. *vel* Quo magis.
Q. R. F. E. V.	Quod recte factum eſſe videbitur.
Q. S. S. S.	Quæ ſupra ſcripta ſunt.

CAPUT XXVI.

DE

NOTIS PONDERUM.

Semis alicujus rei notatur per S. S. *vel* Ƨ.
As numus eſt libralis, & notatur per L. *vel* Ɫ.
Dipondius numus eſt libralis, & notatur per LL.
Seſtertius numus eſt duarum ſemis librarum, & notatur per LLS. *vel* HS. *vel* L̶L̶S̶.
Denarius decem librarum numus, & notatur per ✳ *vel* ✕.

CAPUT XXVII.

DE

NUMERO LITTERARUM.

A.	CCCCC. Quingenta.
B.	CCC. Tercenta.
C.	C. Centum.
D.	D. Quingenta.
E.	CCL. Ducenta quinquaginta.
F.	XL. Quadraginta.
G.	CCCC. Quadringenta.
H.	CC. Ducenta.
I.	I. Unum.
K.	LI. Quinquaginta unum.
L.	L. Quinquaginta.
M.	M. Mille.
N.	XC. *vel* LXXXX. Nonaginta.
O.	XI. Undecim.
P.	CCCC. Quadringenta.
Q.	D. Quingenta.
R.	LXXX. Octuaginta.
S.	LXX. Septuaginta.
T.	CLX. Centum ſexaginta.
V.	V. Quinque.
X.	X. Decem.
Y.	CL. Centum quinquaginta.
Z.	Duo Millia.

CAPUT XXVIII.

DE

NUMERIS EORUMQUE NOTIS.

QUoniam mentio haberi cœpit de numeris, ideo breviter rationem dabimus, quâ figurâ quiſque numerus repræſentetur. Omnis autem numerus, ut ait Boëtius, per figuram unitatis repræſentari debet. Ut denarius, per decem unitates. Novenarius, per novem. Et ſic de aliis. Sed quia hac pareret faſtidium, inſtitutum eſt, ut omnis numerus, uſque ad quinarium, per figuram unitatis repræſentetur: ut, unitas per I. Unum. Binarius, per II. Duo. Quinarius per V. Quinque. Denarius per X. Decem. Et notandum, quod, quantum addit compoſita Litera I. ad X. tantum demat ei præpoſita: quare, ſi præponis I. ad X habebis novem. Et, ſi poſtponis, habebis undecim. XI. L. Quinquaginta. Si ei præponas X. habebis quadraginta. Si poſtponas, habebis ſexaginta. C. Centum ſignificat. D. quingenta. M. Mille. Et nota, quod quælibet figura, ſi ei linea ſuperaddatur ex transverſo recta, tot ſignificat millenarios, quot per ſe ſignificat unitates. Ut:

$\overline{I}$.	Mille *ſignificat.*
$\overline{V}$.	Quinque millia.
$\overline{X}$.	Decem millia.
$\overline{L}$.	Quinquaginta millia.
$\overline{C}$.	Centum millia.
$\overline{M}$.	Mille millia.

Nota etiam, quod quælibet figura litterarum aliquando invenitur numerum repræſentans, quamvis non ſit in frequenti uſu. Porro abſque linea ſuperinducta.

I.	Unum *notat.*
V.	Quinque.
X.	Decem.
L.	Quinquaginta.
C.	Centum.
S. *vel* CC.	Ducenta.
D.	Quingenta.
M. *vel* ∞ *vel* IXI.	Mille.
QƆ. *vel* IƆƆ.	Quinque millia.
CCIƆƆ. *vel* IMI. *vel* ƆMC.	Decem millia.
IƆƆƆ.	Quinquaginta millia.
CCCIƆƆƆ. *vel* LCM. *vel* 木. *v.* 朩. *v.* ⊕.	Centum millia.
CQƆ. *vel* IƆƆƆƆ.	Quingenta millia.
CMƆ.	Mille millia.

FINIS.

FRED.

FRED. TILIOBROGÆ
OBSERVATIONES IN
VALERII PROBI
Librum de Notis Romanorum.

FREDERIC. TILIOBROGA
HENRICO FRATRI S.

UT fidem meam liberem, habes ecce quem tibi promiſi Val. Probum, neque illum ſolum, parum hoc mihi videbatur, ſed neſcio quas obſervationes adtexui, ſubito mihi & ſub manu natas, dum novellam hanc editionem cum veteri Romana confero. Ego ſane quaſi tippula levis aquas tranſit, ſic magis tetigi quædam loca, quam preſſi. Tu, quem hac via

—— ad legendum induxi, ſincerum mihi
Candore noto reddas judicium peto.

ET major quidem priſcis temporibus, quam hiſce noſtris Notarum uſus erat; namque à nobis præter numerorum ſigna (vulgo *ſifræ* dicuntur) pauca alia frequentantur. At veteres non ſolum quæ publice pro roſtris & in ſenatu agebantur, Notis excipiebant, velut Plutarchus ſcribit, Catonis illam orationem quam in conjuratos Catilinæ adverſus Cæſaris ſententiam habuit hoc modo fuiſſe exceptam, ſed etiam in privata ſcriptura iis utebantur. Unde in libris JCtor. legimus Teſtamenta Notis ſcripta. l. 40. D. *de teſt. mil.* l. 6. §. 2. D. *de bon. poſſ.* & ibi Notæ non ſunt litteræ ſingulæ, ſed certi quidam characteres, quibus uti aſſueverant, ut in l. 9. §. 4. D. *de hered. inſt.* Notæ numerorum ſunt velut ſi pro ec̄. ſcripta eſſent, c̄. Ideoque Juſtinianus in Novel. 107. præcipit, uncias in quibus teſtator heredes ſcribit, *non ſignis numerorum ſignificandas, ſed per totas litteras eſſe declarandas, ut undique claræ atque indubitatæ conſiſtant.* Græca Novella συμβολαιῶν ἀριθμῶν habet. Alias ſingulis litteris voces denotabant, de quibus hîc præcipue liber agit, quibus varie in legibus publicis, pontificum monumentis, juriſque civilis libris utebantur, ut Probus docet. Val. Maxim. lib. 2. c. 3. §. 7. *Itaque veteribus SCtis, T. littera ſubſcribi ſolebat, eaque Nota ſignificabatur ita Tribunos quoque cenſuiſſe.* Verum ne JCtorum libri in poſterum per ſimplorum captiones & compendioſa ænigmata & ſigla conſcribantur bis Juſtinianus Imp. prohibuit. Conſt. ad Tribun. 1. §. 13. D. *de con. cep. Dig.* & *Conſt.* 2. §. 8. *ad anteceſſ.* Iſidorus quoque meminit lib. Orig. 1. c. 22. & plenius obſervavit Cujacius JC. in ſuis obſervat. libris. Eas notas potiſſimum callebant, quos inde *Notarios* vocabant Suidas Νοτάριος ὁ γραμματεὺς (Νοτα γὰρ τὰ γράμματα Ρωμαῖοι) ὁ ὑπογραφεύς. Gloſſæ veteres. *Notarius, ſcriptor, charaxarius.* Althelm. de virg. *Tam notariorum characteres, quam Grammaticorum periodos.* Vel etiam dicuntur *Exceptores.* Epiphan. Hiſtor. Tripart. lib. 5. c. 8. *Reſtitit Photino Sabinus eccleſiæ tunc Ancyræ præſul, exceptoribus voces eorum conſcribentibus.* Novell. Græc 15. ταχυγράφοι De quibus egregium exemplum habemus apud Eunapium in Proæreſio.

Nec liberi ſolummodo homines hujus artis peritia cenſebantur, ſed ſervi interdum. Auſonius Epigr. xv. de Pergamo fugitivo.

Ergo Notas ſcripto tolerasti Pergame vultu,
Et quas neglexit dextera, frons patitur.

Item Epigram. cxxxviii. de puero Notario. Iſtos ſervos Juſtinian. quinquaginta ſolidis æſtimari juſſit, l. *fin. C. Comm. de leg. & fidei.* Deque Notariorum mercedibus, ut de profeſſor. liberalium ſtudiorum, præſes provinciæ extra ordinem jus dicere ſolebat. l. 1. §. 6. D. *de extraord. cognitionib.* Addere poſſem plura exempla, ex Rufino, Prudentio, Sidonio, aliis, ſed in re vulgata tricari pudet.

Pro voluntate ſignaret] Imo in familiari ſermone utebantur, ut apud Spartian. in Geta. *Habebat etiam iſtam conſuetudinem ut convivia, & maxime prandia per ſingulas litteras juberet ſcientibus ſervis inferri, velut in quo erat, anſer, aper, anas: item pullus, perdix, pavus, porcellus, piſcis, perna. & quæ in eam litteram genera edulium caderent; & item faſianus, farcta, ficus, & talia.*

AB. V. C.] Vetus Rom. *A. V. C.*

Auro, flato, ferundo] Scribe ut in aliis eſt, *feriundo.*

Aeris flator fabricæ Quirinalis] Putem denotari primicerium fabricæ iſtius. *Flator* erit qui alias *monetarius* dicitur. inde *Flaturarius.* l. 6. c. Theod. de falſ. mon. *Fabricarum* mentio in eodem C. x. Tit. xxii. & C. Juſt. lib. xi. Tit. ix. *Fabricæ* etiam domus privatæ ſunt; Capitolin. in Gallien. *Multæ fabricæ devoratæ ſunt cum habitatoribus.* Sic Ulpian. in l. arbitraria. §. 7. *D.* de eo quod cert. loc. *Mihi videtur ſummæ ſalutis diſtare a fabrica inſulæ.* 1. ab ædificatione inſulæ.

Actum fide P. R.] Ex Cicerone ſunt lib. 2. de Oratore, quo loci & alia habentur, quæ huc referri poſſent. Proverbialiter autem dictum quod additur, *Æmilius fecit, plectitur Rutilius.* Vide adagiographos. Æmilii & Rutilii meminit Sueton. in Julio Cæſ.

Agit, vel agil] ſ. *agilis.*

Arbitrum liti] R. *litis.*

Alpinæ tertiæ] Forte eadem cum legione Italica, nam ut conjicio, ex Alpinis regionibus collecta fuit.

ANM.] al'. *ACM. Balbur*] leg. ex R. *Balbius.*

Bona fide] R. add. *Bona fœmina.*

Benemeriti.] ℞. *Benemerenti.*

Ɔ. Caja] Facit ad hunc locum Velius Longus. *Non magis igitur in numero litterarum eſſe oportere quam illam Notam qua Centuria, & quam Ɔ converſum, quo Caja ſignificatur; quod Notæ genus videmus in monumentis, cum quis libertus mulieris oſtenditur. Cajas enim generaliter priſci has omnes mulieres accipere voluerunt.* Præterea Ɔ. erat nota commodi, aut centeſimæ uſuræ, ut eſt apud Mætium Voluſianum. Item nota Sicilici. Sic namque locus ille legendus. *Centeſimaque commodi, aut uſurarum nomine ad ſortem applicaretur, ſicilico id eſt Ɔ. adverſo notari*, non ut alias editur, *commodia, ut uſuræ.* quod tamen optimus Vinetus interpretari conatur.

CARISS.] add. in Rom. *C. C. C. Cenſa civium capita.*

Conſilium cœpit] Rom. ad. *Vel circum, vel cauſa cognita.*

Centuria] Notam aliam huic voci denotandæ, ex

ſupra citato Velii Longi loco fuiſſe patet.

Ↄ. L. Conlibertus] Repone ex Rom. *Conlibertæ*, vel *Cajæ libertæ*. Quod ex V. Longo confirmatur.

Comitia obdriaca] Neſcio quæ hæc portenta verborum; in quibuſdam Notis legitur *obryzata*. Forte ſic diſtinguendum, CO. M. OB. quod eſſet *Conſtantinopoli moneta obryzata*, vel CON. OB. *Conſtantinopoli obryzata*. vel CO. N. OB. *Conſtantinopoli nummus obryzatus*. Cujus generis inſcriptiones in veteribus nummis adhuc viſuntur. Quid vero nummus vel aurum obryzatum ſit, nemo ignorat. Poſſet etiam ſic reddi C. O. N. O. B. *Cudit officina noſtra omni bonitate*. Imo in aliis eſt *obebrata*. Unde ſi quis argutari vellet, non male legeret *Comitia enebrata*, i. comitia propter omen aliquod malum inhibita, ab avibus adverſis *Enebræ* dictis. Feſtus, Servius.

Pag. 93. (*) *Cippus* [*.i. terminus, ut Cippum*, vel *lapidem.*] parentheſi incluſa Rom. deſunt, & melius quidem. ſic in Diacono *Hymnus*. i. *laus*. *Carmen id eſt tonus*, vel *ſonus* neſcio an pro veris amplectenda.

COH. vel *COH.*] Puto ſcribendum CHO. ut eſt in veteri lapide. C. JULIUS. C. F. JUSTUS ROVARIA MIL. CHO. IIII. RR. Ↄ. LICINI. MILIT. ANN. XVIII. VIXIT. ANN. XXXVIII. H. S. T. F. I.

Curionem] *Curiones* ſunt præcones. Papias in Gloſſar. *Curio præco theatri*. Cujuſmodi præcones Plautus frequenter inducit. Spartian in Gall. *per curionem dici juſſit Taurum toties non ferire difficile eſt*. Item paulo poſt. *Per curionem dici juſſit, Impoſturam fecit & paſſus eſt*. Sic Rufinus vertens Græcam vocem κήρυκα dixit *Curionem*. Inde Martialis interpretandus lib. 2. *Carmina tua curione non egent, & contenta ſunt ſua, id eſt, mala lingua*.

D. D.] R. ad *DE. D. deo dedicavit. DEC. Decem decani*, vel *Decreto decurionum*.

P. 94. *DIL. dilectiſſ.*] R. ad. *DIL. S. dilectiſſimus ſervus. DICT. Dictator*.

DL. Do lego] ἴσ. *Do lego*. Ex formula teſtamentaria, ſic infra. *Quæ ejus cauſa parata, do lego*. ex l. 12. §. 19. D. *de inſtr. & inſtr. leg*. l. 15. D. *eod*. Multa alia in his Notis ad formulas & jus antiquum pertinentia, quæ omnia indicare non mei propoſiti.

D. M. A] γρ. *Æ*.

D. M. M.] R. ad *D. M. S. Dis manibus ſacrum*.

P. 95. *Deo poſuit ſibi.*] Corruptus locus. ſic forte ſcribendus *D. P. Deo poſuit: ſive D. L. D. P. Dis locum dedit publice*.

D. V.] R. ad. *Dis volentibus*.

E. F.] R. ad *EG. Eger*.

E9M.] R. E9 M. *Ejuſmodi*.

EE. P. Eques publicus] Præfero Romanam lectionem, *Equus publicus*. Equi autem publici ſunt, qui etiam *Veredi* vel *paraveredi* dicuntur. C. de curſ. publ. Julianus Epiſt. ad Euſtochium. ἄξει δέ σε ὁ δημόσιος δρόμος, ὀχήματι χρώμενον ἑνὶ καὶ παρίππῳ. Apud Caſſiodor. Var. lib. 4. Ep. 46. *Curſuales equi*. Ammi. Marcell. lib. 14. *Vehiculum publicum*; in Vitis Impp. *Curſus fiſcalis*. ideo quoniam ſumptus & impenſæ in illos de publico & fiſco dabantur. Ulp. l. 2. D. de in jus vocand. *Eum qui equo publico in cauſa publica transvehatur*. Id Eclog. Βασιλικῶν ſic reddidit lib. 7. p. 83. τὸν διὰ δημοσίας χρείας ὁδεύοντα τῷ δημοσίῳ δρόμῳ Iſti equi agitari prohibebantur fuſtibus, quos Κεντηρας vocat Eclog. Baſil. dum ſcribit περὶ δημοσίου δρόμου ἢ περὶ κεντηρίας at flagris licitum erat ejuſmodi, quorum in cuſpidibus infixus brevis aculeus. *Dolones* alias dicuntur. Quæ vox apud Phædrum quoque legitur. Neque eos abſque conceſſu magiſtratus accipere quiſquam impune poterat, ideo in illam rem dabantur litteræ quæ dicebantur *Evectionis* l. 3. C. de curſ. pub. In l. 27. D. ad l. Corn. de falſ. & Vitis Impp. *Duplomata*. in Attaliatæ Synopſi. p. 65. *teſſeræ* vel συνθήματα. Ὑπόκειται τῷ πλαστῷ καὶ ὁ διὰ πλαστοῦ συνθήματος τῷ δρόμῳ χρησάμενος.

Quemadmodum autem equi, ſic etiam naves publice præſtabantur, quæ *Angariæ* dictæ. l. pen. D. de veteran. l. 7. C. de Fabricenſib.

Excurſio] ἴσ. *Ex curſoribus*. Curſorum ſæpe mentio in Vitis Impp. Spartian. in Heliogab. *Viceſimam hereditatem mulionem curare juſſit; juſſit & curſorem*. Et in Ælio Vero. *curſoribus ſuis exemplo cupidinum alas frequenter appoſuit, eoſque ventorum nominibus vocavit, Boream alium, alium Notum*. Corippus lib. III.

Acciti proceres omnes, ſcholaque palati eſt
Juſſa ſuis adſtare locis, jamque ordine certo
Turba decanorum, curſorum, in rebus agentum.

Meminit *Curſorum partis Auguſtæ* l. 10. §. fin. D. de diverſ. off. & apparit. Sic etiam Senatores habebant ſuos curſores diverſo ab Impp. habitu. Spartian. in Aurelian. De his mihi propediem ad ipſos Hiſtoricos commodior erit dicendi locus.

P. 95. *EX. DO. Aug.*] *Ex dono Auguſti*. Ita recte ſcriptum in Rom.

F. C. Fideicommiſſus] γρ. *fideicommiſſum*. poſtea R. ad. *F. E. D. Factum eſſe dicitur. F. E. Fidei ejus*.

Flando ſerendo] *ſerundo*.

P. 96. *GEM.* vel *GEr.*] R. ad. *GERM. DAC. Germanico Dacico*.

P. 97. *H. M. H. N. S.*] Idem habemus apud Scholiaſten Horatii. lib. 1. Ecl. 4. *Solebat privatis monumentis præponi cippus eique inſcribi. Hoc monumentum heredes non ſequitur; vel hi characteres. H. M. H. N. S. notari*.

Hoc ſibi vivens] R. ad. *H. V. Honeſtus vir. Honeſta vita*.

P. 99. *In ſenatu*] *in ſenatus conſulto*.

Lucius Cornel.] R. ad. *Lege cavetur*.

Lucum divinum] *lucrum div*.

LLUC, Q. F.] Ro. *L. L. Q. F.*

Lucius Tacitus] Ro. *Tatius*, quod melius.

P. 101. *M. P.*] Ro. *M. PA. Marcus Pacuvius*.

MULIER.] R. ad. *M. X. Menſes decem*.

Naminis] R. *Nonius*.

P. 102. *Navicula.*] ἴσ. *Navicularii*. quorum ſæpe in Cod. Theod. & Juſtin. mentio. Inſcriptio vetus.

COLLEG. FABR. CENTON. NAVICULAR.
DECURIONES ET PLEBS URBANA.

Neptuni ſacellum] Ro. *Neptuno ſacrum*. quo verum.

Notus bonus] Ro. *Natus*.

N. L. Non licet.] ἴσ. *Non liquet*. in ampliationibus judex *non liquere* pronuntiabat. Quamvis illud alterum in aliis quoque Notis habeatur.

N. M.] *R. N. MACR.*

NOB. G.] R. ad *NON. Nonarum*.

P. 103. *PA*] R. *PV. pupilla*.

Pietas plenus] γρ. *pietatis*.

P. 104. *Præter*] R. *Prætor*. & addit. *PRR. Prætores*.

PRSS.] R. ad. *PRS. Prætoris ſententia. PR. UR. Prætor urbanus*.

P. 105. *Quare bene*] *Quæ. b.*

Ratio factum] R. ad. *R. F. E. V. Retro factum eſſe videbitur*.

Reip. conſtituto] ἴσ *conſtituendæ*.

Reſtitutor.] R. ad *RVR. Rura*.

P. 106. *Sacrum ludum*] R. ad. *S. M. P. E. Sulmo mihi patria eſt*.

Sacramentum quær.] *Sacramento*.

SP.] De hac nota vide Plutarchum in Quæſtionib. & Theophil. ad Inſtit. de nupt. Feſtum in voce Nothus.

SP. *Sine pecunia vel ſacri palatii*. ita Rom.

Stadium poſ.] *Studium p.*

P. 108. *Vivi ſibi poſſiderunt*] ἴσ. *poſuerunt*.

P. 106. *Sanio Sanctiſſimo*] Scribendum. *Sanco ſanctiſſ.* Ovid. in Faſt. *Quærebam Nonas Sanco Fidione referrem, An tibi Semo pater*. Vid. Varro. de ling. Latin lib. IV. & quæ ibi illuſtr. Scaliger.

P. 108. *URBISAL.*] Ro. *URB. SAL. Urbe Salvia*, forte legend. *Urbe ſalva*. Sic memini me alibi legiſſe, *Salva urbe arceque*.

(*) His numeris indicantur paginæ Valerii Probi hujus Editionis.

HENRICI

HENRICI ERNSTII
OBSERVATIONES,
E T
EMENDATIONES
ALIQUOT AD
VALERII PROBI
LIBELLUM,

De Inſcriptionibus, & Litteris Romanorum.

JUSTINUS MARTYR.

Quod ſi quis nobis occlamet, ſileamus: ſi victor SIBI *videatur, derideamus. Licebit enim per me cuivis, qui malè aſſeverat, cogitet, me aut perperam ſentire, aut nolle, non auderéve contradicere: modò propter bonam conſcientiam mihi præſtò ſit lætitia & quies.*

ANTIQUITATUM, ET HUMANITATIS

Studioſo S. D.

HENRICUS ERNSTIUS.

HUMANISSIME, & candide Lector, quæ humanitas tua eſt, brevibus hiſce à me tibi nunc quidem ſatisfieri patieris, non cura ulla elaboratis, ſed ſub manus natis. Nam ea duntaxat in præſentia ad *Valerii Libellum* [quem novum & ab aliis prorſus diverſum nunc edo] notare in animum induxi, quæ veteres calamo ſcripti Codices, ex quibus omnia aſteriſco ſignata, quæ nunc primum prodeunt, deſcripſi, annotare jubebant. Siquidem hæc itinerum meorum confuſio nihil quicquam egregium polliceri potuerit. Si tamen ſcirem, me viris doctis & bonis rem gratam facturum, non dubitem hæc, & quæ ante edidi, plenius aliquando, & ſi poſſim, ornatius elaborata, in publicum emittere: quando illud hodie ſcribendi κακόηθες, quo non pauci ad inſaniam uſque tenentur, facile me, ſi quid ipſe porro ineptire etiam velim, excuſaturum ſit. Teſtor tamen conſcientiam meam, eaque majorem ipſum DEUM, me nihil quidquam malle, quam, ut non doctiores modo & diſertiores, ſed meliores etiam, animo, vita, moribus ſtudioſi adoleſcentes evadant. Atque eo mihi pertinere videtur conſilium meum, ut priſcos potiſſimum doctores, veterum MSS. librorum ope, illuſtrandos mihi ſumam; abſque quibus nemo profecto, ſit ille licet doctiſſimus, accurate expolire bonos Scriptores poteſt. Neque tamen veteres cum probo, omnes, qui nuper aliquid ſcripſere, de manibus juventutis excutio. Immo vero prædicare, & commendare familiaribus non deſino, qui viam ad veteres illos ſternunt, aut lucis aliquid iis adferunt. Sciunt id quotquot in hunc diem conſiliis meis utuntur. Novatores vero, quorum magna hodie ubique ſeges, ſperno, ut inanitatum, immo ut corruptelarum plerumque magiſtros: de quo ſatis mihi compertum. Modus tamen antiquis Scriptotibus omnino adhibendus eſt, quod argumentum plenius alibi pertractavi, regiamque viam ad nobilem metam, id eſt, publicum bonum indicavi. Eo enim ſtudia noſtra niſi referantur, fruſtra ſane ab iis habemur, medioque in mari fluctus, quod dicitur, numeramus. Vale mi lector.

HENRICI

HENRICI ERNSTII
OBSERVATIONES,
ET
EMENDATIONES.

AD CAPUT PRIMUM.

VETUSTISSIMUS meus Codex MS. qui olim fuit Viri Cl. *Antonii Seripandi*, (anno vero ſuperiore eundem Neapoli meum feci) ita, ut vides, mi lector, in capita diſtributus eſt: nec ob antiquiſſimam ejus ſcripturam, quidquam immutare volui.

De inſcriptionibus. Hæc deſunt in editis libris, quos ego vidi, omnibus. Quare facile adducar, ut credam, ex gloſſis in textum irrepſiſſe; quibus is forte, qui ea adjecit, indicare voluit; multas huic Valerii libello ineſſe inſcriptiones, id eſt, ut Græci vocant, ἐπιγραφὰς, ſive characteres operibus tam publicis, quam privatis impoſitos. Qui nonnunquam in Jure noſtro *Propoſitum* vocantur, ut in *L. cum in plures* 60. §. 6. *D. locat. cond.* Quod veteres Interpretes Cynus & Bartolus male pro *animi deſtinatione* acceperunt. Adde *L. Si quis* 7. *D. Juriſd. Inſcriptionis* vocem quod attinet, obtinet illa apud Ictos alium ſignificatum, & dicitur pro Superſcriptione, priore ſcriptura deleta; ut videre eſt in *L.* 1. *D. de his, quæ in teſtament. delent.* Quo Suetonii locum refero in Nerone: *Ita*, inquit, *multa & deleta, & inducta, & ſuperſcripta inerant.* Pro quo Ictus dixiſſet *Inſcripta.* Apud eoſdem *Inſcriptio*, ſive *Superſcriptio*, eſt Accuſatoris Libellus, quo profitetur, ſe reum deferre. Nam, quod in delictis privatis eſt *actio*, id in publicis eſt *accuſatio*, & in *crimen Inſcriptio.* Cujus rei exemplum vide in *L.* 3. *Libellorum D. de Accuſationibus & Inſcriptionibus.* De cæteris hujus vocis ſignificatibus adi, ſi lubet, elegantiſſimum libellum Elogiorum Viri olim doctiſſimi Laurentii Pignorii *pag.* 93. & ejuſdem Commentarium de *miniſteriis ſervorum.*

Eſt & circa. Ita eſt in V. Cod. in editis libris haut ſatis recte particula, *&*, omittitur. Conſtat enim ex MS. quod alia ejuſdem Scriptoris præceſſerint. Duo nimirum libri Inſtitutionum Grammaticarum. Laur. Pignorii MS. Codex, qui hodie in Muſeo Alexandri Eſtii Patricii Patavini, (Cl. autem Vir Joh. Rhodius amicus meus copiam ejus mihi fecit) legit: *Eſt etiam in ſcribendis dictionibus paucioribus literis* quoque notandis. Verba illa: *notandas voces*, quæ in editis libris & MS. meo conſpiciuntur, in Pignorii hoc deſunt.

Scribendi facultatem. Ita, ut periodum hanc edidimus, in vetuſto Cod. calamo exarato erat. *Scribendo adeſſe* in ſequentibus quid ſit, vide apud Manut. Explanat. *in Epiſt.* 8. *lib.* 8. *ad Fam.* Manilius de hiſce librariis ita ſcribit: *Et hic Scriptor erit felix, cui littera verbum eſt.* Adde quæ apud Ammianum Marcel. *lib.* 14. de eorum celeritate leguntur. Greſem. edidit: *in ſcribendo.*

Maxime in Senatu. Idem mos apud præſides quoque obſervabatur, ut colligitur ex *L.* 33. §. 1. *D. Ex quib. cauſſ. Maj.* Ubi Modeſtinus Ictus ita: *Eos, qui Notis ſcribunt acta præſidum, Reipub. cauſſa non abeſſe certum eſt.*

Ut celeriter dicta comprehenderent. Ad modum hunc ſcribendi reſpicit Galenus in elegantiſſimo libello, de dignoſcendis & corrigendis affectibus. Ubi interprete Joh. Caſelio *pag.* 53. ita: *Animadverto te in res præclaras ſumptum facere non audere: neque ad emendos libros, & parandos, & exercendos librarios, vel ad celeritatem per notas, vel ad ſcripturæ elegantiam exquiſitam.*

Et Singlæ. Utrumque MS. & libri editi habent: *Et Singulæ littera.* Cui ego præfero Romani & Veneti Cod. Lectionem ἐν συγκοπῇ: *Et Singlæ*, ſive, *Et ſiglæ.* Ita enim ſcribendum eſt pro: *Et Singulæ.* Siglæ, autem, ſive Singlæ notæ ſunt, quibus uti librarii in ſcribendo ſolebant. *Juſtin. Imper. de Compoſit. Digeſtor.* Quas Græca conſtitutio quoque σίγγλας vocat.

Pronominibus. Nomen Romanis unum tantum, antequam eo immigraſſent Sabini. Qua de re plura lege apud Fr. Robertellum de Nominibus, & Interpretes Juris ad §. *Si quis.* 29. *Inſtit. de Leg. & ad L.* 4. *C. de Teſtament.*

Jurisque civilis libris etiam nunc manet. Olim pervulgatæ atque ſolemnes actiones notis tantum & ſyllabis deſignabantur. Unde Hottomanus in ſua de præſcriptis verbis conjectura ait, ſibi videri, non *præſcriptis*, ſed, *perſcriptis verbis*, eſſe legendum. *Comm. in* §. 1. *Inſtit. De locat. & conduct.* Plura ea de re vide apud Gothofredum *ad Tit. D. de Præſcriptis verbis, & in fact. action.* & ad *L.* 11. §. 3. *D. de Inſtit. act.* Unde dicta ſit actio præſcriptis verbis erudite monſtrat Merillius meus, *VIII. obſ.* 16. & *lib.* 1. *variant. ex Cujac. cap.* 29. Item l. 9. *D. de heredib. inſtit.* Juſtinianum harum notarum uſum vetuiſſe, ante me Anonymus V. Cl. Fr. Lindenbrogii, & Dauſquius ad hunc locum obſervarunt. Quibus adde, quæ Cujacius de negligenti ejuſmodi notarum interpretatione à Triboniano facta notat, ad *tit. XII. Fragm. Ulpian.* Differentia quæ ſit inter *Notas* & *Siglas*, vel *Singlas*, vide apud eundem Cujacium Ictum incomparabilem *Obſ. Lib. XII. cap. ult.* & Elbertum Leoninum *Emendationum Lib. IV. Cap. XIII.*

Ut unuſquiſque. Ejuſmodi notis J. Cæſarem fuiſſe uſum legimus apud Suetonium *in Julio Cap. LVI. Dion. Lib. XL. & A. Gell. Lib. XVII. Noct. Attic. Cap. IX.* Et Auguſtum ita ſcripſiſſe, idem teſtatur Sueton. *in vita Auguſti Cap. LXXXIIX.* Ubi in vulgatis libris male, *per notam*, pro, *per notas*, legitur. Annibal, teſte Livio *Decad. IV. lib.* 4., quum Ariſtonem Tyrium cum mandatis Carthaginem mitteret, ſecretis eum notis inſtruxit, per quas Carthaginienſes agnoſcerent ſua mandata eſſe. De Zenone Herophileo ſuiſque notis, adi Galenum *Comment.* 2. *in lib.* 3. *Hippocr. Epid. Sect.* 4. Incertitudinem harum notarum docte probavit Dauſquius in notis ad hunc librum.

Sibi notas. Pro, *Notas*, Pign. Cod. legit: *Cognitaſque*, & ſequens *pro* deeſt.

Quæ in monumentis publicis. Vet. Cod. noſtri MS. fidem ſecuti, ſuperflua rejecimus, quæ hæc erant: *Quæ in monumentis plurimis & hiſtoriarum libris,*

bris, ſacriſque publicis reperiuntur. Reliqua quæ ſequuntur in Pignor. MS. deſiderantur, uſque ad lit. A.

A. *aut.* vel *ager.* Vet. MS. Cod. elementum hoc cum apoſtropho notat hoc modo: A'. A. *Aulus*: Notæ Juris legunt A. A. *Aulus Agerius.* Is eſt cujus mentio fit in Aquilians ſtipulatione. §. 2. *Inſt. Quib. mod. tol. obl. L.* 41. §. 2. *D. de uſur.*

A. A. A. F. F. *MS.* Codex has litterarum notas paulo aliter declarat, & quidem hoc modo: *Arte, argento, auro, flando, feriundo.* Et Muretus *de Origin. Juris pag.* 49 *Auro, ære, argento, flando, feriundo.* Apud Ciceronem *Epiſt. XIII. ad Trebatium Lib. VII.* eſt: *Auro, argento, ære eſſent.* ad quam vide explanationem Pauli Manutii, & Petri Bembi eruditam epiſtolam à Manutio ſubſcriptam pag. 743. Apud Mariangelum Accurſium Notæ iſtæ ita explicantur: *Auri, argenti, æris, flati, fabricæ.*

A. A. S. L. M. Manuſcriptus liber, A. A. L. M. apud agrum locus monumenti. Pro quo Romanum exemplar: *locum monumenti.* Pign. C. A. A. V. S. L. M. quam ſuperioribus adjeci, & Aſteriſco notavi.

AB. V. C. Codex Manuſcriptus, A. V. C.

ACIN. in antiquis inſcriptionibus legitur: ACIM. *Actionem.* melius.

AC. Ita quidem expreſſis literis in MS. meo extat. Sed non dubito, quin legendum ſit, ut veſtigia corruptæ ſcripturæ indicant: ACT.

AD. AQS. Mendoſe Vet. Cod. Legendum erit: QAS. Sic enim ſupra, A. per Diphthongun *æ* explanatur: A. A. A. *Ære argento, auro.*

ADI. P. *Adjutor Patriæ.* Melius quam apud Greſem. *Potentiæ.*

A. D. P. Corrupte legitur apud *Cic. lib.* 1. *Epiſt.* 1. *ad Atticum.* AD. Ut docte probavit Simeon Boſius ad illum locum. Cui adde quæ ad Ælium Lampridium notavit Cl. Salmaſius, Sol ille omnium bonarum litterarum, ſummumque Academiæ Leidenſis ornamentum, *pag.* 200. *n.* 44.

A. F. A. AR. *Ad fontem abaurium.* Ita eſt in MS. ſed male. Vide num legi poſſit: A. F. AR. *Ad fontem Abarim.* Cujus Virgilius & Ovidius meminerunt. *Vel ad fontem Aboriginum.* Sive A. F. CAR. *Ad fontem Caburam.* De quo Plinius, aut ſimili modo. Antonius Contius, Ictus non è multis ſcribit *lib.* 1. *Diſput. cap.* 13. ſe in Notis actionum apud *Probum* legiſſe: A. F. R. *Anne fias autor.* Quæ erat formula. qua prætor. in addicendo utebatur. Cui hæc non diſſimilis: A. N. T. D. Q. C. V. id eſt: *Anne tu dicis, qui contra vindicaverit.* Vide *Cap. XXIV.* Valerii noſtri. Q. I. I. T. C. P. A. F. A. Pertinent huc quoque ſequentes formulæ, quæ ab eodem Contio citantur. Q. N. H. E. H. P. E. V. A. id eſt: *Quando negas hunc ego hominem præſenti & vindicanti addico.* Vel ſic: Q. N. A. N. N. H. E. H. P. E. V. A. hoc eſt: *Quando neque ais neque negas* (ita enim apud Contium, cujus ſcriba bis peccavit, legendum, ut infra *Cap. XVI.* nos docet hæc formula: Q. NQ. A. NQ. N.) *hunc ego hominem præſenti & vindicanti addico.*

AG. Ago, *vel* agit. V. Cod. Editi lib. legunt *Ago* vel *agit*, id eſt, *agilis*, ut Anonymus, cujus notas Juridicas Lindenbrogius edidit, interpretatur.

A. I. A. *Judice.* Hæ notæ leguntur apud Ovid. *Lib. X. Metamorph.* ſed alio ſignificatu. Pignorius ex antiquo lapide, quem Corniolam vocant, probare conatur. I. A. apud Ovidium eſſe ſcribendum. Verum optimo viro non venit in mentem, quod lapis ſignatorius fuerit, cujus figura ex materia ſignata cognoſci, & cum Ovidio conferri debebat. Ita meum ſignum Ʒ. H. in tabulis expreſſum *eſt* H. E.

A. L. Æ. *Arbitrium litis.* V. meus Cod. *Arbitrium liti æſtimandæ.* De hoc arbitrio, litis nimirum æſtimandæ, in jure noſtro nihil reperio, accipio ego illud, pro æſtimatione ejus rei, quæ in judicium venit, ab arbitro facta. *Arbitrium* enim, teſte Feſto, ſententia eſt, quæ ab arbitro ſtatuitur: quód aliàs in litis æſtimatione à judice fieri ſolet vel magiſtratu. *L.* 7. *D. ad L. Juliam repet. L.* 15. §. *hoc* 7. *quod vi aut clam. L.* 47. *Hæc ſi rer. D. De rei vendicat.* Quibus adde *tot. tit. D. de in litem jurando.* *Arbiter* autem Judex ſpecialis eſt; quare etiam ab eo æque ut à Judice appellatur. *L.* 9. *D. Qui ſatisd. cog.* & *L.* 2. *à quib. appel. non lic. Litem æſtimare* quid ſit, pulchre docetur in Ciceronis *Orat. pro Cluentio. pag. edit. Froben. Hamburgenſis* 204. *b. n.* 20.

AM. N. *Amicus noſter.* Vide Salmaſium ad Treb. Pollion. *pag.* 3. 7. *D.*

A. MN. Infrà ab hac linea octava ita ſignantur: AN. M.

AM. P. *Amabilis Perſona*, Scaliger interpretatur: *Amator patriæ.* Eruditiſſimus & eximius Vir Thomas Reineſius *Lib. III.* Variarum lection. *Cap.* 16. exponit, & legit. A. M. P. *Alæ Macedoniæ primæ.*

AM. S. P. *Amicæ ſuæ poſuit.* Id eſt, concubinæ ſuæ. Hæ enim non juſtæ uxores, ſed amicæ vocabantur. Paulus in *L. Maſſurius* 144. *De V. S.* & *L. Titiæ amicæ meæ.* 35. *D. De auro, arg. mund.*

ANG. P. *Angelus percuſſit.* Hæ & id genus aliæ notæ, ut. EPS. *Epiſcopus* H. R. I. P. *Hic requieſcit in pace.* Satis indicant Valerium Probum aut fuiſſe Chriſtianum aut certè Chriſtianorum monumenta perluſtraſſe. Meminit ejus A. Gellius quater in noctib. ſuis Atticis, ex quo ſcriptore conjicio, quod paulo ante eum Valerius noſter vixerit, ſiquidem ille hujus familiares & diſcipulos noverit, ut ipſe teſtatur *Lib. I. cap.* 15. & *Lib. IX. cap* 9. Euſebius & Caſſiodorus in Chron. ajunt eum Neronis ævo vixiſſe, Anno Chriſti LIX. citatur ab eruditiſſimis aliis Grammaticis: Fl. Soſip. Chariſio, Diomede, Priſciano, Cledonio Senatore Rom., P. Conſentio, M. Aur. Caſſiodoro, & aliis.

A. P. R. C. *Anno poſt Romam conditam.* Pign. C. hoc modo: *A populo Romano conceſſo.*

AQ. E. I. *Aqua & igni.* Videtur heic aliquid deeſſe, quare non ſatis Probi noſtri mentem percipio, num is loquatur de minore ſive media capitis diminutione, quam is ſuſtinebat, cui *aqua & igni* interdicebatur. §. 2. Minor. Inſtit. de Capit. diminut. An verò ad veterum ritus nuptiales reſpexerit: apud quos maritus aqua & igni uxorem accipiebat [quod Romuli temporibus panis & aquæ ſymbolo fiebat] vide ſi lubet Scævolam in *L.* 66. *Seja*: §. 1. *D. de Donat. inter vir. & uxor.* M. Varronem in *Fragm.* & Plutarchum in *Quæſtionib.* ubi refert, virginem, cum duceretur, aquam & ignem attigiſſe, ut id quaſi generationis omen haberetur, quæ calore atque humore perficitur. De quo ritu etiam Varronis verba apud Nonium Marcellum accipio, quæ ità habent: *contrà à novo marito quum item è foco in titione ex felici arbore, & in aquali aqua allata eſſet.* Sic Cardienſes, quod tamen *ἐν παρόδῳ* dicam, igni accenſo perpetuòque urenti nuptias ſuas celebrabant: quæ tum diſſolvebantur, quando ignem extinguebant. Unde pro repudio Proverbium eis erat: *Aquam igni injicere.* Adde his quæ dixi Jacobi á Cruce Annotat. *cap.* 5. & Lactant. *cap.* 10. *de orig. erroris.*

A. S. *A ſuis.* Hoc loco emendo Papiæ Gloſſarium in lit. A. ubi quæ deſunt, ſic reſtitue: A. S. *A ſuis.*

A. S. TT. Veſtigia antiqui Codicis ſi ſequor, ità ſcriptum eſſe videtur, à ſup -- tect -- Num legi debeat, *à ſuperiore* vel *ſupremo tecto*, tu vide.

A. T. M. D. O. Hæc infrà capite XXIV. repetuntur

petuntur in naturali ſua ſede, ubi de iis dicemus.

ATR. S. *Auctor*, vel *auctoritas*. Nullus dubito, quin in deſcribendo heic à mente Valerii noſtri aberratum ſit. Notæ enim expoſitioni nullo modo, ut vides, reſpondent. Quare ſcribendum eſſe puto: ATRS. *Auctoritas*, vel legendum ATR. S. *Auctor ſecundus*, i. e. *fidejuſſor*. Nam primus auctor eſt ipſe venditor; qui emptori auctoritatis nomine tenetur. *L. 4. D. de evictionib. & duplæ ſtipulat* Quam lectionem confirmare videntur, quæ infrà poſita AVC. *Auctoritas*, & AVT. PR. R. &c. fruſtrà enim idem bis poſuiſſet.

ATR. RR *Ad turrim Tropæam*. Fortè: A. TR. TRP. Sed nihil ſine conſenſu & auctoritate MS. muto. Quænam hæc turris fuerit neſcio: apud Ptolemæum quidem *Tropæam Auguſti* reperio, ſed illa Liguriæ oppidum eſt. *Pompeji Tropbæa*, locus maritimus Hiſpaniæ Tarraconenſis. Strabo.

AT. T. *Habet titulum*. Ex his videre eſt H. à veteribus non habitum eſſe pro litera, qui *unus*, *ircus*, *erus* pro *hunus*, *hircus*, *herus*, ſcripſerunt. Quâ de re vide eruditiſſimum librum Claudii Dauſquii de Orthographia. Sic apud Juſtinianum §. 3. *Inſtit. de Senatus Conſ. Tertul. onorata* legitur, prò *honorata*. male enim in editis hactenus fuit: *onerata*. Cic. Tuſcul. Q. 1. *Metellus ille honoratus quatuor filiis* Er Ulpian. in fragm. T. ult. §. ult. *Item liberis ingenuæ trium liberorum jure honoratæ eadem lex id jus dedit. Titulum habere* Icti dicunt, pro juſta & æquitati naturali conſentanea poſſeſſione. Vide *L.* 46 *pro ſoluto D. de Uſurpat. & uſucap.*

AUG. FLAM. *Auguſtalis flamen*. Ex Pign. MS.

AUG. S. *Auguſto ſacrum*. Ex Pign. MS.

AD CAPUT II.

BO. E. *Bonorum emptor*. Apud Imperatorem Juſtinianum in *Princip. Inſtit. De ſucceſſion. ſublat.* eſt: *Bonorum emptio.*

B. M. P. *Bene merenti*. V. meus liber: *Bene merentes poſuerunt*. Ex Pign. MS. adjeci. B. M. M. P. *Bene merenti maritus poſuit.*

B. NN. *Bonis nominibus*. M. Tullius de hiſce Notis lib. 1. de Divinat. ita: *Quum apud Romanos Imperator exercitum, cenſor populum luſtraret*, Bonis nominibus, *qui hoſtias ducerent, eligebantur. Quod idem in delectu Conſules obſervant, ut primus miles fiat* BONO NOMINE. Ità & Græcis ſolemnia erant verba, quæ boni ominis cauſa, præfari ſolebant. Unde Laërtius Ariſtotelem & Theophraſtum ſcribit ità Teſtamenta exorſos eſſe: ἔςαι μὲν εὖ. Phrynichus in Eclog. Diction. Atticar. *pag.* 90. εὐφημεῖν, bona verba dicere, prò εὐφημεῖν, atque Herodotus εὔφημα κεῖσθαι, bona verba dicta ſint. Huc etiam pertinent, quæ ſuprà B. A. & B. F. *Bonis auſpiciis*, vel *Bonis avibus*, & *Bonum factum*, citantur. Quæ veteres boni ominis cauſa, maximè verò in edictis præfari ſolebant. Id quod Tertullianus de Pudicitia. p. 715. verbo tangit: ô Edictum, inquir, cui adſcribi non poterit, BONUM FACTUM! & Plaut. *in Pœnul. Bonum factum, edicta ut ſervetis mea.* Exemplum ejuſmodi edicti vide apud Sueton. in *Jul. Cæſ. Cap* 80. & in *Vitellio Cap.* 14. Cui adde Turneb. *Adverſar. lib.* 3. *Cap.* 22. Et Pet. Pithœum 2. *Adverſ.* 2. Ubi monet *Bonum factum* quibuſdam legibus & edictis adjectum fuiſſe, quaſi pro præmio, ut pœna loco contrà in aliis *improbè factum*. Quæ formula non integris litteris, ſed per Notas ſcribebatur, teſte Iſidoro *lib.* 1. *Cap.* 22. Scribebatur inquit, per B. & F. *Bonum factum*. Vide hac de re alia, quæ Dan. Pareus Not. ad Muſæum v. 273.

B. R. *Bonorum rector*. Hunc Theophilus loco citato *Magiſtrum* vocat, quo cum facit Cicero, *Lib. VI. Epiſt.* 1. *ad Atticum*, & apud Quintilianum *Lib. VI. Cap.* 4. Ubi Pletorii matrem per ænigma dicit, dum viveret, ludum: poſtquam mortua ſit *Magiſtros* habuiſſe. Quos Icti *curatores bonorum* appellant. *l. ult. de curat. bon. dand. l. cujus 9. D. de curat. furios.* Vide Hotomani eruditiſſ. Comment. *in* §. 1. *Inſtit. De Succeſſionibus ſublatis.*

B. T. *Bonorum tutor*. pro *curator*. ut in *L.* 101. *Pater*. §. 2. *Conditionum. D. de Conditionib. & demonſtr. & cauſ.* Certæ enim rei, vel cauſæ tutor dari non poteſt, ut ait Imperator in §. *Certæ*. 4. *Inſtit. Qui teſtamento tutores dari poſſ.* Quæ tamen verba de jure intelligenda, non verò de juriſdictione, id eſt, non quidem ipſo jure & principaliter rei tutor datur, licet nonnunquam à magiſtratu in pupilli utilitatem id fiat: & hic vocatur *Bonorum tutor L.* 36. D. *De adminiſtrat & peric. tut.* L. 15. *De teſta m. tut.*

AD CAPUT III.

C. vel Q. *Cum* vel *quum*. Q. pro C. apud Antiquos frequentiſſimè legi, docet Scaliger ad Feſtum, & Dauſquius de Ortograph. lit. Q.

Ɔ. *Caia* vel *contra*. Editi libri omnes habent: Caia vel con. Rectius nos ſcribere docuit Vet. noſter Cod. *contra*. Quintilianus Lib. 1. Orato. cap. 7. *C. littera inverſa mulierem declarat.*

C A. *Cauſa*. V. Cod. addit: vel *cauſſat*: pro quo malim *cauſſatio*; πρόφασις. Uſus eſt hac voce Sextus Cæcilius Ictus in eruditiſſimo colloquio, quod ſibi fuit cum Favorino Philoſopho apud A. Gellium *Lib. XX. noct. Attic. cap.* 1. ubi ita: *Atque id fecerunt; ne cauſſatio iſta ægri corporis perpetuam vacationem daret fidem detrectantibus, juriſque actiones declinantibus.*

C. AM. *Cauſa amabilis*. quæ Ictis eſt *favorabilis*, cujus quatuor ſpecies referre ſolent, de *libertate*, *matrimonio*, *dote*, *teſtamento*. Cap. 26. duobus extra. De ſententia & re judic. infrà C. LDBL. vocatur *laudabilis.*

C. C. *Conſilium cœpit*. Heic velim notetur, quod omnia illa, quæ cruce, hoc modo, †, ſignavi, in Vet. meo MS. cod. Cap. XXV. ſub titulo *de Edictis perpetuis* extiterint. Quod ſemel monuiſſe ſufficiat.

C. C. *Cauſa cognita*. Formula communiſſima, & in Jure noſtro frequentiſſima. Ex multis legib. ſufficiat unam citare, quæ eſt l. 2. §. 8. *D. Si quis caut. in Jud. Siſt.*

C. C. *Calumniæ cauſa*. id eſt, ut notat Barnab. Briſſonius ex DD. Id quod fit per Calumniam.

C. E. C. *Coloni ejus Coloniæ*. Ex Pignor. MS. C.

CEN. A. *Cenſoris arbitratu*. Cenſorem inde dici, ait Varro de lingua Latina *Lib. IV. pag.* 22. *n.* 15. ad cujus arbitrium cenſeretur populus. In antiq. Inſcriptione apud Gualtherum 392. vetuſtiori ſcribendi modô legitur, CES. Id eſt *Cenſor*, uti COS. *Conſul.*

CENS. P. *Cenſor perpetuus*. Cenſuram quinquennem fuiſſe me docent Cicero, Livius & Plutarchus; & deinde Mam. Æmilium Dictatorem legem tuliſſe, ut cenſura annua & ſemeſtris eſſet: perpetuus hic cenſor qui fuerit, dicant doctiores.

Ɔ. L. *Conlibertus*. Ità eſt in Antiq. meo Codice, niſi quod Ɔ. illud converſum ſuperiore cauda clauſum videatur, hoc modo Ɔ.

CNTO. *Centenario*. Hujus vocis nulla mentio apud veteres. Significat autem centum libras auri.

ri. Vide Salmaſ. Comm. ad Hiſt. Auguſtæ Scriptores. *pag.* 418.

COM. OB. *Comitia Obdriaca.* Liber meus MS. legit: *Comitia orbidiata.* De Comitiis adumbratis & obſcuratis, ſive obumbratis, videat qui volet Cic. in Agraria ſecunda, & pro L. Muræna. *Obdriacæ* hæc Valerii quæ ſint, Oedipus dicat. Magno in notis ſuis Juridicis OB. exponit: *Obriziacum.* Pign. C. heic legit: *Comitia ob Ariacha.*

COM. R. P. *Comes rerum privatarum.* Erat gubernator privatæ ſubſtantiæ principis. Meminit ejus *L.* 3. *Si quando C. de bonis vacantib.* Cui adde *Lib. VI.* Variarum Caſſiodori *Cap.* 8. Et *Lib. VI.* [illegible] Valde autem dubito, Probum de ejuſmodi Comitibus loqui, unde ſuſpicor additamentum eſſe recentioris cujuſdam. Niſi malis auctorem noſtrum intelligere *Comites privatos*, quos proconſules ſibi ſumebant. vid. *L. Legato.* 12. D. *de vacat & excuſat. mun.* de quibus Cicero Lib. 1. Epiſt. 1. ad Quint. frat. *Atque inter hos*, inquit, *eos quos tibi comites, & adjutores negotiorum publicorum dedit ipſa reſpubl. duntaxat finibus his præſtabis, quos antè præſcripſi. Quos verò aut ex domeſticis convictoribus, aut ex neceſſariis apparitoribus tecum eſſe voluiſti, qui quaſi ex cohorte Prætoris appellari ſolent, horum non modo facta, ſed etiam dicta omnia præſtanda nobis ſunt* Ubi nota, quod in uno MSS. meorum Codicum legatur: *Quos verò aut ex domeſticiis conjunctionibus, aut ex neceſſariis apparitionibus.* Eodem modo quo Stephanus edidit. Legati Cæſaris ſuos quoque habebant comites, quorum mentio fit *in L.* 4. D. *de offic. Aſſeſ.* Comites autem hi erant cohors prætoria, medici, accenſi, aruſpices, præcones. Cic. 2. *Verr.* *L.* 16. D. *de offic. Præſid.*

COR. AURS. *Coronas aureas.* Intelligi poſſunt *triumphales*, *murales*, *caſtrenſes*, & *navales*, quæ, autore Gellio *Lib V. noct. Attic. Cap* 6. ex auro fiebant. Huc pertinent quæ de Coronis leguntur apud Plinium *Lib XV. Hiſtor. nat. Cap.* 4. *Lib XXI. Cap.* 3, & 4. *Item Lib. XXII. Cap.* 3. Quibus adde pulcherrimum Tertuliani Librum de Corona militis. Thucyd. *Lib. IV. pag.* 160. Demoſth. eruditiſſimam orationem περὶ στεφάνου, Athenæum, & alios

CORN. R. F. *Coronæ Regis filiæ.* Hoc quid ſit ignoro. Puellas in chorea ſerta geſſiſſe, quæ Homerus καλὰς στεφάνας vocat, notum eſt ex ejuſdem iliad. Σ.

C. P. *Civis publicus.* Si ſola ea publica ſunt, ut docet Ulpianus in *L. Bona* 15. D. *de V. Signiſ.* quæ Populi Romani ſunt, ſequetur *civem publicum*, nihil aliud eſſe, quam *Romanum.* Quem Cicero *Ingenuum*, alii *perfectum* appellant. Ariſtoteles è re ipſa cives alios facit aliqua ex parte, alios omnino cives.

CPRSS. *Cupreſſi.* Hujus arboris cur mentio fiat in hiſce inſcriptionibus Feſtus nos docet in voce *Cupreſſi*, ad quam vide quæ notavit Joſephus Scaliger.

C. R. C. P. *Cujus rei cauſa promittis.* Pign. C. legit: *promoti.*

C. S. *Conſulum ſententia.* Melius eſt in MS. Cod. CC. S. *COSS. Sententia.* C. enim geminatio plurativum numerum indicat, uti in COSS. Conſules, & hodie LL. Legibus. MSS. Manuſcriptis. *Conſules*, ait Quintilianus, *geminata SS. littera COSS. legimus*, Lib. 1. Orat. Inſt. c. 7. Vide infrà cap. 13. Ubi Probus noſter expreſſè id docet. NN. inquit, *noſtri*, in plurali. Notandum eſt ex eruditiſſimi Voſſii noſtri *Lib.* 2. *de Analog cap.* 23. quod in antiq. Inſcriptionibus ſuperlativi quoque hac litterarum geminatione exprimantur, ut: BB. *bene, bene*, id eſt, *optimè.* & FF. PP. FF. *fortiſſimi, piiſſimi, feliciſſimi.* Item LL. *Libentiſſime.* MM. *meritiſſimè.*

C. S. E. *Cum ſuis heredibus.* Sui pro noſtri dixit Paulus Ictus in *L. Novare.* 20. *de Novationib. & de legat.* Sui autem heredes ſunt, filius, filia, nepos neptiſve ex filio, & deinceps cæteri liberi, qui in poteſtate morientis modò fuerint. §. 2. *Inſtitut. de hered. qual. & different.* *Neceſſarii* vocantur ex Leg. XII. tabularum, ubi ita: *Inteſtatorum hereditates primò ſuorum heredum, velint nolintve ſunto.*

C. S L. *Comes ſacrarum largitionum.* De hoc, cujus in variis conſtitutionum ἐπιγραφαῖς mentio fit, vide quos ſupra citavi ad COM. R P.

C. S. P. E. *Cum ſua pecunia eſt.* Mihi videtur Valerium olim ſcripſiſſe: C. S. PE. *Cum ſua pecunia.* uti ſuprà, C. S. FL. *Cum ſuis filiis.* Verùm malui vetuſtiſſimi mei Codicis Scripturam retinere, licet ſuſpecta mihi ſit, quàm conjecturam ſequi.

C. V. M. P. *Contra votum memoriæ poſuerunt.* Ex Pign. MS.

CUR. *Curionum.* Trium Curionum, qui omnes Oratores, Solinus meminit. Aliàs curiones ii vocabantur, qui curioniis ſacris præerant, quorum tot, quot ſunt curiæ, id eſt, triginta à Dionyſio numerantur. Deinde à poſterioribus Romanis etiam *præcones* curiones vocati ſunt, ut ex Euſebio, Papiæ Gloſſar. & Spartiano notat Scaliger ad Feſtum in voc. *Curiales.*

C. X. IV. ARG. *Cubitos decem invenies argentum.* Cautè in his & ſimilibus Notis agendum eſt, ne cum viro docto & amico noſtro in errorem incidamus & legamus: *centum & quatuordecim argentei.* Sic à multis quotidie peccatur, qui vocum Notas à numerorum ſignis non diſtinguunt.

AD CAPUT IV.

D. *Dixit.* Per hanc notam apud Scriptores ſacros etiam *Diſcipulus* legitur.

DATHI. *Dathico.* Scribe: DAC. *Dacico* vel DAC. I. *Dacico Imperatori.* Quod cognomen trophæi locò uſurparunt Romanorum aliquot Imperatores. Ita enim infrà Cap. 7. GEM. *Germanico.* Roman. Exemplar addit. DAC. *Dacico.* Vide Anonymi Notas apud Lindenbrog.

D. A. S. *Divo Auguſto ſacrum.* Ex Pign. MS. C.

D. C. ND. L. *De cauſa nondum liquet.* Arbiter quando à Prætore, officio ſuo ut fungeretur, id eſt, ſententiam in ſe receptam diceret, cogebatur; jurabat: *Sibi de cauſa nondum liquere.* Ulpianus in *L.* 13. *Pomponius* §. *ult.* D. *de recept. qui arbit. receperunt.*

D. C. S. *De conſulum ſententia.* Quid ſi legeremus ut infrà Cap. XXIII. *De conſilii ſententia?* Quod mihi ferè perſuadet Imperator in §. *Eadem lege* 4. *Inſtit.* *Qui & ex quib. cauſ. manumit. non poſſ.* Ubi ex ſecundo capite Legis Æliæ Sentiæ minori viginti annis non aliter manumiſſio permittitur, quàm apud *Conſilium.* Quo dubio procul reſpexit (nihil tamen muto) Valerius. Ita etiam in inſcriptione apud Gruterum pag. 631. PERSICUS LIBERTUS dicitur MANUMISSUS AD CONSILIUM: ſic enim corrigendum & legendum eſt pro: AT CONSILIUM. Alia quoque *de Conſilii ſententia* decreta leguntur apud Scriptores. Vide Joſeph XIV. Antiq. Judaic. Cap. XVII. Ubi Julius Cæſar Imp. μετὰ συμβουλίου γνώμης ἐπέκρινε.

D. D. *Do, dico.* Corrupta hæc ſunt, nec locum heic habere poſſunt. Formula enim antiqua eſt judicum propria, quæ his notis ſcribebatur. D. D. A. *Do, dico, addico.* Id eſt: *Do judicium poſtulantibus. Dico ſententiam poſt litem conteſtatam.*

Addico

Addico rem victori. Quod poſtremum dicitur legis actio. Qua de re docte Oldendorpius. D. D. Valerius quoque interpretatur *Dotis dictionem.* Pulcrè & ἀρχαϊκῶς. Eo enim modo veteres Latini loquebantur, nimirum doti dicere, pro quo Tribonianus male ſcripſit in L. 31. §. 1. D. de Novat. *doti promittere.* Mutationis iſtius rationem Cujacius noſter reddit *Com. in Lib.* 3. *Paul. ad Edict. ad L* 7. D. *de Pact.*

D. D. E. *Dare damnas eſto.* Servius *in XII. Æn.* in Jure cum dicitur, damnas eſto, hoc eſt, damnatus es, ut des: hoc eſt, damno te, ut des. De formula hac legati damnationis vide interpretes ad §. 2. *Inſtit. de Legat.* Caium *Lib.* 2. *Inſt. t.* 5. Ulp. *in fragm. t.* 25. & Paul. *Lib. Sent* 3. qui ſubtiliter copioſeque de quatuor Legati ſpeciebus diſputant.

D. D. D. F. *De dono Dei fecerunt.* Ex Pign. MS.

D. D. L. M. *Dono dedit libero munere.* In MS. meo. D. D. L. MQ. *Dono dedit libens meritoque.* Eleganter.

DD. RELIG. *Divûm religio.* Ita Lucret. *Lib. VI.* Locus me admonet, ut indicem, apud Arnobium *Lib. VII. adverſus gentes*, pro: *neque ipſe Romulus, aut regionibus artifex in comminiſcendis Numa*; legendum eſſe: *Neque ipſe Romulus, aut religionibus* &c. quam lectionem nemo, qui hiſtoriam Romanam à limine ſaltem ſalutaverit, negabit.

DEC. *Decius.* J. Lipſius *Lib.* 1. *Electorum Cap. XIX.* eoſdem characteres exponit: *Decanus.* Mihi videtur rectius heic legi, DEC. *vel* D.

DESS. *Deſignatus.* Ex Pign. MS. Malim: *Deſignati.*

DETI. *Defuncti.* Rectius ex antiquis Lapidibus, Papiæ Gloſſario, & Magnone, ſcribitur: DEFI.

D. IVT. AVR. SND. *Deo invicto Aurelio ſecundo.* Accipio hæc de Aurelio Probo, quem ſecundum dixerunt, quia ante eum Claudius, ſecundum quosdam, ut ait Salmaſius in notis ad Flav. Vopiſcum, Aurelii nomen adſciverat. Ne dubito, quin milites, quibus cariſſimus, etiam hanc inſcriptionem ipſius laudum cumulo addiderint. Aliam huic non diſſimilem ſepulcro ejus marmori inciſam milites fecerunt, quæ his verbis extat apud Vopiſcum: HIC PROBUS IMPERATOR, ET VERE PROBUS SITUS EST, VICTOR OMNIUM GENTIUM BARBARARUM, VICTOR ETIAM TYRANNORUM.

D. L. *Do, Lego.* Erudite hunc locum Anonymus Lindenbrogii ex *L. ſi ita* 15. *D. de inſtructo vel Inſtrument. legat.* emendavit, comprobante V. noſtro Codice.

D. M. FL. R. LCS. *De munere filiæ regis locus.* Hoc plenius apud P. Diaconum in notis ſuis. D. MN. FL. R. LS. E. I. *De munere filiæ regis lucus eſt iſte.*

D. M. M, *Dis Manibus Meviorum.* V. meus MS. Lib. D. MM. *Dis Manibus.*

D. M. O. *Donum mitis operans.* P. Diaconus legit: *Donum mitius operans.* CL. Lindenbrogius in not. ad P. Diaconum emendat: *Donum, munus, opera.* Fundamentum hujus conjecturæ eſt in *L. ut Jurisjurandi* 7. §. 3. *L.* 37. *Qui. L.* 47. *Campanus. D. de operis Libert. L* 53. *ſæpe.* §. *cum verò. D. de Verb. Sign. L.* 37. *Julianus. D. de bonis libert. L. ult.* §. 1. *D. de Liberali cauſa.* Ita Quintil. in Declam. *Donum, munus, teſtamentum.* Sed nihil opus eſt externis teſtimoniis, ipſe noſter autor inf. Cap. 14. hæc eadem, licet vocibus tranſpoſitis, affirmat, in: O. D. M. *opera, donum, munus.* In L. 18. D. *de Offic. Præſid. eſt: Munus, donum caperet.* Cui adde *L.* 6. §. *ult. D. de Offi. Procons.*

D. M. MQ. TR. *Dis manibus matrique terræ.* Harum notarum exemplum eſt apud Valerium Maxim. *Lib.* 1. *Cap.* 7. *n.* 3.

D. M. S. *Dis manibus Sacrum.* P. Diaconus addit: *Dormiunt mortui ſecuri.* Papiæ Gloſſ. priorem lectionem retinet.

DNA. *Domina.* Uxor à marito appellatur *Domina.* In L. 41. Uxorem. D. *de Legat. tert.* Imperator Juſtinianus Conſilium ſumit à conjuge, & vocat eam *Reverendiſſimam à Deo datam.* Τὴν ἐκ τῦ Θεῦ δεδομένην ἡμῖν, inquit, εὐσεβεστάτην σύνοικον. Quod nomen Beatus Joannes, ſive alter ille, qui ab Hieronymo Presbyter nominatur, aliis quoque fœminis tribuit in epiſtola ſecunda: ὁ Πρεσβύτερος ἐκλεκτῇ κυρίᾳ. Et v. 5. καὶ νῦν ἐρωτῶ σε κυρία. Dionyſ. Lib. 2. Κυρία τῦ οἴκυ τὸν αὐλὸν τρέπυσα ἦν, ὥσπερ καὶ ὁ ἀνήρ.

D. N. M. E. *Dedicatiſſimus numini majeſtatique eorum.* Ex Pign. MS.

DOMIC. COS. XIII. LUD. SÆC. F. C. *Domicius Conſul. XIII. ludos ſæculares faciundos curavit.* Vet. meus Cod. DOMIC. COS. XIII. LUD. SAC. F. C. *Domicius Conſul. XIII. ludos ſacros faciundum curavit.* Ita quoque eſt in libro Mariangeli, niſi quod pro, *Domicius*, legat, *Domicianus.*

D. PP. *Deo perpetuo.* Malim: *Dis perpetuis.* propter Not. D. P.

D. P. S. *Diis piis ſacrum.* Ex Pign. MS.

D. P. S. D. L. D. P. Vide quæ ſequuntur: D. S. P.

D. S. B. H. SS. *De ſuis bonis* &c. Ex Pign. MS. hæ & duæ ſeqq.

D. S. P. *De ſuo poſuit.* Integris litteris hæc exſcripta video in lapide apud Joan. Huttichium in Collectaneis antiquitatum Moguntinarum, hoc modo:

PATRONUS. DE. SUO. POSUIT.

Vide num ex hoc lapide pro D. PS. D. L. D. P. legi poſſit: D. S. P. D. L. D. P. *De ſuo poſuit, Deo locum dedit publico.* Verum ſine MS. conſenſu nihil muto.

D. SPP. *De Sapientia.* Forte: D. SPT. *De Sapientia.*

D. V. S. *Divino voto ſuſcepto.* Ex Pign. MS.

AD CAPUT V.

ECC. *Etiam.* In MS. Cod. erat *Eciam.* Sed neutrum reſpondet Notæ.

EG. *Eger.* Ita cum ſimplici e ſcriptum reperio in omnibus libris etiam in Papiæ notis, & in Veteribus Gloſſis, ubi *Eger, egra, egrum.* Pignorii tamen MS. excepto, in quo legitur. EG. *Æger.* Forte AEG. *Æger.*

EPS. *Epiſcopus.* Vide quæ ſupra notavi ad Cap. 1. ANG. P.

E. S. S. P.Q. R. *Ex Sententia Senatus Populique Romani.* Hæc expreſſis verbis leguntur apud Livium Decad. IV. Lib. VI. ab initio, ubi conſul, præeunte Pontifice maximo, ita vovet: SI DUELLUM QUOD CUM ANTIOCHO REGE SUMI POPULUS JUSSIT, ID EX SENTENTIA SENATUS POPULIQUE ROMANI CONFECTUM ERIT.

ETS. L. *Et ſuis liberis.* Hæ & ſequentes duæ Notæ ex Pign. MS.

EX. E. Harum Notarum exemplum reperio in antiquiſſimo teſtamento Sempronii Tucidani apud Fabricium Lib. 1. Antiquit. quod ita habet: *Cæus Tucidanus, quod pupillam, cujus juſſu meo CV. GE. contra decretum Ampliſſ. Ord. UXO.* DUX. EX. ESTO.

ESTO. Apud Feſtum una voce legitur, *Exeſto.* Sic enim lictor in quibusdam ſacris elamitabat: *hoſtis*, *vinctus*, *mulier*, *virgo exeſto.* Scilicet intereſſe prohibebatur.

EX ORD. ARUS. *Ex ordine aruſpicari.* Ex Pign. MS. hæ & ſequentes Notæ. EX. V. S. T. *Aruſpicari* vox cum non ſit Latina, putem in ſcripto codice fuiſſe *aruſpicino*, vel *aruſpicum.* Probum ita ſcripſiſſe non dubito: facile enim *u* & *m* in *ari* transformari potuerunt.

AD CAPUT VI.

F. *Filius.* Extat hujus Notæ præclarum Exemplum apud Ciceronem *Ep. ult. ad T. P. Atticum L. V.* quod ignorata à librariis ſcribendi ratio per Notas fœda macula deturpavit; elegantiſſimus autem Boſius ex uno MS. Cod. quem *Decurtatum* vocat, reſtituit. Verba M. Tullii hæc ſunt: *Probo idem quod tu, Poſthumiæ F. ille quoniam Pontidiæ nugatur.*

Ⅎ. *pro V.* Vetus Cod. MS. hæc omnia ita in compendium traxit: *Ⅎ. pro V. & dicitur Digamma.* Sed melius editi libri: & *Digamma Æolicum appellatur.* Apud Quinctilianum enim, *Lib.* 1. *Orat. Inſt. Cap.* 7. de Orthographia, inverſum hoc *a.* Æolica littera, & à Priſciano *Lib.* 1. *Cap.* 4. de numero Literar. *Æolicum digamma* vocatur. Ita enim ex MS. Cod. Mediceo utrumque locum reſtituo, *a.* nimirum pro F. Quam ſcripturam etiam vetus Exemplum Joannis Parvi Pariſiis editum tenet, & antiquæ inſcriptiones comprobant. Adde Ælii Donati editionem 1. *Cap.* 2. *de littera.* In Greſemundi editione alia forma hæ Notæ apparent: *FF. pro F. & dicitur Digamma, & ponitur* pro V. *ut Serfius*, pro, *Servius*, & *Fulgus*, pro *Vulgus.*

F. C. *Fidei commiſſum.* Ita eſt in V. noſtro Codice MS. Ad marginem, neſcio à quo, ſcriptum eſt: *vel Fidei Commiſſarius.* Erudite Prætor enim, qui de fidei commiſſis jus dicebat, *Fidei-commiſſarius* dicebatur, § *Sciendum.* 1. *Inſtit. De fidei commiſſ. heredit.*

FD. AG. *Fundum agri.* Fundus Grammaticis eſt minus quiddam quam ager, qua ratione rectè dicitur *fundum agri.* Jureconſultis verò major eſt fundus agro. Ut videre eſt in *L. Fundi* 211. *L. Quæſtio.* 115. *L. locus* 60. D. *de verb. Signif.*

F. E. D. *Factum eſſe dicitur.* Hæ & ſuperiores Notæ F. C. M. Ex Pign. MS. & Mariangeli libro.

F. F. *Fieri fecit.* Confirmare hæ Notæ potuiſſent Joan. Scoppam in ſua opinione, qua Ictorum ff. interpretatur *fieri fecit*, id eſt, in ordinem brevitatemque digeſtam, id eſt, ordinatam reduxit *Lib.* 1. *Coll. Cap.* 9. Vide quæ de hac re dixi in Not. ad vitam T. P. Attici *Cap.* 5. *pag.* 45.

F. F. *Flando ferendo.* In MS. Cod. eſt *feriundo*, uti Anonymus Lindenbrogii emendavit: & ego ex eodem MS. ſupra, Cap. 1. A. A. A. F. F. legi. In ora autem antiqua, manu ſcriptum erat: *feriendo.*

FI. I. *Fidejuſſores.* Forte: F. II. Aut. ſcribe, *Fidejuſſor.*

F. L. *Favete linguis.* Res divinæ ab his vocibus apud Romanos exordium capiebant. *Rebus divinis*, ait Cic. Lib. 1. de Divinat. *quæ publicè fierent, Romanis, ut faverent linguis, imperabatur.* Quò reſpexiſſe mihi videtur Joſ. Scaliger, quando ad Feſtum notavit: quòd Præco in ſacris *faventiam fecerit.* Plura de hac antiqua formula vide apud L. Torrentium in Horat., Briſſonium, & Caſaubonum in Not. ad Charact. Theophraſti.

FLA. *Flabra.* Servius ad Virg. *L.* 2. *Georgic. flabra* nunquam dici ſingulariter, obſervat.

FLACC. *Flaccus.* Ex Pign. MS.

F. M. I. *Fati munus impleat.* V. MS. Codex ſuper ultimam litteram lineam ducit, hoc modo: F. M. Ī.

F. N. *Fides noſtra.* Malim ex MS. *Fide noſtra.* Formula enim eſt fidejuſſoria, qua fide juſſores ſtipulanti reſpondent. Veluti: *Quantam pecuniam credidero, fide veſtra eſſe jubetis?* Reſpondebatur: *fide noſtra.* L. Lucius 24. D. *de Fidejuſſorib.*

FN. AGR. *Fines agrorum.* Hinc agri menſores, *finitores* dicuntur, quod fines agrorum regunt, ſive limites eis conſtituunt. Plautus in Proœm. Pœnul.

Ejus nunc regiones, limites, confinia
Determinabo: ei rei finitor factu ſum ego.

F. P. *Forma publica.* Accipio illud de formulis ac ſolemnitatibus antiquis, quæ ſolemnium verborum erant conceptiones, quibus eadem in re Populus Romanus utebatur. Adde quæ ſuprà dixi ad C. P. *Civis publicus.* De his Ictorum formulis intelligo locum Quintiliani Lib. 5. cap. ult. *Juris conſultorum ſummus circa verborum proprietatem labor eſt.* Quas formulas, qui Judicio experiri volebant, niſi accuratè obſervabant, cauſa cadebant. *Nam ita jus civile habemus conſtitutum*, ait Cic. de Invent. 2. *ut cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit.* Vide eundem pro Comœdo. Sed cave, ne cum vulgo Juriſperitorum credas actionum formulas eſſe ſublatas. Quæ eatenus tantùm ſuccisæ ſunt, quatenus occupatione ſyllabarum inſidiantur, ut ſatis conſtat ex *L.* 15. *C. De Teſtam.* & 3. *C. Qui admitti ad bon. poſſeſſ. poſſ.*

F. R. *Finibus regundis.* Hinc *finium quæſtio* apud Ulpianum *L.* 8. D. *Finium regund.* quam Papinianus *finalem quæſtionem* appellat. *L. in finalib.* 11. D. *eod. tit.* Infrà K. F. *Cardo finalis.* Et hac ſignificatione vox *finalis* probum verbum eſt: barbarum verò, quando à barbaris hominibus pro *ultimo* ponitur, quos Juriſperitorum vulgus imitatur, quando legem aliquam ultimam citat *L. finalem.*

FR. C. L. *Fraudationis cauſa latura*, Legendum, & ſpero mecum ſenſuros doctiores: *Fraudationis cauſa latitat.* Uti eſt in *L. eo tempore.* 50. D. *de pecul.* & *L. Fulcinius* 7. §. 1. & §. 5. D. *Quib. ex cauſ. in poſſ. eat.*

FR. T℞ *Forum Tranſitorium.* Fori hujus præter alios meminit Eutropius *Lib. VII. Breviarii ſui.* Illud deineeps, Nervæ dictum, è Suetonio conſtat *Cap.* 5. *in Domitiano.* Vid. inf. I. FOR. T℞. *Cap.* 9. Val. Prob. & quæ ibi dixi.

F. S. V. SP. XX. IN. M̄M̄. LOBL. Recte ſcriptum eſt LOBL. Sic enim veteres O pingebant, pro AV. Qua de re vide Dauſquii Orthograph. in O, τὸ AV.

F. V. C. *Fraudiſoe cauſa.* Vide ſup. D. M. F. V. C.

FVNC. *Functus*, pro, *defunctus*, ſæpe in D. & Codice occurrit. Papinianus in *L. Filiusfam.* 14. D. *de Caſtrenſi peculio*, ait: *Filiusfamilias miles ſi captus apud hoſtes vita fungatur.* Et Vellejus Paterc. *Functi morte fatali.*

AD CAPUT VII.

GALL. *Gallicæ.* Ex Pign. MS.

GA. V. *Gravitas vera.* Ex hoc loco reſtituo, quæ deſunt in Gloſſar. Papiæ ſub. lit. G. ubi ita ſcribe: GA. V. *Gravitas vera*, vel *Gravitas veſtra.* Ita enim, *veſtra*, pro V. ſcribitur infra Cap. XX.

GL. C. *Gloria Conſulum.* Ita edidit. Greſem. Melius: *Gloria Conſulis.* vel Notæ ita mutandæ: GL. COSS.

H.

AD CAPUT VIII.

H. *SI.* Ƨ. h. *Loco G. antiqui ponebant.* Hæc licet in poſtremis editionibus legantur, ego tamen tanquam adulterina, Vet. mei MS. & antiquorum editorum librorum auctoritate fretus, rejicio. Neque figuræ iſtæ in Veneta Editione M. D. XXV. ita, ut nunc, exſculptæ ſunt, ſed eo modo, ut quælibet earum litterarum G. præ ſe ferat. Ita nimirum G. Ƨ. Sj. G. Unde patet, idiotam eas alieno loco incluſiſſe.

H. A. *Hoc age.* Ejusdem prope generis eſt, cujus illud ſupra: F. L. *favete linguis.* Et illud Virgilii Lib. V. Æn. *Ore favete omnes.* Inclamabatur autem à Præcone: Hoc age, quando Magiſtratus res divinas faciebat, vel auſpicia captabat. Profanas autem res dum aggrediebatur, hæc verba præmittebat: *Quod bonum, fauſtum, felix fortunatumque eſſet.* Cic. Lib. 1. de Divinat. Apud Plutarchum in Numa eſt ὄκ αγε, pro ὅπερ πράσσε. Exempla hujus ſolemnitatis ſunt apud Sueton. in Caligula. *Cap.* 58. Plutarch. *in Coriolano.* Plaut. Terent. Horat. Juvenal. Tertul. & alios.

H. COG. *Heredem Cognitorem.* Suſpicor, olim fuiſſe, *heredum Cognitorem*, qui heredum cauſam tuetur. Vide, quos citat ad hanc vocem Calvinus in Lexico Juridico.

H. B. M. P. *Heredes bene merenti poſuerunt.* Ex Pign. MS. cum ſeqq. H. C. E. Et, H. E. D.

H. D. M. *Hæc domus mortis*, id eſt, *Sepulcrum*, quod Imperator Conſtantius vocat: *Domum defunctorum* L. Qui 4. C. de Sepulch. violat. & in L. 4. Cod. Theodoſ. *ædificium manium.* Eod. tit.

HO. vel H. *Homo*, vel *Honeſtus.* Pign. Cod. & Greſem. liber legunt: HO. H. *vel* H. H. *Homo, honeſtus.* Id eſt, *homo nobilis.* Pro, *honeſto loco natus.*

H. P. vel H̄. *Hora peſſima.* Melius eſt in MS. Cod. H. P. vel H̄P̄. *Hora proxima*, vel, *Honeſta puella*, vel, *perſona.*

H. P. *Haſta poſita.* Haſta ponebatur, ubi venditiones ſub haſta fiebant. Emere enim ab haſta, idem eſt, quod hodiernum *emere in auctione.* Haſtas ex veteribus memoriis Cœl. Rhodiginus docet regii quoque faſtigii inſigne, diadematis loco fuiſſe, quas dixere Græci σκῆπτρα *Lib. XXI. Lect. antiq. Cap. XVI.* Ponere haſtas, quid ſit apud Livium docui ad Lib. V. Decad. IV.

H. S. *Hæc ſit.* V. meus Cod. legit: *Hæc ſi.*

H. S. E. *Hic ſitus eſt. Frequens Græcorum epitaphiis*, ἐν τάδε κεῖται. Unde in Evangelio: ὅπου ἔκειτο. *Ubi ſitus fuit.*

H. V. *Honeſtus vir*, vel, *honeſta vita.* Ita cum Romana Editione legit V. noſter MS. Cod. Conjunge cum his ſuperiora H. F. *Honeſta femina*, &, H. M. *Honeſta mulier.* Honeſtum autem dici etiam pro *pulcro*, ex Notis Salmaſii in Flavium Vopiſcum conſtat, & Terentiano illo *Act.* 3. *Scen.* 2. comprobatur, quod ita habet:

Quam liberali facie, quam ætate integra!
Ita me dii ament: honeſtus eſt.

AD CAPUT IX.

I. A. P. *Intra Provinciam.* Notæ hæ mihi Triboniani noſtri errorem in mentem revocant. Qui, cum apud Paulum in *L.* 7. D. *De capite minut.* ſcriptum eſſet: QUÆ. J. A. P. P. ſigla non ſatis intelligens, ita interpretatus eſt: *Quæ in jure alieno Perſonis poſitis deferuntur.* Quo nihil ineptius dici potuit, ut doctè monſtravit Cujacius in Notis ad tit. XII. Ulpian. pag. 168. cum ſignificent: *Quæ jure agnationis proximis potiſſimum deferuntur.* Melius & felicius, quam Hotomanus exponit. III. obſ. 9.

Tom. I.

I. C. E. V. *Juxta cauſam eſſe videtur.* Ita perſpicuis litteris ſcriptum invenio in V. noſtro MS. Cod. pro, *Secundum cauſam eſſe videtur.* Editi autem libri omnes habent: *juſta cauſa eſſe videtur.* pro, *legitima cauſa*, id eſt, Legum autoritate comprobata. Utrumque probe dictum.

ID. D. *Judicium dabo.* Eſt formula ex Edicto prætorio, cujus Exemplum vide in *L.* 1. *D. Naut. Caupon. Stab.* & paſſim in Digeſtis. Prætoris autem Cognitio quando poſtulabatur, ut in verba litis jus componeret, judicium ordinabat, id quod fiebat, vel judicem dando, vel cognitionem ſibi vindicando. Ut videre eſt ex *tot. T. D. de Judiciis.* Atque ſic olim Judicium dabatur. Inſ. Cap. XXIV. è re ipſa additur, vel *Juriſdictio.* Quod nimirum judicium dandi, ſive jus dicendi verbum nunquam ad criminales cauſas, ſaltem non ad eas, pro quibus pœna aliqua corpore ſubeunda eſſet, accommodatum ſit: ſed ad civiles tantum controverſias, & delicta privata, omninoque ad ea tantum, pro quibus non alia, quam pecuniaria pœna imponeretur, quod Jurisdictionis erat. Qua de re doctè Muret. *in Comm. de Jurisdict.*

I. F. *Judicatum facere.* Vide *L.* 6. D. *de Feriis.* & Calvini Lexicon Juridic.

I. F. L. P. XX. ET. D. II. &c. & ſequ. I. F. P. LX. Ex Pign. MS.

I. FOR. TR. *In foro tranſitorio.* Meminit hujus fori Servius in notis ad illud Virgilii. VII. Æneid: v. 607.

Sunt geminæ belli portæ.

Et Gloſſarium Papiæ, ubi ita notatur. IN. F. T. In foro tranſitorio, *vel* Trajani. Vide quæ ſup. notavi ad FR. TR. *Cap.* 6.

I. FOR. VEN. *In foro Veneris.* Cur non, *in foro Venalium?* ut apud Auſonium in Epiſt. XXII. ad Paullinum. *Mercatur quoquo foro venalium.* Pro quo melius eſt in MS. Cod. *Mercatur rem quoquo foro venalium* Alius MS. liber, quem habeo, legit: *Mercatur hinc quovis foro venalium.* Sed prioris MS. lectionem reperio quoque in Tornæſii editione.

II. *Inivi.* Subaudi rem aliquid momenti habentem, *Conſilium, pacem, ſocietatem, bellum*, aut ſimile quid.

HS. vel LLS. *Seſtertius.* Vide eruditiſſimum commentarium, de Seſtertiis, Viri rerum hujuſmodi intelligentiſſimi Johannis Frederici Gronovii, amici mei plurimùm honorandi.

Ⱶ. De hac Nota adi Quintil. *L.* 1. *Cap.* 4. Ubi ita: *An rurſus aliæ redundent præter illam aſpirationis* Ⱶ: *quæ ſi neceſſaria eſt, etiam contrariam ſibi poſcit* ⊣· *& K, quæ & ipſa quorumdam nominum nota eſt; & Q, Cujus ſimilis effectus ſpecieſque.* Quem locum ex duobus antiquiſſimis MSS. Cod. ita emendo: *An rurſus aliæ redundent, præter illam aſpirationis notam* Ⱶ. *quæ ſi neceſſaria eſt, etiam contrariam ſibi poſcit* ⊣, *& Q. Quæ & ipſa quorumdam nominum nota eſt; & K, cujus &c.*

I. I. N. Q. *Injuſtis nuptiis quæſitus.* De hoc modo quærendi in Jure noſtro nihil reperitur. Quare tutius eſſe duco, ut ſcribatur I. N. Q. *Juſtis nuptiis quæſitus*, quemadmodum infra Cap. 23. legitur, I. N. Q. Q. *Juſtis nuptiis quæſitus, quæſita*, vel, *injuſtis nuptiis quæſitus.* Hoc enim V. Cod. MS. & Jus Civile poſtulant. Vide, ſi lubet, *Princ. tit. de patria poteſt.* & *tit. ſequ. Inſtit. de nuptiis.* In Pign. MS. corrupte quoque legitur, I. N. Q. *Injuſtis nuper quæſitum.* Forte, ut jamjam dixi: *Juſtis nuptiis quæſitus.*

II. LUS. *Duobus Luſtris.* Ex Pign. MS. Cod.

II. VIR. *Duumviri.* In antiquitatis exemplis repræſentantur

præſentantur Notæ iſtæ his litteris: II. VIR. J. D. *Duumvir juri dicundo.* Vide Wolf. Lazii *Lib. III. De rep. Rom. Cap.* 2. Pancirol. *Lib. De Magiſtrat. municip.* C. 8. *L.* 7. §. *Is qui.* D. *De decurionib. L.* 6. *De munerib. & honorib.*

I. L. A. *In loco abſenti.* In ora V. Cod. melius, neſcio à quo, ſcriptum eſt: *in loco abſentis.*

I. L. D. *In loco divino.* De locorum differentiis vide §§. 8. 9. 10. *Inſtit. De rer. divis.* & *L.* 1. *ac ſeq* D. *Eod. tit.*

I. L. F. *Juſſit Locum fieri.* Ex Pign. MS.

IN. AGR. P. XX. *In agro pedes viginti.* Mariangelus: IN. AG. P. X. *In agro ped. decem.*

IN. FR. P. XX. *In fronte pedes viginti.* De Inſcriptione hac, & ejuſdem Probi noſtri aliis, vide Cl. Salmaſium in *Exercit. Plinianis*, *p.* 1222. *litt.* C Mariangelus legit: IN. FR. P. VI. *In fronte pedes ſex.*

INV. AUG. *Invicto Auguſto.* Male, pro *invito*, apud Catullum in Argonaut. legitur, *invicto.* Totum verſum ita reſtituo:

> *Annuit* invito *Cœleſtum numine rector.*

Invitus enim bonus Jupiter nocet; ſed juſticia cogitur.

I. O. M. C. *Jovi optimo maximo Conſervatori.* Exemplum hujus Notæ extat apud Joh. Huttichium in Collect. antiquit. Moguntinar. Ubi ita:

I. O. M.
CONSERVATORI.

Plura ejuſdem generis vide apud Gruterum in Inſcriptionib. Roman. *pag. XVIII. & ſeq.*

I. P. *Intra provinciam.* Ex Pign. MS.

I. PC. *Jus præcepti.* Malim ſcribere: *Jus præceptum.* Id eſt. *Jus ſcriptum.* Ut Prattejus probat ex *Lomb. Lib.* 2. *tit.* 17.

I. P. S. *Jovi Paganico ſacrum.* Ex Pign. MS. Qui Paganaliis feriis ruſticorum præerat. Κωμητικός.

I. Q. *Jure Quiritum.* Vide ſis de hoc jure. §. 2. *Sed jus. Inſtit. de Jur. Nat. Gent. & Civ.* & quæ Icti ad illum locum notare ſolent. Quo tamen Notæ hæ, I. Q. reſpicere mihi non videntur, ſed potius fragmentum eſſe puto antiquæ formulæ, qua liberti jus aureorum annulorum ab Imperatore petebant. *L* 1. D. *de jure aur. ann.* Formulæ hujus Petitionis integræ his verbis leguntur apud *Plin. Lib. X. Epiſt.* 12. ROGO INDULGEAS JUS QUIRITUM, &c. QUOD A TE VOLENTIBUS PATRONIS PETO. Et Epiſt. 6. ROGO DES JUS QUIRITUM LIBERTIS, &c. QUOD A TE, PETENTE PATRONA, PETO. Neque tamen nego, partem eſſe vindicationis formulæ, quæ integra hæc eſt: H. R. E. I. Q. M. E A. *Hanc rem ex jure Quiritum meam eſſe ajo.* Teſtibus Cicerone *Verr. IV.* & Cajo *in Inſtitut.* apud Boëth. & *L.* 1. D. *De rei vind.*

I. S. *Jovi Sabazio:* An hic unus ſit è Varronis trecentis Jovibus, ſive Jupiteribus, ut Tertulianus Lib. 1. ad Nationes pag. 57. ſcribit; an verò legendum ſit: *Jovi Stratio*, qui tanquam Imperator exercitûs, vel militaris apud veteres colebatur, tibi, humane lector, judicandum relinquo. Memini me legere, *Baubum* appellari *Sabbatium* à Sabaſmis, Id eſt, tripudiis, & furioſis ſaltationibus.

I. SC. *In Senatus-conſulto.* Ita eſt in MS. Libro. Et Anonymus ad hunc locum rectè emendavit.

I. THTR. *In theatro.* Iſidorus *Lib. XV. Etymol. C.* 2. & *Lib. XIIX. C.* 42. Theatrum dicit, *in quo ſtantes omnes inſpiciunt.* Falſum id eſſe, nemo ignorat, qui à limine elegantiores Scriptores ſalutaverit, ex üſque didicerit, *ſedentem populum ludos ſpectare ſolitum.* Quare non dubito, quin apud Sueton. in *vita Julii Cap.* 39. pro: *ſeſſum in XIV. ſcena*, corrigendum ſit: *ſeſſum in XIV. ſcamno.*

I. XII. *In duodecies.* vel, *Jus duodecies.* Quid ſi ſcriberes: I. XII. T. *Jus duodecim tabularum?*

AD CAPUT X.

K. *Calendæ.* K. à veteribus ſæpiſſime loco C. ponitur, maximè verò in *Notis*, cujus rei exemplum legimus apud Ciceronem in *Lib.* 11. *Epiſt.* 3. *ad Atticum*, ubi ſcriptum eſt. *K. Attilio*, id eſt, *Cæſoni Attilio.* Et quem idem M. Tullius ſcribit *Kanum*, *Epiſt.* 31. *Lib. XIII ad Attic.* Cornelio Nepoti eſt *Canus.* Diverſitatis rationem reddit Boſius in *Comment. ad Epiſt.* citatam XXXI. In MS. autem noſtro Cod. K. plerumque à Probo explicatur per CH. Calumniatores olim, in fronte, littera K. eſſe notatos, ex L. Remnia, dicam in Notis & Emendationibus meis in 50. Libros Digeſt. ad tit. *de Calumniatorib.* Tu interea vide, quæ hac de re ad Moſaïcarum & Romanarum ll. collationem notavit Pithœus tit. IV. Adde Notas noſtras ad Anonymum ſcriptorem, de regum Daniæ genealogia, Cap. III. pag. 45.

K. D. *Capite diminutus.* In libris veteribus, & in Pandectis Florentinis legitur: *Deminutio.* In Notis Magnonis K. D. *Kapite deminutus.*

K. F. *Cardo finalis.* Plinio eſt limes per agrum currens, Livio autem, limes imperii Romani.

KK. *vel* KO. *Charus*, vel *Chariſſimus.* Mallem, KK, *vel* KR.

AD CAPUT XI.

L. *Lucius.* Urſinus ad *Lib.* 1. *Varronis Cap.* 12. obſervat, L. in margine veterum Codicum notam eſſe rei laudabilis.

L. *Limen*, vel *Lumen.* Confuſio nonnunquam fit harum vocum, quas ex MS. meo Cod. reliquis adjeci. Ita enim apud Ulpianum in *L.* 6. §. 5. De offic. præſid. *Lumen* ſcribitur pro, *limen*: & contra apud Propert. Lib. 1. ad Baſſum, *Limen* pro *Lumine.* Ita enim ope MS. Cod. lego:

> *Et te circum omnes alias irata puellas*
> *Differt, heu nullo lumine carus eris.*

L. *Annus.* Ita vetus meus Cod. ſed corruptiſſimè. Fallor, aut argutior mea emendatio: L. ANN. *Lucius Annius*, uti infra. L. AN. *Lucius Annius*, quod ex Greſem lib. addidimus. Item L. ÆL. *Lucius Ælius.* Et paſſim hoc Capite.

L. D. S. C. *Locum dedit ſepulturæ cauſa.* Ex Pign. MS.

L. IV. REP. *Lex Julia repetundarum.* Ita expreſſis verbis legitur in §. *Sunt præterea.* 11. *Inſtit. De publ. judic.*

LLS. Vide ſupr. Cap. IX. HS.

L. M. *vel* M V. *Lucius Muræna*, vel *Morena.* Si hariolari liceret, dicerem: Probum noſtrum ita ſcripſiſſe: L. MV. *vel* M. *Lucius Muræna*, vel *Morena*, ſive *Mærena.* Sic veteres dicebant: *Mœnio*, pro *Munio*: *Mæri*, pro *Muri.* Inde à *Punio*, *Pœna.*

L. M. T: I. F. *Locum monumenti teſtamento juſſit fieri.* Hæ & ſex aliæ Notæ ex Pign. MS. Infra, L. T. F. I. *Locum teſtamento fieri juſſit.*

L. S.

L. S. *Locus Sacer.* Perſius: *Pueri, ſacer eſt locus, extra Meijte.* In antiqua inſcriptione Anonymi, qui ſe Herodem tamen nominat, à Salmaſio edita, Græcè eſt: ΙΙΡΟΣ ΟΥΤΟΣ ΟΧΕΡΟΣ.

L. V. G. P. *Lucius vetus Galliæ Procurator.* Ita quidem edidit Greſemundus. Malim ego: *Lucius Verus Galliæ Procurator.*

L. VOC. *Lex Voconia.* Tulit hanc legem Qn. Voconius; vide §. *Poſtea* 3. *Inſtit. de Succeſſ. Libert.* Meminerunt hujus Legis Gellius *Lib. VII. Cap.* 13. & *Lib. XVII. Cap.* 5. *Noct. Attic.* Ipſe Juſtinianus in *Princip. Inſt. de Leg. Falcid.* Et Cic. *Lib.* I. *in Verrem*, item *Orat. pro C. Balbo. Lib.* 2. *de Fin.* & *in Cat. Major.*

LU. SÆC. *Ludi ſeculares.* In aliis Cod. LUD.

AD CAPUT XII.

M. *Martius*, vel *Marcus.* In veteri fragmento de Nominibus legitur: *Marcos à Martio menſe dictos, quia tum genitos.*

M'. *Me.* Paulus Manutius in Explanat. ad *Epiſt.* 14. *Lib.* 15. *ad Famil.* & *Epiſt.* 15. *Lib. IV.* Item: *Epiſt.* 4. *Lib. VIII. ad Atticum*, ſuſpicatur notam hanc M'. M. cum ſemilunula, ſignificare: *Manius*, prænomen veteribus uſitatum. Quod Andr. Schottus quoque ex MS. Cod. *ad Cap.* 33. notat Scriptoris de Viris illuſtribus.

MAG. *Magiſtratus*, vel *Magiſter.* Ita legit V. meus Cod. qui me multum confirmat, quod in Oratione Ciceronis in Piſonem, pro: *magnos ludos facere*, legendum ſit: *Magiſtros ludorum ludos facere juſſiſſet.* Non enim Cicero de *magnis ludis*, ſed de *Compitaliciis* loquitur. Facile indoctus ſcriba pro MAG. *magnos* legere potuit.

MC. *Mancipio.* Subaudi *dare, accipere, vendere*, aut ſimile quid.

M. C. V. *Manum conſertam vocavit.* Locus corruptus eſt. Verbum enim antiqui juris eſt: *Ex jure, manu conſertum vocare*, id eſt, ad conferendum. *Conſerere manum.* Varro ait *Lib. V. de Ling. Lat.* dicimur cum hoſte; *ſic ex jure, manu conſertum vocare.* Cui adde Cic. *Epiſt.* 13. *Lib. VII. ad Famil.* & *Epiſt.* 7. *Lib. XV. ad Attic.* & ad eam Manut. Reſtituo igitur hunc Probi locum ex ipſo Probo, inf. Cap. XXIV. & Ennii verſibus, qui leguntur apud A. Gellium *Lib. XX. Noct. Att. Cap.* 10. hoc modo: *Manum conſertum vocavit.* Ipſa autem Ennii verba, quod, quaſi præteriens, dicam, de Jorisprudentia, quam Sapientiam priſca ſua voce nominat, accipio, quidquid Cicero fingat. Et hac ratione populus Romanus Sempronium Ictum Σοφὸν appellavit. Autor eſt Pomponius in *L.* 2. §. 37. *Fint.* D. *de Orig. Jur.* Et Plutarcho in Themiſt. Jurisprudentia Σοφία dicitur. Qua de re in notis meis ad *L.* I. D. *de Juſtit. & Jure* plura.

M. E. M. *Municeps ejus municipii.* Vide *L. Municeps.* 23. D. *Ad municipal.*

MERK. D. *Merkedonius dies.* Veteribus ſcribitur *Merkedinus* & *Mercedonius dies*, qui noſtratibus eſt Zinſtag (ita enim rectius dicitur, quam vulgo Dinſtag) dictus à Dea Merkedona. Meminit ejus Joſ. Scaliger *Lib.* 11. *de Emendat. temp.*

M. F. L. *Monumentum fieri licebit.* Ex Pign. MS.

M. *vel* ⊙ INTER. *Morte inventus.* Melius ni fallor: *Mortis interventus*, vel *interventu.* Sic Cæſar Lib. 3. de bell. Gall. *Noctis interventu.* Marcellus Ictus in L. 2. de natal. reſtit. *Juris interventu.* Et ipſe Cicero 1. de nat. Deor. *malorum interventu.* ⊙ autem, Græcorum more, appoſuit, quà notâ illi in judiciis utebantur, mortique adjudicatum notabant. Quare a Martiale *Theta* appellatur *mortiferum*, & *lethalis juguli nota.* Latini ejus loco ſcribebant litteram C. Infra, Cap. XIII. ⊙, ait Valerius noſter, *mortem* ſignificat. In veteribus inſcriptionibus teſte Iſidoro, militis mortе diſpuncti index eſt, *Lib.* 1. *Orig. C.* 23. Adde Rufinum in B. Hieronym. & Priſcianum. Vide quoque Franc. Hotman *Comment. in Orat. Cic. pro P. Sex. Roſcio ad litteram illam p.* 830. *E. T.* 3. *Oper.*

M. M. D. *Matri magnæ Deæ.* Hæc Inſcriptio me confirmat in locu Liviano emendando, Dead. IV. Lib. 6. Ubi ex MS. Cod. pro, *Matri magnæ Ideæ* reſtitui, *Matri magnæ Deæ.* Pign. MS. Cod. legit. *Matri meritæ dat.*

MM L. *Monumenti locus.* Ecce notas, quæ hactenus in Papiæ Gloſſario deſideratæ ſunt. Ubi reſtitue MM. L. ſub litt. M.

MMT. P. *Monumentum petit*, vel *poſuit*, vel *ponit.*

MNF. *Municipii.* Ita quidem claris litteris extat in MS. Codice. Sed nemo non videt, mendum eſſe in Littera F. quæ mutari debet in P. ut ſit: MNP.

M. O. P. *Maritus obſequens poſuit.* Ex Pign. MS.

M. S. *Memoriæ ſacrum* Ex Pign. C.

M. S. S. *Marti Segomoni ſacrum.* Vide Inſcript. Grut. *p* 58. *n.* 5.

MTR. *Mater* vel *Matertera.* Notæ hæ facilè quemquam inducere potuerunt, ut pro *Matertera.* ſcriberetur *Mater*; cujus erroris exemplum habemus apud Feſtum in voce *Matertera.* Qui locus ex *L. ult. Pauli Icti.* D. *de Gradib.* ita emendandus: *Matertera Patris & Matris, mihi magna matertera eſt.* Verba Icti hæc ſunt: *Ea quæ patri meo, vel matri meæ matertera eſt, mihi magna matertera vocatur.*

AD CAPUT. XIII.

N. *Nocturnus.* Paulus Ictus in *L.* 1. *D. de offic. Præfecti vig.* ait: Triumviros olim incendiis arcendis præfuiſſe, & ab eo, quod excubias agerent, *nocturnos* dictos eſſe. Qui in provinciis vocabantur νυκτὲς στρατηγοί Uti eſt in *L. ult.* §. 12. *D. de munerib. & hon.* ubi Turnebus 9. *Adverſ.* 16. male emendat: *viarum ſtratarum.*

NAR. *Narbonenſis.* Ex Pign. MS.

N. C. N. P. *Non clam, nec precario.* Melius quam alii: *in prætorio.* Notæ hæ mancæ ſunt, & ex §. 4. *Inſtit. De interdict.* ſic reſtituendæ: N. V. N. C. N. P. *Nec vi, nec clam, nec precario.*

NEG. *Negotiator*, vel *negavit.* Formulam fuiſſe veteris legis, quà Pſeudo-Chriſtiani dimiſſi ſunt, nos docet B. Hieronymus in *Catalog. Scriptorum Eccleſiaſtic. in Vita Appollonii.* De quo dicit, quod rationem fidei ſuæ reddiderit, inſigneque volumen compoſuerit, & in ſenatu, recitaverit, nihilominus tamen ſententiâ ſenatus, pro CHRISTO, capite truncatus fuerit: *Veteri*, inquit, *apud eos obtinente lege, abſque negatione non dimitti Chriſtianos, qui ſemel ad eorum judicium pertracti eſſent.*

NER. TRA. *Nerva Trajanus.* Ex Pign. Cod.

N. H. *Notus homo.* V. meus Cod. legit: N. H. *Novus homo*, quam lectionem ſupra quoque in N. E. D, tenet: *Novus & dives.* Neutrum diſplicet.

N. L. *Non liquet.* Veteribus ampliandi ſignum erat. A, abſolvendi, & C, condemnandi. Ut ſup. ad Cap. XII. M. vel ⊙ notavi. Ita Aulus Gellius juravit. Lib. XIV. Noct. Attic. C. 2: *Nihil non liquere.*

N. LC. *Non licet.* Vide, quæ dicam infra ad Cap. XXIV. in Ⱡ. *licuit.*

N. NQ. N. *Numerat neque numero.* Forte: *Numerarius neque numerat.* Nam Iſidorus Lib. IX. Etymol. Cap. 3. dicit: *Numerarium vocari eum, qui publicum numerum ærariis infert.* De quo per jocum dicitur: *Numerarius eſt, neque tamen numerat.* Id eſt, munus ſuum non probe adminiſtrat, h. e. ærario numerum ſuum non infert. Quod infra idem noſter Probus, *numerare*, vocaſſe mihi videtur in N. Q. N. *Numerati, qui numerant.* Pro quo tamen malim, *Numerarii, qui numerant.* Vel, qui præſenti pecunia non ſolvunt. Hoc etiam Ictis *numerare* ſignificat.

N. Q. N. *Numerati qui numerant.* Scribe: *Numerarii qui numerant.* B. Auguſtinus *Lib. 2. de Lib. Arbit.* eorum celeritatem in numerando admiratur, quando ſcribit: *multos novi numerarios, aut numeratores, vel, ſi quo alio nomine vocandi ſunt, qui ſumme atque mirabiliter computant.* Vide quæ ſup. dixi ad N. NQ. N.

NUM. MER. *Numularius Mercurialis* Ex Pign. MS.

N. W. *Non vult.* Credam, eodem modo ſcribendum eſſe in Papiæ Gloſſario, ubi corrupte, NV. VI. *Non vul* pro N. VV. ſive, N. VVL.

AD CAPUT XIV.

O. A. Q. *Omnis ad quos.* Vetus meus MS. liber: O. A. Q. *omnia ad quos.*

O. AVG. *Optimo Auguſto.* Ex Pign. MS.

OB. C. S. *Ob cives ſervatos.* MS. Cod. legit: *ob civem ſervatum.* Nihil variavi; veterum tamen ſcripturam notam facere volui, quæ pulchre reſpondet iis, quæ de corona civica ſcribit A. Gellius Lib. V. Noct. Att. Cap. V. *Civica corona*, inquit, *appellatur, quam civis civi, à quo ſervatus eſt in prælio, teſtem vitæ, ſalutiſque perceptæ dat.*

O. CON. *Operas conduxit.* Poteſt etiam ſignificare: *ope, conſilio.* De qua actionis ſpecie ad furtivam cauſam pertinentis vide §. *Interdum.* 11. *Inſtit. de oblig. quæ ex delict. naſ. & Cic. de natur. Deor. Lib.* 3.

OC. CS. *Occiſo Cæſare.* Ea ipſa verba leguntur apud Corn. Nepotem, ſcriptorem elegantiſſimum, in Vita Attici, Cap. ut ego olim diſtinxi, X. quem locum ex antiq. MS. Thiballieri ita reſtituo: *Secutum eſt illud tempus, occiſo Cæſare.*

OM. vel, OMB. *Omnibus.* Hoc loco reſtituo Notas, quæ deſunt in Gloſſario Papiæ, ſub Lit. O. ubi ſcribe. OM. vel OMB. *Omnibus.*

OPP. *Oportere*, vel, *oppidum.* Ita eſt in MS. noſtro Cod. In editis vero libris O. P. P. ſed mendoſe.

O. R. *Ore. conſilio.* Nihil heic immutavi. Suſpectum tamen locum habeo. Ratio, ut ſcribatur, poſcere videtur: OR. E. C. *Ore, & conſilio.* Paulus Diaconus in notis Q. C. explicat: *Ore concilio*, vel, *Ora concilii.* Uterque tamen emendari poteſt ex §. 11. *Inſtit. De oblig. quæ ex delict. naſc.* Et quidem ille: OP. C. *Opere, conſilio.* Hic vero: O. C. *opere, conſilio.*

ORB. PAR. *Orbati parentes.* Subaudi, *filio*, vel, *filia*, aut lege: *orbati parente.*

OR. O. T. *Ornamenta omnia textus.* Quid ſi legeres: *Ornamenta omnia texta?*

AD CAPUT. XV.

P. *Poteſt*, vel, *Prætor.* Notæ hujus ignorantiam imperito impoſuiſſe librario apud Ciceronem, ubi, cum legere deberet, *Prætorem*, ſubſtituit, *populum*; obſervavit Hotoman. *I. Obſervat. Cap. VII. pag. 10. G.*

P. ÆG. *Præfectus Ægypti.* Heic manum tenere non potui, quin pro, *Egiſti*, uti eſt in MS. Cod. emendarem, *Ægypti.* Scribæ enim error manifeſtus eſt. Vide, ſi lubet, de hoc Præfecto, *tit. D. de officio Præfect. Auguſt.* & quæ ad eum notavit Gothofredus.

P. C. *Provinciæ Caput.* In L. 7. D. *de offic. Procons. Provinciæ caput* idem ſignificat, quod *Metropolis.* in L. 4. §. 5. eod. *Urbs matrix.*

PCL. *Priſcalis.* Locus corruptus eſt. Ego: P. CL. *Priſca claſſis*, ut in ſequentibus Notis, ſcribendum exiſtimo.

P. D. E. *Publice datus eſt.* Ex Pign. Cod. MS.

PIC. ORB. *Piceno orbicario.* Conjecturâ ductus emendo. PIC. URB. *Piceni Urbicaria.*

PIGMENTR. *Pigmentarius.* Bis hanc vocem legi, & quidem ſemel apud Ciceronem Epiſt. XVII. Lib. XV. ad Famil. & apud Scribonium Largum, medicum. *Pigmentarius* autem is dicitur, qui pigmenta vendit. Pro, *pigmentis*, corrupte hactenus in Hamartigenia Prudentii legitur: *figmentis.* Vulgata lectio hæc eſt:

Tædet ſacrilegas matrum percurrere curas,
Muneribus dotata Dei, quæ plaſmata fuco
Inficiunt, ut *figmentis* cutis illita perdat,
Quod fuerat; falſo non agnoſcenda colore.

Pro quibus ex conjectura ſic repono:

Inficiunt, ut *pigmentis* cutis illita perdat,
Quod fuit ex falſo non agnoſcenda colore.

PLRS. *Paleras.* Hoc mihi parum probatur. Quare ſcribendum puto: *Palaris*, quæ ſylva cujus meminit Celſus, in *L. item* 9. § *ult.* D. *de uſufruct. & quemadm. quis utat. fruatur.*

P. O. M. *Poſuit obſequenti marito.* Ex Pign. MS. Sic ſupra: M. O. P. *Maritus obſequens poſuit.*

P. P. *Pater patriæ*, vel, *Pater patratus.* Lacunam, quæ eſt in Gloſſario Papiæ ſub L. P. hoc loco expleo, & ſcribo P. P. *Pater patriæ*, vel *pater patratus.* De hoc ita Servius ad IX. Æneidos: *Cum volebant bellum indicere*, ſubaudi, Romani, *Pater patratus, hoc eſt, Princeps Fecialium proficiſcebatur ad hoſtium fines, & præfatus quædam ſolemnia, clarâ voce dicebat, ſe bellum indicere propter certas cauſas.*

PP. AUG. *Perpetuo Auguſto.* Miror Ictos nonnullos, Notas apud Juſtinianum Imperatorem in Procem. Inſtitut. §. 7. PP. A. interpretari *Patre patriæ*, aut *Patre populi.* Diſcant ex Valerio noſtro, & Magnone, quod PP. & P. P. differant.

P. P. B. M.. *Patronæ poſ. bene merenti.* Ex Pign. MS.

P. P. P. *Pro pietate poſuit.* Harum notarum explicatio plenis litteris extat in antiquiſſimo Epithaphio templi ſancto Victori ſacri, in agro Moguntino, & quidem his verbis:

RUFUS. JULIUS. PRO. PIETATE. POSUIT.

P. P. P. B. M. *Pietas plenus poſuit bene merenti.* Locus, ut arbitror, ex antiquo MS. noſtro Codice egregie reſtituitur: *Pietate plenus poſuit bene merenti.*

P.P.P.P.E.S.S.S.E. &c. Hæ Notæ olim Romæ, in arcu Sibyllæ cujuſdam mandato, ſculptæ legebantur. Beda in oper. V. fronte prima edit. Baſil. 1565. has notas interpretatus eſt. Quibus non diſſimiles leguntur in Epiſtolis S. Bonifacii pag. 74. Tom. 2. Auctar. Biblioth. pat.

R. R. R.

R. R. R. *Rex Romanorum ruit.*
P. P. P. *Pater patriæ profectus eſt.*
F. F. F. *Ferro, frigore, fame.*
M. M. M. *Monitum monumentum mortuus eſt.*
V. V. V. *Victor vitalis veniet.*
A. A. A. *Aurum à nobis auferet.*
P. P. R. *Pace populo Romano.* MS. meus liber legit: *Pace populi Romani.*

P. PRT. *Præfectus prætorii.* Icti ſcribunt: *Præfectus prætorio.* Vide tit. D. *de offic. Præf. Prætor.*

PRÆT. *Prætor.* Significare etiam poteſt: *præterire.* Qua voce Cenſores olim equitibus imperabant, quos probabant, equos traducere. Sin aliter, equum adimebant, vendique jubebant.

PR. *Proconſul.* Reperio hujus notæ exemplum apud Livium Dec. IV. Lib. 5. pag. edit. Baſil. Nicolai Epiſcopii, 224. Ubi *M. Fulvius PR.* eodem folio ſcribitur, *M. Fulvius Pro Cos.*

PRÆ. ÆR. *Prætor ærarius.* Ex Pign MS.

PR. P. F. PQ. C. *Proconſul publice fecit ponendumque curavit.* Huic Inſcriptioni fere ſimilis cernitur, in Collectaneis antiquitatum Moguntinarum Johan. Huttichii, hoc modo:

O. VOCONIUS. VIT. VLUS. LEG. XXII.
PR. P. F. PONENDUM. CURAVIT.

Ubi notandum, quod P. F. non ſemper ſignificet, *Publice fecit.* Sed nonnunquam, *pietate fecit*; quod Valerius Probus præteriit. Exemplum hujus lectionis ſuppeditat hæc apud eundem Huttichium inſcriptio:

FRATRES. ET CONTUBERNALES. OPT.
PIETATE FECERUNT.

PR. UR. *Prætor Urbanus.* Ita apud Sueton. *in vit. Auguſti, Cap XXXIII.* Contra Caſaubonum ad loc. Sueton ubi pro: *prætori delegavit Urbano*, cum aliis mavult: *PR. delegavit UR.* id eſt, *præfecto delegavit urbis.*

PR. PE. *Prætor peregrinus.* Ex Pign. MS. & Mariangel.

P. SIR. *Præfectus Siriæ.* pro, *Syriæ.* Ita ſcribebant veteres Romani vitantes Græcas litteras.

AD CAPUT XVI.

Q. B. ATQ. F. EV. *Quod bene atque feliciter eveniat.* Eædem hæ notæ explicantur quoque à M. Tullio in *Orat. pro L. Murena*, in ſolemni illa formula, qua Conſul Romanus precatus à Diis, more, inſtitutoque majorum, illo die, quo auſpicato comitiis centuriatis, conſulem renuntiavit. Verba ejus hæc ſunt: Ut ea res MAGISTRATUI, POPULO, PLEBIQUE ROMANÆ, BENE ATQUE FELICITER EVENIRET.

QC. *Quaſi.* Ita veteres ſcripſiſſe C. pro S. ex antiquis codicibus MSS. didici. In quibus ſæpius: *ſuccepit*, pro, *ſuſcepit.* Et *ſuccitare*, pro, *ſuſcitare.* Ita apud Quintil. *Lib. XII. Cap.* 10. legitur, *ſervus*, & *cervus.* Et in Gloſſario Latino-Græco contra, *Biſeps*, pro, *biceps.* Vox *quaſi* me admonet, ut indicem, in L. 7. D. *de Senatoribus* pro, *& quaſi filius*, *& quaſi nepos*, ex MS. Cod. legendum eſſe; *aut filius*, *aut nepos.* Quam emendationem confirmat quoque *L. 5. Eod. tit.*

Q°. M̊. POSS. *Quomodo poſſint.* Forte Probus olim ſcripſit, Q°. M̊. POSS. Q°. M̊. VEL. *Quoquo modo poſſint: quoquo modo velint.* Quæ vetus conſtitutionum formula, qua militibus, quoquo modo poſſint teſtamenta facere, concedebatur. Cujus formulæ veſtigia quædam ſuperſunt apud Juſtin. *in pr. Inſtit. de militar. teſtam.* & *L. 1. D. Eod. t.* Integra autem extat apud Paulum Ictum in *L. 40. Eod.* Cui adde *L. 3. L. 15. C. Eod. t.* & *L. 1. D. de bon. poſſ. ex teſtam. milit.*

Q. NQ. A. NQ. N. *Quando neque ais neque negas.* Integram hanc formulam dedit nobis Anton. Contius, quem ſupra laudavi in Not. ad *Cap. 1.* A. F. A. AR.

QR. EL. *Qurtius Elius.* pro, *Curtius Ælius*, ut olim. *Hirquus*, qui poſt, *hircus*, & *quoi*, antiquis, pro, *cui.* De quo Quintilianus *Lib. 1. Cap. 13. de Ortograph.*

QUÆS. DEST. *Quæſtor deſtinatus.* Ex Pign. MS.

QUIR. R. *Quirites Romani.* Juveoili inconſiderantia ad §. 2. *Inſt. de J. N. G. & Civ.* io Catholicis meis Juris Tribonianum accuſavi, ac ſi Romanos, à Quiritibus, alium feciſſet populum. Sed parum caute me locutum tunc eſſe, lubens agnoſco. § enim iſtius nulla alia eſt ſententia, quam, quod Romani à Quirino vocantur Quirites, & à Romulo Romani. Similibus a me commiſſis erroribus, à quibus me non fuiſſe liberum, potiſſimom ea ætate, ultro fateor, æquus lector ut ignoſcat, ſpatiumque cogitandi ad eos emendandos concedat, etiam atque etiam poſco, & poſtulo.

AD CAPUT XVII.

R. Pomponius Ictus hujus elementi inventorem facit Appium Claudium in *L. 2. §. 36* D. *de Orig. Jur.* Adde Feſtum in hac Lit. R. & Quintil. *Lib. 1. C. 6. de Litteris.*

RCC. *Recuperatores. Quia*, verba ſunt Theophili, *per eos unuſquiſque debitum recipiebat.* Quem vide *Tit. VI. Lib. 1.* § 4. Et Apuleium, quem ibidem citat, Carolus Annibal Fabrotus Vir Cl. & amicus meus ſingularis.

REC. PRO. *Rector Provinciæ.* Ex Pign. MS. Vide quæ notavi ad L. *Præſidis* 1. D. *De offic. præſidis.*

R. F. E. D. *Recte factum eſſe dicitur.* In Romana, Francofurtenſi, & Eliæ Putſchii editione eſt: *Retro factum eſſe dicitur.* Pro, *dicitur*, Romana tamen habet, *videtur.*

RG. F. *Regis filius.* Sæpe in hoc libello nomen *Regis* occurrit, melius puto, quam apud Florum (cujus libellum Lactantius L. An. Senecæ tribuit) *Lib. 1. Cap. 1.* Ubi, pro, *Fauſtulus regis Paſtor.* Ex MS. meo Cod. lego: *Fauſtulus gregis Paſtor.*

R. P. C. *Reipublicæ conſtitutio.* Sic in Vet. noſtro Cod. In editis libris eſt: *Reipublicæ conſtituto.* Pro quo Anonymos ad hunc locum ſcribendum eſſe putat: *Reip. conſtituendæ.* Quod mihi valde probatur ob locum in Vita Attici, Corn. Nepotis. Ubi vide, quæ notavi ad illa verba: *Triumvir Reipublicæ conſtituendæ.*

RTD. *Rotundum.* In MS. Cod. erat hoc modo: *Rotundum*, lineolâ nempe ſuprâ ducta; quare ſuſpicor, olim hîc ſcriptum fuiſſe: *Rotunda*, quæ ædes Veſtæ ſacra, cujus meminit Feſtus, & Paulus apud eundem: *Pantheon* hodie *Rotunda* dicitur.

RURR. *Rura* Ita ex Vet. meo Cod. MS. emendavi. In Romano eſt: RUR. *Rura.*

AD CAPUT XVIII.

S. *Salutem.* Hoc Boſii conjecturam confirmat in *Epiſt.* 14. *Miſeram. Lib. IX. ad Attic.* ubi, pro, *ſed quis ulli non dicat.* corrigit: *Sed qui S. ulli non dicat.* Ego ex ingenio olim corrigebam: *quid ſi*

ille non dicat. Verum Boſii emendatio perplacet.

SACR. *Sacrum.* Sacrum apud Ictos interdum pro templo accipitur. *Furari* enim *Sacrum de Sacro*, eſt, furari rem ſacram de templo; ut rectè interpretatur Valla.

SACRM. *Sacramen*, vel *Sacramentum.* Nonnulla in *entum* abjiciunt *tum*, ut heic *ſacramen.* Apud M. Manilium. *Fundamen.* Apud Ovidium in Faſt. *Fulcimen.* Apud Catonem & Varronem de re Ruſtic. Columellam. Gratium Poëtam, *edit Aldinæ, pag.* 7. Virgil. & Perſium, *Unguen.* Significant autem medium, per quod *res* vel *ſacratur; fulcitur, fundatur*, vel denique *ungitur.* Item, *ſtabilimen* apud Plaut. *in Curcul.* & Ciceron. *de nat. Deor.* pro eo, quo quid *Stabilitur*, & *Regimen* apud Feſtum, & Ennium, pro quo in *L. unic.* D. *de offic. Præſ. Præt. regimentum.* Item *gravamen*, *§. pen. Inſtit. de hered. qual. & diff.* De quo ita in Lexico Latino-Barbaro Fr. de Sacra Quercu: *Gravamentum, Gloſſ. idem quod Gravamen. Velamentum*, pro quo, *valementum*, Budæus, & Arnoldus Ferronius apud Cujac. Inſtit. de ſoc. *Levamentum.* Avellanus autem: *æquamentum.* Cap. 24. Reſtitutionum legit. Vid. *L.* 52. §. 2. D. *Pro ſocio.* Pro quo poſtremo Varro apud Nonium *æquamen*, & *æquimentum.* De variis Sacramenti generibus vide *L.* 2. D. *de Veteranis.* Et ad eam Gothofredum.

S. A. S. *Saturno Auguſto ſacrum.* Ex Pign. C.

S. C. *Senatusconſultum.* Notas has olim quoque ſignificaſſe: *Sententia conſtitutionis*, & ex earum ignorantia manaſſe errorem commiſſum in *L. Si te.* 2. §. *Quid ergo.* 24. D. *Ad SC. Tertyll.* docet nos Cujac. in *Not. Priorib. ad tit. Inſtit. Qui & ex quib. cauſ. manumitt. non poſſ.*

S. C. E. C. *Simul cum eo conditur.* Ex Pign. MS.

SC. L. *Sacri largitoris.* Supra dicit Cap. 3. C. S. L. *Comes ſacrarum largitium.* Suſpicor olim heic ſcriptum fuiſſe: S. L. C. *Sacrum Largitionum comes.* De quo videantur tituli Codd. Juſtiniani & Theodoſiani. De *Sacro largitore*, altum ubique ſilentium. Additur à Probo, vel *SCtum Largianum.* De quo vide Juſtinianum in §. *ult. Inſt. de Succeſſ. Libertor.*

S. D. SYL. *Sententiam dixit Sylla.* Ita infra SYL. Sylla cum Y. ſcribitur. MS. autem meus liber ubique legit SILLA. Joachimus Camerarius, vir olim doctiſſimus, diſputat in libello paucis noto qui inſcribitur: *Promiſcua Problemata Grammatica*; quodnam ἔτυμον, ſeu quænam ὀρθότης voci Sillæ competat. An *Sylla* ſit κατὰ συγκοπὴν *Sibylla*, an potius Latinæ originis nomen contractum, & *U* litterâ rectè ſcribatur quaſi *Suilla*, ab aliqua deformitate fortaſſe cognomento facto uni ex Corneliis. Græci conſtanter ſcribunt Σύλλα. Adi Dauſquii Orthograph. in voce Sylla. Et Auſon. Popmæ *Lib.* 1. *de uſu antiq. Locut. Cap.* 1.

S. E. S. O. *Sibi & ſuis omnibus.* Ex Pign. MS.

SEX. *Sextus*, vel *Sextius.* In MS. meo Cod. SLX. *Silexerius.*

S. G. *Sine genitalibus.* Ego accipio pro *Caſtrato*, qui in Gloſſario Iſidori, & Excerptis Pithœanis ex Veteribus gloſſis, male dicitur: *Hermaphroditus.* Ita enim legendum eſſe judico, pro: *Herma, proditus.* In antiquo Gloſſario meo MS. *Caſtrati* vocantur *ſemiviri*, novo ſignificatu. Hanc vocem apud Claudianum in Panegyr. in VI. Honor. Conſulat. MS. Cod. Mediceus pro, *ſemiferi*, reſtituit, ut ſit: *Quos neque ſemiviri Gortynia tecta juvenci*, &c. atque ita *ſemiviri juvenci* eſſent *caſtrati juvenci.* Verum hæc præter propoſitum. Supra, Cap. 1. dicit: A. T. A. *Adoleſcentuli teſticulos abſcidit.* In obſcenis carminibus ſive Priapeiis eſt:

Præcidere puer, moneo: futuere puella:
Barbatum furem tertia pœna manet.

Quos verſus, & multos alios ex antiquo MS. Cod. emendare, veteremque ac veram lectionem reponere poſſem, niſi argumentum me impediret: quod, ut dixi, obſcenum, & animâ in CHRISTO vivente indignum. Latinæ linguæ ut heic opem feram, ex vetere libro ſcribo: *Pædicere puer moneo: futuare Puella.* [Cætera alium malo quam me interpretari.] Hinc *pædicator* Græcis παιδεραστής, à παιδεραστεῖν. Licinius apud Suetonium in Julio *Cap.* 49. Nicomedem *Pædicatorem Cæſaris* appellat. In iiſdem Priapeiis tamen, *præcidere*, vox ſæpe occurrit, veluti in illo:

Oro (nam quis erit modus Quirites?)
Aut præcidite ſeminale membrum.

Ergo ex antiquiſſimo Codice reſtituo, & lego, *porro*, pro, *oro. Pædicare* legitur apud Catullum ad Aurelium, & ad eundem & Furium. Et iterum in Priapeiis.

S. I. R. *Sua impenſa recuperavit.* Ex Pign. C.

S. NQ. L. *Sociis nominique Latino.* Supra & Cap. XXIII. Vulgati libri legunt omnes. S. L. N. *Socii nominis Latini.* & Cap. XI. N. L. *Latini nominis.* Melius tamen eſt in MS. noſtro Cod. *Sociis nominique Latino.* Utramque lectionem licet ſervaverim, ex ſexcentis tamen unum dabo locum, qui veteris Cod. ſcripturam defendit: M. Acilius COS. edixit, *ut quos L. Quintius milites conſcripſiſſet, & quos* SOCIIS, NOMINIQUE LATINO *imperaſſet.* Liv. Decad. IV. Lib. VI.

S. N. S. Q. *Si negat Sacramentum quærito.* Melius, *Sacramento*, id eſt, *jurejurando.* Pign. Cod. Legit: *ſi negat ſoror, quærito.* Vid. inf. C. 24. S. N. S. Q.

SP. *Spurius.* Hæc vox teſte Plutarcho in Problem. nata eſt, à Romanis, qui ſoliti erant nomina primis tantum Litteris ſcribere, aut unâ. Ut Titum, uno T. Cneum, Cn. Sextum, Sex. Unde & vulgo conceptos ſcribebant per S. P. *ſine patre*, quos Græci dicunt ἀπάτορας. Modeſtinus autem in *L.* 23. *vulgo*, D. *de ſtatu homin.* putat, Spurios appellari παρὰ τὴν σποράν, ſive melius τῆς σπορᾶς. Et idem Plutarchus παρὰ σποράδην, ἢ παρὰ τοῦ σπείραι. Quem ſequitur Tribonianus in §. 12. *Inſt. de Nupt.* Qui §. mea quidem opinione, ex hoc loco recte emendatur: *vel S. P. quaſi ſine patre.* Quum vulgo ſit: *vel quaſi ſine patre.* Holoander, Charonda, & Cujacius locum mire variant.

S. Q. S. S. E. *Si quid ſacri ſancti eſt.* Lego ex antiquo Cod. MS. *Si quid ſacroſancti eſt.* Vid. Infra. Cap. XXIII.

S. S. *Somniorum ſomniator. Somniator*, ait Paſſeratius, *qui ſomniat: qui ſomniare ſolet abſurda*, Ubi hanc vocem legerit, non indicat. *Somniorum ſomniatorem* ego intelligo, *nugigerulum*, qui meras nugas loquitur. *Somnium* enim apud Terentium in Phorm. *nugas* ſignificat.

S. S. 6. *Samio Silvano ſacrum.* In edition. Francofurt. & aliis eſt: *Sanito Silvano.* Neutrum mihi probatur, nihil tamen variavi. Nec ſtatuere poſſum, quid illæ voces ſibi velint. Quare ex ingenio emendo: *Samio Silvano ſacrum.* Id eſt, *Marti Silvano ſacrum.* Martem Samium vocari puto, quod ex Junone, cui Samos, maris Icarii inſula dicata, quod in eâ nata fuerit & educata, & Jovi Martis patri nupta, natus fingitur. Anonymus ad hunc locum legit; *Sanco.* Cæterum, ut poſteriores cogitationes prioribus eſſe ſolent meliores, ita nunc ex antiqua inſcriptione, quæ extat apud Gruterum pag. LXIV. & ære eleganter

expreſſa

expreſſa in Libro de Donariis Viri Cl. Jacobi Philippi Tomaſini, fol. 156. corruptum locum reſtituo. S. S. S. *Sancto Silvano ſacrum.* Vetus ἐπιγραφὴ hæc eſt:

SACRUM. SANCTO. SILVANO. AUG. VOTO SUSC. EX. VIS.

Quæ emendatio tamen in ſequentibus notis. *S. SS. S. Sanio ſanctiſſimo ſacrum*, locum non habeat; ubi ex priori conjectura rectius, ut equidem puto, legatur: *Samio ſanctiſſimo ſacrum.* Id eſt: *Marsi ſanctiſſimo ſacrum.*

S. T. A. *Sine tutoris auctoritate.* Exemplum harum Notarum occurrit in *pr. Inſtit. De auctorit. tut.* Ubi ita: *Namque placuit, meliorem quidem conditionem licere ejus facere, etiam ſine tutoris auctoritate.*

S. T. R. ℞. *Stratores.* Mentio Stratorum fit in *L.* 4. §. 1. D. *De offic. Procons.* Et tit. C. *De Stratorib. L.* 1. D. *De cuſtod. reor.* Spartianus de Caracalla, ita: *cum illum in equum ſtrator ejus levaret.* Corrupte in Gloſſario vetere legitur *Abaſtratura*, pro, *Ab*, vel, *à ſtratura.* Ut ſit ἀπὸ τῆς ἀναβολικῆς, idem, quod ἀπὸ τῆς ςρατος. Quæ emendatio debetur P. Fabro V. Cl.

STLITIBUS JUD. *Litibus judicandis.* Ita eſt in Pign. Cod. Pomponius in *L.* 2. §. 29. D. *de Orig. Jur.* legit, *Litibus judicandis. Ubi diſces, Decemviros Litibus judicandis eſſe conſtitutos. Stlitibus* ſcribitur, ut veteres dicebant: *Stlocum*, *Stlatum*, *ſtlitarum.*

S. TS. *Statutum sempus.* Id eſt, *quinquennium.* Vid. L. 1. C. *Si quis ignor. rem minor. eſſe*, & ibi Gothofred. lit. Y.

S. VR. *Sine virtilibus.* Non dubito, quin Probus ſcripſerit: *ſine virilibus.* Ut eodem hoc Capite paulo ſuperius: S. T. *ſine teſticulis.*

SYL. *Sylla.* De Orthographia hujus vocis, vide, quæ ſupra notavi ad S. D. SYL. In Pignorii MS. prorſus deeſt.

AD ÇAPUT XIX.

T. B. *Tempus bonorum.* In MS. Cod. rectius eſſe videtur: *Tempus bonum.* Sic enim Cicero: *Atque utinam quietis temporibus, atque aliquo, ſi non bono, at ſaltem certo ſtatu Civitatis, hæc inter nos ſtudia exercere poſſemus.* Et, *optima tempora.* Et Valerius noſter infra TP. B. *Tempus bonum.* Quod opponitur TP. M. *Tempori malo.*

TI. *Tiberius.* Multos errores ex Notis Romanorum manaſſe in Jure noſtro ſæpe experimur; ubi inter cæteros notandum §. *ult. Inſtit. de vulg. Subſtit.* in dubio eſſe, utrum legendum ſit *Tiberius Cæſar*, an vero cum Theophilo, *Titus Antoninus Pius*, ut in tribus MSS. Pariſienſibus, & uno Viglii legitur, pro illa lectione facit *L.* 41. D. *de hered. Inſt.* Et hoc dubium inde, quod olim ſcriptum fuerit *T. Cæſar.*

T. I. C. L. I. *Tumulo iſto cinerem locari juſſit.* Pign. MS. Cod.

T. P. I. *Teſtamento poni juſſit.* Ita quoque ſagaciſſimus Lipſius interpretatus eſt has Notas, *Lib.* 1. *Elector*, *Cap. IX.* Quæ etiam in Pign. MS. Cod. extant.

TR. CAP. *Tribuni Capitales.* Ex Pign. Manuſcripto. Forte rectius ſcriberetur: *Triumviri Capitales*, quorum meminit Livius, & infra ita notantur: TRU. CAP.

TR. CEL. *Tribuni Celerum*, vel, *Celtiam.* De his vide, quæ doctiſſime, ut cætera omnia, obſervavit Cl. Salmaſius ad Æl. Lamprid. *pag.* 114. *n.* 13.

TRQ. *Torques.* Id eſt, ut idem hic noſter Probus interpretatur, *Circulus aureus.* Quare putem ex antiquiſſimo MS. Cod. Mediceo quocum contuli apud Curtium Lib. 3. pro: *illi aureos torques, illi veſtem auro diſtinctam habebant.* Legendum eſſe: *illi autem torques*, &c.

TRU. CAP. *Triumviri Capitales.* Recte in MS. noſtro additur: ſive *Treviri Capitales.* Triumviros enim Treviros quoque dici, Cicero *Epiſt XIII. Lib. VII.* Et Livius *Lib. XL.* locupletiſſimi teſtes ſunt.

TRU. MON. *Triumviri monetales.* Melius quam in Pign. Cod. TR. MON. *Tribuni monetalis.* De illis vide *L.* 2. §. *Deinde* D. *De Orig. Jur.* Ad hos Triumviros pecuniæ pertinet ſup. Inſcriptio Cap. 1. A. A. A. F. F. quam valde illuſtrat Petri Bembi nummus æreus perantiquus ita inſcriptus: C. PLOTIUS. III. VIR. A. A. A. F. F. Vide ſup. III. VIR.

AD CAPUT XX.

T. V. vel TIT. VS. *Titulo uſus.* Melius ita ſcriptum eſt, quam apud Putſchium legitur. T. U. vel TUT. VI.

V. A. M. D. H. S. *Vixit annos, menſes, dies, horas, ſcrupulos.* Ex Pign. MS.

V. B. A. *Viri boni arbitratu.* Vide *L. ult.* D. *de uſu fructuar. quemadmod. caveat.*

V. DICT. *Vir Dictatorius*, uti *Juvenis Dictatorius* apud Livium 1. Decad. Lib. VII. pro, *Dictatore patre natus.*

V. F. *Voluis*, vel, *voluerunt fieri.* Senatus conſulto alicui apud Frontinum *Lib.* 2. *de aquæ ductib.* hæc inſcripta ſunt. S. C. quod Q. Ælius Tubero, & Q. Fabius Maximus V. F. id eſt, voluerunt fieri. Nonnunquam ſignificant, *verba fecit*, hoc eſt, *retulit.* quod in MS. Cod. reperio. Etiam, *vivus fecit.* Conſtant. Land. in M. Caſſii. Cacurii tumulum. *pag.* 142. *& inf. V. S. L. F.*

V. H. II. V. *Vos habetis judices veſtros.* Ita Antoninus Auguſtus reſpondit advocatis fiſci *in L. proxime.* 3. D. *de his, quæ in teſtam. delentur.* Ad quem fere modum Claudius Imperator dixit, cum juvenem plenum probri, à patre tamen ſuo probatiſſimum creditum, ſine ignominia dimitteret: *habet*, inquiens, *cenſorem ſuum.* Sueton. in Claudio C. 16.

V. M. M. *Vis major*, vel *maxima.* Cajus, in L. *Si merces.* 25. §. 6. D. Locati, ait: *Vis major, quam Græci Θεοῦ βίαν, id eſt, vim divinam apellant.* In L. 2. *D. peric.* vocatur *vis magna.* Alibi, *fatale damnum.* Item, *vis tempeſtatis calamitoſæ.* Autores vide apud Gothofr. ad L. cit. 25. Si quis ſcribere per Notas vellet, *vis maxima*, pingere deberet: V. MM. Ut ſupra docui, Cap. 3.

V. P. *Vir perfectiſſimus.* Alciatus ex vetuſtiſſimis monumentis putat, Præſides Tarraconenſis Hiſpaniæ, ac Norici, fuiſſe perfectiſſimos tantum. Quæ tamen recto non ſtant talo, ut alibi docui.

U. R. *Urbs Roma.* Ex Pign. MS. ſignificare etiam poteſt: *uti rogas.* Ita enim populus Romanus à magiſtratu rogatus in tabella reſpondebat, vel A. hoc eſt, *Antiquo*, vel V. R. *uti rogas.* Quæ cauſa, quod viri docti in §. *Lex eſt* 4. *Inſtit. De Jur. nat. gent. & civ.* malint legere ex antiquis Codd. *rogante*, quam *interrogante.* Vide Arnoldum Vinnium Ictum eximium ad §. cit.

URBISAL. *Urbiſalia.* Anonymus ad hunc locum corrigit: *Urbe ſalva.* Eodem jure mihi ſcribere liceat: URBICAR. *Urbicaria*, ſcilicet *regio.*

V. S. L. F. *Vivens ſibi locum fecit*. Pign. MS. Lib. uti & illud: V. S. F. & ſeq.

V. S. L. M. *Vivens ſibi locum monumenti*. Joan. Pierius Antiquit. Bellunenſium *Serm.* 4. *pag.* 87. huic ſimilem inſcriptionem, unâ tamen litterâ tranſpoſitâ, producit, eamque integram legi in monte Pintio, & Romæ apud Matthæos, ſcribit. Et quidem hoc modo: V. L. S. M. *Voluto ſoluto libero munere*. Et aliud legimus, apud Huttichium, monumentum.

I. O. M.
CONSERVATORI. C. MEMMIUS.
MARTIALIS.
LEG. XI. V. S. L. M.

Salvagnius initio Silvarum huic nondiſſimilem habet ἐπιγραφὴν, diſſimili tamen interpretatione.

MATRIBUS AD CULTUS
VASSEDON. S. F. V. S. L. M.

M. A. C. *Vaſſedone faciendos voto ſoluto Liberum munere*. Adde Inſcript. Grut. *p.* 3. *& paſſim.*

V. S. P. *Vivi ſibi poſuerunt* Locus olim erat corruptiſſimus: *Vivi ſibi poſſiderunt*. Pro quo vetus meus Cod. elegantius, V. S. PP. *Vivi ſibi poſuerunt*. Quod Anonymi emendationem confirmat.

AD CAPUT XXI.

X. *Xinodon*. Ita ſcriptum eſt in Vet. noſtro Cod. Apud P. Diaconum vero, X°. *Xynodus*.

X. *Decem*. vel, *Exiſtimet*. Emenda ex P. Diacono, *Exiſtimatio*. aut lege, X. E. *Decies exiſtimet*.

X. DIBSS. *Decem diebus*. Forte X. DIEBS.

⚹. *Denarii*. Vide, quæ ad hunc locum, & de hac Nota obſervat Budæus *Lib.* 3. *de aſſe*, ab initio libri. Ubi tamen rectius pro *Denarii numeri*, leges, *Denarii nummi*. Quem errorem non Budæo, ſed typographo adſcribo. Elegantiſſimum hunc librum de aſſe multis in locis emendavi, libros, capita, & paginas Autorum, quos Budæus citat, indicavi, utiliſſimoque Scriptorum, quos emendat, indice auxi. Hoc monendum duxi, ut viri docti librariis ſuis id notum faciant, quos ejuſmodi à me poſcantur, & Budæi Libri de aſſe emendatiores prodeant.

✳. *Xidus*. Ita eſt in priſcis chartis; pro quo apud P. Diacon ☧. *Xidus*. In edit. Veneta Anni 1525. in recenti Lindenbrogii. ✳°. X. *Xiclus*. Erroris cauſa fuit χαντιμαθυῶν nota ☧ De qua, & nonnullis aliis vide Caſaubon. *in not. ad Diog. Laert. p.* 59. & Petrum Pithœum *Lib.* 2. *Advers. Subcis. Cap.* 3. Quem unà cum aliis citat And. Schottus in *not. ad Procli Chreſtomathiam*, *pag.* 14. In MS. noſtro ita pingitur, ☧.

ζ. *Zenobius*. Et hoc ex MS. noſtro Cod. Signa, ζ hiſce, & aliis apud Probum noſtrum non diſſimilia, eorumque diverſas ſignificationes, vide apud Iſidor. *Lib. I. Orig. Cap.* XX. Et in Notis, Tyronis ac Senecæ.

AD CAPUT XXIII.

ANSTR. *Anteſtor*. Anteſtari, verbum eſt vetus Leg. XII. tab. Et ſignificat unum ex iis, qui adſunt, prehenſâ auriculâ teſtem citare: & dicere, tu mihi in cauſa teſtis eris. Atque ita intelligi debent verſus Horatiani, lib. 1. Serm. 9. *magna exclamat voce: & licet anteſtari? ego vero oppono auriculam*. Lambinus putat verbum hoc componi ab *am*, id eſt, *circum*, & *teſtari*. Ego autem dico, *anteſtari* idem eſſe, quod teſtato convenire, hoc eſt, adhibitis arbitris & teſtibus, & teſtatione ſcriptis reducta. Quod autem veteres hanc ceremoniam & σύμβολον in anteſtationibus adhibuerint, factum eſt, ut rei geſtæ attenderent, & meminiſſent. Nam ut frons, genio, digiti, Minervæ, genua, Miſericordiæ; ſic auris Memoriæ conſecrata eſt. Plura vide infra, quæ notavi *ad Cap.* 24. L.

D. C. S. *De conſilii ſententia*. MS. Lib. *De concilii ſententia*. Vide quæ ſupra notavi ad Cap. IV. D. C. S.

E. H. L. N. R. *Eorum hac lege nihil rogatur*. Romæ excuſus liber legit, unà cum Veneto, & Mariangeli Accurſii: E. H. O. L. N. R. *Ejus hac omnibus lege nihilum rogatur*. Quæ in MS. meo Cod. quoque reperio cum alia tamen interpretatione; *Ejus hic omni lege nihil rogatur*.

L. I. D. A. C. *Lex Julia de adulteriis*. Ita eſt in §. 4. *Inſtit. De Pub. jud.* Et ſic inſcribitur Tit. V. Lib. XLVIII. Digeſtorum.

☧. *Perſcripſit*. Exceptionem puto fuiſſe, quod debitor per ſcriptum creditori ſatisfecerit. *Perſcribere* enim eſt creditori non præſenti pecuniâ numeratâ, ſed per ſcriptum ſatisfacere. Ut Donatus id exponit *in Phormion*. Et ex eo Paulus Manutius *Explanat. Epiſt.* 2 *Lib. XVI. ad Atticum.*

P. I. R. P. Q. I. S. I. F. P. R. E. A. D. P. Ita eſt in V. noſtro MS. Libro, ut edidimus. Romanus, pro, *populum*, legit; *populus*. Greſemundi exemplar Baſileæ 1546. editum, pro *ſcivit*, habet, *ſuſcepit*, quod quia omnium ineptiſſimum, in Notis hiſce noſtris raro citavimus.

P. R. *Poſſeſſori redditum*, vel, *peto*, *rogo*. Poſteriora duo verba initium ſunt eorum verborum fidei commiſſorum, quorum Juſtinianus meminit in §. *ult. Inſtit. De ſingul. reb. per Fid. R.*

Q. F. E. R. I. S. F. *Quod factum ejus rei in Senatu fuerit*. Melius, quam apud Mariangelum: *Quod factum eſt in Senatu fuerit.*

Q. D. E. R. F. P. D. E. R. V. I. C. Senatus-conſultorum hanc formulam vide apud Briſſonium, & eos, quos Grotius citat in *Flor. Sparſ. pag.* 78. Ex his, quinque litteræ leguntur apud Cælium *Epiſt.* 8. *ad Cic.* D. E. R. I. C. Et Juſtum Lipſium *Critic. Lib. pag.* 644. Cælii locum, qui viros doctos mire vexavit, ex antiquiſſimo MS. Codice majuſculis litteris Romanis exarato, ita reſtituo: *Quod Marcus Marcellus COS. CN. F. de provinciis Conſularibus DE Q. R. I. C.* id eſt, meâ quidem opinione: *Deque Republica Judices conſuluit*. Ex eodem Codice, brevi, divinâ favente gratiâ, plura dabo. Baptiſta Egnatius in Racemationibus ſuis *Cap.* 3. ſcribit, quod interpretes has Cælii notas, velut animum deſpondentes inenarratas reliquerint, quas ille ex hoc Probi loco reſtituere conatus eſt, quo ſucceſſu, tu judica.

Q. E. R. F. E. D. *Quod ejus rei factum eſſe dicetur*. Melius, quam in MS. Cod. *Quod ejus recte factum eſſe dicetur.*

S. N. L. *Socii nominis Latini*. Vide, quæ ſupra ad Cap. XVIII. S. NQ. L. dixi.

S. Q. D. ER. &c. Secuti heic ſumus Cl. Lindenbrogii, & Francofurtenſem editionem, quas cæteris præferimus, etiam Venetæ, ſi in iis pro, P. V. L. ſcribere liceat: P. V. F. *plebemve ferri*. Nam illud, *plebemve lati* valde mihi diſplicet. Manuſcripti mei Codicis lectio longe diverſa: S. Q. M. D. E. R. A. P. P. V. O. E. COS. PR. TR. PL. Q. N. S. Q. E. V. A. P. P. V. F. Si queis, *ita lego*, *pro*, *quis*, me de ea re apud populum, plebemve opus eſt:

eſt: Conſules, Prætores, Tribuni plebis, qui nunc ſunt, quod eis videbitur, ad populum plebemve ferant. *Quæ Romanus liber hoc modo refert:* Si quid meæ de ea re ad Populum plebum valeto opus eſt conſpreto. Tribuni plebis, qui nunc ſunt, quod ejus videbitur, ad populum plebemve ferant, quod ſi non tulerint eos prætores, Tribuni plebis qui deinceps erunt, quod eis videbitur ad populum plebemve ferant. Cujus notæ hæ ſunt: S. Q. M. D. E. R. A. P. P. V. O. E. CONSPR. TR. PL. Q. N. S. Q. E. V. A. P. PL. F. Q. S. N. T. E. PRR. TR. PL. Q. D. E. Q. E. V. A. P. PL. V. F. *Ex quibus* CONSPR. *Vetus noſter Cod. pulchre emendat* CONS. PR. Conſules, *pro corruptiſſimo illo*, conſpreto: Mariangeli Cod. ita: *ſi quid me de ea re ad populum plebemve lati opus conſules, prætores, Tribuni plebis, qui nunc ſunt, quod eis videbitur, ad populum plebemve ferant.*

S. Q. S. S. E. Q. I. N. S. R. E. H. L. N. R. *Si quid ſacroſancti eſt.* &c. Non abſimile illi apud Feſtum & Cic. *Si quid jus non fuit rogari, ejus ea lege nihilum rogatum.*

S. R. L. E. I. Q. O. R. E. *Siremps Lex* &c. Hanc lectionem debemus Juſto Lipſio, quem vide *Lib.* 1. *Antiq. Lect. Cap.* 1. *pag.* 97. Vetus meus Cod. S. R. L. R. I. C. Q. O. R. E. *Si rem lex ex juſſu cauſaque omnium rerum eſt.* Pro quibus Mariangeli Accurſii liber: S. R. L. E. I. C. Q. O. R. E. *Si rem Lex ex juſſu cauſaque omnium rerum eſto.*

V. D. P. R. L. P. *Unde de plano recte legi poſſit.* Pro ultima hac voce in MS. Cod. eſt, *poſſint.* Romana Jo. Bonardi editio legit: V. D. P. R. L. F. *Unde de plano recte legi fecit.*

VT. *Veto.* Solemne olim erat verbum, quo Tribuni in ſuis interceſſionibus (quas Cæſar Lib. 1. Comm. de bello civ. *extremum Jus* appellat) pro populo utebantur: Cujus exemplum legitur apud Livium *Lib. VI.* ubi ita: *Faxo, ne juvet vox iſta, veto: quia nunc concinentes collegas noſtros tam læti auditis.*

AD CAPUT XXIV.

A. F. R. Notas has nos debere Antonio Contio Icto, ſupra, ad *Cap.* 1. indicavimus.

A. L. Æ. Vide quæ ſupra dixi ad *Cap. I.*

A. T. M. D. O. *Ajo te mihi dare oportere.* Antiquæ hujus formulæ veſtigium extat in §. *Sic itaque* 14. *Inſt. de Actionib.* Ubi, *dare*, dicitur, pro *reddere*, ſive, *tradere.* Adde §. 1. *Quibus modis re contrah. oblig. Et L.* 53. §. *cum vero. D. de V. S. Quod enim dare facere oportet.*

C. B. *Cui bono.* Has notas C. B. ſupra Cap. 3. Probus interpretatur: *Cives boni*, vel, *commune bonum.* Heic autem formula ſunt, quâ olim in judiciis utebantur. Cujus autor L. Caſſius Prætor creditur: is ipſe, qui apud Valer. Maximum Scopulus reorum dicitur. Vide Ciceron. *Philipp.* 2. Aſcon. Pædian. *ad Oration. Cic. pro Milon.* & Briſſon. *Lib. VIII. Formul.*

COND. JUD. *Condemna Judex.* Condemnatoria olim erant verba Prætoris, Judici dato, ſive pedaneo dicta in actionibus; exceptis interdictis, in quibus nullus addicebatur Judex, ſed Magiſtratûs, aut prætoris cognitioni, & imperio relinquebantur.

E. I. M. C. V. Mendoſe in Roman. *Ex jure manu conſertus vocavit.* Vide, quæ ſupra notavi *ad Cap.* 12. M. C. V.

F. F. *Furtum fecit.* De hac formula, non nihil dubitavi, donec eam reperi apud Aulum Gellium *Lib. XVI. Noct. Attic. Cap.* 4 Ex quo colligo, accuſationem fuiſſe in furtis militaribus, & quidem ex his Jurisjurandi verbis: DECEM MILLIA PASSUUM PROPE FURTUM NON FACIES.

I. D. *Judicium dabo.* Vide quomodo ſup. *Cap. IX.* hæc explanavi.

Ⱡ. *Licuit.* In actionibus quid verbum, *licuit*, ſibi voluerit, ſæpe mecum cogitavi, tandem in mentem venit, Exceptionem fuiſſe ejus, qui olim, more antiquo Romano, cujus ſupra, *Cap. XXIII.* memini, anteſtabatur, id eſt, prinſquam injectâ manu adverſarium ad prætorem trahebat, teſtem capiebat, cujus auriculam tenens, ſic interrogabat: *Licetne anteſtari?* Cui is reſpondebat: *Licet.* Vide Acron. & Porphyr. *in Sat.* 9. *Lib.* 1. *Serm. Horat.* Quæ expoſitio ſi tibi non placet, tenta mecum, numne hæc Nota Ⱡ. ex I. & L. compoſita ſit, Probuſque olim ſcripſerit: *Ilicet*, quæ formula erat dimittendi Judicii, de qua Donatus *in Phormion.* ita ait: *Sic Judices de Conſilio dimittebantur, ſuprema dicta cum Præco pronunciaſſet:* ACTUM EST, ILICET. Id eſt, *ire licet.* Addendum his eſſe puto, Juriſconſultos olim, cum hac præfatione, ſui conſulendi poteſtatem feciſſe: *Licet conſulere? Licet.* Quâ de re plura vide in elegantiſſimo libello Fr. Hotomanni, qui inſcribitur *Juriſconſultus.*

N. K. C. *Non calumniæ cauſa.* Adi, ſi lubet *L.* 1. *in Princip.* Item §. 3. & 4. D. *Ad Senatus Conſult. Turpillian.* & ibidem Gothofredum.

P. I. A. V. P. V. D. *Prætorem, judicem, arbitrumve poſtulo, uti des.* Locus hic corruptus eſt in omnibus Codicibus. Receptam igitur ſcripturam retinui. Germanam tamen ejus lectionem eſſe arbitror: *Prætor, Judicem arbitrumve poſtulo, uti des.* Cognitio enim Prætoris ob has cauſas poſtulabatur, vel ut Judicem daret, vel receptum præſtari juberet. Ut docetur. *t.* D. *d. judiciis.* Et *t. de receptis, qui arbitrium receperunt, ut ſent. dicant.*

Q. A. N. Q. N. *Quando ais neque nego.* Melius, quam apud Mariangelum: *Quando ais neque negas.*

Q. I. I. T. C. P. A. F. A. *Quando in jure te conſpicio, poſtulo anne fias autor.* Ex Vet. noſtro Cod. hæc ita ſequuntur: Q. I. I. T. C. P. A. S. E. A. *Quando in jure te conſpicio, poſtulo ante ſi es autor.*

Q. N. T. S. Q. P. *Quando negas te Sacramento quinquagenario provoco.* Alii libri legunt, *quingenario.* Utramque lectionem defendit Pet. Pithœus *Lib.* 1. *Advers. Subceſ. Cap. XVIII.* Cui adde Scaliger. *ad Feſt. in voc. Conſponſor.*

R. C. V. H. R. *Rogatus curam ut haberet rerum.* Credo exceptionem fuiſſe Juris antiqui, ne tutores teſtamento minus recte dati ſubmoverentur, quibus Pater dixerat, ut eſt in *L.* 1. *D. de confirmand. tutor. vel curat.* PRECOR TE CURAM HABERE RERUM. Ubi Modeſtinus inter alias formas, quibus tutores inutiliter dantur, etiam hanc refert. Qui tamen tutores conſulari poteſtate confirmari poterant. Adde *L.* 3. *Qui à patre. Eod. t.*

S. S. C. E. S. D. T. V. *Secundum ſervitutis cauſam ejus ſervi dico tibi vindicias.* Vet. meus Codex, Mariangeli lib. Roman. & Venetum exemplar legunt. S. S. C. S. D. E. T. V. *Secundum ſuam cauſam, ſicuti dixi, ecce tibi vindicta.*

S. S. M. *Satisdatio ſecundum mancipium.* Veſtigia hujus notæ ſuperſunt apud Ulpianum in *L.* 4. *D. de evictionib.* ad quam vide Gothofred. & quem is citat. Cujac. 11. *obſerv.* 4. Quibus non abſque commodo tuo addes Boſii Animadverſ. in *Lib. V. Epiſt.* 1. & in eamdem P. Manutii Explanat. ad Attic.

TT. E. *Teſtes eſtote.* Conteſtari litem dicuntur duo, aut plures adverſarii: quod, ordinarô judiciô, utraque pars dicere ſolet, TESTES ESTOTE. Feſtus in verb. *conteſtari.*

TPR. I. A. &c. Vide quæ ſupra dixi hoc eod. Capite, ad P. I. A. V. P. V. D. Apud Ma-

riangelum ita eſt. T. I. A. V. P. V. D. *Tempore judicem arbitrumve poſtulat, ut des.*

T. R. T. H. *Tuas res tibi habete.* Divortii hæc formula legitur integra apud Gajum Ictum in *L.* 2. §. 1. *D. de Divort. & repud.* Cujus Martialis quoque meminit:

Menſe novo Jani veterem Proculeja maritum
Deſeris, atque jubes, res ſibi habere ſuas.

Extat quoque hæc formula apud Plaut. in *Amphit.* A. III. Sc. 2.

AD CAPUT XXV.

PDE. L. V. *Præde litis vindiciarum.* Hoc quid olim fuerit ita Aſc. Pædian. in 3. *Verrin.* interpretatur: Lis vindiciarum eſt, cum litigatur de ea re apud Prætorem, cujus incertum eſt, quis debeat eſſe poſſeſſor. Ideoque, qui eam tenet, ſatisdat pro præde litis vindiciarum adverſario ſuo, quo illi ſatisfaciat is, nihil ſe deterius in poſſeſſione facturum, de qua jurgium eſſet.

P. P. L. V. *Pro Præde litis vindiciarum.* Mariangelus: P. P. L. I. *Pro prædictæ litis judiciis.*

Q. E. R. E. T. P. I. &c. Haſce notas cum ſua interpretatione ex MS. Cod. Ferdinandi Guevaræ ita legit Joh. Rhodius: Q. E. R. E. T. P. I. R. D. T. Q. P. D. T. D. P. F. *Quæcumque ea res erit, tantæ pecuniæ judicium Recuperatorium dabo, teſtibuſque publice duntaxat decem denunciandi poteſtatem facio.* Eadem quoque habet Mariangelus Accurſius.

AD CAPUT XXVI.

Semiſ. Tribuiſſe veteres aſſem teſtamentarium in duodecim uncias, notius eſt, quam ut egeat probatione. Vide tamen, ſi lubet, quæ ea de re notavi ad vit. Attici in edit. Janſoniana, quam meam agnoſco. Cui adde Voluſium Mœcianum, & Budæum de aſſe, ſcriptores eruditiſſimos.

Dipondius. Ab Imperat. *Juſtinian. De concept DD.* vocatur Dupondius. De quo vide Cujac. *Obſ. Lib. XII. Cap. ult.* Pro, *numus eſt Libralis*, Hotman. *Lib. IV. antiq. Rom.* legit: *numus eſt bilibris.* Quod mihi valde probatur, quia in Gloſſ. Græco-Lat. διλιτρος explicatur, *Bilibris*, *Dupondius*, & propter Varronis locum: *Dupondius*, inquit, *à duobus ponderibus, quod unum pondus aſſipondium dicebatur.* Robertus Senalis Abrincatenſis Epiſcopus *p.* 66. *b. de Menſurar. ac Pond. ration.* dubitat, utrum *Dupondium*, *beſſem*, an vero, *binum aſſem*, rectius appellet.

AD CAPUT XXVII.

Litterarum numero præfixi erant verſiculi quidam in MS. meo Cod. qui hoc caput explicabant, ex quibus primum tantum legere potui, qui hic eſt:

Poſſidet A. numerum quingentos ordine juncto.

D. *Quingenta.* Veteres non D. ſed △ ſcripſiſſe probat Petrus Nannus *Miſcell. Lib. X. Cap.* 4. & Alciatus *Lib. Parergon Cap.* 10. *D.* aliquoties pro X. in Vet. Lib. reperitur. Idque inde, quod D. prima Denarii littera.

K. LI. *Quinquaginta unum.* Vet. Cod. MS. K. CLI. *Centum quinquaginta unum.*

O. XI. *Undecim.* MS. Lib. O. LX. *Sexaginta.*

AD CAPUT XXVIII.

Loca, quæ in hoc Capite ex vet. meo manuſcripto Codice emendavi, indicare nolui. Oportuiſſet enim quamlibet ferme vocem annotaſſe. Tu, ſi lubet, cum Romano exemplo hoc noſtrum confer, invenies caput prorſus novum, & tertia parte auctum. Exempla modi hujus numerandi pete ex *Lib.* 1. *Antiquit.* Georg. Fabricii, & Budæi *Lib.* 3. *de Aſſe*, *in initio Libri.*

CCCIƆƆƆ. *Centum millia.* In hiſce deſinit vetus & optimus meus Codex calamo exaratus, & puto recte. Apud veteres enim, ultra centum millia numerus nullus. Et ego heic finem notandi facio.

INDEX SCRIPTORUM,

QUI IN NOTIS

HENRICI ERNSTII

Citantur, illuſtrantur, emendantur.

Litteræ *a* primam, *b* alteram paginæ Columnam deſignant

Pag.
Acron. - - - - - 129. b.
Alciatus. 130. b. Notatur. - - 127.
Anonymus Salmaſii. - - - 123. a.
Ammianus Marcellinus. - - - 115. a.
Anonymus Scriptor Lindenbrogii. 116. a. 118. b. 119. a. 120. a. 122. a. 125. b.
Apulejus. - - - - 125. b.
Ariſtoteles. - - - - 118. a.
Arnobius emendatur. - - 119. a.
Aſconius Pædianus. - - 129. a. 130. a.
Athenæus. - - - - 118. a.
Auctarium Bibliothecæ Patrum. - 124. b.
Avellanus. - - - - 126. a.
Auguſtinus. - - - - 124. a.
Auſonius, emendatur. - - - 121. b.
Bartolus, notatur. - - - 115. a.
Beda. - - - - 124. b.
Bembus. - - - 116. a. 127. b.
Boëthius. - - - - 122. a.
S. Bonifacius. - - - - 124. b.
Boſius. - 116. a. 122. a. 126. a. 129. b.
Briſſonius. - 117. b. 120. a. 128. b. 129. a.
Budæus. 126. a. 130. a. Corrigitur. - 128. a.
Pag.
Cæcilius Ictus. - - - - 117. b.
Cælius, emendatur. - - - 128. b.
Cæſar. - - - - - 123. a.
Cajus Ictus. - 119. a. 122. a. 127. b. 130. a.
Calvinus. - - - 121. a. 121. b.
Camerarius. - - - - 126. a.
Caſaubonus. 120. a. 128. a. Notatur. 125. a.
Joh. *Caſelius.* - - - - 115. b.
Caſſiodorus. - - - 116. b. 118. a.
Cato. - - - - - 126. a.
Catullus. 126. Emendatur. - - 122. a.
Celſus Ictus. - - - - 124. b.
Chariſius. - - - - 116. b.
Charonda. - - - - 126. b.
Cicero. 116. a. 116. b. 117. a. 117. b. 118. a. 120. a. 120. b. 121. a. 122. b. 123. a. 123. b. 124. a. 124. b. 126. a. 127. a. 127. b. 129. a. Notantur 123. a. 123. b. Emendatur. 116. a. 118. a. 120. a. 123. a. 124. b. Explicatur. - - - - - - 117. b. 122. b.
Claudianus, emendatur. - - 126. a.
Cledonius. - - - - 116. b.
Codex Juſtinianeus. - 126. a. & *paſſim.*
Cod. MS. Thiballieri. - - - 124. a.

Codex

Pag.
Codex Theodoſianus. 121. a. 126. a.
Columella. 126. a.
Conſentius. 117. b.
Conſtantius Imp. 121. a.
Anton. *Contius* 117. a. 125. b. Emendatur. 116. a.
Anton. *Seripandus.* 115. a.
Cornelius Nepos. 122. b. 125. b. Emendatur. 127. a.
Corpus Juris Canon. 117. b.
Cujacius. 115. b. 119. a. 121. a. 126. b. 129. b.
Q. Curtius, emendatur. 127. b.
Cynus, notatur. 115. a.
D*Auſquius.* 115. b. 117. a. 117. b. 120. a.
Demoſthenes. 118 b.
P. *Diaconus.* 119. a. 119. b. 128. a. Emendatur. 124. a.
Digeſta 116. b. & *per totum libellum ſæpius.* Emendatur. 125. a.
Diomedes. 116. b.
Dionyſius. 118. b. 119. b.
Donatus. 120. a. 128. b. 129. b.
E*Gnatius*, notatur. 128 b.
Ennius. 123. a. 126. a.
Henr. *Ernſtius.* 120. a. 121. a. 122. b. 123. a. 124. a. 125. b. 139 b. Notatur. 125. b.
Alexander, *Eſtius.* 115. a.
Euſebius. 116. b. 118. b.
Eutropius, explanatur. 120. b.
F*Aber.* (Pet.) 127. a.
Fabrotus. 125. b.
Fabricius. 119 b.
Favorinus 147. b.
Ferronius. 126. a.
Feſtus. 116. a. 118. a. 120. a. 125. b. 129. b. Emendatur. 123. b.
Florus emendatur. 125. b.
Fragmentum de nominib. 122 b.
Fr. de Sacra quercu. 126. a.
Frontinus. 127. b.
G*Alenus.* 151. b.
Gellius. 115. b. 116. b. 117. b. 118. a. 123. a. 123. b. 124. a. Explanatur. 124. a.
Gloſſarium Ernſtii. 126.
Gloſſarium Græco-Latin. 125. a. Emendatur 127. a.
Gloſſarium Latinum MS. 126. a.
Gratius Vetus Poëta. 126. a.
Gronovius. 121. b.
Grotius. 128. b.
Gothofredus 115. b. 124. b. 126. a. 127. a.
Guters Inſcriptiones. 122. a. 123. b. 126. b. Emendantur. 118. b.
Gualtberus. 117. b.
H*Erodotus.* 117. a.
Hieronymus. 119. b.
Holoander. 126. b.
Homerus. 118. a.
Horatius. 121. a. Explicatur. 128. b.
Hotomanus. 115. b. 117. b. 123. b. 124. b. 129. b. Notatur. 121. b.
Hutichius. 119. b. 122. a. 125. a.
J*Acobus à Cruce.* 116. b.
Inſtitutiones Juris. 115. b. & *paſſim.* Emendantur. 117. a. 126. b. 127. a. 127. b.
Johannes Apoſtolus. 119. b.
Joſephus. 118. b.
Iſidorus. 117. a. 122. a. 123. b. 124. 128. a. Emendatur. 126. a. Refutatur. 122. b.
Juſtinianus Imp. 115. b. 117. a. 118. b. 119. b. 123. a. 125. b. & *paſſim.*
Juvenalis. 121. a.
L*Actantius.* 116. b. 125 b.
Laertius. 117. a.
Lambinus, notatur. 128. b.
Landus. 127. b.
Wolf. *Lazius.* 122. a.
Leges. XII. Tab. 118. b.
Leonimus. 115. b.
Libri [illegible] 118. a.
Licinius. 126. b.
Lindenbrogius. 115. b. 119. a.
Lipſius. 119. a. 127. a. 128. b. 129. a.
Livius. 115. b. 119. b. 121. a. 122. b. 125. a. 126. b. Explanatur. 127. b. Emendatur. 123. b.
Lucretius. 119. a.
M*Agno Ictus.* 118. a. 119. a. 122. b.
Manilius. 115. a. 126. b.
Paull. *Manutius.* 115. a. 116. a. 123. a. 128. b. 129. b.
Marcellus Ictus 123. a.
Marcangelus Accurſius. 116. a.
Martialis 123. b. 130. a.
Juſtin. *Martyr.* 114.
Merillius. 115. b.
Modeſtinus Ictus. 111. a. 126. b. 129. b.
Marcianus. 130. a.
Muretus. 116. a. 121. b.
N*Annus.* 130. b.
Nonius Marcellus. 126. a. Explicatur. 116. b.
Notæ Juris. 116. a.
Notæ Tyronis, & Senecæ. 128. a.
O*Ldendorpius.* 119. a.
Ovidius. 116. a. 126. a. Defenditur. 116. a.
P*Ancirola.* 122. a.
Paſſeratius. 126. b.
Papiæ Gloſſarium 118. a. 119. a. 119 b. 121. b. Emendatur. 116. b. 120. b. 123. b. 124. b. 124. a. 124. b.
Papinianus Ictus. 120. b.
Pareus. 117. a.
Joh. *Parvus.* 120. a.
Paullus Ictus. 116. b. 118. b. 119. a. 121. a. 123. b. 125. b.
Perſius. 123. a. 126. a.
Phrynichus. 117. a.
Pierius. 128. a.
Pignorius. 115. Notatur. 116. a.
Pithœus. 117. a. 122. b. 126. b. 128. a. 129. a.
Pithæi Gloſſarium emendatur. 126. a.
Plautus. 117. a. 120. b. 121. a. 126. a. 130. a.
Plinius. 116. a. 122. b. 118. a.
Plinius Junior. 122. a.
Plutarchus. 116. b. 121. a. 126. b.
Pomponius Ictus. 125. b. 127. a.
Popma. 126. a.
Porphyrius. 129 b.
Prateius. 122. a.
Priapeia, emendantur. *bis.* 126. b.
Priſcianus. 116. b. 120. a. 123. b.
Prudentius, emendatur. 124. b.
Propertius, emendatur. 122. b.
Ptolomæus. 117. a.
Putſchius. 125. b.
Q*Uinctilianus. bis* 117. b. 118. a. 119. a. 120. a. 121. b. 125. a. 125. b. Emendatur. 121. b. Explicatur. 120. b.
R*Eineſius.* (Thom.) 116. b.
Rhodius. (Joh.) 115. a. 130. a.
Rhodiginus. 121. a.
Robertellus. 115. b.
Robert. *Senalis.* 130. b.
Rufinus. 123. b.
S*Almaſius.* 116. a. 116. b. 118. a. 119. a. 121. a. 122. a. 127. a.
Salvagnius. 128. a.
Scævola Ictus. 116. b.
Schottus, 123. a. 128. a.
Scaliger. 116. b. 117. b. 118. a. 118. b. 120. a. 123. a. 129. b.
Scribonius Largus. 124. b.
Scoppa. 120. a.
Seneca. 125. b.
Anton. *Seripandus.* 115. a.
Servius. 119. a. 120. a. 121. b. 124. b.
Sextus Cæcilius. 117. b.
Solinus. 118. b.
Soſipater. 116. b.
Spartianus. 118. b. 127. a.
Strabo. 117. a.
Suetonius. 115. b. 120. b. 121. a. 125. a. 126. b. 127. b. Explicatur. 115. a. 117. a. Emendatur. 115. b. 122. b.
T*Erentius.* *bis* 121. a. 126. b.
Tertullianus. 117. a. 118. a. 121. a. 122. a.
Theodoſius. Imp. 126. a.
Theophilus Gr. interpres. 125. b. Explicatur. 117. b. Emendatur. 127. a.
Theophraſtus. 120. a.
Thucydides. 118. a.
Tomaſinus. 127. a.
Torrentius. 120. a.
Trebellius Pollio. 116. b.
Tribonianus. 126. b. Notatur. 119. a. 129. a.
Turnebus. 117. a. Notatur. 123. b.
V*Alerius Max.* 119. a. 129. a.
Valla. 126. a.
Varro. 116. b. 117. b. 122. a. 123. a. *bis.* 126. a.
Vellejus Paterc. 120. b.
Vinnius. 127. b.
Virgilius. 116. a. 126. a.
Ulpianus. 117. a. 118. a. 119. a. 120. b. 129. Emendatur. 122. b.
Voluſius. 130. a.
Vopiſcus. 119. a.
Voſſius. 118. a.
Urſinus. 122. b.

INDEX RERUM, ET VERBORUM,

QUÆ CONTINENTUR IN NOTIS

HENRICI ERNSTII.

Pag.

A. abſolvendi ſignum veteribus. - 123. b.
A. per Diphthongum æ explicatur. - 116. a.
Accuſatio, & Actio quomodo differant. 115. a.
Æſtimare litem. - - 116. b.
Amica, pro concubina. - - 116. b.
Aune fias autor, prætoris formula. - 116. a.
Actiones ſolemnes quomodo olim ſcribebantur. 115. b.
Anteſtari quid ſit. - - 128. a.
Aqua & ignis, in ritibus nuptialibus à Romanis olim adhibebantur. - - 116. b.
Aquam igni injicere apud Cardienſes Proverbium. 116. b.
Arbiter. - - - 116. b.
Arbitrium litis. - - 116. a.
Aruſpicari. - - - 120. a.
Autor ſecundus i. e. fidejuſſor. - 117. a.
BEne atque feliciter evenire. - 125. a.
Bonorum emtor. - - - 117. a.
Bonorum rector. - - - 117. b.
Bonorum tutor, pro Curatore. - 117. b.
Bonum factum: hæc verba quare olim Edictis adjecta. - - 117. a.
Bonis nominibus, vel Bono nomine, quomodo uſurparint veteres. - - 117. a.
C. pro S. ſcriptum antiquitus. - 125. a.
C. C. condemnandi ſignum veteribus. 123. a.
C. Littera inverſa mulierem declarat. - 117. b.
Capitis diminutio. - 116. b. 122. b.
Cardo finalis. - - - 122. b.
Cauſatio. - - - 117. b.
Cauſæ favorabilis quatuor ſpecies. - 117. b.
Cenſor unde dictus. - - 117. b.
Cenſura quamdiu duraverit. - ibid.
Centenarium quid ſignificet. - - ibid.
Civis publicus quis. - - 118. a.
Civica corona quibus data. - - 124. a.
Comes rerum privatarum quis olim dictus. 118. a.
Comitia obdriaca. - - ibid.
Conſerere manum. - - 123. a.
Concilium quid. - - - 118. b.
Conteſtari litem. - - - 130. a.
Corona aurea. - - - 118. a.
Corona civica. - - - 124. a.
Corona triumphalis, muralis, caſtrenſis, & navalis. - - 118. a.
Curatores bonorum olim Magiſtri dicti ſunt. 117. b.
Curiones qui vocati. - - 118. b.
DAmnas eſto. - - - 119. a.
Dare pro cedere. - - 129. a.
De cauſa nondum liquet, quomodo, & quare olim in judiciis uſurpatum. - - 118. a.
Delere. - - - 115. a.
Denarius. - - - 128. a.
Dictatorius. - - - 127. b.
Dies Mercedonius. - - 123. a.
Divortii formula. - - - 130. a.
Domina. - - - 119. b.
E. pro Æ. - - - 119. b.
E. Emere ab Haſta. - - 121. a.
In EN nomina quid ſignificent. - 126. a.
Exeſto. - - - 119. b.
F. inverſum quid olim ſignificarit. - 120. b.
F. Favere linguis quid ſit. - - ibid.
Fideicommiſſarius prætor. - - ibid.
Fidejuſſor quare olim Autor ſecundus dictus. 117. a.
Finalis. - - - 120. b.
Finitores quinam dicti. - - 120. b.
Finium quæſtio. - - 120. b.
Fons Abaurium, Abarim, Aboriginum, Cabura. 116. a.
Forma publica quid ſit. - - 120. b.
Formulæ publicæ in foro accurate obſervabantur. ibid. b.
Forum venalium. - - 121. b.
Functus, pro, defunctus. - - 120. b.
Fundus aliter à Grammaticis, aliter ab Ictis ſumitur. - - 120. a.
Furtum fecit, qualis formula. - 129. a.
H. apud veteres Latinos non eſt habitum pro littera. - - 117. a.
Haſtam ponere. - - - 121. a.
Hoc age, ubi & quando olim uſurpatum. 121. a.
Homo honeſtus. - - - ibid.
Honeſtum pro pulchro. - - 121. a.

Pag.

ILicet, formula dimittendi judicii. - 129. b.
Imperatorum cognomina. - - 118. b.
In crimen inſcriptio. - - 115. a.
Inducere. - - - 115. a.
Ingenuus. - - - 118. a.
Inſcriptio. - - - 115. a.
Judicium dare. - - - 121. b.
Juriſprudentia priſcis Latinis Sapientia dicebatur. 123. a.
Jus præceptum quid. - - 122. a.
Jus Quiritum quid ſit. - - ibid.
Juſta cauſa, pro legitima. - - 121. b.
Juſtis nuptiis quæſitus. - - 121. b.
K. à veteribus loco C. ſæpiſſime ponitur. 122. b.
L. eſt nota rei laudabilis. - ibid.
L. Legis Actio. - 118. b. & 119. a.
Lex Voconia. - - - 123. a.
Licuit, certa formula in foro quondam uſitata. 129. b.
Lis vindiciarum quid ſit. - - 130. a.
Litem æſtimare. - - - 116. b.
Littera geminata numerum pluralem & ſuperlativum deſignat. - - 118. a.
Locorum differentia. - - 122. a.
MAgiſter. - - - 117. b.
Manuconſertum vocare. - - 123. a.
Marcus unde dicatur. - - ibid.
Mars Samius unde dictus. - - 126. b.
Merkedonius dies. - - 123. a.
NEceſſarii heredes qui appellati. - 118. b.
Negavit, Formula veteris Legis, qua Pſeudo-Chriſtiani dimittebantur - - 103. b.
Nocturnus. - - - 123. b.
Notæ, Singlæ. - - - 115. b.
Notis qui uſi. - - - 115. b.
Numerare. - - - 124. a.
Numerarius. - - - ibid.
O. pro au. - - - 120. b.
O. Obſcena vitanda. - - 126. b.
Onoratus, pro honoratus. - - 117. a.
P. P. & PP. quomodo in ſignificatione. 124. b.
P. Prædicore. 126. b. differant. - 124. b.
Pantheon. - - - 125. b.
Pater patriæ. - - - 124. b.
Pater patratus. - - - ibid.
Perfectus. - - - 118. a.
Perſcribere. - - - 128. b.
Præfectus Ægypti. - - 124. b.
Præſcriptis verbis Actio. - - 115.
Prætoris cognitio quare poſtulata. - 129. b.
Pronomen. - - - 115. b.
Propoſitum quid. - - - 115. a.
Provinciæ caput. - - 124. b.
Q. Loco C. olim uſurpatum. - 125. b.
Q. Quoi, pro, Cui. - - ibid.
Quirites. - - - ibid.
SAbbatius. - - - 122. a.
Sacer largitor. - - - 126. a.
Sacrum, pro templo. - - ibid.
Sacramentum quid. - - 126. b.
Scribendo adeſſe. - - - 115. a.
Semiviri. - - - 126. b.
Sepulcrum domus mortis appellatum. - 121. a.
Siglæ. - - - 115. b.
Somniorum Somniator. - - 126. b.
Spurius unde dicatur. - - 126. b.
Statutum tempus. - - - 127. a.
Stratores. - - - 127. a.
Sui heredes quinam dicantur. - 118. b.
Superlativi geminatâ primâ vocis literâ olim exprimebantur. - - 118. a.
Superſcriptio. - - - 115. a.
Sylla unde dicatur. - - 126. a.
Θ apud Græcos nota mortis. - 123. a.
Tempus bonum. - - - 127. a.
Titulum habere quid Ictis ſignificet. - 117. a.
Triumviri, vel Treviri. - - 127. b.
Turris Tropæa. - - - 117. a.
VAlerius Probus quando vixerit. - 116. b.
Vis major. - - - 127. b.
Urbs matrix. - - - 124. b.
Uxor à marito appellatur Domina. - 119. b.

FLAV.

FLAV. FRANCISCI
DE
HAUTESERE
A SALVAISON

Notæ & Animadverſiones

AD

INDICULOS ECCLESIASTICORUM CANONUM

FULGENTII FERRANDI,

Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconi

ET

CRESCONII AFRI.

Quibus in hac repetita Editione ſubnexæ ſunt Notæ

PETRI FRANCISCI CHIFFLETII,

Presbyteri è Societate Jeſu,

IN EADEM

FULGENTII FERRANDI

ET

CRESCONII AFRI

OPUSCULA.

Digitized by Google

LUDOVICO XIII.
GALLIARUM ET NAVARRÆ REGI
CHRISTIANISSIMO.

AETERNAS TUARUM victoriarum aras conveniunt ſanctiſſimæ veteris Eccleſiæ leges, REX OPTIME MAXIME, quæ fatali è buſto revocatæ tuam immortalibus trophæis inſignem purpuram adorant. Uni ſcilicet Majeſtati tuæ condicere ſe ambiunt Eccleſiaſtici Canones, quorum gloriam triumphali marte vindicaſti. Compellavit pupilla Eccleſia tuæ Juſtitiæ folium, ſed æternitas tua judex ſedit; ne hæreditas ſancta ad alienos tranſmitteretur. In caſtra venit tua, quæ ſolo martyrum ſanguine purpurata fuerat, ſed tuam manum exertam vidit, quæ funeſtiſſimam hæreſim proſtravit. Hæc enim eſt tuorum temporum numquam erepticia gloria, quod tanto quæſita ambitu victoria, res voluit eſſe imperii fiſcique tui. Amat tam ſanctum numen Juſtitiam, quæ ſe propriam Tuæ Virtuti dicavit. Agnoſce divinum tuæ fortunæ fatum, REX SANCTISSIME, cui ſeſe deſpondent auguſtiſſimi gloriæ tituli. Adoravit Clementiam tuam oceano ſubmota Britannia, quæ tuæ Franciæ faces flammaſque ſubjicere properabat; quibus illuſtrata eſt triumphorum publica lætitia. Æmula inſolentiſſimæ nationis conſilia magis velo, quam remo luctantur adverſus æternæ cladis naufragium, dum aſſidet Galliæ tuæ Richelius, qui exundanti imperio limites ſtatuet, quos nuper fixerant hujus gentis authores Vandali, Alani, Gothi. Imploraverat nomen tuum infeſtiſſimis perfidæ viciniæ fatis acta Mantua, ſed alteram manum ſubſidiariam miſiſti, quæ arbitra fœderum jura diſcinget. Quid dum ubcivis gentium locorumque victor hoſtium, vindex fœderum, minutæque Majeſtatis ultor ades, jam jam te afforeretur Germania Magni Parentis arcani teſtamenti hæredem. Ambit enim caducus orbis uterque limes in cenſum devolvi tuum, ſeque captivum ultro fatetur, poſtquam captivus Oceanus ſub ſceptris tuis ingemuit, Tibique fidem præſtitere perfidi fluctus. Æternis memorandus tabulis Joſue ſtatam legem æterni curſus ſua victoria violarat. Tua fortuna mare effrænatos curſus pertinax volvere æqualibus flexit inhibuitque habenis. Auguror, nec vana fides, in Tua glorioſſima facta, tanquam in publicas leges conceſſuros late populos. Computabuntur tui fatales anni inter immortalia ſæcula fœlicitatis. Inter ſupremas Numinum poteſtates commendabuntur virtutes tuæ. Inter æterna divinæ providentiæ miracula Tuæ Victoriæ conſecrabuntur. Ingrati enim ſint ſuperi, niſi tecum conjurati militent, cui ſuprema lex eſt, religio, & ſanctarum inviolanda legum majeſtas.

Tuæ Optimæ Maximæ Majeſtati.

Devotiſſimus

DE HAUTESERE.

L E C T O R I.

PERICULOSÆ plenum opus aleæ aggrediuntur, qui Orthodoxi Orbis memoriam revocare ultimam, atque vetuſtiſſima univerſarum Eccleſiarum ἀρχαῖα excutere tentant. Nolo cuiuſquam nomini detractum, quod ſacrilegio proximum crimen foret. Sed equidem viri doctiſſimi fatentur in tanto triſti ſtudiorum pallore perperam adhuc tractatam Juris Canonici ſpartam.

Vulgo palam eſt ſugillari quoſdam Interpretum, quod argutiæ magis quam doctrinæ laudem affectent, ac magis popularitatem, quam caſtiſſimi judicii venerationem affectentur; ut à ſanctiſſimis Patribus ſancitas regulas male diſtorqueant ad virorum Principum gratiam, aut præceptæ animo perverſæ opinionis libidinem, ut crebra comprobant exempla in Orientis & Occidentis Orbis Eccleſiaſtica Hiſtoria.

Nonnulli male conſulto publicæ ſecuritatis temperamento diſſidenteis utriuſque partis, noſtræ & eterodoxæ religionis opiniones conciliare voluerunt. Sed qui veluti ex compromiſſo electi arbitri Eccleſiaſticorum Canonum fidem omnem firmitatemque infregerunt. Sacro-ſanctæ antiquitatis Senatusconſultis intercedunt, leges rogant, rogatiſque obrogant, ut quiſque videt in Franciſci Balduini & Georgii Caſſandri dogmaticis conſultationibus. Sed Deum Ζηλωτὴν adoramus, qui ſua myſteria impuris miſceri ſacris nequaquam feret.

Non omittam alios recenſere qui abs meliorum literarum præſidio imparati magis pulverem emovent excientque, quam adverſus barbariem luctantur. Vix enim unquam cæno emergunt ad ſinceram juris Eccleſiaſtici originem. Hoc nomine notantur viri optimi Garcias à Loiaſa & Didacus Covarruvias. Odi quidem ſuperbiſſimum faſtidium, quod in minutiſſimos quoſque errores anquirit, ſed amo ſeveriſſimum litterarum judicium. Fidem Græcorum tabulariorum religioſe convenire placet, quæ incorruptiſſima acta monimentaque Eccleſiaſticorum Canonum abs interitu vindicavit.

Quin etiam illorum obnoxium caput accuſandum venit, qui parum tuta cautione infauſtos illegitimoſque Canones Conventicularum pro veris legitimiſque in lucem publicam produxerunt. Quod & nuper animadvertebam in poſtrema editione quarumdam Synodorum admiſſum fuiſſe a viro optime de litteris merito.

Nolo heic Gloſſarum Decreti & Decretalium Epiſtolarum conditores perſtringere, quorum juriſprudentia barbara eſſe cœpit, dum Romana eſſe deſiit. Ineptiſſimis ubeivis adſperſa nugis videas gloſſemata horum juriſconſultorum, quorum ſi quis libros averſione & ἐν κότῳ emat, futilis ſit illi ſupellex. Sed de his in commentariis noſtris Juris Canonici frequens dabitur dicendi locus.

Nunc tantum heic proluſorium habe judicium. Non interponam virorum illuſtrium de me judicium, quibus ſcio probari ſtudia noſtra. Si quid peccatum fuerit, veniam impetrabit nondum legitima ætate major. Si quid laude dignum occurrat, ſuum nunquam virtuti pretium invidebunt viri optimi & doctiſſimi, quibus me in partem laboris ſubſortitò ſubrogari in ſumma laude pono.

AUGUSTINUS EPIST. VII.

EGo fateor me ex eorum numero eſſe conari, qui proficiendo ſcribunt & ſcribendo proficiunt, unde ſi aliquid vel incautius, vel indoctius à me poſitum eſt, quod non ſolum ab aliis, qui videre id poſſunt, merito reprehendatur, verum etiam à me ipſo: Quia & ego ſaltem poſtea videre debeo ſi proficio, nec mirandum eſt nec dolendum; ſed potius ignoſcendum atque gratulandum, non quia erratum eſt, ſed quia improbatum.

TESTIMONIA

TESTIMONIA AUCTORUM.

V*Iſtor Tunnetenſis Epiſcopus in Chronico à Viro Doctiſſ. Ioſepho Scaligero edito:* Poſt Conſulatum Baſilii anno VI. Ferrandus Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconus clarus habetur.

Nicolaus Faber, cui, ut audio, ſeſe debent Ferrandus & Creſconius, ita in Præfatione ſuæ editionis, quam heic nolo deſiderari, ut Lectorum votis ſatisfiat.

Ferrandus Diaconus, à Sigeberto inter Eccleſiaſticos ſcriptores relatus, libello Regularum ad Reginum Comitem meminit Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi ut nupur vita functi: quod utrumque circa Anaſtaſii Imp. tempora vixiſſe arguit. Et fortaſſis ejuſdem Ferrandi non immerito alicui videatur narratio illa de vita Ruſpenſis Fulgentii quæ inter Sanctorum hiſtorias edita eſt. Sed & hic Canonum indiculus, quem ex inſignis Eccleſiæ Tricaſſinorum noſtrorum codice nunc primum edimus, omnium, quantum quidem opinamur, ejus inſtituti antiquiſſimum: (*) cui ſaltem debebit Gratianus reſtitutionem loci ſui, hactenus vel in Romana illa recognitione graviter laborantis, quem ex uno Ferrando tandem aliquando ita ſanandum didicimus, *Sed, ſicut in Breviatione Canonum Fulgentii Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconi invenitur, in Septimunicenſi Concilio & in Macrianenſi ſtatutum eſt ut ad eligendum Epiſcopum ſufficiat matricis arbitrium.* Subjunximus & ex Creſconii repetitione Breviarii Canonici ad Liberinum, vel, ut quædam exemplaria noſtra habuerunt, Liberium Pontificem, Capitula tantum aut potius indicem Capitulorum, omiſſis Canonum Decretorumque integris capitibus, quæ ex vetere collectione ante annos LXIII. Maguntiæ fideliter edita, facile cujus fuerit repetere: illud heic admonuiſſe contenti, illa eadem, uſque ad Gelaſii tempora, uſum videri Creſconium. (†) Et vero ipſa illa eſt quæ Corpus Canonum dicitur non a Gratiano tantum, ſed & à ſummis Pontificibus Nicolao I. & Leone IIII. cujus etiam antiqua exemplaria apud nos plura extant, quæ ab Hadriano Papa ad Carolum Magnum Imp. & Regem noſtrum miſſa fuiſſe, præfixa verſuum Acroſticis teſtatur. Continet autem is Codex eoſdem omnino Conciliorum Canones, quos Græcorum collectio anno CIↃ. IↃ. XL. à Io. Tilio. u. c. heic edita ex antiquiſſimo Eccleſiæ S. Hilarii Pictavenſis codice, qui etiam Africæ Latinas Synodos complectitur. Pontificum Romanorum adjectas Epiſtolas à Syricio ad Gregorium juniorem Latinus codex habet. Græcos ſuorum Decretalib. eum locum apud ſe ſervaſſe Photii & Theodori Balſamonis Conſtantinopolitanorum patriarcharum Nomocanones indicant. Cæterum quæ in noſtro Corpore Canonum extat interpretatio, plane diverſa eſt ab illa Dionyſii Scythæ monachi (qui & Abba & Exiguus) ad Stephanum Salonitatum Epiſcopum, cujus ille hortatu priſcæ, ut ait, tranſlationis confuſione offenſi, novam faciendam ſuſcepit, exceptis tamen qui Apoſtolorum dicuntur, Canonibus L. nam tot ab Eccleſia Ro. Synodali Stephani decreto receptos Anaſtaſius in præfatione Nicænæ II. ad Hadrianum autor eſt. Eos hoc numero antiquæ, quas videre nobis contigit, collectiones etiam Gallicanæ ex Dionyſii interpretatione retinent, ut non immerito vulgaris ea tranſlatio dici poſſit. Reliquorum vero Græcorum Canonum interpretatio varia diverſaque occurrit; ut non facile pronuncies quæ tum Latinarum Eccleſiarum communis habenda ſit: quamquam eam quæ in illo Corpore Canonum extat, apud nos quidem, in uſu magis fuiſſe vero ſimile eſt. Sed hæc ampliorem tractationem deſiderant, cui dabit Deus, cum volet, locum tempuſque. Interim beneficio hoc noſtro fruere ac Vale.

(*) *Diſtinct.* LXIII. (†) *Diſt.* XIX. XX.

IN LIBRUM COMMENTARIUM ECCLESIASTICORUM CANONUM

VIRI NOB. DE HAUTESERE.

L*Ex cavet annorum dubiis annaria fatis,*
At Canone ætati Lex nova ſcripta tuæ eſt.

GERARDUS DISSAILY
Præſes & Propræfect. Cad. Avun.

F*Lectere ſi valeant ſuperos mea vota, ſupremum*
Rite obteſtabor numen, votiſque litabo
Æternis, charam ut ſobolem primævaque fata
Veſticipeſque annos ſervent, & meta rotatum
Bigarum excipiat miſſum. Nil diſpar, utroque
Auſpice, venturo Creſces Fulgentius ævo.

DE HAUTESERE Dom. Caſtellaris
de Salvaizon & Haubrelong, &
Quæſitor General. Cauſ. Crim. P.

O *Felix Patrum ætas! cui melioribus annis*
Doctorum illuxit floſque; decuſque virum.
Sive BUDÆE *tuum ſplendeſcat, ſive* FARRORUM,
BRISSONNIve *decus, ſive* CUJACE *tuum.*
Infelix ætas! quæ tot cumulata ſuorum
Barbarie; aſpexit funera funeribus.
Extinctas bello leges, legiſque peritos
Gallia deflevit & ipſa Themis.
Flevit & ipſa Themis triſtique dolore fatiſcens,
Luminibus dudum vixerat orba ſuis.
At poſtquam HAUTSERIUS *primævo flore juventæ*
Exoritur Gallis, SOL, *ait, ecce meus.*
Luce nova GEMINOS *illuſtrans Juris* OCELLOS
Dat, recipit, reddit lumen utrumque mihi.
I. CRESCE HAUTSERI *toto* FULGENTIOR *orbe,*
Luminis alternas dans referenſque vices.

Fr. LEO Eccleſiaſtes Carmelita,

FULGENTII FERRANDI
CARTHAGINIENSIS ECCLESIÆ DIACONI
BREVIATIO CANONUM.
Adnotatis affinibus locis è Creſconii ac Dionyſii Collectionibus, quoad Concilia Africana.

Præfatio, eademque Conſtitutio Valentiniani Auguſti ad Virum P. P.

De accuſatione Epiſcopi, Preſbyteri, vel Diaconi: & quod obnoxios cum illis ambulantes retinere non liceat.

IMPP. THEODOSIUS ET VALENTINIANUS Augg. ad VIRUM Præfectum Prætori.

AUDEMUS quidem ſermonem facere ſolito plus timore capti, de ſanctis & venerabilibus Sacerdotibus, & ſecundis Sacerdotibus, vel etiam Levitis: & eos cum omni timore nominare quibus omnis terra caput inclinat. Audivimus enim perfidiam in Urbem ad Deum vivum & imperium noſtrum fieri. Sed ſi quis auſus aut temerarius legi, Eccleſiæ vel clerico per quos noſtrum pollet imperium, audere voluerit: ſi accuſationem ditior perſona protulerit, repoſita pœna fiſco noſtro, id eſt centum pondo auri & centum pondo argenti inferre cogatur, & ſic cum actoribus Eccleſiæ cauſam dicat. Si autem infirmior fuerit perſona, prius cogitet animo ſuo perfido, & ſic accuſet & criminis cauſam dicat. Nunquam obrepto patrimonio noſtro, neſcio qua perfidia tentare audeat militantes in palatio Chriſti. Terræ curiæ hunc adduci juſſimus, & manus ejus implumbari. Si autem voluerit liberam degere vitam, nihil illi ſit curæ Eccleſiæ catholicæ. De obnoxiis verò ſi qui ambulaverint cum Epiſcopo, vel cum Preſbytero, aut etiam cum Diacono; ſive in platea, ſive in agro, ſive in quolibet loco, nullo pacto eos retineri vel adduci jubemus: quoniam in Sacerdotibus Eccleſia conſtat. Datum XV. Kalendas Januarias. Theodoſio XIII. & Valentiniano III. Augg. Conſulibus.

Incipit Breviatio Canonum.

I.

UT Neophyti non ordinentur. *Concilio Nicano, titulo II. Concilio Sardicenſi, tit. XIV. Concilio Laodicenſi, tit. III.*

II.

Ut quicumque Laïcus ad Epiſcopatum eligitur, prius annum in miniſterio Eccleſiaſtico per omnes gradus tranſeat. *Concilio Sufetulenſi.*

III.

Ut qui poſt Baptiſmum ſæculari militiæ nomen dederit, ab ordinatione arceatur. *Concilio Zellenſi.*

IV (*a*).

Ut Epiſcopus à tribus ordinetur, conſentientibus aliis per ſcripta, cum confirmatione Metropolitani vel Primatis. *Concilio Nicano, tit. IV. item tit. VI. Concilio Antiocheno, tit. XIX. Concilio Laodicenſi, tit. XII. Concilio Carthaginenſi ſub Antiſtite Genethlio, tit. X. Concilio univerſali Carthaginenſi, tit. XLIX.* (*) *Concilio Zellenſi; ex Epiſtola Papæ Sirici.*

V. (*b*)

Ut in ordinando Epiſcopo alii quoque Epiſcopi ſuper tres addantur, ſi ab aliquo fuerit contradictum. *Concilio Carthaginenſi, tit. L.*

VI.

Ut unus Epiſcopus Epiſcopum non ordinet: excepta Eccleſia Romana. *Concilio Zellenſi, ex Epiſtola Papæ Sirici.*

VII.

Ut Epiſcopus, qui ſuſcepta manus impoſitione miniſterium recuſaverit, excommunicatus maneat donec conſentiat. *Concilio Antiocheno, tit. XVII.* (†) Si autem volens à plebe non ſuſcipitur, ad plenarium

(*a*) *Creſconius* 1. 16. *Dionyſius* 49.

(*) Cod. Trec. *tit. XLIV.* Carth. anni 397.
(*b*) *Creſconius* 1. 17. *Dionyſius* 50. Carth. anni 397.
(†) Ita Corb. male Trec. *tit. XVI.*

XXXVI.

Ut rebus eccleſiaſticis diſpenſandis Epiſcopus poteſtatem habeat. *Concilio Antiocheno, tit. XXV.*

XXXVII. (t)

Ut præter conſcientiam Epiſcopi, oblationes fructuum Eccleſiæ debitas nullus vel dare vel accipere audeat. *Concilio Gangrenſi, tit VII. & VIII.*

XXXVIII.

Ut Epiſcopus matricis, non uſurpet quidquid fuerit donatum Eccleſiis quæ in Diœceſi conſtitutæ ſunt. *Concilio Hipponiregienſi, tit. IX.*

XXXIX. (v)

Ut filii Epiſcoporum gentilibus, vel hæreticis, aut ſchiſmaticis matrimonio non conjungantur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXI.*

XL. (x)

Ut filii Epiſcoporum aut Clericorum, ſpectacula non exhibeant nec ſpectent. *Concilio Carthaginenſi, tit. XX.* (*)

XLI. (y)

Ut Epiſcopi filios ſuos non emancipent niſi jam probatos. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXII.* (†)

XLII.

Ut Epiſcopi non paſſim ad comitatum pergant. *Concilio Sardicenſi, tit. IX. item tit. X. item tit. XI. Concilio Antiocheno, tit. XI.*

XLIII. (z)

Ut quicumque Epiſcopus ab Imperatore publicum judicium poſtulaverit, honore proprio privetur. *Concilio Carthaginenſi, tit. IX.*

XLIV.

Ut liceat unicuique Epiſcopo preces conſtituere, quando de judiciis publicis contra hæreticos aliquid eſt petendum. *Concilio Marazanenſi.*

XLV.

Ut Epiſcopus ſine Metropolitani conſilio nihil agat, niſi ea tantum quæ ad gubernationem Eccleſiæ ſuæ pertinent. *Concilio Antiocheno, tit. IX.*

XLVI. (a)

Ut Epiſcopi ſine formata Primatis non navigent. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXVI.*

XLVII. (b)

Ut Epiſcopi rem Eccleſiæ ſine Primatis conſilio non vendant. *Concilio Carthaginenſi, tit. V.* (‡) *Concilio Hipponiregienſi, tit. IX.*

XLVIII. (c)

Ut Epiſcopi providentia virginibus quæ pupillæ fuerint, ubi habitent, eligatur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XL.* (**)

XLIX. (d)

Ut Epiſcoporum judicio pœnitentiæ tempora pœnitentibus decernantur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXIX.*

L.

Ut Epiſcopi judicio, Donatiſtæ, qui apud ſuos acta pœnitentia convertitur, tempus pœnitentiæ vel reconciliationis decernatur. *Concilio Chartaginenſi, tit. II.* (***)

LI. (e)

Ut Epiſcopus accuſatos Presbyteros convocatis quinque Epiſcopis audiat: Diaconorum cum tribus, reliquorum vero cauſas ipſe ſolus diſcutiat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XVII.*

LII. (f)

Ut autem unus Epiſcopus cognitionem ſibi non vindicet, hoc in alio Concilio Carthaginenſi actum eſt.

LIII. (g)

Ut nullus Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus excommunicatus communicet. *Concilio Niceno, tit. V. Concilio Sardicenſi, tit. XVII. Concilio Carthaginenſi, tit. VIII.* (*) *Concilio Antiocheno, tit. II.*

LIV. (h)

Ut ſi quis Epiſcopus à Synodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat: & ſi fecerit, ſpem reſtitutionis non habeat. *Concilio Antiocheno, tit. IV. Concilio Hipponiregienſi, tit. III.*

LV. (i)

Ut Epiſcopus, ſi cauſam habuerit, à duodecim Epiſcopis audiatur. *Concilio Carthaginenſi ſub ſancto Genethlio, tit. VIII.*

LVI.

Ut Epiſcopi, qui in cauſa judices dantur, definito temporis die cognoſcant. *Concilio Septimunicenſi.*

LVII.

Ut ſi duo Epiſcopi in una provincia contentionem habuerint, ex alia provincia non advocent Epiſcopos ad judicium. *Concilio Sardicenſi, tit. IV.*

LVIII. (k)

Ut ſi de accuſato Epiſcopo multæ ſententiæ fuerint Epiſcoporum, Metropolitanus alterius Provinciæ convocetur. *Concilio Antiocheno, tit. XIV.* Quid in accuſationibus Epiſcoporum obſervari debeat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XV.*

LIX.

Ut adjudicatus Epiſcopus, ad Apoſtolicam ſedem, ſi voluerit, appellet. *Concilio Sardicenſi, tit. V.*

LX.

Ut ſi appellaverit, † in cathedra ipſius non ordinetur. *Concilio Sardicenſi, tit. VI.*

LXI.

Ut ſi à judicibus, quos Primas dederit, appellaverit, alii judices amplioris numeri decernantur. Ut ſi & ab ipſis appellaverit, ad ſententiam Concilii differatur. *Concilio Thenitano.*

LXII. (l)

Ut Epiſcopis judicantibus condemnatus Epiſcopus, ſi fuerit apud potiores Epiſcopos abſolutus, nihil eis noceat ſi bono animo judicaverint. *Concilio Carthaginenſi, tit. XIX.*

LXIII.

Ut Epiſcopus, qui ab omnibus Epiſcopis provinciæ fuerit condemnatus, facultatem judicii repetendi non habeat. *Concilio Antiocheno, tit. XV.*

LXIV.

(t) Mendoſe legebatur *Carthaginenſi.*
(v) *Creſconius* 47. 21. *Dionyſius* 21. Carth. anni 397.
(x) *Creſconius* 190. 15. *Dionyſius* 15. Carth. anni 397.
(*) Male Trec. *tit.* XXX.
(y) *Creſconius* 254. 2. *Dionyſius* 35.
(†) Carth. anni 397.
(z) *Creſconius* 143. 71. *Dionyſius* 104. Carth. anni 407.
(a) *Creſc.* 154. 23. *Dion.* 23. 56. Carth. anni 397.
(b) *Creſconius* 97. 26. *Dionyſius* 26.
(‡) Carth. indefinitum.
(c) *Creſc.* 258. 11. *Dionyſius* 44.
(**) Male Trec. *tit.* XI. Carth. anni 397.
(d) *Creſcon.* 75. 10. *Dionyſius* 43. Carth. anni 397.

(***) Carth. indefinitum. Sed videtur eſſe anni 401. vel 418. Vide notas.
(e) *Creſc.* 144. 20. & 245. 12. & 20. *Dionyſius* 12. & 20. Carth. anni 397.
(f) *Dionyſius* 107. Carth. anni 409.
(g) *Dionyſius* 29. Carth. anni 397.
(*) Codex Corbejenſis *tit.* VIIII.
(h) *Dionyſius* 29.
(i) *Creſconius* 245. 12. *Dionyſius* 12.
(k) *Creſconius* 144. 19. *Dionyſius* 19. Carth. anni 397.
(†) Videtur hic deeſſe *alius.*
(l) *Dionyſius* 15. Carth. anni 397.

LXIV. (*m*)

Ut Epiſcopus ab eis Epiſcopis, quos elegerit judices, condemnatus, appellare alibi non audeat. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. III. Item Concilio Carthaginenſi*, *tit. XV.*

LXV.

Ut Epiſcopi, qui in aliqua cauſa judices dantur, ipſi locum audientiæ deligant. *Concilio Zellenſi.*

LXVI.

Ut depoſitus Epiſcopus ad Imperatorem cauſam ſuam non deferat. *Concilio Antiocheno*, *tit. XII.* (*).

LXVII. (*n*)

Ut accuſatus Epiſcopus, vel quicumque ex clero fuerit apud Eccleſiam accuſatus, ad judicia publica non tranſeat. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. XVIII.*

LXVIII.

Ut Epiſcopus, qui ſecunda vel tertia autoritate conventus fuerit, & venire contempſerit, ab Epiſcoporum conſortio ſuſpendatur. *Concilio Zellenſi.*

LXIX.

Ut nullus Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus cum Judæis Paſcha celebret. *Concilio Antiocheno*, *tit. I.*

LXX. (*o*)

Ut Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi non ſint conductores, aut procuratores. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. XXIV.*

LXXI. (*p*)

Ut Epiſcopi ſivè Clerici in Eccleſia non conviventur, niſi tranſeuntes. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. XXXVIII.* (†).

LXXII.

Ut Epiſcopi & Presbyteri in domo ſua oblationes non faciant. *Concilio Laodicenſi*, *tit. LVI.*

LXXIII. (*q*)

Ut Epiſcopus à communione non ſuſpendat eum, quem adſerit de peccato aliquo ſibi ſoli fuiſſe confeſſum. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. II.* (**).

LXXIV.

Ut Epiſcopus ſibi ſucceſſorem non eligat. *Concilio Antiocheno*, *tit. XXIII.*

LXXV. (*r*)

Ut Epiſcopi ad Concilium occurant: aut non occurrentes, in tractoria, vel apud Primatem excuſationes ſuas allegent. *Concilio Laodicenſi*, *tit. XXXVIII. Concilio Carthaginenſi*, *tit. XI.*

LXXVI.

Ut exceptis ſenibus, qui loco moveri non poſſunt, & infirmis Epiſcopis, qui admonitus ad Concilium non occurerit, communione privetur. *Concilio Marazanenſi. Concilio Thuſdritano. Item Concilio Thenitano. Concilio Septimunicenſi.*

LXXVII.

Ut Epiſcopus, qui, non ſuſcepta legatione, univerſali Concilio intereſſe præſumpſerit, ab eis Epiſcopis, qui legationem ſuſcipiunt, ad ipſum Concilium non admittatur. *Concilio Thuſdritano.*

LXXVIII. (*s*)

Ut nullus Epiſcopus prioribus ſuis ſe audeat anteponere. *Concilio Milevitano*, *tit. II.*

LXXIX.

Ut Chorepiſcopi, id eſt, Vicarii Epiſcoporum, nec Presbyteros nec Diaconos ordinent: niſi tantum Subdiaconos. *Concilio Anquritano*, *tit. XIII. concilio Antiocheno*, *tit. X.*

LXXX.

Ut Vicariis Epiſcoporum liceat formatas facere. *Concilio Antiocheno*, *tit. VIII.*

LXXXI. (*t*)

Ut primæ ſedis Epiſcopus non appelletur Princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. XXXIV.* (*)

LXXXII.

Ut Primatem (†) proprium Mauritania Sitifenſis habeat. *Concilio Cartaginenſi*, *tit. VI.* (‡).

LXXXIII.

Ut primæ ſedis Epiſcopi, ex Concilio Carthaginenſis Epiſcopi conſtituantur, quando fuerit oborta contentio. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. VII.*

LXXXIV.

Ut Primates diverſarum Provinciarum, nomina Epiſcoporum ad Eccleſiam Carthaginenſem mittant. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. III.*

LXXXV.

Ut Presbyter ante triginta annorum ætatem, quamvis ſit dignus, non ordinetur. *Concilio Novacæſarienſi*, *tit. X.*

LXXXVI.

Ut qui in ægritudine fuerit baptizatus, non ordinetur Presbyter, niſi fortè propter vitam bonam, aut hominum raritatem. *Concilio Novacæſarienſi*, *tit. XI.*

LXXXVII.

Ut Presbyter ordinatus, ſi de aliquo crimine confeſſus fuerit, aut de his qui lapſi ſunt, non ſuſcipiatur. *Concilio Nicæno*, *tit. VIII. Concilio Novacæſarienſi*, *tit. IX.*

LXXXVIII.

Ut Presbyter in convivio ſecundarum nuptiarum non interſit. *Concilio Novacæſarienſi*, *tit. VII.*

LXXXIX. (*v*)

Ut de oblatione Presbyteri conjugati nullus audeat non communicare. *Concilio Gangrenſi*, *tit. IIII.*

XC.

Ut Presbyter inconſulto Epiſcopo, in quolibet loco agenda non audeat celebrare. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. VII.* (**).

XCI. (*x*)

Ut Presbyter inconſulto Epiſcopo virgines non conſecret: chriſma vero nunquam conficiat. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. XLIII.*

XCII.

Ut Presbyteri civitatis ſine juſſu Epiſcopi nihil jubeant, nec in unaquaque parœcia aliquid agant. *Concilio Anquiritano*, *tit. XIII.*

XCIII.

(*m*) *Creſconius* 273. 63. & 89. *Dionyſius* 96. & 122. Carth. anni 407. & aliud anni 419.
* Ita Corb. male Trec. *tit.* X.
(*n*) *Dionyſius* 15. Carth. anni 397.
(*o*) *Creſconius* 28. 16. *Dionyſius* 16. Carth. anni 397.
(*p*) *Creſconius* 177. 9. *Dionyſius.*
(†) Carth. anni 397.
(*q*) *Creſconius* 287, 99. *Dionyſius* 132. Carth. anni 419.
(**) Lege *tit. VI.*
(*r*) *Creſconius* 268. 43. *Dionyſius* 76. Carth. anni 401.

(*s*) *Dionyſius* 86.
(*t*) *Creſconius* 256. 6. *Dionyſius* 39.
(*) Male Trec. *tit. VI.* Eſt Carth. anni 397. *Dionyſius* 17.
(†) Trec. Cod. *Primatum.*
(‡) Carth. indefinitum Videtur tamen eſſe anni 397. ut & duo ſequentes tituli.
(*v*) Ita Codex Corbejenſis. Male Trec. *Carth. tit. III.*
(**) Eſt Carthaginenſe II. an. 390. ſub Antiſtite Genethlio.
(*x*) *Creſconius* 93. 6. *Dionyſius* 6. Carth. anni 397.

XCIII.

Ut Presbyteri abſtinentes à carnibus, tangant eas: ita ut etiam olera quæ cum carnibus coquuntur comedant. *Concilio Anquiritano, tit. XIV.*

XCIV.

Ut Presbyteris formatas dare non liceat. *Concilio Antiocheno, tit. VIII.*

XCV. (*y*)

Ut Presbyteri rem Ecceleſiæ ſine conſcientia Epiſcopi non vendant. *Concilio Anquiritano, tit. XV. Concilio Hipponiregienſi, tit. IX.*

XCVI. (*z*)

Ut Presbyter, qui reatum incurrerit, à ſex vel à ſeptem Epiſcopis audiatur. *Concilio Carthaginenſi ſub Antiſtite Genethlio, tit. VIII.* (*)

XCVII.

Ut Presbyter, qui immolavit Idolis, & poſtea pro fide conflixit, honore quidem non privetur; tamen nec ſacrificet, nec ſermonem faciat (†).

XCVIII.

Ut Presbyter, ſi uxorem duxerit, deponatur: ſi autem fornicatus fuerit, etiam pœnitentiam agere compellatur. *Concilio Novacæſarienſi, tit. I.*

XCIX.

Ut Presbyter, vel Diaconus, qui deſerta Eccleſia ſua ad aliam tranſierit, ſi poſt evocationem Epiſcopi ſui reverſus non fuerit, deponatur. *Concilio Antiocheno, tit. III.*

C.

Ut Presbyter, vel Diaconus, ſi à proprio Epiſcopo exauctoratus, ſancti miniſterii quidpiam præſumpſerit, ſpem reſtitutionis non habeat. *Concilio Antiocheno, tit, IV.*

CI. (*a*).

Ut Presbyter, vel Diaconus, qui ſe ab Eecleſiâ ſequeſtraverit, & in domo ſua altare erexerit, deponatur. *Concilio Antiocheno, tit. V. Concilio Carthaginenſi, tit. VII.* (‡)

CII.

Ut liceat ſive Preshyteris, ſive Diaconibus, ſi injuſtè excommunicati fuerint, finitimos Epiſcopos interpellare. *Concilio Sardicenſi, tit. XVIII.*

CIII.

Ut Presbyteri alterius regionis, præſentibus Presbyteris non ſacrificent. *Concilio Novacæſarienſi, tit. XII.*

CIV.

Ut Diaconi ſeptem eſſe debeant. *Concilio Novacæſarienſi, tit. XIII.*

CV.

Ut Diaconi judicio populi non eligantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XIII.*

CVI.

Ut Diaconi ante Presbyterum non communicent. *Concilio Nicæno, tit. XIV.*

CVII.

Ut Diaconus, præſente Presbytero, non ſedeat niſi juſſus. *Concilio Laodicenſi, tit. XIX.*

CVIII.

Ut Subdiaconus panem non eroget, nec calicem benedicat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXIV.*

CIX.

Ut Diaconus, vel quilibet Clericus ad agapem vocatus, partem non tollat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXVI.*

CX.

Ut Diaconus aut Clericus, magus & incantator non ſit, neque phylacteria faciat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXVI.*

CXI.

Ut Diaconus vel etiam Laïcus ſine formata alicubi non proficiſcantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXIX.*

CXII. (*b*).

Ut Diaconi vel quilibet Clerici, præter juſſionem Epiſcopi, ad peregrina non proficiſcantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XL.*

CXIII.

Ut Diaconi vel Clerici ſpectáculis quæ in nuptiis exhibentur non interſint. *Concilio Laodicenſi, tit. LII.*

CXIV.

Ut Diaconi, vel quilibet Clerici, aut etiam Laïci Chriſtiani, ex ſymbolis convivium non celebrent. *Concilio Laodicenſi, tit. LIII.*

CXV.

Ut Diaconi, vel quicumque in ſacerdotali miniſterio conſtituti, uſuras & lucra, id eſt, ſeſcupla non exigant. *Concilio Laodicenſi, tit. V.*

CXVI.

Ut Diaconi, qui immolaverunt, & poſtea relictati ſunt, in honore quidem ſuo permaneant, ſed ab omni altaris miniſterio repellantur. (*)

CXVII.

Ut Diaconus, qui in corporale peccatum incidit, ab ordine miniſterii abſtineatur. *Concilio Novacæſarienſi, tit. IX.*

CXVIII.

Ut Diaconi, vel Presbyteri, ſi (†) à miniſterio remoti fuerint, non eis manus vel tanquam pœnitentibus, vel tanquam fidelibus Laicis imponantur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XII.*

CXIX. (*c*)

Ut Diaconi non ordinentur qui procuratores, & actores, & tutores, & curatores pupillorum fuerunt, niſi poſt depoſita univerſa & reddita ratiocinia. *Concilio Carthaginenſi, tit. VII.* (‡)

CXX. (*d*)

Ut Diaconis ſolis liceat ad altare ingredi, & communicare. *Concilio Laodicenſi, tit. XVIII.*

CXXI. (*e*)

Ut ante viginti quinque annos nec Clerici ordinentur, nec virgines conſecrentur. *Concilio Carthaginenſi, tit. IX.*

CXXII.

Ut Clerici cum mulieribus extraneis non habitent. *Concilio Nicæno, tit. III. Concilio Carthaginenſi ſub ſancto Grato, tit. III. Concilio univerſali Carthaginenſi.* (**)

CXXIII. (*f*)

Ut nullus Clericus fœneret. *Concilio Nicæno, tit. XIV.* (††) *Concilio Carthaginenſi ſub ſancto Grato, tit. XII.*

CXXIV.

(*y*) *Creſconius* 252. 33. *Dionyſius* 33.
(*z*) *Creſcon.* 245. 12. & 20. *Dionyſius* 12. & 20.
(*) Trec. *tit. IX.*
(†) *Hic deficit utrumque exemplar. Sumptus eſt autem Canon ex Conc. Anquirit. tit. I.*
(*a*) *Creſconius* 33. 10. & 11. *Dionyſius* 10. & 11.
(‡) Eſt Carthaginenſe II. an. 390. ſub Antiſtite Genethlio.

(*b*) Trec. XI. Corb. emendandus uterque.
(*) *Sumptus eſt canon ex Concilio Anquiritano, tit.* 2.
(‡) Trec. *que.*
(*c*) *Creſconius* 27. 27. *Dionyſius* 27.
(‡) Cod. Trec. *tit. VIII.* Male eſt Carthaginenſe I. ſub S. Grato.
(*d*) Ita Corb. male autem in Trec. *tit. XCIII.*
(*e*) *Creſconius* 28 16. *Dionyſius* 16. Carth. anni 397.
(**) Eſt Carth. III. anni 397. cap. 17.
(*f*) *Creſconius* 28 16. *Dionyſius* 16.
(††) Legendum *tit. XIII.*

CXXIV. (g)

Ut lectores orario non utantur, ſive legant, ſive pſallant. *Concilio Laodicenſi, tit. XXII.*

CXXV.

Ut Clericis non liceat adminiſtrationem aut procurationem domorum ſuſcipere. *Concilio Carthag. ſub ſancto Grato, tit. V.*

CXXVI.

Ut Clericus, vel Laïcus non communicet in alia plebe. *Concilio Carthaginenſi, ſub ſancto Grato, tit. VI.*

CXXVII.

Ut Clerici ſine formata & conſcientia Epiſcopi per alienas plebes non vagentur. *Concilio Marazanenſi.*

CXXVIII. (h)

Ut ſuperbi Clerici coërceantur. *Concilio Carthaginenſi ſub ſancto Grato, tit. X.*

CXXIX. (i)

Ut lectores, dum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXVII.*

CXXX.

Ut mulierem Clericus non ducat uxorem. Et ut is qui Laïcus viduam duxerit, non admittatur ad Clerum. *Concilio Zellenſi ex epiſtola Papæ Sirici.*

CXXXI.

Ut non liceat præter Canonicos pſaltas qui pulpitum aſcendunt & de codice legunt, alium quemlibet in Eccleſia pſallere. (*)

CXXXII. (k)

Ut Clerici vel continentes, ad viduas, vel virgines ſine juſſu vel permiſſu Epiſcopi vel Presbyteri non accedant. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXIII.* (†)

CXXXIII.

Ut Clerici, apothecarii vel ratiocinatores non ordinentur. *Concilio Carthaginenſi ſub ſancto Grato, tit. VIII.*

CXXXIV. (l)

Ut Clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi peregrinationis neceſſitas coëgerit. *Concilio Laodicenſi, tit. VII. item XXIV. item XXV. Concilio Carthaginenſi, tit. XXXV.*

CXXXV. (m)

Ut Clerici in aliena civitate non immorentur, niſi cauſas eorum juſtas Epiſcopus loci vel Presbyteri locorum perviderint. *Concilio Carthaginenſi, tit. XLIV.*

CXXXVI. (n)

Ut accuſatus Clericus intra annum cauſam ſuam agere debeat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XIII.*

CXXXVII.

Ut Clericus non fiat, cujus uxor, cum adhuc eſſet Laïcus, adulterata eſt. Et ut Clericus uxorem adulteram deſerat. *Concilio Novacæſarienſi, tit. VIII.*

CXXXVIII.

Ut abjectum Clericum alia Eccleſia non admittat. *Concilio Zellenſi ex epiſtola Papæ Sirici.*

CXXXIX.

Ut non liceat Clericum à populo excommunicari, ſive præſente ſive abſente Epiſcopo. *Concilio Septimunicenſi.*

CXL.

Ut miniſtri non habeant licentiam in ſecretario ingredi. *Concilio Laodicenſi, tit. XXI.* (‡)

CXLI.

Ut miniſtri orario non utantur, nec relinquant oſtia. *Concilio Laodicenſi, tit. XXI. Item tit. XLI.*

CXLII.

Ut non exorcizent illi qui necdum ab Epiſcopo ſunt provecti. *Concilio Laodicenſi, tit. XXV.*

CXLIII.

Ut bis in anno per ſingulas Provincias Concilia fiant. *Concilio Nicæno, tit. V. Concilio Antiocheno, tit. XX. Concilio Carthaginenſi, tit. III.* (*)

CXLIV. (o)

Ut Concilium univerſale non fiat, niſi cauſa communis, id eſt, totius Africæ coëgerit, (†) Ut Synodus plenaria tunc dicatur, cum Epiſcopus Metropolitanus adfuerit. *Concilio Antiocheno, tit. XVI.*

CXLV.

Ut hi qui ſe abſciderunt, de Clero eximantur. *Concilio Nicæno, tit. I.*

CXLVI.

Quæ ſint pœnitentiæ tempora iis qui prævaricaverunt decernenda. *Concilio Nicæno, tit. IX. Concilio Anquiritano, tit. III. Item IV. V. VI. VII. VIII. & IX.*

CXLVII.

Ut ſponſatæ puellæ, ſi ab aliis raptæ fuerint, ſponſo priori reddantur. *Concilio Anquiritano, tit. XI.*

CXLVIII.

Quemadmodum hi, qui irrationabiliter vixerint, ſuſcipi debeant. *Concilio Anquiritano, tit. XVI.*

CXLIX.

Ut hi, qui ſicut muta animalia vixerunt, inter energumenos orent. *Concilio Anquiritano, tit. XVII.*

CL.

Ut quicumque virginitatem profitentes, propoſitum violant, Bigamorum conſtitutum impleant gradum. *Concilio Anquiritano, tit. XIX.*

CLI.

Ut qui adulterium commiſerit, ſeptem annos pœnitentiam agat. *Concilio Anquiritano, tit. XX.*

CLII.

Ut mulieres fornicantes, quæ parvulos ſuos necant, aut aborſu, (‡) decem annis pœnitentiam agant. *Concilio Anquiritano, tit. XXI.*

CLIII.

Ut qui voluntarie homicidium fecerint, in noviſſimo vitæ reconcilientur. *Concilio Anquiritano, tit. XXII.*

CLIV.

Ut qui caſu homicidium fecerit, quinque annis pœnitentiam agat. *Concilio Anquiritano, tit. XXIII.*

CLV.

Ut qui ariolantur, vel in domo ſua hujus artis alios introducunt, quinque annis pœnitentiam agant. *Concilio Anquiritano, tit. XXIV.*

CLVI.

Ut mulier quæ duobus fratribus nupſerit, in extremis

(g) Male olim. *tit. XXVI.*
(h) *Creſ.* 33. 10 & 11. *Dionyſius* 10 & 11.
(i) *Creſconius* 28. 16. Carth. anni 397.
(*) Eſt ex Concilio Laodicenſi, tit. 15.
(k) *Creſconius* 255. 5. *Dionyſius* 38.
(†) Male Trec. *XXXIV.* Carth. anni 397.
(l) *Dionyſius* 40. Carth. anni 397.
(m) Carth. III. anni 397. tit. 37.
(n) *Creſc.* 30. 46. *Dionyſius* 79. Carth. anni 401.

(‡) Lege *tit. XX.*
(*) Carthaginenſe indefinitum. Videtur tamen eſſe anni 397.
(o) *Creſconius* 272. 62. *Dionyſius* 95.
(†) Ex Carthaginenſi anni 407.
(‡) Deeſt *excutiunt* vel aliud vocabulum ejuſdem poteſtatis.

tremis ſuis reconcilietur. *Concilio Novacæſarienſi, tit. II.*

CLVII.

Ut quicumque concupiſcentiam non conſummat, per divinam judicetur gratiam liberatus. *Concilio Novacæſarienſi, tit. IV.*

CLVIII.

Ut catechumeni peccantes, niſi ſe correxerint, abjiciantur. *Concilio Novacæſarienſi, tit. V.*

CLIX.

Ut qui manducantem carnes, ex fide condemnandum crediderit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. II.*

CLX.

Ut qui domum Dei contemptibilem duxerit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. V.*

CLXI.

Ut qui nuptias condemnat, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. IX. & X.*

CLXII.

Ut ſi qua mulier virilem habitum adſumpſerit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XIII.*

CLXIII. (*p*)

Ut hi, qui uxores aut viros dimittunt, alteri non nubant: ſed aut continentes maneant, aut ſibi reconcilientur. *Concilio Carthaginenſi, tit. VII.*

CLXIV.

Ut ſi qua mulier quaſi religionis cauſa virum dimiſerit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XIV.*

CLXV.

Ut quicumque continentiæ cauſa die Dominico jejunaverit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XVIII.*

CLXVI.

Ut quicumque ſanus corpore jejunia communia diſſolverit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XX.* (*)

CLXVII.

Ut quicumque Martyrum memorias contempſerit, anathema ſit. *Concilio Gangrenſi, tit. XXI.* (†)

CLXVIII.

Ut quicumque non communicantes, nec orationem facientes, Scripturas tantum divinas in Eccleſia audire voluerint, abjiciantur. *Concilio Antiocheno, tit. II.*

CLXIX.

Ut quicumque poſt diverſa peccata pœnitentiam fideliter geſſerit, ad communionem revocetur. *Concilio Laodicenſi, tit. II.*

CLXX. (*q*)

Ut ſcenicis atque hiſtrionibus reconciliatio non negetur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XLII.*

CLXXI. (*r*)

Ut ad falſas memorias Martyrum nullus accedat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XVII.*

CLXXII.

Ut hi qui nominantur Cathari, accedentes ad Eccleſiam, ſi ordinati ſunt, ſic maneant in Clero. *Concilio Nicæno, tit. VII.*

CLXXIII.

Ut Pauliani baptizentur. (††) *Concilio Nicæno, tit. XV.*

(*p*) *Dionyſius* 102. Codex Corbejenſis *tit. XXVII.* Carth. anni 407.
(*) Ita Corb. Trec. habet *tit. II.* Videtur legendum *tit. XIX.*
(†) Lege *tit.* XX.
(*q*) *Dionyſius* 45. Carth. anni 397.
(*r*) *Creſconius* 69. 50. *Dionyſius* 83. Carth. anni 401.
(††) Corb. *rebaptizentur.*

CLXXIV.

Ut venientes à Novatianis, vel Montenſibus, per manus impoſitionem ſuſcipiantur. *Concilio Zellenſi ex epiſtola Papæ Sirici.*

CLXXV. (*s*).

Ut non liceat hæreticum rebaptizari, baptizatum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus ſancti. *Concilio Carthaginenſi ſub ſancto Grato, tit I. item Carthaginenſi, tit. XLVIII.*

CLXXVI.

Ut hæretici in hæreſi permanentes domum Dei non ingrediantur. *Concilio Laodicenſi, tit. VI.*

CLXXVII.

Ut Novatiani, vel etiam Quartadecimani, non recipiantur, niſi prius hæreſim ſuam condemnaverint: ita ut Symbolum Fidei doceantur, & chriſmate unguantur. *Concilio Laodicenſi, tit. VII.*

CLXXVIII.

Ut quicumque convertuntur ab hæreſi, qui dicuntur ſecundum Phrygas, baptizentur. *Concilio Laodicenſi, tit. VIII.* (*)

CLXXIX.

Ut non liceat in hæreticorum cœmeteria ad orationem faciendam Catholicis introire. *Concilio Laodicenſi, tit. IX.*

CLXXX.

Ut nullus ad Eccleſiam pertinens, filios ſuos hæreticorum nuptiis ſociet. *Concilio Laodicenſi, tit. XXX.*

CLXXXI.

Ut Chriſtiani non Judaïzent, nec in ſabbato vacent. *Concilio Laodicenſi, tit. XXVIII.*

CLXXXII.

Ut nullus cum hæreticis connubia (†) miſceat, *Concilio Laodicenſi, tit. XXX.*

CLXXXIII. (*t*)

Ut nullus cum hæreticis aut ſchiſmaticis oret, aut ad falſos martyres eat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXII. Concilio Carthaginenſi, tit. II.*

CLXXXIV.

Ut nullus ad Angelos congregationem faciat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXIII.*

CLXXXV.

Ut nullus à Judæis vel hæreticis feriatica accipiat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXV.*

CLXXXVI.

Ut nullus à Judæis azyma accipiat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXVI.*

CLXXXVII.

Ut nullus cum Paganis feſta celebret. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXVII.*

CLXXXVIII.

Ut nullus Chriſtianus ballare vel cantare in nuptiis audeat. *Concilio Laodicenſi, tit. XLI.* (‡)

CLXXXIX. (*v*)

Ut Donatiſtarum Clerici in ſuis honoribus ſuſcipiantur. *Concilio Carthaginenſi, tit. II.*

CXC. (*x*)

Ut quæcumque Eccleſiæ Donatiſtarum Catholicæ factæ ſunt, ad eam cathedram pertineant, ad quam

(*s*) *Dionyſius* 48. Carth. anni 397.
(*) Corb. *tit. VII.* Trec. *tit. IX.*
(†) Perperam legebatur *convivia.*
(*t*) *Creſconius* 69. 50. *Dionyſius* 83. Carth. anni 401.
(‡) Lege *tit. LI.*
(*v*) *Creſconius* 253. 35. *Dionyſius* 68. Carth. anni 401.
(*x*) *Creſconius* 275. 66. *Dionyſius* 117 & 99. Carth. anni 418 & 407.

quam Catholica, quæ jam ibi fuerat, pertinebat. *Concilio Cartaginenſi, tit X.*

CXCI. (y)

Ut quicumque Epiſcopus ex Donatiſtis converſus fuerit, plebesque utraſque Eccleſias habent, cum Epiſcopo Catholico æqualiter dividant. *Concilio Carthaginenſi, tit. XI.*

CXCII.

Ut hæreticorum benedictiones nullus accipiat. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXI.*

CXCIII. (z)

Ut qui parvuli apud Donatiſtas baptizantur, ab ordinatione non prohibeantur, ſi converſi fuerint. *Concilio Carthaginenſi, tit. I.*

CXCIV. (a)

Ut qui aliquibos ſceleribus irretitus eſt, vocem accuſandi non habeat. *Concilii Carthaginenſi ſub ſancto Genetblio, tit. VI.* (*). *Hoc & in Concilio Thenitano ſtatutum eſt.*

CXCV. (b)

Ut excommunicatis, ſive Clericis, ſive Laïcis accuſare non liceat. *Concilio Carthaginenſi, tit. II.*

CXCVI. (c)

Ut omnes ſervi, vel proprii liberti, vel omnes quos ad accuſanda publica crimina leges publicæ non admittunt: hiſtriones etiam, hæretici, Pagani, & Judæi ad accuſationem non admittantur. *Concilio Carthaginenſi, tit. III.*

CXCVII. (d)

Ut qui unum crimen non probaverit, ad aliud non admittatur. *Concilio Carthaginenſi, tit. IV.*

CXCVIII. (e)

Ut accuſator, ſi in loco ubi eſt ille qui accuſatur, violentiam timuerit, locum ſibi proximum eligat. *Concilio Hipponiregienſi, tit. V.*

CXCIX.

Ut baptizandi Symbolum Fidei diſcant. *Concilio Laodicenſi, tit. XLIV.*

CC.

Ut qui in ægritudine baptizantur, ſani facti Symbolum doceantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XLV.*

CCI.

Ut Baptizati, poſt Baptiſmum chriſmate unguantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XLVI.*

CCII. (f)

Ut ægrotantibus, quando ipſi loqui non poſſunt, ſi pro eis alii teſtimonium dixerint, Baptiſmum non negetur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XLI.*

CCIII. (g)

Ut quando de infantibus ignoratur utrum Baptizati ſint, ſine ulla dubitatione Baptizentur. *Concilio Carthaginenſi, tit. VII.*

CCIV.

Ut prægnantes mulieres Baptizentur quando voluerint. *Concilio Novacæſarienſi, tit. VI.*

CCV.

Ut Chriſtiani cum mulieribus lavacra non habeant. *Concilio Laodienſi, tit. XXIX.* (**)

CCVI.

Ut poſt duas hebdomadas Quadrageſimæ, ad Baptiſmum nullus ſuſcipiatur. *Concilio Laodicenſi, tit. XLII.* (†)

CCVII.

Ut in Quadrageſima, ſabbato tantum & Dominico offeratur. *Concilio Loadicenſi, tit. XLVII.*

CCVIII.

Ut in Quadrageſima, quinta feria ultimæ hebdomadæ, jejunium non diſſolvatur. *Concilio Laodicenſi, tit. XLVIII.*

CCIX.

Ut in Quadrageſima natalitia Martyrum non celebrentur. *Concilio Laodicenſi, tit. XLIX.*

CCX.

Ut in Quadrageſima nuptiæ non celebrentur. *Concilio Laodicenſi, tit. L.*

CCXI.

Ut nullus peregrinus ſine formata Epiſcopi accipiatur. *Concilio Antiocheno, tit. VII.*

CCXII.

Ut die quintæ feriæ, ſeptimanæ ſanctæ Paſchæ, ſecundo offeratur. *Concilio Septimunicenſi.*

CCXIII. (h)

Ut in ſacrificio, abſque pane & vino nullus offerat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXII.*

CCXIV.

Ut diebus Quinquageſimæ genua non flectantur. *Concilio Sardicenſi, tit. I.*

CCXV.

Ut ante Pentecoſten nullus audeat jejunare. *Concilio Septimunicenſi.*

CCXVI.

Ut non liceat in Dominicis agapem facere, vel in Eccleſiis: aut intus accubitus ſternere. *Concilio Laodicenſi, tit. XXVII.*

CCXVII.

Ut cuſtodiatur fides Patrum trecentorum decem & octo. *Concilio Conſtantinopolitano, tit. II.* (‡)

CCXVIII.

Ut Conciliorum ſtatuta priſcorum ab omnibus obſerventur. *Concilio Zellenſi.*

CCXIX. (i)

Ut nullus in precibus, niſi ad Patrem dirigat orationem: & ut prius eas cum inſtructioribus tractet. *Concilio Carthaginienſi, tit. XXXI. item Concilio Carthaginenſi, tit. VII.*

CCXX.

Ut una ſit in Sacramentis per omne Byzancium diſciplina. *Concilio Maradianenſi.*

CCXXI.

Ut mulieres, quæ apud Græcos presbyteræ appellantur (apud nos autem viduæ ſeniores, univiræ, & matriculæ) in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non liceat. *Concilio Laodicenſi, tit XI.*

CCXXII.

Ut mulieres ad altare non ingrediantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XLIII.* (***)

CCXXIII.

(y) *Creſconius* 279. 85: *Dionyſius* 118. Carth. anni 418.
(z) *Creſcon.* 253. 14. & 24. *Dionyſius* 47. & 57. Carth. anni 401.
(a) *Creſconius* 205. 8. *Dionyſius* 8.
(*) Trec. *tit. IV.*
(b) *Creſconius* 205. 95. *Dionyſius* 128. Carth. anni 419.
(c) *Creſconius* 205. 96. *Dionyſius* 129. Carth. anni 419.
(d) *Creſconius* 205 97. *Dionyſius* 130. Carth. anni 419.
(e) *Creſconius* 249. 30. *Dionyſius* 30.
(f) *Creſconius* 66. 12. *Dionyſius* 45. Carth. anni 397.
(g) *Creſconius* 62. 39. *Dionyſius* 72. Carth. anni 401. vel anni 397.

(**) Male olim. *tit. XXIV.*
(†) Legendum *tit. XLIII?*
(h) *Creſcon.* 5. 4. *Dionyſius* 37. Carth. anni 397.
(‡) Lege *tit. I.*
(i) *Creſconius* 276. 70. *Dionyſius* 103. Carth. anni 397. & aliud anni 407.
(***) Corb. *tit. XLIV.* Lege *tit. XLII.*

CCXXIII.

Ut ſanctæ oblationes ad vices Eulogiarum non dirigantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XIV.*

CCXXIV.

Ut ſabbatis Evangelia legantur. *Concilio Laodicenſi, tit. XVI.*

CCXXV.

Ut de diverſis verſibus & ſenſibus libri, unum canticum non connectatur. *Concilio Laodicenſi, tit. XVII.*

CCXXVI. (*k*).

Ut etiam per ſolemniſſimos Paſchales dies ſacramentum catechumenis non detur, niſi ſolitum ſalis. *Concilio Carthaginenſi, tit. XI.*

CCXXVII. (*l*)

Ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XII.*

CCXXVIII. (*m*)

Ut præter Scripturas Canonicas nihil in Eccleſia legatur. *Concilio Laodicenſi, tit. LVII. Concilio Carthaginenſi, tit. XLV.*

CCXXIX. (*n*)

Ut liceat Paſſiones Martyrum legere in natalibus eorum. *Concilio Carthaginenſi, tit. XLVI.*

CCXXX. (*o*)

Ut ſoli Eccleſiæ Carthaginis liceat alienum Clericum ordinare. *Concilio Carthaginenſi, tit. LIV.*

CCXXXI. (*p*)

Ut omnes Eccleſiæ ab Eccleſia Carthaginis diem Paſchæ audiant tempore Concilii. *Concilio Carthaginenſi, tit. V.*

CCXXXII. (*q*)

Ut nullus ordinetur niſi probatus vel Epiſcoporum examine, vel populi teſtimonio. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXIX.*

(*k*) Carth. III. anni 397. tit. 5.
(*l*) *Creſconius* 247. 18. *Dionyſius* 18. Carth. anni 397.
(*m*) *Creſconius* 299. 24. *Dionyſius* 24. Carth. anni 397.
(*n*) *Dionyſius* 46. Carth. anni 397.
(*o*) *Dionyſius* 55. Carth. anni 397.
(*p*) *Dionyſius* 51. Carth. anni 397.
(*q*) Carth. III. anni 397. tit. 22.

F I N I S.

C R E S C O N I I
E P I S C O P I A F R I C A N I
BREVIARIUM CANONICUM.

Adſcriptis locis relativis Ferrandi ac Dionyſii, quoad Canones Africanos: necnon Pontificum Decretis juxtà ordinem quo in Epiſtolis eorum Decretalibus adnotata reperiuntur.

HIC. HABETUR. CONCORDIA. CANONUM. CONCILIORUM. INFRA SCRIPTORUM. ET. PRÆSULUM. ROMANORUM. ID. EST. CANONUM. APOSTOLORUM. NICÆNORUM. ANCYRANORUM. * NOVÆ CÆSARIENSIUM. GANGRENSIUM. ANTIOCHENSIUM. LAODICENSIUM. CALCHEDONENSIUM. SARDICENSIUM. CARTHAGINENSIUM. ITEM PÆRSULUM. SIRICII. INNOCENTII. ZOSIMI. CÆLESTINI. LEONIS. ET GELASII.

Explicit adnotatio Canonum Sanctorum Patrum.

† *I N C I P I T P R Æ F A T I O.*

DOMINO vere ſancto, ſemperque beato Pontifici Liberino (‡), Creſconius Chriſti famulorum exiguus: Veſtri ſacerdotii incomparabile decus, quo fidei puritate ac vitæ probitate admodum reſplendetis, vos non deſinit præmonere, utilitatibus Dominici Gregis, cujus gubernacula ſuſcepiſtis, & ſollicitius militare, & ſolertiſſime providere. Ad cujus veſtri expletionem officii, induſtriam nihilominus veſtrorum exquiritis ſubjectorum: quos ita neceſſe eſt ut ſpiritalis alimoniâ panis eum ipſum Dominicum Gregem largiflue nutriatis. Unde pervidens mundanis ac divinis legibus humanæ vitæ regimen conſiſtere, & juris quidem præcepta exorbitantium greſſus frænis arctioribus coërcere, eccleſiaſticas vero ſanctiones recte vivendi terminum piis ac fidelibus animis præfixiſſe: illis floralibus ſubrelictis præcipia ut cuncta canonica conſtituta, quæ ab ipſis exordiis militiæ Chriſtianæ tam Sancti Apoſtoli, quam Apoſtolici viri

* *Neocæs.* † *Epiſtola Creſconii ad Liberinum.* ‡ *Liberio.*

viri per ſucceſſiones temporum protulere, vobis colligamus in unum, eorumque Concordiam facientes, ac titulorom prænotationem interponentes, ea lucidius declaremus. Quod opus, pro tantæ rei magnitudine, noſtras excedere vires procul dubio intueris: à quo me cum excuſare ſæpiſſime voluiſſem, paterna auctoritate inſtitiſti, ſubſidium nobis divinum fidentiſſime pollicens profuturum. Quo mihi ſuffugio intercluſo, item propoſui, hoc Canonum Breviatum à viro reverendiſſimo Ferrando, Carthaginis Eccleſiæ Diacono, jam fuiſſe digeſtum, & debere eum noſtræ eruditioni ſufficere; ne aliud exquirendo, ejus prudentiæ deprehendamur in aliquo derogare. Cui noſtræ excuſationi penitus ſubmovendæ itidem objeciſti, non ad illius ſapientiſſimi viri reprehenſionem hoc te exquirere velle, ſed noſtram potius ſcientiolam induſtrioſius capere & elimare. Quibus peractis, jam præcavens Chriſto in vobis loquenti quamlibet excuſationem obtendere, cœleſti auxilio præmunitus, obſequi malui imperatis, veſtriſque votis, Deo favente, libentiſſime ſubſervire. Illa maxime invitatus ex parte, quod antefatus venerabilis vir ad converſationem memoriæ eorum hoc effeciſſe noſcitur Breviarium, qui illa ipſa jam bene cognita perceperant, quo per eum cum voluerint, quæ cupiunt recordentur: indoctorum vero, quorum eſt maxima multitudo, in eodem opere ſtudium probatur, ut ita dixerim, ſequeſtraſſe; dum eos ad inquiſitionem earum rerum præmiſit, quæ nec ab omnibus reperiuntur, nec repertæ ſine faſtidio perleguntur. Nulli ſiquidem dubium eſt, quam moleſtiſſime perferat lector, dum avidius cujuſque rei cognitionem expectat; & ad librum præmittitur quem aut forte non legit, aut ubi reperiat, non novit. Quamobrem, antefati viri laude prælata, neceſſarium duxi profectui ſubſerviens parvulorum, juxta veſtrum imperium, cuncta eccleſiaſtica, ut dictum eſt, conſtituta, quæ ad noſtram notitiam pervenerunt, in hoc opere ſub titulorum ſerie prænotare: & ea condiſcere valentibus & volentibus dubitationis ambagem auferre; ut eorum plena inſtructio non ex difficultate ſcriptoris, ſed ex deſidia jam dependeat lectoris. Quod opus hæc etiam Deo præſtante utilitas conſequetur, ut dum unumquodque Canonicum Decreti, de quo quæſtio fuerit pro tempore agitata, æquiſſimus judex coram perſpexerit multimodo eſſe digeſtum; probabili examinatione condiſcat, utrum ex ſeveritate, an ex lenitate ſuum animum debeat moderari. Quam ei inſtructionem illa maxime conſideratio exhibebit, ſi plurium & maxime auctoratorum ipſe qui maluerit, conſtitutis fuerit præmonitus. Unde quæſo, ut in hac ipſa Canonici Breviarii repetitione, ſicut eximius noſter ille proteſtatus eſt doctor, ignoſcant ſcientes, ne offendantur neſcientes: ſatius eſt enim offerre habenti, quam non habentem differre. Veſtram quinetiam deprecor ſanctitatem, ut ſi in quo forſitan pervideris tuo deſiderio minime ſatisfactum, devotionem potius adprobes, & genuinæ inſcientiæ veniam dones. Ora pro me, meique ſemper memento, Pontifex Deo digne.

Finit Præfatio.

Deinceps ſuccedunt Capitula.

I. (*a*)

DE ordinatione Epiſcopi. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. I. Concilio Nicæno, tit. IV. Concilio Anthioceno. tit. XIX. Concilio Laodiceno, tit. XII. Concilio Carthaginenſi, tit. XIII. Item Carthaginenſi, tit. XVI.* Quod ſi de ordinatione ejus fuerit contradictum, quod alii debeant adjici. *Concilio Carthaginenſi, tit. XVII.*

II. (*b*)

De ordinatione Presbyteri, Diaconi, & cæterorum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. II. Ex Decretis Papæ Siricii*, tit. VIII. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXXII.* Item de eorum converſatione qui ab infantià Deo ſe voverunt. *Ex Decretis Papæ Siricii, tit. IX.* Item de grandævis. *Ex Decretis Papæ Zoſimi, tit. III. Ex Decretis Papæ Siricii, tit. X. Ex Decretis Papæ Cæleſtini, tit. XVI.*

III. (*c*)

De Monachorum promotione. *Ex Decretis Papæ Siricii, tit. XIII. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XVII. Ex Decretis Papæ Zoſimi. tit. I. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. II. III. & XVI.*

IV. (*d*)

Ut Neophyti non ordinentur. *Ex Concilio Nicæno, tit. II. Concilio Laodicenſi, tit. III. Concilio Sardicenſi, tit. XIII. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXXIII.*

(*a*) *Dionyſius 13. & 49. Ferrandus 4. Dionyſius 90. Ferrandus 5.*

(*b*) Siricius ep. I. tit. 8. 9. 10. Innocentius epiſt 4. tit. 5. Zoſimus ep. 1. tit. 3. Cæleſtinus ep. 2. tit. 3.

(*c*) Siricius ep. 1. tit. 13. Innocentius ep. 2. tit. 10. Zoſimus ep. 1. tit. 1. Gelaſius ep. 9. alias 1. tit. 2. *Priſcis igitur.* tit. 3. *Si vero de Laïcis.* t. 16. *Inliteratos.*

(*d*) Leo epiſt. 84. alias 82. tit. 3.

V. (*e*)

Ut nihil aliud in ſacrificio, præter id quod Dominus ſtatuit, offeratur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. III. In Concilio Carthaginenſi, tit. IV.*

VI.

Quæ ſpecies ad altare, non ad ſacrificium ſed ad benedictionem ſimplicem, debeant offerri. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. IV.*

VII.

Ut ea, quæ in Eccleſiis offerri non poſſunt, ad domos Sacerdotum à fidelibus deferantur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. V.*

VIII.

Ut Epiſcopus aut Presbyter uxorem ſuam, quam debet caſte regere, non relinquat, *In Canonibus Apoſtolorum, tit. VI.*

IX.

Ut Sacerdotes & miniſtri altaris à ſæcularibus curis ſe abſtineant. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. VII.*

X.

Quo tempore Paſcha celebretur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. VIII. Concilio Antiocheno, tit. I.*

XI.

Quod miniſtri altaris oblatione celebrata debeant communicare. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. IX.*

XII.

Quod Fideles Laïci ingredientes Eccleſiam communicare debeant. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. X. Concilio Antiocheno tit. II.*

XIII.

(*e*) *Dionyſius 37. Ferrandus 213.*

XIII.

Quod cum excommunicatis non ſit orandum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XI. Concilio Nicæno, tit. V.* Concilio *Antiocheno. tit. VI.*

XIV. (*f*).

Quod cum damnatis Clericis non ſit orandum: *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XII. Concilio Antiocheno, tit. IV. Concilio Carthaginenſi, tit. IX.*

XV.

Ut nullus Fidelium præter commendatitias ſuſcipiatur epiſtolas. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XIII. Concilio Antiocheno, tit. VII. & VIII.*

XVI.

Ut ab Epiſcopis aliena parrochia non pervadatur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XIV. Concilio Antiocheno, tit. XXI. Concilio Calchedonenſi, tit. V.*

XVII. (*g*)

Ut Clerici proprias Eccleſias non relinquant. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XV. Concilio Nicæno, tit. XV. & XIV. Concilio Calchedonenſi, tit. XX. Concilio Antiocheno, tit. III. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXXVIII. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XXIII. Concilio Carthaginenſi, tit. XXI. & XXII.*

XVIII. (*h*)

Ut Epiſcopus qui Clericos alterius ſuſceperit, communione privetur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XVI. Concilio Sardicenſi, tit. XVI & XVII. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XIV. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXXIX.*

XIX. (*i*)

Ut digami non admittantur ad Clerum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XVII. Concilio Laodiceno, tit. I. Ex Decretis Papæ Siricii, tit. XI. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XI. XII. & XIII. item tit. XXIX. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. II.*

XX. (*k*)

Quod ſi quis viduam, vel ejectam, aut meretricem acceperit, non admittitur ad Clerum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XVIII. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXX. item cujus ſupra, tit. LI.*

XXI.

Ut qui duas ſorores habuerit, non admittatur ad Clerum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XIX.*

XXII.

Clericum fidejuſſorem eſſe non oportere. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XX.*

XXIII.

Quod hi qui non ſponte eunuchizati ſunt, ſuſcipiantur ad Clerum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXI. Concilio Nicæno. tit. I.*

XXIV.

Ut is qui ſe eunuchizavit, Clericus non fiat. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXII.*

XXV. (*l*)

Ut Clericus qui ſe eunuchizavit, abjiciatur à Clero. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXIII. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XVII.*

XXVI.

Ut Laïcus qui ſe eunuchizavit, tribus annis communione privetur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXIX.*

XXVII. (*m*)

Ut Epiſcopus, Presbyter, Diaconus, ſi pro criminibus damnati fuerint, minime communione priventur. Similiter & reliqui Eccleſiæ miniſtri. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXV. & XXVI. Ex Decretis Papæ Siricii, tit. VII. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXI. & XXXIII. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XVI. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XVIII. Concilio Carthaginenſi, tit. XXVII.*

XXVIII. (*n*)

Qui Clerici debeant conjugibus ſociari. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXVII. Concilio Carthaginenſi, tit. XVI.* In quo item decretum eſt, ut nullus ex officio Eccleſiaſtico conductor fiat, & ab uſuris abſtineant, & quo tempore ordinentur.

XXIX.

Quod Epiſcopus, Presbyter, aut Diaconus Fideles peccantes verberare non debeant. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXVIII.*

XXX. (*o*)

Quod officium priſtinum damnati pro criminibus uſurpare non debeant. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXIX.* Item quod Clericis damnatis non liceat communicare. *Concilio univerſali Carthaginenſi, tit. XXIX.* Et quod intra annum cauſam ſuam peragant. *Concilio ſupraſcripto, tit. XLVI.*

XXXI. (*p*)

Quod non debeant officia Eccleſiaſtica pecuniis obtineri. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXX. Concilio Calchedonenſi, tit. II. & ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XXIX.*

XXXII.

Ut Eccleſia ſæculari potentia minime pervadatur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXI.*

XXXIII. (*q*)

De Presbyteris qui, contemptis Epiſcopis ſuis, ſeorſum conventus congregare tentaverint. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXII. Concilio Antiocheno, tit. V. Concilio Carthaginenſi, tit. X. & XI.*

XXXIV.

Quod Clerici damnati non debeant ab aliis recipi. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXIII. Concilio Sardicenſi, tit. XVIII. & XIX.*

XXXV

Ut nullus Epiſcopus, Presbyter aut Diaconus ſine commendatitiis ſuſcipiantur epiſtolis. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXIII. Concilio Laodiceno, tit. XLI. Concilio Calchedonenſi, tit. XI.*

XXXVI. (*r*)

De primatu Epiſcoporum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXV. Concilio Antiocheno, tit. IX.* Et de privilegiis quæ quibuſdam civitatibus competunt. *Concilio Nicæno, tit. VI. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. IX.*

XXXVII.

Quod non liceat Epiſcopo in aliena provincia Clericos ordinare. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXVI. Concilio Antiocheno, tit. XIII & XXII.*

XXXVIII.

De ordinatis Epiſcopis, nec receptis. *In Canonibus*

(*f*) *Dionyſius* 9.
(*g*) *Dionyſius* 54. & 55. *Ferrandus* 27. Leo epiſt. 84. alias 82. tit. 8. Gelas. epiſt. 9. alias. I. tit. 23. *Quiſquis propriæ.*
(*h*) Innocentius ep. 2. tit. 7. Leo. epiſt. 84. alias 82. tit 9.
(*i*) Siricius ep. I. tit. 11. Innoc. ep. 2. tit. 4. 5. 6. ep. 4. tit. 2. Leo ep. I. t. 2.
(*k*) Innocentius ep. 4. tit. 3. ep. 22. tit. 1.
(*l*) Gelas. epiſt. 9. alias 1. tit. 17. *De his autem.*

(*m*) *Dionyſius* 27. *Ferrandus* 118. Siricius ep 1. tit. 7. Innoc. ep. 3. tit. 1. ep. 5. Leo ep. 92. alias 90. tit. 2. Gelas. ep. 9. alias 1. tit. 18. *Comperimus.*
(*n*) *Dionyſius* 16.
(*o*) *Dionyſius* 62. & 79. *Ferrandus* 136.
(*p*) Gelas epiſt. 9. alias 1. tit. 24. *De Monachis.*
(*q*) *Dionyſius* 10. & 11. *Ferrandus* 101.
(*r*) Innoc. ep. 2. tit. 1.

nibus Apoſtolorum, tit. XXXVII. Concilio Ancyrano, tit. XVII. Concilio Antiocheno, tit. XVIII.

XXXIX. (*s*)

Ut bis in anno Concilia celebrentur. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXVIII. Concilio Nicæno, tit. V. Concilio Antiocheno, tit. XX. Concilio Calchedonenſi, tit. XIX. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXXVII.* Ut non amplius à ſtatuto Concilii tempore quam dies quindecim remorentur Epiſcopi. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XLI.*

XL.

Ut curam rerum Eccleſiaſticarum tantum Epiſcopus habeat. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XXXVIII. Concilio Antiocheno, tit. XXIV.*

XLI.

De dignitate Pontificis, & quod rerum ſuarum habeat poteſtatem. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XL.*

XLII. (*t*)

Quod Epiſcopus Eccleſiaſticarum rerum pro diſpenſatione pauperum habeat poteſtatem. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLI. Concilio Antiocheno, tit. XXV.* Et ut quatuor tam de reditibus quam de oblationibus fidelium fiant portiones; & una ſit Epiſcopi, alia Clericorum, tertia pauperum, quarta vero fabricarum Eccleſiaſticarum. *Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XXVII.*

XLIII.

Quod Epiſcopus, Presbyter, & Diaconus, aleator & ebrioſus non debeat eſſe. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLII.* Similiter & Clerici & Laïci, ſi permanſerint in alea, communione priventur. *Item in Canonibus Apoſtolorum, tit. XLIII.*

XLIV. (*v*).

Quod Epiſcopus, Presbyter & Diaconus non debeant uſuras accipere. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLIV. Concilio Nicæno, tit. XVII. Concilio Laodiceno, tit. V. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. III. & IV. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XV.*

XLV.

Quod non debeat Epiſcopus & Diaconus cum hæreticis orare. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLV.*

XLVI.

Quod non liceat Catholicis ad hæreticorum ſpeluncas, cauſa orationis, accedere. *Concilio Laodicenſi, tit. IX.*

XLVII. (*x*)

Quod non oporteat Catholicos cum hæreticis nuptiarum fœdera copulare. *Concilio Laodicenſi, tit. X. item de hoc ipſo tit. XXXI. Concilii Calchedonenſis, tit. XIV. Concilio Carthaginenſi tit. XXI.*

XLVIII.

Quod non oporteat ab hæreticis eulogias accipere. *Concilio Laodicenſi, tit. XXXII.*

XLXIX.

Quod non debeant hæreticorum Baptiſmata comprobari. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLVI.*

L.

Quod Eccleſiæ Baptiſmate Baptizatus, denun baptizari non debeat: & non ita baptizatus, debeat baptizari. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLVII.*

LI.

Quod in nomine Trinitatis debeat baptizari. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLIX.*

(*s*) Leo epiſt. 84. alias 82. t. 7. 10. & 11.
(*t*) Gelaſ. ep. 9. alias 1. t. 27. *Quatuor.*
(*v*) Leo epiſt. 1. tit. 3. & 4. Gelas ep. 9. alias 1. tit. 15. *Conſequens.*
(*x*) *Dionyſius* 21. *Ferrandus* 39.

LII.

Quod non debeat una merſio in Baptiſmate, quaſi in morte Domini, provenire. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. L.*

LIII. (*y*)

De Arrianis non rebaptizandis. *Ex Decretis Papæ Siricii, tit. I. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XLVII.*

LIV.

De his qui dicuntur Cathari, id eſt mundi. *Concilio Nicæno, tit. VIII.*

LV.

De his qui à Paulo Samoſateno ad Eccleſiam veniunt. *Concilio Nicæno, tit. XIX.*

LVI.

De aliis hæreticis qui ad Eccleſiam veniunt. *Concilio Laodiceno, tit. VII.*

LVII.

De his qui veniunt ab hæreſi Cataphrygarum. *Concilio ſupraſcripto, tit. VIII.*

LVIII (*z*).

De his qui veniunt à Novatianis, vel Montenſibus. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XV.*

LIX. (*a*)

De Bonoſiacis hæreticis, quod Judæis ſint comparandi. Et de ſuſcipiendis Clericis quos idem Bonoſus, antequam damnaretur, ordinavit. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XLIX. & L.*

LX. (*b*)

Quod non admittantur ad Clerum ab hæreticis ordinati. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. LIII. LIV. LV. LVI. & LVII.*

LXI. (*c*)

Quod omnis cujuſlibet ordinis Clericus, qui Catholicam deſerens, hæreticæ ſe communioni miſcuerit, ſi ad Eccleſiam reverſus fuerit, in eo gradu quo fuerat, ſine promotione permaneat. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XIV.*

LXII. (*d*)

De his quibus dubium eſt, utrum Baptiſmum perceperint, neceſſe eſt ut renaſcantur. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXVIII. Concilio Carthaginenſi, XXXIX.*

LXIII. (*e*)

Quod ii qui ſe Baptizatos agnoſcunt, ſed in qua fide, neſciunt, per manus impoſitionem ſuſcipiendi ſunt. *Ex Decretis Papæ Leonis. tit. XXIX.*

LXIV. (*f*)

De his qui non ſponte, ſed inviti ad iterationem Baptiſmi compulſi ſunt. *Ex Decretis Papæ Leonis. tit. XLVII.*

LXV. (*g*)

Ut hi qui ab hæreticis baptizati ſunt, ſola ſancti Spiritus invocatione firmentur. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XLVIII.*

LXVI. (*h*)

De his qui in ægritudine Baptiſma conſequuntur. *Concilio Neocæſarienſi, tit. XII. Concilio Laodicenſi*

(*y*) Siricius ep. 1. tit. 1. Innocentius ep. 18. tit. 3.
(*z*) Innocentius ep. 2. tit. 8.
(*a*) Innocentius ep. 20. & 21.
(*b*) Innoc. ep. 22. tit. 3. 4. 5. 6. 7.
(*c*) Leo epiſt. 3.
(*d*) Leo epiſt. 92. alias 90. t. 15.
(*e*) Leo epiſt. 92. alias 90. t. 16.
(*f*) Leo epiſt. 79. alias 77. t. 6.
(*g*) Leo epiſt. 79. alias 77. t. 7.
(*h*) *Dionyſius* 45. *Ferrandus* 202.

Laodicenſi, *tit.XLVII. Concilio Carthaginenſi*, *tit. XII.*

LXVII.

De Chriſtianis qui ſabbatizare, vel juxtà quemdam modum judaïzare noſcuntur. *Concilio Laodicenſi*, *tit. XXIX.*

LXVIII.

De ſchiſmaticis. *Concilio Laodiceno*, *tit. XXXIII.*

LXIX. (*i*)

De Martyribus hæreticorum. *Concilio Laodiceno*, *tit. XXXIV. Concilio Carthaginenſi*, *tit. L.*

LXX.

De his qui ab hæreticis, vel Judæis feſtivitatis eorum dona ſuſcipiunt. *Concilio Laodicenſi*, *tit. XXXVII.*

LXXI.

De Chriſtianis qui Judæorum azyma comederunt. *Concilio Laodicenſi*, *tit. XXXVIII.*

LXXII.

De Chriſtianis celebrantibus feſta Gentilium. *Concilio Laodicenſi*, *tit. XXXIX.*

LXXIII.

De hæreticis intrantibus in Eccleſiam vel Baſilicas Martyrum. *Concilio Laodicenſi*, *tit. VI.*

LXXIV. (*k*)

Captivis cibos immolatitios per neceſſitatem comedentibus pœnitentia concedenda. *Ex Decretis Papæ Leonis*, *tit. XLVI.*

LXXV. (*l*)

Qualiter debeant in Eccleſia ſuſcipi pœnitentes. *Concilio Carthaginenſi*, *tit. X.*

LXXVI.

De his qui ad ordinem Presbyterii ſine examinatione provecti ſunt. *Concilio Nicæno*, *tit. IX.* Quo tempore Presbyterum conveniat ordinari. *Concilio Novacæſarienſi*, *tit. XI.*

LXXVII.

De his qui in perſecutionibus negaverunt, & poſtmodum in Clero promoti ſunt. *Concilio Nicæno*, *tit. X.*

LXXVIII.

De Laïcis qui negaverunt, & de his qui abrenunciaverunt, & iterum ad ſæculum ſunt reverſi. *Concilio Nicæno*, *tit. XI & XII.*

LXXIX.

De his qui communionem tempore mortis expoſcunt. *Concilio Nicæno*, *tit. XIII.*

LXXX.

De Catechumenis lapſis. *Concilio ſuprascripto*, *tit. XIV.*

LXXXI.

De Presbyteris qui immolaverunt tempore perſecutionis. *Concilio Ancyrano*, *tit. I.*

LXXXII.

De Diaconis qui immolaverunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. II.*

LXXXIII.

De his qui ex fuga comprehenſi ſunt, & per vim immolarunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. III.*

LXXXIV. (*m*)

De his qui diverſis cauſis gentilitatis ritu aliquid peregerunt. *Concilio ſuprascripto*, *tit. IV. Ex Decretis Papæ Siricii*, *tit. III.*

(*i*) *Dionyſius* 83. *Ferrandus* 171.
(*k*) Leo epiſt. 79. alias 77. tit. 5.
(*l*) *Dionyſius* 43. *Ferrandus* 49.
(*m*) Siricius ep. I. tit. 3.

LXXXV.

De his qui timore ritus gentilium peregerunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. V.*

LXXXVI.

De his qui in locis idolorum manducaverunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. VI.*

LXXXVII. (*n*)

De his qui frequenter idolis immolaverunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. VII. Ex Decretis Papæ Leonis*, *tit. XXX.*

LXXXVIII.

De his qui & aliis ſacrificandi cauſas attulerunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. VIII.*

LXXXIX.

De his qui, cum eſſent Catechumeni, idolis immolaverunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. XI.*

XC.

De his qui divinationes expetunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. XXIII.* Vel de his qui Angelos colunt. *Concilio Laodicenſi*, *tit. XXXV.* Et ut Clericus magus & incantator non ſit, neque phylacteria faciat. *Concilio Laodicenſi*, *tit. XXXVI.*

XCI.

De his qui ad Presbyterium vel Diaconatum promoventur, & ante ordinationem peccatorum ſibi ſunt conſcii. *Concilio Novacæſarienſi*, *tit. IX. & X.*

XCII.

De Diaconis qui tempore ordinationis de nuptiis atteſtati ſunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. IX.*

XCIII. (*o*).

Ut Presbyteri modum ſibi debitum ſervent; hoc eſt, non chriſma conficiant, non conſignent, nec præſente quolibet Epiſcopo, niſi jubeantur ab ipſo, vel orare, vel ſedere præſumant, nec acolythum vel ſubdiaconum faciant. *Ex Decretis Papæ Gelaſii*, *tit. VI. Concilio Carthaginenſi*, *tit. VI. & VII.*

XCIV. (*p*)

De privilegiis Presbyterorum. *Concilio Nicæno*, *tit. XVIII. Concilio Laodicenſi*, *tit. XX. Ex Decretis Papæ Gelaſii*, *tit. VIII.*

XCV. (*q*)

Ut Diaconi menſuram propriam, juxta Patrum ſtatuta cuſtodiant. *Ex Decretis Papæ Gelaſii*, *tit. XII.*

XCVI.

De Chorepiſcopo, id eſt, Vicario Epiſcopi, quæ ad ejus officium pertineant. *Concilio Ancyrano*, *tit XII. Concilio Antiocheno*, *tit. X.*

XCVII. (*r*)

De rebus Eccleſiaſticis eo tempore diſtractis, quo ipſæ Eccleſiæ viduantur Epiſcopis. *Concilio Ancyrano*, *tit. XIV. Concilio Carthaginenſi*, *tit. XXVI.*

XCVIII.

De his qui eſum carnium in Clero conſtituti diffugiunt. *Concilio Ancyrano*, *tit. XIII.*

XCIX.

De his qui fornicantur irrationabiliter, id eſt, cum pecoribus, aut cum maſculis. *Concilio Ancyrano*, *tit. XV. & XVI.*

C.

(*n*) Leo epiſt. 92. alias 90. t. 17.
(*o*) *Dionyſius* 6. & 7. *Ferrandus* 91. Gelaſ. ep. 9. alias 1. tit. 6. *Nec minus.*
(*p*) Gelaſ. epiſt. 9. alias 1. tit. 8. *Non in Presbyterio.*
(*q*) Gelaſius ep. 9. alias 1. tit. 7. *Diaconos.*
(*r*) *Dionyſius* 26. *Ferrandus* 47.

C. (*s*)

De Monachis & Virginibus qui ſuam profeſſionem non cuſtodiunt. *Concilio Ancyrano, tit. XVIII. Concilio Calchedonenſi, tit. VII. & XVI. Ex Decretis Papæ Syricii, tit. VI.*

CI. (*t*)

Item de Virginibus velatis vel non velatis, ſi deviaverint. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XIX. & XX. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXVI. & XXVII. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XX.*

CII.

De his qui adulteras habent uxores, vel adulteri comprobantur. *Concilio Ancyrano, tit. XIX.*

CIII.

De his qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt. *Concilio Ancyrano, tit. XX.*

CIV.

De homicidiis, vel de his qui non ſponte homicidium commiſerunt *Concilio Ancyrano, tit. XXI. & XXII.*

CV. (*v*)

De deſponſatis puellis & ab aliis corruptis. *Concilio Ancyrano, tit. X. Ex Decretis Papæ Siricii, tit. IV.*

CVI.

De his qui Virginum corruptionibus conſcii ſunt. *Concilio Ancyrano, tit. XXIV.*

CVII.

Laïcum pellentem conjugem ſuam, communione privandum. *In Canonibus Apoſtolorum, tit. XLVIII.*

CVIII.

De Presbyteris qui uxores acceperunt, vel fornicati ſunt. *Concilio Novacæſarienſi, tit. I.*

CIX. (*x*)

Quod Sacerdotes & Levitæ cum mulieribus coïre non debeant. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XVI. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XVII. Concilio Carthaginenſi, tit. XXV.*

CX. (*y*)

Quæ mulieres cum Epiſcopo, Presbytero, Diacono debeant commorari. *Concilio Nicæno, tit. III. Ex Decretis Papæ Siricii, tit. XII.*

CXI.

De Presbyteris qui habuerint conjugia. *Concilio Gangrenſi, tit. IV.*

CXII.

De his quæ duobus fratribus nupſerint, vel qui duas ſorores acceperint uxores. *Concilio Novacæſarienſi, tit. II.*

CXIII.

De multinubis. *Concilio Novacæſarienſi, tit. III.*

CXIV.

De his qui ſuam concupiſcentiam adimplere à Deo non permittuntur. *Concilio Novacæſarienſi, tit. IV.*

CXV.

De Cathechumenis peccatoribus. *Concilio Novacæſarienſi, tit. V.*

CXVI.

De Catechumena prægnante. *Concilio Novacæſarienſi, tit. VI.*

CXVII.

Quod non oporteat in bigami nuptiis orare (*) Presbyterum. *Concilio ſupradicto, tit. VII.*

CXVIII.

De his qui mulieribus adulteris juncti ſunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. VIII.*

CXIX.

Quod Presbyteri plebis in Eccleſia civitatis nec ſacrificium offerre, nec miniſtrare debeant quæ oblata ſunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. XIII.*

CXX.

Quod in qualibet magna civitate ſeptem tantum Diacones eſſe debeant, juxta Apoſtolorum diſpoſitionem. *Concilio ſupraſcripto, tit. XIV.*

CXXI.

De his qui nuptias execrantur. *Concilio Gangrenſi, tit. I.*

CXXII.

De his qui abominantur eos qui carnibus veſcuntur. *Concilio Gangrenſi, tit. II.*

CXXIII.

De ſervis qui jugum famulatus abjiciunt Chriſtianitatis obtentu. *Concilio ſupraſcripto, tit. III.*

CXXIV.

De his qui Eccleſiæ conventus ſpernunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. V.*

CXXV.

De his qui Eccleſiaſtica miniſteria præter Eccleſiam faciunt. *Concilio ſuprascripto, tit. VI.*

CXXVI.

De oblationibus fructuum quæ miniſtris Eccleſiæ conferuntur. *Concilio ſupraſcripto, tit. VII.*

CXXVII.

De his quæ in uſus pauperum conferuntur. *Concilio ſupraſcripto, tit. VIII.*

CXXVIII.

De his qui non legitime in virginitate perſiſtunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. IX.*

CXXIX.

De his qui pro virginitate ſuperbiunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. X.*

CXXX.

De his qui agapas, id eſt, paſtiones pauperum riſui ducunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. XI.*

CXXXI. (*z*)

De his qui palliis utuntur, & idcircò ſuperbiunt. *Concilio ſuprascripto, tit. XII. Ex Decretis Papæ Cæleſtini. tit. XIV.*

CXXXII.

De mulieribus quæ utuntur virilibus indumentis. *Concilio Gangrenſi, tit. XIII.*

CXXXIII.

De his qui, velut peccatum, copulam deſerunt nuptiarum. *Concilio ſuprascripto, tit. XIV.*

CXXXIV.

De his qui Chriſtianitatis obtentu deſpiciunt filios. *Concilio ſuprascripto, tit. XV.*

CXXXV.

De his qui parentes Chriſtianitatis obtentu contemnunt. *Concilio ſuprascripto, tit. XVI.*

CXXXVI.

(*s*) Siricius ep. 1. tit. 6.
(*t*) Innoc. ep. tit. 12. & 13. Leo epiſt. 92. alias 90. tit. 12. & 13. Gelaſ. ep. 9. alias 1. t. 20. *Virginibus.*
(*v*) Siric. epiſt. 1. tit. 4.
(*x*) *Dionyſius* 25. *Ferrandus* 16. Innocentius epiſt. 2. tit. 9. Leo epiſt. 92 alias. 90. t. 3.
(*y*) Siric. ep. 1. tit. 12.

(*) Videtur legendum *convivari.*
(*z*) Cæleſtinus ep. 2. tit. 1.

CXXXVI.

De mulieribus quæ ſe attondent Chriſtianitatis obtentu. *Concilio ſuprafcripto, tit. XVII.*

CXXXVII.

De his qui Dominico die jejunant, tanquam nihil præ cæteris differente. *Concilio ſuprafcripto, tit. XVIII.*

CXXXVIII.

De his qui die Dominico & diebus Pentecoſtes genua flectunt. *Concilio Nicæno, tit. XX.*

CXXXIX.

De his qui Eccleſiaſtica jejunia abſque neceſſitate diſſolvunt. *Concilio Gangrenſi, tit. XIX.*

CXL.

De his qui collectas, quæ fiunt in Martyrum commemorationibus, execrantur. *Concilio ſuprafcripto, tit. XX.*

CXLI.

De his qui in aliena parrochia, præter conſcientiam ſuorum Epiſcoporum, immorantur. *Concilio Antiocheno, tit. III.*

CXLII.

De Epiſcopis adeuntibus Imperatorem. *Concilio Antiocheno tit. XI.*

CXLIII. (*a*)

De damnatis Epiſcopis aut Clericis adeuntibus Imperatorem. *Concilio Antiocheno, tit. XII. Concilio Carthag. tit. LXXI.*

CXLIV. (*b*).

De diſſenſione quæ ſuper Epiſcoporum judicatione contingit, vel cum ab omnibus ſua provincia Epiſcopus conſtanter excluditur. *Concilio Antiocheno, tit. XIV & XV. Concilio Carthaginenſi, tit. XIX.* Vel quæ forma in accuſatione Epiſcopi, Diaconi & cæterorum ſervari debeat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XX.*

CXLV.

De vagantibus Epiſcopis, quod alienam Eccleſiam pervadere non debeant. *Concilio Antiocheno, tit. XVI.*

CXLVI.

Ut nullus ad Epiſcopatum pro ſe conſtituat promovendum. *Concilio Antiocheno, tit. XXIII.*

CXLVII.

De Epiſcopis etiam Laïca communione privandis, qui civitates mutaverunt. *Concilio Sardicenſi, tit. I.*

CXLVIII.

Item ſi per ambitionem ſedem mutaverint, nec in exitu communionem, ſaltem Laïcorum, conſequantur. *Concilio Sardicenſi, tit. II.*

CXLIX.

Ut inter diſcordes Epiſcopos, comprovinciales Antiſtites audiant. Quod ſi damnatus appellaverit Romanum Pontificem, id obſervandum quod ipſe cenſuerit. *Concilio Sardicenſi, tit. III.*

CL.

Ut nullus accuſati ſedem uſurpet Epiſcopi. *Concilio Sardicenſi, tit. IV.*

CLI.

Quando quis debeat a vicinis provinciis Epiſcopus ordinari. *Concilio Sardicenſi, tit. V.*

CLII.

De non ordinandis Epiſcopis per vicos & modicas civitates. *Concilio Sardicenſi, tit. VI.*

CLIII.

De provinciali Synodo retractanda per Vicarios Epiſcopi urbis Romæ, ſi ipſe decreverit. *Concilio Sardicenſi, tit. VII.*

CLIV. (*c*)

Quando & in quibus cauſis Epiſcopi ad comitatum ire debent. *Concilio Sardicenſi, tit VIII. Concilio Carthaginenſi, tit. XXIII & XXVIII. Item Concilio univerſali Carthaginenſi, tit. LXXIII.*

CLV.

De Diaconis ad comitatum dirigendis. *Concilio Sardicenſi, tit. IX.*

CLVI.

Quod pro pupillis, & viduis, ac neceſſitatem patientibus, ad comitatum eundem ſit. *Concilio ſuprafcripto, tit. X.*

CLVII.

Ut qui in canali ſunt Epiſcopi, euntes ad comitatum ſollicite diſcutiant. *Concilio Sardicenſi, tit. XI.*

CLVIII.

De his qui ignorant quid ſit in Synodo conſtitutum. *Concilio ſuprafcripto, tit. XII.*

CLIX.

Quamdiu Epiſcopus in alia civitate debeat remorari. *Concilio ſupradicto, tit. XIV.* Qui vero perſecutionis tempore in aliena civitate remorari voluerint, non prohibeantur. *Concilio Sardicenſi, tit. XXI.*

CLX.

Quod non liceat Epiſcopo à ſua Eccleſia plus tribus hebdomadibus abeſſe. *Concilio Sardicenſi, tit. XV.*

CLXI.

De his qui pro diverſis erratis pœnitudinem ferventius gerunt. *Concilio Laodicenſi, tit. II.*

CLXII.

De tempore ordinationis. *Concilio Laodicenſi, tit. IV.*

CLXIII.

Non congruere Presbyteras in mulieribus ordinari. *Concilio ſuprafcripto, tit. XI.*

CLXIV. (*d*)

Judicio multitudinis ordinationem fieri non debere. *Concilio Laodicenſi, tit. XIII. Ex Decretis Papæ Cæleſtini.* Quod docendus ſit populus non ſequendus, *tit. XXII.* Et quod non conveniat contemptis Clericis Eccleſiarum, de Laïcis Epiſcopum ordinari. *Ex Decretis Papæ ejuſdem, tit. XXI.*

CLXV.

Ad alias parrochias eulogias quæ ablatæ ſunt, minimè deſtinandas. *Concilio Laodicenſi, tit. XIV.*

CLXVI.

De his qui debeant in ambone, id eſt, in pulpito pſallere. *Concilio Laodicenſi, tit. XV.*

CLXVII.

De lectionibus quæ debeant Sabbato recenſeri. *Concilio Laodicenſi, tit. XVI.*

CLXVIII.

Quod interſtitium Pſalmorum debeat in congregationibus fieri. *Concilio ſuprafcripto, tit. XVII.*

CLXIX.

De precibus Nona & Veſpera celebrandis. *Concilio Laodicenſi, tit XVIII.*

CLXX.

De precibus poſt ſermones habitos ad plebem faciendis. *Concilio Laodicenſi, tit. XIX.*

CLXXI.

(*a*) *Dionyſius* 104. *Ferrandus* 67 & 43.
(*b*) *Dionyſius* 19. & 20. *Ferrandus* 51 & 58.
(*c*) *Dionyſius* 23. 28. & 106.
(*d*) Cæleſtinus ep. 3. tit. 2 & 3.

CLXXI.

Quod Subdiaconi à Diaconio ſint remoti. *Concilio ſuprascripto, tit. XXI.*

CLXXII.

Sobdiacones cum orariis adſiſtere non licere. *Concilio ſupraſcipto, tit. XXII.*

CLXXIII.

Lectores & cantores cum orariis agere ſuum officium non licere. *Concilio Laodicenſi, tit. XXIII.*

CLXXIV.

Quod Subdiaconi non debeant benedicere, nec benedictionem tribuere. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXV.*

CLXXV.

De exorciſtis qui non ſunt ab Epiſcopis ordinati. *Concilio ſupradicto, tit. XXVI.*

CLXXVI.

Quod de conviviis, quæ ex agape fiunt, partes accipi non debeant. *Concilio Laodiceno, tit. XXVII.*

CLXXVII. (e)

In Eccleſiis prandia fieri non debere præter neceſſitatem itineris. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXVIII. Concilio Carthaginenſi, tit. IX*

CLXXVIII.

De viris cum mulieribus lavacra celebrantibus. *Concilio Laodiceno, tit. XXX.*

CLXXIX.

Ut Epiſcopi ad Synodum inprætermiſſè occurrant. *Concilio Laodicenſi, tit. XL. Concilio Antiocheno, tit. XVII.*

CLXXX.

Quod præter juſſionem Epiſcopi Clericus non debeat proficiſci. *Concilio Laodicenſi, tit. XLI & XLII* Et ut Subdiaconi ad oſtia perſeverent. *Concilio ſupraſcripto, tit. XLIII.*

CLXXXI. (f)

Ut ſacrarium mulieres non introeant. *Concilio Laodicenſi, tit. XLIV. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XXVI.*

CLXXXII.

De his qui circà mediam ſeptimanam ad Baptiſma veniunt. *Concilio Laodicenſi, tit. XLV.*

CLXXXIII.

De perceptione fidei, & redditione eorum qui baptizantur. *Concilio ſupraſcripto, tit. XLVI.*

CLXXXIV.

Ut poſt Baptiſma, Chriſma detur. *Concilio ſupraſcripto, tit. XLVIII.*

CLXXXV.

Oblationes offerri in Quadrageſima non oportere. *Concilio Laodiceno, tit. XLIX.*

CLXXXVI.

Non debere jejunium ſolvi in quinta feria ſeptimanæ majoris. *Concilio Laodiceno, tit. L.*

CLXXXVII.

Non debere in diebus jejuniorum, commemorationes Martyrum fieri. *Concilio ſupraſcripto, tit. LI.*

CLXXXVIII.

Ut natalitia vel nuptiæ in Quadrageſima non fiant. *Concilio Laodicenſi, tit LII*

CLXXXIX.

Ut in Chriſtianorum non ſalletur nuptiis. *Concilio ſupraſcripto, tit. LIII.*

(e) *Dionyſius 40. Ferrandus 71.*
(f) Gelaſ. epiſt. 9. alias 1. tit. 26 *Nihilominus.*

CXC. (g)

Non licere Clericis, ludicris ſpectaculis intereſſe. *Concilio ſupraſcripto, tit. LIV. Concilio Carthaginenſi, tit. XV.*

CXCI.

Non licere Presbyteris introire ad Altare, priuſquam egrediatur Epiſcopus. *Concilio Laodicenſi, tit. LVI.*

CXCII.

Qui in agris vel poſſeſſionibus debeant ordinari. *Concilio Laodicenſi, tit. LVII.*

CXCIII.

Oblationem offerri in domibus non oportere: vel quæ pſallere in Eccleſia conveniat. *Concilio Laodicenſi, tit. LVIII & LIX.*

CXCIV.

Quod non oporteat Epiſcopos, Clericos, & Monachos prædia aliena conducere. *Concilio Calchedonenſi, tit. III.*

CXCV. (h)

De honore Monachis competente: Et ne ullus eorum tentet Eccleſiaſtica aut ſæcularia inquietare negotia, nec alienum ſervum, præter conſcientiam domini ſui, ſuſcipere. *Concilio Calchedonenſi, tit. IV. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. I. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XIV.*

CXCVI.

Quod non oporteat abſolutè quoſlibet ordinari. *Concilio Calchedonenſi, tit. VI*

CXCVII.

De Clericis qui ſunt in ptochiis, monaſteriis, atque martyriis, quæ ſub poteſtate Epiſcoporum uniuſcujuſque civitatis exiſtunt. *Concilio Calchedonenſi, tit. VIII.*

CXCVIII.

Quod non oporteat Clericos habentes adverſus invicem negotia, proprium Epiſcopum relinquere, & ad ſæcularia judicia properare. *Concilio Calchedonenſi, tit. IX.*

CXCIX.

Quod non liceat Clerico in duarum civitatum miniſtrare Eccleſiis. *Concilio ſupraſcripto, tit. X.*

CC. (i)

Ut nequaquam in duos Metropolitanos provincia dividatur *Concilio ſupraſcripto, tit. XII. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XLVI.*

CCI.

Quod non oporteat peregrinos Clericos ſine commendatitiis miniſtrare. *Concilio Calchedonenſi, tit. XIII.*

CCII.

De Diaconiſſis mulieribus. *Concilio Calchedonenſi, tit. XV.*

CCIII.

De parrochiis. *Concilio ſupraſcripto, tit. XVII.*

CCIV.

De conjurationibus vel conſpirationibus. *Concilio ſupraſcripto, tit. XVIII.*

CCV. (k)

De Epiſcoporum aut Clericorum accuſatoribus, quid debeat obſervari *Concilio Calchedonenſi, tit. XXI. Concilio Carthaginenſi, tit. VIII. XCV. & XCVI.* Et, ut qui unum crimen non probaverit, ad

(g) *Dionyſius 29. Ferrandus 40.*
(h) Leo epiſt. 1. tit. 5. Gelaſ. epiſt. 9. alias 1. tit. 14. *Generalis.*
(i) Innocentius ep. 18 tit. 2.
(k) *Dionyſius* 8. 128. 129. 130. 131. *Ferrandus* 194. 195. 196. 197.

ad aliud admitti non debeat. *Concilio ſupraſcripto, tit. XCVII. & XCVIII.*

CCVI.

Quod non liceat Clericis poſt mortem ſui Epiſcopi res ad eum pertinentes diripere. *Concilio Calchedonenſi, tit. XXII.*

CCVII.

Quod non liceat Clericis & Monachis, abſque voluntate Epiſcopi ad urbem regiam proficiſci. *Concilio Calchedonenſi, tit. XXIII.*

CCVIII.

Quod non liceat monaſteria quæ conſecrata ſunt, diverſoria ſecularia fieri. *Concilio ſupraſcripto. tit. XXIV.*

CCIX.

Quod non oporteat ordinationes Epiſcoporum diu differri. *Concilio Calchedonenſi, tit. XXV.*

CCX.

De diſpenſatoribus ſingularum Eccleſiarum. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXVI.*

CCXI.

De his qui raptum faciunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXVII.*

CCXII. (l)

Ut præter Paſcha & Pentecoſten Baptiſma non celebretur. *Ex Decretis Papæ Siricii, tit. II. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. VII. VIII. IX. X. & XI. Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. X.*

CCXIII. (m)

De his qui pœnitentiam minime ſervaverunt. *Ex Decretis Papæ Siricii, tit. V. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. VII.*

CCXIV. (n)

Quod Clericis non liceat pœnitentiam agere, & quod poſt pœnitentiam nullus poſſit ad Clerum admitti. *Ex Decretis Papæ Siricii, tit. XIV. Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXXIV.*

CCXV. (o)

Ut ſi per ignorantiam, pœnitens, digamus, vel viduæ maritus Clericus factus fuerit, jam non promoveatur. *Ex Decretis Papæ Siricii, tit. XV.*

CCXVI. (p)

De energumenis baptizatis. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. VI.*

CCXVII. (q)

Quod pro infirmis debeat Sacerdos orare, & juxta præceptum ſancti Jacobi, oleo perunguere. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. VIII.*

CCXVIII. (r)

Ut extra conſcientiam Metropolitani non ordinetur Epiſcopus. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. IX. Ex Decretis Papæ Cœleſtini, tit. XVII. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXXII.*

CCXIX. (s)

Ut ex Curialibus non fiat Clericus. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XVIII.*

CCXX. (t)

De ultima pœnitentia non neganda. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXII. Ex Decretis Papæ Cœleſtini, tit. XV. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXI.*

CCXXI. (v)

De adminiſtrationibus ſecularium judiciorum. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXIII.*

CCXXII. (x)

Quod pro conjugali fœdere, tam viro quam fœminæ non liceat in adulterium declinare, pro eo, quod ſibi in hoc ipſo æque debitores exiſtunt. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXIV.*

CCXXIII. (y)

Quod hi qui preces criminales dictant, ſine crimine ſint. *Ex Decretis ejuſdem Papæ Innocentii, tit. XXV.*

CCXXIV. (z)

Quod non liceat his, qui intercedente repudio à ſe ſegregati ſunt, in aliam copulam pertranſire. *Ex Decretis cujus ſupra. tit. XXVI.*

CCXXV. (a)

Quod ſi quis partem ſibi corporis volens amputaverit, Clericus eſſe non poſſit: nolens autem poſſit. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXVIII.*

CCXXVI. (b)

Si cujus uxor abducta in captivitatem fuerit, & alteram maritus ejus acceperit, revertente prima, ſecunda excludatur: quam diſpoſitionem in muliere quoque, ſi alium virum, primo deſiſtente, acceperit, convenit obſervari. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. XXXVII. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XLII. XLIII. XLIV. & XLV.*

CCXXVII. (c)

De Catechumeno, qui priuſquam baptizetur, uxorem amittit, & poſt aliam accepit, quod Clericus eſſe non poſſit. *Ex Decretis Papæ Innocentii, tit. LII.*

CCXXVIII. (d)

Quod nolentibus clericis vel populis non debeat Epiſcopus ordinari: & quod ab illicitis ſit ordinationibus abſtinendum. *Ex Decretis Papæ Cœleſtini, tit. XVIII. & XIX. Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XV. & XXXV.*

CCXXIX. (e)

Quod nulli Sacerdoti Canones liceat ignorare. *Ex Decretis Papæ Cœleſtini, tit. XX.*

CCXXX. (f)

Quod aliud ſit uxor, aliud concubina: nec erret, quiſquis filiam ſuam in matrimonio tradiderit, concubinam habenti. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XVIII.*

CCXXXI. (g)

Quod non ſit conjugii duplicatio, cum ancilla expulſa, uxor intromittatur. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XIX.*

CCXXXII. (h)

De communione privatis, & ita defunctis. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XX.*

CCXXXIII.

(l) Siric. ep. 1. t. 2. Leo ep. 4. t. 1. 2. 3. 4. 5. 6. Gelaſ. ep. 9. alias 1. t. 10. *Baptizandi ſibi.*
(m) Siric. ep. 1. 5. Innoc. ep. 1. tit. 7.
(n) Siricius ep. 1. tit. 14. Innoc. ep. 6.
(o) Siricius ep. 1. tit. 15.
(p) Innocentius ep. 1. tit. 6.
(q) Innocentius ep. 1. tit. 8.
(r) Innocentius ep. 2. tit. 1. Cœleſtinus ep. 2. tit. 4. Leo epiſt. 84. alias 82. t. 2.
(s) Innocentius epiſt. 2. tit. 11.
(t) Innocentius ep. 3. tit. 2. Cœleſtinus ep. 2. tit. 2. Leo ep. 92. alias 90. tit. 7.
(v) Innocentius ep. 3. tit. 3.
(x) Innoc. ep. 3. tit. 4.
(y) Innocentius ep. 3. tit. 5.
(z) Innocentius ep. 3. tit. 6.
(a) Innocentius ep. 4. tit. 1.
(b) Innoc. ep. 9. Leo epiſt. 79. alias 77. t. 1. 2. 3. & 4.
(c) Innocentius epiſt. 22. tit. 2.
(d) Cœleſtinus ep. 2. t. 5. & 6 Leo epiſt. 92. alias 90. tit. 1. epiſt. 84. alias 82. tit. 5.
(e) Cœleſtinus ep. 3. tit. 1.
(f) Leo epiſt. 92. alias 90. t. 4.
(g) Leo epiſt. 92. alias 90. tit. 5.
(h) Leo epiſt. 92. alias 90. tit. 6.

CCXXXIII. (i)

Quod oporteat eum qui pro illicitis veniam poſtulat, etiam à licitis abſtinere. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXII.*

CCXXXIV. (k)

Quod pœnitenti nulla lucra negociationis exercere conveniat. *Ex Decretis ejuſdem, tit XXIII.*

CCXXXV. (l)

Quod ad militiam ſecularem poſt pœnitentiam redire non debet. *tit. XXIV. ejuſdem.*

CCXXXVI. (m)

Quod adoleſcens, ſi urgente quolibet mortis periculo pœnitentiam geſſerit, & non ſe continuerit, uxoris debeat remedio ſuſtentari. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXV.*

CCXXXVII. (n)

Quod Subdiaconis carnale connubium denegetur. *Ex Decretis Papæ Leonis, tit. XXXIV.*

CCXXXVIII. (o)

Ut nulla pretia de baptizandis conſignandiſque Fidelibus exigantur. *Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. V.*

CCXXXIX. (p)

Presbyterorum & Diaconorum ordinationes certis debere celebrari temporibus. *Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XI.*

CCXL. (q)

Ut conſtitutis diebus virgines ſacræ velentur. *Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XII.*

CCXLI. (r)

Ut viduæ non velentur. *Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XIII. & XXI.*

CCXLII. (s)

Quod dæmoniis aliiſque paſſionibus irretitis Sacra Myſteria tractare non liceat. *Ex Decretis cujus ſupra, tit. XIX.*

CCXLIII. (t)

Quod ſecunda conjugia ſæcularibus non denegentur, quibus tamen, pro hoc ipſo, ad Clerum minime convenit aſpirare. *Ex Decretis Papæ Gelaſii, tit. XXII.*

CCXLIV. (v)

Ut ab Epiſcopis præceptione Papæ, novæ baſilicæ dedicentur. *Ex Decretis Papæ cujus ſupra, tit. IV.* Et nulla baſilica ſub defunctorum conſtructa nomine dedicetur. *Ex Decretis ejuſdem, tit. XXV.*

CCXLV. (x)

Ut ſi quis Epiſcopus in crimine abſque tempore Synodi detentus fuerit, à duodecim Epiſcopis audiatur, Presbyter vero à ſex, Diaconus à tribus. *Concilio Carthaginenſi, tit. XII. & XX.*

CCXLVI. (y)

De diverſis ordinibus Eccleſiæ ſervientibus. Ut ſi quis in cauſam incurrrerit, & abnuerit Eccleſiaſticum judicium, debeat periclitari. *Concilio ſupraſcripto, tit. XV.*

CCXLVII. (z)

Ut Clericus, qui ordinatur, moneri debeat conſtituta paterna ſervare; maxime vero, ut corporibus mortuorum Euchariſtia & Baptiſma non dentur. *Concilio Carthaginenſi, tit XVIII.*

CCXLVIII. (a)

Ut Epiſcopi vel Clerici, in eos qui Catholici non ſunt, nihil conferant. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXII. & XLVIII.*

CCXLIX. (b)

De accuſato vel accuſatore. *Concilio Carthaginenſi tit. XXX.*

CCL. (c).

Quod Clerici qui Epiſcopis ſuis non obediunt ut promoveantur, nec illic manere debeant, unde recedera noluerunt. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXI.*

CCLI. (d)

Ut ſi quis Clericorum pauper promotus in ordine, aliquid poſtea habuerit, Eccleſiæ poteſtati ſubjaceat. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXXII.*

CCLII. (e)

Ut Presbyteri rem Eccleſiæ, in qua ſunt conſtituti, non vendant: & nulli Epiſcopo liceat rem tituli matris Eccleſiæ uſurpare. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXIII.*

CCLIII. (f)

Ut parvuli, qui apud Donatiſtas baptizantur, ſi converſi fuerint, ab ordinationibus non prohibeantur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XIV. XXIII. & XXIV.* Item ut Clerici Donatiſtarum in ſuis honoribus ſuſcipiantur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXV.*

CCLIV. (g)

Ut Epiſcopi vel Clerici filios ſuos non facile emancipent. *Concilio ſupraſcripto, tit. II.*

CCLV. (h)

Ut Clerici vel continentes ad virgines & viduas non accedant. *Concilio ſupraſcripto, tit. V.*

CCLVI. (i)

Ut Princeps Sacerdotum non appelletur Epiſcopus. *Concilio Carthaginenſi, tit. VI.*

CCLVII. (k)

Ut à Jejunis Sacerdotibus Deo ſacrificia celebrentur. *Concilio Carthaginenſi, tit. VIII.*

CCLVIII. (l)

De ſollicitudine pro virginibus gerenda. *Concilio ſupraſcripto, tit. XI.*

CCLIX. (m)

Ut Epiſcopus non ordinetur in Diœceſi quæ Epiſcopum nunquam habuit, niſi cum voluntate Epiſcopi ad quem ipſa Diœceſis pertinet. *Concilio Carthaginenſi, tit. XX.*

CCLX.

(i) Leo epiſt. 92. alias 90. tit. 8.
(k) Leo epiſt. 92. alias 90. tit. 9.
(l) Leo epiſt. 92. alias 90. t. 10.
(m) Leo epiſt. 92. alias 90. t. 11.
(n) Leo epiſt. 84. alias 82. tit. 4.
(o) Gelaſ. epiſt. 9. alias 1. tit. 5. *Baptizandis.*
(p) Gelaſius ep. 9. alias 1. tit. 11. *Ordinationes.*
(q) Gelaſ. ep. 9. alias 1. tit. 12. *Devotis.*
(r) Gelaſ. ep. 9. alias 1. tit. 13. *Viduas.* & tit. 21. *Nam de Viduis.*
(s) Gelaſ. ep. 9. alias 1. tit. 19. *Uſque adeo.*
(t) Gelaſ. ep. 9. alias 1. tit. 22. *Secundas nuptias.*
(v) Gelaſ. ep. 9. alias 1. tit. 4. *Baſilicas.* & tit. 25. *De Locorum.*
(x) *Dionyſius* 12. & 20. *Ferrandus* 51.
(y) *Dionyſius* 15.

(z) *Dionyſius* 18. *Ferrandus* 227.
(a) *Dionyſius* 22. & 81. *Ferrandus* 32. & 33.
(b) *Dionyſius* 30. *Ferrandus* 198.
(c) *Dionyſius* 31.
(d) *Dionyſius* 32. *Ferrandus* 35.
(e) *Dionyſius* 33. *Ferrandus* 38. 47. & 95.
(f) *Dionyſius* 47. 56. 57. & 68. *Ferrandus* 189. & 193.
(g) *Dionyſius* 35. *Ferrandus* 41.
(h) *Dionyſius* 38. *Ferrandus* 132.
(i) *Dionyſius* 39. *Ferrandus* 81.
(k) *Dionyſius* 41.
(l) *Dionyſius* 44. *Ferrandus* 48.
(m) *Dionyſius* 53. *Ferrandus* 13.

Digitized by Google

CCLX. (n)

Ut qui Epiſcopi in Diœceſibus fuerint ordinati, Diœceſim ſibi nullam uſurpent. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXIII.*

CCLXI. (o)

De reliquiis idolorum vel templis ab Imperatoribus abolendis. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXV.*

CCLXII. (p)

Ut Clerici de judicii ſui cognitione non cogantur in publico dicere teſtimonium. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXVI.*

CCLXIII. (q).

De paganorum conviviis auferendis. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXVII.*

CCLXIV. (r)

De ſpectaculis, ut in die Dominico vel cæteris Sanctorum ſolemnitatibus minime celebrentur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXVIII.*

CCLXV. (s)

De Hiſtrionibus Chriſtianis factis. *Concilio ſupraſcripto, tit. XXX.*

CCLXVI. (t)

De manumiſſionibus in Eccleſia celebrandis. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXXI.*

CCLXVII. (u)

Ne interventor Epiſcopus cathedram ubi interventor eſt, ſedeat. *Concilio Carthaginenſi, tit. XLI.*

CCLXVIII. (x)

De Epiſcopis qui ad Concilia non occurrerunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. XLIII.*

CCLXIX. (y)

Ut de alieno monaſterio ſuſceptos, nec Præpoſitos monaſterii, nec Clericos liceat ordinari. *Concilio Carthaginenſi, tit. XLVII.*

CCLXX. (z)

Ut Epiſcopi qui ordinantur, ab ordinatoribus ſuis Epiſtolas accipiant, quæ diem & Conſulem præferant. *Concilio Carthaginenſi, tit. LVI.*

CCLXXI. (a)

De his qui ſemel in Eccleſia legerint, ab aliis non poſſe promoveri. *Concilio ſupraſcripto, tit. LVII.*

CCLXXII. (b)

Concilium univerſale non niſi neceſſitate faciendum. *Concilio Carthaginenſi, tit LXII.*

CCLXXIII. (c)

Ut ab electis judicibus provocare non liceat. *Concilio Carthaginenſi, tit. LXIII & LXXXIX.*

CCLXXIV (d)

De plebibus quæ nunquam Epiſcopos habuerunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXV.*

CCLXXV. (e).

De plebibus vel Diœceſibus ex Donatiſtis converſis. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXVI.*

CCLXXVI. (f)

De precibus ad altare dicendis, *tit. LXX. Concilii ſupraſcripti.*

CCLXXVII. (g)

De his, qui cum in Africa non communicant, voluerint trans mare ſubripere. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXXII.*

CCLXXVIII. (h)

De plebibus converſis à Donatiſtis. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXXXIV.*

CCLXXIX. (i)

De Diœceſibus, qualiter eas dividant inter ſe Epiſcopi tam Catholici, quam qui ex Donati parte converſi ſunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXXXV.*

CCLXXX. (k)

Ut ſi quam Diœceſim Epiſcopus ab hæreſi liberans, trienio poſſederit, nullus eam repetat. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXXXVI.*

CCLXXXI. (l).

De his, qui in plebes, quas ad ſe putant pertinere, in conventis his à quibus tenentur, irruerint. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXXXVII.*

CCLXXXII. (m)

De his qui plebes ad ſe pertinentes negligunt. *Concilio ſupraſcripto, tit. LXXXVIII.*

CCLXXXIII. (n)

Ut ſi Epiſcopus negligat ſuam Diœceſim, communione privetur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XC.*

CCLXXXIV. (o)

De Epiſcopis qui Donatiſtas communicaſſe mentiti fuerint. *Concilio ſupraſcripto, tit. XCI.*

CCLXXXV. (p)

De Presbyteris & Clericis, ut non appellentur niſi Africana Concilia. *tit. XCII. Concilii ſupraſcripti.*

CCLXXXVI. (q)

De virginibus etiam minoribus velandis, *tit. XCIII. Concilii ſupraſcripti.*

CCLXXXVII. (r)

De Epiſcopo qui excommunicat eum quem ſibi ſoli crimen dicit eſſe confeſſum. *Concilio Carthaginenſi, tit. XCIX* Ut non temere quemquam communione privet Epiſcopus. *tit. C. Concilii ſupraſcripti.*

CCLXXXVIII. (s)

Contra impugnatores gratiæ Dei, & calumniatores Sancti Auguſtini. *Ex Decretis Papæ Cæleſtini. tit. I. & II.*

CCLXXXIX. (t)

Quod Adam omnes homines læſerit, & nec quemquam niſi Chriſti gratia poſſe ſalvari. *Ex Decretis Papæ Cæleſtini. tit. IV.*

CCXC.

(n) *Dionyſius* 56. *Ferrandus* 14.
(o) *Dionyſius* 58.
(p) *Dionyſius* 59.
(q) *Dionyſius* 60.
(r) *Dionyſius* 61.
(s) *Dionyſius* 63.
(t) *Dionyſius* 64.
(u) *Dionyſius* 74. *Ferrandus* 22.
(x) *Dionyſius* 76. *Ferrandus* 75.
(y) *Dionyſius* 80. *Ferrandus* 28.
(z) *Dionyſius* 89. *Ferrandus* 10.
(a) *Dionyſius* 90.
(b) *Dionyſius* 95. *Ferrandus* 144.
(c) *Dionyſius* 96. & 122. *Ferrandus* 64.
(d) *Dionyſius* 98. *Ferrandus* 13.
(e) *Dionyſius* 99. *Ferrandus* 190.
(f) *Dionyſius* 103. *Ferrandus* 219.
(g) *Dionyſius* 105.
(h) *Dionyſius* 117. *Ferrandus* 190.
(i) *Dionyſius* 118. *Ferrandus* 191.
(k) *Dionyſius* 119.
(l) *Dionyſius* 120. *Ferrandus* 25.
(m) *Dionyſius* 121.
(n) *Dionyſius* 123.
(o) *Dionyſius* 124.
(p) *Dionyſius* 125.
(q) *Dionyſius* 126.
(r) *Dionyſius* 132. & 133. *Ferrandus* 73.
(s) Cæleſtinus ep. 1. tit. 1. & 2.
(t) Cæleſtinus ep. 1. tit. 4.

CCXC. (*v*)

Quod nemo ſit bonus ſuis viribus, niſi participatione ejus qui ſolus eſt bonus. *tit. V. cujus ſupra.*

CCXCI. (*x*)

Quod niſi gratia Dei continua juvemur, inſidias diaboli ſuperare non poſſumus. *Ex Decretis Papæ Cæleſtini, tit. VI.*

CCXCII. (*y*)

Quod per Chriſtum libero bene utamur arbitrio. *Ex Decretis Papæ Cæleſtini, tit. VII.*

CCXCIII. (*z*)

Quod omnia Sanctorum merita, dona ſint Dei. *Ex Decretis ejuſdem, tit. VIII.*

CCXCIV. (*a*)

Quod omnis ſancta cogitatio & motus piæ voluntatis ex Deo ſit *tit. IX. cujus ſupra.*

CCXCV. (*b*)

Quod gratia Dei non ſolum peccata dimittat, ſed etiam adjuvet ut nec committantur; & lex impleatur, non, ſicut ait Pelagius, facile; quaſi ſine gratia Dei difficilius poſſit impleri. *tit. X. cujus ſupra.*

CCXCVI. (*c*)

Quod Sedis Apoſtolicæ omnes orationes Chriſti gratia reſonent, qua genus humanum ab æterna damnatione reparatur. *Ex Decretis ejuſdem Papæ Cæleſtini, tit. XI.*

(*v*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 5.
(*x*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 6.
(*y*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 7.
(*z*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 8.
(*a*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 9.
(*b*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 10.
(*c*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 11.

CCXCVII. (*d*)

Quod gratiam Dei etiam baptizandorum teſtetur inſtituta purgatio, cum exorciſmis & ſufflationibus, ſpiritus ab eis abigantur immundi. *tit. XII. cujus ſupra.*

CCXCVIII. (*e*)

Quod profundiores quæſtiones nec contemnendæ ſint; nec penitus aſtruendæ. *tit. XIII. cujus ſupra.*

CCXCIX. (*f*)

Ut præter Scripturas canonicas nihil in Eccleſia legatur. *Concilio Carthaginenſi, tit. XXIV.*

CCC. (*g*)

Ut Epiſcopi & Clerici non ordinentur, niſi omnes ſuos fecerint Chriſtianos. *Concilio Carthaginenſi, tit. III.*

Heic eſto finis Breviarii Juris antiqui Canonici a Fulgentio Ferrando Carthaginenſis Eccleſiæ Diacono, & Creſconio Afro concinnati. Utrumque ejuſdem ſoli Africi fœdere communicipalem, eodem volumine exhibere volumus. Nihil ambigo, quin nævum aliquando videris illitum Fulgentio, aut (ut verum fatear) ὀφθαλμίᾳ laborantem adverteris, ſed præſto adeſt Creſconius, qui mutuam oculorum uſuram præſtet. Nec immemor commodatæ opis Fulgentius, ſuam Creſconio opem invidebit, ſi quando Vulcani morbo malè affectus infelicem in modum genua diſtorta trahat.

Quo caret alteruter, ſumet ab alterutro.

(*d*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 12.
(*e*) Cæleſtinus ep. 1. tit. 13.
(*f*) *Dionyſius* 24. *Ferrandus* 228.
(*g*) *Dionyſius* 36. *Ferrandus* 15.

FINIS.

FLAV.

FLAV. FRANCISCI
DE
HAUTESERE
A SALVAISON.

Notæ & Animadverſiones.

AD
INDICULOS CANONUM.
FULGENTII FERRANDI

Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconi.

1

FULGENTII FERRANDI *Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconi.* Hujus Ferrandi quædam extant monimenta in lucem vindicata à viris Doctiſſimis. Inter quædam opuſcula Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi, quæ Lutetiæ Pariſiorum primum prodierunt, duæ Epiſtolæ evulgatæ fuerunt, quarum una ad Fulgentium de Baptiſmo Æthiopis moribundi, altera de Eſſentia Trinitatis & Natura Chriſti emiſſa fuit. Eſt & in manibus eruditorum Parænecticum ad Reginum, & hæc Canonum Ecgloge, de qua Creſconius Afer Præfat. ad Liberinum R. P. Max.

CAPIT. II. *Ut quicumque Laïcus ad Epiſcopatum eligitur.* Iſthæc antiquiſſimis Canonibus ſancita fuit ratio, quam Gregorius Nazianzenus vocat νόμον ἀκολουθίας πνευματικῆς, ut nefas foret, quemquam niſi poſt emenſa curricula, poſtque emeritam ſpectatæ virtutis & doctrinæ palmam majoribus inſulis cumulandum accedere, & Epiſcopatum ſedere, ut loquitur Inſcriptio Onuphrii Panvinii.

HIC. REQUIESCIT
IN. PACE. SANCTUS
VALENS. EPISCOPUS. QUI
VIXIT. ANN. PL. MINUS.
XXXXV. ET. SEDIT. EPIS-
COPATUM. ANNOS
VII MENSES. VII. ET. DIES
XVIII. ET. RECESSIT. SUB
VIII. KAL. AUGUSTAS
P. C. LAMPADI. ET
ORESTIS. VV. CC. IND. IX.

Ne ſi quique repente à promiſcua plebis multitudine in clericos adoptarentur, aut è clericorum numeris εἰς ἀψῖδας ἀρχιερωσύνης obreperent, illud quis è trivio objiceret, quod eſt apud Joannem Euchaïtæ Metropolitem εἰς τινὰ ἐξαίφνης τιμηθέντα.

Μυστογράφος χθὲς ἐυγενὴς ναυίας
Καὶ σήμερον πάρεστιν ἐξάκτωρ νέ⊙.
τὸ μὴ παρῆλθεν, ἄλλο δ' ἦλθεν ἀθρόον,
Καὶ τοῦτο δ' αὖθις μακρὸν οὐ μένει χρόνον.
Ἀπῆλθεν ὁ χθὲς, ἡδὲ σὺν στοᾷ τρέχει.
Καὶ τὸν παρόντα αὔριον χθές τις φράσει.

Aut illud Syneſii Epiſt. LVII. (a) Ἀπὸ θυμοσοφίας κοινῆς ἐπὶ τὴν ἡγεμονίαν ἀτίμως ἐλάσα⊙. Quod ut peſtem Eccleſiaſticæ diſciplinæ, exitium & cladem Reipublicæ Chriſtianæ exagitat Gregorius Nazianz. μεγάλῳ Ἀπολογητικῷ: Ἰσθι πλάττων καθάπερ ἀνδριάντα τοὺς πολλοὺς, τὸν τῆς ἀληθείας, emendandum eſt τῆς λειτουργίας στρατηγὸν, τὸν μετὰ τῶν Ἀγγέλων στησόμενον, καὶ μετὰ Ἀρχαγγέλων δοξάσοντα, καὶ ἐπὶ τὸ ἄνω θυσιαστήριον ἀναπέμψοντα τὰς θυσίας. Et alia quæ non exſcribimus. Sunt enim prius ſtata quædam legitimi temporis percurrenda ſpatia, & ad dignitatum faſtigia, quaſi quibuſdam gradibus progrediendum eſt, ut docet Nov. VI. de Cler. & Epiſcop. Gregorius de Cler. per Saltum prom. Canon LXXX. Apoſtolorum, Nicænum Concilium Can. II. Synodus Sardicenſis Can. X. Sozimus Roma. Pontif. Maxim. Epiſt. I. *Jam vero ad Presbyterii faſtigium talis accedat, ut & nomen ætas impleat, & meritum probitatis anteacta ſtipendia teſtentur.* Ut ſeveriſſime cautum foret, ne quemlibet Laïcum aut Neophytum, aut è foro declamatorem vota civium, arbitria honoratorum, totiuſque compresbyterii ſuffragia ordinandum deligerent, antequam in Clericorum ordinem aſciti diurnas menſurnaſque ſportulas meruiſſent, aut ἀσκητικὸν πολίτευμα ἀποτεμνόμενοι in Aſceteriis XV. annos exegiſſent, ſi qui forte curiæ muneribus addicti, aut cohortales ταξεῶται, ἢ πολιτευόμενοι ad Epiſcoporum nomen obſequiumque devocarentur. Qui enim præſtitutum tempus explevεrant, à propia fortuna liberabantur. Id obſervandum latam præſcripti temporis legem ſæpius mutaſſe Nov. CXXIII. curſum hujus progreſſionis trium menſium ſpatio circumſcripſit. Nov. VI. ampliavit, & in ſex menſes ſtatum tempus diffidit, hic canon ſynodi Suffetulenſis in Africa, quem modo interpretamur, in annum integrum protogavit; nonnulli demum Pontifices diſtinctis ſpatiis diſcriminari voluerunt, ut teſtis eſt Anaſtaſius, Bibliothecarius in Caio & Sylveſtro R. P. M. Quod inſtitutum fuit, ut probe foret cujuſque inaugurandi probata exploratæque vivendi ratio. *Ut quicumque Laïcus ad Epiſcopatum eligitur.*

(a) Somnerii genus piſcationis de qua l. Vraſitir Comm. prod.

gitur. Synodus Conſtantinopolitana can. XVII. ὥστε τὸ λοιπὸν μηδένα τῶν λαϊκῶν, ἢ Μοναχῶν ἀθρόον εἰς τὸ τῆς ἐπισκοπῆς ὕψος τὴν χειροτονίαν ἀποδέχεσθαι. Synodus Sardicenſis can. X. ὥστε ἐάν τις πλούσιος, ἢ σχολαστικὸς ἀπὸ τῆς ἀγορᾶς ἀξιοῖτο ἐπίσκοπος γίνεσθαι, ἐὰν μὴ καὶ ἀναγνώστου, καὶ Διακόνου, καὶ Πρεσβυτέρου ὑπηρεσίαν ἐκτελέσῃ: Ubi Laïcorum nomine cenſeri reor plebeïos Laïcos, quos ab Eccleſia ſuſcipi penitus vetuerunt Impp. L. XVII. Cod. Theod. de Epiſc. & Cler. Synodus Sardicenſis edixit ne è foro Scholaſtici quibus judiciorum alea umbratilis erat velitatio, & ſtatarium patrocinium gladiatoria proluſio, admittantur ad Epiſcopatus dignitatem; ne ſcilicet palæſtricam & pompaticam eloquentiam, quam in foro ſæpius exercuerant, in ſacra Eccleſiæ concionibus habendis deſtinata, dedicataque tribunalia inferrent, inveherentque. Euſebius lib. VIII. cap. XXIV. βῆμα, καὶ θρόνον ὑψηλὸν ἑαυτῷ κατασκευασάμενος, οὐχ ὡς Χριστοῦ μαθητής. σήκρητον δὲ, ὥσπερ τοῦ κόσμου ἄρχοντες, ἔχων τε καὶ ὀνομάζων, παίων τε τῇ χειρὶ τὸν μηρὸν καὶ τὸ βῆμα ἀράττων τοῖς ποσὶ, καὶ τοῖς μὴ ἐπαινοῦσι, μηδὲ ἐν τοῖς θεάτροις κατασείουσι ταῖς ὀθόναις μηδ' ἐκβοῶσί τε καὶ ἀναπηδῶσι κατὰ τὰ αὐτὰ τοῖς ἀμφ' αὐτὸν στασιώταις ἀνδράσι τε καὶ γυναίοις ἀκόσμως οὕτως ἀκροωμένοις. τοῖς δ' οὖν ὡς ἐν οἴκῳ Θεοῦ σεμνοπρεπῶς καὶ εὐτάκτως ἀκούουσιν, ἐπιτιμῶν, καὶ ἐνυβρίζων. καὶ εἰς τοὺς ἀπελθόντας ἐκ τοῦ βίου τούτου παροινῶν ἐξηγητὰς τοῦ λόγου, φορτικῶς ἐν τῷ κοινῷ. καὶ μεγαλορρημονῶν περὶ ἑαυτοῦ, καθάπερ οὐκ ἐπίσκοπος, ἀλλὰ σοφιστὴς καὶ γόης. Vides hunc Paulum Samozatenum è ſacris Subſelliis ſcenam feciſſe, qua ſui plauſum concieret, èque ſacro ambone circulatorum ſibi theatrum erexiſſe. In illa nefaria & illegitima Synodo ad Quercum convocata adverſus Græcorum eloquentiſſimum Chryſoſtomum confictum crimen fuit: ὅτι ἐν θρόνῳ ἐνδύεται, καὶ ἀποδύεται, καὶ παστίλλον τρώγει. Quaſi, quod apud ſatyræ Auctorem dicitur adverſus σχολαστικοὺς & declamatores, os plaſmate publice ex ſacro pulpito dicturus collueret. Quæ παστίλλον vox Gloſſariis ἑλληνοβαρβάροις notiſſima. Alias qui ſint in eadem Synodo ἐπιτηδεύματος pluribus docebimus. In παρεκβολαῖς Suidæ Acacius δοξομανὴς notatus fuit, quod ſibi ſtatuam in ſacris ædibus dedicaſſet. Quo omnis ferebatur horum ſophiſtarum ambitio, ut in foro ſtatua conſtitueretur, ut ſæpius indicavit Eunapius Sardianus in vitis Sophiſtarum. Excerpta Suidæ: ὃς δὴ ἀρχικός τε καὶ πάσας τὰς Ἐκκλησίας ὑφ' ἑαυτὸν ποιήσας πεφροντισμένως τῶν ἐν αὐταῖς κεκληρωμένων ἐποιεῖτο τὴν κηδεμονίαν. οἱ ἐντυγχάνοντες ἐν γραφαῖς ἀνέθηκαν αὐτὸν κατὰ τὰς εὐκλεεῖς εἰκόνας, ἐπείπερ ἐν ἀθρόῳ ἐν πάσαις ταῖς Ἐκκλησίαις ἐδείχθησαν αὐτοῦ εἰκόνες, ὡς ᾠήθησάν τινες κακοδοξοῦντα, τὴν ἀΐδιον προστεταχέναι, οἱ μακρὰν ἔχοντες τὴν εὐσεβείας πίστιν, τὴν ἐκ ψηφίδων γραφὴν δημιουργηθεῖσαν ἐν τῇ πρὸς τῷ νεωρίῳ Ἐκκλησίᾳ. τοῦ δὲ ἔργου παντὸς ἐπὶ Γενναδίῳ τελεσθέντος, εἰς τὸν ἐπιφανῆ τόπον ἐξετύπωσαν αὐτὸν τοῦ ναοῦ. Καὶ μεταξὺ τῶνδε, τὸν σωτῆρα λέγοντα Γενναδίῳ, λῦσον τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐπὶ τοῦ μζʹ οἰκοδομῶ αὐτόν. ἐκ τῶν τοιούτων οὖν εἰκόνων Ἀκάκιος εἰ καὶ εὐμετάδοτος ἦν, καὶ προστατικὸς, ἀλλὰ δοξομανὴς ἔδοξεν ὑπάρχειν. Unde apud veteris Eccleſiæ Magiſtros inanis in dicendo faſtus exploſus, & ad pompam magis quam ad utilitatem comparatus ornatus κεκαλλωπισμένος διὰ σοφιστείας à publicis priſcæ Eccleſiæ concionibus exulare juſſus. Tatianus adverſus Græcorum ſycophantias: τούτου χάριν ἀπηλλαξάμεθα τῆς παρ' ὑμῖν σοφίας, καὶ εἰ πάνυ σεμνός τις ἦν ἐν αὐτῇ. Κατὰ γὰρ τὸν Κωμικόν.

Ταῦτ' ἐστὶν ἐπιφυλλίδες, καὶ στωμύλματα,
Χελιδόνων μουσεῖα, λωβηταὶ τέχνης,
Λαρυγγίζουσί τε οἱ ταύτης ἐφιέμενοι,
Καὶ κοράκων ἀφίενται φωνήν.

Ῥητορικὴν μὲν γὰρ ἐπ' ἀδικίᾳ καὶ συκοφαντίᾳ συνεστήσασθαι, μισθοῦ πιπράσκοντες τῶν λόγων ὑμῶν τὸ αὐτεξούσιον. Ita & Origenes adverſus Celſum qui Chriſtianos impune famoſis libris perſequebatur, idque ſæpius objectabat: Μηδένα σοφὸν ἢ πεπαιδευμένον μεμαθητεῦσθαι τῷ Ἰησοῦ. Male quidam σχολαστικοὺς interpretantur de iis qui dirimunt ambigua facta cauſarum: qui L. II. Cod. de Luc. Advoc. Scholaſtici appellantur. *Ex Concilio Suffetulenſi.* In ἀπογραφαῖς Collationis Carthagini habitæ Suſetelenſis Epiſcopus ſubſcribit. Suffetula à *Schophetim*. Suffetes apud Livium nomen Magiſtratus in Africa. Vetus Inſcriptio ex Schedis Fulvii Urſini.

L. SILANO. FLAM. MART. C. VELLÆO. TUTORE COS PRIDIE. NON. DECEMB.

CIVITAS. APISIA. MAJUS. HOSPITIUM FECIT. CUM. C. SILIO. C. F. FAB. AVIOLA TRIB. MILIT. LEG. III. AUG. PRÆF. FABR. EUM. LIBEROSQUE. POSTEROSQUE. EJUS: SIBI. LIBERIS. POSTERISQUE. SUIS. PATRONUM. COOPTARUNT.

C. SILIUS. C. F. FAB. AVIOLA TRIB. MILIT LEG. III. AUG. PR. FABR. CIVITATEM. APISIAM. MAJUS. LIBEROS. POSTEROSQUE EORUM. SIBI. LIBERIS. POSTERISQUE SUIS. IN. FIDEM. CLIENTELAMQUE RECEPIT. EGERUNT.

HASDRUBAL. JUMMO. JADRR. JUMMON. HASDRUBAL. HANNONIS. BANNO. UABALI.

CHINISDO. SUFETES ARISTO. APOISRFO. CHANBRO. LEGATI.

Alia Inſcriptio.

L. SILANO. FLAMINI MARTIALI. C. VELLÆO TUTORE COS NON. DECEMBR.

SENATUS. POPULUSQUE. SIAGITANUS. HOSPITIUM. FECERUNT. CUM. C. SILIO C. F. FAB. AVIOLA TRIB. MIL. LEG. III. AUG. PRÆFECTO. FABRUM. EUMQUE POSTEROSQUE. EJUS. SIBI. POSTERISQUE. EJUS. PATRONUM. COOPTAVERUNT.

C. SILIUS. C. F. AVIOLA. EOS. POSTEROSQUE EORUM. IN. FIDEM. CLIENTELAMQUE. SUAM RECEPIT. AGENTE CELERE MILCHONIS GALASIÆ. FILIO. SUFETE.

III. *Ut qui poſt Baptiſmum ſæculari militiæ.* Alias de honeſtate diſciplinæ militaris, de juſtis bellorum cauſis, deque fœderum, bellorum, & pacis jure agam, nunc breviter expediam? an liceat clericis in procinctu eſſe, pugnæ cruentæ ſe ſiſtere, funeſtamque armorum aleam experiri. Equidem

Equidem rerum bellicarum uſus ab Eccleſiaſticis muneribus alieniſſimus viſus eſt, Ambroſius lib. I. Off. cap. XXXV. *Bellicarum rerum ſtudium à noſtro efficio alienum videtur, quia anima magis, quam corpore intendimus, nec ad arma jam ſpectat uſus noſter, ſed ad pacis negotia.* Habent enim titulum ſub quo ſe milites profiteantur, qui miniſteria Religionis impendunt. Sunt illis ſtationes, de quibus decedere ſas & jura vetunt. Non excubandum in caſtris, ſed emanſiones & pervigilia agitandi in ſacris Eccleſiarum adytis, ut dum propagandæ fidei, immunitatum Eccleſiaſticarum, Regni, Regiſque ſummæ auctoritatis tuendæ cauſa ſua capita publicæ utilitati milites devovent, interea qui Clericorum nomine cenſentur, fauſtos belle exitus apprecentur. Concil. Meldenſe can. XXXVII. *Ut quicumque ex Clero eſſe videntur arma militaria non ſumant, nec armati incedant: Sed profeſſionis ſuæ vocabulum Religioſis moribus, & Religioſo habitu præbeant. Quod ſi contempſerint, tanquam ſacrorum Canonum contemptores, & Eccleſiaſticæ ſanctitatis profanatores, pro pii gradus amiſſione mulctentur, quia non poſſunt ſimul Deo & ſæculo militare.* Ut ſi qui poſt baptiſmum ſuſceptum nomen militiæ dediſſent ad Clericorum miniſterium aſciti, in Diaconos ordinari non poſſent, ita Toletana Synodus I. can. VIII *Si quis poſt Baptiſmum militaverit, aut chlamydem ſumpſerit, aut cingulum ad necandos fideleis, etiamſi gravia non admiſerit, ſi ad Clerum admiſſus fuerit, Diaconi non accipiat dignitatem.* Ubei tamen obſervandum eſt nonnunquam ſanctiſſimos ſacrorum Antiſtites ſeſe eum armis pugnæ commiſiſſe, Stephanus Rom. Pontiſ. Max. in Epiſtolarum Romanorum Pontificum Eclogc, quæ à Gretzero lucei publicæ vindicata fuit: *Uvarnebarius Abbas pro amore beati Petri lorica ſe induens, per muros afflict[illegible]ius civitatis diu noctuque vigilavit, & pro noſtro omnium Romanorum defenſione, atque liberatione, ut bonus Atleta Chriſti totis viribus decertavit.* Quod è communi jure inculpatæ tutelæ factum fuit, vim non inferentis, ſed ultro illatam propulſantis. Fuerunt etiam electi Antiſtites, qui in caſtris verſarentur propter divinum miniſterium, Miſſarum ſcilicet ſolemnia adimplenda, & ſanctorum patrocinia portanda, ut loquuntur Capitula Karoli Magni. Miſſarum exhibita ſacra ſub tentoriis caſtrenſibus, quæ ſequiori Græciæ κατῆναι vocantur, ſæpe teſtantur Auctores Hiſtoriæ Orientalis, ſed ad manum præſto non ſunt, dum tumultuarium opus exaramus. Quemadmodum Clerici, qui ſunt in Impp. comitatu: Εἰς πεδιάδα; ἐρήμους ἱερουργεῖν δεδικαίωνται, κατὰ μόνον τὸ εἰς Ἐκκλησίαν ἀφορισθὲν βαμβύκινον οἰκισκάριον, ut habetur in Juris Orientalis Pandectis. Patrocinia ſanctorum, id eſt λείψανα, ſigna crucis, ſacraque Evangeliorum monimenta in caſtris circumlata fuiſſe cuique obvium eſt: Photius Codice XLV. Διὸ καὶ στρατιωτικὸν, ὅτι τε αἱ σιτήσεις ὑπετέμνοντο, καὶ ὅτι ἠτιμοῦντο ἐστασίαζον. Καὶ Πρίσκος Ἐλιφρέφα δοὺς τὴν ἀχειροποίητον: δι' αὐτῆς ἐκλιπαρεῖν τὸ πλῆθος ἐτέχναζεν. Quarum imaginum Ἀχειροποιήτων celebris mentio apud Cedrenum, & Theophanem in Heraclio, qui θεανδρικὴν μορφὴν divino-humanam formam figuramque appellavit. Ipſi etiam Mahumedani Alcoranum, quem vulgo recentior Græcia κούραν & κουράνιον appellavit, prætulere furente Marte, & dum prope concidiſſet exercitus, Alcorani Codicem tanquam arbitrum & pacis ſequeſtrem ſtatuere. Georgius Elmacim Arabs in Hiſtoria Saracenica Muſulmanorum ex fide Erpenii: *Cum autem apparere & lucere aurora noctis illius inciperet, parumque abeſſet quin victoria illis ſederet, monuit Amrus F. Alaſſi Muaviam, uti fraudationis cauſa Alkoranos haſtis in ſublime tolleret: unde & elevati quatuor haſtis ſunt; clamaruntque hic liber Dei inter nos & vos ſit, & Iraci repugnantes Aly, timere eum fecerunt, ne ſi non auſcultaret Syris ad judicium libri Dei invitantibus ſe interficerent: Itaque præcepit hominibus, ut à pugnando abſtinerent, unde abſtinuerunt; & reverſus uterque exercitus eſt. Deinde convenit, inter eos, ut ſequeſtrem unum ex ſe producerent Iraci, & Syri ex ſe, alium qui promitterent ſe controverſiam tractaturos ſecundum librum Dei, atque ut id ſequerentur, de quo inter eos conveniret.* Adeo ipſum pietatis ſimulachrum apud barbaros firmiſſimum militiæ vinculum habitum fuit.

IV. *Ut Epiſcopus à tribus ordinetur conſentientibus.* Ne qua mala ſuſpicio ſuboleret iniqui judicii aut ſuſpecti ſuffragii plures fuerunt adhibendi, qui calculum communi voto conferrent, quem μεγάλην σφραγίδα vocat Eccleſia Conſtantinopolitana, & μονοζάμβυλον ſecretius velum, quod ſubeunt Epiſcopi, qui electioni Præſulis inaugurandi præſunt. Cum enim ſit publicum munus Epiſcopatus, ut ratum, firmumque habeatur, illam abs Eccleſiaſtica & Canonica poteſtate factam eſſe electionem, extare debent publici codicilli, qui legitimo teſtium numero obſignentur, ne cuiquam fraudis faciundæ detur occaſio. Heic enim χειροτονίαν electionem deſignare indicat Græcus Scholiaſtes Canonum: ὁ μὲν Ἀποστολικὸς κανὼν περὶ καθιερώσεως καὶ χειροθεσίας φησίν. ὁ δὲ τῆς α. συνόδου περὶ ψήφου: ταύτην γὰρ κατάστασιν, καὶ χειροτονίαν καλεῖ. Veteres Canonum Interpretes & de electione & de conſecratione ſive myſtica precum τελεσιουργίᾳ male χειροτονίας confundunt.

X. *Ut Epiſcopus ordinatus, ab ordinatore ſuo litteras.* Patres Carthaginenſes Can. XCVI. ὥστε τοὺς χειροτονουμένους ἐπισκόπους ἀπὸ τῶν χειροτονούντων αὐτοὺς ἐπιστολὰς λαμβάνειν, ἐν αἷς ἥτε ἡμέρα καὶ ὁ ὕπατος προσφέρεται. Ἔπειτα ἤρεσεν, ἵνα οἵ τινες δήποτε μετὰ ταῦτα χειροθετηθῶσιν ἀνὰ τὰς τῆς Ἀφρικῆς ἐπαρχίας γράμματα λάβωσι παρὰ τῶν χειροτονούντων αὐτοὺς, τῇ χειρὶ αὐτῶν ὑπογεγραμμένα περιέχοντα τὸν ὕπατον καὶ τὴν ἡμέραν ὥστε μηδεμίαν ἀμφισβήτησιν περὶ ὑστέρων ἢ προτέρων ἀναφύναι. Quo remedio proviſum conſultumque fuit ambitioſis προεδρίας ſubinde exoriri ſolitis jurgiis. Nonnunquam ſuus ætati honos conſtitit, ut iis alicujus προστασίας jus deferretur, qui maturioris ævi ſenio venerationem ætatis promeruiſſent. Ita Can. LVIII. Carthaginenſi Synodi: Ἐπιγόνιος Ἐπίσκοπος εἶπεν. ὁ κατὰ τὴν χώραν πατὴρ, καὶ αὐτῇ προκοπῇ ἀρχαιότατος καὶ ἐπαινετὸς ἀνὴρ ὁ ἀδελφὸς καὶ συλλειτουργὸς ἡμῶν Βίκτωρ, τὴν αἴτησιν ταύτην γενικὴν βούλεται ἐπὶ πᾶσιν ἐκτελεσθῆναι. Ubei χώραν interpretantur veteres ἡλικίαν, ut & Can. XXVIII. Syn. Carthagin. τοὺς δὲ λοιποὺς Κληρικοὺς πρὸς τοῦτο μὴ ἀναγκάζεσθαι, εἰ μὴ ἐν προβεβηκυίᾳ χώρᾳ. Et Heſychius: χώρα γενεὰ ἢ ἡλικία. Ubi obſervandum eſt ætate patrem & profectu antiquiſſimum indigetari, quod ætatis aliqua foret præcipua commendatio. Can. LXXXIX. Carthaginenſes Patres ita ſtatuere, ut primi ſedes ſortirentur, qui ordinationis ævo anteirent: περὶ τάξεως Ἐπισκόπων, ὥστε τοὺς μεταγενεστέρους χειροτονηθέντας μὴ τολμᾷν ἑαυτοὺς προτιμᾷν τῶν προτέρων. Unde ſtatutum fuit, ut quo quiſque die & conſule ordinatus fuiſſet Epiſcopus, in acta publica referretur, & cuique ſuus ex incorrupta fide inſtrumentorum locus cederet. Ubei tamen enotandum eſt nonnunquam unius Conſulis

nomen omiſſum, ut in Synodo Chalcedonenſi Action. I. ὑπατείᾳ τοῦ δεσπότου ἡμῶν Μαρκιανοῦ τοῦ αἰωνίου αὐγούστου δηλωθησομένου. Sæpe in libris noſtris legimus: Poſt conſulatum Theodoſii, aut poſt conſulatum Honorii. In Synodo Carthaginenſi in qua diſceptata fuit cauſa Epigonii: μετὰ τὴν ὑπατείαν Φλαβίου Στιλίχωνος τοῦ λαμπροτάτου, τῇ πρὸ δεκαὲξ Καλανδῶν Ἰουλίων, & in Epiſtola Attici ad Synodum Africanam: Ἄρχεται τὰ ἴσα τῆς τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου τὰ ἀποςαλέντα τῇ πρὸ ἓξ καλανδῶν δεκεμβρίων, μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων, Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον, καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶν Αὐγούστων. Quòd ita perſcriptum fuit in diplomatibus, poſtquam Novæ & Veteris Romæ nomen diviſum fuit. Cum enim Roma deſiiſſet ſola ſedes imperii dici & haberi, non faſces ſolum, ſed & faſti diviſi fuerunt, unuſque Romæ, alter verò Conſtantinopoli Conſul creatus fuit. Unde accidebat, ut non ſtatim nomen utriuſque Conſulis notum foret, aut eæ arderent ambitorum turbæ tumultuſque, ut dum Conſules nondum fuiſſet renuntiati, nomen Conſulum actis infereretur, qui proxime conſulatu abiiſſent. Sed extremis tandem temporibus exolevit illa obſervatio, univerſiſque Chriſtiani orbis Epiſcopatibus Metropolibus & Exarchatibus ſuus ordo aſſignatus, quem vides in Nov. Leonis Auguſti περὶ τῶν θρόνων, & in diſpoſitione Andronici Παλαιολόγου.

XII. *Ut Epiſcopus in villa, vel vico non ordinet.* Ne Epiſcopalis dignitas ſedis ſuæ tenuitate obſoleſcere videretur, cautum fuit ne in villis, poſſeſſionibus, aut obſcuri nominis vicis, ſedes Epiſcopales conſtituerentur. Leo Pon. Max. Epiſt. LXXXVII. ad Epiſcopos Cæſarienſis Mauritaniæ: *Illud ſane quoad Sacerdotalem pertinet dignitatem, inter omnia volumus canonum ſtatuta ſervari: ut non in quibuſlibet locis, neque quibuſlibet caſtellis, & ubei ante non fuerunt, Epiſcopi conſecrentur: cum ubei minores ſunt plebes, minoreſque conventus, Presbyterorum cura ſufficiat: Epiſcopalia autem gubernacula non niſi majoribus populis & frequentioribus civitatibus oporteat præſidere: ne quod ſanctorum Patrum divinitus inſpirata decreta vetuerant, viculis & poſſeſſionibus, vel obſcuris, & ſolitariis municipiis tribuatur Sacerdotale faſtigium & honor: cui debent excellentiora committi, ipſe ſui numeroſitate vileſcat.* Cujus ſanctionis ferendæ iſthæc ratio fuit, ne ampliſſimæ dignitatis nomen loci ignobilitate obtereretur. Sed quid non ſunt auſa Regum & Imperatorum ſumma imperia per ſummam Eccleſiaſticæ diſciplinæ injuriam, quid non potuere damnati ambitus ora nimium importuna ad nervos veterum canonum incidendos, ut cuique patet ex Synodo Chalcedonenſi & illa Toletana Synodo de Uvamba Rege, qui Epiſcopalem cathedram obſcura æde ſuburbana erigi juſſerat, quaſi fas foret regium tentorium anguſto tuguriolo locari. Leo Pontif. Romanus: in quibuslibet locis, neque quibuſlibet caſtellis. Synodus Laodicena, ἐν κώμαις, aut ἐν ταῖς χώραις in pagis ac villulis. Eſt autem κώμη ἄμφοδον χωρίον. κῶμαι ἀγυιαὶ ῥῦμαι ut habet Heſychius. Vett. Gloſſæ Vulcanii: vicus ἄμφοδος, ῥύμη, κώμη, ἐποικία. Vetus Lexicon Græco-Latinum: κώμη villa, caſtellum, vicus Κωμόπολις oppidum, conciliabulum. Apud Stephanum de urbibus: Κώμη, ἐν ταῖς μακραῖς ὁδοῖς μέσα χωρία ἔκτισαν πρὸς τὸ καταλῦσαι τοὺς ὁδοὺς ἐπιγινομένους, de quibus alias exquiſitior commentatio Juris noſtri Canonici. Porro obſervandum eſt, quod ſi ſedis Epiſcopalis dignitate illuſtris civitas vi fatoque bellorum concideret, neque amplius decus ac majeſtas extaret veteris dignitatis, ſed promiſcui tantum & vulgaris conventus quædam ſibi poſtuma veſtigia invectæ cladis imago exhiberet, non eſſe adimendum Cathedræ Epiſcopalis privilegium cenſuere Græci Interpp. ad Can. VI. Concil. Sardicenſ. Ea enim inolevit conſuetudo, ut cum Saraceni veteribus Arabibus dicti *Elmaghgerim*, & ab Ebræis *Hagrim*, ultimam prope cladem Orienti intuliſſent, hoc ſolatio levata fuerit luctuoſi fati miſeranda neceſſitas, nam quamvis urbes ſuis civibus & Epiſcopis viduatæ fuiſſent, Epiſcopalis juris inſignia retinuerunt, poſtquam ſtatum ſedis Epiſcopalis infeliciſſima clade amiſiſſent. Balſamo: Ὁ μὲν τοι θεοςεφὴς κραταιὸς καὶ ἅγιος ἡμῶν βασιλεὺς πολλάκις ὑπομνησθεὶς, εἰ χρὴ τὰς ἐν τῇ ἀνατολῇ οὔσας ἐκκλησίας, καὶ παρὰ Ἀγαρηνῶν κατεχομένας ψηφισθῆναι, ψηφίζεσθαι μὲν ταύτας ηὐδόκησε, καὶ σολέμνια τοῖς ψηφίζεσθαι ὀφείλουσι διὰ κοινῆς προςάξεως ἐπεφιλοτιμήσατο, ὅταν τέως ἀποδημῶσιν εἰς τὰς ἐκκλησίας αὐτῶν, ἵνα τὸ ἐπὶ ταύταις προσὸν δίκαιον ταῖς ἐκκλησίαις καὶ τῇ βασιλείᾳ ἀνανεάζοντος διαφυλάττηται, ὡς μηδὲ ἀπαγορεύειν τὴν εἰς ταύτας ἀποκατάςασιν τῶν χριςιανῶν. E fiſco conſtituta annua penſio Epiſcopis ſua Eccleſia exactis à Saracenis & Mahumedanis nomenque Epiſcopatus retentum, ſacraque dyptica continua ſerie in conſequentem temporum memoriam tranſmiſſa, ut actione directa Epiſcopatum vindicarent inſuper habita adverſarii temporis præſcriptione inconcuſſo reſtitutionis fulti auxilio. Quid heic ſint σολέμνια interpretatur Gloſſarium Nomicum Caroli Labbæi: σολέμνια καὶ σαλάρια. ἑορταὶ εἰς τὰ ἴδια τῆς ἐκκλησίας. σολέμνια ἑορταςικὰ καὶ πάλαι σολέμνιον συνηθὲς τὸ διδόμενον παι[illegible]ῖς καὶ ἰατροῖς καὶ τοῖς ὁμοίοις. σολέμνια τὰ ὑπὸ βασιλέως ἐν ἐκκλησίαις διδόμενα χάριν μνήμης ἤτοι ἑορταςικαί. Imperitiſſime Marcus Antonius de Dominis in Republica Eccleſiaſtica, cujus ſceleſtiſſima damnata memoria, expiati flammis cineres, prophanaque charta paterno juſſa perire ſuplicio, ut in ſupliciis liberorum paterni, hoc eſt hereditarii criminis ſemina extinguerentur, diſputat adverſus codicillares & titulares Epiſcopos, quaſi navicularius non ſit ſine navi, neque paſtor ſine grege dici aut haberi valeat. Sed quid argutias aut ſomnia moror.

XIV. *Ut Epiſcopus in Diœceſim ordinatus, ipſam ſolam teneat.* Jus vetat binis aut ternis pluribuſve merere cingulis, ſed abſectis & diſcrepantibus danda eſt cuique electio, id eſt nefas haberi debet quemquam eodem tempore pluſquam unius ordinis adminiſtrationis & dignitatis Eccleſiaſticæ nomen affectare. Photius Nomo-Canonis tit. I. de fide cap. XX. ὅτι εἰς δύο πόλεις δύναταί τις εἶναι ἐπίσκοπος. Ἐξῄρηται ὁ Τομέως αὐτὸς γὰρ τῶν λοιπῶν Ἐκκλησιῶν Σκυθίας προΐσταται, καὶ ἡ Λεοντόπολις Ἰσαυρίας ὑπὸ τὴν ἐπισκοπὴν ἐςὶν Ἰσαυροπόλεως, ὡς βιβλίον ά. τοῦ κώδικος, τίτλος γ'. διάτ. λέ. ὅτι δὲ ἡγούμενος γὰρ δύο μοναςηρίων, ὡς διάτ. λθ' τοῦ αὐτοῦ τίτλου. Quo referas VII. Synodi Can. XV. & Calched. Concil. Can. XXXVIII. & ex lib. V. Reſp. XXI. Ἐρώτησιν. Et apertiſſimi juris ratio eſt. Ἐμπορίας καὶ αἰσχροκερδείας ἴδιον τοῦτο καὶ ἀλλότριον ἐκκλησιαςικῆς συνηθείας, dixit antiquus Canonum Interpres. Hinc enim mala cenſuum Eccleſiaſticorum ſuboriri poteſt negociatio, damnataque ſocordia in explendis muneribus. Hanc beneficiorum cumulationem vir eloquentiſſimus Chryſoſtomus vocat πολυγαμίαν, Balſamo vocat μίαν κεφαλὴν δύο σωμάτων. Ab hac Eccleſiaſtica regula excipias Tomenſem

Tomenſem & Leontopolitanum apud Iſauros Epiſc. L. XXVI. Cod. de Epiſc. & Cler. Quo jure uſi aliarum provinciarum Epiſcopi, qui nonnunquam pluribus præficiebantur urbibus, quæ duriſſimis barbarorum imperiis ſubjectæ amiſſam implorabant libertatem, votumque nuncupabant pro tuta ſanctiſſimorum Antiſtitum ſede, & priſtina religione reſtauranda. De quibus Epiſcopis ad Orientales Eccleſias electis extat ſanctio Alexii Comneni Imp. quæ lib. II. Nov. Juris Græco-Romani refertur: Διδόντες, μήποτε τῶν τοιούτων ἐκκλησιῶν, ἐν τοῖς τῆς ἀνατολῆς μέρεσι διακειμένων, ἐπιλείψει τούτοις τὰ ἀναγκαῖα, ἅτε τῶν μὲν, ἐν αἷς ἐπεψηφίσθησαν, ἐκκλησιῶν πάντη τυγχανουσῶν ἀπόρων, καὶ ἀπροσόδων αὐτοῖς παντελῶς, στερουμένων δὲ καὶ αὐτῶν, διὰ τὸ τὴν ἐπιστασίαν τούτων ὑπεισελθεῖν, τῶν προσόντων αὐτοῖς ἡγουμενιῶν καὶ οἰκονομιῶν, καὶ ἑτέρων λειτουργιῶν, ἢ καὶ τῶν ἁπλοϊκῶς λεγομένων ἀδελφάτων, ἢ καὶ ὀφφικίων, καὶ ἑτέρων τινῶν ὑπηρεσιῶν. διορίζεται τοίνυν ἡ βασιλεία μου, οἰκονομικῷ τινὶ λόγῳ διαθεῖσα τὰ κατ' αὐτοὺς, μή τινα τούτων διὰ ταῦτα δυσχεραίνειν τῷ ζυγῷ τῆς ἀρχιερωσύνης ὑποδραμεῖν. πάντες γὰρ οὗτοι καταπολαύσουσι καὶ πάλιν τῶν προτέρων αὐτοῖς ἡγουμενιῶν, καὶ λειτουργιῶν, καὶ ὀφφικίων, καὶ τῶν προσόντων αὐτοῖς ἀδελφάτων, καὶ τὸν τῆς διδασκαλίας ὑπεισερχόμενοι λόγον, καὶ τῶν τελουμένων τάξιν ἀναδεξάμενοι, καὶ τῶν ἀπ' ἐκείνων προσόδων κατεξουσιάσουσι, μέχρις ἂν αὖθις λάβωσι, καὶ ἀπὸ τῆς νῦν δυσκληρίας καταστάσιν πρὸς εὐκληρίαν τῶν ψηφισθεισῶν αὐτοῖς ἐκκλησιῶν, ὡς εἴρηται, ἀβάτων οὐσῶν τούτοις, ὡς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν κατεχομένων ἐχθρῶν καὶ πλὴν τὰ ἐνταῦθα διοικήσεις παρὰ τῆς βασιλείας μου οὐκ ἐπὶ τῶν ἀρχοντικῶν κρατήσει, καὶ τῶν βαθμῶν τῶν ἱερέων τε, καὶ διακόνων, καὶ τῶν λοιπῶν τοῦ κλήρου τῆς τοῦ Θεοῦ μεγάλης ἐκκλησίας. Vides Ἀδέλφατα & ἡγουμενίας juris prærogativa Orientalibus Epiſcopis attributas, ut hoc annui reditus viatico victitarent abs Eccleſiarum ſuarum proventibus inopes & omnium egeni. Eſſet heic locus publicæ expoſtulationi adverſum deploratiſſimi ſæculi noſtri infanda fata (quiſque enim nova beneficiorum acceſſione augere fatagit immenſa proventuum vectigalia, ut ſcilicet iis ſtipendiorum adminiculis, ſuam dignitatem, cum ea, qua pars eſt ordinis majeſtate tueantur) ſed ſacrilegii inſtar eſſet damnare infauſta ſæculi fata. Quæ meæ partes ſunt exequor, ut illuſtrem melioris ævi imaginem repræſentem.

XIX. *Ut Epiſcopi vel Clerici de civitate ad civitatem non tranſeant.* In vagam ac deſultoriam degenerum Epiſcoporum ac Clericorum vitam ſæpe ſe exeruit ſeverior vetuſtiſſimorum Canonum ſtylus. Ita Chalced. Can. XXIII. Sardicenſ. Can. XII. & XVI. & alibi paſſim. Nec canonicis modo ſanctionibus, ſed & legibus præſtita cautio, ut qui Eccleſiarum adminiſtrationem ſortiti fuiſſent, ſedulam & aſſiduam impenderent curam: Nov. VI. cavetur, ne diutius aberrantibus Epiſcopis, aut Clericis ſolemnia ſtipendia & annonæ præſtentur; ſed illas προφάσεις Eccleſiaſticæ capiant afferantque. Nov. LXVII. cap. III. definit, quantum temporis Epiſcopis ἀποδημητέον abeſſe datum ſit. Κἀκεῖνο γοῦν θεσπίζομεν, ὅπερ καλὰ τὸν ἀθάνατον ἡμῖν φωτίσαντα νόμον, τοὺς θεοφιλεστάτους ἐπισκόπους ταῖς ἑαυτῶν ἐκκλησίαις προσκαρτερεῖν, καὶ μὴ καταλιμπάνειν μὲν αὐτὰς, χεῖρον δὲ πολὺν ὁρῶντα διατρίβειν. καὶ ἀναγκάζειν τοὺς κατὰ χώραν οἰκονόμους δαπάνας αὐτοῖς ἐκπέμπειν ἐκ τῆς ἁγιωτάτης ἐκκλησίας. ἀλλὰ δαπανᾷν μὲν αὐτοὺς ἐκεῖθεν, ταύτῃ δὲ προσκαρτερεῖν οὐκ ἀνέχεσθαι θεσπίζομεν τοίνυν, τοῦ παρ' ἡμῶν ἤδη κειμένου νόμου ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ μένοντος ἰσχύος, εἴπερ ἀπολειφθείη ὁ θεοφιλέστατος ἐπίσκοπος τῆς ἐκκλησίας τῆς αὐτοῦ πλείονα χρόνον, μηδεμίαν αὐτῷ στέλλεσθαι δαπάνην ἐκ τῆς χώρας. Quæ etiam revocanda ſunt ad diurnas menſurnaſque ſportulas, quæ in libris noſtris victualia appellantur. Verum nonnunquam gravior inflicta, & irrogata pœna. Nov. CXXIII. καθαιρεῖσθαι & abs Eccleſia procul arceri jubentur, ſi annum citra cauſam modumque abfuerint. Sed de his plura ad tit. de Cler. non reſident. Erronum autem & πλανήτων Epiſcoporum ſemper proſcriptum infamiaque nomen notatum fuit, ut vides apud Athanaſium Apologet. II. Hoc eodem ſtygmate ſcripta frons Scotorum ῥεμβομένων in Synodo Cabilonenſi. Fuerunt etiam quidam vacantivi Epiſcopi & Clerici, qui cum nullam certam haberent conſtitutam Eccleſiæ adminiſtrationem (erant enim adſcripti tantum & ſupernumerarii) huc & illuc evagabantur, ac nonnunquam per vim, aut fraudem viduatas Eccleſias involabant. Syneſ. Epiſt. LXVII. ad Theophilum περὶ νοσοῦσι τινες Βακαντίβοι παρ' ἡμῶν ἀνέξη γὰρ μου μικρὸν ὑποβαρβαρήσαντος, ἵνα διὰ τῆς συνηθεστέρας τῇ πολιτείᾳ φωνῆς τὴν κακίαν ἐμφατικώτερον παραστήσαιμι. οὗτοι καθέδρας μὲν ἀποδεδειγμένας ἔχειν οὐ βούλονται. Οἳ γε τὴν οὐσαν ἀπολελοίπασιν, οὐ κατὰ συμφορὰν, ἀλλ' αὐθαίρετοι μεταναστῆναι γενόμενοι, καρποῦνται δὲ τὰς τιμὰς, ἐκεῖ προσποιοῦντες, ὅπη κερδαλεώτερον. Quem locum non obſcuri nominis Anteceſſor Pictavenſis Franciſ. Meinardus Friſius excutere tentavit in lib. de Juribus Epiſcoporum, ſed nimium infelici ſtylo. Non dubitanter, inquit, deductum hujus vocis etymon *vacantivus*, quaſi vero tantum derivata ſit vox, quæ pura puta latina eſt, in ipſo latii meditullio nata, excultaque. Ex Gloſſis Baſilicon ἀργοὺς interpretatur otioſos, quos non diceremus non ſtatutos, & qui in actu non eſſent poſiti. Aliud eſt, eſſe otioſum & feriaticum, atque aliud eſſe *vacantivum* ſupernumerarium & honorariæ dumtaxat dignitatis cingulo cinctutum. Nec felicior fuit genius veteris Helleniſtæ apud Suidam: Βακάντης ὁ σχολαστής. βακάντιβος σχολαστὴς μὴ ἐνδεδεμένον τῷ πράγματι αὐτοῦ. Iſthæc meherculè ab iis quæ dicam & à vero mille paraſangis aberrant. Vacantivi heic ſunt Clerici, qui dum innumerus Eccleſiæ Officialium numerus in immenſam multitudinem excreviſſet, Syncelli Cancellarii Referendarii, Notarii, aut alius cujuſpiam ἐπιτάγματος nomen circumferebant. Iiſdem ſere verbis deſcribit cum Syneſio Heraclius Imperat. lib. II. juris Eccleſiæ Orientis: ἐπειδὴ τοίνυν πρόδηλόν ἐστιν, ὡς οἱ τὰ τοιαῦτα δρώμενοι οὐ ζήλῳ θείῳ, τοῦ δὲ πλείονος ὀρεγόμενοι, ἐπιπηδῶσι καὶ πλείους εὐκτηρίων ὄντων κατὰ ταύτην τὴν βασιλίδα πόλιν, τὰ ἱερὰ πρᾶγμα ἀξιοῦντες, μόνα κέρδους ἀφορμὴν καὶ πρόφασιν τὴν εἰς τὸ θεῖον λειτουργίαν καὶ ὑπηρεσίαν ποιεῖσθαι σπουδάζουσι. Nec exaudiendi illi ſunt qui Epiſcopos σχολάζοντας referunt, quos à ſuis ſedibus Barbari procul emigrare jubebant. Sed vetat mens verborum Syneſii, dicit enim apertiſſimis litteris οὐ κατὰ συμφορὰν ſuneſta nequidquam calamitate actos è ſuis cathedris exulaſſe καρποῦνται δὲ τὰς τιμὰς ἐκεῖ προσποιοῦντες, ὅπη κερδαλεώτερον. Indomita libidine præceps ambitio eo locorum penetrabat: quo magnificentior quæſtus prædæque imago affulgebat. Et nos huic loco primi facem intulimus,

intulimus, quem cæca pridem caligine damnavit imperitia Interpretum. Ineptiſſimè quidam heic vacantivos perſtringi Epiſcopos cenſuerunt, qui in Regum Imperatorumque comitatu conſiderent, ſuumque munus vicario nomine explerent. Sed iſthæc nimium iniqua viſa eſt Interpretum querela. Quo nomine Donatiſtæ invidiam conflarunt Catholicæ Eccleſiæ apud Optatum Milevitanum. Quid Chriſtianis cum Regibus? Quid Epiſcopis cum palatio? Equidem mihi videor Aulis Regiis addictos Epiſcopos ignem altaribus adolere hoſtiaque litare, dum aſſidui ſuarum ſedium inquilini Pontifices laticem undantis olivi, aut è lacte rorem piacularem circum aras ſanctiſſimis religionibus conſecratas aſpergant. Non violas ſanctitatem Epiſcopalis nominis Lupsra, immo ſæpe ampliſſimum theatrum virtutis & ſanctimoniæ exercendæ fuiſti. Adolevit in gremio Imperii decus & majeſtas Eccleſiæ. Non eſt Reſpublica in Eccleſia, ſed Eccleſia in Rep. ut dixit orthodoxæ antiquitatis diſciplina. Ex ipſis ſacrorum adytis in aulam evocavit Epiſcopos publica utilitas. Autor incerti nominis vitæ Udalrici Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopi cap. III. *Poſtea autem Curtem Regis adiens ſolito mors ſervitio ejus ſubdebatur, uſque dum Rex Henricus præſentem vitam finiret.* Sed quid exemplis contendo. Unum evincit exemplum tuum, quod in publicam legem venit, Heroum Illuſtriſſime Richeli, cujos unica pietas comitatum conſecravit, velumque principis, in ſanctuarium inaugurata eſt, in quo Eccleſia & Reſpublica communia ſacra ineant.

XXI. *Ut nullus Epiſcopus, etiamſi à plebe eligatur vacantem Eccleſiam obtineat.* Vacantem Eccleſiam appellavit, cui nullus legitimus ſucceſſor ex juris titulo relinquitur. Bona vacantia & caduca dicuntur, quando nullum ex qualibet ſanguinis linea, vel juris titulo, aut alio quovis modo legitimum relinquit inteſtatus hæredem. Gloſſæ juris: *βακάντιον τὸ ἀκληρονόμητον. βακάντια. ἄπρακτα, ἀδέσποτα ἀκληρονόμητα.*

XXIII. *Ut Interventores Epiſcopi conveniant plebes.* Docuerunt viri doctiſſimi interventorum & interceſſorum Epiſcoporum uſum in Africa floruiſſe, quos Græci Interpretes *ἐπιξενωμένους*, aut *μεσίτας* appellant, quod ſcilicet ſequeſtres, internuncii, aut interpretes communium ordinis Eccleſiaſtici plebiſque votorum de eligendo inaugurandoque Epiſcopo intervenirent, quibus anno exempto novum ſubcenturiandum interventorem Epiſcopum jubent Canones Carthaginenſis & Macrianenſis Synodi. Interceſſores *μεσίται* Gloſſæ Nomicæ: *Ἰντερκεδέυω ἐγγυῶμαι Ἰντερκέσιων ἐμπόδιον, ἀντίστασις*, ut intercedere Senatuſconſulto aut legi dicitur. *Ἰντερκέσιων τὸ ὑπὲρ ἄλλου καταβληθὲν ἐνέχυρον Ἰντερκέσιων ἐστὶ τὸ ὑπὲρ ἄλλου παρασχὼν ἐνέχυρον, εἰ μὴ τὸ ἀποδοῦναι τῷ χρεώστῃ ἐνέχυρον αὐτοῦ Ἰντερκεσίωνος ἀντιφωνήσεως, ἢ ἐγγύης. Ἰντερκέσωρ ἐκβιβαστής.* Heic autem Interceſſores appellantur, *διεκδικηταὶ φροντισταὶ*, aut *διοικηταὶ* aut certe *μεσεγγυησάμενοι* penes quos cura & adminiſtratio viduati Epiſcopatus conſtituebatur, qui ne mancipes ac redemptores *ἐργολάβοι* viderentur annali adminiſtratione expirabat munus interventoris. *Ex Concilio Macrianenſi.* In Notitia M. S. Africæ Reſtitutus Macrianenſis Provinciæ Mauritaniæ Sitifenſis ſciſcitur.

XXVI. *Ut in plebe aliena nullus ſibi Epiſ.* Ex Concil. Jucenſi. Sæpius à me citata Notitia Epiſcop. Africanorum, quæ nunquam adhuc lucem adſpexit, exhibet Glorinum Jucenſem Epiſcopum Mauritaniæ Cæſarienſis.

XXIX. *Ut Epiſcopus præſentibus catech. ordin. non faciat.* Cavit vetus religio ne auditores quibus *θεολογικὴν ὑποτυπῶσιν*, ſed *συμβολικὴν* tantum *θεολογίαν* oporte enunciari fas erat, intereſſent ſcrutinio faciundo. Explorabantur autem omnes vitæ partes, omneſque actus ordinandorum excutiebantur, qui ſi aliquando extra ordinem deflexiſſent, aut ſi qua in parte titubaſſent, aut incurriſſent, non erat conſentaneum hæc proferri in lucem, & propalam ante illorum oculos patere, qui nondum forent initiati: ita Zonaras & Balſamo. Ego quidem exiſtimarim, non ſolum in calculis & ſuffragiis ferendis nefas fuiſſe Auditores intromitti, ſed etiam in conſecrationibus, quando conſecrancis eſſent imponendæ manus, arceri ſolitos. Et ratio aperta eſt: Quod *τ λετὴ μύρου* quam vocat Dionyſius Areopagites inter *ἀπόρρητα μυστήρια* recenſeretur. Ita docet Dionyſius cap. ultimo Cæleſtis Hierarchiæ cujus loci mentem ita extulit Georgius Pachymeres: *Τὰς δὲ τῆς χειροτονίας εὐχὰς, οὐ θεμιτὸν ἀφ' ἑρμηνεύειν, ἤγουν μεθ' ἑρμηνείας δημοσιεύειν, μυστικὰς οὔσας καὶ ἀπορρήτους. οὐ χρὴ δὲ ἐξάγειν πρὸς τὸ κοινὸν τὰς ἐκ τῶν εὐχῶν δωρημένας τοῖς τελουμένοις δυνάμεις τοῦ πνεύματος. ἀλλὰ σὺ ταύτας κατὰ τὴν θείαν παράδοσιν μυστικῶς ἐκμαθὼν, καὶ πρὸς θεωτέραν ἀναχθεὶς ἕξιν, φθάσεις καὶ τὴν τῶν τοιούτων ἐπιστήμην ὑπὸ τῆς ἱεραρχικῆς ἐλλάμψεως.* Nec abnuit Maximus alter Dionyſii Paraphraſtes: *τελεστικὰς ἐπικλήσεις φησὶ, τὰς ἐπὶ τῆς χειροτονίας εὐχάς. σημείωσαι δὲ διὰ τί ταύτας, ἤτοι τὰς ἁγίας ἐπικλήσεις, καὶ τὰς ἐνεργείας ἐσιώπησαν.* Quæ conſuetudo antea in Synagoga Judaïca recepta fuerat, ut ad Jeſaïam docent Rabbini.

XXX. *Ut Epiſcopus, qui neceſſitate compellente ante viginti quinque annos virginem velaverit.* Virginum præſertim ſeminarum antiquiſſimum & copioſſimum in Eccleſia ſemper fuiſſe ordinem, ſciunt viri doctiſſimi ex Juſtini martyris Apolog. II & Auguſt. Epiſt. LXXX. adverſus Fauſtum Manichæum. Sed quo ætatis anno ad ſolemnem virginitatis *ὁμολογίαν* (ita Epiphan. vocat ſponſionem, quam vulgus ſcriptorum Eccleſiaſticorum profeſſionem appellavit) admitterentur, non eſt cuique obvium. Hæ ſunt victimæ ſpontaneæ, & ut eleganter efferunt Ebræi *Hammitbnaddebim*, quæ duci & non trahi debent. Nefas enim eſt, ante legitimam ætatem ſanctiſſima inviolandi ſacramenti religione in omnem partem pronos animos obligari; Concilium VI. in Trullo can. 4. ita præſcribit: *ἐπειδὴ τῷ θεῷ κολλᾶσθαι διὰ τῆς ἐκ τῶν τοῦ βίου θορύβων ἀναχωρήσεως, λίαν ἐστὶ σωτήριον, χρὴ μὴ ἀνεξετάστως ἡμᾶς παρὰ τὸν καιρὸν τῆς τὸν μονήρη βίον αἱρουμένους προσίεσθαι ἀλλὰ τὸν παραδοθέντα ἡμῖν παρὰ τῶν πατέρων καὶ ἐν αὐτοῖς φυλάττειν ὅρον ὥστε τὴν ὁμολογίαν τοῦ κατὰ θεὸν βίου, τότε προσίεσθαι δεῖ, ὡς ἤδη βεβαίαν καὶ ἀπὸ γνώσεως καὶ κρίσεως γινομένην. μετὰ τὴν τοῦ λόγου συμπλήρωσιν.* Ac primum ſi genialem aliquando torum ambiiſſent, ante ſexageſimum ſecundum annum conſecrari prohibebantur. Silveſter Pontifex in Romana Synodo cap. X. *Nullus Epiſcoporum virginem ſacratam, ſi maritale expetierit conſortium, benedicere attentet, niſi eam probaverit LXXII. annorum eſſe conſtitutam. Ubi probabitur judicium veræ pudicitiæ, ut in LXXII. annis requirens verum Chriſtum pudicitia cuſtodita, uncto vertice, introducitur ad nuptias Chriſti, velamen capitis ferens, non cordis.* Quid ſi nunquam flammeum nuptiale appetiiſſent, unumque ſemper in votis fuiſſet pium, ut Ambroſius loquitur, integritatis velamen, varia erat obſervatio. Carthag. Synodi can. III. in

in virginum numerum quævis probatiſſimæ & exploratiſſimæ vitæ referri vetabatur ante ann. XXV. Et is ſatis conſtans mos fuit Eccleſiæ Africanæ. In Eccleſia noſtra Gallicana & Hiſpanica alius receptus fuit uſus, ut teſtatur Concil Agath. Can. VIII. & Cæſaraug. Can. VIII. quibus definitum fuit, ne virginibus ante trigeſimum annum religioſus velaminis habitus præſtaretur. Eccleſia Conſtantinopolitana viri ſanctiſſimi Baſilii ſententiam amplexa, à promiſcuo & prophano ricinio ad ſacrum μαφόριον virgines poſt ann. XVII. recipiendas eſſe cenſuit, ut aperte indicat Concil. Trullanum Can. XL. ex quo Canone contextum fuit Scholion, quod in editione Juris Græco-Romani inter Canones Harmenopuli relatum eſt. Quod ſi quæ ratio juberet, ut ſolennis temporis lata legi intercederetur, poſt vigeſimum quintum annum velamine conſecrari poterant, ut ſi in diſcrimen incurriſſet, metuſque inſtaret, ne Deo dicata pudicitia, nefarii raptoris præda fieret, aut ſi mortis urgeret periculum, ne ἀτελείωτος in fata concederet, fas erat Epiſcopo devotæ, dedicatæque virginis nomen in album commune virginum referre, ut docet Carthag. Concil. Can. CXL. & hæc paſſim in Africa vigebat obſervatio, ubi major erat virginum in Eccleſiis numerus, quam mulierum, ut exprobat Fauſtus Manichæus Epiſt. LXXX. apud D. Auguſti. Vir facundiſſ. Ambroſ. lib. 3. de virginibus velandis: *Pauciores hic (inquit) homines prodeunt, quam virgines conſecrantur.* Sed ad rem inſtitutam redeo. Unum adnotandum, quod viros doctiſſimos latuit, conſecratarum virginum duas veluti claſſes, & ordines extitiſſe, quarum aliæ pullatæ ſacrum ubique velamen circumferrent: aliæ vero Laïco ſchemate ἐν ἰδίᾳ πολιτείᾳ privato παρθενῶνος larario excolerent, ut docet Balſamo ad Canon. XVI. Concil. Calcedonenſ. τὸ παλαιὸν γυναῖκες τινὲς προσήρχοντο τῷ θεῷ μετὰ λαϊκοῦ σχήματος καὶ ὁμολόγουν παρθενίαν. διορίζονται τοίνυν οἱ πατέρες τὰς ὁμολογήσαντας τοῦτο, κἂν ἄνδρες εἶεν μονάζοντες, κἂν γυναῖκες. μὴ ἀφίστασθαι τοῦ ὁμολογημένου καὶ γάμοις προσομιλεῖν. Sexcenteſimus, aut amplius annus eſt, dum harum virginum Laïcarum uſus in Græcia exolevit. Sed de his plura ad Creſconium cum de votivis pueris agemus.

XXXI. *Ut Res Epiſcopi non ſint obnoxiæ Rebus Eccleſiaſticis:* Luculenter Codex Græcus Canonum in hanc ſententiam. Τὰ τῆς Ἐκκλησίας, τῇ ἐκκλησίᾳ καλῶς ἔχει φυλάττεσθαι δεῖ κατὰ πάσης ἐπιμελείας καὶ ἀγαθῆς συνειδήσεως καὶ πίστεως τῆς εἰς τὸν πάντων ἔφορον καὶ κριτὴν Θεόν, ἃ καὶ προσήκει διοικεῖσθαι μετὰ κρίσεως, καὶ ἐξουσίας τοῦ Ἐπισκόπου τοῦ πεπιστευμένου πάντα τὸν λαὸν καὶ τὰς ψυχὰς τῶν συναγομένων. Φανερὰ δὲ εἶναι τὰ διαφέροντα τῇ Ἐκκλησίᾳ μετὰ γνώσεως τῶν περὶ αὐτὸν Πρεσβυτέρων καὶ Διακόνων, ὥστε τούτους εἰδέναι καὶ μὴ ἀγνοεῖν, τίνα ποτέ ἐστι τῆς Ἐκκλησίας, ὥστε μηδὲν αὐτοὺς λανθάνειν, ἵν' εἰ συμβαίη τὸν ἐπίσκοπον μεταλλάττειν τὸν βίον φανερῶν ὄντων τῶν διαφερόντων τῇ Ἐκκλησίᾳ πραγμάτων, μήτε αὐτὰ διαπίπτειν καὶ ἀπόλλυσθαι μήτε τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου ἐνοχλεῖσθαι προφάσει τῶν Ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων. δίκαιον γὰρ καὶ ἀρεστὸν παρά τε τῷ Θεῷ καὶ ἀνθρώποις, τὰ ἴδια τοῦ ἐπισκόπου, οἷς ἂν αὐτὸς βούληται καταλιμπάνεσθαι. τὰ μέντοι τῆς Ἐκκλησίας αὐτῇ φυλάττεσθαι, καὶ μήτε τὴν Ἐκκλησίαν ζημίαν ὑπομένειν ζημίαν, μήτε τὸν ἐπίσκοπον προφάσει τῆς Ἐκκλησίας δημεύεσθαι; ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, μετὰ τοῦ καὶ αὐτὸν μετὰ θάνατον δυσφημίᾳ περιβάλλεσθαι. Ad quem plane ſenſum Canon. XL. Apoſtolorum editus fuerat. Et ratio non eſt valde obſcura, ut ſcilicet τῶν κυριακῶν Eccleſiæ æternum jus & dominium ſervaretur, neque privatæ ſubſtantiæ ad arbitrium voluntatemque libera poteſtas Epiſcopo abjudicaretur. Cavetur enim, ne bona confuſa indiviſaque poſſideant Epiſcopi & Eccleſiæ, ut ſi obæratus Epiſcopus ſuis nominibus debeat, omiſſa ſtratione de ſuis facultatibus æs alienum contractum diſſolvat, neque ſceleſtis contractibus maculoſæ fraudis inſidiis Eccleſiaſtica bona interverſor Epiſcopus male perdat. Atque hac de cauſa privata ſubſtantia Epiſcopi recens ad hanc dignitatem evecti εἰς καταγραφὴν referebatur; ut notant Balſamo & Synopſis Baſilικῶν, quæ publici juris facta eſt. Aliamque καταγραφὴν poſt mortem Epiſcopi fieri ſolitam indicat Can. Sacerdotes 2. queſt. 4. καταγραφὴν vocat, quam nos inventarium vulgò dicimus. Gloſſæ optimæ juris ἰνβέντα καταγραφή. Quod vero extrema Canonis parte dicitur, ἢ καὶ εἰς πράγματα ἐμπίπτειν τοὺς αὐτῷ διαφέροντας, μετὰ τοῦ καὶ αὐτὸν μετὰ θάνατον δυσφημίᾳ περιβάλλεσθαι non explico: vide Nov. Juſtinian. de Sepulchro violato, & Nov. LIV. de creditoribus, qui morientibus debitorib. ſuis imminent. Ubi annota ſigna impoſita ædibus debitorum, impeditam deductionem funuſque, ac nullum non dedecus inflictum à creditoribus.

XXXII. *Ut Nullus Epiſcopus heredes extraneos vel hereticos etiam conſanguineos faciat.* Proximâ notatione obſervabam Epiſcopis ac Clericis liberum licenſque ſupremi Judicii arbitrium, edendi diſpoſitionem bonorum, quæ illis jure cognationis obvenniſſent, ita Nov. CXXXI. cap. XIII. Verum etiam, ſi quæ poſt Clericatum ſuſceptum in eorum dominium veniſſent, libera erat poteſtas Nov. CXXIII. Cap. XIX. *Ad ſimilitudinem caſtrenſium peculiorum.* Videbatur tamen inofficioſum teſtamentum, ac contra lignum data, legataque poſſeſſio, ſi præter verecundiam præteritæ Eccleſiæ nihil penitus relictum fuiſſet; aliquam enim, etſi minimam hereditatis partem, jure hereditario aut legatario, Eccleſia ſibi vendicabant, ut teſtatur vetus author ad Canon. XXXV. Concil. Carthaginenſ. Σημειωσαι δὲ τὸν κανόνα τὸν λέγοντα ὅτι ἐξ ἀνάγκης ὀφείλουσιν οἱ κληρικοὶ καὶ οἱ ἐπίσκοποι καταλιμπάνειν ταῖς κατ' αὐτοὺς ἐκκλησίαις μέρος τὶ τῶν διαφερόντων αὐτοῖς πάντος ἀπὸ τῶν κυρίων διαφερόντων τούτοις, πάντως δὲ ἐν ταῖς τελευταίαις ἀποπνοαῖς. καὶ τοῦτο εἶναι ἐστὶ καὶ ὅσον ἰσχὺς εἰκ. ἀποπεμφθήσεται. Si vero quis è Clero hæreticos οἰκειακοὺς, aut ἐξωτικοὺς heredes inſtituiſſet, irritum erat & caducum teſtamentum: Photius Nomo-Canonis tit. X. *de adminiſt. Eccleſ. cap. VIII.* ex quo adnota, tanquam bona vacantia fiſco fuiſſe incorporata, quæ alias Eccleſiæ vendicata fuiſſe ſciunt omnes ex l. XVII. Cod. Theod. *de his qui ſuper Relig. contendunt.* Quinetiam graviſſimæ pœnæ Eccleſiaſticæ irrogatæ fuerunt, feriebantur enim Anathemate: ita Alex. Ariſtenus M. S. οἱ δὲ γράφοντες αἱρετικοὺς κληρονόμους κληρονομίσου τὸ ἀνάθεμα. Pœnaque Manes ipſos conſequebatur; Theod. Balſamo ὑποκείσεται τῷ ἀναθέματι καὶ μετὰ θάνατον, ac nomen è ſacris dypticis eradebatur, & expungebatur, καὶ τὸ ὄνομα αὐτοῦ μὴ μνημονεύεσθαι παρὰ τοῖς τοῦ Θεοῦ ἱερεῦσιν ἀναγινώσκεσθαι, ita Codex Canonum VC Jani Tilii Briocenſis Epiſc. Et ratio cuique explorata eſt, cur hoc pœnæ genus intorquerent ſacra & publica judicia, ut nempe ſeveriſſimi aculei ſtilum exciperet ſceleſtus Clericorum in parentes amor, qui extraneos aut neceſſarios

neceſſarios heredes à Fide Chriſtiana alienos, communi omnium Chriſtianorum parenti Eccleſiæ prætuliſſent, & ut etiam ex urbibus exturbarentur Hæreſum & Sectarum aſſeclæ, qui publici & communis Juris ſuffragiis & commerciis carerent. Sed tamen aliquando elanguit ille legum vigor l. Eunomianis Cod. Theod. *de his qui ſup. relig. contend... Eunomianis . ne caperent aliquid, vel relinquerent teſtamento, legem dudum credidimus promulgandam: quam quidem nunc, Conſilio pleniore revocamus. . Vivant jure communi, ſcribant, pariter adſcribantur heredes.* Quin imo Gothi licet hæretici magiſtratus inibant. Leunclavii Paratitla *lib.* 1. *tit.* 5. *de hæreticis: & Manich. Excipiuntur Gothi, qui fœderati ſunt, & prout Imperatoris majeſtati viſum fuerit, alios honores conſequuntur.* Adverſum quos elegantiſſime diſputat Syneſius lib. de Regno ἄρχων δὲ δὴ καὶ πρῶτον ἀπαλλάσθων, καὶ τ͂ ἐν βουλευτηρίῳ γερῶν ἀποκεκλείσθων, οἷς ὑπῆρξεν αἰσχύνη τὰ περὶ Ῥωμαίοις πάλαι καὶ δοκοῦντα καὶ ὄντα σεμνότατα. ἐπεὶ ὥν γε καὶ τὴν Βουλαίαν Θέμιν αὐτὴν καὶ θεὸν εἶμαι τὸν στράτιον ἐγκαλύπτεσθαι, ὅταν ὁ (*) σισυρόφορος ἄνθρωπος ἐξηγῆται χλαμύδας ἐχόντων, καὶ ὅταν ἀποθῇς τις ὅπερ ἐνῆπτο κώδιον, περιβάλληται τήβενναν, καὶ τοῖς Ῥωμαίων τέλεσι συμφροντίζῃ περὶ τῶν καθεστώτων, προεδρίαν ἔχων παρ' αὐτὸν που τὸν ὕπατον, νομίμων ἀρίστων ὄπισθεν θακούντων.

XXXV. *Ut Epiſcopi vel Clerici, his qui Catholici non ſunt.* In Africa & toto Occidentis Imperio Catholici nomen, veluti quædam nota (ut inquit Tertullianus) conteſſerationis erat, qua orthodoxi à nefariis hæreticis ac ſchiſmaticis ſecernerentur. Ita frequens in Cod. Theod. invenias: *Catholica Fides & Ritus. Catholica Veneratio. Qui Catholicam Religionem refugerint ſcævæ Religionis obtentu, quamvis Chriſtianos eſſe ſe ſimulent.* Et alibi. *Nec Donatiſtæ, vel cæterorum vanitas hæreticorum, aliorumque error, quibus Catholicæ communionis cultus non poteſt perſuaderi.* Et Cod. Juſtinianei *de hæret. & Manich. Privilegia, quæ contemplatione Religionis indulta ſunt, Catholicæ tantum legis obſervatoribus prodeſſe oportet.* Auguſtin. Enarratione 10 Pſalm. 67. eleganter in hanc ſententiam diſputat. *Fratres paululum advertite & intelligite quod diximus: Quando egerunt cauſas ſuas adverſus Maximianiſtas, ut eos à ſe damnatos & ſchiſmaticos ſuis ejicerent de locis, quæ illi tenebant antiquitus, & ſucceſſerant Epiſcopis deceſſoribus ſuis: volentes illos inde excludere, egerunt legibus publicis, ad Judices venerunt, dixerunt ſe Catholicos, ut poſſent excludere hæreticos. Quare te dicis Catholicum, ut excludatur hæreticus, & non potius es Catholicus, ne ſis excluſus hæreticus? modo Catholicus es, ut valeas ad excludendum hæreticum; Judex enim non poſſet, niſi legibus ſuis judicare. Dixerunt ſe Catholicos, admiſſi ſunt agere.* Et alia plurima quæ non exſcribo. Nec in Occidentis Orbis tantum partibus uſitatum hoc Catholici nomen, ſed & totâ Græciâ maxime frequentatum: ut in Æthiopica Eccleſia nomen *Chaωσαrιαoυl*. Sed de his alio loco dicam, niſi fata aſpera hæc prima adultæ ætatis ſtudia abrumpant.

XXXVI. *Ut Rebus Eccleſiaſticis diſpenſandis Epiſcopus poteſtatem habeat.* Ita hæc ratio & inſtitutio valuit, ut omnes ſuſi præſtatione ſolidi Canonis emphyteuſes & hypothecæ, in quinquennium elocationes, annuorum legatorum permotationes, Juriumque Eccleſiaſticorum alienationes irritæ forent, ſi præter conſcientiam Epiſcopi factæ fuiſſent, Nov. Anaſtaſii XVII. cap. II. πῶς δὲ γινόμενον οὐκ ἄλλως ἰσχύειν, εἰ μὴ μία τῶν ὑπεσθέντων αἰτιῶν ἐν τῇ ἐπομένῃ φανερωθῇ, ἐν τῷ Βυζαντίῳ παρὰ τῷ Μαγίστρῳ κήνσων, ἐν δὲ ταῖς ἐπαρχίαις παρὰ τοῖς ἐκδίκοις. προκειμένων τῶν ἁγίων γραφῶν. καὶ ἐπεὶ μὲν τῶν ἐκκλησιῶν, παρόντων τῶν οἰκονόμων, καὶ τῶν ἐνδημούντων κληρικῶν. ἐπεὶ δὲ τῶν μοναστηρίων δεῖ παρεῖναι τοὺς ἡγουμένους, καὶ τοὺς ἄλλους μοναχούς. ἐπεὶ δὲ τῶν πτωχείων, τῶν διοικητῶν, καὶ τῶν εὑρισκομένων πάντων ὑπουργῶν τῆς διοικήσεως. καὶ ὁμοίως ἐπὶ τῶν ὀρφανοτροφείων, ὥστε κρατεῖν τὸ τοῖς πλείοσιν ἀρέσκον, συναινοῦντος καὶ τ͂ ἐπισκόπου τῶν τόπων, ἐν οἷς ταῦτα συμβαίνει γίνεσθαι. Vide Nov. XL. Juſtiniani, quæ alienationes, emphyteuſes, aliaque id genus, rata firmaque eſſe permittit, ſi decretum Epiſcopi civitatis intervenerit. Et is erat modus, poſtquam Œconomis rerum Eccleſiaſticarum diſpenſandarum cura commiſſa fuit, nam primitus ipſi Epiſcopi acta ipſa ſuo nomine confici jubebant, ipſique res adminiſtrabant, neque ſolum aſſenſum præbebant. Sed de his πλατικώτερον agam cum de Œconomis ſermo incidet.

XXXVIII. *Ut Epiſcopus matricis non uſurpet quicquid fuerit donatum Eccleſiis, quæ in Diœceſi conſtitutæ ſunt.* Heic obſervari velim, non eſſe uſurpationem, illegitimamque conculcationem, ut diſputat Carolus Molinæus adverſus Concilium Tridentinum: Si quando Epiſcopi exortes omnis cultûs, omnique reditu deſtitutas Eccleſias è villis & latifundiis in Eccleſias matrices transferant, & illarum nomine privatum ſacrarium dedicent, ut ſi quod ſit annui proventus vectigal, aut alius copia emolumenti, huic ſacello applicetur, ita ſtatuit Concil. Tridentinum de reformatione & Rotæ Deciſiones. Quamvis equidem non audeam contendere Epiſcoporum eamdem authoritatem valere in Elephantiacis Noſocomiis transferendis, quæ in Galliis Magni Eleemoſynarii (quem vocamus) Juri ſubſunt. Additur extremo Canone. *Quidquid fuerit donatum Eccleſiis, quæ in Diœceſi.* Ubei Diœceſim intelligas dignitatem & adminiſtrationem, uni civitati attributam, cui ſedis Epiſcopalis privilegium conceſſum eſt. Ita paſſim ſequior ætas locuta eſt, quo ſenſu veteres παροικίαν appellarunt. Adi ſi lubet Sidonium viri Clariſſimi & Doctiſſimi Jacobi Sirmondi lib. IX Epiſt. XVI. Alis prorſus notio eſt, in veteri notitia Græciæ Eccleſiaſtica & Civili.

XLII. *Ut Epiſcopi non paſſim ad Comitatum pergant.* Comitatum vocat, *la Cour de l'Empereur*. Zonaras στρατόπεδον caſtra Imperatoris vocat. Poſterioris ævi Helliniſtæ Juriſprudentes κομιτάτον appellant in Ecgloga juris. l. ultim. Cod. *de dignitatib. Sacratiſſimus Comitatus* dicitur, necnon alibi ſæpe occurrit.

XLIII. *Ut quicumque Epiſcopus ab Imperatore publicum judicium poſtulaverit.* Olim, dum melior Reipublicæ Chriſtianæ floreret ſtatus, nefas videbatur, ut divini muneris Miniſtri temporalium Poteſtatum ſobderentur arbitrio. Noſter vocat publica Judicia, ſeculares Judices, ut loquitur Lex ultim. Cod. tit. de *Epiſcopis & Eccl. Clericos etiam, quos indiſcretim ad ſæculares Judices debere deduci infauſtus præſumptor edixerat, Epiſcopali audientiæ reſervamus.* Divini & publici Juris διάρεσις cuique è trivio nota eſt l. ult. Cod. de *Sacroſ. Eccleſ. Ut inter divinum, publicumque jus & privata commoda competens diſcretio ſit, ſancimus.* Gloſſæ Juris Græci: πούβλικον δημόσιον πούβλικον ἔγκλημα, τὸ ἐγκληματικὸν πούβλικον, δημόσιον τῶν δὲ πουβλίκων δικαστηρίων τὰ μὲν ἐστὶ κεφαλικὰ τὰ δὲ ἀκέφαλα. Quæ poſtrema verba Juſtinianus ita ediderat.

(*) Fortaſſe σισυροφόρος legendum eſſet σισυρα ſunt Heſych. τὰ ζῶα δέρματα.

ediderat. *Publicorum judiciorum quædam capitalia, quædam non capitalia ſunt.* Publica Judicia vocat, ut exteras Leges & civiles, publicas vocavit Auguſtinus loco ſupra à me laudato.

XLIV. *Ut liceat unicuique Epiſcopo, preces conſtituere, quando de judiciis contra hæreticos aliquid eſt petendum.* Duo ut explicem ratio Canonis exigit. Ac primum eſt, ab Epiſcopis adverſus hæreticos preces offerri ſolitas, imo aliquando non præjudiciis modo, ſed & judiciis Eccleſiaſticis hæreticos ultore ferro perculſos pronunciantibus ſacrorum Antiſtibus: alterum, eſt publicum eſſe crimen καὶ ἐγκληματικὴν hæreſim, neque ſolum, ut quidam docuere, Eccleſiaſticum crimen (*). Atque equidem non inficior, jam pridem veterem hanc in Eccleſia vigere *διωδαμωνίας Eccleſiam non noſſe ſanguinem.* Ita Matiſconenſ. II. Synodi cap. XX. *cognovimus quoſdam Clericorum inſtrunitas ad forales rerum (reorum legendum eſt) ſententias frequenter accedere. Propterea prohibitionis eorum acceſſus hunc Canonem protulimus; definientes, ut ad locum examinationis reorum, nullus Clericorum accedat, neque interſit atrio Sauciolo*, dans la place de Grève, *ubi pro reatus ſui qualitate quiſpiam interficiendus eſt. Si tamen ex nunc aliquis eorum definita contemnens, illuc acceſſerit, aut interfuerit, defraudatus honeſti honoris ſtolâ, illis gregibus examinatorum ſocietur, quos divinis prætulit Myſteriis.* Ubi atrium Sauciolum interpretor locum damnatis ſuplicio mactandis deſtinatum, aut aream ipſam carceris, in qua mos fuit ſupremo carmine ictos ultimis affici ſuppliciis, ut compertiſſimum eſt ex antiquiſſimis ſanctorum Martyrum Paſſionibus. Synodus Antiſiodorenſis Can. XLIV. *Non licet Presbytero nec Diacono ad trepalium ubei rei torquentur ſtare*, id eſt funeſto torquendorum ſpectaculo intereſſe. Ita ut ſi quis publicis auctus honoribus adverſus aliquem capitalem tuliſſet ſententiam Epiſcopi aut Clerici nomen nequaquam poſſet ſuſtinere. Acta Hilarii Arelatenſis Epiſcopi: *Nobiles & mediocres ad eum convolarunt, adſtruentes Celidonium interruptam ſuo adhibuiſſe conſortio, quod Apoſtolicæ Sedis authoritas & Canonum prohiberent ſtatuta, ſimul ingerentes ſæculi adminiſtratione perfunctum capitali aliquos condemnaſſe ſententiâ.* Verum hæc diſciplina in his tantum extraordinariis cognitionibus verſata eſt, quæ civilem non Eccleſiaſticum ſtatum ſpectarent. At crimen violatæ, deſertæ, ejuratæque religionis, aut nefariâ ſuperſtitione attaminatæ fidei aut turbatæ Eccleſiæ judiciis Epiſcopalibus competere videtur. Acta Synodi ad Cariſiacum convocatæ ſententiam adverſus Goteſcalcum latam ita exhibent: *Frater Goteſcalce, ſacro-ſanctum Sacerdotalis myſterii officium, quod irregulariter uſurpaſti, & in cunctis moribus ac pravis actibus, atque perverſis doctrinis ut hactenus abiiſti non pertimuiſti, judicio Spiritus-Sancti, cujus gratiæ munus eſt Sacerdotale officium per virtutem ſanguinis Domini noſtri Jeſu-Chriſti amoveris tibi eſſe, ſi quomodo ſuſcepiſti ſublatum & ne ulterius eo fungi præſumas penitus interdictum. Inſuper quia & Eccleſiaſtica & civilia negotia contra propoſitum & nomen Monachi conturbare contemnens Jura Eccleſiaſtica præſumpſiſti, duriſſimis verberibus te caſtigari, & ſecundum Eccleſiaſticas regulas ergaſtulo retrudi authoritate Epiſcopali decernimus: & ut de cætero doctrinale tibi officium uſurpare non præſumas perpetuum ſilentium ori tuo virtute æterni Verbi imponimus.* Theophilactus Symocatta in Myriobyblo Photii: Καὶ περὶ τῆς ἀναιρέσεως Παυλάου τοῦ γόητος, καὶ περὶ τοῦ θαύματος, τοῦ μετὰ τὴν κόγχην Γλυκερίας τῆς Μάρτυρος: ὅπως τε Ἰωάννης ὁ Πατριάρχης, φιλανθρωπότερον δοκοῦντος ἔχειν τοῦ βασιλέως, αὐτὸς πυρὶ παραδοθῆναι τὸν γόητα διισχυρίζετο, παραφράσων τῷ λόγῳ καὶ τὴν Ἀποστολικὴν ῥῆσιν, καὶ ὅτι ὁ παῖς κοινωνὸς ὢν τῆς ἀσεβείας, τὸν ἐπὶ θανάτῳ ἀπήχθησαν; ξίφει τὸν βίον καταστρέφεται. Ubei vides Joannem Patriarcham, quod Imp. lenior eſſet ſententia, pronunciaſſe ignibus tradendum eſſe veneficum & præſtigiatorem. Et hanc ipſam authoritatem publicæ Religionis arbitram, & vindicem apud Sacerdotes & Pontifices Synagogæ in πολιτείᾳ Judaicâ floruiſſe enotavit Auguſtinus tract. CXIV. in Joannem. Qui tamen extremam ſemper pœnam à Circumcellionum & Donatiſtarum Capite deprecatur Epiſt. CLVIII. ad Marcellinum: *Pœna ſanè illorum quamvis de tantis ſceleribus confeſſorum, rogo te ut præter mortis ſupplicium ſit & propter conſcientiam noſtram & propter Catholicam manſuetudinem commendandam* Epiſt. CLIX. *Haud reciproquâ inimicorum à quibus paſſi ſunt pœnâ decoloretis, ſed potius refractâ judiciariâ ſeveritate; & veſtram fidem quia filii eſtis Eccleſiæ, & ipſius matris manſuetudinem commendare minime negligatis.* Et Epiſt. CLX. ad Apringium: *De vobis quidem dixiſſe Apoſtolum legimus quod non ſine cauſa gladium geratis, & miniſtri Dei ſitis vindices in eos qui male agunt. Sed alia cauſa eſt provinciæ, alia eſt Eccleſiæ. Illius terribiliter gerenda eſt adminiſtratio, hujus clementer commendanda eſt manſuetudo.* Et extrema Epiſtola: *Solent homines quando cum inimicis eorum convictis lenius agitur, à mitiore ſententia provocare. Sed inimicos noſtros ita diligimus, ut niſi de tua Chriſtiana obedientia præſumamus, à tua ſevera ſententia provocemus.* Quas heic extricatas gemmas illigare & in annulum mittere viſum eſt, cum fœcundior ditiorque vena nuſquam apparet, quæ ſinceriorem ab ipſa antiquitate laticem Chriſtianæ Clementiæ & moderationis tranſmitteret. Ex quibus cuique conſtat jus aliquando gladii exercuiſſe Eccleſiam, minitantem vanam Caicum ad feralem ignem damnatum, virgiſque malæ cæſum Goteſcalcum malæ frugis monachum Epiſcopali judicio, quod tamen ſæpe ſuam ſeveritatem inflexit, mollivitque. *Quando de Judiciis publicis contra hæreticos aliquid petendum eſt.* In publicorum enim judiciorum forum acta Hæreſis, quæ Publicum crimen appellatur L. XXX. C. Th. *de iis qui ſuper relig. contendunt. Ac primum quidem volumus eſſe publicum Crimen, quia quod in Religione divina committitur, in omnium fertur injuriam.* Et poſt aliqua ita Auguſti Impp. edicunt. *In mortem quoque ſit inquiſitio. Nam ſi in criminibus Majeſtatis licet memoriam accuſare defuncti, non immerito & hic debet ſubire judicium. Ergo & ſuprema illius ſcriptura irrita ſit, ſive teſtamento, ſive codicillo, ſive epiſtolâ, ſive quolibet genere reliquerit voluntatis, qui aut Manichæus, aut Phryga, aut Priſcillianiſta fuiſſe convincitur.* Quod ſcilicet non Eccleſiaſticæ modo diſciplinæ nervi adverſus hæreticos intenti forent, ſed & ſeveriſſima publicorum judiciorum ſupplicia diſtricta eſſent. *Ex Concil. Mazaranenſi.* In Notitia Epiſcopatuum Africæ manu exarata, quæ penes nos eſt, ſciſcitur Vindicianus Marazianenſis Provinciæ Byſacenæ. Stephanus de Urbibus: Μάζυες οἱ Λιβύης νομάδες, Ἑκαταῖος Ἀσίᾳ. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι Μάζυες καὶ ἕτεροι Μάχυες. In tam obſcura Africæ Geographia ſola valent conjectanea.

XLVIII. *Ut Epiſcopi providentia virginibus quæ pupillæ fuerint.* Pupillæ Virgines heic ſunt ὀρφαναὶ, & quarum dum uterque parens in fata conceſſiſſet, illarum pudor in diſcrimen vocabatur, quarum pudicitia ut à perductorum, & temeratorum inſidiis tutum haberet præſidium, Epiſcoporum fidei commendantur. Ipſa enim ſanctiſſimis Religionibus dedicata altaria adverſum impuriſſima lenocinia fraudeſque amatorculorum jus aſyli præ-

(*) Cap. inquiſitionis de hæret. in ſext.

 ſtant.

ſtant. Conſtitutiones Clementis Romani libro IV. Ὀρφανοῦ δέ τινος γενομένου χριστιανοῦ ἤτοι παιδὸς ἢ παρθένου, καλὸν μὲν ἵνα τις τῶν ἀδελφῶν οὐκ ἔχων τέκνον, προσλαβόμενος τοῦτο, ἔχῃ εἰς παιδὸς τόπον. τὴν δὲ παρθένον, ὁ ἔχων υἱὸν, δυνάμενον αὐτῷ ταῖς τοῦ γάμου ἀρχαῖς συγχρονῆσαι, συζεύξῃ. τοῦτο γὰρ οἱ ποιοῦντες ἔργον μέγα ἐπιτελοῦσιν ὀρφανῶν πατέρες ὑπάρξαντες καὶ παρὰ κυρίου τοῦ Θεοῦ λήψονται τὸν μισθὸν τῆς διακονίας ταύτης. Εἰ δέ τις μετ' ἀνθρωπαρέσκειας περιπατῶν ἐπαισχύνοιτο πλούσιος ὢν τὰ τῆς ὀρφανίας μέλη, τοῦ μὲν ὀρφανοῦ πρόνοιαν ποιήσεται ὁ πατὴρ τῶν ὀρφανῶν, καὶ κριτὴς τῶν χηρῶν. αὐτῷ δὲ ἐμπεσοῦνται τοιοῦτοι, ὅς τις αὐτῷ δαπανήσουσι τὴν φειδῶ. καὶ γενήσεται ἐπ' αὐτῷ τὸ εἰρημένον, ἃ οὐκ ἔφαγον ἅγιοι, ταῦτα φάγονται ἀσσύριοι, καθὼς καὶ Ἡσαΐας λέγει. τὴν χώραν ὑμῶν ἐνώπιον ὑμῶν ἀλλότριοι κατεσθίουσιν αὐτήν.

LXIX. *Ut Epiſcoporum judicio pœnitentiæ tempora pœnitentibus decernantur.* Quique è vulgo ſemidocti norunt ſtatutum à Theologis ordinis & Juriſdictionis diſcrimen. Alia enim Epiſcopis Jure ordinis, ac alia vi Juriſdictionis competunt. Quæ Jure ordinis, ita intimam vim & ἐνεργείας ordinis conſequuntur, ut niſi impreſſi characteris vi ac virtute rite perfici non poſſint, alia vero Juriſdictionis, quæ committi & delegari poſſunt. Communi enim more ita comparatum eſt, ut is demum Juriſdictionem ſuam mandare poſſit, qui eam ſuo jure, non alieno beneficio obtinet. Primo huic generi accenſentur Conſecratio Sacerdotum, Chriſmatis confectio, conſignatio Adultorum, miſſio Concionatorum, aliaque plurima id genus, quæ intimam naturam ordinis proxime conſequi dicuntur. Alterius vero generis ſunt, quæ Juriſdictionem ſpectant, & quæ pro arbitrio delegari poſſunt, ſtatis ſcilicet temporibus & diebus Virginum conſecratio, aut ſolemnis in publico miniſterio pœnitentium reconciliatio. Ea enim propriæ Epiſcopi λειτουργία functionique ſubſunt ex Agath. Concil. Can. XLIV. & Wormatienſ. Can. VIII. *Tempora Pœnitentibus decernantur.* Certas fuiſſe præſcriptas pœnitentiæ formas & tempora vides apud Nicephorum Ὁμολογητὴν, Joannem Νηστευτὴν, Dionyſium Alexandrinum, Burchardum, Bedam, & alios.

LXIV. *Ut Epiſcopus ab eis Epiſcopis quos elegerit Judices.* Convelli non oportet judicium, quod elegit partium adſenſus L. I. Cod. *de recept. arb.* Fragmenta librorum Baſilicorum, quæ cum huc & illuc tanquam Sybillæ folia errarent, in unum compegimus: μὴ χρείαν ἐχέτω ἐκκλήτου ἡ τοῦ αἱρετοῦ δικαστοῦ. Et alio loco: εἴτε δικαία εἴτε ἄδικος ἐστιν ἡ τοῦ αἱρετοῦ ψῆφος, ἐμμένειν δεῖ. Paratitla Græca: τὸ αἱρετὸν δικαστήριον ἔοικε προσφόρῳ δικαστηρίῳ. Quæ tamen ratio in uſu fori quotidiano abrogata, ut ſciunt qui primis tantum advocationis auſpiciis in Foro ſtatario præluſere.

LXV. *Ut Epiſcopi, qui in aliquâ cauſâ judices dantur, ipſi locum audientiæ deligant.* Exploratiſſima cuique vox eſt Eccleſiam Forum legibus non habere. Nov. Valentiniani *de Epiſcopali Judicio: Quoniam conſtat Epiſcopos & Presbyteros forum legibus non habere, nec de aliis cauſis ſecundum Arcadii & Honorii divalia conſtituta, quæ Theodoſianum corpus oſtendit, præter Religionem poſſe cognoſcere.* Ut ſi qua cauſa emergeret & quibuſlibet diſſentionibus, levibuſque delictis ad religionem pertinentibus, judicio Epiſcopali arbitrioque terminetur; ſi vero actio criminalis ſit, ab ordinariis extraordinariiſque Judicibus, aut illuſtribus Poteſtatibus cauſa dirimatur L. XXIII. Cod. Theod. *de Epiſcop. & Cler.* Utramque enim judiciorum Eccleſiaſticorum, & Civilium lancem iis momentis conſtare cuique notum eſt, ut Civilis & Eccleſiaſtica notio diſtinctis disjunctiſque faſcibus occupent tribunalia. Syneſius Epiſt. LVII. adverſus Andronicum: Ὅτι πολιτικὴν ἀρετὴν ἱερωσύνῃ συνάπτειν τὸ κλώθειν ἐστὶ τὰ ἀσύγκλωστα. Ὁ πάλαι χρόνος ἤνεγκε τοὺς αὐτοὺς ἱερέας τε καὶ κριτάς. Καὶ γὰρ Αἰγύπτιοι καὶ τὸ Ἑβραίων ἔθνος, χρόνον ὑπὸ τῶν ἱερέων ἐβασιλεύθησαν. Εἰτ' ἐπειδὴ μοι δοκεῖ τὸ θεῖον ἔργον ἀνθρωπίνως ἐπράττετο, διῴκισεν ὁ θεὸς τοὺς βίους. Καὶ ὁ μὲν ἱερὸς, ὁ δὲ ἡγεμονικὸς ἀπεδείχθη. τοὺς μὲν γὰρ εἰς ὕλην ἐπέστρεψε, τοὺς δὲ συνέταξεν ἑαυτῷ. τετάχαται δὲ οἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασιν, ἡμεῖς δὲ ἐν ταῖς εὐχαῖς εἶναι τὸ δὲ καλὸν ἀπαιτεῖ παρ' ἀμφοῖν ὁ θεός. Illud tamen enotandum eſt, aliquam Juriſdictionis imaginem Eccleſiaſticis judiciis conceſſam fuiſſe. Ita Nov. CXXXI. cap. XV. Καὶ τοῖς ὑπὸ τὴν αὐτοῦ δικαιοδοσίαν καθεστῶσιν εὐκτηρίοις Juriſdictionem vocat; quæ vulgo ſcriptorum appellatur audientia & ἀκρόασις Autoribus Juris Græco-Romani. Niſi tamen ſeſe error illeverit, cujus judicium eſto indiciumque Interpretatio vetus Latina, quæ gubernationem exhibet, ac alia Editio quæ diſpenſationem δικαιοδοσίας interpretatur. Julianus Anteceſſor Novel. CCXLVIII. ſi cui præſes Provinciæ ſuſpectus eſſe videatur, & litigare apud eum ſolum noluerit, liceat ei Epiſcopum invocare, ut cum ipſo conſidente litem audiat, & vel amicali compoſitione litigatores tranſire faciant, vel more παρασημειώσεως eos audiant vel cognitionaliter; ita tamen ut ſententia legibus conſentanea imponatur. Ubei more παρασημειώσεως & cognitionaliter dicitur in acta publica relatâ ſententiâ, aut non relatâ. Nov. LXXIX. Si à Judice ſæculari adverſus Monachos & aſcetrias ſtatutum ac pronunciatum fuerit careat magiſtratu judex cæleſtemque incurrat offenſionem, qui contumeliam Divinitati fecit, & ſi litium executores quidquam attentaverint, prohibeantur, & καθειργέσθωσαν ἐν τοῖς καλουμένοις δικανικοῖς. Ubi δικανικὰ Ἐκκλησιαστικὴν ἐγκλείστραν interpretatur Conditor Græcus Paratitlorum. Vides ab Eccleſia conſtitutos publicos carceres. Quid enim ſacræ Juſtitiæ dignitas cum ludibrio traducatur, niſi faſcibus ſecurique armata incedat. Mirum tamen videatur nunquam publicum Eccleſiæ favorem obtinuiſſe, ut cauſarum Eccleſiaſticarum dubia fata Eccleſiaſticum tribunal dirimeret, ſubſellia erigerentur in quibus de civilibus, ac criminalibus Clericorum actionibus judices & diſceptatores ſederent Patriarchæ Metropolitani aut Epiſcopi. Nunquam enim erubuerunt caſtiſſima Eccleſiæ ſecula viros ſacris ſuccinctos Laici Quæſitoris palmatam ſellamque Curulem adorare, ipſoſque Pontifices infœlix ſqualloris, ſordiumque ſpectaculum velo aperto ſiſti. Inſuper enim habiti fuerunt Milevitanæ & Carthaginenſis Synodi Canones, qui Clericos ſæcularia judicia ſubire vetabant, pacto licet convento, & cautione juratoria obſtrictos. Ut interpretatur Innocentius III. *Cap. ſi diligenti. de for. compet.* Vacatione ſcilicet munerum Θεοπαραγγελτικῶς frui voluerunt, ut ſi qui Sacerdotium nacti fuiſſent à civilibus Juridicinæ oneribus ſubeundis excuſarentur. *Ex Concilio Zellenſi.* In elencho manuſcripto Epiſcoporum Africæ, qui nondum lucem publicam libavit, Cyprianus quidam Zellenſis Epiſcopus recenſetur, & in Actis collationis Carthaginenſis.

LXVI. *Ut depoſitus Epiſcopus ad Imperatorem cauſam ſuam non deferat.* L. XXXV. Cod. Th. *de Epiſcop. & Cler. Sitque hujuſmodi perſonis illicitum*

rum temere ſacra noſtra adire, & impetrare reſcripta, omnibus abjectis per culpam Sacerdotio perſonis, quæ impetrata ſunt, infecta permaneant.

LXVIII. *Ut Epiſcopus qui ſecunda vel tertia authoritate conventus fuerit.* Ita programma Imperatorum Augg. de ineunda collatione Carthaginenſi apud Acta quæ debemus Franciſco Balduino: *Quam rem intra quatuor menſes præcipimus explicari, ut converſos animos populorum, etiam Clementia noſtra ſicut deſiderat, celerius poſſit cognoſcere, quod ſi intra præſtitum tempus ſtudioſe Donatiſtarum Epiſcopi convenire trina dicti vocatione contumacium tempore concludantur, quibus emenſis atque tranſactis ſi provocati adeſſe contempſerint, cedat cum Eccleſiis populus, qui Doctores ſuos ſilentio cognoverint ſuperatos, & victum ſe aliquando gratuletur, ſciatque ſi non præceptis noſtris vel Catholicæ legis veris Imperiis ſerviendum.* Et alia.

LXX. *Ut Epiſcopi, Presbyteri, Diaconi, non ſint conductores aut procuratores.* Ita ſanctiſſimis myſteriis dedicatæ mentes nomen ſuum prophanis obſequiis polluunt, ut ſi acceptam labem eluere ambiant, novis ſit ſacris faciundum. Ad quodlibet infame lucrum abjiciuntur cæleſtes animæ. Pſalmus LXX. comm. XVIII. *Quoniam non cognovi literaturam, introibo in potentias Domini.* Ubei Arnobius litteraturam vertit negotiationem, Joannes Chryſoſtomus πραγματείας. Quid enim mancipibus redemptoribus, negotiatoribus cælum pateat, quod precario ſolum poſſidetur. Ita Bonorum prædiorum poſſeſſione interdictum iis qui tribum Leviticam ſuæ gentis ſciſcebant parentem, ut teſtis eſt Cyrillus de Adoratione. Eodem ornatu apparatuque in Eccleſiis ſiſti debent Clerici, quo in gymnaſium nudos atletas laniſta producebat. Heic autem procuratores ſunt publici curatores, ut procuratores rei privatæ per Dalmatiam, Italiam, & rei privatæ per urbicarias regiones rerum Juliani & alios de quibus Notitia Imperii. Julianus Anteceſſor Nov. CCCCXXXIV. Clericus neque exceptor, neque exactor publicarum ſit tributionum, neque conductor vectigalium vel aliarum poſſeſſionum vel curator domus, vel procurator litis, vel fidejuſſor in talibus cauſis, ſive œconomus vel alius Clericus cujuſcumque gradus, vel Monachus ſuo nomine vel Eccleſiæ vel monaſterii cauſa exiſtat, ne ex hac occaſione Eccleſiæ & ſanctis locis damnum fiat, & divina miniſteria impediantur. Ita Anchiali adnotatio in Pandectis Juris Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ. Quod procuratorum publicorum genus ex ſcriniis ταχυγράφων eligebatur. Michaëlis στρατιωτικοῦ edictum περὶ στρατηγίου καὶ συνταγματὸς τῆς κεφαλῆς, καὶ περὶ δημοσίων φροντιστῶν: Καὶ δημοσίους φροντιστὰς, οὐ συγκλητικοὺς περιβάλλετο, ἀλλὰ τινὰς τῶν ἐν ἑκάστῳ τῶν ἀρχείων ἐναυξηθέντων ταχυγράφων.

LXXIV. *Ut Epiſcopus ſucceſſorem ſibi non eligat.* Huic Canoni obrogavit communis Eccleſiæ neceſſitas, quæ prope ultimam cladem univerſis Orbis Catholici ordinibus minabatur. Nam Arriani cum tempus obſiderent obſervarentque, ut demortui Orthodoxi Epiſcopi ſedem σχολάζουσαν involarent, hoc remedio proſpectum fuit, ut morti proximi Eccleſiæ Catholicæ Epiſcopi ſchedario quaſi arcano & μυστικῷ teſtamento aut propalam aliquando ſucceſſores ſibi Pontifices inſtituerent. Sed quod ſaluberrimum videbatur remedium, ne prophanis addicti myſteriis Eccleſiaſtica dyptica ſacro horrendoque nomine polluerent, nunc fatale exitium Reipublicæ conſcivit, ut ſanctuarium Dei jure hereditario poſſideatur.

LXXV. *Ut Epiſcopi ad Concilium occurrant aut non occurrentes in tractoria.* Tractoria ſive Tractoria Epiſtola; qua Epiſcopus ad Synodos, quas tractatus veteres appellabant, devocabatur Auguſtinus Epiſt. XV. ad Victorem: *Tractoria ad me decimo eidus Novembris venit jam finito die, & me valde indiſpoſitum invenit, ut occurrere omnino non poſſem. Legi in eadem tractoria etiam ad Mauritanas eſſe ſcriptum; quas Provincias ſcimus nobis nos habere Primates.* Et ad finem: *Hanc Epiſtolam ſignatam miſi annulo, qui exprimit faciem hominis attendentis in latus.* Alias tractoriæ ſunt duplomata ad curſum publicum uſurpandum χομβινα ἤτοι σύνθημα περὶ τῶν δρομικῶν ζώων ad publicam evectionem καὶ κέλευσιν.

LXXVII. *Ut Epiſcopus qui ſuſcepta legatione univerſali Concilio intereſſe præſumpſerit.* Damnata heic quorumdam ambitio, qui τοποτηρητῶν & Apoſtolicæ Eccleſiæ legatorum titulos affectabant, quorum ſanctiſſimum nomen & ampliſſima dignitas viſa eſt; quippe qui authoritate ſummi Pontificis Conciliis præſiderent. Ita in actis Carthaginenſis Syn. πάλιν ἐν ταύτῃ τῇ συνόδῳ παρῆν τῆς Ῥωμαϊκῆς Ἐκκλησίας ἡ τοποτηρησία. Μετὰ τὴν ὑπατείαν τῶν ἐνδοξοτάτων βασιλέων Ὀνωρίου τὸ δωδέκατον καὶ Θεοδοσίου τὸ ὄγδοον, τῶν Αὐγούστων, τῇ πρὸ τριῶν Καλανδῶν Ἰουνίων ἐν Καρχηδόνι εἰς τὸ σεκρέτον τῆς Ῥεστιτούτης ἐκκλησίας, Αὐρηλίου τοῦ Ἐπισκόπου ἅμα Φαυστίνῳ Πικήνου τῆς Ποτεντίνης ἐκκλησίας τῆς Ἰταλῶν χώρας τοποτηρητῇ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐκκλησίας. Quibus definiendi & judicium ferendi incumbebat onus & honor, ita Balſamo fatetur ad XXIX. Concil. Calchedon. Οἱ μὲν τοποτηρηταὶ τῆς Ἐκκλησίας Ῥώμης ἀπεφήναντο, τὸ, τὸν ἐπίσκοπον εἰς πρεσβυτέρου βαθμὸν φέρειν, ἱεροσυλία ἐστί. Et id factitatum fuiſſe in Africanis & Orientalibus Conciliis teſtantur ſubſcriptiones. De legatis Romani Pontificis extat tit. in jure Græco-Romano. Alii ſunt legati ἐκ τοῦ προσώπου qui μερικὴν δικαιοδοσίαν ἔχουσι, ita tit. II. lib. V. Baſilικῶν. Noſtri vocarunt legatos à latere; ſed de his ad commentarios noſtros Decretalium Epiſtolarum. De legatis Imperatoris, qui ad Concilia demittebantur. *Comme Commiſſaires generaux pour l'Empereur dans l'aſſemblée*, alias dicendi dabitur locus.

LXXXII. *Ut Primatum proprium Mauritania Sitifenſis habeat.* De utraque Mauritania Cæſarienſi & Sitifenſi pluribus dicam ad Notitiam Epiſcopatuum Africæ, quam longe auctiorem dabimus; quam ante hac edita fuit. Sitifenſis dicta eſt ἀπὸ *Sophetim*. Ut norunt, qui aliquid in μεζο. Punico-Ebræis ſciunt. Vide Hermolaum Byſantinum in Epitome Stephani de Urbibus.

LXXXVIII. *Ut Presbyter, in convivio ſecundarum nuptiarum non interſit.* Celebritas ſecundarum nuptiarum damnatur. Hoc enim privilegium virginum nuptiis tantum conceſſum fuiſſe teſtatur Iſidorus Hiſpal. lib. II. de off. Cap. XIX.

XC. *Ut Presbyter inconſulto Epiſcopo in quolibet loco agenda non audeat celebrare.* Agenda heic eſt teleta, deſiderata, λατρεία τῆς οἰκονομίας, aut ut vocat Auguſtinus Sacramentum calicis. De quibus abunde Opus Anti-Baronianum Eccleſiaſticarum Exercitationum.

XCVII. *Ut Presbyter, qui immolavit idolis, & poſtea pro fide conflixit, honore quidem non privetur, tamen nec Sacrificet, nec ſermonem faciat.* Hæ ſunt partes curæ Sacerdotalis, ut qui Presbyterorum muneribus applicantur, ſacris operentur, & Eccleſiaſticas conciones ad populum Chriſtianum frequentes habeant; omnis enim ſacræ diſciplinæ ordo & inſtitutio ad conſummationem ſanctorum καταρτισμὸν τῶν ἁγίων recidit, Ubei Hieronym. conſummationem interpretatur ad perfectionem & inſtructionem

inſtructionem. Perfectio eſt τὸ τέλειον ſacroſanctum Euchariſtiæ myſterium, quod Dionyſio, Origeni & Clementi ſæpius τὸ τέλειον aut τελείωσις dicicitur, quod ſit τετελεσμένον & intemeratum ſacrum. *Neque ſermonem faciat*, ſermones κατηχήσεις μυσταγωγικὰς & ὁμιλίας, quæ vulgari nomine Auguſtino, Zenoni Veronenſi, Eucherio Lugdunenſi, & aliis poſterioris ævi ſacris ſcriptoribus ſermones dicuntur: Quamvis equidem publicæ concionis munus Presbyteris raro, ut Origeni & Pantæno attributum fuerit apud Sozomenum & Nicephorum. Id enim tanquam proprium Epiſcopi ſibi vendicant: Ita Carthaginenſi Concilio, ut ſacri Codices capiti inaugurandi Antiſtitis imponerentur, ſtatutum fuit. Quem ritum & in Græcia uſurpatum obſervavi ex Chryſoſtomo. Sed de his nuper abunde diximus coram illuſtriſſimo Magni Concilii conſeſſu, dum de jure nominandi concionatores (quod à quibuſdam Eccleſiis impune adhuc uſurpatum fuerat adverſus publicum & commune jus Epiſcoporum) cauſam agerem cum Viro Clariſſimo & facundiſſimo Jacobo Camus, quem amicitiæ prærogativa nobis chariſſimum & dignitatis nomine palmarem & proximum Scholæ noſtræ Advocatorum appello.

C. *Ut Presbyter vel Diaconus, ſi à proprio Epiſcopo exauctoratus.* Duo ut explicem, exigit ratio Canonis. Primum quid ſit exauctorari, alterum, quare reſtitutioni non daretur locus, ſi quis excommunicatus dudum ſibi commiſſum miniſterium attrectare fuiſſet auſus. Exauctoratus heic eſt excommunicatus, ita enim cap. LIV. Ferrandus noſter: *Ut ſi quis Epiſcopus à Synodo fuerit excommunicatus, communicare non audeat, & ſi fecerit, ſpem reſtitutionis non habeat.* Excommunicatio autem eſt ἀλειτουργία ſacri miniſterii interdictio, quam noſtri Juris Canonici magiſtri minorem excommunicationem vulgo appellant: de qua eleganter Cap. *ſi celebrat. de Cler. excomm. miniſtrante.* Quam pœnam ſæpe Clericis ac Epiſcopis decerni ſolitam quique ſciunt, ita Nov. CXXIII. Cap. X. εἰ δέ τις ἐξ αὐτῶν τοῦτο ἁμάρτοι, κελεύομεν τοῦτον ἐπὶ τρεῖς ἐνιαυτοὺς ἀπὸ πάσης ἐναγοῦς ὑπηρεσίας κωλύεσθαι καὶ μοναστηρίῳ ἐμβάλλεσθαι. εἰ δὲ ἐν τῷ μέσῳ χρόνῳ δείξει ἀξίαν τὴν ἰδίαν πλαίσματος μετάνοιαν, ἄδειαν εἶναι τῷ ἱερεῖ ὑφ' ὃν τέτακται καὶ ἐλαττοῦν τὸν χρόνον, καὶ τοῦτον πάλιν τῇ ἰδίᾳ ἀποδιδόναι ὑπηρεσίᾳ, & alibi frequens legi. Optime in hanc ſententiam Opus Amoibæum Veter. Collectionem vulgarem titulum concepit. *De Cler. excommunicato, depoſito, vel interdicto miniſtrante.* Unde exauctoratum interpretor, qui ad Laicam aut peregrinam communionem revocatus fuiſſet, aut cui ſacris faciundis fuiſſet interdictum ἐπὶ χρόνον: de quibus egit vir illuſtriſſimus Albaſpinæus Aurelian. Epiſcopus, quem publico nomine ſacri ordinis lumen, & privato beneficio humaniſſimum litterarum Principem compellare lubet. Poſt hanc exauctorationem, niſi iterum inauctorati fuiſſent, non erat licitum τὰς ποτὲ ἐγχειρισθείσης λειτουργίας ἐφάψασθαι. Quod ita ſeveris decretis ſancitum fuit, ut omnem ſpem reſtitutionis prorſus amitterent. Et ratio exploratiſſimi juris eſt, quod ſcilicet, qui temerario auſu vetita ſacra attrectabant, majoris excommunicationis fulmine feriebantur, infamiæ labe notabantur, omnique vitæ victusque, & privati congreſſus commercio privabantur, ita Stephanus Pontifex Epiſt. I. *Omnes anathematiſatos, vel pro ſuis ſceleribus ab Eccleſia pulſos, infames eſſe dicimus.* Ac ut in jure noſtro dedititii poſt admiſſa crimina, publicamque inhoneſti vulneris στιγματίαν jus Quiritum conſequi non poterant, ita priſtinis gradibus Sacerdotii non reſtituebantur, ſed intra pœnitentiam Laïci conſeneſcebant, qui exauctorationis pœnam excepiſſent: Hilarius Pictavenſis Epiſc. libro III. ad Conſtantium Aug. *Circumventum te Auguſtum, illuſumque Cæſarem tuum eo confidens conſcientiæ meæ conditione patefaciam, ut ſi indignum aliquid Epiſcopi ſanctitate, ſed etiam Laïci integritate geſſiſſe docear, non jam Sacerdotium per veniam expectem, ſed intra pœnitentiam Laïci conſeneſcam.* Quæ & ratio uſurpata fuit, in his, qui publicam egiſſent pœnitentiam προσφέρειν ἢ ὁμιλεῖν, ἢ ὅλως λειτουργεῖν τι τῶν ἱερατικῶν non licebat, ita Ancyran. Concil. Can. I. & Tolet. I. Can. I. Et hæc primum interpretatio animo obverſata eſt. Nec fortaſſis inſulſe heic reſtitutionem, reconciliationem, liberationem ab excommunicationis pœna dicerem, aliquando enim ne in exitu quidem & poſtremi fati agone reconciliatio, reſtitutio, aut abſolutio conceſſa fuit, ut Gelaſius Pontifex decernit in Tomo de Anathemate: *Qui propter aliquod peccatum excommunicatur, & in eodem peccato ad mortem uſque perſeverat, non poteſt poſt mortem abſolvi.* Conſulto præterire volui ſolemnem exauctorationem Clericorum damnatorum, moxque ſupplicio afficiendorum, de qua pluribus dicemus Cap. *ad audientiam extr. de crim. falſi.* Cujus quia locus illuſtris in manibus verſatur, dum hæc exaramus, exſcribam ex Gregorii Cedreni Synopſi Hiſtoriarum: Ὁρκίζω σε δέσποτα κατὰ τοῦ θεοῦ, λέγων, πρότερόν με καθαιρῆσαι, καὶ τότε γυμνὸν ἱερωσύνης παραλαβέτωσαν καὶ κολαζέτωσαν ὡς κακοῦργον. Οὐδὲν γὰρ τοιοῦτον σύνοιδα ἐμαυτῷ, ὅτε τῷ βασιλεῖ ἐμήνυσα. His verbis culpam abeſſe deprecatur Sandabarenus, cum non poſſet pœnam imminentem, & prope inſtantem amoliri.

CI. *Ut Presbyter vel Diaconus qui ſe ab Eccleſia ſegregaverit.* Nefarium & ſacrilegio proximum viſum eſt in privatis laribus altaria extruere. Eleganter Suidas: ὀργεῶνες, οἱ τοῖς ἰδίᾳ ἀφιδρυμένους θεοὺς ὀργιάζοντες. ὀργιάζειν δέ ἐστι τὸ τὰ τῶν ὀργίων τελεῖν τουτέστι μυστήρια, καὶ τὸ μίμημα, νόμων τελέστῳ: μὴ κεκτῆσθαι ἔσω ἐν ἰδίαις οἰκίαις ἱερά. Τὸν δὲ φανέντα κεκτημένον ἕτερα, καὶ ὀργιάζοντα πλὴν τὰ δημόσια. Σέλευκος δὲ ἐν τῷ ὑπομνήματι τῶν Σόλωνος ἀξόνων, ὀργεῶνας φησὶ καλεῖσθαι τοὺς συλλόγους ἔχοντας περί τινας ἥρωας, ἢ θεούς. Quamvis equidem nullus dubitet precibus fundendis τὸ ταμιεῖον dicatum fuiſſe. Hiſtoria Eſtheris ἐποίησεν ἑαυτῇ σκηνὴν ἐπὶ τοῦ δώματος τοῦ οἴκου αὐτῆς. Ubi τὸ δῶμα ſolarium & tectum privatorum penatium interpretantur doctiſſimi Interpretes. Hieronymus Epiſt. ad Suniam & Fretelam: *δῶμα in Orientalibus provinciis, ipſum dicitur, quod apud Latinos tectum. In Paleſtina enim & Ægypto, vel ubi ſcripti ſunt libri divini, vel interpretati ſunt, non habent in tectis culmina, ſed domata quæ Romæ, vel Solaria vel maniana vocant, id eſt plana tecta, quæ tranſverſis turribus ſuſtentatur:* Hæc privata ſacella ad τύπον templi, compacta, conformataque erant (*). Unde Helleniſtæ Interpp. dixerunt ὁμοίωμα ναοῦ quem & ritum, moremque adhuc uſitatum eſſe apud Judæos ſciunt, qui eorum ædes aliquando ſubiere. Quem & antiquiſſimum uſum ab Eccleſiæ naſcentis incunabulis receptum fuiſſe docuerunt viri doctiſſimi. Nos aliena miſcellanea non involamus. Vide Nicomedienſum Martyrum Acta apud virum illuſtriſſimum Cæſarem Baronium Tom. II. Annal. Heic tantum annota παρασυναγωγὰς & illicitas conventiculas prohiberi, quæ ſæpe in privatis ædibus fiebant,

(*) *Uſus ſacellorum in privatis ædibus antiquiſſimus.*

bant, ita Euſeb. lib. IV. vitæ Conſtantini cap. LXIII. Τοιγάρτοι ἐπεὶ δὲ τὸν ὄλεθρον τοῦτον τῆς ἡμετέρας ἐξωλείας ἐπὶ πλεῖον φέρειν οὐκ ἔστιν οἷόν τε, διὰ τοῦ νόμου τούτου προαγορεύομεν, μήτις ὑμῶν συνάγειν τοῦ λοιποῦ τολμήσῃ. διὸ καὶ πάντας ὑμῶν τοὺς οἴκους ἐν οἷς τὰ συνέδρια ταῦτα πληροῦται, ἀφαιρεθῆναι προσετάξαμεν, μέχρι τοσούτου τῆς φροντίδος ταύτης προχωρούσης ὡς μὴ ἐν τῷ δημοσίῳ μόνον, ἀλλὰ μὴ δὲ ἐν οἰκίᾳ ἰδιωτικῇ, ἢ τόποις τισὶν ἰδιάζουσι, τὰ τῆς δεισιδαίμονος ὑμῶν ἀνοίας συστήματα συντρέχειν. Quod & ſeveriſſimè ſancitum ab Impp. Arcadio, Honorio & Theodoſio l. VI. Cod. Theodoſ. de his qui ſuper Religione contend. *Rectores provinciarum moneantur, ut conventus eorum caveantur illiciti, qui orthodoxarum Religione ſubſulti, ſpretis Sacro-Sanctis Eccleſiis, alio convenire conantur: his, qui ab Arſacii, Theophili, Porphyrii reverendiſſimorum habere conventum, non inire tractatus, non cætus agere ſecretos, nefariæ prævaricationis altaria manus impiæ officiis impudenter attollere, & myſteriorum ſimulationem, ad injuriam Religionis aptare.* Neque tantum hæc cautio adhibita nefariis hæreticorum cœtibus arcendis ſed & orthodoxorum κακοζηλίαις coercendis, qui ſacrilego παρασυναγωγῆς voto communes Chriſtianorum συνάξεις defugiebant, privataque ſacra obibant præter arbitrium voluntatemque Epiſcopi civitatis, aut Patriarchæ, ita Leo Imp. Nov. IV. τοῦτο δὲ ἔοικεν ἐπικά γε τῆς περὶ τὴν πίστιν ἀσφαλείας εἰς ἐνθύμησιν αὐτοῖς ἐπελθεῖν ἀποθεσπίσαι. ὡς ἂν μὴ, ὡς εἰκὸς, τινῶν ἐπικεκρυμμένων ἀποστασίας ὄλεθρον ἐν τῷ τῆς ἱερωσύνης σχήματι, συμβαίνοι, ἀντὶ τοῦ ἁγιάζεσθαι μᾶλλον πλεῖον βεβηλοῦσθαι τοὺς τῆς ἐκείνων μετέχοντας ἀπείρω τελετῆς. Ubei adnota τῆς ἀποστασίας ὄλεθρον dici, quippe qui παρὰ γνώμην τοῦ κατὰ τὴν χώραν ἀρχιερέως ſacramenta unitatis, paciſque & ἄχραντον φωτισμὸν conferrent, Juſtinian Nov. LII. apud Julianum Patricium: *Nulla autem invidia eſt, unumquemque Chriſtianum in propiis ædibus oratoria habere, & in iis orare, pſallere ſine Clericis, ſed ſacram Miſſam non faciat.* Sed hæc poſtremo obſervationis ratio mutavit. Nov. IV. quam modo protuli, domeſticis Sacerdotibus permiſit in privatis ædibus ἱερᾶσθαι καὶ μυσταγωγεῖν καὶ διδόναι πάροδον καὶ ἱερατείαν, quæ poſtrema verba non intellexere Intepp. ſed non eſt hujus loci explicare. Quare, ut aliquod extaret monumentum, quo notum cuique foret, hæc privata εὐκτήρια Epiſcopi arbitrio judicioque ſubeſſe, ſine antimenſiis, quæ ab Epiſcopis conſecrata fuiſſent, ſacrum perfici non poterat. Hanc Antimenſiorum originem fuiſſe putavit Balſamo ad Can. XXXI. Concil. VI. in Trullo διὰ τοῦτο γὰρ ὡς ἔοικεν ἐπενοήθησαν καὶ τὰ ἀντιμίνσια, καὶ γίνονται παρὰ τῶν κατὰ χώρας ἀρχιερέων καθ' ὃν καιρὸν ποιοῦσιν ἐνθρονισμὸν ἐκκλησίας, ἐφ' ᾧ τίθεσθαι αὐτὰ εἰς τὰς ἁγίας τραπέζας τῶν εὐκτηρίων. καὶ ἀρχεῖν οὐ μόνον ἀντὶ τῶν καθιερουμένων τὸ ἅγιον θυσιαστήριον καὶ λογιζομένων μόνων τῆς ἁγίας τραπέζης, ἤγουν τοῦ ἐνθρονισμοῦ τῶν ἁγίων καὶ τῶν ἐγκαινίων, ἀλλὰ καὶ εἰς τὸ ἀναφέρεσθαι τὸ κατ' ἐπιτροπὴν ἐπισκοπικὴν γίνεσθαι ἐν τῷ εὐκτηρίῳ τὴν ἱερουργίαν. Et hæc elegantiſſime Theodor. Balſamo. De antimenſiis plura vide lib. V. Juris Græco-Romani in Reſponſ. ex quibus hæc volui exſcribere. ἐκ τῶν ἀντιμινσίων γὰρ αὐτὴ τὸ ἡμῖν καθιερωθεῖσα τράπεζα καὶ ἱερουργουμένη προσφορὰ λαμβάνουσι τὸν ἁγιασμόν. εἰ γὰρ οἴκοθεν εἰσὶν ἅγια καὶ τοῦτο ἐν τοῖς εὐαγγελίοις ἡ δεσποτικὴ φωνὴ μαρτυρεῖ, μείζονα τῶν δώρων λέγουσα, καὶ τοῦ χρυσοῦ, τὸ θυσιαστήριον καὶ τὸν ναόν. ὡς τοῦ μὲν τὰ δῶρα, τοῦ δὲ τὸν χρυσὸν ἁγιάζοντος. εἰ γοῦν ἀκαθιέρωτος ἐστὶν ὁ ναὸς, τὸ ἐλλεῖπον τούτου ἀναπληροῖ ἡ ἁγιαστικὴ τοῦ ἀντιμινσίου δύναμις. Huc & ſpectant cruces Patriarchales, quæ Græcis vulgò σταυροπήγια πατριαρχικὰ ἐν τοῖς ἐνορίαις defigenda. De quibus extat illuſtris tit. in jure Græco-Romano V. C. Leunclavii. Turco-Græcia Jani Cruſii ἐνοριακῶν & σταυροπηγιακῶν Eccleſiarum hoc diſcrimen ſtatuit, ὅτι ἐνοριακὴ, τὴν οἱ Μητροπολῖται κυριεύουσι διοικεῖν: σταυροπηγιακὴ δὲ, τὴν ὁ Πατριάρχης. Quarum Eccleſiarum cruces revellere impium videbatur, nam ea crux indicio erat, Patriarchæ hanc Eccleſiam ſubeſſe, etſi in alieno foret territorio, vid. tit. Juris Græco-Rom. *de Juribus Territoriorum*. Nefarium autem & Sacrilegio affine erat, ἰδίᾳ ἐκκλησιάζοντα à ſolemni & publico Chriſtianitatis conſeſſu abſcedere, ac communibus Epiſcopi ſacris non intereſſe. Vide Concil. Gangrenſ. Can. VI. Concil. Carthagin. Can X. & Concil. VII. Oecum. Can. XVII. nec non Nov. Juſtiniani Imp. LVIII. & CXXXI cap. VIII. Heic obtrudunt aliqui Miſſas privatas, quas Odo Cameracenſis in Canonem Miſſæ ſolitarias appellat & D. Gregori. Pontifex peculiares, in privatis Synoditarum, aliarumque ædium ſacrariis ex antiquo uſu celebratas, ſed dudum exploſa eſt hæc Novatorum argutia.

CIX. *Ut Diaconus vel quilibet Clericus ad agapem vocatus, partem non tollat.* Locum illuſtrem & adhuc Philologis ἀνέκδοτον de συσσιτίοις & publicis veterum agapis & πανδαισίαις adnotavi apud Clementem Alexandrinum lib. II. cap. I. Pædag. Τὰ γὰρ βρώματα τῇ κοιλίᾳ ἐξ ὧν ὁ σαρκικὸς ὄντως οὗτοσὶ, καὶ φθοροποιὸς ἀπήρτηται βίος, ὃν ἀγάπην τινὲς τολμῶσι καλεῖν, ἀθύρῳ γλώττῃ κεχρημένοι, δειπνάρια τινὰ, κνίσσης καὶ ζωμῶν ἀποπνέοντα. τὸ καλὸν καὶ σωτήριον ἔργον τοῦ λόγου, τὴν ἀγάπην τὴν ἡγιασμένην, κωθωνίοις καὶ ζωμοῦ ῥύσει καθυβρίζοντες ποτῷ τε καὶ τρυφῇ καὶ καπνῷ βλασφημοῦντες τοὔνομα, σφάλλονται τῆς ὑπολήψεως τὴν ἐπαγγελίαν θεοῦ δειπναρίοις ἐξωνεῖσθαι προσδοκήσαντες. Is autem mos erat ἐν ταῖς ἐπαρχείαις. ut τὰ μέρη ſecum convivæ adſportarent, dum convivio diſcederent, ita pluribus adnotavit vir clariſſimus in animadverſionibus ad Athenæum: Quem morem hoc Canone abrogari animadvertis. Μέρη vocat partes, ita κλάσματα ἁγίας μερίδας vocavit vir ſui ſæculi maximus Beda Cap. X. primæ ad Corinth. *Nec quando manducamus, partes de illo facimus: Et quidem in Sacramento ſic fit, & norunt Fideles, quemadmodum manducent carnem Chriſti: unuſquiſque accipit partem ſuam: unde & ipſa gratia Partes vocantur.* Quæ verba alienæ ſunt cælaturæ & à Beda exſcripta ex Auguſtino.

CX. *Ut Diaconus aut Clericus magus & incantator non ſit, neque phylacteria faciant.* Hic Canon adverſus prophanam, illegitimamque magiam diſtringitur, quippe quæ nullo veritatis fundamento nititur. Alia eſt enim magia de qua aliàs hanc publice propoſuit concluſionem Vir illuſtris Picus Mirandulanus è Schola Pythagoræ & Platonis nemini ſuperiorum ætatum ſecundus. *Nulla eſt ſcientia, quæ magis nos certificet, de Divinitate Chriſti, quam mogia & Cabala*, quam illa ſcientia rerum naturalium, quam ipſe male practicam dixit, cum partim ſit practica & partim ſpeculativa, ut aliquando publicis theſibus fortaſſis aſſeremus. Singula verba expendo, magi, incantatores, & qui phylacteria faciunt, quæ ſunt vincula animæ ut habent

bent omnes aliæ editiones. Heic magi ſunt Φαρμακεῖς Ammonius viri clariſſimi Vulcanii Περὶ τῶν ὁμοίων καὶ διαφόρων λέξεων: μάγον τόν τε φαρμακὸν, ὡς Αἰσχίνης ἐν τῷ κατὰ Κτησιφῶντος καὶ τὸν περὶ τοὺς θεοὺς ἱερουργὸν ὡς Ἡρόδοτος, alio loco idem Herodotus θύοντα appellavit. Helleniſtæ ſacræ Scripturæ Interpp. vertere Φαρμακεῖς Exod. VII. comm. XI. Nos veneficos vulgo dicimus. Quorum perditiſſima & infeſtiſſima ars ἡ βλάβη διὰ δηλητηρίου τινὸς γινομένη Φαρμάκου. Hæc autem Pharmaca ſunt philtra, pocula amatoria, & alia id genus quæ certis graminibus conficiebantur. Eleganter l. VI. Cod Theod. de indulg. crim. *Vel qui noxiis quæſita graminibus & diris immurmurata ſecretis mentis & corporis venena compoſuit: aut quis acriorie (fortaſſis legendum eſſet, aut qui ſanctioris) imitator, & divinorum cultuum appetitor, venerabiles formas ſacrilegio eruditus expreſſit.* Et hæc poſtrema ſpecies eſt incantatorum, qui ἐπικλήσεσι, τε καὶ ἐπαοιδῆς vi dæmones, aut vita functorum hominum manes eliciebant, qua arte Pythoniſſa Samuelis manes evocavit, & hujus magiæ ἐνεργείας precibus & obſcuriſſimis conceptis ἐπωδαῖς, aut characteribus perficiunt. De utraque magia hanc propoſitionem edidit Picus Mirandulanus. *Ex ſecretioris Philoſophiæ principiis neceſſe eſt confiteri, plus poſſe characteres & figuras, in opere magico, quam poſſit quæcumque qualitas materialis.* Quam & aſſertionem tuentur Orphaica θεολογούμενα. Hac diſciplina cælum terramque tempeſtatibus emovent, qui in Capitulariis Caroli magni tempeſtarii vocantur. Quique magico carmine pugnæ ſe ſiſtunt vulneri impervii, de quibus Suidas ad vocem ἱερὰ γράμματα: vide Bibliothecam Rabbinicam Joannis Buxtorfii viri rerum Ebraïcarum peritiſſimi, qui hujus pſeudodelirii rationes apud Ebræos uſurpatas expreſſit in *Schimmuſch tebillim*. Hinc colligere potes, qui ſint magi & incantatores, qui noſtro Canone damnantur. Nicephori Græca Scholia ad Syneſium ita magiæ ſpecies diſtinguunt: ἄλλο ἐστὶ γοητεία, καὶ ἄλλο μαγεία, καὶ ἄλλο φαρμακεία. Γοητεία μὲν γάρ ἐστιν ἡ ἀπὸ τῶν ἐνύλων καὶ ἀκαθάρτων καὶ κακοποιῶν δαιμόνων ἐστὶν οὓς προσκαλουμένη, ἔσχε δὲ τὸ ὄνομα ἀπὸ τῶν γόων, ὡς θρήνων ἄξια πράττουσα. Μαγεία δέ ἐστιν ἡ διὰ τῶν μέσων δαιμόνων ἀΰλων τὸ καὶ ἀνύλων ἐνεργοῦσα. Φαρμακεία δὲ ἡ διὰ βρώσεως ἢ πόσεως & alia plura quæ nolo exſcribere. Doctiſſimus veterum Magiſtrorum Heſych. ita explicat: μάγον τὸν ἀπατεῶνα φαρμακευτὴν, τὸν θεοσεβῆ καὶ θεόλογον καὶ ἱερέα, οἱ Πέρσαι οὕτως λέγουσι. Quorum artes ſeveriſſimis ſuppliciis vendicatæ, quas heic omitto, quod ſit ſupervacanei laboris. Non poſſum omittere locum illuſtrem, quem alias exſcripſi ex M. S. Cod. viri clariſſimi Catelli Cognati mei & in Parlamento Tholoſano Conſiliarii, cujus viri graviſſimi memoriam heic aliqua commendatione proſequerer, niſi opus admirabile de Comitibus Tholoſanis ſatis authorem ſuum proderet: Ita ex vett. Canonibus cujuſdem Narbonenſis Concilii. *Si qui viri ac mulieres divinantes, quos dicunt eſſe charaxios, atque ſorticularios, in cujuſcumque domo Gothi, Romani, Syri, Græci, vel Judæi fuerint inventi, aut quis auſus fuerit amodo in eorum varia crimina interrogare, & non hos voluerit annunciare; pro hoc quod præſumpſit, non ſolum ab Eccleſia ſuſpendatur, ſed etiam ſex auri uncias Comiti Civitatis inferat.* Charaxii heic fortaſſis ſunt præſtigiatores, qui παροφθαλμικὴν, aut θρησκομαντικὴν magicis characteribus exercent, de quibus multa apud Plutarchum & Porphirium annotavimus, nec non apud Eugubinum & Authorem Mallei Maleficarum. Apud Ebræos in uſu ſunt *Lillith* characteres ad ludibrium expreſſi, ſicut & *Tephilim*, chartæque in quibus anilis ſuperſtitionis *Keriath Schemath*. Et hæc ſunt noſtra conjectanea, aliorum eſto hac in parte judicium. *Qui Phylacteria faciunt.* De antiquis Ebræorum Phylacteriis præclare *Alpheſi*. D. Epiphanius viri longe ac longe doctiſſimi Dionyſ. Petavii Κατὰ γραμματέων ἔχοντες δέ τινα κράσπεδα σημαντικὰ τῆς αὐτῶν πολιτείας, εἰς ἐπίδειξιν λάμπειν καὶ ἔπαινον τῶν θεωμένων. καὶ φυλακτήρια παρ' ἑαυτοῖς ἐπὶ τὰ ἱμάτια ἐπετίθετο, τουτέστι πλατέα σήματα πορφύρας. νομίσει δ' ἄν τις, ἐπειδήπερ καὶ ἐν τῷ εὐαγγελίῳ τούτῳ ἐμφέρεται μὴ ἄρα περίαπτον λέγει. Ubei male vir priſcæ antiquitatis maximus Theologus faſcias & limbos fuiſſe exiſtimavit, cum eſſent membranulæ & pictaciola fronti aut brachio alligata, quibus ſe legis obſervatores oſtentabant. Hæc ſunt, quæ Deuteronomio *Totaphoth* Talmudicis Magiſtris *Tephillim* dicuntur. Ex his hanc elegantiſſimam protulit concluſionem à me ſæpe laudatus & laudandus vir illuſt. Picus Mirandulanus: (†) *Licet fiat multiplex coordinatio curruum, tamen in quantum attinet ad phylacteriorum myſterium, duo ſunt currus ordinandi, ita ut ex ſecunda, & tertia, quarta, quinta fiat unus currus, & ſunt quatuor phylacteria, quæ induit Vau. Et ex ſexta, ſeptima, octava & nona fit ſecundus currus, & ſunt phylacteria quæ induit ultima He.* Et hæc aliquando ex varia proportionum Geometricarum habitudine interpretabimur. Ab hoc tandem ritu Judaïco in Eccleſiam invectus fuit amuletorum uſus, quæ huic Canoni φυλακτήρια dicuntur, de quibus plures alias evulgati libelli, ut nunc ubicumque de Chiromantia, circumferebantur. Gelaſius Pontifex in lib. de Anathem. *Phylacteria omnia, quæ non ab Angelo, ut illi confingunt, ſed magis à Dæmone, conſcripta ſunt apocrypha.* Plura vir clariſſ. Chriſtophorus Juſtellus in notis ſuis ad Canones Eccleſiæ univerſæ. Aliena non exſcribimus. Diſpeream, ſi Diogenis pallio, peraque velim augere rem noſtram. Additur extremo Canone *Quæ ſunt* δεσμωτήρια ψυχῶν *vincula animorum*, quæ quia à nemine explicata ſunt, paucis interpretor. Δεσμωτήρια vocat tranſlatie à re magica, σύνδεσμοι enim ſunt obligationes & ligaturæ, quæ Virgilio in Pharmaceutria, ni fallor, vincula Veneris dicuntur. Vett. Gloſſæ Latino-Græcæ καταδεσμοι obligaturæ. Eadem metaphora uſus Beatus Petrus apud Lucam de Simone Mago: Εἰς γὰρ χολὴν πικρίας καὶ σύνδεσμον ἀδικίας ὁρῶ σε ὄντα (‡). Vulgus Interpp. σύνδεσμον Chaldaïce *Cholia* æs alienum μεταφορικῶς extulerat. At vero germanus ſenſus eſt, ita arctis impietatis laqueis irretitus teneris, ac ii, qui teterrimæ artis tuæ inſidiis obnoxii defiguntur, obliganturve. Et hunc locum nos primi interpretati ſumus, quem adhuc non attigerant plauſtra illa commentariorum, quæ quotannis Francofurtientibus Nundinis prodeunt.

CXIV. *Ut, Diaconi vel quilibet Clerici, aut etiam Laïci Chriſtiani ex ſymbolis convivium non celebrent.* Ἐκ τῆς συμβολῆς (‖). Male vir ſummus pernegabat συμβολὴν dici, pro eo, quod vulgo appellamus *eſcot* Heſych. σύμβολον σημεῖον συμποσίου ὁρισμός. Perperam Pollux in Onomaſτικῷ certæ pecuniæ

(*) *Phylacteria.* περιάμματα.
(†) *XXII. Rei Cabaliſticæ.*
(‡) *Actor Apoſt. Cap. VIII. Com. XX.*
(‖) *Vide Caſaubon. in Animadverſ. ad Anathenæum.*

pecuniæ genus fuiſſe exiſtimarat. Plerumque annulus dabatur ab eis, qui pecuniam repræſentare non poſſent, unde enatum τὸ παροιμιῶδες εἶχεν οὐδὲ σύμβολον Qui ſint ἀσύμβολοι ſciunt omnes Onomaſticon Julii Pollucis περὶ τοῦ συμποσίου.

CXV. *Ut Diaconi vel quicumque in Sacerdot. miniſt.* Vett. Gloſſæ ſcriptum ἡμιόλιον. Gloſſarium Henrici Stephani ſeſquialtera ἡμιόλιον. Heſychius: ἡμιόλιος διχορος, καλεῖται δὲ καὶ ἀριθμός τις λόγος τὸ ἓν καὶ ἥμισυ ἔχων. Optime Zonaras ad Canonem XVII. Concil. Niceni interpretatur ἥτις ἐστὶ τοῦ ὅλου τὸ ἥμισυ, ἤγουν τῶν δώδεκα νομισμάτων, ἃ τινα ἐπὶ τῆς ἑκατοστῆς ὁ πλεῖστος τόκος καὶ ὁλόκληρος τόκος. εἴποι δ᾽ ἄν τις τὰς ἡμιολίας καὶ κατ᾽ ἀριθμητικούς. ἐκεῖνοι γὰρ οἱ μὲν τῶν ἀριθμῶν ἐπίτριτοι λέγονται, οἱ δὲ ἐπιτέταρτοι, ἐπιπεμπτοί τε καὶ ἐφεξῆς, οἱ δὲ ἡμιόλιοι, ὡς ὁ ἕξ, καὶ ὁ ἐννέα, ὅτι ὅλους ἔχουσιν ἐν ἑαυτοῖς ἀριθμοὺς καὶ τὰ ἡμίση αὐτῶν. ἔχουσι γὰρ ὁ μὲν ἓξ τὰ τέσσαρα καὶ τῶν τεσσάρων τὸ ἥμισυ ὅ ἐστι τὰ δύο. ὁ δὲ ἐννέα τὰ ἕξ, καὶ τούτων τὸ ἥμισυ τὰ τρία δηλονότι: & hæc eſt proportio ſeſquialtera, de qua Theonis commentarii ad lib. VII. Euclidis. Ex iis hanc rationem in eas ἡμιολισμὸν fuiſſe dimidiæ partis ſorti factam acceſſionem. Male Balſamo & Zonaras ἐλαφροτέρας ἀπαιτήσεις τοῦ τόκου dixerunt: quaſi vero, leviſſimum foret uſuræ genus, quod erat graviſſimum. Ideo Canonibus damnatur, quod in humidis frugibus vino ac oleo permiſſa foret, ita l. 1. Cod. Theodoſ. de uſuris: *Quicumque fruges humidas vel arentes indigentibus mutuas dederint, uſuræ nomine tertiam partem ſuperfluam conſequantur, id eſt, ut ſi ſumma crediti in duobus modiis fuerit tertium modium amplius conſequantur.* Quam legem apertiſſime interpretatur Anianus: *Quicumque fruges humidas, id eſt vinum & oleum, vel quodcumque annonæ genus, alteri commodaverit, non plus ab eo, propter uſuram, quam tertiam partem accipiat, id eſt, ſupra duos modios, qui accepit, tertium reddat. Quod ſi conventus fuerit ille, qui commodat, & pro majore uſura, noluerit debitum ſuum, adjecto tertio modio, à debitore recipere, etiam debitum perdat. Quam rem ad ſolas fruges præcipimus pertinere: nam quando pecunia fiet commodata, niſi unam tantum centeſimam à creditoribus exigi non jubemus.* Vide D. Hieronym. lib. VI. Cap. XVIII. in Ezechielem. Et hæc Baſilicis noſtris abrogata uſura, de qua nuper publica actione nos exquiſitiſſima docuit vir ſupra laudem doctiſſimus facundiſſimus & Nobiliſſimus ſubſellii noſtri Primicerius Franciſcus Sammarthanus, quæ heic exſcriberem, niſi vererer ſummam tanti viri eloquentiam hoc noſtro tumultuario dicendi genere obteri.

CXVII. *Ut Diaconus, qui in corporale peccatum incidit, ab ordine miniſterii abſtineat.* In veteribus Theologorum ſcholis agitata fuit quæſtio? an qui ὀνειρωγμοῦ infæcundæ veneris præſtigias fuiſſent paſſi, ab ordine miniſterii deberent abſtinere. Hanc theſim alias verſarunt D. Athanaſius Epiſt. ad Ammum Monachum, Dionyſius PP. Alexandrinus Can. IV. ad Baſilidem & Timotheus Alexandrinus in Canonicis reſponſ. Ex quibus hanc eruit concluſionem Græcus Theologus lib. V. Juris Græco-Romani: Οἷς τοίνυν ἀφαντάστως τοῦ σπέρματος ἡ ἀπέκκρισις, διορθουμένης τῆς φύσεως τὸ περίττωμα, καὶ εἰς ἂν μὲν φαντασίας τοῦτο ἐπισυμβῇ, ἀπαθοῦς τοῦ λογισμοῦ διαμείναντος, καὶ μὴ μολυνθέντος προτέρου ἐκ συγκαταθέσεως, τὸ πάθος ἀκόλαστον καὶ ἀνεπιτίμητον, καὶ οὔτε τῆς μετέξεως. οὔτε τῆς ἀναιμάκτου θυσίας εἰρχθήσονται κατὰ τοὺς θείους πατέρας. Ut ſi illa ſeminis ἐκροὴ ſine obſcœnæ imaginationis infultu fiat, ut quæ à morbo nephritico γονορροίᾳ aut λιθιάσει oriatur, culpa omni vacet, fiatque ſacrorum myſteriorum particeps: Si vero libidinis illecebræ ante ſomnum obverſatæ fuiſſent animo; neque illa fuiſſet excuſſa cogitatio, hujuſce nocturnæ φαντασίας rei habentur. Eleganter Athanaſius; Ἄγαμαι δὲ τοῦ διαβόλου τὸ σόφισμα, ὅτιπερ φθορὰ καὶ λύμη ὑπάρχων λογισμοὺς ὑποβάλλει τὸ δοκεῖν μὲν καθαρότητος. ἔστι δὲ τὸ γινόμενον ἐνέδρα ἢ δοκιμασία. ἵνα γὰρ ὡς προεῖπον ἀπασχολήσῃ τοὺς ἀσκητὰς τῆς ἐθίμου καὶ σωτηριώδους μελέτης, καὶ δόξῃ κρατεῖν, κατὰ τοῦτο τοιαῦτα βομβύκια. Sunt hæc quotidianæ dæmonis præſtigiæ, ut ſanctiſſimos quoſque à rebus ſacris avocet. Interpp. omiſere interpretari βομβύκια quæ ſunt aculei, aut quarumdam veſparum ſtrepitus Heſychius: βόμβυκες γένος αὐλῶν ἢ εἶδος ζώου πλιρωτοῦ Emendandum πτερωτοῦ κατὰ σφῆκα, ſic dicta ἀπὸ τοῦ βομβεῖν & βομβύλιος Suidas: βομβύλιος ζῶον, ἢ τὸ θηρίον λεγόμενον, καὶ εἶδος μελίσσης παρὰ τὸ βομβεῖν, Ariſtoph. in veſpis.

> Ὥσπερ μέλιττ᾽, ἢ βομβύλιος εἰσέρχεται
> Ὑπὸ τοῖς ὄνυξι κηρὸν ἀναπεπλασμένος.

Aculeum enim veſparum inſtar defigit, & ſonorinis auribus obſtrepit nocturnus ille voloptatis Ephialtes, quo dæmone exagitatum D. Paulum exiſtimarunt Patres antiquiſſimi. Sed ad rem noſtram inſtitutam: *Corporale peccatum incidit, ab ordine miniſt. abſtin.* Ex veteris Theologiæ adytis alia peccata ſunt ψυχικὰ, alia vero ſunt σαρκικά. ψυχικὰ appellantur, quæ ab aliqua mentis perturbatione oriuntur, ut quæ à mentis elatione, aut inobedientia; & de his luculentiſſime Can. II. Concil. Nicæni: Εἰ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου, ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο ἢ τριῶν μαρτύρων πεπαύσθω ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου. Hanc ἁμαρτημάτων διαίρεσιν elegantiſſime explanavit vir ſui ſæculi facundiſſimus Iſidorus Peluſiotes lib. IV. Epiſt. CXXVII. ψυχικοὺς inquit ille περὶ ὧν γέγραπται. ψυχικοὶ πνεῦμα μὴ ἔχοντες. τοῖς λογισμοῖς καὶ συλλογισμοῖς καὶ διαλογισμοῖς μᾶλλον ἐπερειδομένους, καὶ τὸ δίκαιον, καὶ τὸ συμφέρον ἐκ τούτων νομίζοντας εὑρίσκειν. οἷοι εἰσὶν οἱ παρ᾽ Ἕλλησι σοφοί. σαρκικοὺς δὲ τοὺς τοῖς πάθεσι τῆς σαρκὸς ἡττηθέντας ἀπὸ τοῦ πλειστοδυναμοῦντος αὐτοὺς καλῶν. οἷοι πάντες οἱ ἐναγεῖς καὶ ἀκάθαρτοι, καὶ περὶ τὰς συνουσίας λυττῶντες. εἰ γὰρ ὁ σωματικὸς σῶμα ἔχει καὶ ψυχὴν ἀλλ᾽ ἀπὸ τοῦ κρατοῦντος ἕκαστος καλεῖται. Ad alium fere ſenſum Chryſoſtomus locutus fuerat ψυχικὸς ὁ διὰ σαρκὰ ζῶν, καὶ μήπω φωτισθεὶς τὸν νοῦν διὰ πνεύματος, ἀλλὰ μόνον τὴν ἔμφυτον ἀνθρωπίνην σύνεσιν ἔχων, ἣν ταῖς ἁπάντων ψυχαῖς ἐμβάλλει ὁ δημιουργός. Quare autem res venerea corporale peccatum appelletur, rationem reddit idem Iſidorus Epiſt. CXXIX. quam non exſcribo. Illud obſervandum eſt, quod adhuc nemini noſtrorum Theologorum, aut Philologorum notatum vidi: Fuiſſe hæc priſcæ Theoſophiæ θεολεγόμενα, ut quæque vitia, non animi ſolum, aut corporis ἐμπαθείαις, ſed etiam ferarum proprietatibus definirent; Ita qui ſuprema voluptatibus metirentur porci appellati

Epicuri de grege porci.

Aut ſi nullis exaggeratus virtutibus animus ad ſuprema ſeſe non extolleret canes per probrum appellati,

pellati, ut Mahumedani nos appetunt vulgari commate *bre giaur*. Impuriſſimus agyrta & impoſtor Baſilides apud Epiphanium κατὰ Βασιλειδιανῶν: Ἡμεῖς οἱ ἄνθρωποι, οἱ δὲ ἄλλοι πάντες ὕες καὶ κύνες. & ad hunc ſenſum Zoroaſtris & Chaldæorum arcanam Theologism interpretatur vir ſupra mortales Doctiſſimus Picus Mirandulanus Concluſ. X de intelligentia dictorum Zoroaſtris & Chaldæorum: *Per canem nihil aliud intelligit Zoroaſtres, quam partem irrationalem animæ & proportionalia, quod ita eſſe videbit, qui diligenter dicta omnia expoſitorum conſideraverit, qui & ipſi ſicut Zoroaſter ænygmaticum loquuntur.* Quæ & ratio valet in aliis, ut Concluſ. XII. *Per Serenam apud Zoroaſtrem nihil aliud intelligas, quam partem animæ rationalem* & Concluſ. XV. *quid ſit intelligendum per capras Zoroaſtrem intelligit, qui legerit in libro Bair, quæ ſit affinitas capris, & quæ agnis cum ſpiritibus*, & hinc illud Baſilidianorum dogma, de quo vir ſummæ eruditionis Clemens Alexandrinus lib. II. (*). Στρωματέων οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Βασιλείδην προσαρτήματα τὰ πάθη καλεῖν εἰώθασιν πνεύματα τινα ταῦτα κατ' οὐσίαν ὑπάρχειν προσηρτημένα τῇ λογικῇ ψυχῇ κατά τινα τάραχον καὶ σύγχυσιν ἀρχικὴν, ἄλλας τε αὖ πνευμάτων νόθους καὶ ἑτερογενεῖς φύσεις προσεπιφύεσθαι ταύταις, οἷον λύκου, πιθήκου, λέοντος, τράγου ὧν τὰ ἰδιώματα περὶ τὴν ψυχὴν φανταζόμενα, τὰς ἐπιθυμίας τῆς ψυχῆς τοῖς ζώοις ἐμφερῶς ἐξομοιοῦν λέγουσιν. ὧν γὰρ ἰδιώματα φέρουσι, τούτων τὰ ἔργα μιμοῦνται; καὶ οὐ μόνον ταῖς ὁρμαῖς καὶ φαντασίαις τῶν ἀλόγων ζώων προσεικονίζονται, ἀλλὰ καὶ φυτῶν κινήματα καὶ κάλλη ζηλοῦσι, διὰ τὸ καὶ φυτῶν ἰδιώματα προσηρτημένα φέρειν. ἔχει δὲ ἕξεως ἰδιώματα, οἷον ἀδάμαντος σκληρίας, ex quibus vides Baſilidis ſectatores vitia & animi perturbationes conſueviſſe appellare προσαρτήματα & appendices, quæ forent quidam ſpiritus animo inſiti aut potius appenſi per quamdam conturbationem & commixtionem, quam vocat ille ἀρχικὴν, ac rurſum adulterinæ & diverſi generis naturæ iis adnaſcerentur, utpote lupi, ſimiæ, leonis, urſi, quorum proprietates, quæ viſione in anima apprehenduntur, animæ cupiditates animantibus dicebant aſſimilare. Nos ex hujus ſecretioris Philoſophiæ Arcanis hanc concluſionem conformavimus. *Nullum eſt vitium humanum, omne vitium eſt* ἀπάνθρωπον *& bellinum.* Prudens abſtineo plura dicere, ne qui ſibi tantum hæc ſecretiorum muſarum numina dedicarunt, à nobis hæc tentata adyta conquerantur, neve nos alienam artem uſurpare dicant, ut ille apud Comicum alienam uxorem Alcumenam uſuariam cepit.

CXXII. *Ut Clerici cum mulieribus extraneis non habitent.* Extranearum mulierum illegitimo contubernio interdicti Clerici, ita Chryſoſt. εἰς συνεισάκτους Baſil. Epiſt. Canon., Epiphan. Hæreſ. LXIII. Quæ etiam legibus firmata fuit cautio L. Eum qui. Cod. *de Epiſc. & Cler.* & Nov. CXXIII. Cap. XXIX. Et alibi ſæpius ut cuique pernotum eſt. Et ratio peroptimi juris eſt *Domum Domini decet ſanctitudo*, id eſt ut Vett. Patrum ſcholia loquuntur ἐγκράτεια καὶ ἁγνεία caſtum & rei venereæ exſors vitæ genus. Equidem ferendum non eſt eos, qui probabilem ſæculo diſciplinam πολιτείαν καὶ ἄσκησιν agunt, decolorari ſororiæ appellationis conſortio. Hoc enim ſororum nomine ſua propudia appellarunt & Clerici. Quos nominum ambiguos luſus amat plerumque Venus, ita ſuas delicias *Kedeſa* à rad. Kados vocant Ebræi; & Hiſpani ſuas leucophæatas metriculas *las honoradas* vocant, & alia quæ, quia infanda ſunt, fari vetat innatus nobis pudor. Unum exſcribo Hieronymum adverſus hoſce ſacrilegos Cupidines, quem protulit meus Doctor Doctiſſimus Merillius in ſuis obſervationibus: *Mel meum, lumen meum, meum deſiderium, omnes delicias & lepores, & riſu dignas urbanitates, & cæteras ineptias amatorum in Comœdiis erubeſcimus, in ſæculi hominibus deteſtamur: quanto magis in Monachis & in Clericis, quorum, & ſacerdotium propoſito, & propoſitum ornatur ſacerdotio.* Nec tamen jubebantur domo exceſſe Clericorum germanæ, in quibus nihil ſcævi criminis ſuſpicari fœdus naturale permittebat, nec non etiam feminæ, quibuſcum ante ſuſceptum ſacerdotium amoris maritalis fœdus interceſſiſſet, ita l. XLIV. Cod. Theod. de Cler. & Epiſc. *Illas etiam non relinqui caſtitatis hortatur affectio; quæ ante ſacerdotium maritorum legitimum meruere conjugium. Neque enim Clericis incompetenter adjunctæ ſunt, quæ dignos Sacerdotio viros ſua converſatione fecerunt.* Fortaſſis legendum eſſet ſui converſione, ita in Vett. Collectionibus Decretalium *vidua ſi ſponte velum converſionis, quamvis non ſacrum, ſibi impoſuerit*, ut legendum cenſuit Antonius Auguſtinus vir de libris noſtris optime meritus, cum aliqui codices legerent converſationis pro converſionis; Converti enim dicebantur, qui à conjugiu ad cœlibem vitam tranſirent. Codex Capitularis Caroli Magni hunc titulum exhibet lib. I. cap. CXLIII. *de converſione liberi hominis* ubei hæc ſubjiciuntur, quæ titulum aperte explicant. *Ut liber homo, qui in Monaſterio regulari comam depoſuerit, & res ſuas ibidem legaverit, promiſſionem factam ſecundum regulam firmiter teneat.* Et de his nos pluribus agemus ad tit. de converſione conjugatorum.

CXXVIII. *Ut ſuperbi Clerici coerceantur.* Heic ſuperbi Clerici ſunt, qui dominari ambiunt in Clero. Adverſum quos illud Pſalmi torqueri poſſet: *Beatus qui in cathedra* τῶν ὑπερηφάνων *non ſedit.* Ita veteres ſacrorum Codd. lectiones à Patribus collectæ exhibent, pro quo Helleniſtæ Interpp. dixerunt λοιμῶν. Vide Gildæ ſapientis ſatis ſuperque ingenuam commonitionem ad Clerum Britanniæ tom. I. Bibliothecæ SS. Patrum.

CXXXI. *Ut non liceat præter Canonicos pſaltas.* Canonicos pſaltas vocat adhuc impuberes pueros, qui muſico numerorum, modulorumque concentu Eccleſiaſticas preces audiente plebe concinerent. De his eleganter Venantius Fortunatus:

Hinc puer exiguis attemperat organa cannis,
Inde ſenis largam ructat ab ore tubam,
Cymbalicæ vocis calamis miſcentur acutis
Diſparibuſque tropis fiſtula dulce ſonat.
Tympana rauca ſenum puerilis fiſtula mulcet
Atque hominum reparant verba canora lyram.

Is autem ordo, chorusque pſaltarum impuberum inſtitutus fuit, ne inconditis promiſcuæ plebis vocibus ſacræ ædes perſonarent, ut fuerat actitatum, ita teſtatur Hieronym. præfat. Epiſtolæ ad Galatas. Et hoc nomine Julianus Aug. Sycophanta diſertiſſimus in Miſopogon. Eccleſiam Antiochenam exagitavit, quod ἀκοσμίᾳ confuſæ vocis ſacra adyta turbarentur. Fas enim quiſque putabat, ſibi pſallendi munus vendicare, quod à Davide dictum fuiſſet, *Unumquemque laudem Deo dicere*, ita Baſilius ad Pſalm. XXVIII. Haud enim umquam decet τὰς ἐκτεταμένας ἐκφωνήσεις ac veluti tumultuantium hominum voces in Eccleſiis exaudiri, ita perſcribunt Poſtuma Ἀποσπασμάτια Baſilicon; Περὶ τ Ἐκκλησίας προσφωνηθέντων, καὶ ἐκβοήσεων ἐκεῖσε κεχρημένων Paratitla à Jano Leunclavio edita; *Nemo ſanctiſſimis in Eccleſiis,*
vel

(*) *Editionis Herveti pag.* 298.

vel in aliis venerabilibus locis, in quibus vota concipiuntur, exclamationibus utitor. Et hæc eſt l. V. Cod. *de his, qui ad Eccleſ.*

CXXXIII. *Ut Clerici apothecarii vel ratiocin.* Non licet niſi ἐλλογοθετηθέντας in Epiſcopos, Clericoſque ordinari ſancitum pridem fuit Apothecarii. Veterum Gloſſæ ἀποθηκάριοι horrearii ἀποθήκη horreum. Collectanea Suidæ ἀπόθεσιν τὸ ἀποτεθησαυρισμένον ἀποθήκην ἀντὶ τοῦ ἀποταμιεῖον. Φίλιππος appellavit. Sunt autem horrea & apothecæ; ὡρεῖα τὰ ταμιεῖα. ἐν τῷ καλουμένῳ ὡρείῳ, ὅ ἐστι μόδιος, ἔνθα νῦν ἵσταται αἰνιγμα περὶ τοῦ οἴκου τοῦ κρατηροῦ, ὅς νῦν ἐστὶ τοῦ μυρελαίου. ἵσταται μόδιος χαλκοῦς. Minutiam frumentariam vocant Veteres in deſcriptione Regionum urbis, ad quam frequens populus ſtatis diebus frumentatum veniebat, ubi modius erat æneus menſoribus & caudicariis, venali frumento dimetiundo, quem deſcribit Suidas: ἔνθα ἵσταται μόδιος χαλκοῦς πλησίον τῶν χειρῶν. ἵνα δὲ δίκαιον μέτρον, ὡς ἂν τῷ χωρήματι αὐτοῦ πωλῶσι πάντες οἱ σιτοπράται καὶ ἀγοράζωσιν οἱ σιτῶναι. καὶ τῷ ἴσῳ μέτρῳ δίδωται σιτηρέσιον. τοῦτο δὲ ὀνομαθέτησεν Οὐαλεντινιανὸς πιπράσκεσθαι τὸν σῖτον μοδίους δώδεκα τῷ νομίσματι μηδενὸς ἀντιλέγοντος. ὅθεν τις ταύτης τοῦτο μὴ ποιήσας, τὴν δεξιὰν χεῖρα ἀφῃρέθη ὅθεν ἐστοιχειώθησαν αἱ χαλκαῖ χεῖρες τοῖς λαμβάνουσι, καὶ τοῖς διδοῦσιν ἀμφοτέροις ἐκ τῶν τεταγμένων μὴ ἀγανακτεῖν. Unde Cod. Theod. de frumento Carthaginenſi æneum frumentum: *Si quis corpora æneo frumento obnoxia detraxerit, ab omni interpellatione liber ſit: quamvis alia corpora poſſederit, ſive coëmerit libera ab ænei frumenti inquietudine.* Apud Hieronimum, ni fallor, in continuatione Chronici Euſebiani legi horrea piperataria, quod omnis mercis venalis horrea dicerentur. Horrea argentariorum in Pandectis Florentinis ad tit. de Edendo: *Si quis ex argentariis, ut plerique eorum, in villa habeat inſtrumentum, vel in horreo: aut ad locum te perducet, aut deſcriptas rationes dabit.* In Notitia Imperii Horreorum Galbanorum curator. Et in veteri inſcriptione: Nnm. Dom. Aogg. Sacrom fortunæ conservatrici Horreorum Galbianorom M. Lorinus Fortunatus Magister S. P. DD. Hinc Horrearios, qui vett. Gloſſariis ἀποθηκάριοι dicuntur, ita interpretatur Synopſis Baſilic. n: περὶ ὡρειαρίων τῶν καὶ ὑποδεκτῶν καλουμένων καὶ περὶ ὡρείων, καὶ τῶν ἐν αὐτοῖς ἀποκειμένων εἰδῶν, ſuſceptores qui rationibus reddendis erant obnoxii, Gloſſarium Nomicum Labbæi: Ῥατιωνάλιοι οἱ ἐν ταῖς ἐπαρχίαις τῶν βασιλικῶν πραγμάτων προνοοῦντες, καὶ ὅσοι ὑπὸ τὸν κόμητα τῶν πριβάτων ὡς δηλοῖ ἡ ἐπιγραφὴ τῆς γ. διατάξεως τοῦ ι. τιτ. ι. τοῦ ῥατιωναλίους τοὺς μαγιστρ. τοὺς αὐτοὺς καὶ καθολικοὺς καὶ σιτώνας καθ᾽ Ἕλληνας qui publici frumenti comparatores σιτῶναι & curatores σιτηρεσίων ex arbitrio Epiſcoporum deligebantur, ut teſtis Scholiaſtes baſilikῶν: (*) Δοκιμασίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου τῆς πόλεως ἐπισκόπου, καὶ τῶν ἐν τοῖς κλήτοροι πρωτευόντων, ἐκ τῆς κγ χώρας τάξεως ὁ σιτώνης προχειρίζεται, ἤγουν ὁ μέλλων ἐν τῇ τάξει καταλέγεσθαι. ἢ πληρώσας. Quanquam & latius Apothecarii & Ratiocinatores dicuntur, qui curatoriis, aut tutelaribus ἐκλογισμοῖς eſſent ὑπεύθυνοι, vel qui Catholicianorum & Φροντιστῶν δημοσίων, muneribus eſſent obnoxii, quos nefas erat ad Clericorum ordinem promoveri, niſi poſt depoſita ratiocinia; ita ut ſi officiales & rationales relicto miniſterio curſus, aut primipili contractis erga fiſcum debitis Clerici ordinarentur, ſuæ conditioni reſtituebantur: Si vero apud Magiſtratum liquido conſtitiſſet, facta muneris abdicatione, omnis ratiocinii eſſe immunes, vitamque probabilem egiſſe, transferri licebat L. IV. *Cod. de Epiſcopis & Cler.* Quam intelligendam reor, ſi publica ſint ratiocinia, ut in cauſa fraudati cenſus. Alias ſi privatum fuerit ratiocinium, id eſt erga privatum quempiam contractum æs alienum, alia erit ineunda ratio, ut ad Tit. de Oblig. ad ratiocin. ordinandis pluribus docebimus.

CXLVII. *Ut Sponſatæ puellæ, ſi ab aliis raptæ fuerint.* Si pactam, ſperatamque puellam alieni proci ambiiſſent vota, ſpemque deſtinati thalami eluſiſſent raptoris inſidiæ, in legem Juliam adulterii incidebat ſacrilega raptoris audacia; ita ut puella in manum ſponſi conveniret, qui illam prior ſuis nuptiis pactus fuiſſet, ut ad infamiam criminis tollendam, aut pœnæ gratiam faciundam nullum valeret patrocinium; quo quis crimen mereretur; ita Juſtinianus. Nov. CXVII. Synodus Ancyrana Can. XI. Synod. VI in Trullo Can. XCVIII. Baſilius Can. XXII. Ubei obſervandum eſt μεμνηστευμένην γυναῖκα, appellari, interquam ſolemnibus ritibus per oſculum, annulum, & Eccleſiaſticarum precum ἱερατελεστίας interveniſſet repromiſſio futurarum nuptiarum, Alexius Comnenus Nov. de ſponſalib. quam publicæ luci dicavit Enimundus Bonifidius in ſuis Juris Orientalis Pandectis: Ἐπεὶ γὰρ ὁ παλαιὸς νόμος τὴν μνηστείαν ἐν μόνῃ τῇ τῶν συναλλαττόντων γνωρίζῃ βουλήσει, καὶ πλέον οὐδὲν διαθέσεως καὶ τῶν ἐπὶ ταύτῃ ἀκολουθούντων συμβολαίων καὶ μνήστρων ἀπεργάζεται, ἡμῖν δὲ θεοῦ χάριτι πρὸς κοσμιωτέραν πολλῷ καὶ ἀρυτέραν ἐπίδοσιν τὰ τοῦ βίου προεληλύθασι πράγματα, κἀντεῦθεν οὐχ ὁ γάμος μόνον, ἀλλὰ καὶ αὐτὴ ἡ μνηστεία ἱερᾶς εὐλογίας ἐπιτελουμένη ἔχει παρ᾽ ἑαυτῇ, καὶ ὁ καιρὸς ὡρισμένος διὰ προτέρου θεσπίσματος τοῦ φιλοσοφωτάτου βασιλέως κυρίου Λέοντος ἐπὶ τῇ προσόδῳ τῶν συμβαλλόντων συναρμογῇ ἐξετέθη: hæc enim ſancita fuerunt legitima ὁρίσματα ſponſaliorum contrahendorum, quorum qui religionem violaſſet, eodem ſe obſtringebat crimine, ac qui jugalem torum adulterio polluiſſet. Matthæus Monachus lib. VIII. Περὶ τῶν γαμικῶν ὑποθέσεων τὴν γὰρ μνηστείαν οἱ Νομοθέται ὁρίζοντες, μόνον καὶ ὁ μὲν μωσαϊκὸς νόμος, ὡς γάμον, τὴν μνηστείαν ἐλογίζετο. ὁ τὴν ἄλλῳ μεμνηστευμένην φθείρων, ὡς μοιχὸς ἐκολάζετο καὶ ἐπειδὴ τὰ τῆς μνηστείας αὐτοῖς συνήρμοστο σύμβολα, καὶ γυναῖκα τὴν μνηστὴν προσαγορεύει, ἐταπείνωσε γάρ, φησι, τὴν γυναῖκα τοῦ πλησίον. ἤγουν διαπαρθένευσε τὴν τούτου μνηστήν. Et poſt aliqua παρ᾽ ἡμῖν δὲ πρῶτον μὲν φιλήματι τῶν συναπτομένων, καὶ ἀῤῥαβῶνι προβαίνει ἡ μνηστεία. καὶ ἐξῆς ταῖς ἐν λόγῳ τῆς ποινῆς τοῦ προστίμου παρεχομένης. μήπω δὲ τῆς μνηστείας λυθείσης, εἰκότως, ὡς μοιχὸς ὁ τὴν γυναῖκα λαμβάνων ἐκρίνετο, ὡς ὁ ῥηθεὶς κανὼν διορίζεται. ὅπου δὲ, οὔτε μνηστεία προέβη, οὔτε φίλημα, οὔτε ἄλλως ἀῤῥαβῶνος ἐπηκολούθησε, μόνοι δὲ οἱ λεγόμενοι ψιλοὶ χρημάτων δεσμοί, κἂν ἕτερος λάβῃ τὴν γυναῖκα, τῷ τῆς μοιχείας ἐγκλήματι οὐχ ὑπόκειται. Ex quibus cuique liquido compertum & exploratum eſt, quando adulterii crimen deſponſatæ raptor incurreret & quando rata firmaque forent collata ſponſalia. Id enim certum ſtetit ſponſaliorum vinculum, ſi per annulum & oſculum pronubum, & ſponſalitia ἐγκαίνια intervenisset ſolemnis ritus benedicendi ſponſalibus,

(*) *Publici comparatores frumenti.*

quem Leo Nov. CXII. vocat τελεῖον συναρμοστικὸν Ioannes Cantacuſenus δι' ἐγχειλπίων, κατὰ τὸ Ῥωμαίων ἔθος ἐμπεδωσάσας. Sequior ætas Græciæ ὁρμάζειν dixit. Si vero ſponſalia rite contracta non fuiſſent, neque oſculum & ἀῤῥαβωνικῶν datio conſecuta, ſed nudorum dumtaxat verborum obligationes interpoſitæ, nuncium impune remittere licebat. Hæc ſponſalia Alexius Comnenus Imp. vocat ἐπερωτήσεις μόνον ἠσφαλισμένας. Mathæus Monachus διὰ ψιλῶν γραμμάτων δεσμούς. Eſt enim ἐπερώτησις συνθήκη ῥημάτων, δι' ὧν, ἀποκρίνεταί τις πρὸς τὴν ἐπερώτησιν, ut habent Gloſſæ Nomicæ Caroli Labbæi. Sunt autem ἐπερωτήσεις ἠσφαλισμέναι conventionales ſtipulationes adjecta pœna confirmatæ, quæ damnantur L. Titia D. *de verbor. obligat.* quod inhoneſtum videatur vinculo pœnæ matrimonia obſtringi, nam liber eſſe debet nuptiarum incundarum conſenſus, & voluntarium ſacrum. Innuptas nuptias impuberum, qui adhuc in ætatis primordio verſantur ſine prole, ſine conſenſu, ſine omni bono conjugali, exagitat Ivo Carnotenſis Epiſt. CCXLV. & ſponſalia per fidem pactionis contracta cap. 1. de ſponſ. duorum. *Si ab aliis rapiant priori ſponſo. redd.* Priſca juris authoritas, ſponſo permiſit raptorem ſibi deſponſatæ puellæ propria manu interimere, ſi dum raperet, aut ſtuprum inferret, in flagranti (quod dicitur) delicto deprehenderet. Quod juſto dolori parentis conceſſum, aut condonatum fuerat, ſi ſtupratorem filiæ in ipſis rebus veneris & τοῖς τῆς μοιχείας ἔργῳ deprehendiſſet, ſynopſis Baſilικῶν περὶ τῆς ἁρπαγῆς παρθένων: ἐὰν ἐν τῇ αὐτῇ ἁρπαγῇ εἷς ἐκ τούτων καταλείφθῃ, ἢ παρὰ τῶν πατέρων τῶν γυναικῶν, ἢ παρὰ τῶν ἀδελφῶν, ἢ τῶν ἐπιτρόπων, ἢ κουρατόρων, ἢ πατρώνων, ἢ δεσποτῶν, ἐλεγχθέντες φονεύεσθωσαν αὐτοχειρὶ, μάλιστα ἐὰν καὶ γεγαμημένας γυναῖκας ἐπιχειρήσωσιν ἁρπάσαι. τὸ δὲ αὐτὸ λέγομεν, οἱ καὶ μνηστήν τις ἰδίαν ἥρπασεν. In jus manumque cedunt προμνηστευσαμένῃ, quia legitimæ nuptiæ conſiſtere non poſſunt cum raptore, ita ſtatuit Juſtinianus Nov. CXLIII. περὶ γυναικὸς ἁρπαγείσης & Nov. CL. περὶ γαμηθείσης ἁρπάσαντι αὐτήν. Et Ludovicus XIII. armis illuſtriſſimus & legibus invictiſſimus.

Quo ſtante ſtetit res
Publica ſancta foro, Themidi quo vindice tuta
Lanxque pudorque fuit (titulis monimenta, ſacriſque
Conſecrata tuis) Sociorum jura tueri,
Hoſteſque aſſerere Imperiis, & condere leges,
In quas ultro ætas concedat poſtuma, Magnæ
Hæ tibi ſunt artes.

Ita igitur noſtri Juris Religioſiſſimus Author Rex (*) ſancivit in ſuis Regiis Conſtitutionibus, quæ in ampliſſimo Senatu Franciæ promulgatæ fuerunt, quibus cautum eſto: ut neque dos cum raptore pacta, neque connubium cum raptore contractum conſiſtat, & ſi male votiva ſoboles ex raptu ſuſcepta fuerit, tanquam ſpuria & illegitima omnium ſucceſſionum exors fuit, & hoc remedio impoſterum tuta connubiorum libertas, ſacrorum Eccleſiaſticorum ſanctitas, & illuſtrium familiarum avitum decus ſibi conſtabit; ne indigni majoribus, aut moribus homines clariſſimis ſtemmatis probrum, & ignominiam inſerant.

CXLVIII. *Ut qui irrationabiliter vixerunt.* Irrationabiliter vivere dixit ἀλογευσαμένους inuvos & incubones, qui paſſim cum animalibus ineant. Vetus Epigraphe hujuſce Canonis in Ancyrana ſynodo in M. S. Codicibus mendoſiſſima, & abs editis omiſſa, ita efferenda videtur περὶ τῶν ἀλόγως διαγόντων. Vivere enim eſt τὸ ἐκδιδιητῆσθαι καὶ θρύπτεσθαι vetus inſcriptio: ÆLIÆ RESTITUTÆ ANIMÆ DULCISSIMÆ BENE MERENTI AMICI DUM VIVIMUS, VIVAMUS. Hujus impuriſſimæ & ſceleſtiſſimæ veneris ὑπόθεσιν ſubjicit Paracelſus ignobilis ſcholæ author tract. de homunculis & monſtris: *Homo conſiderandus eſt duplex, non quidem quatenus vir, aut femina eſt, quæ duo iſti unum ſunt, ſed quatenus duplex eſt, nempe animal & homo, operari enim poteſt, vel animaliter, vel humaniter.* Et poſt aliqua. *Quantum autem ad generationem, de qua heic agimus, cum is animal ſimul & homo ſit, præſtare ſe animal poteſt, aut hominem. Ordo enim alius ex Deo eſt omnino ſervandus, illo ordine gignuntur monſtra.* Quæ ſint ſcilicet veneris monumenta nefandæ. Ex quibus facile vides duos in generationibus ſtatus præſcribi, unus qui ex divino nutu, deſcriptoque à natura tramite deſluat, ille naturæ à ſcopo deerrantis ductum ſequatur, & hunc ſceleratiſſimum ordinem Doctiſſimi Kabalæ Magiſtri truncationem ultimæ plantæ vocarunt, Vir illuſtris Joannes Picus à Mirandula ex ſecreta Kabaliſtarum doctrina Concluſ. XXXVI. *Peccatum Sodomæ fuit per truncationem ultimæ plantæ.* Quæ à poſtica venere ad hanc nequiſſimam & quovis atro crimine turpiſſimam κτηνοβάτων ἱπποπορνείας referri debent. Manilius ad Apoteleſmata ſimplicia ſignorum.

Permiſcet ſæpe ferarum
Corpora cum membris hominum, non ſeminis ille
Partus erit. Quid enim nobis commune, feriſque?
Quiſve in portenti noxam peccaret adulter?

Excerpta Stobæana: Ἐφίσιος τῷ γένει, νεανίας τῶν ἐπισήμων, υἱὸς Δημοστράτου, ταῖς δὲ ἀθηλείαις ἄγριος, οὗτος τὸ θῆλυ μισῶν γένος, ἵνα τὸς βαθύας εἰς τὰς πατρῴας ἔτρεχεν ἀγέλας, καὶ ὄνῳ συνεγένετο θηλείᾳ. ἡ δὲ ἔγκυος γενομένη ἔτεκε κόρην εὐειδεστάτην ὀνοσκελίαν τοὔνομα, τὴν προσηγορίαν λαβοῦσαν ἀπὸ τοῦ συμπλέγματος. Cujus tartarei partus cognominem dæmonem habes apud Sozomenum lib. VIII. Hiſt. Eccleſiaſt. cap. VI. Ad quod infame piaculum expiandum omnes leges, omniaque jura armata fuerunt ſynopſis Baſilικῶν περὶ κτηνοβατῶν: οἱ ἀλογευόμενοι καὶ κτηνοβάται καυλοκοπείσθωσαν, quæ & apud Harmenopulum & in jure Orientali videas. Penes noſtra Galliarum tribunalia ad ferale vivicomburium decretoriâ Judicum ſententia damnari dudum ſolemnis uſus & lex obtinet, & hi ſunt ἔξω νόμοι. Synodus Ancyrana Can. XVII. Ἀλογευσαμένους καὶ λεπροὺς ὄντας καὶ λεπρώσαντας, τούτους προσέταξεν ἡ ἁγία σύνοδος εἰς τοὺς χειμαζομένους εὔχεσθαι. Quæ doctiſſimorum virorum noſtræ, & ſuperioris ætatis exercuerunt περιεργίαν. Nos ſummorum Interpretum nomini non allatrabimus. Illorum ora ſculponeis impune batuere nefas ducimus. Liberum cuique eſto judicium, ſit in cujuſque arbitrio cui libuerit cumque ſuffragari. Quanta eſt fortis ingenuæ, liberæque, tanta & ingenii debet eſſe libertas. Quis putet ſibi injuriam fieri, ſi ab ejus ſententia abeamus, neque unum ſemper duo ſomniemus: χειμαζόμενοι hi ſunt arreptitii, energumeni, & qui à dæmone torquentur, Martinus Bracarenſis dæmonioſos vertit, Dionyſius exiguus, *Eos qui irrationabiliter vixerunt, & lepra injuſti criminis alios polluerunt,*

præcepit

(*) *Ordonnances du Roi Louis XII.*

Digitized by Google

præcepit ſancta ſynodus inter eos orare, qui ſpiritu periclitantur immundo. Scholiaſtes Græcus Indiculorum Canonum Harmenopuli δαιμονῶντας. Theodorus Balſamo; ἐν τῷ νάρθηκι ἱςαμένους καὶ ἀχρειουμένους τῆ θείας γραφῆς τόπον ἐπέχοντες τῶ χειμαζομένων. Quidam inferioris ævi Interpretes *hiemantes* dixerunt, quod Energumeni abs Eccleſiarum limine, tanquam prophani ſubmoti, brumæ temporibus ſub dio conſiſterent, auramque hibernam exciperent & imbrem decidnum, ſed alia Hiemantium ratio eſt. χειμάζεσθαι agitari torquerive dicitur, veluti qui repente exorta tempeſtate percellitur, Salomon cap. XXVI. πολλὰ χειμάζεται πᾶσα σάρξ, συντρίβεταί γὰρ ἡ ἔκλασις αὐτῶν. Heſychii Commentarii χειμὼν ἄρα κλύδωνος ταραχὴ ζάλη διωγμὸς. Servius Petri Danielis ad illud.

Emiſſamque hiemem ſenſit Neptunus.

VIRGILII

χειμῶνα & hiemem tempeſtatem deſignare apud Grammaticos teſtatur, unde χειμαζόμενοι ſive hiemantes appellantur, quod, qui à dæmone torquentur, æſtuare, furere, & immugire audias, tanquam mare hinc & inde ventis reciprocantibus concitatum, quale elegantiſſime deſcripſit Piſides

Ολη ἑαυτὴν οἷα Μαίνας ἀγρία,
Τῇ γῇ προσαράσσασα καὶ θυμουμένη
Θρασύνεται μὲν, καὶ πλατύνει τὸ ςόμα,
Καὶ πολλὰ κράζει, καὶ τὸν ἀφρὸν ἐκπτύει,
Καὶ συμπίφυρται πρὸς τὰ χείλη τῷ ζάλῳ
Κρυπτὸς δὲ πολλῶν ἐκπιοῦσα ῥευμάτων
Απειλὴν ἅλμην ἐκ βάθους ἐρεύγεται.
Τῇ πλησμονῇ δὲ τῆς μέθης ταράττεται.
Ρήξει τὸ τὰς κλεῖς καὶ διαδράσαι θέλει,
Αντέλκεται δὲ καὶ φοβεῖται καὶ μένει.

Ubei vides iratum mare fanaticæ comparari. Afflata eſt numine quando jam propiore Dei, & eadem loquendi forma Patres Ancyrani arreptitios, & Energumenos χειμαζομένους indigitarunt, & Interpretes Latini Hiemantes, quos torquet agens violentus dæmonis impetus. λεπροὺς ὄντας καὶ λεπρώσαντας, quod, quia ab aliis adhuc omiſſum, aut perperam explicatum fuit, paucis interpretor. Dionyſius exiguus: *qui lepra injuſti criminis alios polluerunt.* Ubei eleganter injuſtum crimen dicitur, quaſi contra jus faſque naturæ admiſſum, ut apud Maronem injuſta noverca dicitur, quaſi contra jus ducta. Leproſi indigitantur, quaſi impuriſſima libidinum monſtra, ſceleſtiſſima libidinum monſtra, ſceleſtiſſima propudia, & omnium flagitiorum κατάρατα proſtibula; cujus enim ſacrum caput impetebat veteris Comœdiæ ſcena, hunc leproſi nomine ad infamiam probrumque deſignabat. Vetus autor apud Suidam; οὗτος εἶχε λέπρας ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς μαλακίαν. Την δὲ κακοπραγμων καὶ ὀψοφάγος, καὶ λάλος, Ariſtophanes in Avibus.

Τί ὦ τὸν Ηλεῖον λέπρεον δικάζετε;
Ελθόντε. Ευ. ὅτι ἂν ἐν τοὺς θεοὺς ὃς οὐκ ἰδὼν
Βδελύττομαι τὸν λέπρεον ἀπὸ μελανθίου.

Scholiaſtes ἀπὸ μελανθίου. Μελάνθιος ὁ τραγικὸς κωμῳδεῖται λεπρὸς καὶ κακοπράγμων. κωμῳδεῖται γὰρ εἰς μαλακίαν καὶ ὀψοφαγίαν. Πλάτων δὲ αὐτὸν ἐν Σκύθαις ὡς λάλον σκώπτει. Καλλίας πεδήταις. Τίς ἄρα τοὺς Μελανθίους τῷ γνώσομαι. οὓς δὲ μάλιςα λευκοπρώκτους εἰσίδης εἶχε δὲ Μελάνθιος λέπρας. ἐκωμῳδεῖτο δὲ καὶ εἰς μαλακίαν. Quaſi ſideratos & à Deo immiſſa pœna mulctatos traduxerunt ſanctiſſimi Patres, Iſidorus Peluſiotes τοῦ χάριν ὁ νομοθέτης τοὺς λεπρῶντας καὶ ἕτερα νοσήματα νοσοῦντας ἔξω εἶναι τῆ ἱερῶ περιβάλλειν ἐθέσπισε; τὰς ἀκρασίας τῆ γονέων ἀναςέλλων, καὶ ταῖς ὠδῖσι χαλινοὺς ἐπιθεὶς, καὶ μέτρα ὁρίζων ταῖς συνουσίαις. Et alia quæ non morabor exſcribere, Æneas Gazæus ἐπεὶ καὶ τὸν Εβραίων τὸν νόμον προσιέμαι, ὃς τοῦ λελωβημένου τὸν πατέρα κατέλυσεν, ὅτι δὲ ἀκρασίαν τῆς γυναικὸς τὸν καθαρμὸν οὐκ ἐπέμεινεν. Unde illud inter maxima ſulgura, quæ divino numine intorquentur δώσω ἁφὴν λέπρας ἐν ταῖς οἰκίαις τῆς γῆς ita ad Jeſaïam Aquyla ἁφημένον vocat, quem Symmachus ἐν ἁφῇ ὄντα. Hieronymus leproſum dixit. Eſt autem ἁφὴ ut interpretantur Optimæ veterum Gloſſæ νοσοῦντος πρόβατα. *Inter Energumenos Orare.* Id enim moris erat, ut qui ſe gravi ſcelere obſtringeret, inter Energumenos referretur. Hujus rei indicio eſto, quod in Pſeudo-Synodo adverſus maximum Chryſoſtomum ἐν ῥουφιαναῖς convocata proditum eſt ὅτι Ιωάννης τὶς Μοναχὸς ἐξ ἐπιτροπῆς τοῦ Χρυσοςόμου ἐτυπτήθη ὡς σφηνοὶ καὶ ἐσύρη, καὶ κατὰ δαιμονώντων ἐσιδηροφόρησε. Quem locum imperitiſſima excepit Joannes Leunclavius alioquin juris Orientalis optimus vindex, qui ſic hunc locum interpretatur, quodque cum larvatis idem gladium geſtaſſet. Sed hæc non eſſe interpretamenta, ſed μορμολυκεῖα quiſque facile mecum judicat. Nemo non videt inſtigante Chryſoſtomo diverberatum protractumque inter dæmoniacos catenis innexum, implicatumque fuiſſe accenſitum hunc Monachum. Hæc enim dubio procul mens eſt hujus lyſtricæ & nefariæ Synodi, quæ nullis non pepercit machinamentis, quibus veterum Patrum ſanctiſſimum & eloquentiſſimum male perderet. Synodus VI. in Trullo. Can. XL. τοὺς τοίνυν δαιμονᾷν ὑποκρινομένους, καὶ τρόπων φαυλότητι προσποιητῶς τὰ ἐκείνων σχηματιζομένους, ἔδοξεν τρόπῳ ἐπιτιμᾶσθαι παντὶ, καὶ τοιαύταις αὐτοὺς σκληραγωγίαις καὶ πόνοις ὑποβάλλειν, οἷς ἂν οἱ ἀληθῶς δαιμονῶντες πρὸς ἀπαλλαγὴν τῆς τῆ δαίμονος ἐνεργείας ἀξίως ὑποβάλλοιντο. Teſtis eſt Theodorus Balſamo ad hunc Canonem in decanica conjectos impoſtores quod hæc errabunda omnis ſycophantiæ mancipia, mendicabulorum fuci ubivis locorum ementitis catenis, quibus conſtringi Energumenos mos invaluerat, cuique ludibrium & impoſturam facerent. Ad quem morem vinculis conſtringendi dæmoniacos videtur alludere Prudentius:

Suetus antro buſtuali ſub catenis frendere
Mentis impos, efferatis percitus furoribus
Proſilit, ruitque ſuplex.

Porro quæ fuerint Energumenorum veluti claſſes & ordines, non eſt hujus loci ſtatuere. Nam alii continuo torquebantur, neque ullæ à violentiſſimo impetu ſuberant induciæ, alii vero dilucidis fruebantur intervallis, ut quique è trivio ſemidocti norunt. Concilium Eliberinum Can. XXXVII. *Eos, qui ab immundis ſpiritibus vexantur, ſi in fine mortis fuerint conſtituti, baptizari placet, ſi fideles fuerint, dandam eſſe communionem: prohibendum etiam ne lucernas hi publice accendant: Si facere contra interdictum voluerint, abſtineant à communione.* Timotheus Patriarcha Alexandrinus Can. III.

ἐὰν πιστός τις ἂν δαιμονίζεται ὀφείλει μεταλαβεῖν τῶν ἁγίων μυστηρίων, ἢ οὔ. ἐὰν μὴ ἐξαγορεύῃ τὸ μυστήριον, μήτε ἄλλως πῶς βλασφημῇ, μεταλαμβανέτω: μὴ μέν τοι καθ' ἑκάστην, ἀρκεῖ γὰρ αὐτῷ κατὰ καιρούς. Ubi quid eſt ἐξαγορεύεσθαι ſive ἐξελέγχεσθαι & enunciari myſterium alias docebo. Cyrillus quidam Ruthenus, cujus canones habentur in Commentariis Rerum Moſcoviticarum viri Illuſt. Sigiſmundi Liberi Baronis Herbeſteinii: *An infirmis dæmoniacis, & mente captis liceat dare Sacramentum. R. Ora illorum tantum Sacramento tangantur*, Quæ ſingula ſuo loco ſtudioſiſſime diſcutientur. *Ex Concilio Anquiritano.* Ne ipſis quidem illuſtriſſimarum urbium nominibus pepercit inculta hujus ævi barbaries. Ita Acyronenſis Synodus Ancyrana dicitur in libris Capitularibus Caroli Magni: Hanc modo urbem Aſiaticæ Galatiæ Engurim Mahumedani appellant. Veteres Ἀγκύραν vocarunt, διὰ τὸ μέσον αὐτὴν εἶναι τῶν δύο θαλασσῶν, ut docet Geographus Græcus. apud Leunclavium in Pandect. Rerum Turcicarum Antiquæ Inſcriptiones, quas debeo indicio viri Ampliſſ. D. De la Berchere in Prætoriano Conſeſſu Conſiliarii, cujus dum illuſtre nomen ſciſco, patritii Brulartiorum ſtemmatis, & auguſtæ palmatæ decus immortale appello.

ΑΓΑΘΗΙ. ΤΥΧΗΙ.

Φ. ΑΙΛΙΑΝΟΝ. ΙΠΠΕΑ. ΡΩΜΑ
ΙΩΝ. ΚΑΙ. ΚΑΛΛΙΣΤΗΝ. ΠΡΩ
ΤΗΝ. ΑΡΧΗΝ. ΑΡ3Α.·. ΤΑ. ΚΑΙ
ΠΟΛΕΙΤΟΓΡΑΦΗΣΑΝΤΑ
ΚΑΙ. Τ. ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ
ΠΑΡΑ. ΘΕΟΝ. ΑΝΤΩΝΕΙΝ
ΟΝ. ΚΑΙ. ΑΓΩΝΟΘΕΤΗΣΑΝ
ΤΑ. ΥΙΟΥ. ΤΟΥΤΕ. ΚΟΙΝΟΥ
ΤΩΝ ΓΑΛΑΤΩΝ. ΚΑΙ Σ.·.
ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ ΑΓΩΝΩΝ. ΤΩΝ
ΜΕΓΑΛΟΑΣΚΛΗΙΕΙΩΝ
ΠΥΘΙΩΝ. Κ. ΑΡΧΙΕΡΕΑ
ΤΟΥ. ΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΓΑΛΑ
ΤΩΝ. ΓΑΛΑΤΑΡΧΗΝ. ΣΕ
ΒΑΣΤΟΦΑΝΤΗΝ
ΚΤΙΣΤΗΝ. ΥΗΣ. ΜΗΤΡΟ (*)
ΠΟΛΕΩΣ. ΑΓΚΥΡΑΣ
ΦΥΛΗ

Alia Inſcriptio: ΓΑΙΝΟΝ ΙΜΕΑ

ΡΩΜΑΙΩΝ. Κα. ΒΥΗΝ
ΤΗΝ ΥΡ .·.·.·.·. ΝΑΡΕΑΝΤΑ
ΠΟΛΙΥΟΤΡΑΦΗΣΑΝΤΑ. ΚΑΙ
ΠΡΕΣΒΕΥΣΑΝΤΑ. ΠΑΡΑ
ΑΠΑΝΤΩΝ ΕΘΝΩΝ. Κ. ΑΓΩ
ΝΟΘΕΤΗΣΑΝΤΑ. ΔΙΣ ΤΟΥΤΕ
ΚΟΙΝΟΥ. ΤΟΝ ΓΑΛΑΤΩΝ. Κ.
ΔΙΣ ΤΩΝ. ΙΕΡΩΝ. ΑΓΩΝΩΝ
ΤΩΝ ΜΕΓΑΛΟΟΝ. ΑΥΚΛΗΠΙ
ΤΙΩΝ. ΙΣΘ ΠΥΘΙΩΝ. Κ. ΑΡΧΙ
ΕΡΕΑ. ΤΟΥΚΟΙΝΟΥ. ΤΩΝ. ΓΑΛΑ
ΓΑΛΑΥΑΡΧΗΝ. ΣΕΒΑΣΤΟΦΑΝ
ΤΗΝ. Κ. ΚΤΙΣΤΗΝ .·.·. ΗΣ ΜΗΥ
ΡΟΠΟΛΕΩΣ. ΑΝΚΥΡΑΣ. ΦΥΛΗ
ΕΟΝΕ ΠΑΣΙΠΡ
.·.·.·. ΕΡΓΕΤΗΝ. Κ. Π.

(*) *Ancyra. Metropolis.*

Ex quibus cuique exploratiſſimum eſt, quæ fuerit vetus diſciplina in coercendis impuriſſimorum κτηνοβατῶν flagitiis, unde natum χειμαζομένων, & Hiemantium nomen, qui ſtatus, quæ conditio fuerit.

CXVI. *Ut quicumque ſanus corpore jejun.* Jejunia communia appellantur ex communi Eccleſiæ ritu dies jejunio conſecrati, quos ad perennem cultum generalis obſervatio ſtatuerit, aut, ut ſemel obſervarentur, ratio neceſſitatis extorſerit, ut loquitur Caſſianus lib. III. Cap. X. Alias enim ſunt dies νηστήσιμοι ex privatæ pietatis voto ſuſcepti, quales fuerunt vulgo Monachorum, quos impune violare licebat in gratiam hoſpitis. Quorum hi ſunt ἀπαραίτητοι, illi vero ſunt ἀδιάφοροι. Horum dierum diverſiſſimam in omnibus Orientis & Occidentis orbis Eccleſiis legem ſervatam oſtendit Gregorius Hieromonachus Protoſyncellus in Confutatione Epiſtolæ Marci Epheſini apud Act. Concilii Florentini: (*). Οὐκ οἶδεν ἴσως, ὡς ἔοικεν, ὁ τίμιος οὗτος, ὅτι καὶ ἐν ταύτῃ τῇ μεγαλοπόλει διάφορα ἔθη εἰσί, νηστεῖαί τε καὶ ἐκκλησιαστικαὶ τάξεις παρηλλαγμέναι. Καὶ γὰρ οἱ μὲν ἀπὸ τῆς ιδ. τοῦ Νοεμβρίου ἄρχονται νηστεύειν τὸ τεσσαρακονθήμερον, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς ἕκτης τοῦ Δεκεμβρίου, οἱ δὲ ἀπὸ τῆς κ. καὶ ἕτεροι δὲ ἀπ' ἀρχῆς τοῦ μαΐου διὰ τὴν ἑορτὴν τῆς χριστοῦ ἀναλήψεως. καὶ ἄλλοι ἄλλας νηστείας. καὶ οἱ μὲν τὰ Σάββατα, καὶ τὰς Κυριακὰς τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης τεσσαρακοστῆς ἰχθύας ἐσθίουσιν. ἕτεροι δὲ καὶ ἄλλας ἡμέρας, ἄλλοι δὲ τούτων ἀπέχονται. τί οὖν ἀσυμφώνως περὶ τὴν πίστιν ἐροῦμεν; ὁμοίως καὶ ἐν ταῖς Ἐκκλησιαστικαῖς τάξεσι διαφορὰς ἐστιν εὑρεῖν. Καὶ γὰρ ἡ καθολικὴ ἐκκλησία ἐν ταῖς ψαλμῳδίαις ἄλλην τάξιν ἔχει, καὶ ἄλλην αἱ μεγάλαι μοναί, καὶ ἄλλην τὰ ἡσυχαστήρια, καὶ ἄλλην αἱ κοσμικαὶ ἐκκλησίαι. Καὶ οἱ Ταβεννησιῶται δὲ ἐν τῇ αὐτῇ καὶ μίᾳ μονῇ διαφόρους νηστείας, καὶ διαφόρους Ψαλμῳδίας ἐπετέλουν. καὶ οἱ μὲν αὐτῶν διὰ δύο ἡμερῶν ἐνήστευον, οἱ δὲ δι' ἑβδομάδος. Καὶ οἱ μὲν ἀφ' ἑσπέρας. οἱ δὲ ἀπὸ μέσης νυκτὸς τὴν ὑμνῳδίαν ἐπετέλουν. ὁμοίως καὶ ἐν τῇ τῶν Ἀκοιμήτων μονῇ. Καὶ ὁ ἅγιος δὲ Συμεὼν ὁ στυλίτης τεσσαράκοντα ἡμερῶν νηστείαν ἐπετέλεσε μηδοτιοῦν γευσάμενος, ὁμοίως καὶ Δανιὴλ ὁ ὅσιος, ἀλλ' οὐδεὶς ταῦτα ἐπικάλεσε ποτε μέχρι καὶ τήμερον, καὶ τοῦ κανόνος δὲ λέγοντος, τὰς παρασκευὰς πάσας νηστεύειν, ἡμεῖς καταλύομεν ὅσας θῆτα καταλύομεν, Λατῖνοι δὲ πάσας νηστεύουσιν, εἰ μὴ τῶν χριστουγέννων ἡμέρα τύχῃ. Καὶ πάλιν τοῦ κανόνος λέγοντος, τὰ Σάββατα μὴ νηστεύειν. Σωκράτης δὲ περὶ τῆς τρίτης συνόδου ὤν, φησίν, ἐν τοῖς ἑσπερίοις τὰ Σάββατα νηστεύειν. ἀλλ' οἱ τῷ τότε ὄντες τοῦτο οὐκ ἐνεκάλεσαν, ᾔδεσαν γάρ, ὅτι τὸ διάφορον τῶν νηστειῶν, καὶ τῶν ἐθῶν διαφορὰν πίστεως οὐκ εἰσάγει. Sunt enim qui auſpicantur dies ἀποκρεωσίμους ante diem natalem Chriſti à die decimo quinto Novembris, alii à die ſexto Decembris: alii à viceſimo. Ad honorem quoque Aſcenſionis Chriſti: quidam ſolemnis jejunii παραίσβασιν faciunt ab ipſis Maii Kalendis, aliaque alii obeunt jejunia. Nam & ipſo Sanctæ, & Magnæ Quadrageſimæ tempore diebus Sabbati & Dominicæ multi veſcuntur piſcibus, alii quoque aliis diebus; ſunt etiam, qui iis omnino ſe abſtinent, Quid ergo? dicemuſne illos inter ſe diſſidere? in ritibus intercedit varietas. Conſtantinopolitana

(*) *Varii ritus Jejuniorum in ſingulis Eccleſiis.*

Conſtantinopolitana major Eccleſia in celebrandis officiis alium obſervat ordinem, alium majora Monaſteria, alium hyſicaſteria, ac alium ſæculares Eccleſiæ. Quin & Tabenneſiotæ in uno, eodemque cœnobio varios jejunandi, pſallendique modos inbtituerant, aliis per hesdomadam; & aliis quidem ad veſperam, illis vero de media noctæ ſacros Hymnos canentibus, quod fiebat etiam Monaſterio Acœmetarum. Sanctus Simeon Stylites quadraginta dierum jejunium omnino ἄσιτος explevit, idem quoque Daniel præſtitit, hæc tamen nemo ad hanc diem in crimen vocavit. Jubet Canon omnibus ſextis feriis eſſe jejunandum: nos quibuſdam non jejunamus; Latini vero nunquam ejus diei ſolvunt jejunium, niſi Natalis Domini dies contingat. Et alia quæ ſine ſubcentore facile quiſque videat. Ex quibus palam fit, ubivis locorum proprios jejuniorum ritus ſancitos fuiſſe. Illuſtrium Eccleſiarum ritum moremque ſubjiciam. In ſacra Judæorum πολιτείᾳ magnum & minus jejunium ſtatutum habetur, Epiphanius Hæreſi XXX. adverſus Ebionæos (*): Ἐπὶ δὲ τὴν μίαν νηστείαν νηστεύουσι τοῦ ἔθους, τὴν λεγομένην μεγάλην, καὶ τὴν ἄλλην, ἣν λέγουσι μικράν, nî fallor Epiphanio dicitur νηστεία νομιστευομένης ἡμέρας μιᾶς. Plura jejunia apud Judæos obſervata exhibent computa, & Kalendaria Ebraïca, quæ in manibus Doctorum verſantur. Hæc enim Natio jejunio addictiſſima fuit, unde illa jactata fuerunt *Recutitaque Sabbata palles*, & apud Martialem *Jejunia Sabbatariorum.* (†) Apud Chriſtianos Armenos, qui vulgo Franc-Armeni vocantur, dies jejunio mancipatos docet Balſamo in Reſp. Patriarcharum: ὅτι κατὰ τὸ δωδεκαήμερον νηστεύουσι οἱ Ἀρμένιοι διὰ τὸν Ἀρτζιβούριον, κατὰ τὴν ἑβδομάδα τῆς πρώτης ἀπόκρεω διὰ τοὺς Νινευΐτας, καὶ κατὰ τὴν ἑβδομάδα τῆς τυροφάγου νηστεύουσι οἱ τετραδῖται αἱρετικοὶ νηστείας μεγάλην. Manuel Calceas lib. IV. adverſus Græcos: *Et certe Armenios in jejuniis, & hujuſmodi obſervationibus, noſtros, ſine ulla comparatione ſuperare comperiet. Ita enim illi cibis, quando jejunant (jejunant autem plus cæteris) abſtinent; ut, ſi quis ex noſtris cum illis jejunio contenderit, ridiculus futurus ſit.* (‡) De Eccleſia Æthiopica id memoriæ proditum eſt à Franciſ. Alvare in commentariis rerum Æthiopicarum. *Sed ut plurimum Laici utriuſque ſexus à Trinitate ad Adventum jejunant, quarta feria, & Sabbato omnium hebdomadum. À Natali Dominico ad Purificationem, quod ſolemne Simeon vocant, nullum jejunium obſervant. Triduo poſt niſi Sabbatum, aut Dominica intervenerit, Monachi & Sacerdotes incredibiles inedias ſibi indicunt; Nam affirmarunt nobis, integro triduo ſemel tantum cibum ſumere: quod tempus ipſi pœnitentiam Ninive vocant.* Vide & Computum Eccleſiæ Æthiopicæ in magno opere de emendatione temporum Joſephi Scaligeri, cui Patrum noſtrorum ætas parem non habuit, neſcio? an ætas noſtra ſuperiorem habitura ſit. Eccleſia Conſtantinopolitana ἰδίας ἡμέρας jejunio dedicavit. τὴν τεσσαρακονθήμερον νηστείαν ante Chriſti diem natalem agit. Quæ auſpiciis ſolemnis jejunii προσδεχόμενον habetur hebdomas, Conſtantinopolitanæ Eccleſiæ libri rituales (vulgo Ἀκολουθίας, & τύπικα inſcripti) τυρινὴν ſive τυροφάγον indigetant. (‖) Hanc hebdomadam proxime conſequens excipit κυριακὴ τῆς Ὀρθοξίας, quæ in Eccleſia Romana *invocavit* appellatur. Nicephorus Patriarcha Can. i. Ὅτι δεῖ νηστεύειν τῇ τετράδι τῆς τυροφάγου καὶ τῇ παρασκευῇ. Καὶ μετὰ τὴν τῶν προηγιασμένων ἀπόλυσιν ἐσθίειν τυρὸν, ὅπου ἂν εὑρεθῶσιν, ἀνατρέπει δὲ ὁ Κανὼν οὗτος τοῦ Ἰακώβου τὸ δόγμα, καὶ τὴν τῶν τετραδιτῶν αἵρεσιν. Quæ videas relata in Menæa Græcorum menſe Φεβρουαρίῳ. Diebus Veneris & Mercurii, Carniſprivii, ſeptuageſimæ, διακαινησίμου & dodecaemeri jejunium fas eſt carnibus pollucre, ne ulla ſubſit hæreticæ fraudis Tetraditarum & Jacobitarum ſuſpicio. Jejunium menſis Auguſti abrogatum fuit, ne paganorum ritus viderentur imitari. De ſtatis, & ſolemnibus feriis eſurialibus Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Balſamo in Reſp. Patriarchæ Interrog LII. LIII. & LIV. Menæa Græcorum, & Typicon Sabæ. (*) De Ruthenis ſive Ruſſis Moſcovitis & Tranſſilvanis vir Nobilis Herberſteinius: *Jejunant in Quadrageſima ſeptem perpetuas ſeptimanas. Prima lactariis utuntur, quam Syrno emendandum Milſna quaſi caſaceam appellant: ſequentibus vero ſeptimanis omnes (extra peregrinantes) etiam piſcibus abſtinent. Sunt qui diebus Dominicis & Sabbato cibum ſumant, reliquis diebus ab omni cibo abſtineant. Sunt etiam qui diebus ſolis Martis, Jovis, & Saturni cibum ſumant, reliquis tribus quoque abſtineant. Reperiuntur etiam plurimi, qui diebus Lunæ, Mercurii, & Veneris, panis fruſto cum aqua ſumpto contenti ſunt. Reliqua per annum jejunia non ita ſtrictè obſervant: Jejunant autem poſt Octavam Penteceſtes, quæ illis eſt dies omnium Sanctorum, uſque ad ferias Petri & Pauli; & dicitur jejunium Petri. Deinde habent jejunium Divæ Virginis à prima Auguſti uſque ad Aſſumptionem Mariæ. Item jejunium Philippi ſex ſeptimanis in Adventu Domini, & dicitur Philippi: quod initium ejus jejunii contingit feſtum Philippi, ſecundum eorum Kalendarium. Si denique feſtum Petri & Pauli, item Aſſumptionis inciderit in diem Mercurii, aut Veneris, tunc nec ea die carnibus veſcuntur. Nullius ſancti vigiliam jejunio venerantur, præter Decollationem Sancti Joannis, quam XXIX. Auguſti quotannis obſervant. Si denique in majori jejunio Quadrageſimæ, aliquis ſolemnis dies, ut Annunciationis Mariæ inciderit, eo piſcibus utuntur. Monachis autem multo graviora & moleſtiora jejunia impoſita ſunt, quos Kuva, hoc eſt potu acetoſo, & aqua cum fermento mixta, contentos eſſe oportet. Sacerdotibus quoque aqua mulſa & cerviſia hoc tempore ſunt prohibita: Licet omnes nunc leges & ſtatuta diffluant, vitienturque. Porro extra tempus jejunii, die Sabbati veſcuntur carnibus, Mercurii vero abſtinent.* (†) Mahumedani religioſè ſuum magnum jejunium menſe Rhamadhan pro more ſolemni peragunt. Nolui quidquam de ſtatis Eccleſiæ Romanæ jejuniis addere ad conditorem Annalium. De ſeveriſſima jejuniorum diſciplina apud Monachos obſervata agam in libris Commentariis de Origine & Propagatione vitæ Aſceticæ in univerſo Oriente, quos Deo auſpice propediem publicabimus.

CLXVII. *Ut Quicumque Martyrum memorias contempſerit.* (‡) Priſca ætas ſcriptorum Eccleſiaſticorum memorias Martyrum appellavit, quaſi monumenta, in quibus conderentur ſanctiſſima λείψανα, quæ diſtrahi, aut promercalia exponi vetantur L. IV. Cod. De ſacroſ. Eccleſ. Quæ nomenclatura ex antiqua D. Pauli Epiſtolæ lectione enata fuit *communicantes Memoriis ſanctorum*, cui lectioni refragantur vetuſtiſſimi M. S. Codd.

(*) *Jejunia apud Judæos obſervata.*
(†) *Armenorum Chriſtianorum ſolemnes & ſtati dies jejuniorum.*
(‡) *Statuta Eccleſiæ Ethiopicæ jejunia.*
(‖) *Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ ſtatæ jejunia.*

(*) *Ruthenorum jejunia.*
(†) *Mahumedanorum jejunia.*
(‡) *Memoriæ ſanctorum Martyrum.*

qui in nobiliſſimis Europæ Bibliothecis aſſervantur, quos optimæ notæ Codices τὸ χρείαις exhibere & vidi & audivi, & dudum eſt cum hanc lectionem indicarat vir harum litterarum Doctiſſimus Fr. Turrianus ex Euſtratio Conſtantinopolitano. Antiquiſſimi cultus Memoriis Sanctorum exhibiti teſtis eſt Eunapius in Ædeſio: τοὺς δὲ μοναχοὺς τούτους καὶ εἰς Κάνωβον καθίδρυσαν, ἀντὶ τῶν νοητῶν θεῶν εἰς ἀνδραπόδων θεραπείας, καὶ οὐδὲ χρηστῶν, καταδήσαντες τὸ ἀνθρώπινον ὄντα γὰρ, καὶ κεφαλὰς τῶν ἐπὶ πολλοῖς ἁμαρτήμασιν ἑαλωκότων συναλίζοντες, οὓς τὸ πολιτικὸν ἐκόλαζε δικαστήριον, θεοὺς καὶ ἀπεδείκνυσαν, καὶ προσεκαλινδοῦντο τοῖς, καὶ κρείττους ἀπελάμβανον εἶναι μολυνόμενοι πρὸς τοῖς τάφοις Συναλίζεσθαι. dixit ſceleſtus Sycophanta, quod ſacræ Martyrum reliquiæ aromatum omni genere condirentur, ut teſtis eſt Tertullianus in Apologetico cap. XLII. Minutius in Octavio, & Acta Martyrum Tharaci & ſociorum apud Patrem Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Cæſarem Baronium. In quas memorias illatæ ſanctiſſimæ reliquiæ, factæque magna pompa, cultuque tranſlationes Inſcriptio Jani Gruteri ex oppido Inſubrum Legiuno.

(*) HIC SCI PRIMI MARTYRIS CORPUS VENERANDUM IN XPO HUMATUM QUIESCIT, QUOD URO DIGNUS SERGIUS PAPA JUNIOR ERMBERTO ILLUSTRI VIRO CONCESSIT. AB URBE ROMA CUM HYMNIS AC LAUDIBUS, SPIRITUALIBUSQUE CANTICIS DUM ESSET TRANSLATUM. QUEM INTER SANCTOS EJUS SPUS TENEAT PRIMATUM IN MULTIS VIRTUTIBUS, ET SIGNIS EST DECLARATUM. RECONDITUM EST CORPUS BEATI PRIMI MARTYRIS CUM RELIQUIIS SANCTI FELICIANI ANNO INCARNATIONIS DOMINI NOSTRI IHU. X. QI DCCCCVI. KAL. AUG. INDICT IX. ORDINANTE DOM. ANGILBERTO ARCHIEPO ANNO EXIII. PASSIO SANCTORUM VI IDUS JUN. & alibi paſſim. Ad quas Martyrum memorias συνάξεις Chriſtianorum indici mos antiquiſſimus fuit, immo liturgias fieri, & ſacra donaria offerri. Balſamo in Reſp. ad Marcum Patriarcham Alexandrinum: τὰ δὲ τρωκτὰ καὶ ποτὰ συνήθως ἐν μνήμαις ἁγίων καὶ περὶ μνημοσύνων κατοιχομένων εἰσκομιζόμενα τῷ ναῷ καὶ τὰ ὑπὲρ ψυχικῶν διαδόσεων ταῖς Ἐκκλησίαις παρά τινων προσφερόμενα, τοῖς ἐπισκόποις κεκανόνισθαι. Emendandus ἐν παρόδῳ Enimundus Bonifidius, qui ridicule hunc locum interpretatus eſt, ψυχικῶν διαδόσεων animalibus trajectionibus. Emendamus ψυχικῶν διαθέσεων diſpoſitiooibus, quibus conſulitur animarum ſubſidiis. Quas memorias excitavit Chriſtianus orbis, tanquam glorioſa ſpectacula, ut eandem unitatem fidei inviolatam ſervaremus, quam illi ſuo ſanguine obſignarant. Quæritur à Magiſtris Ebræorum, quare divinum numen ſepulchrum Moyſi à mortalibus ignorari voluerit. Vir illuſtris Picus à Mirandula Concl. XLIII. *Ideo ſepulchrum Moyſi nemo novit, quia exaltatus eſt in Jobelæo ſuperiore, & ſuper Jobeleum miſit radices.* Jobeleum ſuperius æternæ beatarum mentium ſedes, ad quas admiſſus fuerit Moyſes, ut primum Angelus mortis, quem Adriclem indigetat Mahumedanus Alkoranus uaribus emunxit animam. Exaltationis Moyſi ſciſcitur teſtis ab Origene lib. III. περὶ ἀρχῶν cap. II. liber inſcriptus Ἀνάβασις Μωσέως. Poſt quam exaltationem Melech uuncupatus fuit, quem Æthiopicè Negus diceres. Et hæc ex libris apocryphis.

(*) *Tranſlationes Corporum SS. Martyrum.*

Ut venientes à Novatianis vel Montenſibus. Adhuc viri doctiſſimi docuerunt ex Optato Milevitano, Auguſtino in Elencho Hæreſeum ad quodvult Deum & Hieronymo in Chronico Euſebiano Donatiſtas fuiſſe Montenſes appellatos, quod ſpeluncam quandam foris à civitate ſeptam incoluiſſent primum Romæ, ſuoſque heic agitaſſent conventus. Sed ſi ullus locus datur conjectaneis, dicam quid hac in parte ſentiam; Donatiſtæ Montenſes fuerunt appellati, quod ſcilicet arcta, & circumſcripta forent pomœria, quibus illorum prophanum ſchiſma concluderetur. Quo nomine ζηλωτῶν turbulentiſſimorum damnata fuit ambitio, qui ſibi impune nomen Catholicorum vendicabant, cum tamen hæc diris devotorum hominum ſecta ultra limitis Montenſis fineis non fuiſſet propagata. De quo limite Montenſi Notitia Imperii: *Præpoſitus limitis Montenſis in Caſtris Leptitanis.* Qui tutiſſimus & oportuniſſimus fuit præſidii locus in Africa quæ hoc funeſtum ſchiſma extulit. Videmus enim peſtilentiſſimarum hæreſeon aſſeclis ſæpe nomen à loco inditum fuiſſe, ita Cataphryges nomen ſuum à Phrygia hauſerunt, quæ hujus Sectæ parens & alumna fuit. Ἔστι γὰρ τὸ γένος ἐν τῇ Καππαδοκίᾳ, καὶ Γαλατίᾳ, καὶ ἐν τῇ προειρημένῃ Φρυγίᾳ, ὅθεν κατὰ Φρύγας ἡ αἵρεσις καλεῖται. Ita Hær. LX. Κατὰ Ἀγγελικῶν: ἢ καὶ ἀπὸ τόπου τοὺς εἰληφότες τοὔνομα, ἐπειδὴ χῶρός τίς ἐστιν Ἀγγελίνη ἐπέκεινα τῆς Μεσοποταμίας χώρας κείμενος. Qua ratione Montenſes dicti à Limite Montenſi in Africa.

CLXXIX. *Ut non liceat in Hæret. Cœmet.* Hæreticis Canone VI. ejuſdem Laodicenæ Synodi ſacroſanctis Eccleſiis interdictum fuerat: nunc orthodoxi cœmeteria, & martyria, quæ ſibi prophana impietas dedicarat, ſubire vetantur. Quos enim Eccleſiæ authoritas anathemate mulctarat, & quaſi ex infauſto cippo pependerat publice proſcripta execratio, jura humanitatis officiorumque viciſſitudinem exhibere nefas erat; immo ſacrilegii caput erat, communem cum hæreticis precibus deſtinatum devotumque conſeſſum iniiſſe, ut teſtis eſt Lucifer Calaritanus in libro de non conveniendo cum hæreticis. Ea autem fuit hæreticorum audacia, ut non ſolum altaria adverſus altaria extruerent, ſed & libitinarias funeſtiſſimis cadaveribus inhumandis areas, Orthodoxorum cœmeteriis opponerent, in quibus ſanctiſſimi martyres condebantur cum dalmatica & colobio purpurato, ut teſtatur Anaſtaſius Bibliothecarius in Felice Pontif. Max. ſolemnes precum conventus habebantur, & ſacramenta erogabantur. Itinerarium Benjamini Tudelenſis: *Producitur autem hoc tempore liber magnus autoritate, atque antiquitate celeberrimus ab Ezechiele conſcriptus propheta, in quo expiationis die legitur. Atque ſuper Ezechielis ſepulchrum lampas perpetuo ardet die ac nocte; ex quo primum ab ipſo eodem Propheta incenſa fuit, cui fila & oleum diſpenſantur, ac temperantur aſſidua. Et etiam ibidem magna quædam ſancta ædes plena libris conſervatis, tam à domus primæ, quam à ſecundæ tempore. Eſtque moris & fuit, ut qui liberos non habuerint, eo loco ſuos libros conſecrarent. Nuncupantur præterea vota eo loco exolvenda à Judæis in Media & Perſia habitantibus, Iſmaelitarum quoque Principes viri huc confluunt precationis cauſa, apud quos magna eſt Ezechielis Prophetæ autoritas & reverentia, cujus loci nomen illorum lingua Dar Melibha hoc eſt congregationis domus. Eodemque Arabes omnes precationis cauſa veniunt.* Eo loci frequens, ut vides, turba ventitabat ream nuncupati voti fidem liberatura, & ad hanc Danielis ſepulchro conſecratam ædem, tanquam ad aſylum, quod φυγαδευτήριον aut φυγαδεῖον vocant LXXII. Interpp. confugiebat. Cujus loci religionem

nem commendabat lampas quaſi perenni lucis fomite ἄσβεστος. In ſacris enim ædibus cereos faceſque accenſas fuiſſe nemini in tanta litterarum luce ignorare licet, quod abrogatum falſo quidam putant Eliberinæ Synodi Can. XXXIV. *Cereos per diem placuit in cœmeterio non incendi: inquietandi enim ſpiritus ſanctorum non ſunt.* In quæ impegerunt Doctiſſ. Interpp. Garſias à Loiaſa Hiſpanus in ſua Conciliorum Farragine plurimum ſudat, ut ipſis pueris nota prodat, ſuamque ſtudioſam negligentiam probet. Unus mihi viſus eſt præmium occupaſſe, fortemque eripuiſſe vir Ampliſſ. Carolus Dupontius Comes ſanctioris Conſiſtorii, & in Prætoriano Concilio Advocatus Generalis, quem tam optime ſentiendi judicandique, quam facundiſſime dicendi gloria ubivis Galliarum famigeratiſſimum fecit, qui ut mihi ſuam non invidit conjecturam, tibi non invidebo. Cerei faceſque ardere vetantur, ut quæ adhuc εἰδωλοθρησκείας vigebant reliquiæ, radicitus evellerentur, neque ulla ſupereſſet veteris εἰδωλομανίας imago. Hæc enim gens antehac pago mirum quantum dedita, ut loquitur Prudentius, recenſque in Chriſtiana myſteria inauthorata hiſce facibus, cereiſque ad ſua πυραιθεῖα abutebatur, quæ Herodotus πυρήια, Ebræi Chomanim, Synodus VI. in Trullo Can. LXV. ἀναπτομένας πυρκαϊὰς appellat. Quem ritum deſcribit Benjamin Tudulenſis in Itinerario: *Ante ſingula autem fana campus magnus, & latus eſt, in quo ingens ignis omnibus diebus ardet, quem ipſi Elbetha vocant.* Strabo lib. XV. Ἐν δὲ τῇ Καππαδοκίᾳ (πολὺ γὰρ ἐστι τὸ τῶν Μάγων φῦλον, οἱ καὶ πύραιθοι καλοῦνται· πολλὰ δὲ καὶ τῶν Περσικῶν θεῶν ἱερά) οὐδὲ μαχαίρᾳ θύουσι, ἀλλὰ κορμῷ τινὶ, ὡς ἂν ὑπέρῳ τύπτοντες. ἔστι δὲ πυραιθεῖα, σηκοί τινες ἀξιόλογοι. ἐν δὲ τούτοις μέσοις βωμὸς, ἐν ᾧ πολλή τε σποδὸς, καὶ πῦρ ἄσβεστον φυλάττουσιν οἱ μάγοι, καθ᾽ ἡμέραν δὲ εἰσιόντες ἐπᾴδουσιν ὥραν σχεδόν τι πρὸ τοῦ πυρὸς τὴν δέσμην τῶν ῥάβδων ἔχοντες, τιάρας περικείμενοι πιλωτὰς, καθεικυίας ἑκατέρωθεν, μέχρι τοῦ καλύπτειν τὰ χείλη, καὶ τὰς παραγναθίδας. ταῦτα δ᾽ ἐν τοῖς τῆς Ἀναΐτιδος, καὶ τοῦ Ὠμανοῦ ἱεροῖς νενόμισται. Et alia. Unde dicuntur ex hoc prophano ritu πυραιθείων inquietari ſpiritus Sanctorum. Non enim placat divorum numina ſuperſtitio, ſed omni ex parte integra religio. Sed ad rem de qua primum dicere inſtitueram. Illa tandem Cœmeteria, Martyria, decanica & ſacris ædibus convocandis conſecratæ ſedes hæreticis ademptæ fuerunt L. V. Cod. de Hæretic. & Manich., quam, quia adhuc mendoſiſſima edita fuit, emendatiorem adſcribere optimum viſum eſt: *Ariani, & Macedoniani, ſeu Pneumatomachi, Apollinariani, Navatiani, ſeu Sabbatiani, Tetraditæ ſeu Teſſeroſcadecaditæ, Valentiniani, Pauliani ſeu Paulianiſtæ, Montaniſtæ, ſeu Priſcillianiſtæ, vel Phryges, vel Pepuſitæ, Marcianiſtæ, Borboriani, Maſſaliani, Euchitæ, ſive Enthouſiaſtæ, Donatiſtæ, Audiani, Hydroparaſtatæ, Aſcodrugitæ, Heracbitæ, Hermogeniani, Photiniani, Pauliniani, Marcelliani, Ophitæ, Encratitæ, ſive Apotactitæ, Saccophori, & qui ad imam uſque ſcelerum nequitiam pervenerunt Manichæi, nuſquam in Romanum locum conveniendi, orandique habeant facultatem.* Cuilibet obvium de ſum. Trinitate: *Nullus hæreticis miniſteriorum locus, nulla ad exercendam animi obſtinatioris dementiam pateat occaſio.* Ex Nov. XXVII. μηδεὶς τόπος τοῖς αἱρετικοῖς ἔστω πρὸς εὐχήν. Et Gregorius Nazianz. Orat. ad Nectarium Conſtantinopolitanum Epiſcopum. Qua de re ſe in latebras, antra, & perditas ſolitudines abdebant, ut ſuis operaneis ſacris operarentur, unde apud Cyprianum ad Jubaianum dicitur in latebra & latronum ſpelunca adulteræ aquæ contagione tingi, & apud Dionyſium exiguum, & Creſconium noſtrum Concilii Laod. Can. IX. lemma extat: Quod non liceat Catholicis ad Hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedere. De quibus nos pluribus agemus ad Creſconium noſtrum.

CLXXXIV. *Ut nullus ad Angelos congregationem faciat.* In hunc Canonem tam ſeduló anquiſitum reor, quam in ipſum circuli τετραγωνισμόν. Neſcio? an par eventus conatum eluſerit. Singulorum interpretationes non huc infulciam, ne meo, & ſtudioſi Lectoris otio videar abuti. Photius Nomocanonis tit. XII. de Hæreticis Cap. IX. ἀγγελίτας vocat, qui an iidem ſint, qui Epiphanio appellantur ἀγγελικοί, non auſim affirmare. Ἀγγέλους ὀνομάζειν eſt commentitiis, & ad libidinem cujuſque confictis nominibus Angelos compellare, orare, obſecrari. Cui rei pleroſque veterum hæreticorum addictiſſimos fuiſſe teſtis eſt Origines lib. VI. adverſus Celſum: οἱ Ὀφιανοὶ ἀπὸ μαγείας ἔλαβον τὸν Ἰαλδαβαώθ, καὶ τὸν Ἀσταφαῖον, καὶ τὸν Ὡραῖον. Εἶτα πρὸς τοὺς χρωμένους μαγείᾳ τινὶ, καὶ γοητείᾳ, καὶ καλοῦντας ὀνόματα βαρβαρικὰ δαιμόνων τινῶν. Irenæus lib. I. cap. XXIII. *Nomina quoque quædam affingentes, quaſi Angelorum annunciant, hoc quidem eſſe in primo cœlo, hoc autem in ſecundo, & deinceps nituntur CCCLXV. ementitorum cœlorum, & nomina, & principia, & Angelos, & virtutes exponere.* Epiphanius Hæreſi XXV. adverſus Nicolaïtas. Οὗτοι καὶ βιβλία τινὰ ἐξ ὀνόματος τοῦ Ἰαλδαβαώθ πλάττοντες ἐκτυποῦντες, καὶ ὀνομασίας μυρίας βαρβαρικὰς ἀρχόντων, φησὶ, καὶ ἐξουσιῶν καθ᾽ ἑκάστου οὐρανοῦ ἀντιτιθεμένων τῇ τῶν ἀνθρώπων ψυχῇ. καὶ πολλὴ ἁπλῶς ἡ διὰ τῆς πλάνης αὐτῶν γινομένη τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ἐπιβουλή. Ἄλλοι δὲ τὸν Καυλαυκαὺχ ὡσαύτως δοξάζουσιν, ἄρχοντά τινα τοῦτον οὕτω καλοῦντες, φαντάζειν φιλοτιμούμενοι τοὺς ἀπείρους διὰ τῆς τῶν ὀνομάτων ἐκπλήξεως, καὶ ἀναπλάστου τῆς τοῦ ὀνόματος βαρβαρωνυμίας. τοῖς δὲ ἐμπείροις, καὶ ἐν θεῷ λαβοῦσι περὶ ἑκάστης ὀνομασίας, καὶ ὑποθέσεως τῆς ἀληθοῦς τοῦ θεοῦ γνώσεως χάριν, πῶς οὐκ εὐθυέλεγκτα τὰ τῆς μυθώδους αὐτῶν πλάνης διδάγματα, καὶ ἐλέγχεται. Hinc illa nominum luxuries propagata apud hæreticos Baſilidianos, Nicolaïtas, Valentinianos, Carpocratianos, Gnoſticos. Hanc περὶ ἁγίων barbara Angelorum nomina compellare doctam damnant publico anathematiſmo Saraceni Chriſtianæ religionis candidati apud Nicetam lib. XX. Theſ. Orthodoxæ fidei: Ἀναθεματίζω τοὺς ὀνομαζομένους παρὰ τοῦ Μαχὰμεδ ἀγγέλους, τόν τε Ἀρώθ, καὶ τὸν Μαρώθ, καὶ τὸν Τζάφα, καὶ τὸν Μαρβὰ, ὡς ἐκ τῆς σεβασμίου ὕλης τοῦ θεοῦ τερατεύεται. πρὸς τούτοις δὲ καὶ τοὺς μυθευομένους ὑπ᾽ αὐτοῦ προφήτας, καὶ ἀποστόλους, οἷον τὸν Χοὺδ, καὶ Ἀζαλὲτ, ἢ Σαλέχ, καὶ τὸν Συάιπ καὶ τὸν Ἐδρὶν, καὶ τὸν Λουκμάν. Plena etiam hiſce nominum portentis Librorum Apocryphorum monumenta. Liber Apocryphus Enochi hæc nomina recenſet Angelorum, quos ἐγρηγόρους vocat.

Α.	Σεμιάζας	ΙΑ	Φαρμαρὸς
Β.	Ἀταρκούφ	ΙΒ	Ἀμαριήλ
Γ.	Ἀρακιήλ	ΙΓ	Ἀναγημὰς
Δ.	Χαβαβιήλ	ΙΔ	Θαυσαήλ
Ε.	Ὀραμμαμὴ	ΙΕ	Σαμιήλ
ς.	Ῥαμιὴλ	Ις	Σαρινᾶς

Z.	Σαφὶχ	IZ	Ευμιὴλ
H.	Ζακιὴλ	IH	Τυριὴλ
Θ.	Βαλκιὴλ	IΘ	Ιερμιὴλ
I.	Αζαλξιὴλ	K	Σαριὴλ

Picus Mirandula ex Ebræorum ſapientium θεολογυμμένοις. *Novem ſunt Angelorum Hierachiæ, quarum nomina Cherubim, Seraphim, Haſmalim, Hagot, Aralim, Tharſiſim, Ophanim, Thephſraim, Iſna.* Notiſſimum eſt, quot & quanta Angelorum inſauſta βδελύγματα procuderit recentiorum Magorum περιεργία. In quorum libris hæc nomina aliquando occurrunt Bethor, Aratron, Phalect, Opiel, & Hagith. Quæ ſceleſta ἀγγελοθρησκεία in hac Laodicena Synodo damnatur, & in Capitulis Caroli Magni lib. I. Cap. XVI. *Item in eodem Concilio præcipitur, ut ignota Angelorum nomina, nec fingantur, nec nominentur, niſi illorum, quos habemus in authoritate: hi ſunt, Michaël, Gabriël, Raphaël.* Et hæc eſt noſtra hujus Canonis interpretatio.

CLXXXVIII. *Ut nullus Chriſtianus ballare.* βαλλίζειν dicitur Suidæ τὰ κύμβαλα κτυπεῖν, καὶ πρὸς ἐκεῖνον ἦχον ὀρχεῖσθαι, id eſt βαϐύλια & βακύλλια, ut vocat Heſychius, quæ ſunt percuſſionalia acitabula pulſando ſaltare, ut in Orcheſtra veneta ſæpe ſaltimbanqui ballematicis inſtrumentis plaudendo ſaltant. Ferrandus dixit ballare & cantare. Quæ genera cantilenarum *Zemiroth* dicuntur Ebræis. Dionyſius exiguus plaudere, & ſaltare, Mathæus Monachus: καὶ μη τοῖς ὀρχουμένοις, ἢ παίζουσι παρεγχεῖν τον νῦν. de quibus vide quæ ad Vopiſcum docuit Claudius Salmaſius optimus veteris ævi Interpres.

CLXXXIX. *Ut Donatiſtarum Clerici in ſuis hon. ſuſcip.* (*). Eccleſia habet virgam, unde minetur delinquenti, habet baculum, unde ſubveniat pœnitenti, ut inquit veteris Eccleſiæ acerrimus & doctiſſimus propugnator Arnobius ad Pſalm. XXII. Quod in Donatiſtarum ſchiſmate videmus uſurpatum fuiſſe, ut quam datum ſit Chriſtianæ φιλανθρωπίᾳ ſatis mirari vix quiſquam poſſit? Adeo nuſquam debet in hæreticis deeſſe invocatum Religionis ſubſidium. Nam quamvis ſeveriſſima foret vetus diſciplina in hæreticis ſuſcipiendis, publico tamen communis unitatis Eccleſiaſticæ bono factum fuit, ut aliquid de illa ſeveritate remitteretur, ut proſcripta illa Montenſium nomina, quæ feralem ſententiam paſſa fuerant, & dignitati, & bonis ſuis reſtituerentur. Quantum vero fuerit indulgentiæ beneficium ex his apertiſſime conſtabit. L. *Donatiſtas* Cod. Theod. *de Hæred.* Donatiſtarum Epiſcopi, Presbyteri, Antiſtites, & miniſtri omnibus facultatibus ſpoliantur, ad inſulas atque provincias exulandi cauſa jubentur dirigi. Ex L. I. Cod. Th. *eod. tit.* favor privilegiorum quæ contemplatione Religionis indulta fuerant, adimitur, ſcilicet Hæreticis omnibus privilegia, juraque immunitatum, ut indignis auferuntur. Ex L. *Ne Donatiſtæ* XLVI. & LIV. *ad Proconſ. Africæ.* Donatiſtæ hæreticorum famoſo nomine notantur, eaque de cauſa illorum bona Eccleſiæ viribus vindicanda erant, ſed quamvis injuſtiſſimo titulo Epiſcoporum inſulas, nomenque poſſiderent, non eſt interdictum uti poſſidetis oppoſitum, non vindicationis, non evictionis jure actum; Cum etiam non ex jure manu conſertum veniſſent, ſed vi publica omnia infeſtiſſimis furtis & cædibus pervaſiſſent, pœnam ex Lege Julia de vi publica intorqueri, diſtringique noluerunt, non reciperandi, retinendique Epiſcopatus ambitus ullus aut ſtudium fuit, ſed ſe ultro ab omni jure abdicare promptus & proclivis fuit animus, ut teſtatur Auguſtinus in Actis diſputationis cum Emerito habitæ, quem produxit vir Doctus, qui Acta Collationis Carthaginenſis ſuis commentariis, illuſtravit: *Si forte populi Chriſtiani ſingulis delectentur Epiſcopis, & duorum conſortium inuſitatam rerum faciem tolerare non poſſint, utrique de medio diſcedamus, & Eccleſiis ſingulis damnata ſchiſmatis cauſa, in unitate pacifica conſtitutis, ab his ſingulis in Eccleſiis ſingulis annuentibus, unitate facta per loca neceſſaria ſinguli conſtituantur.* Ubei vocat *conſortium inuſitatam faciem*, quod nuſquam antehac viſum, duos in una civitate in ſolidum Epiſcopatus munere defungi. Dionyſius Exiguus antiquarum ſynodorum Interpres ad Concilii Niceni Can. VIII. *Ubeicumque vero ſive in municipiis, ſeu in civitatibus ipſi ſoli reperti fuerint ordinati: qui inveniuntur in Clero, in eodem habitu perſeverent: ubei autem Catholicæ Eccleſiæ Epiſcopo, vel Presbytero conſtituto quidam ex illis advenerint: certum eſt, quod Epiſcopus Eccleſiæ habebit Epiſcopi dignitatem. Is autem, qui nominatur apud eos Epiſcopus honorem Presbyterii poſſidebit, niſi forte placuerit Epiſcopo nominis eum honore conferi. Si vero hoc ei minime placuerit, providebit ei, aut Chorepiſcopatus, aut Presbyterii locum, ut in Clero prorſus eſſe videatur, ne in una civitate duo Epiſcopi probentur exiſtere.* Quod & in vetuſtiſſimo Regienſi in Galliis Synodo obſervatum fuiſſe legimus in Armentario, qui cum contra canonicam inſtitutionum Eccleſiaſticarum formam fuiſſet ordinatus, pœna eſt illi condonata, nomenque Chorepiſcopi conceſſum. Ea enim erat horum temporum religioſiſſima diſciplina, ut ſi quis in hæreſim prolapſus Epiſcopus, aut Clericus vellet ejurata hæreſi in Eccleſiam inauthorari, honorariæ dumtaxat dignitatis cingulo frueretur, ut de Meletio & Euſthatio narrant ſcriptores Eccleſiaſtici. Sed Donatiſtis tanto judicii, & benignitatis temperamento exhibita fuit φιλανθρωπία, tantum in Orthodoxorum animis exarſit fidei propagandæ, & Eccleſiaſticæ unitatis ſervandæ ſtudium, ut qui à Donatiſtarum partibus ad Catholicorum caſtra redirent, non ſolum noxæ eximerentur ſed & dignitati reſtituerentur Patres Carthagin. Can. IV. ſub Vincentio & Flavito. X. CC. Coſſ. περὶ τοῦ, τοὺς κληρικοὺς τῶν Δονατιςῶν ἐν τῷ κλήρῳ τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας ἀναδέχεσθαι. Clericis ſua conceſſa privilegia, & Epiſcopis plena judicis ordinarii juriſdictio indulta. Bonum factum deſcribit elegantiſſime Auguſtinus Epiſt. L. ad Bonifacium: *Si ergo, inquiunt, oportet ut nos extra Eccleſiam & adverſus Eccleſiam fuiſſe pœniteat, ut ſalvi eſſe poſſimus, quomodo poſt iſtam pœnitentiam apud vos Clerici, vel etiam Epiſcopi permanemus? Hoc non fieret, quoniam revera, quod fatendum eſt, fieri non deberet, niſi pacis ipſius compenſatione ſanarentur. Sed ſibi hoc dicant, & multo magis humiliter doleant, qui in tanta morte præciſionis jacent, ut iſto quodam vulnere matris Catholicæ reviviſcant. Cum enim præciſus ramus inſeritur, fit aliud vulnus in arbore, quo poſſit recipi, ut vivat, qui ſine vita radicis peribat. Sed cum receptus recipienti coaluerit, & vigor conſequitur, & fructus. Si autem non coaluerit, ille quidem areſcit, ſed vita arboris permanebit. Eſt enim & tale inſerendi genus, ut nullo præciſo ramo, qui intus eſt, ille qui foris eſt inſeratur, non tamen nullo, ſed vel leviſſimo arboris vulnere: Ita ergo & iſti cum ad radicem Catholicam veniunt, nec eis quamvis poſt errpris ſui pœnitentiam honor Clericatus, aut Epiſcopatus aufertur, fit quidem aliquid tanquam in cortice arboris matris contra integritatem ſeveritatis. Veruntamen, quia neque qui plantat eſt aliquid, neque qui rigat, ad Dei miſericordiam precibus fuſis coaleſcente inſitorum pace ramorum, charitas cooperit multitudinem peccatorum.*

Ut

(*) *Donatiſtæ in Eccleſiam admiſſi.*

Ut enim conſtitueretur in Eccleſia, ne quiſquam poſt alicujus criminis pœnitentiam Clericatum accipiat, vel ad Clericatum redeat, vel in Clericatu maneat, non deſperatione indulgentiæ, ſed rigore factum eſt diſciplinæ. Sed & altius ſubvecta fuit aura illius Chriſtianæ pietatis in ſuſcipiendis Donatiſtis, nam ſi quis ejuraſſet Donatiſtarum perfidiam, tanquam poſtliminio reverſus videbatur, priſtina jura repetebat, ut triennii præſcriptione ſubmoveri non poſſet. (*) Tiliana Canonum Egloge: μὴ προχρηματισθέιη περὶ τῦ ὁρισθέντος χρόνε, ἀλλ' ἐξ ἧς ἡμέρας ἐπέστρεψεν. Εσχέτω ἐξυσίαν ἀναζητεῖν ὄντος τριετίας τὺς τόπυς τῆ αὐτῦ αἰρέσεως καθέδρα. Quibus communium Parochiarum æquis partibus facta diviſio Ariſtenœus in ſylloge Canonum: καὶ μεταξὺ αὐτῶν, ἢ καὶ ἑτέρων καθολικῶν Επισκόπων παροικίας τινὲς ἦσαν, ἐν αἷς καὶ ἀμφότεροι ἐπισκοπικὰ δίκαια εἶχον. γινέσθω ἡ διαίρεσις τῆ ὅλως ἀνακειμένων ἐνοριῶν, ἤγυν παροικιῶν, καὶ διοικήσεων μεταξὺ αὐτῶν ὑπ' ἴσης. De quibus Greg. cap. I. *de Paroch.* Hæc tamen ſtatuta fuit cautio, ut conſortes Epiſcopi, quaſi ſucceſſione mutua ἀλληλοκληρονόμοι ſcriberentur, ut dum alter in poſtrema fata conceſſiſſet, uni ſuperſtiti in ſolidum obveniret Epiſcopatus. De hac hæreſi Donatiſtarum videtur quædam confinxiſſe Harmenopolus περὶ αἱρέσεων: οἱ περὶ τὸν Δονατον ὅτι τῇ χειρὶ κατέχοντες ἐκεῖνο πρότερον ἠσπάζοντο, καὶ ὕτω μετελάμβανον τῶν αγιασμάτων. Quæ fere de Lucilla turbulentiſſimi ingenii femina referuntur ab Optato Milevitano lib. I. de Schiſmate Donatiſtarum: *Ante ſpiritualem cibum, & potum os neſcio cujus Martyris, ſi tamen Martyris, libare dicebatur, & cum præponeret Calici ſalutari os neſcio cujus hominis mortui, etſi Martyris, ſed nondum vindicati, correpta cum confuſione irata diſceſſit.* Ex quibus vides quanta in Orthodoxis Eccleſiæ Africanæ Epiſcopis eluxerit animorum moderatio, quæ non ſolum ſui ſæculi laude digniſſima fuit, ſed ad immortalem Chriſtianæ poſteritatis memoriam tranſmitti debuit; ut cuique pateat in Eccleſiarum ſancienda, firmandaque unitate plus dandum eſſe Eccleſiaſticæ benignitati, quam ſeveritati, non equidem torquendam, ſed flectendam, & ad tempus exigendam Canonum ſancitam normam, ut apertiſſime docet Auguſtinus de moderatè coërcendis Hæreticis. Alias communem ſuſcipiendorum hæreticorum morem perſequemur, libellos Abjurationum, Emendationum, & Satisfactionum repræſentabimus, & In Unctionum ritum ſtudioſiſſime diſcutiemus.

CXCVI. *Ut omnes ſervi, vel proprii liberti.* Hæreſis crimen infamiam importare compertiſſimum eſt ex L. *Nullus hæreticis* §. *Qui vero Cod. de ſum. Trin.* ſuis enim apertis criminibus denotari, & ut interpretantur Juriſconſulti Græci ἀτίμυς εἶναι dicuntur. Qua de re interdictus fuit omnis actus legitimus, & quæ actus legitimi formam aliquam refert teſtimonii dictio, quam legitimam converſationem vocat lex penult. *Cod. De Hæret.* Quæ ſanctio maxime valuit adverſus Manichæos Borboritas, Montaniſtas, Taſcodrugitas, Ophitas, & Paganos & Samareitas, quos ferro, flammis, & quibuſlibet ſuppliciis perſecutus eſt Juſtinianus, ut author eſt Liber Famoſus Procopii adverſus Juſtinianum, quem in lucem pronulit ex Bibliotheca Vaticana Nicolaus Alemannus. Aliarum vero hæreſeon aſſeclis teſtamentaria, & quæ in ultimis elogiis, & contractibus edi conſueverunt, permiſſa fuere, ne probationum facultas anguſtaretur, & ut habent Baſilica τῶν πλειόνων χάριν τῶν ἀποδείξεων. Synopſis Baſilικῶν περὶ τῶν Μαρτύρων, καὶ ἐυ υπολήπτων, καὶ ἀτίμων: Τῶν Αιρετικῶν οἱ μὲν Μανιχαῖοι, ἢ Βορβορῖται ἢ Ελληνες, ἢ Σαμαρεῖται, ἢ Μοντανισταὶ, ἢ Ασκοδρυγίται, ἢ Οφῖται, ἢ οἱ τὴν Ιυδαικὴν θρησκείαν σέβοντες, ἐν μηδενὶ μαρτυρείτωσαν, οἱ δὲ λοιποὶ πάντες ἐν δικαστηρίῳ μὲν Ορθόδοξον ἔχοντες ἀντίδικον μὴ δεχέσθωσαν: Εν δὲ τοῖς λοιποῖς πᾶσι συναλλάγμασιν ἢ διαθήκαις, ἢ δικαστηρίοις αἱρετικὺς ἔχυσι ἀντιδίκυς, ἀδιαστίκτως μαρτυρείτωσαν. Nec enim Judæus aut hæreticus ad teſtimonium dicendum admittitur adverſus Orthodoxum, ipſis tamen adverſum ſe litigantibus invicem teſtimonium ferre conceſſum fuit.

CCII. *Ut ægrotantibus quando ipſi loqui non poſſunt.* Optime Fulgentius Ruſpenſis Epiſcopus ad Ferrandum noſtrum Carthaginenſis Eccleſiæ Diaconum hunc Canonem interpretatur de Baptiſmo Æthiopis moribundi: *Dicis itaque quod Religioſi cujuſdam viri famulus, ætate adoleſcens, colore Æthiops, dominorum fidelium diligentia ſacramentis Eccleſiaſticis imbuendus fuerit ad Eccleſiam traditus, & ex more catechumenus factus. Poſt aliquantum nihilominus tempus, propinquante ſolemnitate Paſchali, inter Competentes oblatus, ſcriptus, eruditus, univerſa quoque Religionis Chriſtianæ myſteria cognoſcens atque percipiens, celebrato ſolemni ſcrutinio, per exorciſmum contra Diabolum fuerit vindicatus; cui ſe renunciare conſtanter, ſicut Eccleſiæ Carthaginenſis, in qua jam Deo propitio Diaconus militas, conſuetudo poſcebat, auditurus ſymbolum fuerit profeſſus. Jam inſuper ſancti ſymboli verba memoriter in conſpectu fidelis populi clara voce pronuncians, piam regulam dominicæ orationis accepit. Qui ſimul jam, & quid crederet, & quid oraret intelligens, futuro baptiſmati parabatur. Quem dicis violentis febribus invaſum & creſcente lethali infirmitate turbatum. Adjicis autem quod perſuaſerit dierum brevitas, ut ad fontem cum cæteris abluendus differretur, ſive potius ſervaretur. Dicis quoque advenisse horam exoptatam cunctis, in qua populus acquiſitionis redemptori ſuo per Baptiſmum conſepultus, vitam veterem deponeret, & novam reſurrectionis fidem innovatus aſſumeret. Tunc ille, ut ais, in extremo habitu conſtitutus, ſine voce, ſine motu, ſine ſenſu, nihil valens ſacerdoti interroganti reſpondere, deferentium manibus apportatur & pro eo vobis quaſi pro infante, reſpondentibus, mente abſentiſſimus accepit baptiſmum, quem ſe accepiſſe, poſt paululum mortuus, in hac præſenti, quantum arbitraris vita neſcivit.* Et poſt aliqua *Digne illum credimus eſſe ſalvatum, cui & ante baptiſma credulitas, & intelligentiæ confeſſio non defuit, & in hora Baptiſmi vita, quamvis in infirmo & febricitante, permanſit. Vita igitur, quæ contraxit originale peccatum, quia quando potuit teſtimonium ſuæ conſcientiæ, atque intelligentiæ dedit, etiam quando confiteri non potuit illius confeſſionis merite remiſſionem peccati originalis accepit. Maxime conſecratione unitatis Eccleſiæ ſuffragante, qua factum eſt, ut confeſſionem tempore præterito redditam, quia non potuit in hora baptiſmi reddere propter infirmitatem corporis adjutorio fraternæ redderet caritatis, ut eorum membrorum verbi fuiſſet adjutus, quorum fuit conſortio deputandus.* Et alio loco. *Proinde ideo debet ſecundum paternos Canones infirmus ille, cujus voluntati non deeſt atteſtatio proximorum, ſine dubio baptizari, ut & miniſter verbi liber ſit à culpa negligentiæ, & ille fiat conſors, particepſque juſtitiæ.*

CCXII. *Ut in die quintæ feriæ ſeptimanæ ſanctæ Paſchæ ſecundo offeratur.* Beda de ratione Computi hanc dierum apud Ebræos computationem deſcribit. *Prima Sabbati, vel una Sabbati, ſive Sabbatorum, ſecunda Sabbati, tertia Sabbati, quarta Sabbati, quinta Sabbati, ſexta Sabbati, vel Sabbato.*

(*) *Gregorius cap. 1. de Præſcrip.*

bato. *Non quia omnes Sabbatorum, hoc eſt requietionum dies eſſe non potuerint, ſed quia à requietionum die, quæ ſuo nomine, & cultu ſingularis excellebat; prima, vel ſecunda vel tertia, ſic cæteræ ſuo quæque cenſerentur ex ordine.* Apud Orientales Barbaros hanc ſingulæ dies hebdomadis appellationem ſortiuntur I. *Baſan Juni* dies noſter Dominicus. II. *Baſar Erteſi*, qui dies proxime mercatum hebdomadarium conſequitur. III. *Salli.* IV. *Dſar ſchamba.* V. *Peſchambe.* VI. *Dſiuma* aut *Zuna*, aut ut alii pronunciant *Dſiuma Juni* dies publicis cœtibus ſuorum ſacrorum convocandis deſtinatus. VII. *Dſiuma Erteſi*, qui nobis eſt dies Sabbathi: Eccleſia Romana dies ſingulos hebdomadis abdicato prophano nomine Planetarum, ex ſecundæ, tertiæ, quartæ, quintæ & ſextæ feriæ nomenclaturis deſignavit. Quæ appellatio primum in uſum venit, quod Paſcha in Eccleſia novi anni Eccleſiaſtici auſpicium reſeraret, unde hanc Paſchatis hebdomadam Eccleſia Conſtantinopolitana vocat διακαινίσιμον, & Synodus VI. in Trullo καινὴν ἑβδομάδα. Qui omnes dies Paſchales, qui ſeptenni vel præcedunt ordine, vel ſequuntur, feriatici ſunt, & in eadem obſervatione numerantur ex L. II. Cod. Theod. de Feriis, qua dies ipſe Paſchatis, quem Juſtinianus Nov. VIII. vocat μεγάλην, καὶ κοινοτάτην ἑορτὴν Euſebius Cæſarienſis ἑορτὴν διαβητηρίων, & Gregorius Nazianzenus ἑορτὴν ἑορτῶν, καὶ πανήγυριν πανηγύρεων. Nov. Manuelis Comneni Porphyrogennetæ περὶ τῶν ἡμερῶν ἀπράκτων: αἱ Πασχάλιαι τῶν ἡμερῶν, ἀπ' αὐτῆς τῆς τοῦ Λαζάρου ἐγέρσεως, μέχρι καὶ εἰς αὐτὴν τὴν μετὰ τὸ ἅγιον πάσχα ὀγδόην. Concilium Trullanum: Ἀπὸ τῆς ἁγίας ἀναστασίμου χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἡμέρας, μέχρι τῆς καινῆς κυριακῆς, τὴν ὅλην ἑβδομάδα ἐν ταῖς ἁγίαις ἐκκλησίαις σχολάζειν δεῖ, & hanc Hebdomadam recentioris Græciæ ſcriptores vocant ἀντίπασχα. Synodus Matiſconenſis II. Can. II. *Paſcha itaque noſtrum, in quo ſummus ſacerdos & Pontifex pro noſtris delictis nullam habens obnoxietatem peccati immolatus eſt, debemus omnes feſtiviſſime colere, & ſedulæ obſervationis ſinceritate in omnibus venerari: ut illis ſanctiſſimis ſex diebus nullus ſervile opus audeat facere, ſed omnes ſimul coadunati hymnis Paſchalibus indulgentes perſeverationis noſtræ præſentiam quotidianis ſacrificiis oſtendimus, laudantes creatorem ac regeneratorem noſtrum veſpere, & mane & meridie* Concilium Meldenſe Can. LXXVII. *Dies quoque octo ſacroſanctæ Paſchalis feſtivitatis omnibus Chriſtianis feriatos eſſe decernimus, ab omni opere rurali, fabrili, carpentario, gynetiario, cæmentario, pictorio, venatorio, forenſi, mercatorio, audientiali, ac ſacramentis exigendis.* Quibus diebus omnis privatorum, & publicorum debitorum dilata exactio, & theatrorum ludorumque circenſium publica editione interdictum L. V. *Cod. de ſpectaculis*, & Patres Carthaginenſes Can. LXII. Μάλιστα ὅτι ἐν τῇ ὀγδοάδι τοῦ Ἁγίου Πάσχα οἱ ὄχλοι μᾶλλον εἰς τὸ ἱπποδρόμιον, ἤπερ εἰς τὴν Ἐκκλησίαν συνέρχονται. Ὀφείλειν μετατεθῆναι τὰς ὡρισμένας αὐτῶν ἡμέρας, ὅτε ἀπαντήσῃ, καὶ μὴ ὀφείλειν τινὰ τῶν χριστιανῶν πρὸς τὰ θεάματα ἀναγκάζεσθαι. Ita ut hi ſepteni dies qui Paſcha ἀναστάσιμον auſpicio ceremoniarum præcurrunt, ut qui Magnæ Paſchalis Hebdomadis in ſe revolutum ordinem complent, feſtivo ritu agerentur cujus Hebdomadis auſpiciis dedicatum fuit quadrageſimæ jejunium, cujus ea fuit religio, ut omnis cognitio criminalium quæſtionum conquieſceret L. VI. *Cod. De feriis.* Unde nî fallor Syneſius Epiſt. XIV. Ad Bonifacium: τοῦ γὰρ ἱερέως, εἰς ἰδίαν ὑπόθεσιν, παρελθεῖν ἀγώγιμον ἄνθρωπον ἐν ἱερασίμοις ἡμέραις. Quare cum hæc ſanctiſſima hebdomas novi anni Eccleſiaſtici foret auſpicium, illamque feriatici cultus religio conſecraret, inde factum eſt, ut abs illius principis hebdomadis auſpicio omnes dies conſequentium hebdomadum feriæ appellarentur, uti viſum eſt viris Doctiſſimis ad tit. *de Feriis*, & in Opere Annalium Eccleſiaſticorum. Placet excurrere in omnes hujus Canonis partes *die quintæ feriæ ſeptimanæ ſanctæ.* Hanc feriam quintam ſeptimanæ ſanctæ univerſa Eccleſia ſanctiſſimis priſcorum rituum obſervationibus commendavit, ac illa imprimis religioſiſſima Euchariſtiæ veneratione, cujus inſtitutionem ridiculo commento traduxit Ἀκολουθία τυπικῶν Græcorum: μετὰ τὴν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ χριστοῦ φρικτὴν ἀνάστασιν, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου πνεύματος κάθοδον. Καὶ ἕως τοῦ μερισμοῦ τῶν ἁγίων ἀποστόλων διὰ τὸ κήρυγμα, ἦσαν πάντες οἱ Ἀπόστολοι ὁμοθυμαδὸν, καὶ μετὰ τὴν εὐχὴν ἐν τῷ ἀρίστῳ ἀνακεκλιμένοι ἀφιέντες κενὸν τόπον, ἐν τούτῳ προσκεφάλαιον ἐτίθεισαν. καὶ ἐπὶ τῷ προσκεφαλαίῳ τμῆμα ἄρτου, ἐξ οὗ ἤσθιον εἰς μοῖραν χριστοῦ. μετὰ δὲ τὸ ἄριστον ἀνιστάμενοι, καὶ εὐχόμενοι, καὶ εὐχαριστοῦντες, ἐλάμβανον τὸ τμῆμα, ὃ εἰς τὴν τοῦ Κυρίου ἐπεκέκλητο μοῖραν, τοῦτο δὲ ὑψοῦντες, ἔλεγον. δόξα σοι ὁ θεὸς ἡμῶν δόξα σοι. Δόξα πατρὶ, καὶ υἱῷ, καὶ ἁγίῳ πνεύματι, καὶ αὖτις τοῦ μέγα τὸ ὄνομα, τὸ χριστὸς ἀνέστη ἕως τῆς ἀναλήψεως, ἔκτοτε δὲ μέγα τὸ ὄνομα τῆς ἁγίας τριάδος. Κύριε Ἰησοῦ, Χριστὲ βοήθει ἡμῖν, καὶ ταῦτα μὲν ἐτελεῖτο οὕτως ἐποίει δὲ καὶ τοῦτο ἕκαστος αὐτῶν ἔνθα ἔτυχε, μέχρι τῆς κοιμήσεως τῆς θεοτόκου, ὅτε δὲ τὴν πανκόσμιον σύναξιν, διὰ νεφελῶν ἐποιήσαντο. Διὰ τὴν τῆς θεοτόκου δεσποίνης μετάστασιν, τὰ εἰκότα τελέσαντες. μετὰ τὴν ταφὴν αὐτῆς δηλονότι τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ παραμυθίαν ποιούμενοι, καὶ μετὰ τὸ ἄριστον ἀναστάντες τὸ τμῆμα τοῦ ἄρτου τοὺς εἰς ὄνομα κειμένου Χριστοῦ, κατὰ τὸ ἔθος ἀνυψώσαντες, καὶ τὸ μέγα ὄνομα προσειπόντες. Donec Cantor, vos plaudite, dicat. Adeo riſum conciebat hujus proſcænii apparatus, ut à me fruſtra brevis moræ otium impetraverim, dum exodiarius prodiret. Proh nænias, fabulaſque procul ablegandas. Quid hoc quæſo eſt poſt fuſas preces Apoſtolos, dum cœnæ accumberent, in vacuum locum ſeceſſiſſe, & pulvino panis fruſtum impoſitum, ex quo in ſortem Chriſti comederent, riteque elatum ſacro carmine proſecutos fuiſſe. Et hoc genere affaniarum laſciviit ſemper Græcia Quibus ſingulis diſcutiendis non immorer. Hac ipſa die in Oriente fanatici impoſtores Paſcha uſurpant, ſibique, poſtquam à ſe mutuam qua oſculis, qua amplexibus exorarint veniam privatarum, aut publicarum injuriarum, fauſtam Paſchatis ſuſceptionem hac formula apprecantur: *Alla cher Beheiram Verſenas* Arabice *Teib Beheiram Lacbe.* Procopius in illo facerrimo & maledicentiſſimo Hiſtoriæ Arcanæ centone: παρέλαβον τοίνυν τὴν βασιλείαν ἐνστάντος τι καὶ θεοδίκου πρότερον τῆς ἑορτῆς ἡμέραις τρισὶν, ὅτε δὴ οὔτε ἀσπάζεσθαί τινα, οὔτε εἰρηναῖα προσειπεῖν ἔξεστιν, nulli ſalutem dicere, aut pacem impertire fas eſt, in quibus recenſendis eget cenſore Alemannus. Hæc enim hinc fluxit obſervatio, quod hanc hebdomadam luctu continuo precibuſque exigerent, unde hebdomadam μετανοίας Græci appellarunt.

CCXIX. *Ut nullus in precibus.* Qui fuerint precum inſtructores vulgo notum ex ipſa indigetatione, de quibus Euſebius lib. XII. cap. XVI.

Εὐαγγελικῆς

Εὐαγγελικῆς συμπαρασκευῆς: Συγχωρῶ γε τόγε τοσοῦτον, καὶ ἐγὼ τοῖς πολλοῖς, δεῖν τὴν μουσικὴν ἡδονῇ κρίνεσθαι, μὴ μέντοι τῶν γε ἐπιτυχόντων, ἀλλὰ σχεδὸν ἐκείνην εἶναι μοῦσαν καλλίστην, ἥτις τοὺς βελτίστους καὶ ἱκανῶς πεπαιδευμένους τέρπει, μάλιστα δὲ ἥτις ἕνα τὸν ἀρετῇ τε καὶ παιδείᾳ διαφέροντα, διὰ ταῦτα δὲ ἀρετῆς φαμὲν δεῖσθαι τοὺς τούτων κριτὰς, ὅτι τῆς τε ἄλλης μετόχους αὐτοὺς εἶναι δεῖ φρονήσεως, καὶ δὴ καὶ τῆς ἀνδρείας. οὔτε γὰρ παρὰ θεάτρου δεῖ τόγε ἀληθῆ κριτὴν κρίνειν μανθάνοντα, καὶ ἐκπληττόμενον ὑπὸ τοῦ θορύβου τῶν πολλῶν, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀπαιδευσίας. οὔτ' αὖ γιγνώσκοντα ἀνανδρίας, καὶ δειλίας ἐκ τοῦ αὐτοῦ στόματος, ὅπερ τοὺς θεοὺς ἐπεκαλέσατο μέλλων κρίνειν, ἐκ τούτου ψευδόμενον ἀποφαίνεσθαι ῥαθύμως τὴν κρίσιν. οὐ γὰρ μαθητὴς, ἀλλὰ διδάσκαλος ὅσγε τὸ δίκαιον θεατῶν μᾶλλον ὁ κριτὴς καθίζει, καὶ ἐναντιωσάμενος τοῖς τὴν ἡδονὴν μὴ προσηκόντως μηδὲ ὀρθῶς ἀποδιδοῦσι θεαταῖς. Καὶ παρ' Ἑβραίοις τὸ παλαιὸν οὐ τοῦ πλήθους ἦν τὸ κρίνειν τοὺς ἐκ θείου πνεύματος προφηρομένους καὶ τὰς ἐνθέους ᾠδὰς ἀλλ' ἦσαν βραχεῖς καὶ σπάνιοι, μέτοχοι, καὶ αὐτοὶ θείου πνεύματος διακριτικοῦ τῶν λεγομένων, οἷς καὶ μόνοις ἐξῆν ἐγκρίνειν, καὶ δὴ ἀφαιροῦν τὰς τῶν προφητῶν βίβλους, τὰς δὲ τῶν μὴ τοιούτων ἀποδοκιμάζειν. Quem locum optima ſui parte mutilum exhibuit Georgius Trapezuntius, qui non meliorem à viris doctis inivit gratiam in Euſebio, quam in Platone à Beſſarione, aut à Majoratio in Ariſtotele. Ex quibus quiſque animadvertit apud Judæos priſcis temporibus inſtitutos precum inſtructores, quibus id incumbebat muneris, ſuffragiis Prophetarum libros comprobare, & ſi quæ forent ἀδόκιμα reicula pronunciare.

CCXX. *Ut una ſit in Sacramentis per omne Byſacium diſciplina ex Concil. Marizanenſi.* Hieronymus de Nom. *Hadrumetus civitas in Byſatis regione Africæ.* In vulgatis Codd. Baſatium corrupte legebatur. Vetus inſcriptio Gruteri Pag. CCCLXI.

L. ARADIO. VAL. PROCULO. V. C.
AUGURI.
PONTIFICI. MAJORI.
QUINDECEMVIRO SACRIS. FACIUNDIS
PONTIFICI. FLAVIALI
PRÆTORI. TUTELARI
LEGATO. PRO. PRÆTORE. PROVINCIÆ. NUMIDIAE
PERÆQUATORI. CENSUS. PROVINCIÆ. GALLECIÆ
PRÆSIDI. PROVINCIÆ. BYZACENÆ
CONSULARI. PROVINCIÆ. EUROPÆ. ET. THRACIÆ.
CONSULARI. PROVINCIÆ. SICILIÆ.
COMITI. ORDINIS. SECUNDI
COMITI. ORDINIS. PRIMI
PROCONSULI. PROVINCIÆ. AFRICÆ. VICE
SACRA JUDICANTI. FIDEMQ. JUDICIO. SACRO
PER. PROVINCIAS. PROCONSULAREM. ET.
NUMIDIAM. BYZACIUM. AC TRIPOLIM
ITEMQUE MAURETANIAM. SITIFENSEM. ET
CÆSARIENSEM
PERFUNCTO. OFFICIO. PRÆFECTURÆ. PRÆTORIO
COMITI. ITERUM. ORDINIS. PRIMI. INTRA. PALATIUM
PRÆFECTO URBI. VICESACRA. ITERUM. JUDICANT
CONSULI. ORDINARIO
HUIC. CORPUS. SUARIORUM. ET CONFECTUARIORUM
AUCTORIBUS. PATRONIS. EX AFFECTU. FIDEM. JURE.
DEBITO STATUAM. PATRONO. DIGNO PONENDAM.
CENSUIT.

Ex Concil. Marizanenſi. In Collationis Carthaginenſis ſubſcriptionibus Marazanenſis; Mazacenſis, Manazenenſis, & Mataritanenſis Epiſcopus ſubſcribit Stephanus, περὶ τῶν πόλεων: Μάσυες οἱ Λιβύης νομάδες. Ἑκαταῖος περιηγήσει. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεροι μάσυες, καὶ ἕτεροι μάζυες. Ita apud Ferrandum Thenitanum & Thunitanum, & apud Plinium, lib. V. cap. IV. Tunicenſe oppidum. Stephanus: πόλις Λιβύης, ὡς Πολυΐστωρ Ἀλέξανδρος ὁ πολίτης Θυναῖος, ὡς Δωδωναῖος. Θυνία ἡ χώρα τῶν Θυνῶν. τὸ ἐθνικὸν Θυνὸς ὁμοφώνως τῷ οἰκιστῇ τῆς Θυνίας, ὡς Βίταλος Ἰταλός. Ita etiam apud Ferrandum Tuſduritanum Concilium, apud Plinium oppidum Tuſdritanum? Ita apud Gratianum Ananetenſe pro Nannetenſi. Qui errores ævi cenſentor.

CCXXI. *Ut Mulieres, quæ apud Græcos Presbyteriſſæ* (*). Cui non eſt dictum aliquid de matricularis mulierculis, ut ſi plura amem muginari, os nimis importunum inferre videar. Quæ alias matricula fuit appellata in Africa, nunc ni fallor Moſcovitis & Ruthenis (apud quos harum feminarum viget uſus) *Prokurica* appellatur, quod parando pani ad litandum ſacris quem *Proskuran*, id eſt προσφορὰν appellant, ſuam addicat operam. In veteri Chriſtianorum monumento femina obſequiis Martyrum devota legitur. Inſcriptio ex Smetianis ſchedis.

MAN-ROSA HIC. NOMINE. OMNIVM. GRATIA.
PLENA ◆ FIDELIS. IN XPO ◆ EIVS MANDATA.
RESERVANS ◆ MARTYRVM OBSEQVIIS DEVOTO TRANSEGI.
FALSI. SECVLI VITAM ◆ VNIVS VIRI CONSORTIO TER QVINVS CONIVNCTA PER ANNOS ◆
REDDIDI NVNC DOMINO ◆ RERVM DEBITVM COMMVNEM.
OMNIBUS. OLIM ◆ QUÆ VIXIT ANN. ◆ PLM
◆ XXXIII. DP. ◆ VIIII KAL ◆ FEBRVARIAS CONS
◆ AGINANT. FAVSTI. V. C. ◆

CCXXXI. *Ut omnes Eccleſiæ ab Eccleſia Carthagin. diem Paſchæ audiant* (†). Cum nulla explorata ratio ſibi conſtaret Periodorum, Cyclorumque Paſchalium, quos Græci Computi Eccleſiaſtici Authores Κύκλους ἑορταστικοὺς, & τόμους αἰωνικυκλευτικοὺς, & Πασχάλια appellarunt, ſed quæ fuerat ſancita ratio, peſſum iret, incertoq. ordine rueret dies Paſchatis: hæc in omnibus fere qua Orientis, qua Occidentis orbis Eccleſiis inolevit conſuetudo, ut majores Eccleſiæ τὰς ὑποχυμέναις proximum Paſcha indicerent, quem morem πάτριον & ἀρχαῖον vocat Syneſius Epiſt. XIII. Θεὸς ἡγεῖσθαι παντὸς ἔργου, καὶ λόγου. Τὸν δὲ διακομιστὴν τῶν πανηγυρικῶν γραμμάτων, ἃ καταγγέλλει τὴν κυρίαν τῆς ἑορτῆς ἡμέραν ἐννακαιδεκάτην τοῦ Φαρμουθὶ μηνός. ὡς τὴν ἐπὶ ταύτης ἀγούσης νυκτὸς τὸ ἀναστάσιμον ἐχούσης μυστήριον, τοῦτον καὶ προσιόντα, καὶ ἐπανιόντα φιλανθρωπίας ἁπάσης ἀξιώσατε. καὶ ἀμοιβῇ ζώων ἐφ' ἑκάτερα πέμψατε, ὅστις ὑπὲρ τοῦ μὴ γίνεσθαι, ταῖς Ἐκκλησίαις ἐλλιπὲς ἔθος ἀρχαῖον καὶ πάτριον, μέσοις ἑαυτὸν τοῖς τῶν πολεμίων ὅπλοις ἐπέδωκεν, ὑποστὰς ὁδοιπορῆσαι δι' ὑπαίθρου τῆς χώρας. Hanc ipſam diei Paſchalis nunciam tabellam σύμβολον τῆς ἑορτῆς vocat Gregorius Nazianzenus Epiſt. LIII. ad Helladium. Quæ ſolemnis Paſchatis feria indiculis laterculiſque perſcripta in majoribus Eccleſiis proſcripta vulgataque exhibebatur, ut habes apud Bedam de Ratione temporum, & authorem Chronici Alexandrini.

Syllabus Afgicanarum Synodorum quæ in indiculis Canonum Fulgentii Ferrandi laudantur.

Zellenſis ſive Cellenſis.	*Septimminicenſis.*
Marazianenſis Marazanenſis.	*Suffetulenſis.*
	Thenitana.
Macrianenſis.	*Zellenſis ex Epiſtola Syricii.*
Tuſduritana.	

(*) *Matriculæ & Conſecraneæ feminæ.*
(†) *Mos indicendi ſolemnem diem Paſchatis.*

FLAV. FRANCISCI
DE
HAUTESERE
A SALVAIZON.

Notæ & Animadverſiones
AD
INDICULOS ECCLESIASTICORUM CANONUM
CRESCONII AFRI.

ILLUSTRISSIMO
CARDINALI
DE
RICHELIEU.

HAUD publicam Imperii Majeſtatem invidioſa voce violaſſe videbor, ſi funeſtiſſimam temporum ſectam accuſaverim. In innocentem querelam exardet ambitioſus dolor, dum inclinantem veteris Franciæ umbram, obſcuraque veſtigia alto animo conſequor. Obſolevit illuſtris armorum noſtrorum fama, cujus glorioſiſſimo præſidio armati Reges ſedendo vincebant; qui nunc ſub pellibus vivunt, aut ancipitem ſtatariæ pugnæ aleam periclitantur. Veneror tuorum annorum canitiem, Chriſtianiſſima Eccleſia, quæ importuniſſimi ambitus infami propudio traducitur. Veneror Auguſtiſſimam tui quondam florentis nominis Majeſtatem, quæ in ipſo Imperii folio adoleveras, in quo æterni Regum vultus adorantur. Proh infelicem inauſpicati faſcini invidiam, quæ gloriam virtuti nubere vetat. Honorum inſignia veluti in vulgus jactata millibus fortunæ magis, quam merito cedunt. Ubivis vacua dumtaxat avitæ laudis ſimulachra, leveſque manes ſuperſtites aſpicio. Ad meliora poſtumæ ætatis judicia provocare nolui, nimium enim incerta dubiaque viſa eſt poſteritatis ſpes. Te unum in tam deplorabili rerum ordine Fortuna extulit, Illuſtriſſime Cardinalis, ad cujus ſacræ purpuræ lumen erubeſceret publicum dedecus. Tu Franciam ſuo nomini, ſuæque libertati reſtituiſti, quæ dudum melioris ſortis conſcia ad libertatem proclamabat. Tua Gloria ampliſſimum virtuti hoſpitium metata fuit, quæ minus ingrato ſolo merere ſtipendia deſtinabat. Violaverat alteram Majeſtatis divinæ imaginem ſacrilegi Martis licentia, quæ nulli Numinum ſanctitati, nulli religionum reverentiæ pepercerat. Circumfremebat maximus ubique bellorum turbo; ut in hac rerum omnium converſione novos flexus, novaſque vices emota tempeſtas præſagiret. Unica Gallia Aquilarum Leopardorumque præda parabatur. Sed tua illa invictiſſima martii animi vis ultra ſortem habitumque humanum eluctata novis ſubinde machinis concuſſit ſubruitque Europam; ut ipſa Natura Genium tuum adoraret. Videbaris inter naufragas irati maris undas, hoſtileſque naves ludicram navalis certaminis proluſionem edere. Illico in Numen tuum juravere Elementa, funeſtaque externi belli fax Oceano extincta periit. Tuos immortales vultus inhiantibus univerſim populis intulere communia publicæ lætitiæ vota. Voluit te conſorti titulo ſummarum compellare Regiæ victoriæ Ara. Te in æterna laude herciſcunda in partem triumphalium laurearum vocavit. Sed Tua Modeſtia illas victrices laureas Regiæ victoriæ tanquam donaria conſecravit, in quibus ſolum tui obſequii nomen perſcriberetur. Æque enim glorioſum eſt labentis coronæ ruinam fulcire, quam ipſam gloriam ſuſtinere. Adhuc producebatur in theatrum infamis Lupara, quæ ſæpius ſcænam aperuerat, quam Medæa, ipſaque fatalis Troja. Sed tandem aliquando erubuit implacabilis Aulæ inhoneſta frons. Conflatam ſuperiorum ætatum invidiam expurgavit Regum Sanctiſſimus, ſacrique ordinis pars optima Richelius. Res ſuas ſibi habere juſſa eſt venalis ambitio, quæ pridem Juſtitiæ pudicitiam deliberat. Non importunus flagitator ad inſulas, ſacraque Dyptica proſilit, niſi virtutis nobilitatis doctrinæque ſuffragio ſuffultus. Nunquam impune nobiliſſimi Regni Majeſtati tormentario apparatu Oceanoque impotens Rupella inſultabit, cui aqua & igni interdictum fuit. Admirando tuarum Elucubrationum opere, ILLUSTRISSIME VIRORUM, refloruit illa ſacra Eloquentia, quæ prima vagientis Eccleſiæ verba formarat. Tuæ autoritatis patrocinio inter fluctuantis Aulæ procellas arbitra incertæ rerum aleæ Virtus conſidet, nunquam inæquabili motu abrepta. Tuo beneficio ſeverioribus Muſis conſecratum hoſpitium, doſque inſcripta fuit. Sempiterna Tuæ Gloriæ monumenta exoſculantur Muſæ, quæ veluti extricatæ gemmæ tua manu in lineam miſſæ fuerunt. Illæ Tibi ad auguſtiſſimos apices viam fecere. Illæ tuæ memoriæ ſuaviſſimum depoſitum conſequentibus ſæculis conſignabunt. Verum nolo illuſtrem rerum geſtarum Hiſtoriam texere, quæ ſe tibi Patriæ libertatis aſſertori, Italici fœderis vindici, litterarum reſtauratori aliquando dedicabit. Heic Eccleſiaſticæ leges, tanquam perennes Immortalitatis ſtatuæ, tuos vultus exſcribent. In his ſacrarum Sanctionum monumentis tuæ incomparabilis ſanctitatis, modeſtiæ ſingularis divinæque virtutis fideliſſima imago repræſentabitur. Tuam ubivis gentium enarrabunt vitam Eccleſiaſtici Canones, ad æternum ævi proximi dedecus, glorioſiſſimam ſæculi noſtri laudem, & ſanctiſſimum Chriſtianæ poſteritatis exemplum.

Tuæ Illuſtriſſimæ Celſitudini

Addictiſſimus

DE HAUTESERE.

LECTORI.

L E C T O R I.

BONUM factum viſum eſt rei canonicæ quam abs iniquiſſima ingrati ſeculi injuria, & abs indoctiſſimorum pulpitorum inſcitia imprimis vindicare ambio, ſi heic prologo galeato quædam ſubjicerem, quæ fortaſſis χρηματισμοῦ non indigna videbuntur. Atque illud primum obſervandum eſt religioſiſſima veteris Eccleſiæ ſuffragia ſæpe ſummo juri obrogaſſe, id contumaci rerum conſiliaria neceſſitate efflagitante, ita ſub Vincentio & Flavio VV. CC. Coſſ. convocata Carthaginenſis Synodus Donatiſtas in integrum reſtituit, ut qui falſis infularum titulis ſubnixi Pontificium nomen polluerant in Eccleſiam Catholicam inauthorati expiarent, & iiſdem dignitatum inſignibus fruerentur, quibus fuiſſent antehac aucti. Dionyſius Exiguus Can. LXVIII. Deinde placuit, ut litteræ mittantur ad fratres, & Coëpiſcopos noſtros, & maxime ad ſedem Apoſtolicam in qua præſidet memoratus venerabilis frater & collega noſter Anaſtaſius, quo noverit habere Africam magnam neceſſitatem propter Eccleſiæ pacem & utilitatem; ut & ipſis Donatiſtis quicumque Clerici correcto Concilio ad Catholicam unitatem tranſire voluerint, ſecundum uniuſcujuſque Epiſcopi Catholici voluntatem atque conſilium qui in eodem loco gubernat Eccleſiam, ſi hoc paci Chriſtianæ prodeſſe viſum fuerit in ſuis honoribus ſuſcipiantur, ſicut prioribus ejuſdem diviſionis temporibus factum eſſe manifeſtum eſt. *Publicam ſcilicet diſciplinæ Eccleſiaſticæ integritatem viſus eſt libare mucro, ut delibati avulſique rami inſitione adoptarentur. Exigit enim plerumque rerum inviolabilis ordo fatumque, ut recuſatis ſeveritatis ſuffragiis ſola Clementia arbitra & judex ſedeat.*

Alias inter funeſta publicorum criminum ſpectacula conſultiſſimæ diſſimulationis remedium imploravit Eccleſia, ita Innocentius I. Pontif. max. Epiſt. III. ad Epiſcopos Synodi Toloſanæ: Nam de ordinationibus quas pravæ conſuetudinis vitio Hiſpanienſes Epiſcopos celebrare cognoſcimus, fuerat aliquid ſecundum majorum traditionem ſtatuendum, niſi perpenderemus ne perturbationes quam plurimis Eccleſiis moveremus. Quorum factum ita reprehendimus ut propter numerum corrigendorum, ea quæ quoquo modo facta ſunt, in dubium non vocemus, ſed Dei potius judicio dimittamus. *Et poſt aliqua.* Quaſi ſingula diſcutienda mandemus, non modicos motus, aut ſcandala Hiſpanienſibus provinciis, quibus mederi cupimus, de ſtudio emendationis inducemus. Idcirco remittenda potius hæc putamus. *Dum enim medicina vel invito morbo affertur, non remittit ſe ſed recrudeſcit inflammatus dolor. Nunc diviſa toto orbe Britannia commune Catholicæ unitatis Sacramentum ſancto voto firmaret, quæ nimium proclivi remedio in extremam deſperationem acta miſerabili diſcidio orthodoxæ religionis commercium Oceano Imperioque ſuo ſubmovit. Debent ſacro-ſanctæ rerum Eccleſiaſticarum leges ad lesbiam exigi flectique normam, ut lanx in hanc partem ſubſideat, peſſumque detur, quæ graviori publicæ utilitatis aut neceſſitatis pondere, quam nimium religioſo moroſoque juris præſcripto degravatur.*

Nonnunquam admiranda συγκαταβάσεως exempla produxere exacta Chriſtianitatis ſæcula, ut dum heterodoxorum pervicacia ultro conceptis verbis veritatem fateri abnueret, ambiguo flexu res extorqueretur, ut legimus uſurpatum in Aquilejenſi Synodo adverſus Palladium & Secundianum convocata.

Sæpiſſime acerbiſſimis Imperatorum imperiis fatigata Eccleſia fœdiſſimo jugo adorandum caput ſubjecit, ut tibi facultas daretur ad libertates, jura & immunitates proclamandi. Ita injuſtiſſimo confirmationis titulo à ſummis Pontificibus [illegible] *exigebantur. Nec enim ut improfeſſis mercibus ad ſummam univerſæ Eccleſiæ dignitatem ſine vectigali conceſſa fuit via. Ita jura inveſtiturarum ſibi vindicarunt Imperatores, eaque horrendorum ſcelerum monſtra in Rempublicam Chriſtianam invexere, quorum tetram memoriam accuſabit æterna conſequentium ætatum poſteritas. Ubi tamen invidiam conſciſcere nolo potentiſſimorum Regum nomini, quorum ſæpe majeſtas famoſis pſalteriis læſa fuit, quod ſuam authoritatem hoſtibus formidabilem, fœderatis gentibus venerabilem ſuæque ditioni ſubjectis imperiis charam aſſererent. Ita ſuprema tribunalia Eccleſiaſtica in quibus merum foret imperium in civilibus & criminalibus cauſis diſceptandis clericorum compreſſa, ut cuique exploratum foret ampliſſimos Juſtitiæ faſces Regum tantum manu ſceptroque defluere. Condictionem & in jus vocationem priſco Eccleſiaſtico Chriſtianorum foro uſurpatam luctum appellabat primæva Eccleſia, dum Chriſti ſanguine madidum teſtamentum æternam ſupremæ voluntatis legem obſignaret, ut indicat illa Pauli vox Epiſt. I. ad Corinthios Cap. V.* Καὶ ὑμεῖς πεφυσιωμένοι ἐστέ, καὶ οὐχὶ μᾶλλον ἐπενθήσατε, ἵνα ἐξαρθῇ ἐκ μέσου ὑμῶν ὁ τὸ ἔργον τοῦτο ποιήσας. Et vos inflati eſtis; & non magis luctum habuiſtis ut tollatur de medio veſtrum qui hoc opus fecit. *Sed de his abunde alio loco diſputabimus.*

Atque illud inſuper obſervare lubet, pleraque in veterum Synodorum monumentis διαλεκτικῶς ſancita conſtitutaque fuiſſe, nonnulla vero lata firmataque [illegible] *ut loquuntur veteris ævi Chriſtiani Scriptores Eccleſiaſtici.*

Prope fueram oblitus monere multa ævo poſtremo recognita correctaque fuiſſe, quæ obſcuriſſimis Eccleſiæ ſæculis nondum ita explorata fuerant, ut res certo liqueret. Comperendinata ſcilicet lis, dum illuſtriora argumenta religionem cognoſcentis inſtruerent. In Eccleſia diſtinctas ætates numeramus, ut in cunis vagiiſſe ſciant, qui veneranda priſcæ antiquitatis Eccleſiaſticæ rudera aliquando inveſtigarunt. Cujus rei teſtes tabulas ſciſco primæva illa tempora, ad imperium uſque Trajani.

Univerſim cuique patet in illis ampliſſimis Synodorum conſeſſibus triplicis proportionis habitudine Eccleſiaſticos Canones fuiſſe temperatos. Aliquando harmonicæ proportionis ratione ſanciti Canones, modo arithmeticæ, modo geometricæ proportionis lege Eccleſiaſtica diſciplina conſtituta fuit. Quæ ſcilicet proportiones ternum chorum puellarum Themidos συμβολικῶς deſignant Judicium, Juſtitiam, Pacemque, ut interpretatur illa vetuſtiſſimæ Theologiæ Pythagoricæ Concluſio apud Virum Illuſtrem Picum Mirandulam: Triplex proportio Arithmetica Geometrica & Harmonica tres nobis Themidos filias indicat, judicii, juſtitiæ, paciſque exiſtentes ſymbola. *Et ex iis diſputat Ariſtoteles in libris Ethicorum.*

Poſtremo univerſa Eccleſiaſticorum Canonum notitia in quatuor cardines dividenda videtur in ἱστορούμενα, πολιτευτικὰ ſive πολιτείαν Eccleſiaſticam ritus religiones & cæremonias æternis divinorum ſecretorum myſteriis conſecratas, & διαλεγόμενα, quæ venerandam numinum majeſtatem abs obſcuriſſimis inſcitiæ, & hæreticæ pertinaciæ tenebris vindicarunt, εἶδος διαλεκτικὸν informarunt. Quam διαίρεσιν obſervavit Clemens Alexandrinus in libris [illegible] *ſive Canonicis ſacræ ſcripturæ.*

Digitized by Google

Ex quibus quiſque facile videt quibus fundamentis Eccleſiaſticæ diſciplinæ ratio ſtabilita ſit, cujus dum æternis conſignatas tabulis leges recognoſco, non Reginam, ſed chariſſimam parentem audiſſe mihi videor, quæ nunquam ſeverioribus tumet imperiis quam dum per viſcera orat obteſtatur.

Te teſtem appello O Diva Veritas niſi te mihi ita aſſiduam aſſidere comitem velim quam ipſum Genium. Ita ſimulationem exoſam habeo, quæ leviter inducta extrinſecus facie impoſturam facit alieno fuco, ut mihi ex orco revocatos manes videre videar alieni corporis ſimulachro horrentes. Quæ decipiunt nihil habent ſolidi. Tenue eſt mendacium, perlucet, ſi diligenter inſpexeris. Sed illachrymor funeſtiſſimo fato ætatis meæ, quæ dum in veritatem anquirit, tormentis illuminari quærit, dum ejus innocentiam explorat, ora manuſque ambas crudeliſſimo vulnere dehoneſtat, & dum ratio innocentiæ conſtiterit, ſuppoſititia confeſſionis vox confingitur. Quaſi vero ſatis non ſit humanitatem violaſſe, niſi in Legem Corneliam de falſis incurratur. Quod equidem factum luxi in illius Monachi Veneti ſacerrima Hiſtoria Concilii Tridentini; quæ cum ſingula Acta expiſcetur, & intimas ſanciendorum canonum rationes inveſtiget, parum illi fuit nomen hiſtoriæ prodidiſſe, fidemque veritatis, in quam ſine metu criminis inquiri non poterat, corrupiſſe, niſi etiam præſtigiis fraudibus omnique infamis propudii genere adſperſas tabulas ſubjeciſſet, quibus probrum illevit. Eccleſiæ, quæ ſui nominis ſuæque ſanctitatis conſcia ultra infauſtam eluctata ſectam fauſtiſſimum Orbi Chriſtiano ſeculum expromittit. Sed longiori proſcænii apparatu videor Lectorem morari.

DE CRESCONIO AFRO.

ANtonius Auguſtinus Archiep. Tarraconenſis Præfat. ad Gregorium Pontificem Max. in veteres Decretalium Epiſtolarum Collectiones. *Superioribus Græcis non diſſimiles fuerunt apud nos Martinus Bracarenſis, Dionyſius Exiguus atque Creſconius: duo illi tantum interpretes verborum, Creſconius autem aliquam excogitavit, quamvis ipſe idem Martinus aliquem Canonum ordinem eſt ſecutus, ſed Creſconius locos edidit communes in quos & Pontificum & Conciliorum decreta collocavit. Sed hic uſus tantum videtur eo tantum libro, quem Corpus Canonum appellamus, in quo nulla Pontificum Decreta ſunt ſupra Syricium Pontificem; nulla Concilia præter Græca & Africana, quæ etiam extant Græce conſcripta. Idem Creſconius Ferrandi Carthaginenſis Diaconi mentionem facit, qui de eodem breviter ſcripſerit, Gratianus Fulgentii, niſi forte idem ſit ſcriptor, horum nos vidimus* Heic plura congerere nolui teſtimonia, ne videar unus ex eorum numero qui prolegomena minutiſſimis quiſquiliis complere amant. Fores ſuis ædibus deeſſe putant, niſi haſce ineptiarum pleniſſimas nænias in ipſo operum aditu præfigant.

FLAV.

FLAV. FRANCISCI
DE
HAUTESERE
A SALVAIZON
Notæ & Animadverſiones
AD
ECLOGEN CANONUM.
CRESCONII AFRI.

CRESCONII *BREVIARIUM CANONICUM.* Σύντομον Κανονικόν. Libri manu exarati, quos vidit Ant. Auguſtinus, Concordiam Canonum exhibent.

CAPIT. II. *Item de eorum converſatione, qui ab infantia Deo ſe voverunt.* Votivorum & conſecraneorum impuberum adhuc viget antiquiſſimus uſus. Autor vitæ Gregorii Nazianz. Ἡ δὲ τεχθέντα, μετ' οὐ πολὺ τῷ Θεῷ καθιέρωσε, προθυμίᾳ πίστεως, μητρικὰς τὰς ὠδῖνας, τῇ γενναιοτέρᾳ ἐλευθερίᾳ τῆς ἐπιδόσεως μεταλλάξασθαι ποιήσασα. Et ipſe Gregorius Nazianz. Orat. I. teſtatur: Καὶ τοῖς περιττοτέρων ἦν ἐκ νεότητος, ἵν' εἴπω τι τῶν τοῖς πολλοῖς ἀγνοουμένων, καὶ ἐπ' αὐτὸν ἐπερρίφθην ἐκ μήτρας, καὶ ἐδόθην αὐτὸς ἐκ μητρικῆς ὑποσχέσεως, καὶ μετὰ τοῦτο τοῖς κινδύνοις ἐβεβαιώθην. De quo genere impuberum, qui in ipſo ætatis primordio vitæ Aſceticæ mancipabantur, Baſilius Ἀσκητικῶν Ερωτ. XV. Et ποιητικὰ Benedicti Cap. LIX. de Filiis Nobilium vel pauperum qui offeruntur: *Si quis forte de nobilibus filium ſuum Deo in Monaſterio, ſi ipſe puer minori ætate eſt, parentes ejus faciant petitionem, quam ſupra diximus. Et cum oblatione, ipſam petitionem & manum pueri involvant in palla altaris, & ſic eum offerant. De rebus autem ſuis aut in præſenti petitione promittant ſub jure-jurando, quia nunquam per ſe, nunquam per ſuſpectam perſonam, nec quolibet modo ei aliquando aliquid dent, aut tribuant occaſionem habendi. Vel certe, ſi hoc facere noluerint, & aliquid offerre voluerint in Eleemoſynam Monaſterio pro mercede ſua, faciant ex rebus, quas dare volunt Monaſterio donationem, reſervato ſibi (ſi ita voluerint) uſufructuario. Atque ita omnia obſtruantur, ut nulla ſuſpicio remaneat puero, per quam deceptus perire poſſit (quod abſit) quod experimento didicimus. Similiter autem & pauperiores: Qui vero ex toto nihil habent, ſimpliciter petitionem faciant, cum oblatione offerant filium ſuum coram teſtibus.* Ubei advertendum eſt manum pueri involvi in palla altaris & ſic offerri, emendandum eſſe in pallio altaris. Ita in Epiſt. quadam Nicolai Pontif. Maximi, quæ à Gratiano relata fuit. *Neque ego pater ejus pallio altaris indutum illum obtuli, neque à quocunque Sacerdote, vel Abbate (ut mos poſcit) benedictione percepta regulæ unquam ſe Monachum ſubjectum futurum promiſit.* Quamquam & heic in MMSS. Codd. palla altaris extet. Cujus generis oblatitiorum impuberum inſtitutum adumbrarant Nazirei, qui LXXII. Interpp. indigetantur ἡγιασμένοι, ἁγνεύοντες, & ηὐγμένοι, Symmacho ἄθικτοι, Aquylæ ἀφωρισμένοι. Quos imperitum ſtudioſorum vulgus cum Nazoreis plerumque confundit, quos ἀφανιστὰς Epiphanius & Nicetas interpretantur. Hos autem voluntas parentum Monachos facit, ut me legere memini in quadam Hiſpana Synodo, quod parentum arbitrio hoc vitæ inſtituto mactentur, vel inviti, quod in Clericis fieri vetuit Nov. Majoriani. Ne quis invitus ordinetur Clericus: *Ad ſuſcipiendum Clericatûs officium unicuique nos optionem dediſſe, non legem: quia quamlibet ſanctum onus, volentibus patimur imponi, ita ab invitis jubemus arceri.*

III. *De Promotione Monachorum.* Pauca heic è multis delibabimus, huic enim commentationi de Origine & Propagatione vitæ Aſceticæ in univerſo Oriente ſingularem diatribam dedicabimus, Epocham aſſignabimus, certamque legem temporum in hiſtoria Patrum ſtatuemus, quod adhuc omiſſum fuit à viris doctiſſimis, qui hanc ſpartam hiſtoriæ Aſceticæ adornandam ſuſcepere. Euſebius Cæſarienſis εὐαγγελικῆς προπαρασκευῆς lib. VIII. Cap. IV. vitæ monaſticæ originem ab Eſſenis ἀσκηταῖς Judæorum, qui Philoni Θεραπευταὶ, Σεμνεῖοι & μοναστήρια appellantur, repetit, ſed iſthæc à viris Doctiſſimis ſatis ſuperque exploſa eſt ſententia. Nonnulli Monachorum authores Maſſalianos faciunt, qui εὐχῖται & Ενθουσιασταὶ vulgo appellantur. Sed hæc futilia λογοποιήματα alias vindicabimus. Heic tantum dicam, quam maxime univerſo Oriente floruerint Aſcetarum τάγματα & πολιτεῖαι. Benedictus, quem Romani faſti Ordinis Monaſtici in Occidente inſtauratorem faciunt, quatuor Monachorum genera diſtinguit. Primum eſt κοινοβίων, qui communi cenſu, convictu, & ſtatione utuntur. Alterum Ἀναχωρητῶν, qui ſub profeſſione Monachiſmi deſerta loca & vaſtas ſolitudines incolunt, ut loquitur L. I. Cod. Th. *de Monach.* Tertium eſt Sarabaïtarum, qui nulla regula approbati, experientia magiſtri, non ſicut aurum fornacis, ſed in plumbi natura molliti, adhuc operibus ſervientes ſæculo fidem mentiri Deo per tonſuram noſcuntur. Poſtremum genus eſt Gyrovagorum μεμβρανῶν Synoditæ, Cœnobitæque appellantur, qui Nov. V. & Nov. CXXXIV. Juſtiniani jubentur: μηδένα παντελῶς ἰδίαν ἔχειν οἴκησιν, μηδὲ τὸ καλούμενον κελλίον ἐν κατὰ τὸ μοναστήριον ἐνὶ τυχὸν, ἢ δύο χρωμένους ἀπομερίζειν κατὰ τὸν ἐν θεωρίᾳ τε καὶ ἡσυχίᾳ διάγοντα βίον. Eremitæ qui

ἡσυχάσθαι indigetantur à communione ad melioraexcepti, quos, ut inquit Julianus Patritius, ſummæ vitæ conſtitutos Græci ἀναχωρητὰς, & ἐρημίτας vocant, quibus conceſſum fuit κέλλια habere tuguria, & mapalia, in quibus conſiſterent, quæ λαῦραι & κελλία & κατοικήματα μοναχικὰ appellantur. Nov. Nicephori Phocæ Imp. περὶ μοναστηρίων: Κελλία δὲ, καὶ τὰς καλουμένας λαύρας, ἐν ἐρήμοις οἰκοδομεῖν, μὴ πρὸς κτήσεις, καὶ ἀγροὺς ἑτέρους ἐκτεινομένας, ἀλλὰ τῇ περιοχῇ μόνῃ τῇ ἰδίᾳ ὁριζομένας, τοσοῦτο τοὺς βουλομένους οὐκ εἴργομεν, ὅσα καὶ δι᾽ ἐπαίνου μᾶλλον τὸ πρᾶγμα τίθεμεν. Cœnobitarum alii fuerunt ἐξωμονῖται, alii vero ἐσωμονῖται, quibus ad communem congreſſum confeſſumque aditus non dabatur. Cœnobiticam πολιτείαν obſervarunt Studitæ, Acæmetæ, qui, quod nocturnis precibus invigilarent, ita dicti fuerunt, & alii plerique, de quibus alibei pluribus dicemus. Inter Anachoreticæ vitæ aſſeclas, qui Eremos & late profundas ſolitudines incolerent, maxime illuſtre nomen eſt ſtylitarum, qui abdicato ſolo columnis inſederunt. Paratitla Græca viri Doctiſſimi Leunclavii L. II. D. *in jus voc.* ὁποῖοι εἰσι, οἱ τόποι οἷς τινες ἀνωτέρω περικλείονται οἱ λεγόμενοι στυλῖται. Quæ procul dubio infulſit Autor Paratitulorum ex ritu ſui ſeculi. Apud Cedrenum ἐξακοντῶν mentio habetur, emendandum eſt, ni fallor, ἐσωκιόνων. qui in columnis ſtationem ſibi fixiſſent. Adhuc hoc ævo infeliciſſimo, quo vix levia optimarum rerum priſcæ antiquitatis apparent veſtigia, quædam tamen apud Ruthenos extant hujus inſtituti ſimulachra. Narrant Scriptores rerum Ruthenicarum eſſe Stolhikos, qui in ædiculis ad columnarum modum compactis ſedem ſtatam habeant. *Stolp* autem idiotiſmo Moſcovitico columnam deſignat. Hoc enim quotidie in uſum venit, ut poſtquam res effluxerint longa ævi ſerie collapſæ, quædam tamen exactæ rei umbræ velut manes ſuperſtites adhuc exiſtant. Stylitis ſubcenturiandi occurrunt ἔγκλειστοι, & ipſi Solitariæ vitæ aſſectatores, de quibus in omnium manibus habentur verſus Theodori Studitæ εἰς ἐγκλειστοὺς. Evagrius Eccleſiaſt. Hiſt. lib. I. Cap. XXI. ἕτεροι δὲ κατὰ τὸ ἐναντίον ἰόντες, μόνους ἑαυτοὺς καθειργνύουσιν ἐν οἰκίσκοις, τοσοῦτον εὖρος, τοσοῦτον ὕψος ἔχουσιν, ὡς μὴ δὲ τὰ σώματα ἀνορθοῦν, μηδὲ μὴν ἐπ᾽ ἀδείας τὰς κλίσεις ποιεῖσθαι, σπηλαίοις προσκαρτεροῦντες, καὶ ταῖς ὀπαῖς τῆς γῆς κατὰ τὸν τοῦ Ἀποστόλου φωνὴν, ἄλλοι σύνοικοι θηρίοις γινόμενοι, καί τισι τῆς γῆς ἀθεωρήτοις ἐνδομυχοῦντες τὰς πρὸς τὸν θεὸν ἐντεύξεις ποιοῦντες. Quorum hæc ſuprema lex fuit, ut nemini ſui copiam facerent, neminem ad privatum congreſſum admitterent, ſed in profundas ſpelæorum latebras abditi ſeſe æterna hac ſtatione damnarent. Celebre & nomen Βόσκων in Faſtis Eccleſiaſticis, aliorumque Monachorum quos prudens omitto, notas enim non libros commentarios edimus.

XVI. *Ut ab Epiſcopis aliena Parochia non pervadatur.* Synodus Conſtantinopolitana Can. II. τοὺς ὑπὲρ διοίκησιν Ἐπισκόπους ταῖς ὑπερορίοις Ἐκκλησίαις μὴ ἐπιέναι, μηδὲ συγχέειν τὰς Ἐκκλησίας. Ubei ἐπιέναι dicitur, quaſi latrocinandi animum habeat, qui aliena jura invadit. Gloſſ. Vet. Pervador ἐπέρχομαι pervadit διοδεύει. Aggenus in Tabulis Agrimenſoriis, quas meliores publico dicavit vir Doctiſſ. Nicolaus Rigaltius à Bibliotheca Auguſtali: *De jure territorii controverſia eſt, aut pergatorium ejus urbis privatis operibus vult pervadere, aut arare de locis publicis.* Irruere & conculcare Epiſcopum dixerunt ejuſdem ævi Scriptores, ſi quis extra ſuam Diœceſim ſubjectamque Provinciam, aut Parochiam conſtitutas Eccleſias ſuis juribus violentus adſcribat, aut terminos finium cauſa poſitos propellat, quos legitima probatione, vel alias indubitata fide conſtiterit Eccleſiaſtica autoritate conſtitutos Cap. *ſuper eo. de Paroch.* Aut ſi quis alienam Eccleſiam conſecrare audeat δι᾽ ἐγκαινίων, ἀνοίξεων, καὶ σταυροπηγίων, χρισμάτων τε ἁγίου, μύρου καὶ λαμπάδων, aut alio quovis ritu. Atque etiam alienæ parochiæ pervaſor habetur, ſi in alienum Clericum ſententiam dixerit. Quæ ſententia à non judice competenti lata nullam judicati firmitatem obtinet Cap. *Nullus Epiſcopus eod. tit. de Paroch.* nam qui eum ordinare non potuit, nec judicare poteſt, à quo ſcilicet facta ordinatio non valuit Can. XXII. Synodi Antioch. Εἰ δὲ τολμήσειέ τις τοιοῦτο, ἄκυρος εἶναι τὴν χειροθεσίαν, καὶ αὐτὸν ἐπιτιμίας ὑπὸ τῆς συνόδου τυγχάνειν, ab eo etiam prolatum judicium non conſtringit. Ex Jure etiam antiquo Canonico alienum quis Epiſcopum conculcabat, ſi quis in alieno territorio extructum monaſterium ſuis juribus ſociare vellet, & κανονικοῦ συνήθους διδομένου καταβολὴν præſtationem exigeret, quæ Epiſcopis Provinciæ, in quo ſitum erat Monaſterium, refundi debuerat, ut habetur in annotatione Georgii Xiphilini περὶ ἐνοριακῶν δικαίων, aut Epiſcopalia jura in his Monaſteriis uſurparet ἀνάκρισιν τῶν ψυχικῶν σφαλμάτων, ἐπιτίμιον διασκέψεως, ἀναφορᾶς ὀνόματος. & σφραγίδα ἐγγυήσεως. Vide annotationem Germani Patriarchæ in Jure Græco-Romano. Quam nefariam & illegitimam ἀταξίαν exagitat Hadrianus I. ad Carolum Magnum in volumine Epiſtolarum Roman. Pontif. à Gretſero in lucem evulgato: *Illud autem quod fertis in noſtris apicibus reperiſſe, quod Diœceſes Longobardorum Epiſcopi alter alterius invadentes ac illicitæ tenentes in priſtino permanentes errore; omnino ſicut vobis placibile eſt, ſecundum Canonum inſtituta, emendare conamur, quia alterius arripere anhelantes parochias, in perjurii reatum incurrunt; Longobardorum Regum terminos, atque cenſuram ſervantes, procul ab obſervatione Canonum in eorum tranſgreſſionem labentes, & jurgia atque diſcordias gignentes in molem incidunt errorum; ideirco Apoſtolica præcedimus autoritate, ut ſicut Canonice in decretis eorum conſiſtunt, & quando à nobis ordinantur, ultima conſuetudo proclamatur, Clerus & plebs conſiſtens Eccleſiæ civitatis illius, elegerunt ſibi Epiſcopum illum, ſic parochiam ejuſdem civitatis pro manibus teneat, & ſi in eorum decretis atque noſtræ Apoſtolicæ ordinationis ſcriptis Canonice promitur atque ſtatuitur, cur non in ejuſdem civitatis territorio, ubi ordinatus eſt, habeat in integro parochiam ſuam? ſed qui terminos antiquorum patrum tranſgredientes ſuam conantur immoderationem atque imperitam adimplere voluntatem, judicium ſibi Canonum committunt.* Idemque Hadrianus Epiſt. XCIV. *Quapropter poſcimus veſtram à Deo promotam regalem excellentiam quatenus, ut eorum errores contemnentes, Canonice unuſquiſque ſuam Diœceſim ſacerdotali moderamine tenere, atque diſponere officio Eccleſiaſtico valeat & ſicut termini ſeculares pro territoriis exiſtunt, atque in judicio ſub jure civitatis & ditionis autoritate diſponuntur; ita ejuſdem civitatis Eccleſiæ Epiſcopo Diœceſis atque parochiæ non obvientur, ut dum unuſquiſque Epiſcopus per inſtituta Sanctorum Canonum, atque prædeceſſorum noſtrorum, Pontificum ſanctorum, privilegiorum & ſanctionum jura receperint, in eorum parochia atque Diœceſi, in omni ſacerdotali officio miniſtrantes, digne valeant pro veſtra à Deo inſti-*

tu

Digitized by Google

to regali in Triumphis ampla victoria & præſtantia, fundere preces.

XXXII. *Ut Eccleſia ſæculari potentia minime pervadatur.* Heic Laicæ uſurpationis jurium Eccleſiaſticorum contumelia depellitur, ne Sacro-Sanctæ Eccleſiæ, prædiaque uſibus cæleſtium ſecretorum dedicata ſæculari potentia divexentur, aut qui Divini Juris ſunt venerabiles, loci humanis nexibus illigentur. Eccleſia enim ſæculari potentatu pervaditur, ſi quis in hoc genus ſacrilegii proruperit, ut in Eccleſias Catholicas irruens Sacerdotibus & miniſtris, vel etiam cultui locoque aliquid importet injuriæ. L. XXXI. Cod. Theod. *de Epiſc. & Cler.* Ubei Rector Provinciæ Sacerdotum & Catholicæ Eccleſiæ miniſtrorum, loci quoque ipſius, & divini cultus injuriam capitali ſententia in reos aut confeſſos vindicat, nec expectat ut Epiſcopus injuriæ propriæ ultionem depoſcat, cui ſanctitas ignoſcendi ſoli gloriam reliquit. Et Julianus Anteceſſor Nov. XLI. Si quis in poteſtate conſtitutus interventu gratiæ, aut ambitionis Divinam pragmaticam impetraverit cogentem Œconomum, vel alios adminiſtratores venerabilium locorum ea, quæ aliis neque locata, neque Emphyteuſeos titulo data ſunt, ſibi locari, vel Emphyteuſeos nomine dari ſacrilegii pœnæ ſubjicitur. Quod & cautum eſt publicis noſtris Regiarum Conſtitutionum monimentis, ne quis nobilis ſub annui vectigalis cenſu immobilium Eccleſiaſticarum elocationem contrahat. Ne quid etiam detrimenti capiat Eccleſia, illiuſque omnia jura illibata habeantur, extat χρυσόβουλλον Joannis Comneni ne quid ab Eccleſia ſuo Epiſcopo orbata Quæſtor exigat. Μηδένα τοῦ λοιποῦ τῶν [illegible] [illegible] Μητροπολίτου, ἢ Ἀρχιεπισκόπου, ἢ Ἐπισκόπου ἀναλαμβάνεσθαι ἀπὸ τῶν ὄντων ἐν τῇ Μητροπόλει, ἢ ἐν τῇ Ἀρχιεπισκοπῇ, ἢ ἐν ταῖς [illegible], ἢ χρυσίοις ἢ ἀργυρίοις, ἢ [illegible], ἢ [illegible], ἢ εἴδη τινὰ, ἢ πράγματα, ἢ ζῶα, καταλιμπάνει τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἢ ὑπόκειται ἡ τοιαύτη Ἐπισκοπὴ, ἢ Ἀρχιεπισκοπὴ, ἢ Μητρόπολις, [illegible] [illegible] πρὸς τὴν [illegible] Ἐκκλησίαν, πρὸς τοῦ καὶ ἐκ τῆς Βασιλείας ἡμῶν [illegible] ἀγωγάκτησιν. Extat etiam Nov. Manuelis Comneni qua ſancitum fuit: Μηκέτι [illegible] τῶν κατὰ χώραν τὰς δυναμικὰς ἀρχὰς [illegible], ἢ [illegible], ἢ [illegible] δικαίῳ τοῦ δημοσίου [illegible], τουτέστι κατὰ τῶν ἁγιωτάτων Ἐκκλησιῶν, ἢ τῶν ὑπ' αὐτὰς [illegible], ἢ τῶν κελλίων τῶν Ἀρχιερέων, ἐν ταῖς αὐτῶν τελευταῖς [illegible]. ἀλλ' εἰ [illegible] οἱ Ἀρχιερεῖς τελευτῶν, κατὰ τὰς αὐτῶν βουλάς τε καὶ [illegible] ἅπαντα γίνεσθαι, ὅσα ἐν τοῖς [illegible] ἐν τοῖς κελλίοις αὐτῶν. εἰ δ' [illegible] καὶ ἀδιάθετοι ἀπαλλάττοιντο, πάντα καὶ [illegible] συντελεῖσθαι κατὰ τοὺς ἱεροὺς κανόνας καὶ τοὺς νόμους [illegible] μόνον τῶν [illegible] Ἐκκλησιῶν [illegible] ἐπιβάλλει τις τῶν κατὰ χώραν [illegible], ἢ τῶν ἑτέρων. Eadem etiam Monaſteriis, & venerabilium horum locorum prædiis præſtita fuit cautio, ne quis impune jura violare, aut temeraria autoritate uſurpare auderet. Nov. Alexii Comneni ſtatuit: πάντα τὰ [illegible] ἀκίνητα [illegible] μοναστηρίων, ἢ καὶ [illegible], ἢ καὶ [illegible] κελλίων, ἢ λαυρῶν, [illegible] ἁπλῶς [illegible] [illegible] [illegible] ὀνόματι τοὺς τε παροίκους, τὰ αὐτουργία, τὰς πανηγύρεις, τοὺς φόρους, τοὺς [illegible], τοὺς λιμένας, τοὺς ποταμοὺς, τὰ θαλάσσια

[illegible] δικαίων, καὶ καθολικῶς [illegible] δικαίων [illegible] κτήματα [illegible], [illegible] ἐν [illegible] [illegible], [illegible] αὐτῶν κατεχόμενα [illegible] [illegible] μέχρι τοῦ [illegible] [illegible] τούτοις [illegible] τῶν κατὰ χώραν [illegible], τὸ τοῦ δημοσίου μέρος ἐπὶ τούτῳ [illegible], ἔχειν τὰς [illegible] μόναι κατὰ [illegible] δεσποτείας, [illegible] καὶ φιλοτίμημα τῆς Βασιλείας μου.

Et alia quæ cuique obvia ſunt jure Græco-Romano. Ex quibus quiſque videt, vulturum fiſcalium rapaces manus corripi, ne Sacro-ſanctis Eccleſiis, & venerabilibus locis donationis, aut emptionis, aut quovis alio titulo comparata prædia juraque per nefas fiſco ſocietur vindiceritque, qui fiſci adminiſtrationem gerunt, neve quis autoritate ſua [illegible] jura Eccleſiaſtica convellat. Ita Can. I. Πρώτης καὶ Δευτέρας Synodi Conſtantinopolitanæ ſtatutum fuit, ne quiquam ſuis copiis & facultatibus nomen imponant, & cum ſe Eccleſiæ donationis tabulis rite confectis dedicaſſe profeſſi fuerint, adhuc ſe Monaſterii dominos vulgo inſcribant, ſiatque ſceleſtiſſima cauponatio ad æternam infamiam & dedecus Reipublicæ Chriſtianæ. Τινὲς γὰρ [illegible] μοναστήριον ταῖς οἰκείαις [illegible], καὶ ὑπάρξεσι [illegible], καὶ [illegible] [illegible] [illegible], κυρίους τε τῶν [illegible] ἑαυτοὺς ἀναγράφοντες, [illegible] [illegible] [illegible]. Videntur & in hanc hujuſce Canonis legem incurrere Laici, qui peſſimo Eccleſiæ ſæculo inveſtituram, per virgam & annulum fieri ſolitam beneficiorum, collationem ſibi vindicarunt; quam Ivo Carnotenſis pervaſionem appellavit Epiſt. CCXXXV. Jus ſcilicet per invaſionem & obreptionem male partum. Ea enim fuerunt Eccleſiaſtici ſtatus, quæ omnium Imperiorum vices, ut funeſtiſſimis temporibus juſſa fuerit iniquiſſimam conditionem accipere ab iis, quibus meliori ſæculo legem dixit. Nunc Eccleſia Orientalis [illegible], ut vocat Politica Hiſtoria Græcorum à Jano Cruſio edita, exſolvit Barbaro τῷ [illegible], cui ſi qua mala belli ſors imperium adimeret, æterno ſervitutis jugo damnatum nunquam ad libertatem proclamare ἐλευθεροβοεῖν ſineret. Habes apud Codinum περὶ Προβλήσεως Patriarchæ deſignationis ritum uſurpatum ab Impp. Conſtantinopolitanis in auguratione Patriarcharum per [illegible] traditionem. Eſt & in manibus Eruditorum Privilegium à Paſchale emiſſum de Inveſtituris Epiſcoporum & Abbatum. Quo jubetur cavetur, ne quis in Epiſcopum aut Abbatem conſecretur, niſi virga & baculo ab Imperatore donatus fuerit. Quod malum in Eccleſiam invectum fuiſſe notat Gotoffridus Vindocinenſis Abbas, ut Laicis foret in cenſus Eccleſiaſticos non inhoneſtum prædationis & latrocinii velamen: *Nam quæ ſæcularis poteſtas ſibi vindicare nititur inveſtituram, niſi ut per hoc aut pecuniam extorqueat, aut, quod eſt gravius, ſibi inordinate ſubjectam efficiat Pontificis perſonam? Nullus eſt itaque Laicorum, etiamſi ei liceret, qui tanta intentione annulum, vel virgam dare deſideret, niſi per hoc quæ ſunt Sacramenta Eccleſiæ temporalibus lucris imbuaret.* Quod & ſibi jus inveſtiturarum vindicarunt Impp. quaſi & Pontificia & Imperatoria autoritas ſibi non poſſet pati divortium. Quæ de re eo progreſſa quorumdam Impp. ambitio, ut in litteris ad Pontifices Romanos ſe Pontifices appellitarent, quo quidem nomine compellatus Imperator inter publicos applauſus Calchedonenſis Synodi πολλὰ ἔτη τοῦ Βασιλέως Μεγάλῃ ἡ πίστις τοῦ Βασιλέως, τοῦ φύλακος τῆς πίστεως.

 πολλὰ

πολλὰ τὰ ἔτη τῷ Δεσπότῃ, τῷ ὀρθοδόξῳ, τῷ εἰρηνοποιῷ Βασιλεῖ, τῷ Ἀρχιερεῖ Βασιλεῖ. Ubei & Pontificem exhibet Interpres. Quod paucis notum eſt, ſed de his nos alias plura.

XXXXIII. *Similiter & Clerici & Laici ſi permanſerint in alea.* L. I. & L. III. Cod. *de Aleator.* & L. XXV. Cod. *de Epiſc. Aud.* Licet Epiſcopis in aleæ ludum anquirere ἀναζητεῖν, & cohibere ſi fiat, quibus Præſidum, Primatum & defenſorum manus præſto eſt. Synopſis Baſilicon περὶ κυβευόντων τὸ κεκωλύσθαι τὴν κύβον, ἤτοι τὸν ζάτριον. τῇ περιφυλακῇ τῶν Επισκόπων παραδέδοται ἡ διάταξις. καὶ διὰ τῶν εἰρημένων ἐν αὐτῇ ἀρχόντων, εἰς ἂν δέοιτο, σφραγίζειν κελεύονται. Vett. Gloſſæ aleator Κυβευτής. κυβεύω aleor, aleum ludo. Et κυβεία alea. Heſychius κυβεύουσι πλῆξαι ταβλίσαι, χλευάσαι. κυβευτὴν, σοφὸν κυβευτὴν, ἀλλὰ ἀνεπιτυχῶς τυχεῖν τὸν τοῖς κύβοις χρώμενον, ἐπιστήμην γὰρ τινὰ ἔδοκεν. τὸ δὲ δεξιῶς χρῆσθαι, ἐπιστημονικωτέραν τὴν τέχνην τῆς κυβείας ἐνόμιζον. Interpres Euripidis in Oreſte κύβων & πεττείας unum autorem facit Palamedem. Conceſſa autem fuit Dei amantiſſimis Epiſcopis in aleatores inquirendi licentia, quippe quibus publica morum diſciplina demandata fuit, quorum ſtabat arbitrio μόνων, καὶ ἄδειαν τὰ ἐπιτίμια aleatoribus decreta & περὶ συμπληρώσεως ἐρευνῶντες χρῆναι ἀποπαύεσθαι τῆς λειτουργίας, ut loquitur Nov. Juſtiniani. Elegantiſſime Cyprianus ad Clericos Aleatores: *Quid illud eſt, quæſo fideles, ut manus quæ jam ab injuriis humanis expiata eſt, & ad ſacrificium dominicum admiſſa, & quod ad ſalutem totius hominis pertinet, dignatione ſuſcipit; quæ ad laudem Domini in oraculo exſurgit; quæ ſignum crucis, per quod tuemur, frontibus imprimit; ipſa quæ divina ſacramenta conſummat: quod eſt, inquam, ut iterum laqueis diaboli unde emta eſt, implicetur? & per ipſa damnetur? aleatrices manus, libidinoſo ſtudio conſueverunt, id eſt, aleæ tabulæ; quod eſt diaboli venabulum, & debilitatibus inſanabile. Aleæ tabulam dico, ubei diabolus præſto eſt, ad capiendum ſummiſſus, & cum ceperit de captivo triumphum, perfidia, falſa teſtimonia. Tabulam aleæ dico; ubi dementia, & furia, & venale perjurium, imperium & colloquium ſerpentinum. Illic rabioſa amicitia, illic atrociſſimi ſceleris fraternitas diſcordans, illic convicia & audacia ſæva, & mens inſana & feræ impatientia. Aleæ tabulam dico, ubi poſſeſſionum amiſſio, & peculiarum ingentium perditio, monſtrum, & demonſtrans litigioſum, furax dementia. O aleatorum noxia, ſedentaria, & pigra nequitia, ô manus crudeles, & ad periculum ſui armatæ, quæ bona paterna & opes avorum ſudore quæſitas ignominioſo ſtudio dilapidant: manus trux, noxia & inſomnis, nocte dieque continuis tormentorum ſuorum armigera: quæ peccando ſeipſam damnavit, & poſt peccata non deſinit ire. O nequam manus, in perniciem Domini ſui armata, quæ ſordidiſſimi æris totam ſubſtantiam perdit; & cum tu eſſent augendæ rei familiaris & multarum abundantia opum, modo inops & pauper eſt. Alea eſt quam lex odit: alea eſt, quam ſequitur crimen ignobile, ubei manifeſta tentatio, & pœna occulta. Alea eſt alveus gnali, & ſupplantatio amici, quæ nec lucrum confert, ſed totum conſumit. Hinc deinde pauperes fiunt, hinc opes ſuas perdunt, hinc jam conſumptis omnibus rebus ſuis mutuis pecuniis ſe obruunt: hinc patrimonium ſine ulla fori calumnia amittunt. Qualis eſt his, ut quos nemo perſequitur, ſeipſos per invidiam perſequantur? ut paternas ſuas hereditates ſub hoſtium ſuorum multiformi numero diſpergant.* Continuis inſtrumentorum armigera. Mendoſam & ſui aliqua parte claudicantem nemo non videt lectionem, quam quiſque ex ingenio emendet, continuis in ſe tormentorum jaculis armigera.

XLVI. *Quod non liceat Catholicis ad Hæreticorum ſpeluncas cauſa orationis accedere.* Eccleſiaſtici ſcriptores à Paganici erroris ἱερουργίαις, & vetitis ritibus ad Hæreticorum illegitima; infauſtaque ſacra, ſæpiſſime prophana μυστηριωδῆ nomina tranſtulere. Heic ſpeluncæ ſunt illegitimis Hæreticorum collectis deſtinata loca. Quæ appellatio primum fluxit à Cybelæ Mithræ & aliorum Deorum ἀπορρήτοις ἱερουργίαις quæ in abditiſſimis antris fieri conſueverant. Heſychius κύβελα ὄρη Φρυγίας, καὶ ἄντρα, καὶ θάλαμοι in quibus Cybelæ ſacris litabatur. Stephanus περὶ τῶν πόλεων: Κράγος ὄρος Λυκίας Ἀλέξανδρος δευτέρῳ Λυκιακῶν ἀπὸ Κράγου τοῦ Τερμίλητος υἱοῦ, μητρὸς δὲ Πραξιδίκης νύμφης. ἐνταῦθα δ' εἶναι καὶ τὰ ἐπονομαζόμενα θεῶν ἀγρίων ἄντρα. ἀπαθανατισθῆναι γὰρ φασι τοὺς ἐπὶ τὸν Κράγον. Apud Plutarchum in Artaxerce τελετὴ περσικὴ in ſpecubus agitari ſolita, ut cuique notiſſimum. Hinc feralia ſacra Hæreticorum, myſteria appellarunt Eccleſiaſtici ſcriptores, & ſpeluncas cœtibus convocandis loca dedicata, devotaque. L. VI. Cod. Theodoſ. *de Hær. Nullus Hæreticis myſteriorum locus, nulla ad exercendæ obſtinationis dementiam pateat occaſio.* Juriſconſulti Græci: μυστήρια μὴ τελείτωσαν. in Codice Juſtiniani locus miniſteriorum legitur. L. VII. Cod. Theod. eod. tit. *Illud etiam id adjicimus ſanctioni, ne in conventiculis oppidorum, ne in urbibus claris conſueta feralium myſteriorum ſepulchra conſtituant.* Et L. XII. cod. tit. *myſteria conventionum*, ſive conventuum, aut collectarum. Epiphanius Hæreſi XXIX. adverſus Pepuzianos: Ἀρτοτυρίτας δ' αὐτοὺς καλοῦσιν, ἀπὸ τοῦ ἐν τοῖς αὐτῶν Μυστηρίοις ἐπιτιθέντας ἄρτον, καὶ τυρόν. καὶ οὕτως ποιοῦντα αὐτῶν μυστήρια. Idem Epiphanius Hæreſ. adverſus Ophitas XXXVII. Ἀποδιδόασι δὲ καὶ οὗτοι οἱ Ὀφῖται καλούμενοι τούτῳ τῷ ἔθει τὴν πᾶσαν γνῶσιν, λέγοντες. ὅτι οὐκ ἀρχὴ γέγονε γνώσεως τοῖς ἀνθρώποις. μυθώδη παραφέροντες τὰ παρ' αὐτοῖς νομιζόμενα Μυστήρια, μυθολογήματα δὲ ἐστι, καὶ χλεύης ἔμπλεα, καὶ μυσαροποιΐας. Unde, ni fallor, Manes Cubricus dicebatur, quaſi Κύβικος ὁ κατεχόμενος τῇ μητρὶ τῶν θεῶν ut interpretatur Heſychius. Κύβηβος, γάλλος κάτοχος μανίᾳ Κυβῆβαι, θεοφορεῖται, κορυβαντιᾷ. Κυβήκη ἡ μήτηρ τῶν θεῶν καὶ ἡ Ἀφροδίτη, καὶ ὠνομάσθη παρὰ Λυδῶν ἢ καὶ Φρυγῶν. παρὰ καὶ Ἱππῶναξ καὶ Διονυσίος. Κυβήκην καὶ Θρήικην, Βενδίς, ἄλλοι καὶ Ἄρτεμιν. Cujus nefaria ſecta rairum quantum toti imperio Romano inviſa exoſaque fuit. Fragmentum Codicis Gregoriani, quod quia mendoſiſſimum adhuc prodiit, emendatius proferam: *Unde pertinaciam pravæ mentis nequiſſimorum hominum punire ingens nobis ſtudium eſt. Hi enim qui novellas, & inauditas ſectas deterioribus* emendare placet vetuſtioribus: *Religionibus opponunt, ut pro arbitrio ſuo pravum excludant, quæ divinitus conceſſa ſunt.* Me autore locum ita reſtituas, pravum inducant excludant quæ divinitus conceſſa ſunt. *Quoniam nos, de quibus ſolertia tua ſerenitati noſtræ retulit Manichæos audivimus eos ſuperrime velut nova inopinata prodigia in hunc mundum de Perſica adverſaria nobis gente progreſſa vel orta eſſe, & multa facinora ibei committere. Populos namque quietos perturbare, nec non & civitatibus maxima detrimenta inferere: & verendum eſt, ne forte, ut fieri adſolet, accedenti tempore conentur execrandas conſuetudines, & (*) iſtebas & barbaras*

(*) Fortaſſis legendum eſſet infeſtas.

tas inferre leges innocentioris naturæ homines Romanam gentem modeſtam atque tranquillam, & univerſum orbem noſtrum veluti venenis de ſuis malevolis infigere. Et quia omnia quæ pandit prudentia tua in relationem Religionis illorum genera maleficiorum ſtatutis evidentiſſimorum exquiſita, & adinventa commenta, ideo eorum mænas, atque pœnas debitas, & condignas illi ſtatuimus. Emendamus ideo malorum minas, atque pœnas debitas & condignas illis ſtatuimus. Quorum Hæreticorum notatum freqoens commercium cum gentilium deorum æditimis myſtis ſodalibus delectiſque ſacerdotibus in nefaria vota paganorum, à quibus infamis propago Hæreticorum ſuos ritus hauſit. Carpocratiani: σφραγῖδα δὲ ἐν καυτῆρι, ἢ διὰ ἐπιτηδεύσεως ξυροῦ, ἢ ῥαφίδος ἐπιτιθέασιν. οὗτοι οἱ ἀπὸ Καρποκρᾶ ἐπὶ τὸν δεξιὸν λοβὸν τοῦ ὠτὸς τοῖς ὑπ' αὐτῶν ἀπατωμένοις. Quod uſitatiſſimum fuit in Mithræ initiis, ut cuique vulgatiſſimum eſt. Iidem Carpocratiani: Ἔχουσι δὲ εἰκόνας ἐνζωγράφους διὰ χρωμάτων τινὲς δὲ ἐκ χρυσοῦ, καὶ ἀργύρου, καὶ λοιπῆς ὕλης ἅτινα ἐκτυπώματά φασιν εἶναι τοῦ Ἰησοῦ. καὶ ταῦτα ὑπὸ Ποντίου Πιλάτου γεγενῆσθαι, τὰ ἐκτυπώματα τοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ, ὅτε ἐνεδήμει τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Κρύβδην τὰς τοιαύτας ἔχουσιν εἰκόνας. ἀλλὰ καὶ φιλοσόφων τινῶν Πυθαγόρου, καὶ Πλάτωνος, καὶ Ἀριστοτέλους, καὶ λοιπῶν, μεθ' ὧν φιλοσόφων, καὶ ἕτερα ἐκτυπώματα τοῦ Ἰησοῦ τιθέασι, ἱδρύσαντές τε προσκυνοῦσι, καὶ τὰ τῶν ἐθνῶν ἐπιτελοῦσι μυστήρια. στήσαντες γὰρ ταύτας τὰς εἰκόνας τὰ τῶν ἐθνῶν ἔθη λοιπὸν ποιοῦσι. τίνα δὲ ἐστιν ἐθνῶν ἔθη, ἀλλ' ἢ θυσίαι καὶ τὰ ἄλλα. Unde ipſe Epiphanius Hæreſ. XXVI. adverſus Gnoſticos omnes è gentilium fabulis effluxiſſe hæreſes pluribus demonſtrat. Hinc & illa vox Tertulliana facundia fluentis Tertulliani: *Et ideo neque à diabolo immiſſa eſſe ſpiritualia nequitiæ, ex quibus etiam hæreſes veniunt, dubitare quis debeat: neque ab idololatria diſtare hæreſes, cum & autoris & operis ejuſdem ſint, cujus & idololatria.*

XLVII. *Quod non oporteat Catholicos cum Hæreticis nuptiarum fœdera copulare.* Damnata fuiſſe Catholicorum cum Hæreticis connubia docuerunt viri doctiſſimi. Optatus Milevitanus de ſchiſmate Donatiſtarum: *Scimus enim Hæreticorum Eccleſias ſingulorum proſtitutas, nullis legalibus ſacramentis, & ſine jure honeſti matrimonii eſſe.* Ambroſius Epiſt. XIII. *Cum ipſum conjugium velamine Sacerdotali, & benedictione ſanctificari oporteat, quomodo poteſt conjugium dici, ubei non eſt fidei concordia.* Communis tamen Eccleſiæ conſenſus initus cum Ἑτεροδόξῳ conjuge nuptias irritas fieri vetuit, quod tamen perperam ab Eccleſia Orientali damnatur, ut videre eſt apud Mathæum Monachum: ὅτι οὐ δεῖ γάμους συναλλάττειν μετὰ Αἱρετικῶν.

LXX. *De his qui ab Hæreticis, vel Judæis feſtivitatis eorum dona.* Quæ Creſconio appellantur feſtivitatis dona, Ferrando dicuntur feriatica ſive ἑορτατικὰ, ſolemnibus feriis inter Judæos miſſitari ſolitas ſportulas munificentiæ, & communis lætitiæ gratia, Liber Eſtheris cap. IX. Διὰ τοῦτο οὖν οἱ Ἰουδαῖοι διεσπαρμένοι ἐν πάσῃ χώρᾳ τῇ ἔξω ἄγουσι τὴν τεσσαρεσκαιδεκάτην Ἀδὰρ ἡμέραν ἀγαθὴν μετ' εὐφροσύνης ἀποστέλλοντες μερίδας ἕκαστος τῷ πλησίον. Οἱ δὲ κατοικοῦντες ἐν ταῖς Μητροπόλεσι, καὶ τὴν πεντεκαιδεκάτην ἡμέραν τοῦ Ἀδὰρ εὐφροσύνην ἄγουσιν ἐξαποστέλλοντες τοῖς πλησίον. Autor vulgatæ editionis: *Eſſentque dies iſti epularum atque lætitiæ, & mitterent ſibi invicem ciborum partes, pauperibus munuſcula largirentur.* De qua feſtivitate extat L. XVIII. Cod. Theod. *de Jud.*

& Cælicol. quam omnes adhuc editiones mendarum pleniſſimam exhibuerunt, ideoque nævos extergere volui. *Judæos quodam feſtivitatis ſuæ ſolemni Aman ad pœnæ quamdam irrogatæ recordationem incendere, & ſanctæ crucis ad ſimulatam ſpeciem in contemptum Chriſtianæ fieri fidei ſacrilega mente exurere audivimus, quod Provinciarum Rectores prohibeant, ne ſacris ſuis fidei noſtræ ſignum immiſceant, ſed ritus ſuos citra contemptum Chriſtianæ legis obtineant: amiſſuri ſine dubio permiſſa hactenus, niſi ab inlicitis temperaverint.* Et ita plane lacunas, quibus hæc lex miſerum in modum deformata fuerat, explere optimum viſum eſt.

C. *De Monachis & Virginibus quæ profeſſionem ſuam non cuſtod.* Ut Eccleſiam execrandis proſcidere diſcidiis Hæretici, ita etiam in ordinem Aſceticum impuriſſimæ quædam larvæ ſæpe probrum intulere, aut certe nævum illevere? Adeo utique nullius tam omni ex parte perfecti corporis decor & dignitas emicat, cui haſce natura non addiderit partes, quas tegere jubet verecundia. Inter famoſa nomina Monachorum, qui vitæ ſolitariæ falſitate cœtum bonorum deſugerent, ac ſecretas urbes eligerent peſſimorum, aut qui Nomadum inſtar nullibei cives, incolæ, aut inquilini ſtatam ſedem defigerent, ſed ubeivis gentium vagam & deſultoriam vitam exigerent, ii ſunt Sarabaïtæ & Girovagi. Sarabaïtæ ſunt, cui nulli ſe addixere Sacramento Regularum quæ τυπικὰ vocantur Joanni Metropolitæ Εὐχαϊτείας εἰς τυπικὸν τῆς Λαύρας.

Δέδωκα μήπως θεσπίσας ἄλλοις τάδε
Αὐτὸς δὲ τούτων οὐδὲν ἐξειργασμένος,
Κατηγόρους εὕρωμι τοὺς ἐμοὺς νόμους.
Ἀλλ' ὁ κριτής μου, καὶ Θεὸς, καὶ δεσπότης,
Μὴ τοῖς ἐμοῖς με, τοῖς δὲ σοῖς κρίνοι νόμοις
Οὐ τοὺς δικαίους (φεῦ γὰρ οἴχομαι τάλας)
Τοὺς συμπαθεῖς δὲ καὶ φιλανθρώπους λέγω
Οἷς πρᾶγμα σώζειν οἶδας, ὡς εὐεργέτης.

De quo genere Monachorum Auguſtinus ad Fratres in Eremo: *Corpora deſpectis veſtibus detegunt foris, ſed intus ad carnem purpura induuntur, in cinere prædicant ſe jacere, ſed excelſa palatia non deſpiciunt, angelicam faciem foris oſtendunt, ſed lupina corda eos habere non dubitamus. Tales fuerunt illi Sarabaïtæ, de quibus tertiò nobis ſcripſit Beatus Hieronymus, quorum genus eſt omni affectu vitandum.* Quos etiam Hieronymus *Remobab*, nî fallor, appellat. Sarabaïtæ autem voce corruptiſſima dicti fuerunt, quaſi Sararaïtæ à *Sararim*, quod ad præpoſitis ἡγουμένοις exhibenda obedientiæ officia inflecti animus non poſſit. Cujus generis Acephalos Clericos vocant priſca Synodorum monimenta, Clericorum ſcilicet præfractum, ſuique impotens genus, quod prælatorum conſiliis inhiberi regique nolit. Epiphanius Hæreſ. LXXX. adverſus Maſſalianos damnatum Monachorum genus perſtrigit: Ἀλλὰ καὶ ἄλλῳ τύπῳ προσειλήφθησαν οἱ αὐτοὶ τίμιοι ἡμῶν ἀδελφοὶ, οἱ κατὰ Μεσοποταμίαν ἐν Μοναστηρίοις ὑπάρχοντες, εἴτουν μάνδραις καλουμέναις, κόμαις γυναικικαῖς προβαλλόμενοι, καὶ σάκκῳ προφανεῖ ἐπερειδόμενοι. ἰδοὺ δὲ τὰ τῆς ἁγίας παρθένου μητρὸς ἡμῶν τῆς Ἐκκλησίας ὑπάρχει τέκνα σεμνὰ, οἰκηρὰ, Θεῷ λατρεύοντα κρυφίως τῷ εἰδότι τὰ κρύφια, καὶ ἀποδιδόντι ἐν τοῖς φανεροῖς κατὰ τὸ γεγραμμένον, καὶ εὐσχημόνως διὰ τοὺς ἔξω, καὶ μὴ βούλεσθαι λαβεῖν ἀπὸ τῶν ὁρώντων τὸν μισθὸν, καὶ τὴν χάριν ἀλλοτρίαν γὰρ ἐστὶ τῆς Καθολικῆς Ἐκκλησίας σάκκος προφανὴς

καὶ κόμη ἐκτεμομένη ἀπὸ τοῦ κηρύγματος τοῦ Ἀποστόλου. Apud Nicetam & Damaſcenum Hacetæ recenſentur feſtivi mirum quantum Monachi quibus ſolemne in Gynæconitidas Aſcetriarum convenire, & oppido hilarem qua tripudio, qua cantu exercere pietatem, ad illius nimirum choreæ ſempiternam memoriam, quam Moſes, ejuſque ſoror tranſmiſſo mari rubro inſtituerunt. Nonnulli apud Auguſtinum *lib. ſingulari de Opere Monachorum* ſub Religionis titulo prophana exercebant compendia, ſacroſque Martyres diſtrahebant huc & illuc palantes: *O ſervi Dei, Milites Chriſti, itane diſſimulatis callidiſſimi hoſtis inſidias, qui bonam famam veſtram, tam bonum Chriſti odorem, ne dicant animæ bonæ, poſt odorem unguentorum tuorum curremus, & ſic laqueos ejus evadant omni modo cupiens obſcurare putoribus ſuis, tam multos hypocritas ſub habitu Monachorum uſquequaque diſperſit, circumeuntes provincias, nuſquam miſſos, nuſquam fixos, nuſquam ſtantes, nuſquam ſedentes. Alii membra Martyrum, ſi tamen Martyrum, venditant: alii fimbrias & Phylacteria ſua magnificant: alii parentes vel conſanguineos ſuos in illa, vel illa regione ſe audiiſſe vivere, & ad eos pergere mentiuntur: & omnes petunt, omnes exigunt, aut ſumptus lucroſæ egeſtatis, aut ſimulatæ pretium ſanctitatis:* Quod & à Monachis Orientalibus ſæpe uſurpatum legimus. Et ii ſunt Girovagi ῥεμβόμενοι, quibus beneficium indultæ immunitatis erepticium adimitur L. *Generaliter.* LII. §. *eos tamen.* Cod. *de Epiſc. Aud.* Eos tamen Clericos, & Monachos hujuſmodi habere beneficium ſancitur, qui apud ſacro-ſanctas Eccleſias, vel Monaſteria permanent, *Non divagantes, neque circa miniſteria deſides: cum propter hoc ipſum beneficium hoc eis indulgeamus, ut aliis omnibus derelictis, Dei omnipotentis miniſteriis inhæreant.* Et Nov. V. Juſtiniani, ſi quis defectionis crimen incurrat, & ex Monaſtica ad κοσμικὴν vitam ultro proſiliat, ejus bona Monaſterium vindicat, quorum jam edita fuerat ἀποταγὴ, & quæ apud Attaliatem λοιπάδια appellantur, ipſeque apparitori accenſetur, ut qui ſacrum miniſterium abjecerit, terreni tribunalis obſequiis ſubjiciatur.

CII. *De iis qui adulteras habent uxores.* Satyra Procopiana, quæ ſub nomine Hiſtoriæ Arcanæ in lucem prodiit, ſæculum ſuum impune admiſſis adulteriis funeſtiſſimum ita perſtringit: Τότε καὶ ταῖς γυναιξὶ σχεδόν τι ἁπάσαις τὸν τρόπον διεφθάρθαι ξυνέβη. Ἐξημάρτανον γὰρ ἐς τοὺς ἄνδρας ἐξουσίᾳ τῇ πάσῃ οὐ φέροντος αὐταῖς κίνδυνόν τινα, ἢ βλάβην τοῦ ἔργου. Ἐπεὶ καὶ ὅσαι μοιχείας ἁλοῖεν, αὗται κακῶν ἀπαθεῖς ἔμενον παρὰ δὲ τὴν Βασιλίδα αὐτίκα ἰοῦσαι, ἀντιστραφεῖσαί τε γινόμεναι, καὶ δίκην οὐ γεγονότων ἐγκλημάτων ἀντιλαχοῦσαι τοὺς ἄνδρας ὑπῆγον.. περιῆν τε αὐτοῖς ἀνεξελέγκτοις οὖσι, τὴν μὲν προῖκα ἐν διπλασίῳ ἀποτίνειν. μαστιγουμένοις δὲ ἐκ τοῦ ἐπὶ πλεῖστον ἐς τὸ δεσμωτήριον ἀπάγεσθαι. καὶ αὖ πάλιν τὰς μοιχευτρίας ἐπιδεῖν, κεκομψευμένας τε, καὶ πρὸς τῶν μοιχῶν ἀδεέστερον λαγνευομένας. Ubei vides publice verberatos μεμαστιγωμένους, id eſt, ut loquuntur poſtremæ græciæ JC. ἀλλαχτῶν ἐπὶ πλεῖστον σωφρονιζομένης, & in duplum dotis compendium refuſum, quod calumniæ reum caput judicio irritæ delationis infamiæ ſuplicium ſequatur, & calumniantes ad vindictam depoſcat ſimilitudo ſupplicii L. ult. Cod. *de Calum.* jure enim mariti qui accuſant, calumniæ periculum non evitant, niſi quis juvenali facilitate ductus, vel etiam fervore ætatis accenſus ad accuſationem proſiliat, accuſanti ei non facile calumniæ pœna irrogatur, ut habent Pandectæ Florentinæ ad Leg. Jul. *de Adult.* Hæc autem in adulteras decreta fuit pœna, ut dotem adulteræ uxoris maritus lucretur, ut per omnes cauſas viro pacta dotalibus illata inſtrumentis ſerventur, & in Monaſterium competentibus ſubacta vulneribus conjiciatur, Nov. CXXXIV. Juſtiniani Cap. XIV. Synopſis Baſilicon περὶ τῆς μοιχείας; Καὶ τὴν γυναῖκα σωφρονισθεῖσαν καὶ .... σαν, μοναστηρίῳ ἐμβληθῆναι κελεύομεν. Vetus Interpres caſtigatam & detruſam. Quidem correctores, aut corruptores potius hunc locum temerarunt σωφρονισθεῖσαν καὶ καρεῖσαν. Sed male. Nec enim detondebantur hæce mulierculæ niſi poſt mortem mariti, aut poſt triennium ſi uxorem non repeteret maritus, quo tempore ſcilicet κείρεσθαι, καὶ τὸ μοναχικὸν σχῆμα ſuſcipere jubebatur. Quibus mutabilis ſexus propudiis deſtinatum fuit Monaſterium ad adverſum Boſphori Thracii latus, ut indicat Procopius: ἀλλὰ καὶ ὑπὲρ τῶν ἁμαρτάδων τῶν ἐς τὸ σῶμα κολάσεις τῇ Θεοδώρᾳ ἐπενοεῖτο, ἐπιμελὲς ἦν πόρνας ἀμέλει πλέον ἢ πεντακοσίας ἀγείρασα, ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἐς τριώβολον, ὅσον ἀποζῆν μισθαρνούσας, ἔς τε τὴν ἀντιπέρας ἤπειρον στείλασα ἐν τῷ καλουμένῳ μοναστηρίῳ καθεῖρξε τὸν βίον μεταμφιέσασθαι ἀναγκάζουσα.

CIII. *De His qui partus ſuos ex fornicatione diverſis modis interimunt.* Quam ſit publica deteſtatione, communique odio dignum in ipſis hominem primordiis dum fingitur, dum animatur, inter ipſas artificis naturæ manus parricidio mactare, quiſque vel humanitatis exſors judicat. Hujus furoris exerendi in propia pignora viſceraque hæc cauſa plerumque prætenditur, ne ex abdito fornicee in auram, lucemque prolata libido ſui exciecat ludibrium, quod παραδειγματίζεσθαι dicitur, neve æquor illud ventris irrugetur, ac de gravitate oneris, & labore partus fatiſcat, ut inquit Phavorinus apud Aulum Gellium. Illa autem ab ortiva medicamina, quibus excietur ab.orſus ἀμβλωτρίδια ἐξηπλωμένα τὰ ἔμβρυα vocat Heſychius, & Synodus Trullana ἐμβρυόκτονα φάρμακα VV. GG. ἐκτρωματικόν, ἐκτρωματικὸν aborticium. Lexicon Galeni ἀμβλωσμὸς ἐκτρωσις Quid inter ſe differant ἐκρύσεις, & ἐκτρωσμοὶ docet Ariſtoteles in Hiſtoria Animalium. Quibus epotis medicaminibus effunditur κύημα ἀμορφον evanidum quid & ἄφορμον, qualia ſunt μύλαι, σαρκοειδῆ κυήματα. Quo in crimine plectendo non ita ſpectata ἀκριβολογία ſubtilior & accuratior Juris ſubtilitas? an ſcilicet ἀτελῆ & nondum completa forma partum data opera mulier abegiſſet, ut ſtatuit Baſilius Can. II. ad Amphilochium: φθείρασα κατ᾽ ἐπιτήδευσιν, φόνου δίκην ὑπέχει. Ἀκριβολογία δὲ ἐκμεμορφωμένου, καὶ ἀνεξεικονίστου παρ᾽ ἡμῖν οὐκ ἔστιν. Exquiſitum autem à matribus nondum editorum liberorum cruorem ad vetita, & ἀπηγορευμένα ſacra procuranda teſtatur Michael Pſellus. Περὶ τῆς ἐνεργείας τῶν Δαιμόνων: Τὴν δὲ ἐνιαύσιον περίοδον ἀναμείναντες, ὅτε καιρὸς ἐκτεχθήσεσθαι τὰ ἐξ ἀθεμίτου σπέρματος ἀθέμιτα ἔκγονα, κατὰ ταὐτὸν ἀπαντῶσιν αὖθις. Καὶ δὴ τῇ μετὰ τὸν τόκον τρίτῃ, τὰ δύστηνα τῶν μητέρων ἀποσπῶντες βρέφη, καὶ ξυρῷ τὰ τούτων σαρκία περιαμύττοντες, τὸ ἐκχεόμενον αἷμα φιάλαις ἀπολαμβάνουσιν. αὐτὰ δὲ ἐπὶ πυρὰν βάλλοντες ἔτ᾽ ἐμπνέοντα καίουσιν. εἶτα τὴν ἐκ τούτων τέφραν τῷ ἐν φιάλαις αἵματι φύραντες, συνθετόν τι βδέλυγμα συντιθέασιν, τῷ ταύτῃ σίτῳ, καὶ τὰ ποτὰ λαθραῖα μολύνοντες, καθάπερ οἱ τῷ μελικράτῳ συμμιγνύντες τὸ δηλητήριον,

αὐτοὶ

αὐτοί τε τούτων καὶ τῶν ἄλλων εἰ τὰ κρυπτόμενα μὴ φαγόντες συμμετέχουσι. Vide quæ de Gnoſticis narrat Epiphanius Hæreſ. XVI.

CIV. *De homicidiis vel de his qui non ſponte homicidium commiſerunt.* Michaël Attaliates ad L. Corn. *de ſicariis* ἐν τοῖς ἐγκλήμασιν οὐ τὸ γεγονὸς ἀλλ' ἡ διάθεσις σκοπεῖται. Ita ut qui necem homini intulerit, aliquando abſolutus impune abſque noxa evolet, nulluſque detur locus conflandæ criminationi, & qui non violentas attulit manus, homicidii pœnis ſubjiciatur. Concilium enim uniuſcujuſque noo factum puniendum eſt. Extat Reſcriptum Hadriani in Collatione LL. Moſaïcarum, quod equidem illiteratæ ætatis petitiones declinare vix potuit, multis enim eſt confoſſum vulneribus, quibus nemo medelam faciat, niſi ope veterum Codicum inſtructus: *Et qui hominem occidit abſolvi ſolet, ſcilicet ſi non occidendi animo id admiſit: Et qui non occidit, ſed voluit occidere, pro homicida damnatur. E re itaque conſtituendum eſt ex quo ferro percuſſit ipſa funditus.* Si quid valent conjectanea in conclamato loco fortaſſis emendandum eſſet, E re itaque ipſa conſtituendum ex quo ferro percuſſus fuerit. Fugitivæ enim ſæpe voces librariorum culpa in alienas ſedes immigrant *Nam ſi gladium inſtrinxit* diſtrinxit, *aut telo percuſſit, quid dubium eſt quin occidendi animo percuſſerit? Si lapide percuſſit, aut cucuma, aut cum forte rixaretur, ferro percuſſit, non occidendi mente:* Quæ eadem in Pandectis Florentinis ſciſcuntur ex Marciani lib. XIV. Inſtitutionum, ſed paululum immutata: *D. Hadrianus reſcripſit, eum qui hominem occidit, ſi non occidendi animo hoc admiſit: abſolvi poſſe. Et qui hominem non occidit, ſed vulneravit ut occidat, pro homicida damnandum. Et ex re conſtituendum hoc. Nam ſi gladium ſtrixerit, & in eo percuſſerit: indubitate occidendi animo id eum admiſiſſe. Sed ſi clavi percuſſit, aut cucuma in rixa: Quamvis ferro percuſſerit, tamen non occidendi animo: Leniendam pœnam ejus, qui in rixa cauſa magis, quam voluntate homicidium admiſit.* Sæpe enim quis improviſi caſus, fative infelicitate vel inſons cædis admiſſæ crimine ſeſe obligat, qua de re priſco Judæorum jure ſancita fuerunt jura Aſylorum διὰ ἀγχιστεύοντα τὸ αἷμα ut loquuntur LXXII. Interpretes, ne ſcilicet in illorum manus incidant, quibus competit ulciſci dolorem, mortemque illatam vindicare, nam ſi ſcripti hæredes necem teſtatoris inultam omiſiſſe conſtiterit, velut indigni à ſucceſſionis compendio removentur, & fructus integros coguntur refundere, neque enim bonæ fidei poſſeſſores ante controverſiam illatam videntur fuiſſe, qui debitum officium pietatis ſcientes omiſerant, ut loquuntur Impp. L. I. Cod. *de his quæ ut ind. auf.* Suidas ἀγχιστείας interpretatur: ἀγχιστεία, ἡ μετουσία τῆς οὐσίας παρὰ Ἀριστοφάνει ἐν ὄρνισι. νόθῳ μὴ εἶναι τὴν ἀγχιστείαν & ἀγχιστεύω ῥῆμα γενικῇ ἀγχιστεία συγγένεια. Ἀγχιστεῖς, οἱ ἀπὸ ἀδελφῶν, καὶ ἀνεψιῶν, καὶ θείων κατὰ πατέρα καὶ μητέρα ἐγγυτάτω τελευτήσαντος. οἱ δὲ ἔξω τούτων, συγγενεῖς μόνον. οἱ δὲ κατ' ἐπιγαμίαν μιχθέντες τοῖς οἴκοις οἰκεῖοι λέγονται. Noſtris vero legibus conceſſa ædium ſacrarum tutela, ne inſontibus & ἀδικουμένοις aliquid nefaria vis importet detrimenti. Nov. Juſtiniani XVII. ἄλλως τε ἡ ἐκ τῶν ἱερῶν ἀσφάλεια, οὐ τοῖς ἀδικοῦσιν, ἀλλὰ τοῖς ἀδικουμένοις δίδοται παρὰ τοῦ νόμου. καὶ οὐκ ἂν εἴη δυνατὸν ἑκάτερον ἰσχυρίζεσθαι τῇ παρὰ τῶν ἀσύλων τόπων ἀσφαλείᾳ, καὶ τὸν ἀδικοῦντα, καὶ τὸν ἀδικούμενον. Templorum cautela non nocentibus, ſed læſis datur à lege: & non erit poſſibile utrumque tueri cautela ſacrorum locorum & lædentem & læſum. Quædam enim conſtitui præſidia confugis publica æquitatis ratio exegit, in quibus innocentis homicidæ infelicitas adverſum ſæviſſimi ultoris, aut hoſtis impetus in tuto foret, neque crudeliſſimis pateret manibus præda. Sed & non omnino impune abire permiſſus fuit, qui fato magis, quam voluntate alicujus ſanguine & cæde manus cruentaſſet. Ex hac enim Ancyrana Synodo περὶ ἀκουσίων φόνων Can. XXII. ὁ μὲν πρότερος ὅρος ἐν ἑπταετίᾳ κελεύει τοῦ τελείου μετασχεῖν κατὰ τοὺς ὡρισμένους βαθμούς. ὁ δὲ δεύτερος τὸν πενταέτη χρόνον πληρῶσαι. Præſtitutos pœnitentiæ gradus habes apud Baſilium Can. LVII.

CXXXV. *De his qui parentes Chriſtian. obtentu ſpernunt.* Quis ſanctiſſima naturæ jura impune violari ferat, & ſupremam legem, quæ de parentibus ſubſidio præſtando lata eſt, prætextu diſſimulati voti Deo perſolvendi nefaria & ſacrilega impietate eludi; ita ut utraque tabula veteris Νομοθέτη quodam veluti colliſu diffracta diſſiliat. Heic enim ſpernere dicitur, ſi cum ſit in facultatibus filius, alimonia deneget, aut εὐσεβείας σχήματι juſtiſſima officia inficiari audeat parenti, quod Judæis exprobatum legimus ad illud Mathei XV. δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς. Quæ quia ἐλλειπτικῶς concepta ſunt, ita efferenda videntur: Κορβᾶν τουτέστι δῶρον, ὃ ἐὰν ἐξ ἐμοῦ ὠφεληθῇς, ἀπαιτεῖς, ἀνατιθέμενόν ἐστι, καὶ ἔμεγε πάσης θεραπείας, ἐπιταγῆς καὶ ὑπηρεσίας ἀπελευθεροῖ. Qua nimirum inofficioſa exceptione ingrati & contumaces liberi voces votaque paterna ſubmovebant. Quo te dono à me cumulari aut affici depoſcis, dudum ſum defunctus, ſolemne donarium a me aris conſecratum eſt, quo liberatus fui ab omni ſubſidio, præſidioque tuæ egeſtati præſtando. Ita enim, ut hanc ἔλλειψιν expleam, ſuadet res ipſa & ſeries orationis. Porro uſitatiſſima fuit ἔλλειψις in veteribus vocibus enunciandis, quæ proxime παροιμιώδεις referunt, ut quiſque animadvertit in συντάξει Proverb. Ebræor. quam ſupra omnem laudem Doctiſſ. Paulo Fagio debemus. Eſt & apud Ciceronem veteris Pſephiſmatis elliptica formula, quæ acutioribus ingeniis videatur acri vindice dignus nodus: *Eſt quando duellum gravius, diſcordiæ civium, eſtanto ne ſex amplius menſes, ſi ſenatus creverit.* Quem locum ita vindicare placet, ne ſtatuunto amplius ſex menſes: id eſt ne Dictatoribus prorogentur faſces, ne ſi diutius ſumma rerum potiri aſſueſcant, mos tandem inceſſat uni prorſus parendi. Sed intra rei propoſitæ limites cohibenda ſcriptio. Qui parentibus à liberis exhibenda ſint promptiſſimæ pietatis officia, præſcribunt veteris Clementis Romani διαταγαί, quæ vulgo Conſtitutiones Apoſtolicæ appellantur: τὸν πατέρα, καὶ τὴν μητέρα θεραπεύσεις ὡς αἰτίους σοι γενέσεως, ἵνα γένῃ μακροχρόνιος ἐπὶ τῆς γῆς, ἧς Κύριος ὁ Θεός σου δίδωσί σοι τοὺς ἀδελφοὺς σου καὶ τοὺς συγγενεῖς σου μὴ ὑπερίδῃς, τοὺς γὰρ οἰκείους τοῦ σπέρματός σου οὐχ ὑπερόψει. Sed nolo in hunc cuique pervium locum excurrere. Hos enim multa farctos undecumque ſupellectile commentarios, quibus imperitiſſimum ſtudioſorum genus quotidie vel ingentes late complet officinas, me pluſquam odio vatiniano odiſſe in ſumma laude ſemper poſui.

CXLVIII. *Item ſi per ambitionem ſedem mutaverint.* Sæpe neceſſitatis, aut utilitatis rationem exegiſſe, ut ſedem ſtationemque mutarent Epiſcopi compertiſſimum eſt ex lib. II. ſententiarum Synodicarum Juris Canonici Orientalis Cap. IV. περὶ μεταθέσεων, de quibus in commentariis no-

ſtris Decretalium Epiſt. Pontificum ad tit. *de tranſlatione Epiſcoporum.*

CLVII. *Ut qui in canali ſunt Epiſcopi.* Ne quid adverſus publicam privatamque quietem molirentur degeneres & ſanctionum Canonicarum temeratores Epiſcopi, qui ſæpe nullis Metropolitæ litteris συλλαβαῖς muniti ad ſacrum comitatum ventitabant, non privatis viduarum pupillorumque neceſſitatibus opem impetraturi, ſed interventu gratiæ, aut ambitionis decreta ambitioſa πρὸς χάριν eliciturі, cautum fuit, ut qui ἐν παρόδοις ἤτοι καναλίῳ conſident Epiſcopi, in hoſce errones inquirerent? Ecquo & qua Eccleſiaſtici negotii, aut Religionis cauſa ſacrum comitatum peterent? an ſuopte arbitrio & voluntate? an vero juſſionibus Imperatoris evocati. Eſt autem heic Canalis Propontidis oſtium, quod ςόμα & cum adjuncto ςόμα πόντου appellatur, quo Conſtantinopolim patet ςόμα πόντου. Stephanus περὶ Προποντὶς, ἡ πρὸ τοῦ Πόντου τοῦ εὐξείνου Θάλασσα καὶ γῆ Βυζαντίων. ὁ οἰκήτωρ προποντίτης, καὶ προποντίτιος. καὶ προποντὶς ἡ θάλασσα. Euſtathius ad Dionyſium Periegeten: Ὅτι ὁ τοῦ Αιγαίου Πόντου πλατὺς πόρος, ἀπὸ Πατάρων ἀρχόμενος, εἰς Τένεδον, καὶ Ἴμβρον περαίνεται. ἐκεῖθεν δὲ ςενὸς ἔρχεται αὐλῶν συρόμενος πρὸς βορρᾶν, ἕως εἰς τὴν καθ' ἡμᾶς ταύτην τὴν πρὸ τοῦ Πόντου εὐξείνου. ἀφ' ἧ ὀνομάζεται Προποντίς. καλῶς δὲ εἶπε τὸ, αὐλῶν ςενὸς, ὡς πρὸς διαςολὴν αἰγαίου πλατυτάτου ὄντος. ςενὴ γὰρ ἐςι, καὶ εἰσαεὶ αὐλωνοειδὴς ἔκτασις, ὁ Ἑλλήσποντος δεῖ δὲ εἰδέναι, ὅτι ἡ Προποντὶς, καὶ ςόμα ἁπλῶς λέγεται, καὶ μετὰ προσθήκης δὲ ςόμα πόντου, δηλαδὴ τοῦ Εὐξείνου, ὡς κατ' ἐξοχὴν πόντος λέγεται, ὡς μετ' ὀλίγον εἰρήσεται. Sedes Epiſcopales ad fauces Propontidos & Helleſponti ſitas habes ἐν διατυπώσει Leonis Auguſti Sapientis περὶ θρόνων. ὁ ἐξαμιλίου ὁ Μαδύτου, ὁ ἐλαιδοῦς Epiſcopi, qui Metropolitanam agnoſcunt Cathedram Ποντοηρακλείαν ut vocatur in Ecthesi Andronici Paleologi.

CLXVI. *De his quæ debeant in ambone hoc eſt in pulp.* Clemens Romanus lib. I. Διαταγῶν: Εἰδὲ μὴ καθιζόμενος ἔνδον ἀναγίνωσκε τὸν νόμον, τὰς βασιλείας, τοὺς προφήτας. Ψάλλε τοὺς ὕμνους Δαυίδος, διέρχου ἐπιμελῶς τὸ εὐαγγέλιον τὸ τούτων συμπλήρωμα.

CLXXV. *De exorciſtis qui non ſunt ab Epiſcopis ord.* Vetuſtiſſimis ſæculis obſervatus exorciſmorum ritus, quos ſibi quique è trivio impoſtores, aut hæretici vindicarunt. Omnium bipedum imperitiſſimus ſycophanta Paracelſus de Occulta Philoſophia: *Itaque fas omnino ac æquum ſit ipſos quoque Theologos, quidnam magica eſſet, compertum habere, ne immerenter adeo & ſcienter illam veneficium appellarent; illis enim cumprimis magica inſerviret, quia ſcripturæ ſeſe Doctores & magiſtros profitentur. Nec ob id hoc volo, ut in magica illi laborent, aut illa utantur: ſed ut ejus ſaltem cognitionem habeant, & effectum virtuteſque illius judicare ſciant, propter inſignia & ſublimia myſteria, in ſacra Scriptura recondita, & ab Apoſtolis, Prophetis, Chriſtoque adeo ipſo pronunciata, quam intellectu noſtro nec capimus, nec perſcrutari poſſumus. Quis enim nunquam Theologus (magiæ non ſimul peritus) aut Diabolum, aut ſpiritum alium ejecit, allexit? aut quod multo minus & levius eſt, ægrum aliquem ſanavit, aut aliter juvit per ſolam ſuam fidem.* Sed procul amolienda eſt iſthæc infauſti ominis magica diſquiſitio in Exorciſmis, cujus ἐνεργείᾳ ineptiſſimus agyrtes Theologum dæmones ejicere impudentiſſime aſſerit. Quin & ipſi Hæretici ἐξορκίζειν attentarunt. Irenæus lib. I. Cap. XX. *Exorciſmis & incantationibus utuntur. Amatoria quoque & agogima, & qui dicuntur paredri, & oneiropompi, & quæcunque ſunt alia parerga.* Emendandum eſt περίεργα. Quæſtiones ſub nomine Juſtini Martyris evulgatæ: εἰ ἐν ταῖς Ἐκκλησίαις τῶν Αἱρετικῶν δυνάμεις ἐνεργοῦνται, οἷον νοσημάτων ἰάσεις, καὶ πνευμάτων διωγμοὶ ἀκαθάρτων, καρπῶν γῆς φορὰ, καὶ ἐλαίου ἀναβλύσεις, πῶς οὐκ ἀνάγκη ἐκ τούτων ἐν τῇ πλάνῃ βεβαιοῦσθαι ἐκείνους. Quem etiam ſummi numinis favorem in propellendis dæmonibus quamvis immeritæ munificentiæ damno mulctati, libertate & civitate miſerandum in modum ſpoliati Judæi ſtabili firmoque jure retinuerunt; ne maximam omnino viderentur capitis diminutionem excepiſſe, quibus adhuc ſupererat à Deo optimo maximo exhibiti χαρίσματος quædam imago. Ita Irenæus Lugdunenſis *lib. II. adverſus Hæreſes Cap. V.* Priſcis autem ſæculis exploratiſſima fuit diſciplina, qua, invocata melioris Angeli averrunci ope, noxium numen πονηροῦ avertebatur. Eſt enim veriſſima hæc viri Principis Pici Mirandulæ Concluſio XLVI. Rerum Kabaliſticarum: *Non ponitur Rex terræ in terra, quin prius humilietur militia cæleſtis in Cælo.* Ut ſcilicet ſi hominem pervadat, aut noxium quid inferat ſcæva vis infauſtæ δυνάμεως, cedat oportet ille: qui meliori fortunæque mortalium præſidet bonus genius: Sicque viciſſim ſi Dæmonem corpore expellat & procul faceſſere jubeat fauſti feliciſque ominis genius, victum cedere oportet Dæmonem ἀποςάτην, alterno enim conflictu, victoriaque adverſas bonorum malorumque Angelorum acies nunc attolli, nunc deprimi docuit vetus Theologia ſecretiorum myſteriorum. Exorciſtarum vero alii fuerunt ἀχειροτόνητοι, alii vero ad exorciſmorum fulmina rite intentanda προχειριζόμενοι. Hi vim ejiciundorum dæmonum ἀπὸ τῆς ἀρχιερατικῆς χειροτονίας apiſcebantur, qui L. VI. Cod. *de Epiſc. & Cler.* perſonalium munerum expertes habentur: illi vero privato Divini Numinis conceſſu hocce χάρισμα conſequebantur, de quibus Clemens Rom. lib. VIII. Ἐπορκιςὴς οὐ χειροτονεῖται. εὐνοίας γὰρ ἑκουσίου τὸ ἔπαθλον καὶ χάριτος θεοῦ χριςοῦ ἐπιφοιτήσει τοῦ Ἁγίου Πνεύματος, ὁ γὰρ λαβὼν χάρισμα ἰαμάτων δι' ἀποκαλύψεως ὑπὸ θεοῦ ἀναδείκνυται, φανερᾶς οὔσης πᾶσι τῆς ἐν αὐτῷ χάριτος. ἐὰν δὲ χρεία αὐτῷ χάριτος. ἐὰν δὲ χρεία αὐτοῦ γίνηται εἰς Ἐπίσκοπον, ἢ Πρεσβύτερον, ἢ Διάκονον χειροτονεῖται. Sed cum quiſque è trivio has partes exorciſtarum ſibi vindicaret, ſeque falſo nomine venditaret pro ſua quiſque libidine hoc ſibi à Deo collatum donum impune arrogans, vetitum fuit, ne quis niſi ab Epiſcopis ad exorciſtarum miniſterium obeundum promotus foret, exorciſtæ munus gereret, ut habetur in hoc Canone, quem interpretamur. Perperam Interpp. Græci ἐπορκιςὰς κατηχητὰς interpretantur, diſtinctum enim munus fuit, namque hi Cathecumênos Symbolum aliaque docebant, illi vero φωτιζομένους exorciſmis expiabant, de quibus vide Auguſtinum ad Pſalm. LXV. *Vas ergo quod in igne formatum eſt aquam non timet, vas autem ſi ſolidatum igne non fuerit tanquam lutum aqua ſolvetur, noli feſtinare ad aquam per ignem tranſi ad aquam, ut tranſeas & aquam. Propterea & in ſacramentis, & in catechiſando, & in exorciſando adhibetur prius ignis. Nam*

unde

unde plerumque immundi ſpiritus clamant ardeo, ſi ille ignis non eſt? poſt ignem autem exorciſmi venitur ad baptiſmum, ut ab igue ad aquam, ab aqua in refrigerium.

CXCVI. *Quod non oport. abſolute quoſt. ord.* Hoc Canone proviſum conſultumque fuerat, ne quis è Clericorum numero huc & illuc, qua data forte copia, evagaretur, ſed cui Eccleſiæ ſe in Clericum addixiſſet uni æterno voto obſtrictus ἀπολελυμένως adhæreret, nec eſſet in ſacerdotium tantum Domini, ſed etiam in locum Eccleſiæ dedicatus, ut loquitur Paulinus Epiſt. VI. ad Severum.

CC. *Ut nequaquam in duos Metropolit. prov.* Can. XVII. Concilii Calchedonenſis, & Can. XXXVIII. Synod. VI. in Trullo ſancitum fuit: εἴ τις ἐκ βασιλικῆς ἐξουσίας ἐκαινίσθη πόλις, ἢ αὖθις καινισθείη τοῖς πολιτικοῖς καὶ δημοσίοις τύποις καὶ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν πραγμάτων ἡ τάξις ἀκολουθείτω. ut ſcilicet, ſi quæ urbes Metropolitano nomine aut dignitate exornarentur ab Impp. Metropolitana Cathedra juribuſque frueretur, ſeque Eccleſiaſtica πολιτεία civili conformaret. Ubei obſervandum eſt dragmaticam ſauctionem, quæ de Metropolis erectione ab Imperatore emanaverit, non valere niſi ſacræ paginæ inſertum fuerit: εἰ μὴ ὁ κατὰ καιροὺς Βασιλεὺς οἴκοθεν ὁρμηθεὶς χάρτῳ ἀνθρωπίνης μὴ μεταλαβούσης οὐκ εὐπρεπῶς βουληθείη ταύτῃ τὸ ἐπαναβεβηκὸς ἀξίωμα παρασχεῖν, ἢ τιμῇ τῆς πόλεως, ἢ πίστει τῇ πρὸς τὴν εὐαγῆ Ἐκκλησίαν, ἢ προεστῶτος αὐτῆς τὴν ἀρετὴν σεβασθείς. Κἀντεῦθεν αὐθόρμητος γεγονὼς πρὸς τὸ χαρίσασθαι τὴν τιμήν. ut habet Nov. Alexii Comneni de eo quod Imperatori permiſſum ſit Epiſcopatus in Metropoles erigere. Heic interp. Græci Canonum τύπους πραγματικοὺς & δημοσίους interpretantur βασιλικὰ γράμματα ſive πραγματικὰ προστάγματα, edictum, aut ſanctionem è publico bono latam ſancitamque πράγματα enim & πράγματα βασιλικὰ ſunt res publicæ Imperii, unde notio Pragmaticarum ſanctionum enata fuit, quod non ad ſingulorum preces in privatis negotiis proferantur, ſed ſi univerſitas ob publicam cauſam preces fuderit. Sed ex iis vide quæ non in Remp. Chriſtianam illatæ & importatæ clades, quæ non à Patribus ſancitæ diſciplinæ ratio ſœdiſſimum in modum labefactata fuit, dum emiſſarii gratiam auctoritatemque eblandiuntur, ut ſe ſuamque urbem Metropolitico jure augeat Imperator, alienis juribus obroget, & ἐπαρχίαν imminuat, quod factum fuit ab Impp. Valentiano & Valente, quorum programma habes lib. II. Sententiarum Synodicarum Juris Eccleſiæ Orientalis. Hinc illa inter Baſilium & Anthemium exorta jurgia, de quibus Gregorius Nazianz. in Oratione funebri Baſilii: Τῆς γὰρ πατρίδος ἡμῶν εἰς δύο διαιρεθείσης ἡγεμονίας, καὶ Μητροπόλεις, καὶ πολλὰ τῶν ἐκ τῆς προτέρας τῇ νέᾳ προσαγούσης, ἐντεῦθεν καὶ τὰ ἐκείνων ἐστασιάσθη. ὁ μὲν γὰρ ἠξίου τοῖς δημοσίοις, καὶ τὰ ἡμέτερα συνδιαιρεῖσθαι, καὶ διὰ τοῦτο μεταποιεῖτο τῶν νεωστὶ προσελθόντων, ὡς αὐτῷ διαφερόντων ἤδη κἀκείνων κεχωρισμένων. ὁ δὲ τῆς παλαιᾶς εἴχετο συνηθείας, καὶ τῆς ἐκ τῶν Πατέρων ἄνωθεν διαιρέσεως. Ne enim univerſæ provinciæ Capadociæ præſideret Baſilius, in duas provincias primam & ſecundam Capadociam diviſit ſceleſtiſſimus Imperator Valens, unde Stephanus dixit: εἴρηται δὲ οὐχ ὡς ὧν εἰς πρώτην καὶ δευτέραν, ἀλλ' εἰς μείζονα. καὶ ἐλάττονα καὶ μικρὰν, καὶ μεγάλην. Ac tandem poſtremo ſequioris ſæculi labente fato id ſibi indulſerunt plerique Imperatores, ut ex Epiſcopalibus ſedibus Metropolitanas facerent, ut quiſque videat in Notitia Epiſcopatuum Orientis Leonis Sapientis & deſcriptione Thronorum Andronici Παλαιολόγου. Quorum Metropolitarum alii vulgo ἔξαρχοι & ὑπέρτιμοι inſcribuntur, alii vero ſolum ὑπέρτιμοι, de quibus Curopalates & Hiſtoria Patriarchica Turco-Græciæ Jani Cruſii, quæ ſi in manibus præſto afforet, non ſinerem abire inemendatam. Porro hiſce urbibus jus Metropoliticum illibatum inconcuſſumque conſtitit, ac ſine controverſia, ſi diuturnum ſilentium XXX. annorum præſcriptione corroboratum interceſſiſſet Can. XVII. Synodi Chalced. Quod ſi perſonale fuiſſet beneficium, morte ipſius in quem ab Imperatore collatum fuerat, ad priſtina jura retrahebatur, quod in Madytenſi ſede factum fuit, quæ Heracleæ vindicata fuit ex aurea bulla Botoniatæ, quæ in jure Græco-Romano edita fuit, ſed de his alias dicendum, nunc enim tantum primoribus labris rem delibavimus

CCIV. *De conjurationibus vel conſpirationibus.* Heic quorumdam è Clero tumultuantium hominum furor coërcetur, quos ſæpe fanatica rabies abripuit, ut Imperatori maledicerent, adverſum magiſtratus conjurarent, Patriarcharum aut Epiſcoporum nomen famoſis libellis perſtringerent, & exitioſo tumultu quietem publicam perturbarent. Sed ne quis Legis Juliæ reus regiam majeſtatem minueret, aut ſacrilegii crimine obſtrictus famæ ſanctiſſimorum Epiſcoporum & Patriarcharum fraudes moliretur, ſancitus fuit Concil. Chalced. Can. XVIII. Carthaginen. Can. LIII. & VI. in Trullo Can. XXXIII. De quibus hi habentur verſus Joannis Metropolitani Euchaitenſis εἰς τὰς ἐγγράφους λοιδορίας τὰς κατὰ τοῦ Βασιλέως καὶ τοῦ Πατριάρχου.

Ἄνθρωπε, ῥῖψον ἃ κρατεῖς τε, καὶ βλέπεις.
Δεινὸς γὰρ αὐτοῖς ἐγκάθηται σκορπίος,
Ἰὸν φέρων ὄλεθρον ἀνθρωποκτόνον.
Τὸ κέντρον ἴσχε μή σε πλήξῃ καιρίαν,
Καὶ πῶς γὰρ ἂν φείσαιτο τῶν ἐλαττόνων,
Ὃς οὐδὲ Χριστοῦ εὐλαβεῖται Κυρίου,
Βάλλει Βασιλεῦς, οὓς σέβονται, καὶ λίθοι,
Οὓς οἶδε τιμᾶν καὶ χορὸς τῶν Ἀγγέλων
Ὧν ἡ πρέπτη καλλονή, καὶ χρηστότης
Καὶ θῆρας αὐτοὺς ἡμεροῖ τοὺς ἀγρίους,
Βάλλει, τιτρώσκει Πατριάρχας Ἀγγέλους
Ὧν δαίμονες φρίττουσι τὴν ἀϋλίαν,
Οἷς οὐδ' ὁ μῶμος αὐτὸς ἂν μέμψαιτό τι,
Οὕτως ἀναιδής ἐστι καὶ φόνου πνέει.

Et ii ſunt qui ἐπίβουλοι ἀντέροντες συνομνύμενοι & φρατριάζοντες vocantur in Libris Baſilicis. Reſp. Patriarcharum: σταυροὺς ἐν χάρτῃ οἰκειοχείρως ποιοῦντες, ἢ καὶ συσκευὰς, ἢ καὶ λαοσυναξίας ἐκμελετῶντες. Ubei quid ſit cruces in charta propria manu adverſus aliquem facere, me adhuc latere ingenue fateor, de quibus ſi quid cuipiam ſuboleat, bene & abunde fiat. Nov. Conſtantini Porphyrogonetæ: περὶ τοῦ ἀναθεματίζεσθαι τοὺς ἀποστάτας καὶ μελεταρίους, Ubei μελεταρίους vocat tumultuantes, diſcidii, aut ſeditionis autores, aut aſſeclas, qui ex ſacris legibus ſi Laïci ſint, ἀφορίζονται, ſi vero ſacris initiati ſint καθαιρέσεως infauſtum ſtilum excipiunt, ſacriſque adytis jubentur faceſſere. Ex iis enim ſæpe furoribus enaſcuntur adverſus Reges perduelliones, & adverſus Epiſcopos ſacrorumque Antiſtites σχίσματα exoriuntur, quibus communis Eccleſiæ pax prophanis turbulentiſſimorum hominum odiis turbata fui quandoque gravem jactu-

ram paſſa eſt, & publicæ quietis aries mutuis Laïcorum & Clericorum conjurationibus tentatus, quod vetus Eccleſia κεφαλὴν ἱερᾶ προσέχειν appellavit, τουτέστι λαικῷ στασιώδει ἀνθρώπῳ εἰς ἐτέρου ἀπώλειαν, ut habet vetuſtiſſima Clementis Rom. Conſtitutio.

CCVI. *Quod non liceat Clericis poſt mortem ſui Epiſc. res ad eum pertin.* A me dictum memini (quod alias pluribus inculcabimus) ſeveriſſime cautum fuiſſe, ne fiſci nomine Procuratores Catholiciani Judices & cognitores Eccleſiaſtica bona abriperent, neve ſacris uſibus cenſus deſtinatus, qui in nullius commercio haberi debet, prophanæ Laïcorum licentiæ præda fiat, ne reiculam Eccleſiæ petant abs Rege Laïci ut habet Arverna Synodus prima Can. V. Ubei emendandum eſt reſculam tuguriolum; aut mapale uſitatiſſimum apud Salvianum Maſſilienſem, alioſque hujus ævi ſcriptores. Neve etiam πρακτορικῆς, aut κατεπανικῆς χρείας, aliorumque id genus munerum ſolutioni ſubjacerent, & viduatarum Epiſcopis Eccleſiarum opes publicus exactor raperet, diſtraheret. Nunc breviter dicam coërcitas Clericorum manus, quæ petulanter in Epiſcoporum demortuorum bona harpiarum inſtar inſilirent. Synodus VI. in Trullo Can. XXXV. Μὴ ἐξέστω τινὶ τῶν Μητροπολιτῶν, τελευτῶντος Ἐπισκόπου τελοῦντος ὑπὸ τὸν κατ' αὐτὸν θρόνον, τὰ αὐτοῦ πράγματα, ἢ τῆς κατ' αὐτὸν Ἐκκλησίας ἀφαιρεῖσθαι, ἢ σφετερίζεσθαι. ἀλλ' ὑπὸ παραφυλακὴν ἔστωσαν τοῦ Κλήρου τῆς Ἐκκλησίας, ἧς ὁ τελευτήσας ἐτύγχανε πρόεδρος, μέχρι τῆς ἑτέρου ἐπισκόπου προβολῆς. Ἐκτὸς εἰ μὴ Κληρικοὶ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ οὐχ ὑπελείφθησαν. τηνικαῦτα γὰρ ὁ Μητροπολίτης ταῦτα φυλάξει ἀμείωτα τῷ χειροτονηθησομένῳ Ἐπισκόπῳ πάντα ἀποδιδούς. Rem familiarem amotam in funere Cæſarii expilatamque hæreditatem conqueritur Gregorius Nazianzenus Epiſt. XVIII. Id autem ſæpe fiebat illegitimæ vindicationis & evictionis nomine, quæ in ea non competit, quæ ante Epiſcopatum ſuſceptum ad Epiſcopum pervenerint, aut quæ poſt Epiſcopatum à parentibus theiis patruis avunculis, aut fratribus obvenerint L. omnem. XLII. §. II. *Cod. de Epiſcop. & Cler.* Eadem etiam petulantia Gallicanarum Synodorum canonibus coërcita, ne ſcelestæ cupiditatis voto Clerici ad res titulorum, & monaſteriorum è mortuis Abbatibus provolarent, quaſi ſub augmentum Eccleſiæ vel Epiſcopi in uſum Eccleſiæ revocaturi, ut habet Pariſienſis Synodus V. Can. VIII. De quibus habes apud Ivonem Carnotenſem. Quæ libido Clericorum aliorumque in demortui Epiſcopi bona involantium abs priſco Eccleſiæ ævo, ad nos uſque propagata fuit.

CCXIX. *Ut ex Curialibus non fiat Cler.* Id obſervandum, quod exhibent Græca Paratitla juris: Σημείωσαι, ὅτι ὁ βουλευτὴς καὶ ὁ ταξιώτης δύνανται γίνεσθαι κληρικοὶ, κἂν δημοσίῳ χρεωστῶσι. ἑτέρῳ δὲ λόγῳ σημείωσαι καὶ τοῦτο, ὅτι τολμηρῶς καὶ ἐπικινδύνως γίνεται καὶ ἔρρωται ἡ ἐπὶ τούτοις χειροτονία. Quæ in noſtris commentariis Juris Canonici diſcutiemus.

CCXXIII. *Quod hi qui preces criminaleis dictans, ſine crimine ſint.* A Deo optimo maximo ordinata eſt legitimi Magiſtratus Sacro-Sancta autoritas, cui hanc ſupremam legem fixam eſſe dixit Philo Judæus in debitâ animadverſione adverſus nocentium hominum capita diſtringenda, vindiceque pœnâ eluenda admiſſa crimina: δικάσαντα ἔλεον καὶ ἐλεήσαντα δικάζειν. Innocentius I. Pontif. ad Exuperium Epiſcopum Tholoſanum Epiſt. II. *Quæſitum eſt etiam ſuper iis, qui poſt baptiſmum adminiſtraverunt, & aut tormenta ſola exercuerunt, aut etiam capitalem ſententiam protulerunt. De his nihil legimus à Majoribus definitum, meminerant enim à Deo has poteſtates fuiſſe conceſſas, & propter vindictas noxiorum gladium fuiſſe permiſſum, & Dei eſſe miniſtrum vindicem in hujuſmodi datum.* Et Canon V. ejuſdem Innocentii: *Illud etiam ſciſcitari voluiſti, an preces dictantibus liberum concedatur, utique poſt baptiſmi regenerationem, à principibus poſcere mortem alicujus, vel ſanguinem de reatu: quam rem Principes nunquam ſine cognitione concedunt, ſed ad judices commiſſa ipſa vel crimina ſemper remittunt, ut cauſa cognita vindicentur. Quæ cum Quæſitori fuerint delegata, aut abſolutio, aut damnatio pro negotii qualitate profertur, & dum legum in improbos exercetur authoritas, erit Dictator immunis.* Auguſtinus libr. I. de libero arbitrio: *Nam & miles hoſtem, & judex vel miniſter ejus nocentem, & cui forte invito atque imprudenti telum manu fugit, non mihi videntur peccare, cum hominem occidunt.* Unde è publico victum accipiebant ſpiculatores lictoreſque, quibus & panniculaaria cedebant, Euſebius Cæſarienſis lib. VIII. Evangelicæ Præparationis: Καὶ ὅπερ τελοῦσιν αἱ πόλεις ὑπ' ἀνδροφόνοις καὶ προδόταις καὶ θεοσύλοις δημίους ἀνατρέφουσιν, οὐ τὴν γνώμην ἀποδεχόμεναι τῶν ἀνδρῶν, ἀλλὰ τὸ τῆς ὑπηρεσίας χρήσιμον ἐξετάζουσαι. Theodulphus Aurelianenſis Epiſcopus ad Judices.

Corripe tu vinclis ſceleratos, corripe flagris,
Teque ſibi durum plebs vitioſa ſciat:
Attamen in miſero chalybem ne tinge cruore,
Hoſtibus & chalybem prome flagella reis:
Nec ſi diſſimules, vitiis dicare ſavere;
Utaris armis, trux tibi nomen eat.
Conveniant alii leges defendere prompti,
Atque reos variis dilaniare modis;
Et dicant, non nos, ſed lex hos priſca trucidat,
Utilis hæc nex eſt, quæ mala plura vetat.
Noſtra miniſterium legis complere ſecuris
Debet, & obſequium, non ſcelus illud erit.

Syneſius Epiſt. CXXI. ad Anaſtaſium Hydromyſtem in medio conſtitutam eſſe juſtitiam dixit ὡς ἐστί γε τὸ δημόσιον ξίφος, οὐχ ἧττον, ἢ τὰ ἐν τοῖς προτεμενίσμασι χέρνιβα, πόλεως καθαρτήρια. χέρνιβα appellantur ſilani labra ænea περιρραντηρίων κολυμβῆθραι & hydragogia, aut balinea ad expiationes rite procurandas, quæ adhuc à Mahumedanis & Judæis ante veſtibulum ſuorum delubrorum & ſynagogarum publicas preces ineuntibus luſtramenti perficiundi gratiâ collocantur. Verum exorta fuit quorumdam fanaticorum Clericorum colluvies, quæ oocentiſſimos homines feralis carminis lege damnatos, jam jamque ſuppliciis devovendos è mediis Carnificum Optionumque manibus violentiſſime abripiebat, omniſque in nocentes homines contentus ſanctiſſimarum legum nervus impune furioſorum fraudibus ac vi rumpebatur L. Addictos. LVII. Cod. Theod. *de appellationibus Addictos ſupplicio & pro criminum immanitate damnatos, nulli Clericorum vel Monachorum, eorum etiam quos Synoditas vocant, per vim atque uſurpationem vindicare liceat, ac tenere, quibus in cauſa criminali humanitatis conſideratione ſi tempora ſuffragantur, interponendæ provocationis copiam non negamus, ut ibei diligentius examinetur, ubei contra hominis ſalutem, vel errore, vel gratia cognitoris oppreſſa eſſe putatur juſtitia: ea conditione, ut ſive Proconſul Comes Orientis Auguſtalis, Vicarii fuerint cognitores, non tam ad Clementiam noſtram, quam ad ampliſſimas poteſtates ſciant eſſe referendum: eorum enim de iis plenum volumus eſſe judicium, qui, ſi ita res eſt, & crimen exegerit, rectius poſſint punire damnatos.* Et alia quæ videas L. VI. Cod. de

Epiſc.

Epiſc. Aud. Quod publicum crimen ſeveriſſimis legibus vindicandum fuit. Equidem aliquid humanitati dandum eſt, ut deprecatorum votis ſe exorari patiantur ſeveritatis ſuffragia, hæque ultrices ſecures judicum, quæ ſæpius noxiorum hominum ſanguine rubuerunt, aliquando miſerorum hominum cruore ſeſe conſperſas erubeſcant, auguſtaque purpura circumveſtita tribunalia ſordidatorum reorum infelicitate moveantur, ut pœnæ irrogandæ venia fiat. Has autem deprecatorum partes ſuſcepiſſe Eccleſiæ Antiſtites indicat Auguſtinus Epiſt. LIII. ad Macedonium: *Ideo compellimur humani generis charitate intervenire pro reis, ne iſtam vitam ſic finiant per ſupplicium, ut ea finita non poſſint finire ſupplicium.* Et poſt aliqua hæc ſubduntur: *Ita formidetur ultio cognitoris, ut nec interceſſoris religio contemnatur: quia & plectendo & ignoſcendo hoc ſolum bene agitur, ut vita hominum corrigatur, quod ſi tanta eſt perverſitas & impietas, ut ei corrigendæ nec diſciplina poſſit prodeſſe nec venia, à bonis tamen intentione, atque conſcientia, quam Deus cernit, ſive ſeveritate, ſive lenitate non niſi officium dilectionis impleatur.* In re tamen pecuniaria interdictum fuit ne quivis è Clericis interceſſoris munus depoſceret, aut ſe deprecatorem offerret, aut obtruderet, quod ſine alterius partis damno aut offenſione perraro evenit, Ambroſius lib. III. cap. IX. Offic. *In ſupremo vitæ fine poſitos ſuum habere judicium, ut libere teſtentur quod ſentiunt, qui poſtea non ſunt emendaturi: cum honeſtum non ſit compendia aliis vel debita, vel parata avertere, cum vel ſacerdotis vel miniſtri ſit prodeſſe ſi fieri poteſt omnibus, obeſſe nemini. Denique ſi non poteſt alteri ſubveniri niſi alter lædatur, commodius eſt neutrum juvari quam gravari alterum. Ideoque in cauſis pecuniariis intervenire non eſt ſacerdotis, in quibus non poteſt fieri, quin frequenter lædatur alter qui vincitur, quoniam interceſſoris beneficio ſe victum arbitratur.* Et alia quæ non exſcribo. Ex quibus vides ſi quis pecuniaria lite pulſaretur, nefas fuiſſe quemquam ſibi è Clericorum numero interceſſorem depoſcere, ſed certe ingenioſſimum eſt litigantium hominum genus & maxime ſubodora narium vis. Haud expeditiorem actorem cauſæ committant, quam ſanctioris nominis & conſortii viros, qui etſi optimæ frugis ſint, emeritæ virtutis ſpectatæque modeſtiæ ſuum aliquando nomen injuſtiſſimis & importuniſſimis litigatorum votis proſtituunt.

CCXXIV. *Quod non liceat his qui intercedente repudio à ſe ſegregati ſunt.* Omnium funeſtiſſimum ævum vivimus, quo priſcæ diſciplinæ ne quidem ulla imago poſtuma ſupereſt. Sontica nunc cauſa eſt ſolvendi aut reſcindundi connubii, quam experta fuit Repudiata Afranii aut Juvenalis.

Jam gravis eſt nobis nimiumque emungitur.

Ut impune æternum familiæ individuumque vinculum dirimatur, deturque copia ad alia vota convolandi; ut prope uxores non jam Conſulibus, ſed noctibus computentur. Quare heic operæ pretium facturus videor, ſi pauca de Divortiis obſervavero. Is ab antiquiſſimis Eccleſiæ temporibus inductus uſus, ut quamvis leges publicæ quaſdam cauſas admitterent divortii faciundi, & alieni ineundi connubii, nunquam tamen aut perraro admiſſæ fuerint abs Eccleſiæ vetuſtiſſimis Canonibus. Joannis Chryſoſtomi Interpres: *Ne mihi leges ab exteris conditas præcipientes dari libellum repudii & divelli. Neque enim juxta illas judicaturus eſt te Deus in die illa qua venturus eſt, ſed ſecundum ſuas, ut ipſe ſtatuit. Etiam externæ leges, non ſimpliciter, nec abſolute hoc poſuerunt; nam & ipſæ puniunt factum, & hinc liquet quod peccatum valde ægre tulerint, unde eam quæ author fuerit repudii nudam & ſpoliatam facultatibus ejiciunt, ut unde fuerit diſſolutionis occaſio, etiam facultatum ſit jactura.* Quibus poſtremis verbis innuitur L. II. Cod. Theodoſ. *de Repudiis*, qua mulier, quæ prior à marito diſceſſerit per oblationem repudii, nullaſque aut leveis cauſas probaverit, ſponſalitiam largitatem dotemque amittit deportationis addicenda ſupplicio; ita ut non ſecundi voti copula, ſed ne quidem jus poſtliminii concedatur. Quam & pœnam inſolentis divortii excipiebat maritus, ſi non morum culpa, ſed ſola diſſenſione animorum libellum repudii uxori remiſiſſet: Quam autem Eccleſiaſticis moribus improbatum fuerit divortium, plena ſunt Patrum monumenta, & ſcriptorum Eccleſiaſticorum hiſtoriæ melioris ævi fideliſſimæ teſtes, ut inſuper habitæ fuerint leges, quæ de divortiis aut repudiis ſancitæ fuerunt, neque etiam priſcarum Deuteronomii oblationum repudii διαπιτταχίας habita ulla ratio, quas Græcus Mathæi Interpres βιβλίον ἀποστασίου nuncupat, id enim fuiſſe annunciantis factum, non legem propriam inducentis diſputat vir eloquentia & ſanctitate nemini veterum ſecundus Chryſoſtomus. Ubei obſervandum eſt habitum inhoneſtum & propudioſum, ſi apud judæos femina viro libellum remiſiſſet, ſuaſque res ſibi habere juſſiſſet, quod à marito fieri ratio exigebat, cujus in domum deducta fuerat conſors futura perpetui thori conjunx Flavius Joſephus Judæus: χρόνου διελθόντος ἐπεὶ συνέβη τὴν Σαλώμην ἐστασιάσαι πρὸς Κοστόβαρον, πέμπει μὲν εὐθὺς αὐτῷ γραμμάτιον ἀπολυομένη τὸν γάμον οὐ κατὰ τοὺς Ἰουδαίων νόμους. ἀνδρὶ μὲν γὰρ ἔξεστι παρ' ἡμῖν τοῦτο ποιεῖν, γυναικὶ δὲ οὐδὲ διαχωρισθείσῃ καθ' αὑτὴν γαμηθῆναι, μὴ τοῦ προτέρου ἀνδρὸς ἀφιέντος. Id etiam religioſiſſime obſervatum fuit abs ſanctioris ævi Orthodoxi Patribus, ut poſt miſſum libellum repudii, nullus locus alienarum nuptiarum votis daretur, niſi adulterii fuiſſet uxor comperta, ut habent Origenes tract. VII. in Mathæum, & Aurelius Auguſtinus de adulterinis conjugiis ad Pollentium. Sed ſi quæ inter virum & uxorem enaſcantur παρασιωπήσεις querelæ aut fribuſcula, mutuæ conciliatione amicitiæ diruptum fœdus conglutinetur, non venali concordio ut loquitur L. *ſi liberis. D. de Pact. dotal.* ſed individuæ vitæ ducendæ propoſito voto. Vide Platonem lib. XI. *de Legibus*, qui quomodo conjugum inter ſe alternas acies, alternaque odia exercentium amicitia concilianda ſit, pluribus docet.

CCXXXVIII. *Ut nulla pretia de baptiſandis conſig. fid.* Poſtquam augeri cœpit ſacer Eccleſiæ cenſus, novamque ſenſerunt virium acceſſionem nervi Eccleſiaſtici, mos exolevit pretia aliqua à recens baptiſatis conſignatiſque exigendi, ne gradibus aureis ad ſacra myſteria accedere videremur. Ita Concilium Carthaginenſe, ne tremiſſes abs inunguendis ſacerdotes pro ſacro balſamo accipiant, edixit. Ita Eliberina Synodus Can. XL. *Emendari placuit, ut hi qui baptiſabantur, ut fieri ſolebat, nummos in concham non mittant.* Niſi quid, aut liberalitatis, aut honoris, aut exiguo quodam ſolatio & commodo levandæ neceſſitatis gratia vel exiguum quid & κόγχης ἄξιον, ut vocant, erogaretur. Reſponſa Patriarcharum: ἐκ προαιρέσεως δὲ εἴτις αὐτῷ προσφέρει τις παρηγορίας τυχὸν τῆς πενίας, ἢ τιμῆς ἕνεκεν, ἢ κατὰ τρόπον φιλοτιμίας, τοῦτον λαμβάνειν καὶ ὑπὲρ εὔχεσθαι τοῦ προσενεγκόντος, οὐ κεκώλυται.

CCXLI. *Quod dæmoniis aliiſque paſſionibus irretitis ſacra myſteria tract. n. lic.* Cur dæmoniis & perverſis paſſionibus irretitis una eademque lex vetet ſacro-ſanctis myſteriis abſtinere, non erit ſupervacaneum audire, aut legere, aut equidem

omnino incongruum dicere. Plato in Phædro: Δεῖ αὖ νοῆσαι, ὅτι ἡμῶν ἐν ἑκάστῳ δύο τινὲ ἐστὸν ἰδέα ἄρχοντε καὶ ἄγοντε, οἷν ἑπόμεθα ᾗ ἂν ἄγητον. ἡ μὲν, ἔμφυτος οὖσα ἐπιθυμία ἡδονῶν, ἄλλη δὲ ἐπίκτητος δόξα, ἐφιεμένη ἀρίστου. τούτω δὲ ἐν ἡμῖν τοτὲ μὲν ὁμονοεῖτον, ἐστὶ δὲ ὅτε στασιάζετον. καὶ τότε μὲν ἡ ἑτέρα, ἄλλοτε δὲ ἡ ἑτέρα κρατεῖ. δόξης μὲν οὖν ἐπὶ τὸ ἄριστον λόγῳ ἀγούσης, καὶ κρατούσης, τῷ κράτει, σωφροσύνη ὄνομα· ἐπιθυμίας δὲ ἀλόγως ἑλκούσης ἐπὶ ἡδονὰς, καὶ ἀρξάσης ἐν ἡμῖν, τῇ ἀρχῇ ὕβρις ἐπωνομάσθη, ὕβρις δὲ δὴ πολυώνυμον. πολυμερὲς γὰρ καὶ πολυειδές. καὶ τούτων τῶν ἰδεῶν ἐκπρεπὴς ἣ ἂν τύχη γενομένη, τὴν αὐτῆς ἐπωνυμίαν ὀνομαζόμενον τὸν ἔχοντα παρέχεται, οὔτε τινὰ καλὴν, οὔτε ἐπαξίαν κεκλῆσθαι. περὶ μὲν γὰρ τοῦ λόγου τε τοῦ ἀρίστου, καὶ τῶν ἄλλων ἐπιθυμῶν, ἐπιθυμία, γαστριμαργία τε, καὶ τὸν ἔχοντα ταυτὸν τοῦτο κεκλημένον παρέξεται, περὶ δὲ αὖ μέθας τυραννεύσασα, τὸν κεκτημένον ταύτῃ ἄγουσα, δῆλον οὗ τεύξεται προσρήματος. καὶ τἆλλα δὴ τὰ τούτων ἀδελφὰ, καὶ ἀδελφῶν ἐπιθυμιῶν ὀνόματα, τῆς ἀεὶ δυναστευούσης, ᾗ προσήκει καλεῖσθαι πρόδηλον. Ex quibus animadvertere cuique lubet ſuos cuique adeſſe manes, quemque ſua trahi libidine, quæ ab objecta ſibi fine nomen ſortiatur. Carpocratiani Hæretici veteris Scholæ Platonicæ propagines & ἀποσπασματια unicuique perverſo affectui malæ notæ genium præeſſe docuerunt apud Irenæum lib. I. cap. XXXV. *Quemadmodum & Carpocrates dixit, & in unoquoque peccatorum, & turpium operationum Angelum aſſiſtere, & operantem accidere audaciam & immunditiam inferre, id quod ineſt ei operationi. Angeli nomen edicere, O tu Angele ab. a. te. or. opere tuo fatua illa poteſtas perficio tuam operationem: & hoc eſſe ſcientiam perfectam ſine tremore in tales abire operationes, quas ne nominare quidem fas eſt.* Ita quidem ſcbriculoſus Interpres, qui æque Græcis, ac Latinis doctus ſuit. Ubeivis hominis oſcitantiam, & barbaræ dictionis portenta videas, qui neſcio quomodo unquam potuit Eraſmo imponere, adeo utique ſe ex Græcia peregrinum ementita lacinia prodit. Unde & ſacri Scriptores ſæpe ſuperbiæ, gaſtrimargiæ aliarumque hujuſmodi cupiditatum ſpiritus appellant. A Viris Doctiſſimis pridem ante nos obſervatum fuit in ſacris Scripturæ Codicibus concitatos affectuum motus ſpiritus appellari. Ita ſpiritus Zelotypiæ Numerorum Cap. V. Spiritus mendacii lib. I. Regum cap. XXII. verſ. XXIII. Spiritus vertiginis vel perverſitatum Jeſaias cap. XIX. verſ. XIV. ſpiritus ſoporis apud eundem Jeſaiam cap. XXIX. verſ. X. ſpiritus impuritatis Zacharias XIII. verſ. II. ſpiritus erroris Joannes cap. IV. Verſ. VI. Quod è communi more loquendi apud Judæos uſitato profluxit. Ita Theodoretus in vita Macedonii κριθοφάγου de dæmone ingluviei: *Et alii quidem eum morbum appellabant operationem, ſeu vexationem dæmonis, alii autem dicebant imbecillitatem corporis.* Græca ad manum non ſunt, cum hæc ſcribimus, ſed ego ita Latina Græca facerem: ἐνέργειαν δαίμονος ἢ την ὄρεξιν κυνώδη. Cujus morbi notata cauſa à Galeno in Aphoriſmos Hippocratis: αἱ κυνώδεις ὀρέξεις, ἤτοι διὰ δυσκρασίαν μόνην τὴν ἐπὶ τὸ ψυχρότερον, ἢ διὰ τινας χυμοὺς ὀξεῖς γίνονται πεφύκασιν ἀναπνεύντας εἰς αὐτὸ τὸ στόμα τῆς γαστρὸς Heraclides de ſpiritu avaritiæ ad vitam Macariorum: *Tentaris enim, & te avaritiæ ſpiritus tenet ſic namque vidi.* Leontius in Catena Patrum πνεῦμα ἀλαζονίας ad illa Novi Fœderis δαιμόνιον ἔχει à Dæmone inſideri objectum fuiſſe notat, quod ſibi divinos honores affereret, quod à ſuperbiæ dæmone incitatum dicere autumabant. Amoris dæmon apud Hieronymum in Hilarione Monacho: *Ut quid intrarem in eum, qui habebat collegam meum amoris Dæmonem* ἐρωτοδαίμονα. Apud Athanaſium in vita Antonii πνεῦμα πορνείας habetur. Joannes Moſchus lib. X. in vita Iſaac Abbatis Thæbæi: *Et ego ſum qui præſum iræ, & memoriæ injuriarum. Es amodo meus,* Δαίμων ἀμνησικακίας τῆς ὀργῆς. Palladius in Hiſtoria Lauſiaca περὶ τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις παρθένου: τοῦτο δὲ ταύτῃ συνέβη, τὸ μὴ κατὰ πνευματικὴν πρόθεσιν καὶ ἀγάθην Θεοῦ ἐσχηκέναι τὴν ἄσκησιν, ἀλλὰ κατὰ σκηνὴν ἀνθρωπίνην, τουτέστι κενοδοξίαν σαθρᾶς προαιρέσεως εὕρεμα. τῶν γὰρ εὐσεβῶν λογισμῶν αὐτῆς ἀπασχοληθέντων ὑπὸ τοῦ Δαίμονος τῆς Κενοδοξίας, ἐξήσκησεν εἰς τὸ καταγινώσκειν τῶν ἄλλων. ἐκβακχευομένης δὲ ταύτης ὑπὸ τοῦ Δαίμονος τῆς ὑπερηφανίας, καὶ τούτῳ μᾶλλον ταύτης συνηδομένης ἀπέστη ἀπ' αὐτῆς ὁ ἅγιος Ἄγγελος φύλαξ τῆς Σωφροσύνης. Anthiochus Monachus Palæſtinus ad Euſtachium Ἡγούμενον Μονῆς Ἀτταλίνης Homel. IX. περὶ τῆς Δωροληψίας: Δωρολήπτης, καὶ ὁ πλεονέκτης, καὶ ὁ φιλάργυρος, καὶ ὁ τοκιστὴς, ὃν ἅρμα ἐστὶν τέτρωρον, ἔχοντος τὸν τῆς ἀλαζονίας ἡνίοχον καὶ ἀρχηγόν. ὅς τις ὑπὸ τοῦ Κυρίου καταβέβληται μὲν, συνελαύνει δὲ πάντας τοὺς ἑπομένους αὐτῷ εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἀπώλειαν.. οὐ θεμιτὸν οὖν τοῖς εὖ φρονοῦσι ὑπὸ τοῦ δυσμενοῦς ἡνιοχεῖσθαι. Joannes Caſſianus lib. X. Collat. Cap. I. de Acedia: *Affinis hæc triſtitiæ eſt, & vagis ac ſolitariis magis experta, & in eremo commorantibus infeſtior hoſtis ac frequens, maxime circa horam ſextam Monachum inquietans, ut quædam febris ingruens tempore præſtituto, ardentiſſimos æſtus acceſſionum ſuarum, ſolitis ac ſtatutis horis animæ inferens ægrotanti. Denique nonnulli ſenum hunc eſſe pronuntiant meridianum dæmonem; qui in Pſalmo nonageſimo nuncupatur.* Ubei tamen melior pars veterum Interpretum hallucinata eſt. Nequicquam enim vidit, quid eſſet *Keteb*, quod Latino interpreti dicitur dæmonium meridianum. Teſtamentum Salomonis manu exaratum, quod habetur in ſcriniis viri Illuſt. Gilberti Gulmini (quem nobis inter extrema fata litterarum verſantibus invidebunt naſcitura aliquando amica Muſis ſæcula) principes tenebrarum ita compellat: Οἱ δὲ ὁμοθυμαδὸν ἔφησαν μιᾷ φωνῇ καὶ εἶπον, ἡμεῖς ἐσμὲν τὰ λεγόμενα στοιχεῖα οἱ κοσμοκράτορες τοῦ σκότους τούτου Ἀπάτη I. Ἔρις II. Κλώθων III. Ζάλη IV. Πλάνη V. δύναμις VI quod ſcilicet fraudis diſcidiique, & omnis malitatis autores ſint, ita apellati. Ex quibus compertiſſimum eſt nequioribus cupiditatibus præſides adeſſe dæmones, qui ſtimulos excieant, & flagitioſiſſimo œſtro percellant. Ita Caſſianus lib. VII. Collat. dixit unicuique vitio certos Spiritus incubare, & alios quidem immunditiis & libidinum ſordibus oblectari, alios blaſphemiis, alios iræ furorique peculiarius immiſcere, alios paſci triſtitia, alios cenodoxia ſuperbiaque mulceri, & unumquemque illud vitium humanis cordibus quo ipſe gaudet inſerere.

CCXLVII *Clericus qui ord. mon. debeat conſtituta paterna ſerv.* Conſtituta Paterna προστάγματα ἐντολὰς μαρτύρια, & νόμους Epiſcoporum, quos Patres appellat Codex Canonum Eccleſiæ Carthaginenſis: περὶ τοῦ τοὺς πατέρας αἰτιωμένων, καὶ ὥστε μηδενὶ διαβεβλημένων ἐξεῖναι Ἐπισκόπου κατηγορεῖν.

CCLII. *T T, Presbyteri rem Eccleſiæ in qua ſunt conſt.*

tinſ. Interpres Græcus: μηδενὶ ἐπιτρέπεσθαι ἐξεῖναι πράγματι καὶ κεχρῆσθαι τοῦ τίτλου τῆς Ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος, ut nulli liceat uti re, quæ ex titulo matricis Eccleſiæ. Eſt autem τίτλος Ἐκκλησιαστικῆς μάτρικος, quem βρέβιον & ἀπογραφὴν vocant Novellæ Conſtitutiones Imperatorum. Gloſſæ Nomicæ: Μάτρικες ἀπογραφαὶ καὶ ἀπογραφαί. Ματρίκιον ἀναγραφὴ τῶν στρατιωτῶν. Quæ Matriculæ apud Cedrenum ἄλβουμα, aut ἄλβουμ appellantur, λευκώματα in quæ referebantur nomina militum. Hinc & Matricularii Clerici appellati, quorum nomen in cenſum Eccleſiaſticæ matriculæ relatum fuit. Auctor incerti nominis Vitæ Udalrici Auguſtæ Vindelicorum Patroni, quæ in Germania primùm prodiit: *Curſus ſcilicet cottidianus cum matriculariis in choro ejuſdem Matriculæ ab eo cautè obſervabatur, quandocumque ei domi manendum aliæ occupationes conſenſerint.* Porrò quid heic ſit matricula Eccleſia, quæ & nonnumquam mater & matrix dicitur, quiſque abs litteris melioribus non omnino imparatus ſatis ſuperque novit.

CCLV. *Ut Clerici vel continentes ad virg. & vid.* Continentiam profiteri dictus fuit, qui lege privatâ ductus jus publicum refringeret, ut loquuntur libri noſtri, id eſt voto ſeverioris vitæ ſuſcipiendæ legitimis connubii ſolatiis ἀποταξάμενος cælibem vitam affectaretur. L. XX. Cod. Theod. de Epiſcop. & Cler. *Eccleſiaſtici, aut ex Eccleſiaſticis vel qui continentium ſe volunt nomine nuncupari, viduarum ac pupillarum domos non adeant, ſed publicis exterminentur judiciis, ſi poſthac eas ad fines earum vel propinqui putaverint deferendos.* Auguſtinus: *Beatiora (inquit) conjugia judicanda ſunt, quæ ſive filiis procreandis, ſive etiam iſtâ terrenâ prole contemptâ, continentiam inter ſe pari conſenſu ſervare potuerint; quod neque contrà illud præceptum ſit, quo Dominus dimitti conjugem vetat, non enim dimittit, qui cum ea non carnaliter, ſed ſpiritualiter vivit: & illud ſervatur, quod per Apoſtolum dicitur: reliquum eſt, ut qui habent uxores quaſi non habentes ſint.* Heſychius ὁ πάνυ rerum tamen noſtrarum doctiſſimus ἐγκρατείαν ἄσκησιν interpretatur. Palladius in Hiſtoriam Lauſiacam: Καὶ γυναικῶν πρεσβυτίδων καὶ ἀοιδίμων, διαπρεψασῶν μητέρων μνήμας, τῷ ἀνδρείῳ καὶ τελείῳ φρονήματι τοὺς τῆς ἐναρέτου ἀσκήσεως ἄθλους ἐξανυσασῶν πρὸς ὑπογραμμὸν καὶ ἔρωτα θεῖον τῶν ἐθελουσῶν τὸν τῆς ἐγκρατείας καὶ ἁγνείας ἀναδήσασθαι στέφανον. Hinc & pactum & votum continentiæ apud veteris ævi Chriſtiani ſcriptores. Continentium autem alii jubebantur aſceterio ſeſe dedere, alii vero intra ædium privatarum latera exercitationem excolebant, ut illa apud Auguſtin. Epiſt. CXCIX. quæ nimiùm prodiga bona ſua imprudenter erogabat. Aliis autem monaſteriis mancipabantur, ut habet Juſtiniani Nov. CXXIII. & Leonis Imp. Nov. XXXIII. quas ad hanc rem profert Hermenopulus: ἐπειδὴ δὲ καὶ κατὰ συναίνεσιν, ἢ κατὰ σωφροσύνην ἐλύετο ὁ γάμος διαπίπτομεν μὴ ἄλλως πῶς ἢ, παρ' αὐτοῦ τὰ ἑκάτερα μέρη περιγίγνεσθαι τῷ μοναχικῷ βίῳ ἀζημίαν δηλονότι φυλαττομένων αὐτῶν. Idque ita, ut ambo indemnes ſerventur, id eſt nullum propterea lucrum dotis, aut pactorum dotalium in alterutram partem cedat, quod ἀγαθῇ χάριτι ſolvi matrimonium dicitur. Ut ſive vir ſolitariæ vitæ ſeceſſum ambierit, ſive mulier abdicato connubio ad exercitationem monachicam venerit, nè hoc damni cauſam præbeat, ſed liceat uxori dotem repetere ſuam, & propter nuptias donationem ei, quorum fuerant contractæ nuptiæ, & quod inde venit lucrum, quaſi videatur is qui divertit à communi alterius convictu, mortuus eſſe in alterius contubernio l. Sancimus. LIII. §. ad hæc ſancimus. Cod. de Epiſc. & Cler. ſecundum pactum conventum quod in mortis caſum factum fuerit. Ita ut ſi quis collatis ſponſalibus vitæ monaſticæ ſeſe dedicaverit, ſponſalia dirimantur, & id quod arrarum nomine datum fuerit, refundatur. Si vero contractæ fuerint nuptiæ, virque melioris vitæ voto matrimonium ſolvi depoſcat ἀποκαθιστάσθω τῇ γυναικὶ καὶ τὴν προῖκα, καὶ εἴ τι ἄλλο ἀπ' αὐτῆς ἔλαβε. Καὶ πρὸς τούτοις ἐκ τῆς γαμικῆς δωρεᾶς τοσοῦτον μέρος, ὅσον ἐκ τῆς τελευτῆς τοῦ ἀνδρὸς ἥρμοζε τῇ γυναικὶ κατὰ τὸ σύμφωνον τὸ ταῖς προικῴοις συμβολαίοις ἐμφερόμενον ut habet Novel. Juſtiniani CXXIII. Scholiaſtes Græcus Baſilicon περὶ γάμου λύσεως: Καταλιμπάνει τῇ γυναικὶ πρὸς τῇ προικὶ, καὶ ὅπερ ἂν ἀπὸ συμφώνου εἶχε λαβεῖν ὑπόβολον, hypobolum vindicabat mulier, quod in deſuetudinem jam tum abiiſſe notatur ex libris baſilicis. Quid ſi mulier abjectis tædarum jugalium, thorique & chari conſortis deliciis ſeſe vitæ cælibis otio devoviſſet, donationem propter nuptias ſibi ſervabat maritus dotemque uxori refundebat, exceptâ iſtâ portione, quæ apud maritum ex morte mulieris ſecundum pacta dotalia reſidere debet. Quamvis equidem Mathæus lib. VIII. τῶν γαμικῶν notat, παῤῥησίαν εἶναι, καὶ ἀνδρὶ καὶ γυναικὶ πρὸς τὰ βελτίω μεθισταμένοις διαλύειν τὸ συνοικέσιον μετά τινος βραχείας ὑπολιμπανομένης τῷ καταλελειμμένῳ παραμυθίας, ut ſit erogandi facultas aliquod relictæ parti exiguum viaticum & ſolatium, quo veteris fœderis contracti deſiderium beneficii memoriâ demulceat. Alias ſi uterque communibus votis vitam quàm dicunt omnes beatiorem ſuſcipiat, ambo indemnes ſunto, & bonâ gratiâ matrimonium ſolvitor, ut neutra pars ulli jacturæ periculo ſubjaceat.

CCLXXXVII. *Ut non temere quemquam communione privet Epiſc.* Eo progreſſa fuit quorumdam Antiſtitum inſolentiſſima ambitio, ut temere quemque extremis fatis functum, aut qui adhuc ſuperaret, pontificiæ formulæ fulmine conceptis verbis percellerent, ut indicat Chryſoſtomus pag. CCCCXXXIII. (*) περὶ τοῦ μὴ δεῖν ἀναθεματίζειν ζῶντας ἢ τεθνῶτας. Θεωρῶ γὰρ ἄνδρας τινὰς, μήτε λογισμὸν πεπαιδευμένον ἐκ τῆς θείας γραφῆς κεκτημένους, μήτε δὲ αὐτῆς ὅλως τι τῆς γραφῆς ἐπισταμένους, καὶ τὰ πολλὰ ληρῶδη σιωπῇ μαιμώντας, καὶ ἐγκαχλάζοντας· μὴ εἰδότας, μήτε ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται, αὐτὸ τοῦτο δογματίζειν ἀμαθεῖς μόνον τολμῶντας, καὶ ἀναθεματίζειν ἅπερ οὐκ ἴσασιν ὡς γελᾶσθαι τὰ ἡμέτερα παρὰ τῶν τῆς πίστεως ἀλλοτρίων, μήτε πολιτείας φροντίζοντας ἀγαθῆς, μηδὲ ἀγαθουργίαν μεμαθηκότας. Ita ut caput Chriſtianæ plebis nonnumquam infelix eſſet bidental, ita L. Qui ſua monaſteria. XXXIX. §. *non oportet. C. de Epiſc. & Cler.* vetatur, nè quoſquam ad fructus offerendos, aut angarias dandas excommunicare, aut anathematiſare aut denegare communionem, aut idcirco non baptiſare: quamvis uſus ita obtinuerit. L. XXX. *eod.* tit. Epiſcopis interdicitur, nè quem à ſacroſancta Eccleſia vel communione ſegregent, niſi juſta cauſa probata fuerit. Nov. CXXIII. ſi quem Antiſtes illegitime interdicat, aut anathematis fulmine ictum à communione ſeparet, brutum eſto fulmen, pœnamque temerario nimium auſu decretam excipiat, & quantum temporis viſum fuerit majori

(*) *Editionis Londinenſis H. Savilii tom. VI.*

majori ſacerdoti ſacrorum myſteriorum cuſtos ſiat, ἵνα ὅπερ ἀδίκως ἐποίησε, δικαίως πάθῃ. Julianus Anteceſſor: *Ut quod injuſtè fecit, ipſe juſtè patiatur.* Nicon Epiſt. ad Encleiſtum de injuſta Excommunicatione: *Non eſt à ratione reddenda liberum vinculum, ſi injuſtè ligaveris. In judicio Angelorum oſtenſurus es, non irâ, & animi perturbatione vinculum intuleris, non ut temptum ulciſcens. Deus enim eum qui injuſte alligatus eſt defendit, & ulciſcitur. Qui itaque Dei gregem ſincerè paſcit, os Dei vocatus eſt. Dicit enim, ſi quod eſt pretioſum, ab eo quod eſt nullius pretii ſeparaveris, erit ut os meum.* Et Innocentius III. Pontifex Maximus Epiſt. IV. ad Archiepiſcopum Athenienſem, quæ à Paulo Dumaio V. C. juris publici facta fuit, quo jure diſtringendæ ſint cenſuræ Eccleſiaſticæ, admonet. *Sic nervo Eccleſiaſticæ diſciplinæ coerceri debet inſolentia perverſorum ut eo non opprimantur inſontes, cum cenſura Eccleſiaſtica non debeat eſſe innocentum oppreſſio; ſed correctio potius delinquentium. Inde eſt quod fraternitati tuæ authoritate præſentium inhibemus, ne in Nobilem Virum R. Dominum Inſulæ Nigripontis, vel terram ipſius ſine manifeſta & rationabili cauſa, excommunicationis vel interdicti ſententiam proferre præſumas.* Si enim temere injuria magis, quam jure cenſuræ Eccleſiaſticæ intorqueantur, inani volatico flumine ludibrio, ut irrito caſſæ nubis fulmine afflari te autumes. Quæſtiones ad Orthodoxos Juſtino Philoſopho & Martyri adſcriptæ: ἀναθεματισμὸν, & καταθεματισμὸν, ἀνάθεμα ſive κατάθεμα ita diſtinguunt: Ἀνάθεμα λέγεται τὸ ἀνακείμενον, καὶ ἀφωρισμένον Θεῷ, καὶ εἰς κοινὴν χρῆσιν μηκέτι λαμβανόμενον, ἢ τὸ ἀπηλλοτριωμένον Θεοῦ διὰ κακίας. Κατάθεμα δέ ἐστι τὸ συνθέσθαι τοῖς ἀναθεματίζουσι. Heic curſum viſum eſt ſiſtere, Lector Candide, dum pleno excurreret velo cæcum per æquor calamus. Ne tædium longioris operis operæque obrepat, affectum opus ablego abdicoque. Fateor equidem plura non omnino optimæ frugis excidiſſe lubrico ſubitarii laboris ſtudio, plura perperam effudiſſe extemporalem ſcriptitandi calorem. Dii meliora, niſi quæ publico juri dedicavimus, quotidianum fuerit operarum penſum. Sed aliquam veniam impetrabunt gravioribus ſtudiis anni immaturi & commentatio tumultuaria.

Hæc quæcumque heic leges, Erudite Lector, ſanctæ Eccleſiæ Romanæ ſubjeci, quam ut parentem amo, ut dominam veneror, ut judicem recognoſco, & ut ſanctam ultro ſuplex adoro.

SYLLABUS

SYLLABUS AUTHORUM

Qui in hoc opere laudantur, cenſentur, illuſtrantur.

Adſcriptus Numerus Paginam indicat. Litteræ a. primam, b. ſecundam, paginæ columnam indicant.

A.

ACta Collationis Carthaginenſis. Pag. 179. a.
Acta Hilarii Arelatenſis. 177. a.
Æneas Gazæus. 187. b.
Aggeni Tabulæ Agrimenſoriæ. 200. a.
Α... τυπικῶν. 194. b.
Alkoranus. 190. b.
Alexius Ariſtenus manuſcriptus. 175. b. 193. a.
Ammonius Grammaticus. 182. a.
Ambroſius. 171. a. 175. a. 203. a. 209. a.
Anaſtaſius Bibliothecarius. 169. b. 190. b.
Andronicus Paleologus in Cathedrarum ecthesi. 172. a.
Antiochus Monachus Paleſtinus. 210. b.
Ariſtoteles. 204. b.
Ariſtophanes. 183. b. 187. a.
Athanaſius. 177. a. 183. b.
Attaliates. 204. a. 205. a.
Auguſtinus. 174. b. 175. a. 176. a. 177. b. 179. b. 192. b. 193. a. 203. b. 206. b. 208. b. 209. a. Sermones ad fratres in eremo Auguſtino ab aliquibus adſcripti. 203. b.
Auctor vitæ Gregorii Nazianzeni. 199. a.
Auctor vitæ Udalrici Auguſtæ Vindelicorum Epiſcopi. 177. b.

B.

BAſilii Epiſtola Canonica. 185. a. 185. b. 204. b. 205. a.
Bedæ libri pœnitentiales. 178. a. ejuſdem in primam ad Corinthios. 181. b. de Ratione Computi. 193. b.
Biblia ſacra. 291. a. acta Apoſtolorum recenſita. 182. b. author vulgatæ editionis. 203. a. Conditores variarum lectionum ſcripturæ ſacræ. 187. b. 199. a. & b. Epiſtolæ D. Pau. 189. b. liber Æſtheris. 203. a. liber pſalmorum 179. a. 184. b. liber Salomonis. 187. a. Mathæus explicatus 205. b. ſeptuaginta duo Interpretes illuſtrati. 180. b. 182. a. 205. a.
Bibliotheca Photii illuſtrata. 171. a. 177. a.
Bibliotheca Rabinica Buxtorfii. 182. a.
Benjamini Tudelenſis itinerarius liber. 190. b. 191 a.
Burcherdus. 178. a.
Balſamo. 175. a. 179. b. 181. a. 187. a. 187. b. notatus. 183. a. ad reſponſa patriarcharum. 190. a.

C.

CApitula Caroli Magni. 171. a. 184. b. 191. b.
Canones Apoſtolici. 169 b. 175. a.
Caſſianus. 210. b.
Cedrenus. 180. b.
Cicero reſtitutus. 205. b.
Codex Juſtiniani. 176. a. 177. a. 184. b. 185. b. 190. a. reſtitutus. 191. a. 202. b. 204. a. 205. a. 208 b. 211. a. 211. b.
Codex Theodoſianus. 170. a. 175. b. bis. 177. b. 178. a. 178. b. 181. a. 182. a. 184. b. 185. a. 192. a. 194. a. 199. b. 201. a. 202. b. 203. a. 208. b. 209. a. Anianus Interpres. 183. a.
Codex Canonum Jani Tillii. 175. b. 193. a.
Codex Gregorianus emendatus. 202. b.
Clemens Romanus. 178. a. 205. b. 206. b. 208. a.
Collatio Legum Moſaicarum emendata. 205. a.
Computum Eccleſiæ Æthiopicæ Joſephi Scaligeri. 189. a.
Conſtitutiones Baſilicæ Ludovici XIII. Reg. Chriſtianiſſ. 186. a.
Clemens Alexandrinus. 184. a.
Cyprianus emendatus. 202. a.
Cyrilli Rutheni Canones. 188. a.
Cyrillus de adoratione. 179. a.

D.

DAmaſcenus. 204. a.
Decretum Gratiani. 199. a.
Decretales Epiſtolæ. 180. a 200. b.
Decretalium veteres collectiones. 180 a 184. b.
Dionyſius Areopagites. 174. b. Maximus Interpres 174. b. Georgius Pachymeres. 174. b.
Deciſiones Rotæ. 176. b.
Dionyſius Patriarcha Alexandrinus. 183. a.
Dionyſius exiguus III. 191. b. 192. b.

E.

EPiſtolæ Innocentii. 187. a. à Paul. Dumæo editæ. 212. a.
Euſtathius ad Dionyſium Periegetem. 200 a.
Evagrii hiſtoria Eccleſiaſtica. 200. a.
Euſebius Cæſarienſis. 181. a. 194. a. 194. b. 208. b. Gregorius Trapezuntius notatus. 195. a.
Eunapius 190. a.
Euſtrathius Conſtantinopolitanus. 190. a.
Excerpta Stobæi. 186. b.
Ephiphanius. 174. b. emendatus. 182. b. 189. a. 190. b. 191. b. 202. b. 203. a. 203. b.
Epiſtola Attici ad Synodum Africanum. 172. a.
Epiſtolæ Roman: Pontif. à Gretſero editæ. 171. a. 200. b.

F.

FRanciſcus Meinardus de Juribus Epiſcop. emendatus. 177. a.
Fragmenta librorum Baſilicorum. 178. a.
Franciſcus Alvares de rebus Æthiopicis. 189. a.
Fulgentius Ruſpenſis Epiſc. 193. b. 194. a.

G.

GAlenus. 210. a.
Galeni lexicon. 204. b.
Godofridus Abbas Vindocin. 201. b.
Garſias à Loiaſa notat. 191. a.
Gregorius Ieromonachus Protoſincellus. 188. b.
Geographus Græcus ex Commentariis Leunclavii. 188. a.
Georgius Piſides. 187. a.
Georgius Cedrenus Curopalates. 207. b.
Gelaſius Pontifex de Anathemate. 180 b. 182. b.
Gilda Sapiens. 184. b.
Gloſſarium nomicum Caroli Labbæi. 172. b. 174. a. 176. b. 185. a. 186. a. 211. a.
Gloſſæ veteres. 172. a. 182. b. 183 a. 185. a. 187. b. 205. a.
Georgius Elmacim Arabs. 171. a.

Gregorius Nazianz. emendatus. 169. a. 191. a. 195. b. 199. a. 207. a. 208. a.

H.

HEſychius. 172. a. 182. a 187 a. 202. a. 202. b. bis . . . 204. b.
Hermenopulus. 182. a. 193. a. 211. a. Interpres Hermenopuli. Canonum. . . . 175. a.
Hieronymus. 183. a. 184. b. 187. b. 195. a. 210. b. In continuatione Chronici Euſebiani. 185. a.
Hilarius Pictav. Epiſc. . . . 180. b.
Hiſtoria Patriarchica Turcogræciæ Jani Cruſii. . . . 207. b.
Heracſides. . . . 210. a.
Herbeſteinius Baro. . . . 189. b. 200. a.
Hiſtoria politica Jan. Cruſii. . . . 201. b.

I.

IRenæus. . . . 206. b. 210. a.
Joannes Moſchus. . . . 210. b.
Ioſephus Judæus. . . . 209. b.
Ivo Carnotenſis. . . . 186 a. 201. b.
Ioannes Cantacuzenus. . . . 186. a.
Iulianus Imperator. . . . 184. b.
Iſidorus Peluſiotes. . . . 183. b. 187. b.
Iſidorus Hiſpalenſis. . . . 179. b.
Ioannis νηςευτȣ̃ Canones. . . . 178. a.
Iulianus Anteceſſor. 178. b. 179. a. 181. a. 201. a.
Iuſtinus Martyr. 174. b. quæſtiones orthodoxæ ſub Juſtini nomine evulgatæ. 206. b. 212. b.
Ioannes Chryſoſtomus. 172. b. 179. a. 183. b. . . . 209. a. 211. b.
Ius Græco-Romanum. . 177. a. 179 a. 181. a. 181. b. 183. a. 200. b. 202. b. 205. b. 207. a.
Inſcript. vett. 170. b. 185. a. 186. b. 188. a. . . . 190. a. 195. a. 195. b.
Ioannes Metropolitanus Euchaitenſium. 169. a. . . . 203. b. 207. b.

L.

LEo Pontifex illuſtratus. . . . 172. a.
Libri paſſionales Martyrum. 177 a. 180. b.
Libri apocryphi Enochi. . . 191. b. 192. a.

M.

MIchael Pſellus. . . . 204. b.
Menæa Græcorum. . . . 189. b.
Manilii Sphæra Barbarica. . . . 186. b.
Mathæus Monachus. 185. b. 192. a. 203. a. . . . 211. b.
Marcus Antonius de Dominis notatus. 172. b.

N.

NOtitia manuſcripta Africæ. 177. b. 178. b.
Nicephori ὁμολογητȣ̃ Canones. 178. a. 189. b.
Notitia imperii. . . . 185. a. 190. b.
Nicon de injuſta excommunicatione. . 212. b.
Nicetæ Theſaurus ortodoxæ fidei. 197. b. 204. a.
Novellæ Juſtiniani, 169. a. 169. b. 173. a. 175. a. 176. b. 178. b. 180. a. 181. a. 185. b. 186. a. 191. a. 202. a. 204. a. 204. b. Interpres caſtigatus. . . . 204. b. 205. a. 211. b.
Novellæ Leonis Auguſti. 172. a. 186. a. 206. a. . . . 207. b.
Novellæ Alexii Comneni. 173. a. 185. b. 101. a. . . . 207. a.
Novellæ Anaſtaſii. 176. a. Interpres Novellarum emendatus. . . . 178. b.
Novellarum Paratitla Græca. . . . 178. b.
Novellæ Manuelis Comneni. . 194. a. 201. a.
Novellæ Majoriani. . . . 199. b.
Novellæ Nicephori Phocæ. . . . 200. a.
Novellæ Joannis Comneni. . . . 201. a.
Novellæ Andronici. . . . 206. a. 207. b.
Novellæ Botoniatæ. . . . 207. b.
Novellæ Conſtantini Porphyrogenetæ. 207. b.

O.

OPtatus. Milevitanus. . . 193. a. 203. a.
Origenes. . . . 190. a. 191. b.

P.

PHotii Nomo-canon. . . . 172. b.
Pici Mirandulæ Concluſiones. 181. b. 182. a. 182. b. 184. a. 186. b. 190. a. 192. a. explicatæ. . . . 206. b.
Pollucis Onomaſticon. . . . 182. b.
Paratitla græca Juris. . . 184. b. 200. a. 208. a.
Paracelſus notatus. . . . 183. a. 206. a.
Paulinus Nolanus Epiſcopus. . . . 207. a.
Philo Judæus. . . . 204. a.
Plato. . . . 210. a.
Palladii hiſtoria Lauſiaca. . . 210. b. 211. a.
Pandectæ Florentinæ. . . 204. a. 205. a.
Procopii Hiſt. Arcana explicata. . . 194. b.
Alemanus Interpres notatus Ibid. 204. a. 205. b.
Prudentius. . . . 187. b.

R.

REgula Benedicti. . . . 199. a.
Reſponſa Patriarcharum. . 181. a. 189. a. . . . 189. b. 207. b. 209. b.

S.

SYneſius. 169. a. explic. 176. a. emend. 176. 194. a. 195. b. 208. b. Nicephorus græcus Interpres. . . . 182. a.
Sozymus Rom. Pontifex. . . . 169 b.
Synodus ad Quercum convocata. 170. a. explicata. 187. b. Interpres Leunclavius correctus. . . . 187. b.
Suidas. . . . 170. a. 183. b. 185. a. 186. b.
Synopſis Baſilicon. 175 b. 185. a. 186. a. 193. a. . . . 202. a. 207. b.
Sidonius Apollinaris. . . . 176. b.
Stephanus Pontifex. . . . 181. a.
Scholiaſtes Baſilic. . . . 185. a. 211. b.
Sozomenus. . . . 186. b.
Salvianus Maſſilienſis. . . . 208. a.
Stephanus de Urbibus. 177. b. 206. a. 202. b. 207. a.
Servius Petri Danielis. . . . 187. a.
Synodus Eliberina. 187. b. explic. . . . 191. a.
Strabo. . . . 191. a.

T.

TErtullianus. . . . 203. a.
Typicum Sabæ. . . . 189 b.
Teſtamentum manuſcript. Salomonis. . 210. b.
Theodoretus explicatus. . . . 210. a.
Theodulphus Aurelian. Epiſc. . . . 208. b.
Timotheus Alexandrinus. . . 183. a. 187. b.
Theophanes MS. . . . 171. a.
Tatianus. . . . 170. b.

V.

VEnantius Fortunatus. . . . 184. b.

Z.

ZOnaras. 176. b. notatus. . . . 183. a.

INDEX

INDEX RERUM MEMORABILIUM.

ACœmetæ. . . . . 200. a.
Acyra & Ancyra. . . . . . 188. a.
Ἀκρόασις. . . . . 178. b.
Ἀδέλφατα. . . . . 173. a.
Ἀκληρονόμητα. . . . . . . 177. b.
Alpheſi. . . . . 182. b.
Ἁγίαι μερίδες. . . . . . . 181. b.
Alienationes Rerum Eccleſiaſticarum. 176. a.
. . . . 176. b.
Alkoranus. . . . . . . 171. a. 171. b.
Antimenſia. . . . . 181. a.
Ἀπραξία. . . . . 177. b.
Ἀπόῤῥητα μυστήρια. . . . . . 174. b.
Audientia Epiſcopalis. . . . . 178. a.
Ἀργοὶ non ſtatuti. . . . . . 176. b.
Atrium fauciolum. . . . . . 177. a.
Authoritas. . . . . 179. a.
Apothecarii. . . . . 185. a.
Ἀλογευόμενοι. . . . . . . 186. a.
Ἀγγελικοί. . . . . 190. b.
Ἀγγέλους ὀνομάζειν. . . . . . 191. b.
Angelis nominum portenta indita. . . 191. b.
Ἀναχωρηταί. . . . . 199. b.
Aleator. . . . . 202. a.
Ἀπόῤῥηται ἱερουργίαι. . . . . 202. b.
Acephali. . . . . 203. b.
Ἀποταγή. . . . . 204. a.
Ἀλλακταί. . . . . ibidem.
Ἀμβλωτρίδια. . . . . . . 204. b.
Adulteræ fœminæ in Monaſteria detruſæ. 204. b.
Ἀγχιστεία. . . . . 205. a.
Ambo. . . . . 206. a.
Ἀνάθεμα & κατάθεμα. . . . . 212. b.
Βαμβύκινον ὀικισκάριον. . . . . 171. a.
Βομβύκια. . . . . 183. b.
Βοίσκοι. . . . . 200. a.
Beneficiorum improbata cumulatio. . 172. b.
Βρέβιον. . . . . 211. a.
Byſacium. . . . . 195. a.
CHaawariaw. . . . . . . 176. a.
Carpocratiani. . . . . . . 203. a.
Κατῶναι Tentoria. . . . . . 171. a.
Catholici. . . . . 176. a.
Charaxii. . . . . 182. a.
Cerei cur vetantur in Synodo Eliberina. 191. a.
Κέλλιον. . . . . 200. a.
Clerici ſuperbi. . . . . . . 184. b.
Clerici ſupernumerarii. . . . . 176. b.
Clericis interdictum ferre ſententiam mortis.
. . . . 177. a.
Clerici à nocentibus pœnam capitis deprecantur.
. . . . 177. b.
Clerici exauthorati. . . . . . 180. a.
Κούρας & κηράνιον. . . . . . 171. a.
Clerici matricularii. . . . . . 211. a.
Conſulum faſti & faſces in diviſione Imperii diviſi. . . . . 172. a.
Κεμβῖνα. . . . . 177. b.
Communio Laica. . . . . . 181. a.
Converſio. . . . . 184. b.
Converſi. . . . . Ibid.
Κτηνοβάται. . . . . 186. b.
Cœmeteria Martyrum. . . . . 190. b.
Chomanim. . . . . 191. a.
Κύκλος ἑορταστικός. . . . . . 195. b.
Κυβεία. . . . . 202. a.
Κεφαλτὴ ὑρᾶ προσέχειν. . . . . 208. a.
Curiales. . . . . Ibid.
Criminales preces dictare. . 208. a. 209. a.
Continentes. . . . . 211. a.
DIœceſis. . . . . 176. b.
Δεισιδαιμονία religio. . . . . 177. a.
Δῶμα. . . . . 180. b.
Δεσμωτήρια ψυχῶν. . . . . . 179. b.
Dæmones ſingulis affectibus malis aſſignati. 210. a.
. . . . 210. b.
Divitum ordinatio vetita. . . . 169. b.
Donatiſtæ Hæretici. . . . . . 192. a.
Donatiſtæ in ſuos reſtituti honores. . 192. b.
Lucilla aſſectatrix Donatiſtarum. . . 193. a.
EΒδομὰς διακαινίσιμος. . . . . 194. a.
Eccleſia Orientalis a Barbaris hoſtiliter invaſa.
. . . . 173. a.
Eccleſiaſticæ res. . . . . . . 175. a.
Eloquentia pompatica damnata. . . 170. a.
Ἐκπιδύγατοι. . . . . 182. a.
Epiſcoporum προεδρία in conſeſſu Synodorum.
. . . . 171. a.
Epiſcopi codicillares ſive titulares. . . 172. b.
Epiſcopi vagi ac deſultorii. . . . 173. a.
Quantum temporis abeſſe Epiſcopatu permiſſum.
. . . . 182. a.
Epiſcopi Scorti. . . . . . . 176. b.
Epiſcopi vacantivi qui fuerint. . . 176. b.
Epiſcopi Palatini. . . . . . 177. a.
Epiſcopi interventores. 177. b. Interceſſores. 182. a.
Eccleſia forum legibus non habet. . . 178. a.
Eccleſia habet aliquam juriſdictionis imaginem.
. . . . 178. b.
Epiſcopi ne ſucceſſores eligant. . . . 179. a.
Ἐγκόλπια. . . . . . . 185. b. 186. a.
Ἐπερωτήσεις κεφαλισμέναι. . . . 186. a.
Energumeni. . . . . 186. b.
Inter energumenos accenſiti profani homines.
. . . . 187. a.
Energumeni catenis innexi. 187. b. an liceat Energumenis ſacra miniſteria uſurpare. 187. b.
Ἐξαγορεύεσθαι. . . . . . . 188. a.
Ἐξορχεῖσθαι. . . . . ibid.
Ἑορτὴ διαβατηρίων. . . . . . 194. a.
Ἐξωμῖται & ἰσωμῖται. . . . . 200. a.
Ἐγκλειστοί. . . . . 200. a.
Epiſcopalia jura. . . . . . 208. a. 200. b.
Eccleſia ſæculari potentia pervaſa. Nequid ab Eccleſiâ Epiſcopo orbatâ quæſtor exigat, ſancitum. . . . . 201. a.
Epiſcopi qui ſunt in canali. . . . 206. a.
Exorciſtæ ab Epiſcopis non ordinati. . . ibid.
Ἔξαρχοι ὑπέρτιμοι . . . . . . 207. b.
Epiſcoporum conjurationes. . 207. a. 207. b.
Epiſcoporum demortuorum bona amota. 208. a.
Epiſcopis interdictum ne quempiam temere communione privent. . . . . . . 211. b.
GOteſcalcus Monachus virgis cæſus Epiſcoporum judicio. 177. a. Ad apiſcendos Gradus Eccleſiaſticos ſtata ſpatia conſtituta. 169. b.
HÆredes Epiſcoporum. . . . . 175. b.
Hæretici communis juris ſuffragiis carent.
. . . . 176. a.
Horrearii. . . . . 185. a.
Hiemantes. . . . . 187. a.
Hæreticorum myſteria. . . . . 191. a.
Hæretici teſtes nequeunt eſſe. . . . 193. a.
Dierum Hebdomadis nomenclatura apud Mahumedanos. . . . . 194. a.
Hereticorum ſpeluncæ. . . . . . 202. b.
Hæreticorum myſteria. . . . . . 202. b.
Homicidium non ſpontaneum. . . . 205. a.
Hæretici exorcizare attentant. . . . 206. a.
JEjunia Eccleſiarum Orientis. . . . 188. b.
Jejunia Armenorum. . . . . . 189. a.
Jejunia Hebræorom. . . . . . . ibid.
Jejunia Eccleſiæ Æthiopicæ. . . . 189. a.
Jejunia Eccleſiæ Conſtantinopolit. . . Ibid.

Jejunia Ruthenorum. 189. *b.*
Jejunia Moſcovitarum. 189. *b.*
Jejunia Mahumedanorum. *Ibid*
Ἡγυμῶμεναι. 204. *b.*
Imagines ἀχειροποίητοι. 202. *b.*
Impuberes conſecrati aris. 199. *a.*
Imperatores Chriſtiani Pontifices compellati. 201. *b.*
Jobelæum ſuperius. 190. *a.*
Judæorum Pontifices. 177. *b.*
Judices. 178 *a.*
Juriſdictio. 178. *b.*
Ἡσυχασταί. 200. *a.*
LAicorum ordinatio vetita. 169. *a.*
Leon politanus Epiſcopus. 173. *a.*
Literatura. 179. *a.*
Legati ſummi Pontificis. 179. *b.*
Leproſi. 187. *a.*
Limes Montenſis. 190. *b.*
Λαῦραι. 200. *a.*
Λαμπάδια. 204. *a.*
Μασυες. 177. *b.*
Μάχιμες. 182. *a.*
Μαγεία. 181. *b.*
Martyrum memoriæ. 189. *b.*
Martyrum tranſlationes 190. *a.*
Memoriis Martyrum exhibitus cultus. 190. *a.*
Matriculariæ fœminæ. 195. *b.*
Μεγάλη σφραγὶς. 171. *b.*
Μεσῖται. 177. *b.*
Manes Cubricus. 202. *b.*
Matrimonia hæreticorum. 203. *a.*
Maditenſis ſedes. 207. *b.*
Militia cœleſtis. 206. *b.*
Militia clericorum. 170. *b.*
Minutia frumentaria. 185. *a.*
Miſſarum exhibita ſacra ſub tentoriis. 171. *a.*
Miſſæ privatæ & ſolitariæ peculiares. 181. *b.*
Monachi malæ frugis. 203. *b.* 204. *a.*
Monachorum varii ordines. 199. *b.*
Μονοβάμβυλον. 171. *b.*
Mulieres extraneæ. 184. *a.*
NAziræi. 199. *a.*
Neophyti. 179. *b.*
Nuptiæ ſecundæ. 179. *b.*
Nuptiæ impuberum. 186. *a.*
Οσφαναὶ. 178. *a.*
Ὁρμάζειν. 186. *a.*
Ordinati abſolutè. 207. *a.*
Paulinus veneficus. 177. *a.*
Παρασημείωσις. 178. *b.*
Patrocinia Sanctorum. 171. *a.*
Παρασυναγωγαὶ. 180. *b.* 181. *a.*
Peccatum corporale. 183. *a.* 183. *b.*
Partus parentum manu interemptus. 105. *a.*
Phrygum Hæreſis. 190. *b.*
Phylacteria. 182. *b.*
Φαρμακεύς. 182. *a.*
Πολιτευόμενοι. 169. *b.*
Πασῖλοι 170. *a.*
Pugnæ ſe ſiſtere interdictum Clericis. 171. *a.*
Παροικία. 176. *b.* 177. *b.*
Publica judicia. 176. *b.*
Procuratores. 179. *a.*
Πραγματεία. *ibid.*
Προστάγματα. 184. *a.*
Pſaltæ Canonici. 184. *b.*
Πυραιθεῖα. 191. *a.*
Πυραυγεῖ. *ibid.*
Paſcha Mahumedanorum. 194. *b.*
Precum inſtructores. 194. *b.* 195. *a.*
Proskuricæ mulieres. 195. *b.*
Πασχάλια. *ibid.*
Dies Paſchalis indictus. 195. *b.*
Palla altaris 199. *a.*
Parochiam alienam pervadere vetitum. 200. *a.*
Περχέσιον. 201. *b.*
Parentibus decernendus honos. 205. *b.*
Προποτις. 206. *a.*
Πραιτωριακὴ ῥεία. 208. *a.*
Παρασιωπήσεις. 209. *b.*
RAtiocinatores. 185. *a.*
Raptores deſponſatarum. 186. *a.*
Reſcula. 208. *a.*
Repudia. 209. *a.* 209. *b.*
Divini Sacramenti inſtitutio commentis adſperſa à Græcis. 194. *b.*
SAmozatenus declamator ſcænicus. 170. *a.*
Saraceni *Elmahgerim Hagrim.* 172. *b.*
Sacra privata erigere nefarium. 180. *b.* 181. *a.*
Sarabaitæ. 203. *b.*
Sanctiones pragmaticæ. 207. *a.*
Pro Sacramentis conferendis pretia exigere vetitum. 209. *b.*
Scholaſtici. 170. *a.*
Scotti Epiſcopi vagi. 176. *b.*
Sedes Epiſcopales in Metropolitanas erectæ. 207. *a.*
Sedere Epiſcopatum. 169. *a.*
Sedes Epiſcopales vetitæ in obſcuri nominis municipiis. 172. *a.*
Σιτῶναι. 185. *a.*
Sponſalia. 185. *b.*
Sportulæ. 176. *b.*
Sportulæ diurnæ menſurnæque. 169 *b.*
Σταυροπήγια πατριαρχικά. 181. *b.*
ἐνοριακά. 182. *a.*
σταυρὸν ἐν χάρτῃ ποιεῖν. 207. *b.*
Stolk. 200. *a.*
Στηλῖται. 200. *a.*
Studitæ. 200. *a.*
Suffentulenſis Synodus. 169. *b.*
Suffetula. 170. *b.*
Suffetes. *Ibid.*
Συμβολὴ. 182. *b.*
Σύμβολον ἑορτῆς. 195. *b.*
TΥποσκοπεῖον. 169. *b.*
Θεανδρικὴ μορφὴ. 171. *a.*
Ταξεῶται. 169. *b.*
Τελεσιουργία. 171. *b.*
Θεολογία συμβολικὴ. 177. *b.*
Θεολογικὴ ὑποτύπωσις. Ibid.
Τελείη μύρου. 174. *b.*
Trepalium. 177. *a.*
Tribunalia Eccleſiaſtica nunquam erecta. 178. *b.*
Tractatoria ſive tractoria Epiſtola. 179. *b.*
Τοποτηρηταὶ. 179. *b.*
Ταμεῖον. 180. *b.*
Θέσπλος. 182. *a.*
Totaphot. 182. *b.*
Tephyllim. Ibid.
Truncatio ultimæ plantæ. 186. *b.*
Θυμα. 195. *b.*
Τυπικά. 203. *b.*
Templorum cautela non nocentibus, ſed læſis conceſſa. 205. *a.*
VAcans Eccleſia. 177. *b.*
Victimæ ſpontaneæ *bammitbnadebim.* 174. *b.*
Victualia. 176. *b.*
Virgines aris conſecratæ. 174. *b.* 175. *a.*
Vſuræ ſeſquialteræ. 183. *a.*

PETRI

PETRI FRANCISCI CHIFFLETII

Societatis Jeſu Presbyteri,

AD LECTOREM ADMONITIO

DE

FERRANDO,

ET

LIBRIS AB EO CONSCRIPTIS.

FULGENTIUS Ferrandus (quem Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi aut affinem fuiſſe, aut conſanguineum, & prænomem, & ſancti Præſulis modeſte ab eo commemoratum genus illuſtre pene perſuadet) cum in Clero Africano, Regis Vandalorum Traſamundi edictis apud Sardiniam exularet, ſalutiferis Epiſcopi Fulgentii monitis ad monachorum profeſſionem converſus; ibi (ut ipſe ait in ejus Vitæ Præfatione) diebus ac noctibus ante eum poſitus vixit: *quando* (inquit) *me ſuper mel & favum dulciora cæleſtis ejus eloquii flumina frequenter irrigabant. Et niſi ſterilitas arentis ingenii præpediret, centeſimum fructum gleba noſtri pectoris attuliſſet. Sed indignus ego, de tanta plenitudine vix exiguam capere valui portionem.* Erat enim Beatus Fulgentius (ut ait, Vitæ Cap. XX.) *ita cupidus ſemper acquirendæ ad cænobium fraternitatis, ut quamvis omnibus omnia noſſet eſſe, Monachorum tamen profeſſioni ſociare cunctos & optaret & vellet.* Porro de fundatione monaſterii, cui ſe Ferrandus addixit, juxta ſancti Martyris Saturnini baſilicam Caralitanam, ac de ejus ſanctiſſima diſciplina ipſe pluribus agit, Vitæ S. Fulgentii Cap. XXVII. Cum autem Hilderico poſt Traſamundi obitum regnare agreſſo, catholicæ Eccleſiæ in Africa libertas reſtituta eſt, ac revocatis undequaque extorribus Fulgentius Epiſcopus (ut habet ejus Vita, Cap. XXIX.) *probatos ſibi multas ex fratribus monachis ad eccleſiaſticam militiam tranſtulit*; tum vero in Clerum Carthaginienſem adſcitus eſt Ferrandus: ſive quod ex eo tranſiiſſet ad Monachos Caralitanos, ſive certo vel Bonifacii Carthaginienſis Primatis eum] depoſcentis, vel Fulgentii dimittentis conſilio, ut ab ea totius Africæ metropoli uberiores fructus è magna illa mente in omnes Eccleſias redundarent. Nec ſpes feſellit: ibi enim Diaconi Carthaginienſis dignitate auctus, ac veterem ſuum magiſtrum Fulgentium de graviſſimis difficultatibus ſubinde per litteras conſulens, & Canonum Breviarum digeſſit ad Cleri conſtituendam diſciplinam, & alia ſcripſit de fide ac moribus, ob quæ nemo rerum æquus æſtimator dubitaverit, quin cum Beatum Fulgentium ſexaginta quinque & amplius Epiſcoporum exulantium *linguam* atque (*) *ingenium* merito appellaverit; ipſæ Africanæ totius Eccleſiæ & lingua, & ingenium, & manus appellari mereretur. Cæterum quod Ferrandus Clericis licet Carthaginienſibus adſcriptus, tamen Fulgentii magiſtri ſui exemplo, vitæ monaſticæ aſperitatem quoad licuit retinuerit, ſatis ipſe ſignificat ſub initium Epiſtolæ ad Severum Scholaſticum Conſtantinopolitanum; *Beatum* inquiens, *me profecto tunc æſtimabo, quando poſitus in ſilentio monaſterii, illum verſiculum Pſalmi per momenta cantavere; Dixi*, (†) *cuſtodiam vias meas, ut non delinquam in lingua mea.* Qui an in Sanctorum canonem ritu ſolemni aliquando fuerit relatus, affirmare non auſim; quia Martyrologium ſive Hagiologium nullum vidi quod ejus meminerit. Sed neque auſim negare, cum nonnulla ejus opera in pervetuſtis membranis, *Sancti Ferrandi* titulo prænotentur: liceatque colligere vel ex ejus ſcriptis, fuiſſe illum (ut aït Trithemius, libro de Scriptoribus Eccleſiaſticis) *non minus ſanctitate converſationis quam doctrina venerabilem*: ac mirum videri non debeat, ſi nullis in ſacris Faſtis inſcriptum ejus legatur nomen: cum ſub ejus obitum Africanas Eccleſias trium Capitulorum diuturna tempeſtas mire perturbarit: & ſecundum hanc haud longo intervallo, Africa potiti Arabes, ſacros codices, Eccleſiarum archivia, & Chriſtianæ religionis veſtigia omnia penitus eraſerint. Libri autem quos conſcripſit hi à nobis comperti ſunt.

I. Breviatio Canonum, cujus editionem Pithœanam plurimis locis emendavimus ex codice Corbeienſi: qui certe codex propter catalogum quem exhibet Romanorum Pontificum, deſinentem in Vigilio Papa, olim nobis videbatur, ipſius Vigilii tempore, ipſoque fortaſſe Ferrando adhuc in vivis agente deſcriptus. Sed quia codex idem, eadem manu exaratum continet Breviarium Fidei adverſus Arrianos (quod anonymum edidit Sirmondus noſter, licet ejus autorem Julianum Coenſem ſuſpicetur) cujus prima verba. [*Errare hæreticos hæc maxime cauſa facit*]; ultima, [*non ei remittetur, neque in hoc ſæculo, neque in futuro*] & hoc opus poſtmodum reperimus in codice Cartuſiæ Portarum, inſcriptum: *Liber Alcuini Diaconi contra Arrianos*: exiſtimavimus, illum catalogum deſcriptum fuiſſe recentiori ævo, ex antiquiore exemplari quod ipſo ſedente Vigilio Papa confectum fuerat. Nec ex hoc Fidei Breviario hauſiſſe Eugenium aut Idacium, ſed ex his potius autorem ejus Alcuinum. Alioqui pervetuſtus eſt codex ille Corbeienſis, & ipſi (ut videtur) Alcuino aut æqualis aut ſuppar. Habet autem Canonum Breviatio in eo codice, præfationis loco Conſtitutionem Theodoſii & Valentiniani Auguſtorum ad Virum Præfectum prætorio, quam conjecit Sirmondus noſter in Appendicem Codicis Theodoſiani, numero XX. ſub titulo: *De accuſatione Epiſcopi, Presbyteri, vel Diaconi: & quod obnoxios cum illis ambulantes retinere non liceat.* Nos eam à Ferrandi inſtituto non alienam putavimus: moti antiquitate codicis, qui ei Conſtitutioni titulum præſcribit: *Incipit Præfatia Canonum Fulgentii Ferrandi* (‡) *Eccleſiæ Carthaginenſis.* Tum ad finem Conſtitutionis: *Incipit Breviatio Canonum:* non iterato Ferrandi nomine. Cum autem ſit vero ſimillimum, hos Canones juſſu Bonifacii Carthaginenſis Primatis à Ferrando Diacono collectos fuiſſe ad reſtituendam Cleri Africani diſciplinam, ſtatim poſt Epiſcoporum & Clericorum reditum ab exilio, adeoque circiter annum Chriſti DXXIV. ſpectaſſe vide-
tur

(*) Vitæ S. Fulgentii Cap. 20. (†) *Pſal.* 38. 1. (‡) *Deeſt vox Diaconi.*

tur ea ſanctio Canonibus præfixa Hildericum Regem; ut qui Eccleſiæ Africanæ pacem reſtituerat, etiam ad ſua jura ac privilegia Clericis ſervanda, Valentiniani Auguſti avi ſui materni exemplo incitaretur: natus quippe Hunerico Regi ex Eudocia Valentiniani filia. Sed & Clericis ſolatio eſſe potuit idem ipſum proloquium: ut haberent nimirum in eodem Opuſculo & quos ſervarent Canones, & Principum edictum quo ſervari ſe, ſuique maximam rationem haberi intelligerent. Neque vero audiendi ſunt qui ex eo quod hujus Breviarii autor, non è Canonibus Apoſtolorum (quos primus Papa Gelaſius recipiendos ſanxiſſe dicitur) non è Calchedonenſi aut Epheſino Conciliis quidquam retulit, diverſum eum ſuſpicantur à Ferrando qui S. Fulgentii æqualis fuit; ac ejus Collectionem Dionyſiana antiquiorem eſſe decernunt: quod ultimum diſerte aſſerit vir ſummæ eruditionis Cardinalis Perronius, in Opere contra reſponſionem Regis magnæ Britanniæ, lib. I. Cap. XLVIII. pagina 407. & 426. Probare enim primum deberent, Sufetulenſe, Septimunicenſe, Macrianenſe, Juncenſe, Marazanenſe, & Thenitanum à Ferrando laudata Concilia, Gelaſio recentiora non eſſe; quod vix efficient, cum ea ex uno pene Ferrando nobis nota ſint. Deinde ut conſtaret antiquiores eſſe has Synodos ipſa Epheſina, pari ratiocinatione ni concluderent, ſub Gelaſii tempus, circa annum Chriſti quingenteſimum, conſcriptam eſſe à Creſconio Concordiam Canonum; quia in ea nullus Pontifex, nulla Synodus Gelaſio poſterior adnotatur. Habemus tamen hanc ejus Operis inſcriptionem ex codice Vaticano (apud Baronium, anno Chriſti 527. num. LXXVI.) *Concordia Canonum, à Creſconio Africano Epiſcopo digeſta ſub capitibus trecentis. Iſte bella & victorias, quas Joannes Patricius apud Africam de Saracenis geſſit, hexametris verſibus deſcripſit.* Porro Cedrenus has à Joanne Patricio reportatas victorias refert ad annum tertium Leontii Imperatoris. Alios etiam temporum characteres addit Anaſtaſius Bibliothecarius, in Hiſtoria Eccleſiaſtica quam Joannis Levitæ hortatu contexuit. *Mundi*, inquit, *anno ſexies milleſimo, C. XC. divinæ Incarnationis DC. XC. anno vero imperii Leontii tertio, acie Arabes in Africam mota, hanc obtinuerunt: & ex proprio exercitu taxatos in ea quoſdam conſtituerunt. Quibus compertis Leontius mittit Joannem Patricium, virum idoneum, cum omnibus Romaicis claſſibus. Qui cum Carthaginem perveniſſet, & bello catenam portus ejus aperuiſſet, inimicoſque in fugam convertiſſet; hos viriliter inſecutus, univerſa liberavit Africæ caſtra: relictiſque propriis obſervatoribus, hæc Imperatori ſuggeſſit, ibidemque hyemavit.* Anaſtaſii hæc Hiſtoria, cujus nacti ſumus e Cartuſia Portarum antiquum & probæ notæ exemplar, tribus conſtat partibus, é trium Scriptorum non toto ſæculo ei ſuperiorum Græco contextu Latine redditis. Prima eſt, Chronographia Nicephori Conſtantinopolitani Epiſcopi, ab Adamo uſque ad necem Michaëlis, filii Theophili & Theodoræ, qui occiſus eſt in palatio Sancti Mamantis. Secunda, ex Georgio Monacho, Taraſii Patriarchæ Conſtantinopolitani Syncello, à Julio Cæſare ad Diocletiani exordia. Tertia, ex Theophane Abbate in monaſterio Agri, à Diocletiano *uſque ad Leonem qui poſt Michaelem imperavit, patrem ſcilicet Ignatii qui adhuc ſupereſt* (inquit in Præfatione Anaſtaſius) *habenas Conſtantinopolitanæ tenens Eccleſiæ*. Dignum opus quod regiis typis lucem accipiat inter Scriptores Hyſtoriæ Byzantinæ. Neque vero vel Anaſtaſii, vel Græcorum ex quibus hauſit, Chronologiam hîc excutio. Tantum moneo, ſummam annorum à Chriſti Incarnatione, apud Anaſtaſium toto octennio eſſe minorem noſtra vulgari, ſeu Dionyſiana. Quare, bellum hoc Saracenicum in Africa, qood adſcribit anno Chriſti DCXC. ad annum referri debet æræ noſtræ DCXCVIII. Fuit igitur Creſconius omnibus à ſe laudatis Canonibus vel Decretis poſterior annis fere ducentis. Quidni & de Ferrando ſimile quid opinemur? Nimirum Παλαιόφιλοι ſunt eruditi plerique: amant præ cæteris quæ de longinquo accerſunt antiquorum teſtimonia. Id ſpectavit Ferrandus, non ut omnes ante ſua tempora editos Canones colligeret, ſed eos dumtaxat qui pro tempore ad Cleri Africani diſciplinam ſufficerent. Fruſtra igitur duos Ferrandos; alterum altero antiquiorem cogitemus. An vero ante Dionyſium Abbatem Ferrandus Canones ſuos collegerit, plane incertum eſt; cum uterque vixerit tempore eodem, neuter Operi ſuo certum temporis characterem appinxerit. Cæterum, Creſconii Breviarium Canonicum, qood conjunctim edidit Pithœus, nos quoque à Ferrando minime ſeparandum putavimus: ut alteri ab altero lux affulgeret. Dedimus autem ex manuſcriptis codicibus integritati ſuæ reſtitutum: prodierat enim hactenus, & ordine capitum aliquot locis turbato, & fallacibus numerorum notis aſperſum, adeoque ad eruditorum uſus perquam incommodum. Atque à margine adnotavimus quibus Epiſtolis, aut Epiſtolarum ſegmentis pontificia Decreta reſpondeant: ut cui ad manum non eſſet vetus illa, quam ſequitur Creſconius, Decretorum Collectio, ea ſaltem prompta haberet in vulgatis Pontificum Decretalibus, quæ in Tomis Conciliorum certis diſtinctæ numeris, manibus omnium teruntur. Neque vero inſtituti mei eſſe duxi, in hæc nominatiſſima duo Canonum Breviaria perpetuum Commentarium moliri: cum in omnes aut pleroſque eorum Canones, exſtarent eruditorum virorum multiplices Obſervationes: præſertim Severini Binii in Tomis Conciliorum: Chriſtophori Juſtelli in Codicem Orientalem, & in Canones Africanos: Flavini Franciſci de Hauteſere, in Notis & Animadverſionibus ad hos ipſos Ferrandi & Creſconii Indiculos: ut jam hic Antonium Auguſtinum, alioſque Juris Canonici Interpretes non commemorem. Mihi curæ fuit parere edicto veteri, ne nimius eſſem, neve dicta dicerem. Quare, pauca de multis attigi: nominatim ut ab antiquariis vitiata loca reſtituerem: quo in negotio, aliorum ſtudia deſiderari intelligebam: atque ut ad Africanæ veteris Eccleſiæ ſtatum aliquid lucis afferrem.

II. Epistola ad Fulgentium Ruſpenſem Epiſcopum, de duabus Quæſtionibus ſuper ſalute Æthiopis moribundi, cum Reſponſione Fulgentii.

III. Epistola ad eundem Fulgentium, de quinque quæſtionibus.

IV. Epistola ad Egippium Presbyterum, de Trinitate, ac de duabus Chriſti naturis.

V. Epistola ad ſeverum Scholaſticum Conſtantinopolitanum, quod Dominus noſter Jeſus Chriſtus ſit unus de Sancta & individua Trinitate.

VI. Paræneticus ad Reginum Comitem, Qualis eſſe debeat Dux religioſus in actibus militaribus, ſeu de ſeptem regulis innocentiæ.

VII. Epistola ad Anatolium Romanæ Eccleſiæ Diaconum, de duabus in Chriſto naturis; & quod unus de Trinitate natus, paſſuſque dici poſſit.

VIII Vita S. Fulgentii Ruſpenſis Epiſcopi.

IX. Epiſtola ad Pelagium & Anatolium Diaconos Urbis Romæ, pro Epiſtola Ibæ Epiſcopi Edeſſeni, adeoque pro tribus Capitulis Concilii Calchedonenſis.

Omnia hæc Opuſcula Ferrandi titulo tenus memorata plenius recenſuerat Chiffletius, quod conſulto omiſimus, quum ſola Breviatio Canonum ad hunc Theſaurum Juris pertineat.

PETRI

PETRI FRANCISCI CHIFFLETII,

PRESBYTERI E SOCIETATE JESU

NOTÆ

IN

BREVIARIA CANONUM FULGENTII FERRANDI ET CRESCONII AFRI.

Prænotanda nonnulla de Ferrandi & Creſconii Breviariorum Canonicorum comparatione, quoad methodum, & res contentas.

I. FERRANDI in Canonibus unus tantum fuit labor, qui Breviatio Canonum inſcribitur. At Concordia ſeu Collectio Canonum Creſconii, duas habet quaſi partes: prior eſt Breviarium Canonum, in quo diſciplina omnis Eccleſiaſtica, ad Ferrandi exemplum, brevibus comprehenditur ſummulis; citatis tantum ad ſingulas Canonibus Conciliorum, aut Pontificum decretis quæ ad rem ſpectant: poſterior integros ipſos Canones ac decreta expandit, eo ipſo ordine quo in Breviario allegantur. Priorem hic dumtaxat partem, hoc eſt, Breviarium damus: à quo quantum in Ferrandi opus, ac viciſſim in hoc ab illo affundatur lucis, utriuſque comparatio aperiet.

II. Si formam ſpectes, paria ſunt fere omnia. Non enim hi duo, uti Dionyſius Abbas, Conciliorum ordinem tenuere; ut primo omnes Apoſtolorum Canones, tum Nicænas omnes regulas, exinde Ancyranas, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Antiochenas, cæteraſque deſcriberent: ſed materiarum ratione habita, canonicam omnem ſcientiam, Ferrandus duobus & triginta ſupra ducenta, Creſconius omnino trecentis Capitibus digeſſit, certis ad ſingula ſubnotatis Canonibus aut decretis. In quo Ferrandi præſertim eſt ordo ſpectabilis: nam primo ea quæ Epiſcopos, tum quæ Præsbyteros, deinde quæ Diaconos; ad extremum quæ aut Clericos ſimul omnes, aut ſolos Laïcos; aut Clericos pariter & Laïcos ſpectant, breviter & accurate collegit.

III. At ſi de materia quæritur, intelligo hoc mihi faciendum quod Euſebio Cæſarienſi Epiſcopo: qui (ut refert Hieronymus præfatione in quatuor Evangelia ad Damaſum) cum quatuor Evangelia inter ſe comparare haberet, ſepoſuit quæ cujuſque propria eſſent, quæ duobus, aut tribus, aut etiam omnibus communia: unde exiſtunt illi celebratiſſimi evangelicæ hiſtoriæ Canones decem Euſebiani, qui utcumque expreſſi à typographis habentur apud Hieronymum ante caput primum Matthæi: extantque paſſim in antiquis codicibus. Sed uſum nullum habent, niſi cum textu quatuor Evangeliorum, iis diſtincto ſectionibus, ad quas referuntur.

IV. Ferrandi abſque dubio propria ſunt quæcumque refert ex Conciliis, Conſtantinopolitano, Zellenſi ſeu Tiellenſi, Suſetulenſi, Septimunicenſi, Macranenſi, Juncenſi, Marazanenſi ſeu Maradianenſi, Thenitato, & Thuſdritano: quorum Creſconius ne meminit quidem.

Creſconii proprii ſunt Canones Apoſtolorum, & Calchedonenſes: decreta item Siricii, Innocentii, Zoſimi, Cæleſti, Leonis, & Gelaſii Romanorum Pontificum: quæ à Ferrando nuſquam laudata ſunt.

Ferrando & Creſconio communes ſunt Canones Nicæni, Ancyrani, Neocæſarienſes, Gangrenſes, Antiocheni, Laodicenſes, & Sardicenſes. Sed cum hoc diſcrimine, quod Creſconius has ſeptem Synodos Dionyſianis ubique verbis ac numeris profert: non item Ferrandus, qui codicibus uſus eſt, horum Canonum paulo diverſam à vulgata Dionyſiana partionem exhibentibus.

V. De Conciliis, Hipponiregienſi, Milevitano, & Carthaginenſibus plurimis à Ferrando citatis major eſt difficultas, an in uno, alterove Cathaginenſi (quo uſus eſt Creſconius) omnia comprehendantur. Quod ut explicem, videndum prius de collectione Africana, ſitne ea privati cujuſpiam autoris opus; an Concilium aliquod Africanum, unum aut duplex. Qua de quæſtione doctiſſime in utramque partem diſſeruit Cardinalis Perronius (*); rem in medio relinquens: quamvis decem ob rationes propenſior ut exiſtimet, eam eſſe privatum opus; nec niſi abuſive Concilium appellari: ea plane ratione, qua Martini Braccarenſis Collectio Græcarum Synodorum, appellatur à Gratiano & aliis, *Concilium Martini Papæ*.

VI. At ego, pace tanti viri dixerim, inclino in partem oppoſitam: ſecutus non modo recentiores pleroſque, ſed etiam antiquos optimæ notæ ſcriptores. Nam Dionyſius Abbas in præfatione ſuæ Collectionis, eos Canones appellat Concilium Africanum: & in contextu; *Incipit Synodus*, inquit, *apud Carthaginem Africanorum, quæ conſtituit Canones num. CXXXVIII.* quanquam (ut infra oſtendam) ex hoc numero deducendæ ſunt, cum Nicæna fidei profeſſione, quatuor epiſtolæ ad finem adjectæ; ac præſertim ultima Concilii Africani ad Cæleſtinum Papam, quæ prioris illius, de quo agimus, Concilii chronologiæ non congruit; ut ſint tantum veri & proprii Canones CXXXIII. Eoſdem Canones paſſim citatos reperies in Capitulari Caroli magni, & in aliis Collectionibus anonymis quas euolvimus, ſub titulo: *Ex Concilio Africano.* Et hunc ipſum habent titulum in antiquis membranis, ex quibus in Codicem veterem Canonum Eccleſiæ Romanæ, atque in vulgatos Conciliorum tomos derivati ſunt. Præterea Creſconius cap. XXX. & CLIV. hanc ipſam Africanam Synodum appellat *Concilium Carthaginenſe univerſale:* non eo ſenſu quo *univerſalis* nomine

(*) *En la replique à la réponce du Roy de la Grand Bretaigne. Chap. XLIX.*

nomine deſignari ſolet Concilium totius Africæ, (alioqui Carthaginenſes pleraſque alias Synodos, æque *univerſales* appellare potuiſſet;) ſed quod illud ex pluribus Conciliis Africanis quaſi compoſitum, compactumque ſit. Accedit quod poſt primos tres & triginta hujus Concilii Canones hæc habentur in textu; *Recitata ſunt etiam in iſta Synodo diverſa Concilia univerſæ provinciæ Africæ, tranſactis temporibus Aurelii Carthaginenſis Epiſcopi*: quo teſtimonio quid poteſt proferri evidentius? Immo ante ipſos xxxiii. primos Canones ſic legitur; *Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur*: nam & illi ipſi priores Canones xxxiii. deſumpti ſunt ex I. & II. Carthaginienſibus Conciliis, & ex Hipponienſi, ut infra oſtendam.

VII. His igitur argumentis plane cenſeo; cum ante annum Chriſti cdxix. qui notatus eſt, poſt conſulatum Honorii XII. & Theodoſii VIII. plurima exſtarent Africana Concilia, quorum Canones ſæpius inculcarentur: & jam tædio eſſet ac labori nimio, earum Synodorum tot curare exemplaria ad Cleri numeroſiſſimi uſus: placuiſſe Aurelio Primati Carthaginienſi, ut ex iis Conciliis illi Canones delibarentur, qui ad ſtabiliendam Eccleſiaſticam diſciplinam potiores eſſent. Quod factum anno illo cdxix. in Concilio Carthaginienſi. Cujos Concilii quamvis tres tantum in contextu deſignantur ſeſſiones, nempe octavo, tertio, & pridie Calendas Junias: veriſimile eſt tamen, etiam quatuor diebus interjectis inter octavum & tertium Kalendas, vacatum eſſe audiendis præcedentium Conciliorum excerptis, quæ in eo adnotata habentur, ſaltem à delectis à toto Patrum cœtu: vix enim potuiſſent una illa die viii. Kalendas Junias omnia recognoſci. Seſſione ergo primà, & ſequentibus quatuor diebus ſanciti ſeu probati ſunt ante omnia priores Canones xxxiii. magnam partem deſumpti ex Concilio Carthaginienſi ſecundo, & ex Hipponiregienſi; quod ad numerum xxxiii. celebratum memoratur, octavo Idus Octobris, Theodoſio III. & Abundantio Coſſ. hoc eſt, anno Chriſti cccxciii.

VIII. Deinde recitati, confirmatique ſunt qui ſequuntur Canones xciv. carptim delibati è ſedecim aliis Conciliis ſub Aurelio Carthaginienſi Epiſcopo habitis, quorum hæc eſt ſeries.

1. Carthaginienſe, Arcadio III. & Honorio II. Coſſ. anno Chriſti cccxciv. ſexto Kalendas Julias. *Num. XXXIII.*

2. Carthaginienſe, Cæſario & Attico Coſſ. anno Chriſti cccxcvii. quinto Kalendas Septembris. *A num XXXIII. ad LVI. incluſive.*

3. Carthaginienſe, iiſdem Conſulibus, vi. Kalendas Julias; quod illi præcedenti præmittendum fuiſſe videtur. *Num. LVI.*

4. Carthaginienſe, P. C. Honorii IV. & Eutychiani, anno Chriſti cccxcix. quinto Kalendas Majas. *Num. LVI.*

5. Carthaginienſe, P. C. Stiliconis, anno Chriſti cdi decimo quarto Kalendas Julias. *A num. LVI. ad LXV.*

6. Carthaginienſe, Vincentio & Fravito Coſſ. anno Chriſti cdi. Idibus Septembris. *A num. LXV. ad LXXXV.*

7. Milevitanom, Arcadio & Honorio V. Coſſ. anno Chriſti cdii. ſexto Kalendas Septembris. *A num. LXXXV. ad XC.*

8. Carthaginienſe, Theodoſio & Rumorido Coſſ. anno Chriſti cdiii. novo Kalendas Septembris. *A num XC. ad XCII.*

9. Carthaginienſe, Honorio VI. Conſule, anno Chriſti cdiv. duodecimo Kalendas Julias. *Num. XCIII.*

10. Carthaginienſe, Stilicone II. & Arthemio Coſſ. anno Chriſti cdv. decimo Kalendas Septembris. *Num. XCIV.*

11. Carthaginienſe, Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ. anno Chriſti cdvii. Idibus Juniis. *A num. XCIV. ad CVI.*

12. Carthaginienſe, Baſſo & Philippo Coſſ. anno Chriſti cdviii. ſexto decimo Kalendas Julias. *Num. CVI.*

13. Carthaginienſe, iiſdem Conſulibus, iii. Idus Octobris. *Num. CVI.*

14. Carthaginienſe, Honorio VIII. & Theodoſio III. Coſſ. anno Chriſti cdix. decimo ſeptimo Kalendas Julias. *Num. CVII.*

15. Carthaginienſe, P. C. Honorii VIII. & Theodoſii III. anno Chriſti cdx. decimo octavo Kalendas Julias. *Num. CVII.*

16. Carthaginienſe, Honorio XII. & Theodoſio VIII. Coſſ. anno Chriſti cdxviii. Kalendis Maji. *A num. CVIII. ad CXXVII.*

IX. Altera ſeſſione, ad iii. Kalendas Junias, deliberatum eſt de conclodenda Synodo in poſterum diem: ac delecti ſunt ex omnibus Patribus viginti duo, qui cæteris ad ſuas ſedes digredientibus, Carthagine remanerent, reliquarum quæſtionum futuri judices. Ad hæc, in eadem ſeſſione ſanciti ſunt, & à ccxvii. Epiſcopis ſubſcripti ſex alii Canones, qui cum prædictis ſummam conficiunt cxxxiii. Atque hic finis Canonum. Sequenti die, pridie Kalendas Junii, ſeſſione ultima, recognita eſt & ſubſcripta à ccxvii. Patribus epiſtola Concilii ad Bonifacium Papam: ac dimiſſa eſt Synodus. Ea epiſtola in actis Concilii ſubjecta eſt prædictis Canonibus cxxxiii. & in quibuſdam exemplaribus notata numero cxxxiv. Sequuntur in antiquis codicibus epiſtolæ duæ, Cyrilli Alexandrini, & Attici Conſtantinopolitani Patriarcharum; quæ cum exemplari fidei Nicænæ, à xxii. Carthagine reſtantibus Epiſcopis acceptæ ad Bonifacium Romanum Pontificem, ſexto Kalendas Decembris, anni ejuſdem cdxix. deſtinatæ ſunt. Epiſtolis his duabus, & formulæ Nicænæ appicti tres numeri, ſummam faciunt cxxxvii. Sed in epiſtola Cyrilli, ubi dicit; *De Paſcha vero, ut ſcripſiſtis nunciamus vobis, XVII. Kalendas Majas; nos futura Indictione celebrare.* legendum, *XIV. Kalendas Majas*; qui fuit dies Paſchæ anni Chriſti cdxx. Quæ denique ad calcem adjicitur epiſtola Concilii Africani ad Cæleſtinum Papam, in cauſa Apiarii Presbyteri, data eſt longe poſt hæc tempora, ut Cæleſtini chronologia evincit: neque hic locum habet niſi ratione argumenti; nam de Apiario Presbytero actum jam fuerat in Synodo anni cdxix. ut narratur in epiſtola ad Bonifacium, de qua ſupra.

X. Nec me ab hac ſententia dimovent, diſertiſſimi Cardinalis Perronii rationes decem in contrarium prolatæ. Nam ad primam, jam dixi, epiſtolam ad Cæleſtinom Papam, non eſſe partem Concilii anno cdxix. celebrati; ſed conſequentiam quandam cauſæ Apiarii in eo agitari cœptæ.

Ad ſecundam. Mirum eſt malæ fidei notari collectorem, quod in prioribus tribus & triginta Canonibus pleroſque Hipponienſes contineri dicat. Nam qui Hipponienſes Canones vel in Breviario Hipponenſi recenſentur (quod Concilii III. Carthaginienſibus actis inſertum eſt) vel citantur à Ferrando, Capitibus xxxiv. xxxv. xxxviii. xlvii. liv. xcv. & cxcviii. ſuæ Breviationis; ii plerique omnes, xxxiii. illis Canonibus comprehenduntur; ut inſpicienti patebit, & ex infra dicendis ſatis intelligetur.

Ad iii. & iv. fateor, has clauſulas; *Geſta in authenticis qui quærit, inveniet. Hujus Concilii geſta non ex integro deſcripſi*, & ſimiles, quæ habentur præſertim numero lvi. & xciii. privatum aliquem

quem collectorem prodere: nempe primicerium notariorum, aut alium quempiam, cui erat ab univerſo Concilio imperatus labor ſpicilegii hujus. Sed quemadmodum quæ Fauſtinus, vel Auguſtinus, vel Alypius proprio nomine in Synodo proferunt, ad Synodi tamen acta pertinent: ita & quæ iſte collector in cœtu Patrum à ſe adnotata recitavit.

Ad v. Quis neget, licuiſſe collectori, pro arbitrio aut ſeparare connexa, aut diſparata conjungere?

XI. Ad vi. de clauſula; (*Secrete tamen interdicat ei communionem, donec obtemperet,*) quæ habetur cap. xcix. editionis Moguntinæ; video eam ineptam eſſe, & juri ac rationi contrariam. Sed cum illa deſideretur apud Græcos, & in Dionyſio Juſtelli, ad optimos codices recenſito; apparet eam gloſſema eſſe imperiti alicujus, quod in textum irrepſerit.

Ad vii. & viii. plana eſt reſponſio ex dictis. Quid enim non ad rem, quod Aurelius Primas de Synodo poſtridie ſolvenda Patres admoneat? quodque eo ipſo die delectis duobus & viginti Carthagine reſtitutis reliquarum judicibus, omnes Epiſcopi ccxvii. ei leſſioni ſubſcribant; cum & iidem omnes adhuc die ſequenti, epiſtolæ univerſi Concilii ad Papam Bonifacium datæ ſubſcripſiſſe legantur?

Ad ix. reſpondeo, priores Canones tres & triginta, eſſe vere de corpore Concilii, quod anno Chriſti cdxix. ab octavo Kalendas Junias, uſque ad diem ante Kalendas ejuſdem menſis actum oſtendimus. Unde & à Dionyſio Jotbelli, & à Græcis una ſerie recenſentur omnes ejus Canones cxxxiii. quamvis (ut mox dicam) in duo quaſi diverſa Concilia à pleriſque aliis dividatur.

Ad x. reſpondit ipſe ſibi eruditiſſimus Cardinalis, dum ea verba protulit è numero xxxiii. collectionis (quæ & nos ſuprà dedimus,) ex quibus conſtet, *in iſta Synodo*, plurima Africana Concilia recitata.

XII. Tanti aotem eſt habitum Concilium illud, quod (ut jam monui) univerſale ſingulari ex cauſa nuncupatum eſt; ut quemadmodum Trogi Pompeii, Titi Livii, & Dionis juſtis operibus exitio fuere ſuæ epitomes; ita ea Synodus, Africanorum pene omnium Conciliorum acta integra tantum non aboleverit: adeo ut extra illam vix unum, alterumve Africanum Concilium bene integrum ſanumque nobis hodie ſuperſit Illa certe unica ſatisfuit Græcis, ſatis Dionyſio, ſatis etiam Creſconio Epiſcopo Africano: qui præter illam ne unum quidem Canonem Africanum collectionibus ſui inſeruere.

XIII. Neque tamen pariter omnes ea uſi ſunt. Nam Græci quidem, & Dionyſius omnes ejus cxxxiii. Canones uno teoore numerarunt; tanquam unius tantum (ut vere ſunt) Synodi. At alii ex una Synodo quaſi duas effecerunt: nec eodem plane modo. Nam Codex vetus Canonum Eccleſiæ Romanæ, prius exhibet primos xxxiii. Canones, ſub nomine Concilii Carthaginenſis: deinde centum reliquos ſub nomine Concilii Africani; quod & in aliquot antiquis collectionibus obſervatum notavimus. Eadem partitione uſus eſt Creſconius, qui Canones illos priores xxxiii. Concilio adſcripſit Carthaginenſi abſque adjuncto: ſed alios centum velut ex altero Concilio retulit, quod Capite xxx. & cliv. appellavit Carthaginenſe univerſale. At Ferrando minus placuiſſe videtur iſta collectio: ſive in ea quædam deeſſe, quædam redundare, alia inconcinne vel ſejuncta vel connexa eſſe deprehendit: ſive (qood acriorum ingeniorum eſt) fontes ipſos adire, quam rivulos ſectari maluit. Quare, è toto illo Concilio anni Chriſti cdxix. ſex tantum ultimos Canones (qui ſoli ejus proprii ſunt) ſpectavit: & ex cis titulos ii. iii. iv. & vi. capitibus ſuis, lxxiii. cxcv. cxcvi. & cxcvii inſeruit. Reliquos Canones, ex quibus coaluit Africana collectio, non ex ipſa collectione, ſed è ſingulorum integris actis retulit. Idemque facturi fuiſſe videntur Græci cum Dionyſio, ſi externis hominibus æque Africani codices ad manum fuiſſent: & certe feciſſet Creſconius Afer, ſi ducentis fere poſt Ferrandum annis ſcribenti, ſupra Vandalicas clades, trium inſuper Capitulorum diuturna tempeſtas, & Arabum denique in Africam irruptio, ſat multa integrorum Conciliorum exemplaria reliquiſſent. Porro tituli xxi. xlvi. xlviii. xlix. & l. quos adnotat Ferrandus capitibus xxxix. ccxxix. clxxv. iv. & v. quamvis incurrant fortuito in ſimiles numeros collectionis Africanæ ſecundum Dionyſium; non tamen à Ferrando citantur ex ea collectione, ſed ex antiqua ſerie Canonum Concilii Carthaginenſis, tertii vulgo dicti, quod anno Chriſti cccxcvii. celebratum eſt; quodque ſolum *univerſale* appellat Ferrandus, ut infra oſtendam.

XIV. Atque ex his cauſis nata eſt in adnotandis ad Canones numeris diverſitas. Cum enim Dionyſius (ſicot & Græci) Canones uno ductu numeret cxxxiii. Creſconius autem primum xxxiii. deinde rurſus ab unitate repetito initio, centum; neceſſe eſt ut numeri poſterioris Concilii, apud Creſconium ſint ſemper ternato & tricenatio minores; quamvis in priore Concilio cum numeris Dionyſianis plane conveniant Quo etiam ex indicio facile deprehendes, quando nam Creſconius nomine Concilii Carthaginenſis intelligat prius, & quando poſterius: nam de priori ex Canonibus xxxiii. compoſito refert Canones xxvii. iiſdem quibus apud Dionyſium numeris adnotatos: ex poſteriori autem, centum Canonibus conſtante, citat Canones diverſis locis lx. ad quorum ſingulos numeros Creſconianos addi debent xxxiii. ut Dionyſianos exæquent. At in Ferrando diverſæ fere ubique ſunt à Creſconianis & Dionyſianis notæ numerales Canonum, ob dictam cauſam. Cæterum, monendus es obiter (mi Lector), à recentioribus compilatoribus, qui Concilii hujus rationem, & in eo illigatæ collectionis methodum minime perſpectam habuerunt, totam horum Canonum Africanorum compagem miſere fuiſſe diſcerptam. Adeo ut ejos prolegomena, quæ uno tenore decurrunt, ipſi decem numeris diſtinguerent, & *Concilium Carthaginenſe ſextum* appellarent. Deinde ex duobus Conciliis, anni Chriſti cdi. (qui apud Dionyſium à numero lvi. ad xxcv. extenduntur) delibatos pleroſque Canones xv. *Concilium Carthaginenſe quintum* inſcriberent. Et denique è Seſſione ad tertium Kalendas Junias habita, collecta quinque capita, *Concilii ſeptimi Carthaginenſis* nomine promulgarent.

XV. Nunc ad quæſtionem initio propoſitam; an eadem omnino ex Conciliis Carthaginienſibus, Hipponiregienſi, & Milevitano protulerit Ferrandus, quæ Creſconius ex collectione Africana; in promptu eſt reſponſio, in pleriſqoe eos convenire, at non plane in omnibus. Nam pauca quædam ex his apud Ferrandum reperies, quæ non habet Creſconius: ſic & nonnulla apud Creſconium, quæ Ferrandus non attigit. Quæ autem alterius in altero deſint, deprehendes fere à margine: com enim in iis quæ communia ſunt, alterum alteri à latere adnotaverimus; ubi nihil adnotatum videris, id quod in textu occurret vel eo ipſo ſingulare eſſe agnoſces.

IN PRÆFATIONEM.

THEODOSIUS ET VALENTINIANUS] Ab uno tamen Valentiniano edita eſt hæc conſtitutio. Notum eſt enim Juriſconſultis, poſt diviſum à Conſtantino imperium in orientale & occidentale, prodire ſolitas ſanctiones, utriuſque ditionis Imperatorum præfixo nomine; quamvis in altero tantum imperio, & ab altero tantum Principe ederentur. Hoc evidens præſertim in legibus novellis: etenim novellæ Theodoſii ſolius à Theodoſio & Valentiniano, novellæ Valentiniani ſolius ab iiſdem, novellæ Marciani à Valentiniano & Marciano, novellæ Majoriani à Leone & Majoriano, novellæ Severi à Leone & Severo, novellæ denique Anthemii a Leone & Anthemio prænotantur. At in corpore Theodoſiani & Juſtiniani Codicum, uter e duobus Imperator conſtitutionem ediderit, agnoſcere licet interdum è ſubſcriptis Conſulibus; cum ut plurimum orientales ſuum, itemque ſuum occidentales priore loco appellarent: ut plurimum ex loco datæ conſtitutionis: nonnunquam ex argumenti ratione atque adjunctis: ſæpe etiam ex Præſidis, ſeu Præfecti cui lex inſcripta eſt, origine aut præfectura aliunde compertis.

VIRUM] Ita codex Corbeienſis pervetuſtus. Neque plane ignotum hoc nomen; nam *Virum* Turonenſem Epiſcopum lego apud Greg. Tur. lib. II. Hiſt. cap. XXVI. & lib. X. cap. ultimo: & *Viri* Viennenſis Epiſcopi, qui Deſiderio Martyri deceſſit, mentio ad Idus Januarias in veteri Martyrol. Eccleſiæ Viennenſis, & apud Greg. Tur. lib. VIII. Hiſt. cap. XXXIX. qui & lib. X. cap. VIII. *Virum* commemorat Eulalii Comitis nepotem. Sed quia ſunt omnia hæc teſtimonia ævi poſterioris, quo jam eas Galliarum provincias externi Romanis eripuerant; neque id nominis veteri Latio notum fuiſſe ulla (quod ſciam) inſcriptio probat; *Verum* pro Viro reponendum putaverim: aut certe *Virium*; nam & Virios multos in Romana republica, ex antiquis profert Gruterus in Inſcriptionibus, & Joannes Glandorpius in Onomaſtico Romano.

PRÆFECTUM PRÆTORII] Erant in imperio Romano præfecturæ prætorianæ quatuor à Conſtantino magno inſtitutæ, teſte Zoſimo lib. II. una Orientis, altera Illyrici, tertia Italiæ atque Africæ, quarta Galliarum quæ & Hiſpanias & Britanniam ſpectabat. Urbis mentio in hac lege, præfecturam indicat Italiæ, cujus caput Roma; vel certe Orientis, cujus caput Conſtantinopolis. Porro Theodoſio XIII. & Valentiniano Augg. Coſſ. hoc eſt, anno Chriſti CDXXX. erat Antiochus Præfectus prætorio Orientis, ut apparet ex conſtitutione Theodoſii, Cod. Theod. *l. 6. De collatione donatarum vel relevatarum poſſeſſionum.* Fuit igitur Virus, ſeu Verus, aut Virius, Præfectus prætorio Italiæ & Africæ: ſucceſſor Voluſiani, qui præfuerat Felice & Tauro Coſſ. itemque P. C. Felicis & Tauri, quod eſt Florentio & Dionyſio Coſſ. nempe annis Chriſti CDXXVIII. & CDXXIX. Cod. Theod. *l. 22. De tyronibus: l. 35. De annona & tributis: & l. 32. De ſuſceptoribus, præpoſitis, & arcariis.* Deceſſor autem Flaviani PF.P. primum Baſſo & Antiocho Coſſ. deinde conſulatu Aetii & Valerii; hoc eſt, annis Chriſti CDXXXI. & CDXXXII. Cod. Theod. *l. 32. De annona & tributis: & l. 3. De decurionibus & ſilentiariis.*

SECUNDIS SACERDOTIBUS] Hoc eſt, Presbyteris: quos & S. Leo Papa primus, ſermone X. de Quadrageſima, & Sidonius lib. IV. epiſtola ultima *ſecundi ordinis Sacerdotes* appellarunt. Immo Sacerdotum nomine Imperator etiam Diaconos comprehendit: etenim facta mentione initio legis, de Sacerdotibus, ſecundis Sacerdotibus, & Levitis; verſus finem rurſus diſtinguit Epiſcopum, Presbyterum, & Diaconum; quibus omnibus jus azyli conferens, rationem addit; *Quoniam in Sacerdotibus Eccleſia conſtat*; hoc eſt, in ſacris miniſtris, Epiſcopo, Presbytero, & Diacono. Sic & Optatus Milevitanus lib. I. contra Parmenianum, Diaconis ſacerdotium tribuit, hoc eſt, ſacrum ordinem, vel ſacrum miniſterium. *Quid commemorem*, inquit, *laïcos qui tunc in Eccleſia, nulla fuerant dignitate ſuffulti? quid miniſtros plurimos? quid Diacones in tertio, quid Presbyteros in ſecundo ſacerdotio conſtitutos? Ipſi apices & principes omnium aliqui Epiſcopi*, &c. Quam longe autem à recta fide, ſinceraque Eccleſiæ doctrina aberrent, qui ex his ac ſimilibus Patrum dictis concludunt, Epiſcopos, Presbyteros, & Diaconos, in veteri Eccleſia inter ſe & a Laicis ſolo externo munere, non etiam ſacri Ordinis charactere fuiſſe diſtinctos, copioſe & erudite oſtendit Dionyſius Petavius noſter, libris tribus de Eccleſiaſtica Hierarchia; quos tu conſule.

OMNIS TERRA CAPUT INCLINAT] Vetus collectio Canonum S. Benigni Divionenſis, numero CIX. *Nam Epiſcopos, & Sacerdotes, quibus omnis terra caput inclinat, per quos & noſtrum pollet imperium, admodum honorari & venerari omnes monemus. Nec eos accuſari, aut blaſphemari, vel detrahi à quoquam volumus: quia detractio Sacerdotum ad Chriſtum pertinet, cujus vicelegatione funguntur in Eccleſia.* Sumpſit hic auctor ex Capitulari Caroli magni, lib. V. Cap CLXX. in quod ea Sacerdotum commendatio ex hac ipſa Valentiniani lege manaverat.

IN URBEM] Ita codex Corbeienſis; non, *in Urbe*: & recte: erat enim Roma & Eccleſiæ Catholicæ, & imperii occidentalis caput, quod ſignificat Imperator, ea una clericis illata injuria peti: & idcirco addit, eam (ut loquitur) perfidiam *ad Deum vitum, & imperium noſtrum fieri.*

AUSUS] Niſi mendum eſt in codice, *auſum* dixit pro *audaci*: quemadmodum ſubinde intulit, *Eccleſiæ, vel Clerico audere*; quod nos diceremus, *eos aggredi, ſeu cum injuria laceſſere.*

CENTUM PONDO AURI, ET CENTUM PONDO ARGENTI] Centum auri pondo, ac totidem argenti (ſi Budæi calculis utimur) nummos aureos noſtrates colligunt duodecies mille & ducentos. Multa ſane ingens, priſcis maxime illis ſæculis, cum ſumma eſſet auri raritas atque argenti; adeo ut ne Præfectis quidem prætorio ultra quinquaginta libras auri multare quemquam liceret. *l. 4. C. de modo multarum.* Ex quo & mentem Principis agnoſcere promptum eſt: nam primo ſuo conſulatu (ad annum Chriſti CDXXV.) legem tulerat in hæc verba; *Clericos etiam, quos indiſcretim ad ſæculares Judices debere deduci infauſtus præſumptor edixerat, epiſcopali audientiæ reſervamus. l. 47. Cod. Theod. De Epiſcopis, Eccleſiis, & Clericis.* Nunc tertium Conſul, anno Chriſti CDXXX. pœnam addit comminatoriam uſque adeo gravem, ut nemo omnium futurus eſſet, qui non ea facile ab accuſandis Clericis deterrendus videretur.

NUNQUAM OBREPTO PATRIMONIO] Obſcurus alias locus; quo tamen ſic interpuncto

plana

plana eſt ſententia. *Qui patrimonium noſtrum*, inquit Imperator, *ne leviter quidem unquam attigerit; metu ſcilicet noſtræ majeſtatis, ac reverentia prohibitus; neſcio qua perfidia tentare audeat militantes in palatio* Regis Regum *Chriſti.*

TERRÆ CURIÆ HUNC ADDUCI] Interpretor, *ad Laïcum judicem pertrahi*: niſi mavis, *ad illius loci tribunal in quo reus ſortitur forum.*

MANUS EJUS IMPLUMBARI] Plumbi pœna fere triplex in Jure Romano. Prima, plumbi liquentis ingeſtio. *C. TH. l.* 1. *de raptu virginum.* Altera, plumbi ſeu plumbatarum verbera. *C. TH. l.* 3. *De exactionibus.* Tertia plumbatarum pondera. *C. TH. l.* 3. *De exactionibus.* Ammianus item Marcellinus lib. XXIX. non longe ab initio; *Intenduntur eculei, expediuntur pondera plumbea, cum fidiculis & verberibus.* Manus ergo implumbari, interpretor; non plumbatis verberari, quæ tergo potius incutiebantur; ſed plumbeis ponderibus diſtorqueri: ut fortaſſe plumbo liquefacto perfundi; ſi tamen ea pœna non ſolis rei capitalis damnatis infligebatur: alioqui parum æquus videretur Princeps, qui tenuiores damnaret capitis, eum opulentiores ejuſdem facinoris reos, multa tantum pecuniaria coërceret.

OBNOXIIS] Pœnæ obligatis propter delictum. *Feſtus.*

IN SACERDOTIBUS ECCLESIA CONSTAT] Capitulare Caroli magni lib. VI. Cap. XCVIII. *Sancta vero Eccleſia in Sacerdotibus conſtat. Idcirco magna pœna plectendi ſunt qui Epiſcopis, vel reliquis Sacerdotibus injuriam, vel contumeliam fecerint.* Sed inſignis eſt locus, quem mihi pro ſua benevolentia indicavit, & è locupletiſſimæ ſuæ bibliothecæ codice manuſcripto protulit vir clariſſimus Joannes Bohierius, regius in ſenatu Divionenſi Conſiliarius. Collectio eſt Epiſcopi ſedis incertæ; incertique nominis, pervetuſta: è Floro (opinor) Lugdunenſi tum alia nonnulla referens, tum quindecim qua leges, qua Canones, hoc titulo. *Item capitula legum & canonum recepta, de coercitione Judæorum: & de autoritate, ac firmitate judicii, & teſtimonii Epiſcoporum.* adnotaturque ad marginem. *Hæc à domno Floro, viro prudenti collecta ſunt ex Lege, & Canonibus.* Ibi Cap. XIII. deſcribuntur hujus ipſius conſtitutionis priores aliquot verſus: tum additur. *Et poſt pauca; De obnoxiis vero, inquiunt* (nempe Imperatores Theodoſius, & Valentinianus;) *Si quis ambulaverit cum Epiſcopo, vel cum Presbytero, vel etiam cum Diacono: ſive in platea, ſive in agro, ſive in quolibet loco: nullo pacto eos retineri vel obſtringi jubemus: quoniam in Sacerdotibus Eccleſia conſtat. Reges iſti Chriſtianiſſimi qui tanta reverentia de Eccleſia loquuntur, non fruſtra audierant;* Et nunc Reges (*a*), intelligite: erudimini qui judicatis terram. Servite Domino in timore, & exultate ei cum tremore. *Mira autem & vera ſententia, quod Eccleſia non tam in lapidibus, quam in Sacerdotibus conſtat. Et ideo juſte nunc & religioſe ſancitur, ut reverentia quæ altari & templo exhibetur, eadem Sacerdotibus exhibeatur. Et ſicut juxta templum vel altare, ibi nemo reum, & crimini vel etiam morti obnoxium contingit; ita neque à latere Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi, quolibet loco abripere vel contingere audeat.* Hæc antiquus illi Juriſperitus: quæ ſane ſpectaſſe videtur vir ſanctus, Hugo Lincolnienſis (*b*) Epiſcopus, cum reum patibulo addictum, qui ad ſe perfugerat, liberum dimitti juſſit; *Solvite eum*, inquiens, *& ſinite abire. Ubi enim Epiſcopus cum fidelium populo congregatus eſt, ibi eſt Eccleſia: nec minor immunitas debetur lapidibus vivis quam mortuis.* Videntur autem juris hujus nullam habuiſſe notitiam, Marcius in vita prædicti S. Hugonis Italice conſcripta, & Gambacurta de immunitate eccleſiarum lib. IV. cap. VI. Alioqui non dicturi, immunitatem perfugii ſolis eſſe conceſſam eccleſiis materialibus: neque ulla vel civili vel canonica lege unquam attributam Eccleſiæ vivæ; *neque ſoli Epiſcopo, neque illi ſimul cum ſua plebe*: cum eam iſta Valentiniani conſtitutio, etiam Presbytero, immo & Diacono, Euchariſtiam licet non deferentibus, aperte tribuat. Hæc ipſa Flori quindecim capitulorum collectio, Capite I. & X. magnam partem exhibet ejus conſtitutionis, quæ incipit, *Privilegia Eccleſiarum*: & eſt in Appendice Codicis Theodoſiani ſexta. Inſcribitur autem in antiquo hoc codice; *Imperator Theodoſius, & Valentinianus Cæſar, Almachio viro illuſtri, Præfecto prætorio Galliarum.* At in editione Sirmondi noſtri, *Amatio* leges haud abſque mendi ſuſpicione, pro *Almachio*: itemque in contextu, *jugi ſolidata. æternitate*; ubi M S. codex, *jugi ſoliditate*, quæ te Lector, obiter admonitum volui. Ergo, conſulatu Theodoſii XI. qui huic conſtitutioni ſubnotatur, hoc eſt, anno Chriſti CDXXVI. Præfectus prætorio Galliarum fuit Almachius. Quod nomen Latio non fuiſſe ignotum, oſtendit Almachius Romæ martyr, Kalendis Januariis: & in Actis Cæciliæ Virginis, Almachius Præfectus.

THEODOSIO XIII.] Habet antiquus codex, *Theodoſio decies*: ſed manifeſtum mendum ſuſtulimus; nam decimum conſulatum geſſit Theodoſius cum Honorio; porro undecimum, & duodecimum cum Valentiniani primo & ſecundo; ſolum tertium decimum cum Valentiniani tertio.

(*a*) *Pſal.* 2. 10. (*b*) *Vita S. Hugonis, apud Surium* 14. *Novembris.*

IN CAPITULA
BREVIATIONIS FERRANDI.

CAPIT. I. Concilio Nicæno tit. II.] Semel hic admonendus es, mi Lector, non eodem numero ab omnibus collectoribus cenſeri Canones unius & ejuſdem Concilii: quod apparet tum ex iis collectionibus quæ hactenus typis editæ ſunt, tum etiam ex manuſcriptis, quæ exſtant quam plurimæ, maximeque inter ſe diverſæ. De Nicænis exemplum addo. Dionyſius Nicænos Canones proponit omnino viginti. Vidi autem ego in codice Thuano eoſdem Canones, ultimo excepto diſtractos in ſeptem & viginti. Hos ipſos, excepto pariter oltimo & viceſimo, Ferrandus contraxit in quindecim; ut videre licet in tabula ſequenti. Porro ultimus Nicænus Dionyſii, eſt primus Sardicenſis Ferrandi, ut infra dicam, ubi & hujus calculi rationem exponam.

Canones Nicæni
ſecundum

Capitula Ferrandi.	Ferrandum	Dionyſium
145.	1.	1.
1.	2.	2.
122.	3.	3.
4.	4.	4.
53. & 143.	5.	5.
———	6.	6. 7.
172.	7.	8.
87.	8.	9. 10.
146.	9.	11. 12.
———	10.	13. 14.
18.	11.	15.
27.	12.	16.
123.	13.	17.
106.	14.	18.
173.	15.	19.

2. CONCILIO SUFETULENSI] Ita codex Corbeienſis Trecenſis, *Suffetulenſi* Collatio I. Carthaginenſis cum Donatiſtis, habita P. C. Varanis (anno Chriſti CDXI.) numero CXXVI. *Jocundus Epiſcopus plebis Sufetulenſis.* Codex Canonum Africanorum, hoc eſt, Concilium Carthaginenſe anni CDXIX. P. C. Honorii XII. & Theodoſii VIII. initio, & iterum tit. CXXXIII. *Jocundus Suffetulenſis, vel Eccleſiæ Suffetulæ, Legatus provinciæ Byzacenæ.* In Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano, de rebaptizandis hæreticis, inter opera Cypriani, & apud Auguſtinum lib VI. de Baptiſmo contra Donatiſtas, Cap. XXVI. *Privatianus à Sufetula.* Victor Epiſcopus lib. II. de perſecutione Africana, & in Notitia provinciæ Byzacenæ; *Præſidius Sufetulenſis* Epiſcopus, in exilium actus ab Hunerico Rege. Quod enim hanc Notitiam Epiſcoporum Africæ, qui Carthaginem convenire a Rege Hunerico juſſi ſunt (quam anonymam edidit Sirmondus noſter) idem ipſe conſcripſerit, qui autor eſt operis de perſecutione Africana; apparet primum ex ipſa ratione argumenti: cum enim in ea Notitia non ſola Epiſcoporum ac Sedium nomina recenſeantur, ſed & à margine, & ad calcem adnotetur quid cuique acciderit, qui fugerint, qui perierint, qui quo relegati ſint; hæc nemo negaverit ad eum pertinere, qui totam ipſam perſecutionem deſcribendam ſuſceperat. Apparet deinde ex veteri codice S. Mariæ Laudunenſis, in quo ea Notitia (ut refert Sirmondus) ſequebatur Rationem fidei ab Eugenio Carthaginenſi Epiſcopo oblatam Hunerico Regi; adeoque libris de perſecutione Africana implexa & illigata erat. Apparet denique ex M. S. codice, ex quo Abrahamus Ortelius in Theſauro Geographico, civitatum Africanarum nomina ex eadem ipſa Notitia deprompta, paſſim Victori Uticenſi adſcribit. Infra tamen docebimus, Victorem hunc, Vitenſem potius quam Uticenſem Epiſcopum fuiſſe. Cæterum Sufetulæ Byzacii civitatis multoties meminit Antoninus in Itinerario. At Sufetulenſis Concilii, extra hunc Ferrandi locum nulla uſpiam mentio, quod quidem ſciam.

4. METROPOLITANI VEL PRIMATIS] Quæ in extraneis Conciliis, Nicæno, Antiocheno, & Laodicenſi de Metropolitanis ſancita ſunt, ſcite Ferrandus ad Primates Africanos traxit, qui & in ſua provincia, primæ ſedis Epiſcopi dicebantur. Quamvis enim hi ab illis in multis diverſi eſſent, illorum tamen juribus atque aotoritate pollebant. Erant Metropolitani metropoleon Epiſcopi, in quibus fixas habebant ſedes: & hoc ipſo (extra Africam) omnibus ſuæ provinciæ Epiſcopis potiores erant, & ordine priores, quamvis juniores promotione. Hoc vero in Africa ſoli conveniebat Epiſcopo Carthaginienſi, comparate ad omnes non ſuæ modo provinciæ Proconſularis, ſed etiam Africæ totius Epiſcopos: non quod una tantum eſſet in omni Africa metropolis Carthago (erat enim & Cirta ſeu Conſtantina Numidiæ, & Cæſarea Mauritaniæ Cæſarienſis, & Leptis magna Tripolitanæ, aliæque aliarum Africæ provinciarum ſecundum civilem ſtatum metropoles); ſed quia harum metropoleon Epiſcopi, nihil plane in alios ejuſdem provinciæ Epiſcopos juris habebant, quatenus tales. Nimirum (ut jam alii monuerunt) primæ ſedis Epiſcopi, & cujuſque provinciæ Primates habebantur, qui erant inter ſuos provinciales promotione ſive ordinatione antiquiſſimi: niſi Canonico impedimento arcerentur; qua de re orta contentione in provinciis, quæſtio ad Epiſcopum Carthaginienſem referebatur, ex Concilio Carthaginenſi tit. VII. apud Ferrandum cap. LXXXI. Itaque vagæ erant primæ ſedes, & non ex loco ſed ex antiquioris Epiſcopi perſona conſtituebantur: adeoque interdum in minimas & obſcuriſſimas provinciarum civitates conveniebant. Unde etiam erat, quod nunquam ordinarentur Primates niſi Carthaginienſes; ſed jam olim ordinati Epiſcopi, privilegio ætatis primatum aſſequerentur: quare, & ſenis vocabulum ſæpe uſurpatum pro Primate. Exempla vide apud Sirmondum noſtrum, lib. II. Propemptici cap. IX. Gaudebant tamen Africani Primates omnibus externorum Metropolitanorum privilegiis, & eo inſuper potiores erant quod longe pluribus imperabant. Etenim extra Africam ſubſunt Metropolitanis plerumque quaterni, ſeni, ad ſummum duodeni Epiſcopi; (ita Urbanus Papa II. In privilegio nondum edito Eccleſiæ Atrebatenſis, quod Romæ datum eſt; X. Kalendas Aprilis, Indictione II. anno dominicæ Incarnationis M. XCIV. pontificatus Urbani Papæ II. ſeptimo; *Liquet*, inquit, *ſanctorum Canonum inſtitutis, integram eſſe provinciam, & Metropolitanum proprium debere ſortiri, quæ duodecim conſtat Epiſcopatibus.*) At Primatum Africanorum multo latius patuiſſe imperium, oſtendit Victor in Notitia; in qua cernere eſt Epiſcopatus Numidiæ CXXIII. Byzacii CXVII Mauritaniæ Cæſarienſis CXXVII. uni Primati ſubjectos.

4. SUB ANTISTITE GENETHLIO] In codice

codice Corbeienſi ubique ſcribitur *Geneclius*. In actis vulgatis Concilii II. Carthaginenſis, & in Concilio Toletano XII. cap. IV. *Genedius*. In Capitulari Caroli magni, Additione IV, num. I. *Genilius*. Mendoſe ubique: notum eſt enim *Genethlii* nomen & Græcis & Afris, ex etymo, atque ex uſu. Initio actionis primæ Concilii Calchedonenſis, mentio eſt *Comitis ſacrorum privatorum Genethlii*. Et à Græcæ originis nominibus minime alienos fuiſſe Afros, oſtendunt Eugenius Carthaginienſis, Deuterius Simminenſis, Timotheus Tagurenſis, Euſebius, Anaſtaſius, Adelphius, Stephanus, & alii paſſim Epiſcopi Africani, Conciliis antiquis ſubſcripti, vel inſcripti. Fuit autem Genethlius Epiſcopus Carthaginenſis, Grati ſucceſſor, deceſſor Aurelii. S. Auguſtinus epiſt. CLXIII. *Inde neſcio quo modo ventum eſt ad commemorationem beatæ memoriæ Genethlii Epiſcopi, quod neſcio quam conſtitutionem datam contra illos* (Donatiſtas) *compreſſerit, & effectum habere non ſiverit. Laudabant illum omnes, & benigniſſime præferebant. Inter quas laudes à nobis ſubjectum eſt, quod etiam ipſe tamen Genethlius, ſi in eorum manus incidiſſet, rebaptizandus cenſeretur.* In hac epiſtola narrat Auguſtinus diſputationem ſuam cum Fortunio partis Donati Epiſcopo Tuburſicenſi, ex itinere, *cum* (inquit) *ad Cirtenſem Eccleſiam pergeremus*. Quæ Verba explicet Baronius de Concilio Cirtenſi, quod anno Chriſti CDXII. celebratum dicit: mirum eſt, Concilium Carthaginenſe, vulgo ſecundum, cui præfuit Genethlius Epiſcopus, ab eo cenſeri omnium poſtremum, & in annum referri Chriſti CDXXV. Theodoſio juniore XI. & Valentiniano Conſulibus notatum. Nam ſi meminit Auguſtinus in ea epiſtola, *beatæ memoriæ Genethlii Epiſcopi*, ut jam vita functi: & conſtat ex Africanorum Conciliorum epochis, fuiſſe Aurelium Epiſcopum Carthaginenſem annis Chriſti CCCXCIII. CCCXCIV, CDXVIII. CDXIX. & interjectis: quomodo Genethlius Epiſcopus erat Carthaginenſis anno CDXXV. Sane aut duos Genethlios ejus ſedis Epiſcopos, contra antiquitatis fidem inducere neceſſe erit; aut Concilii II. Carthaginenſis tempus male deſignatum fateri. Sed nos de hoc infra pluribus. Moneo interim, ex iis quæ addit Auguſtinus ſub finem ejus epiſtolæ CLXIII. *quià ordinandi Epiſcopi neceſſitas nos inde jamjamque rapiebat, diutius cum illis* (nempe cum Fortunio Donatiſta Tiburſicenſi Epiſcopo) *eſſe nequivimus*; videri Auguſtinum Cirtam eo quidem tempore non ad Concilium celebrandum, ſed ad conſecrandum Epiſcopum contendiſſe.

6. CONCILIO ZELLENSI] Codex Corbeienſis, *Tiellenſi*: cum in Trecenſi legatur *Zellenſi*: optime utrobique, ut mox dicam. Hoc Concilium celebratum eſt P. C. Honorii XI. & Conſtantii II. hoc eſt, anno Chriſti CDXVIII. præſidente *Donatiano primæ ſedis Epiſcopo civitatis Teleptenſis*. Ex quo mirati ſumus, duplicem conſequentiam à viris doctis deductam. Prima eſt, dicendam eſſe hanc Synodum *Teleptenſem*, ac mendoſe hactenus *Telenſem* appellatam in Conciliorum vulgatis editionibus. Altera, fuiſſe Teleptem primam ſedem, & ſtatam metropolim provinciæ Byzacenæ.

Ad primam quod ſpectat, nego recte colligi, hanc Synodum Telepte celebratam, ex eo quod illi præfuerit Donatianus Epiſcopus Teleptenſis: potuit enim præſide Metropolitano cogi Concilium extra metropolim, modo intra provinciam: & non ſemper in metropoli habenda Concilia ſancitum eſt Canone Africano XCV. (qui eſt Canon Concilii celebrati Honorio VII. & Theodoſio II. Coſſ. id eſt, anno Chriſti CDVII.) ſed *ubi opportunitas perſuaſerit*. Cum enim vagæ eſſent primæ ſedes (ut jam ſupra à nobis dictum eſt), ſæpe evenire neceſſe erat ut eſſent ad cogenda Concilia perquam incommodæ. Zelenſe porro, ſeu Tiellenſe aut Telenſe Concilium iſtud appellavit Ferrandus omnino decies, Teleptenſe nunquam. Et in manuſcriptis Conciliorum exemplaribus, ac præſertim in codice illo Corbeienſi perquam antiquo (cujus in præfatione ad Lectorem meminimus) hæc Synodus inſcribitur *Telenſis*; tametſi ei præfuiſſe dicatur *beatus Pater, primæ ſedis Epiſcopus, Donatianus civitatis Teleptenſis*.

Meminit quidem Victor in Notitia, *Deum habet Thelenſis Epiſcopi* in provincia Proconſulari: at nihil, hoc facit ad Byzacenam, in qua verſamur. Nec ſuſpicere, civitatem eandem & Teleptem dictam, & Telem; ſeu Tiellam: fuiſſe enim Teleptem mediterraneam docet Antonini Itinerarium, numerans à *Telepte Tacapas per Capſen, M. P. CXLII.* maritima autem fuit Zella, ſeu Tiella Strabo lib. XVII. *Prope erant etiam* Ζιλλα. *& Acholla liberæ civitates: cœpit autem Cæſar primo impetu inſulam, & Thenas oppidulum mari imminens.* Quæ Zella Straboni, eadem Ptolomæo Ουσίλλα, Tabulæ itinerariæ *Uſilla*, mari impoſita, haud procul Ruſpe. Eadem & *Uſula* Antonino in Itinerario; *A Tuſdro colonia* (inquit) *Uſulam civitatem M. P. XXXII. Ab Uſula Thenas coloniam M. P. XXVIII.* Unde *Victorinus Uſulenſis* Epiſcopus in Notitia Byzacena.

Verum, inquies, quomodo eadem *Zella*, quæ *Tiella*? *Za* pro *Dia* ſæpe uſurpatum ab Afris monuerunt viri docti, & ego infra cum de utroque Hippone. Porro D. & T. ut ſono non differunt apud Germanos, ſic facile inter ſe tranſmutantur apud nationes cæteras. Hinc Deus, Θεὸς, & alia hujuſmodi. Ergo *Za* Afris idem quod *Dia*, ſeu *Tia*: adeoque Z. idem quod *Di*, vel *Ti*. Quare, idem Concilium *Zellenſe* in Trecenſi codice, quod *Tiellenſe* in Corbeienſi. De Zella autem factam Uſillam ſive Uſulam, & locorum ſitus, & vocum affinitas perſuadet.

Altera, quam diximus, conſequentia ſatis jam refutata eſt ex dictis ſupra ad caput IV. Erant enim in unaquaque Africæ provincia diverſæ metropoles à primis ſedibus. Metropoles cenſebantur (uti & extra Africam) urbes illæ quæ capita erant provinciarum, ex conſenſu populorum, atque ex Principum edictis, & cuique provinciæ Præfectorum ſtatæ ut plurimum ſedes. At erant vagæ ac deſultoriæ primæ ſedes, & ſeniorem cujuſque provinciæ Epiſcopum ſequebantur; ſeniorem, inquam, non ætate ſed ordinatione: una dumtaxat excepta Carthagine, cujus Epiſcopus quamlibet conſecratione poſterior, non ſuæ tantum provinciæ Proconſularis, ſed totius etiam Africæ Primas cenſebatur. Unde eſt quod in Canone LXXXVI. Collectionis Africanæ, ex Concilio Milevitano, aperte diſtinguitur Conſtantina, quæ fixa erat ſecundum ſtatum civilem Numidiæ metropolis, à prima ſede, quam ſcilicet obtinebat ſenior Epiſcopus, qui & Primas: ſanciturque *ut matricula, & archivus Numidiæ, & apud primam ſedem ſit* (nempe ad uſum Primatis), *& in metropoli, id eſt, Conſtantina*; ad tutiorem videlicet cuſtodiam. Ergo & ordinis inter Epiſcopos ſumma ratio habebatur (de quo nos infra, ad Caput LXXVIII.) & ex ea diſciplina fiebat, ut mortuo vel abdicato primæ ſedis Epiſcopo, ejus ſucceſſor (ſi de novo ordinaretur Epiſcopus) ultimum in Epiſcoporum ſuæ provinciæ ſerie locum obtineret: atque ita ea ipſa civitas quæ paulo ante provinciæ prima ſedes fuerat, ultima eſſe inciperet. Jam de Telepte nominatim, quod non fuerit certa & fixa metropolis provinciæ Byzacenæ, manifeſtum eſt ex Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano de rebaptizandis hæreticis; in quo *Julianus à Telepte*, inter Epiſcopos Africanos quinque & octoginta, numeratur tantum quinquageſimus octavus,

& poſt multos Byzacii Epiſcopos: item ex Victoris Notitia Byzacena; in quaprimus cenſetur Vatinaſſeoſis Epiſcopus; porro *Frumentius Teleptenſis*, inter centum & uodecim, & octogeſimo tertio dumtaxat loco appellatur.

4. EX EPISTOLA PAPÆ SIRICII] Siricii Papæ duas epiſtolas in Concilio Zellenſi ſeu Tiellenſi fuiſſe recitatas, ejus Concilii acta teſtantur; tametſi unam tantum exhibent, quæ eſt Siricii quarta, ad Epiſcopos Africanos. Alteram illam, cenſeo fuiſſe Siricii primam, ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum datam, cum eam mittere jubeatur Himerius etiam ad Carthaginenſes; quæ fortaſſe audita quidem eſt in Synodo, ſed ejus Canonibus minime inſerta, quod pleraque decreta eadem quæ & quarta epiſtola contineret. Hanc epiſtolam, Siricii Papæ quartam, tantopere probatam majoribus noſtris, qui leviſſimis de cauſis in dubium vocant, næ illi mihi videntur, à morum potius integritate, quæ in ea præcipitur, quam ab antiquitatis fide abhorrere. Sed quæ ex primo & ſecundo hujus epiſtolæ decreto retulit Ferrandus, iſto VI. & præcedenti IV. capitibus, non carent difficultate. Primum epiſtolæ decretum, eſt iſtud; *Ut extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt, Primatis, nemo audeat ordinare. Integrum enim judicium eſt, quod plurimorum ſententia confirmatur.* Sic habet, etiam codex ille vetuſtiſſimus Corbeienſis, ſupra jam aliquoties memoratus. Ideo non aſſentior Franciſco Florenti, viro docto, qui ad tit. VI. de electione & lecti poteſtate, pag. 194. expungenda cenſet illa verba, *ſedis Apoſtolicæ*, ut ſcripſerit tantum Siricius, *extra conſcientiam Primatis*. Sed interpretor, *Apoſtolicam ſedem*, Primatem ipſum, cui ad hunc effectum Apoſtolica ipſa ſumma autoritas jure competeret; ut nihil neceſſe eſſet, eo in caſu Romanum Pontificem convenire. Quamvis enim recentiora ſæcula ſolam Romanam ſedem, *Apoſtolicæ* appellatione deſignent: intuitu videlicet Principis Apoſtolorum Petri, cujus in locum ſucceſſere alii ex aliis Romani Pontifices: tamen id nominis ab antiquioribus cuicumque ſedi Epiſcopali paſſim attributum legimus; quod omnes Epiſcopi ſint Apoſtolorum ſucceſſores, ut vulgo docoere Patres, & in his Ambroſius in Caput quartum Epiſtolæ ad Epheſios; Auguſtinus item in Pſalmum XLIV. cujus hæc ſunt verba; *Quid eſt, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filii? Patres miſſi ſunt Apoſtoli: pro Apoſtolis filii nati ſunt tibi, conſtituti ſunt Epiſcopi.* Inter epiſtolas Regum & Epiſcoporum, editas à Marquardo Frehero, Rufus Epiſcopus epiſtola XXI. ad Nicetium Trevirenſem; *Domine ſancte*, inquit, *& Apoſtolicæ ſedis digniſſime:* Memorat item Sidonius lib. VI. Epiſt. I. ad Lupum Epiſcopum, *in Apoſtolica ſede* (id eſt, Trecenſi) *novem jam decurſa quinquennia.* Quare & *tui* ſeu *veſtri Apoſtolatus* circumlocutione compellari ſoliti Epiſcopi quicumque. Valentinus Auguſtino (Epiſt. CCLVI.); ſancta Trinitas, ait *Apoſtolatum tuum* conſervet. Eadem forma Sidooius lib. VI. epiſt. IV & VII. Ennodius lib VI Epiſt. XVII. Aviti Viennenſis, aut ejus æqualium epiſtolæ XXIII. XXXVII. LIX. Freheri epiſtolæ antiquæ, XXIV. XXXII. XLIV. XLV. LXX. Item *Apoſtolicæ dignationis veſtræ*, in epiſtolis Freheri, LVIII. & LX Quin & Honorius Auguſtus, in epiſtola ad Bonifacium Papam, *ſedem Apoſtolicam* appellavit epiſcopatum quemcumque. Singulari nihilominus ratione, etiam priſcis illis ſæculis Romanus pontificatus, *ſedis Apoſtolicæ* nomine ſignificatus eſt; etſi ut plurimum cum aliqua explicatione, qua communis appellatio, ad unam omnium principem ſedem reſtringeretur. Sic enim Anacletus Papa epiſt. I. tit. IV. cum graviores cauſas eccleſiaſticas decernit referendas eſſe ad *ſedem Apoſtolicam*; ut de Romana ſe loqui oſtenderet, differentiam adjecit; *ſuper quam Chriſtus univerſam conſtruxit Eccleſiam: dicente ipſo ad Beatum Principem Apoſtolorum Petrum, Tu es*, inquit, *Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo Eccleſiam meam.* Sic & Patres Concilii Carthaginienſis, anno Chriſti CDI. celebrati (*collect. Afr c. numero LXVIII.*) cum dixiſſent; *Deinde placuit ut litteræ mittantur ad fratres, & Coëpiſcopos noſtros, & maxime ad ſedem Apoſtolicam:* ne quis forte ſedis Apoſtolicæ appellationem alio traheret, addunt; *in qua præſidet memoratus venerabilis frater, & collega noſter Anaſtaſius.* Secundum autem Romanam ſedem, cæteræ Patriarcharum, Primatum, & Metropolitanorum ſedes, *Apoſtolicæ* præ aliis dici potuerunt, ob ſpecialem earum convenieotiam cum Apoſtolorum dignitate; quos noo uni tantum civitati, ſed Orbi univerſo, vel ſaltem uni aut pluribus provinciis ſingulos præfuiſſe cooſtat: nec dubium quin eo ſpectarit Siricius, cum ait; *extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ, hoc eſt Primatis:* illius nimirum in unaquaque Africæ provincia primæ ſedis, quæ Apoſtolicam autoritatem certa de cauſa expreſſius referebat, quam aliarum civitatum inferiores ſedes. Quanquam ne hoc quidem neceſſarium ad explicandam meotem Pontificis. Fac enim illi, ut pleriſque ejuſdem ævi, ſedem Apoſtolicam venire pro Epiſcopo quocumque: reſtringit cum ait, *hoc eſt, Primatis.* Ac ſi dicat, *extra conſcientiam ſedis Apoſtolicæ*; non cujuſlibet, ſed illius quæ eſt ſedes *Primatis.* Alterum quod ſequitur, Siricii decretum eſt; *Ne unus Epiſcopus Epiſcopum ordinare præſumat: propter arrogantiam: ne furtivum beneficium præſtitum videatur. Hoc enim in Synodo Nicæna conſtat eſſe definitum.* Addit hoc loco Ferrandus de ſuo; *excepta Eccleſia Romana*: nihil enim exceperat Siricius. Diſerte Sciebat videlicet Ferrandus non id eſſe Divini Juris, ſed Eccleſiaſtici dumtaxat; tametſi Romanæ Eccleſiæ reſervatum, ut quis ab uno tantum Epiſcopo Epiſcopus conſecretur. Nunc certe diſpenſat paſſim Romanus Pootifex, ut cum propter bellicos tumultus, vel impenſas nimias, aut graves alias cauſas, accerſiri vix poſſunt ad ordinationem tres Epiſcopi, ſufficiat unus; cui adſtent Abbates doo; habentes jus mithræ & annuli, ut nunc plerique.

11. CONCILIO SEPTIMUNICENSI] Ita ubique codices Trecenſis, & Corbeienſis: quamvis Victor in Notitia Byzacena *Paſchaſium Septimunicienſem*, & Antoninus in Itineratio *Septimuniciam* notet. Refert autem Ferrandus diverſis locis è Septimunicenſi Concilio ſex Canones, præter quos de ea Synodo nihil hactenus comperimus. Et feliciter ex hoc Ferrandi capitulo XI. Petrus Pithœus Gratiani locum depravatum reſtituit, quem in prolegomenis ex illo retulimus: in quo legitur, *in ſeptimo Nicæno Concilio, & in Gangrenſi*; cum ſit legendum, *in Septimunicenſi Concilio, & in Macrianenſi.*

13. CONCILIO CARTHAGINENSI IN BASILICA, *tit.* V.] Hoc ipſum eſt Concilium, quod aliis locis appellat Ferrandus *Carthaginenſe ſub Antiſtite Genethlio:* de quo nos infra pluribus, quodque eſt Carthaginenſe, vulgo dictum ſecundum: & *Concilium Africæ ſecundum* in Synodo Toletana XII. Cap. IV. ubi hic ipſe ejus titulus V. citatur, & deſcribitur. Dixit autem Ferrandus *Baſilicam*, abſque adjuncto; eo primariam ſignificans, & Epiſcopi ſedem: nam & eam nuncupavit Victor lib. I. *de perſec. Afric. Baſilicam majorem; ubi* (inquit) *corpora ſanctarum Martyrum Perpetuæ, atque Felicitatis ſepulta ſunt.* Unde eſt quod in Actis, hoc Concilium celebratum notatur, *in Baſilica Perpetua: Reſtituta* Perpetuæ cognomine, ab illuſtri Tuburbitana martyre Perpetuæ (cujus tum ibi ſacræ reliquiæ aſſervarentur) haud dubie derivato. In cæteris, quæ extant, Carthaginienſibus Conciliis, *Reſtituta*

Reſtituta dumtaxat appellatur: uti & apud Auguſtinum, cujus aliquot prodierunt ſermones in eadem habitu. Nec vero aliud à ſecundo iſto Concilium Carthaginenſe, celebratum leges *in Baſilica Reſtituta*; ſed tantum *in ſecretario Baſilicæ Reſtitutæ*; qui locus, etſi proximus, tamen extra Baſilicam erat: ut vel hinc intelligas, ἰδίως appellatum à Ferrando *Carthaginenſe in Baſilica*. Reſtitutam porro opinor dictam, non à Reſtituta Africana Virgine & Martyre, quæ Neapoli colitur xvi. Kalendas Junii; neque à S. Reſtituto Carthaginienſi Epiſcopo, cujus in feſto diē (nono Decembris) habitum fuiſſe à S. Auguſtino ſermonem notavit Poſſidius in Indiculo: ſed quod edicto Imperatoris erepta Donatiſtis, Catholicis reſtituta eſſet. Nimirum Donatiſtæ (ut ait Auguſtinus lib. ii. contra litteras Petiliani, Cap. xcvii.) *jubente inimico Chriſti*, hoc eſt Juliano Imperatore Apoſtata, Catholicorum Baſilicas acceperant: haut dubium quin præcipue primârias, & cathedrales, quibus adjacerent antiqua Epiſcopia; ut vel ex eo Donatiſtarum Pſeudo Epiſcopi, præ Catholicis legitimos ſe Apoſtolorum ſucceſſores gloriarentur. At quinto decimo poſt anno, æræ Dionyſianæ ccclxxvii. Gratiano Auguſto IV. & Merobaude Conſulibus, xvi. Kalendas Novembris, edicto Gratiani Imperatoris ad Flavianum Vicarium Africæ coërciti ſunt à nefariis ſuperſtitionibus Donatiſtæ; *Eccleſiis* (ait) *quas contra fidem retinent, reſtitutis Catholicæ. C. Theod. l. 2. Ne ſanctum Baptiſma iteretur.* Placuit Orthodoxis Regiæ Conſtitutionis tenor. Quare, ut extaret beneficii memoria, receptæ in nonnullis, ac fortaſſe in ſingulis civitatibus primariæ Baſilicæ, *Reſtitutæ* cognominatæ ſunt. Ex una Uzalenſi cognoſce cæteras. Evodius lib. i. *de miraculis* S. Stephani, Cap. vii. (habetur inter opera S. Auguſtini, tomo x.) *maxime*, inquit, *quod in Eccleſia hoc agebatur, quæ primitus à Donatiſtarum diviſione uſurpata, poſtea uſque in hodiernum unitati Catholicæ eſt reſtituta. Unde etiam vocabulum ſumpſit, & Eccleſia Reſtituta appellari meruit.*

21. CONCILIO ANTIOCHENO, *tit.* XVI.] Ita codex Corbeienſis, cum antea perperam legeretur, *Concilio Nicæno, tit. XV.* Antiochenorum Canonum numeri omnes à Ferrando adnotati, cum Dionyſianis plane conveniunt.

23. CONCILIO MACRIANENSI] In Collatione I. Carthaginenſi cum Donatiſtis, num. cxxxiii. *Silvanus Epiſcopus plebis Macrianenſis.* Num. clxxvi. *Pomponius Epiſcopus Macrianenſis.* Num. ccxv, *Felix Epiſcopus Macrianenſis.* Μαχρύες populi Africæ ſtricte ſumptæ, Ptolomæo lib. iv. Cap. iii. in tabula ſecunda Africæ. Victor in Notitia Byzacena, *Honoratus Macrianenſis.* Idem in Mauritania Sitifenſi, *Reſtitutus Macrianenſis.* Utrovis loco habitum ſit Concilium Macrianenſe, mihi quidem incertum eſt.

24. CARTHAGINENSE SUB SANCTO GRATO, tit. III.] Hoc eſt primum Carthaginenſe vulgo dictum, quod anno Chriſti cccxlviii. vel proxime ſequenti celebratum creditur. Porro iſte Canon III. extenditur in vulgatis hujus Concilii editionibus in iii. & iv. cum de extraneis mulieribus in utroque agatur: ex quo etiam fit, ut ſequentes qui à Ferrando citantur hujus Concilii Canones, vulgatis numeris unitate ſint minores; quartus ſcilicet Ferrandi reſpondeat quinto vulgato, quintus ſexto, ſextus ſeptimo, & ita reliqui. Unde apparet, uſum eſſe Ferrandum exemplari, in quo hæc Synodus non xiv. (ut in vulgatis) ſed xiii. dumtaxat titulis diſtingueretur.

26. CONCILIO JUNCENSI] Ita codex Corbeienſis, pro quo in Trecenſi legebatur *Iucenſi.* Victor in Provincia Byzacena meminit *Tertulli Juncenſis*; in Mauritania Cæſarienſi, *Glorini Juncenſis.* Utrius civitatis laudetur à Ferrando Synodus, non liquet: cujus præter hunc Canonem, & alterum qui in Concilio Carthaginenſi nondum edito, ad Hilderici Vandali exordia ſpectante allegari dicitur, nullas plane reliquias novimus.

34. CONCILIO HIPPONIREGIENSI] Sic habet codex Corbeienſis, & ſcite: noti ſunt enim Africæ duo Hippones Plinio lib. vi. cap. xxxiv. *Hippo regius* in Numidia, Plinio lib. v. cap. iii. *Hippo diarrhytus*, eidem, lib. ix. cap. viii. qui & *Zaritus* in Zeugitana, ſive Africa proprie dicta, alio Plinii loco, lib. v. Cap. iv. qui ſic reſtituendus; Tria promontoria *duos efficiunt ſinus: Hipponenſem, proximum ab oppido quod Hipponem Zaritum vocant, Diarrhyton à Græcis dictum propter aquarum irrigua.* *Za* pro *Dia* ſæpe à Græcis atque ab Afris uſurpatum, jam adnotarunt viri docti, & de hoc Hippone probat nominatim Concilium Carthaginenſe ſub S. Cypriano, de rebaptizandis hæreticis, ubi *Petrus ab Hippone Zarito.* Probat & *Florentinus Epiſcopus Eccleſiæ catholicæ Hippenſis Zaritorenſis*, Collatione I. Carthaginenſi cum Donatiſtis, num. cxxxix. *Hippo* quoque *Zarrbutus* in Itinerario Antonini: & apud Victorem in Notitia provinciæ Proconſularis, *Marianus Hippozaritenſis.* Placeret Hippo *dilutus*, ſi Græcam vocem Diarrbyton Plinius Latine interpretaretur: ſed habebat vir politus appellationem indicare quæ in uſu vulgi Africani, & in ore omnium eſſet. Minus autem velim cum Salmaſio (*in Solini Polybiſtore*) ineptam Plinio tautologiam appingere; ut ſcripſerit *quod Hipponem diarrutum vocant*, διάῤῥυτον *Græcis dictum.* Utrumque Hipponem (Ptolemæo lib. iv. Geographiæ, Cap. iii. βασιλικὸς, & διάῤῥυτος) teſtatur Solinus cap. xxvii. Polyhiſtoris, à Græcis equitibus conditum, & *alterum de interfluente freto diarrhyton nuncupatum*: de quo ſic Plinius junior, lib. ix. epiſtola ad Caninium; *Eſt in Africa Hipponenſis colonia, mari proxima. Adjacet ei navigabile ſtagnum, ex quo in modum fluminis æſtuarium emergit, quod vice alterna (prout æſtus aut repreſſit aut impulit) nunc infertur mari, nunc redditur ſtagno.* Quod vero Strabo lib. xvii. Hipponem utrumque *regium* appellat, ὑπερβολικῶς loquitur ut civitatis utriuſque ſplendorem notet: alioqui conſtat, alteri tantum è duobus, *regii*, cognomen inditum, qui & Auguſtino Epiſcopo, & citato Concilio, ad annum Chriſti cccxciii. celebrato illuſtris. Ex eo Concilio allegat Ferrandus variis locis Canones ſeptem, quorum ne unus quidem adnotatur in Breviario Concilii Hipponenſis, inter acta Concilii III. Carthaginenſis edito (quod recte Epigonius Epiſcopus, Collectionis Africanæ Cap. xxxiv. *decerptum dixit de Concilio Hipponenſi*; ne totius Concilii ſummam in eo contineri putes): inveniuntur tamen plerique inter priores xxxiii. Canones Collectionis Africanæ; nempe quinque de ſeptem, ad Ferrandi Capita xxxv. xlvii. liv. xcv. & cxcviii. At reliqua duo ſolus nobis Ferrandus ſervavit, ad capita xxxvi & xxxviii. ſuæ Breviationis. Quare, Synodi hujus certi & ordinati Canones hactenus deſiderantur. Et notandum obiter, in vulgato Breviario Hipponenſi cenſeri titulos xli. & in his primum omnium de Paſchate inquirendo: cum tamen citato illo Capite xxxiv. Collectionis Africanæ dicat Epigonius, videri ſibi addendum Breviario Hipponenſi, *ut dies ſanctæ Paſchæ tempore Concilii innoteſcat.* Emendandum eſt igitur vulgatum illud Breviarium Hipponenſe, ex codicibus Pithœi, Fabri, & Corbeienſi: in quibus (ut me admonuit Sirmondus noſter) omiſſo primo illo de die Paſchæ, tantum xl. tituli enumerantur, ordine quoque nonnihil diverſo ab editis.

44. CONCILIO MARAZANENSI] Inter-

dum habet codex Corbeienſis *Maradianenſi*, nota mutatione ſyllabæ *za* in *dia*, de qua ſupra. Subinde leges variis locis, *Marazenſi*, *Marazianenſi*, *Mazariminenſi*. Victor in provincia Byzacena, *Vindicianus Marazianenſis*. In Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano; de rebaptizandis hæreticis, & apud Auguſtinum lib. VII. de Baptiſmo contra Donatiſtas, Cap. X. *Felix à Marazana*. In Collatione I. cum Donatiſtis, numero CXXXIII. *Eunomius Epiſcopus plebis Marazanenſis*. In Antonini Itinerario, locis duobus; *Ab Aquis regiis Marazania* (quæ alio loco *Mazara*) *M. P. XV.* alias *XX. Marazania Sufibus M. P. XXVIII.*

48. CONCILIO CARTHAGINENSI [tit. XL.] Ita codex Corbeienſis, ubi Trec. *tit. XI.* Sed legendum *tit. XL.* oſtendunt antecedentes, & ſequentes numeri Concilii III. Carthaginenſis, unde ſumptus eſt iſte Canon. Quæ etiam ratio me movit, ut cap. CXXXII. præferrem titulum XXXIII. in Corbeienſi codice adnotatum, titulo XXXIV. Trecenſis exemplaris. Et cap. LXXXI. legerem potius *tit. XXXIV.* ex Corbeienſi, quam *tit. VI.* ex Trecenſi. Et cap. XL. præoptarem titulum XX. Corbeienſem, titulo Trecenſi XXX. Ut jam cætera exempla non commemorem.

50. UT EPISCOPI JUDICIO] Hunc Canonem de tempore pœnitentiæ Donatiſtis converſis præſcribendo ab Epiſcopis, citat Ferrandus ex titulo II. cujuſdam Concilii Carthaginienſis. Habetur autem in ea collectione Canonum XXVII. quæ in recentioribus editionibus Conciliorum refertur ſub nomine Concilii Milevitani ſecundi, Theodoſio VII. & Palladio Coſſ. hoc eſt anno Chriſti CDXVI celebrati. Quo quidem anno certum eſt habitam Synodum Milevitanam provinciæ Numidiæ, in cauſa Pelagii & Cæleſtii, gratiæ neceſſitatem impugnantium. Sed qui ejus nomine vulgati ſunt Canones XXVII. prorſus alieni ſunt, ac ſuppoſititii. Nam ex illis tres, nempe XIII. XIV. & XV. pertinent ad primum Milevitanum, quod Arcadio & Honorio Auguſtis V. Coſſ. (hoc eſt anno Chriſti CDII.) celebratum eſt. Novem ad Concilium Carthaginenſe anni CDVII. videlicet IX. X. XI. XII. XVI. XVII. XVIII. XIX & XX. Quatuordecim ad Carthaginenſe anni CDXVIII. nimirum octo priores, cum XXI. XXII. XXIV. XXV. XXVI. & XXVII. Solus XXIII. abeſt à Collectione Africana: pertinere tamen videtur ad Carthaginenſe anni CDXVIII. quia ejus aliquot Canones proxime ante & poſt ſe collocatos habet: niſi mavis eum referre ad Carthaginenſe anni CDI. menſe Junio celebrati, cujus initio (quod incidit in Collectionis Africanæ numeros LVI. & LVII.) multa de recipiendis Donatiſtis diſputata ſunt. De ſolis octo prioribus Canonibus dubitari poteſt, an Synodi ſecundæ Milevitanæ proprii ſint, quia Pelagianam hæreſim petunt, quam in ea Synodo (urgente præſertim Auguſtino) acriter impugnatam fuiſſe conſtat. Nihilominus hos quoque Canones adſcribendos potius cenſemus, vel Carthaginenſi Concilio anni CCXI. in quo primum conditi ſunt: vel Carthaginenſi anni CDXVI. (quinquennio ſcilicet poſterioris, ut dicitur in hujus Synodica ad Innocentium Papam), in quo recogniti, & recenſiti ſunt: vel denique Carthaginenſi anni CDXVIII. in quo, poſtquam ab Apoſtolica Sede approbati eſſent, plena cum poteſtate promulgati ſunt. Reſcripſerat enim Innocentius, menſe Januario anni CDXVII. Honorio & Conſtantio Coſſ. notati, ſe nihil addere ad Concilii Carthaginenſis placita, ſuper nova hæreſi Pelagii & Cæleſtii; *cum* (ait) *nihil prætermiſſum à vobis, nihil conſtet eſſe ſuppreſſum, quo illi refutati, & penitus agnoſcantur eſſe convicti*. Jam, qui Canones ex his XXVII. Milevitano ſecundo male adſcriptis, quibus in Collectione Africana relatis reſpondeant, ſequens tabula oſtendet.

Canones

Milevitani II.	*Collect. Afric.*	*Milevitani II.*	*Collect. Afric.*	*Milevitani II.*	*Collect. Afric.*
1.	109.	10.	106.	19.	104.
2.	110.	11.	106.	20.	106.
3.	111.	12.	103.	21.	120
4.	112.	13.	86.	22.	125.
5.	113.	14.	89.	23.	.
6.	114.	15.	90.	24.	121.
7.	115.	16.	97.	25. 123.	124.
8.	116.	17.	102.	26.	126.
9.	95.	18.	105.	27.	127.

55. CONCILIO CARTHAGINENSI SUB SANCTO GENETHLIO] Hoc ipſum eſſe Concilium quod in vulgatis editionibus *ſecundum Carthaginenſe* inſcribitur: & *Concilium Africæ ſecundum* appellatur & *Carthaginenſe in baſilica*, jam ſupra monui ad Cap. Ferrandi XIII. De cujus Concilii epocha nemo diſertius Nicolao Fabro in præfatione ad Hilarii fragmenta, & Cardinali Perronio Cap. XLVIII. ejus operis, quod inſcripſit, *Replique à la reſponce du Roy de la Grand Bretagne*: qui ſumma ratione eam Synodum in annum referunt Chriſti CCCXC. notatum Valentiniano Auguſto IV. & Neoterio Coſſ. contra quam viſum eſt Baronio, & recentioris Conciliorum collectionis autoribus. Nata eſt autem difficultas de tempore celebrati hujus Concilii ex eo, quod cum plerique ejus Canones inſcripti Genethlio, Epigonio, Numidio, & Felici Epiſcopis, repetiti eſſent ac renovati in Synodo Carthaginenſi, anni Chriſti CDXIX. (quam Collectionem Africanam vocant) ſub nominibus Epiſcoporum, qui ei intererant, Aurelii, Fortunati, Valentini, & Alypii: iidem Canones ab incautis collectoribus, poſtea in priorem illam & totis XXIX. annis antiquiorem Synodum tranſlati ſunt, cum nominibus Epiſcoporum Synodi recentioris: quæ confuſio rerum etiam apud Iſidorum, & in plurimis ac perantiquis exemplaribus reperitur. Sed & peccatum eſſe in numero, partitione, atque ordine Canonum Concilii II. Carthaginienſis, inde colligere licet, quod & in Collectione Africana paulo aliter dividuntur, & apud Ferrandum aliis ut plurimum notis numeralibus deſignantur. Taceo menda in contextu non pauca: & illud præſertim decimi Canonis vulgati, ubi pro verbis illis; *& à ſex Presbyteris, & à tribus Diaconibus*; reſtituendum ex Ferrando, Dionyſio, Creſconio, immo & ex hujus ſecundi Concilii Carthaginienſis pervetuſto codice Remenſi; *& à ſex Presbyter, & à tribus Diaconus*. Tot igitur inflictis huic tanti momenti Concilio vulneribus, ex plurimis ejus Canonum exemplaribus inter ſe collatis medicinam fecimus: & primævo, ut confidimus, nitori reſtitutum Notationibus noſtris ſubjecimus, adſcriptis à margine, Collectionis Africanæ, & Ferrandi propriis Canonum numeris.

57. EX ALIA PROVINCIA NON ADVOCENT EPISCOPOS] Hoc refert Ferrandus ex Canone ſuo quarto Sardicenſi, qui eſt in vulgatis tertius: & ita emendatiores ejus Concilii codices Græci ac Latini: ex quibus reſtituendus eſt hic locus, in codice veteri Canonum Eccleſiæ Romanæ, & in Dionyſio Juſtelli; ubi contrario ſenſu legitur; *unus de duobus, ex alia Provincia advocet Epiſcopum cogniturum*. Legendum, *ne unus de duobus*, vel *neuter eorum*.

61. CONCILIO THENITANO.] *Thenæ* Plinio lib. V. cap. IV: Θέαινα Ptolomæo tabula II. Africæ. Θένα Straboni lib. XVII. civitas Byzacii maritima

maritima, ad Syrtim minorem: cujus & meminit Antoninus in Itinerario. In Notitia Byzacena Victoris, *Paſchaſius Thenitanus*. In Concilio Carthaginenſi ſub S. Cypriano, de rebaptizandis hæreticis, & apud Auguſtinum lib. vi. de Baptiſmo contra Donatiſtas, cap. xxxvi. *Euchratius à Thenis*.

65. LOCUM AUDIENTIÆ DELIGANT.] Quæ hic, & cap. lxviii. citat Ferrandus ex Concilio Zellenſi, non reperiuntur in vulgatis ejus actis: ſed neque in decretis Siricii Papæ, cujus Epiſtolæ duæ in ea Synodo recitatæ leguntur. Ex quo intelligitur, hujus Concilii acta integra nondum ad nos perveniſſe.

76. CONCILIO THUSDRITANO.] Ita in codice Corbeienſi: ubi male Trecenſis *Tuſduritano*. Tuſdritani oppidi meminit Plinius lib. v. cap. iv. Θύσδρος Ptolomæo lib. iv. cap. ii. in tabula II. Africæ. *Tiſdra* Aulo Hircio de bello Africo *Tuſdrum* in Antonini Itinerario. In Concilio Carthaginenſi I. *Gaudentius Tuſdritanus*. In Collatione I. Carth. cum Donatiſtis, num. ccvi. *Honoratus Epiſcopus Tuſdritenſis* Cæterum Thuſdritanæ Synodi meminerunt Vincentius & Fortunatianus, Legati Provinciæ Proconſularis, in actis Concilii Zellenſis, ſeu Tiellenſis, volgo Telenſis: in qua paulo ante celebrata, Epiſtolæ Siricii Papæ recitatæ fuiſſe memorantur.

78. PRIORIBUS SUIS SE AUDEAT ANTEPONERE.] In hunc Canonem Milevitanum, qui eſt Collectionis Africanæ LXXXVI. videnda quæ à viro docto Chriſtophoro Juſtello adnotata ſunt. Quibus addo, fuiſſe Epiſcopis Africanis peculiarem rationem ſervandi hunc inter ſe ordinem: jus nimirum ad primatum, qui (ut alibi jam monui) antiquiſſimo ſecundum conſecrationem, Provinciæ cujuſque Epiſcopo deferebatur. Ad hujus autem ordinis momentum inſignis eſt locus in Vita S. Fulgentii, cap. xxix. de Quodvultdeo Epiſcopo, qui in Concilio Vincenſi ſeu Vivecenſi *priorem ſe* Fulgentii *exiſtere confirmabat*: cui tunc Fulgentius Epiſcoporum judicio antepoſitus, poſtea ſingulari modeſtiæ ſpecimine ceſſit in Concilio Suſetano; obtinuitque à Synodi Patribus, *ut nomine ſuo poſterius recitato, lætus deinceps viveret, Conſacerdotis animo reconciliato*. Commendatur porro Epiſcoporum ordo in citato Canone cum hac exceptione; *Salvo etiam jure primatum Numidiæ & Mauritaniæ*. Nam Primatibus Numidiæ & Mauritaniæ Cæſarienſis, in Concilio univerſali Africæ, primus locus dabatur poſt Carthaginenſem, quamvis eſſent Primatibus, Byzaceno, Tripolitano, & Sitifenſi quoad ordinationem poſteriores: nempe *ob dignitatem & vetuſtatem provinciarum*; ut obſervavit vir doctus Petrus de Marca, in Diſſertatione de Primatibus num. lxxix. Cum enim tempore S. Cypriani, in Concilio Carth. de rebaptizandis hæreticis, provinciæ Eccleſiaſticæ dumtaxat memorentur, *Africana*, (hoc eſt Zeugitana) *Numidia*, & *Mauritania*; apparet, ſequentibus temporibus deciſas fuiſſe & quaſi enatas ex his tribus tres reliquas, Byzacenam, Tripolitanam, ac Sitifenſem.

82. PRIMATEM PROPRIUM MAURITANIA SITIFENSIS HABEAT] Mauritaniam Sitifenſem cum Tingitana confudit Pamelius, in epiſtolam XLV. S. Cypriani, num. 8. Non ita Rufus Feſtus in Breviario. *Per omnem Africam*, inquit, *ſex provinciæ factæ. Ipſa ubi Carthago eſt, Proconſularis: Numidia Conſularis: Byzacium Conſularis: Tripolis, & duæ Mauritaniæ, hoc eſt, Sitifenſis, & Cæſarienſis, Præſidiales.* Tum agens de provinciis Hiſpaniæ; *Trans freta etiam, in ſolo terræ Africanæ, provincia Hiſpaniæ eſt quæ Tingitana Mauritania cognominatur.* Ergo Mauritania triplex, Tingitana, Cæſarienſis, & Sitifenſis: ſic dictæ à Tingi, Cæſarea, & Sitifi, primariis civitatibus. Tingitana ad occaſum extenſa, Oceanum ſpectat. Cæſarienſis Mediterraneo imminet, Herculeo freto proprior. Sitifenſis orientalior etiam ad mare Mediterraneum, portum nobilem habet Igilgitanum, de quo Ammianus lib. xxix. Victor lib. iii. de perſecutione Africana, factum narrat Arriani Epiſcopi Cyrillæ, *in Tipaſenſi Mauritaniæ majoris civitate*: hoc eſt, Cæſarienſis: erat enim & Tipaſenſis civitas in Numidia, cujus Epiſcopum Ruſticum memorat Victor idem in Notitia Africæ, quemadmodum & in Mauritania Cæſarienſi Reparatum Tipaſitanum.

Igitur cum olim ſubjecti fuiſſent Primati Numidiæ, Epiſcopi Mauritaniæ Sitifenſis, proviſum eſt ut Primatem proprium haberent. At quando nam id factum, difficile eſt definire. Ante annum Chriſti cdii. id ſancitum fuiſſe vel inde apparet, quod eo anno in Concilio Milevitano diſtincte appellatur. *Nicethus Epiſcopus primæ ſedis Mauritaniæ Sitifenſis*, ſeorſim à *Xantippo Epiſcopo primæ ſedis Numidiæ.* Sed & ante Concilium Carthaginenſe III. quod anno Chriſti cccxcvii. celebratum eſt, jam id conſtitutum fuiſſe, ex eo colligitur, quod ei Synodo interfuiſſe conſtet Honoratum & Urbanum, provinciæ Sitifenſis Legatos: cum ſolis provinciis quæ primas ſedes haberent, iceret Legatos mittere ad Concilium univerſale; ut ſtatuitur Canone II. dicti Concilii III. Carthaginenſis, vel potius Canone VI. Breviarii Hipponenſis, unde in titulum XVIII. Collectionis Africanæ derivatus eſt. Quo ex Canone recte colligit Petrus de Marca libro de Primatibus, num. xcii. à mittendis Legatis ſolam excluſam eſſe Mauritaniam Tingitanam: quæ licet provinciæ civilis dignitate frueretur, tamen proprium primatem non habebat, atque adeo quoad politiam Eccleſiaſticam non Hiſpaniis, ſeu Mauritaniæ Cæſarienſi accenſebatur: facili ſane extenſione appellationis hujus ad Tingitanam, cujus metropolis Tingis (Ptolomæo teſte lib. iv. cap. i.) etiam Cæſarea dicebatur. Ex quo notandum eſt diſcrimen Mauritaniæ Cæſarienſis civilis ab eccleſiaſtica, in eo poſitum, quod illa Tingitanam excluderet, quam iſta complectebatur. Quod enim non deceat, Provincias Eccleſiaſticas ſemper ad civilium exemplar conſtitui, & ad omnes earum mutationes commutari, declaravit Creſconius Cap. et. Concordiæ, ex decretis Innocentii Papæ I. titulo XLVI. qui eſt ejus Epiſtolæ XVIII. titulus ſecundus.

Addit P. de Marca, num. xc. diviſionem hanc Sitifenſium à Numidis, nondum factam fuiſſe ſaltem apud Donatiſtas anno Chriſti cccxciv. quo anno datam putat Epiſtolam Synodicam Donatiſtarum apud Cavernas Suſis, *Sanctiſſimis fratribus atque collegis, per Univerſam Africam, hoc eſt, Provinciam Proconſularem, Numidiam, Mauritaniam, Byzacenam, & Tripolim conſtitutis*: Sic enim inſcribitur, referente S. Auguſtino, Concione ſecunda in Pſalmum XXXVI. Verum neque eſt certa conſequentia a Donatiſtis Epiſcopis ad Catholicos (cum tantum Catholicorum legatur Sanctio de Primate Sitifenſibus concedendo, quam illi ſtudio potius neglexiſſe videri poſſint): neque recte defigitur conventus ille Donatiſtarum in anno Chriſti cccxciv. quamvis Bagajenſem eo anno celebratum præceſſerit, ut ſcite admonuit Cardinalis Baronius, eodem anno, numero XXXIV.

Veram ergo hujus decreti epocham inveſtigandam cenſeo ex ejus innovatione, quæ habetur in collectione Africana, tit. XVII. qui titulus in Dionyſio Juſtelli corruptus ac vitioſe interpunctus, ſic reſtitui debet. *Placuit ut Mauritania Sitifenſis, ut poſtulavit Primatem provinciæ Numidiæ ex cujus cœtu ſeparatur, ſuum habeat Primatem: quem conſentientibus omnibus Primatibus provinciarum Africanarum, vel omnibus Epiſcopis, propter longinquitatem habere permiſſa eſt.* Cujus ex Canonis contextu duo

colliguntur: primum, permiſſum eſſe Mauritaniæ Sitifenſi Primatem proprium in aliquo totius Africæ univerſali Concilio: alterum, diu obſtitiſſe Sitifenſium privilegio Epiſcopos Numidiæ, quando illud inculcari, confirmarique oportuit in Concilio collectionis Africanæ, quæ ad annum pertinet Chriſti CDXIX. At ex ſitu & collocatione Canonis hujus XVII. in collectione Africana, conjicio conceſſum eſſe primo Sitifenſibus Primatem anno Chriſti CCCXCIII. in Concilio Hipponenſi: ac deinde iteratam ſanctionem in Concilio aliquo Carthaginienſi, cujus ex titulo VI. eam protulit Ferrandus.

Hoc fatebitur quiſquis Africanæ (quam vocant) collectionis methodum cognoverit. Nam in ea, poſtquam à Patribus de Nicæni Concilii legitimis Canonibus copioſe diſputatum eſt, proxime ante primum titulum ſic habetur; *Deinde quæ in Conciliis Africanis promulgata ſunt, actis præſentibus inſerta noſcuntur.* Hinc, ubi primo titulo decretum eſt de ſervandis Nicænæ Synodi ſtatutis, deſcribuntur pene de verbo Canones Concilii Carthaginienſis ſecundi, ſub Epiſcopo Genethlio ad annum Chriſti CCCXC. celebrati, uſque ad titulum XIV. conjectis dumtaxat in quintum titulum, decimo, ac decimo tertio Canonibus primi Concilii Carthaginienſis, habiti ſub S. Grato. Inde uſque ad titulum XXXIV. colliguntur Canones Concilii Hipponiregienſis: quod & ex Breviario Hipponienſi, Concilii tertii Carthaginienſis actis inſerto, & ex ejus aliquot citatis à Ferrando titulis manifeſtum eſt. Exceptis tantum titulis XXV. & XXXI. qui proprium aliquid continent: & titulo XXVIII. de appellationibus, eo tranſlato ex Capite CXXV. ejuſdem Collectionis, ad Concilium Carthaginienſe anni Chriſti CDXVIII. pertinente. Cum igitur tituli Collectionis XIV. XV. XVI. XVIII. XIX. & ſequentes plerique uſque ad XXXIV. ex Hipponienſi Concilio deſumpti ſint; conſiderata methodo collectoris, qui ſequentium Conciliorum Canones non promiſcue confundit, ſed ordinate ſub propriis Synodis recenſet ſingulos, prudenter concluditur, ejus quoque titulum XVII. ad Hipponenſem Synodum pertinere.

Neque obſtat quod in Breviario Hipponienſi ne verbum quidem de primatu Sitifenſi ingeritur: quodque ejus non meminit Ferrandus ex Hipponienſi Concilio, ſed ex cujuſdam Carthaginienſis Synodi titulo ſexto. Nam neque adnotantur in Hipponienſi Breviario (ut jam ſupra monui) ſeptem illi Canones, quos citat Ferrandus ex Concilio Hipponiregienſi: & conſtat referri à Ferrando Canones pleroſque omnes Breviarii Hipponienſis, tanquam ex Carthaginienſi aliquo Concilio; in quo videlicet illi recogniti, confirmatique ſint. Quare, ſic exiſtimo, Canonem de proprio Primate Mauritaniæ Sitifenſis, conditum eſſe anno Chriſti CCCXCIII. in Concilio univerſali Hipponiregienſi: ex eo tranſlatum eſſe anno Chriſti CDXIX. in titulum XVII. Africanæ Collectionis: porro à Ferrando relatum eſſe ex titulo VI. cujuſdam Carthaginienſis Concilii, in quod ex Hipponienſi fuerat derivatum: & veriſimiliter Carthaginienſis tertii vulgo nuncupati.

85. CONCILIO NOVACÆSARIENSI] Ita conſtanter codex Corbeienſis, ubi Trecenſis *Novacæſarienſi.* Hujus Concilii titulus IX. apud Ferrandum, vulgatos IX. & X. complectitur: quare, tredecim tantum ejus Canones numerat, cum alii plerique quatuordecim, nonnulli etiam quindecim diſtinguant.

88. CONVIVIO SECUNDARUM NUPTIARUM] [illegible] εἰς γάμους διγαμοῦντας μὴ ἑστιᾶσθαι. Sic habet Canon VII. Neocæſarienſis, quem Creſconius ita refert, Breviarii Capite CXVII. *Quod non opporteat in bigami nuptiis orare Presbyterum.* Ubi adnotavi, pro *orare* videri legendum *convivari*: mendi enim ſuſpicionem ingerebat, quod integer ipſe hic Canon, neque in Græco textu, neque in antiquis Latinis verſionibus quidquam habet de oratione Presbyteri, ſed tantum de prandio ſeu convivio; quod presbytero interdici videtur. Quia tamen titulus Canonis hujus, in Dionyſiana & aliis editionibus hoc ipſum habet quod Creſconius; videri poſſunt hi autores, hoc titulo Canoni iſti ſatis obſcuro faculam præferre voluiſſe. Γάμοι ſi quidem, & *nuptiæ*, ethnicis juxta & Chriſtianis, non ſolum pro matrimonio ipſo uſurpantur, ſed & frequenter pro nuptiali epulo: & certe apud Matthæum, Lucam, & Joannem, *facere nuptias*, & *invitare* ſeu *vocare ad nuptias*, non niſi de convivio accipi debent. Ergo *in nuptiis orare*, eſt ſolemnes preces adhibere: ſolemnes inquam, quia certo ritu à Presbytero ſupparum, ſtolamque induto recitari ſolitæ; quædam ad Miſſam, in æde ſacra; alteræ in domo conjugum, vel ante prandium, vel à prandio. Harum poſteriorum veſtigia ſuperſunt, benedictio thalami, ſeu thori nuptialis: & (in multis Eccleſiis) panis ac vini benedictio, quæ Presbyter ſponſo primum, deinde ſponſæ porrigebat: aliaſque addebat benedictiones ſponſi & ſponſæ, ſupra eas quæ in templo ſeu ſacello jam præmiſſæ fuerant. Quare, ſpectata mente Concilii, quod iſto Canone non damnat ſecundas nuptias, ſed earum tantum ſolemnitatem prohibet; videtur Creſconius cum Dionyſio ſignificare voluiſſe, nec digamorum eo prohiberi honeſtum convivium: nec vetari quo minus Presbyter ei interſit tanquam privatus, puta ut conſanguineus, aut affinis, aut amicus; ſed ne interſit ut Eccleſiæ miniſter; eas nimirum precationes enuncians, quas primarum nuptiarum, non etiam ſecundarum ſolemnitati Eccleſia addixit. At poſteriori ævo enati pravi mores, ſeveriorem legem peperere; quæ ſic effertur in Concilio Venetico, Canone XI. (& repetitur in Agathenſi, Can. XXXIX.) *Presbyteri, Diaconi, atque ſubdiaconi, vel deinceps quibus ducendi uxores licentia non eſt, etiam alienarum nuptiarum evitent convivia: nec iis cœtibus admiſceantur, ubi amatoria cantantur & turpia, aut obſcœni motus corporum choris & ſaltibus efferuntur: ne auditus, & obtutus ſacris myſteriis deputatus, turpium ſpectaculorum atque verborum contagio polluatur.* Ita non modo Presbyteris, ſed & Clericis omnibus ad cælibatum obſtrictis, etiam primarum nuptiarum convivia interdicta ſunt; ſi quid in eis parum pudice honeſteque actitari contingat. Vide Laodicenſem Canonem LIV.

Fruſtra autem nonnulli huic Canoni Neocæſarienſi patrocinantur, dicentes in eo non agi niſi de digamis, qui vivente altero conjuge legitimo, alterum contra jus faſque ducant. Quod enim ibi dicitur (*quia cum pœnitentia bigamus egeat, quis erit Presbyter, qui propter convivium talibus nuptiis poſſit præbere conſenſum?*) intelligendum eſt, non de pœnitentia ſacramentali, quæ certum peccatum ſupponat; ſed de opere aliquo ſatisfactorio, utpote jejunio, eleemoſyna, vel oratione, quæ digamis quamvis licite contrahentibus imperabatur (ut apparet ex Canone I. Laodiceno, & ex Canone VIII. Nicæno) propter ſecundarum nuptiarum legalem quandam maculam, ac præſumptam licentiam: ratione cujus illæ permitterentur dumtaxat ab Eccleſia, non etiam approbarentur. Qua ex cauſa nec eas à Presbytero, Eccleſiæ miniſtrum agente, approbari par eſſet per ſolemnes illas preces, quas in primis tantum nuptiis adhiberi conveniret. Cæte-

rum

rum ſecundæ nuptiæ, quamvis licitæ, quam male audirent tum apud Chriſtianos veteres, tum etiam apud Ethnicos, diſces ex Hieronymo, in epiſtola ad Gerontiam: Tertulliano lib. de monogamia, & lib. 1. ad uxorem; in quem hoc poſteriore loco videndus noſter Ludovicus de la Cerda, præſertim Capite VII.

92. UT PRESBYTERI CIVITATIS] Huic Canoni Concilium Sardicenſe librarii oſcitantia ſubnotaverat, cujus tamen in eo Concilio nullum veſtigium. Habetur quidem ſimile quid in Canone Laodicenſi ſecundum Ferrandum LV. qui eſt vulgatus LVII. Legendum nihilominus *Concilio Anquiritano.* Nam in ejus titulo ſecundum Ferrandum XIII. qui hic adſcribitur, reperitur hic ipſe Canon. Qui tamen & in textu Græco, & in Dionyſii verſione vulgatis, videtur aliqua ſui parte mutilatus. Sed in vetuſto codice honæ notæ ſic habet. *Chorepiſcopis non licere, Presbyteros aut Diaconos ordinare. Sed nec Preſbyteris civitatis, ſine præcepto Epiſcopi, vel litteris, in unaquaque parochia aliquid agere.* Priorem partem Canonis hujus Ancyrani XII. (qui eſt Ferrando XIII.) retulit Ferrandus Cap. LXXXIX. poſteriorem hoc Cap. XCII.

93. CONCILIO ANQUIRITANO, tit. XIV.] Ita ubique Ferrandus, & ſic habent antiqui Latinorum codices non pauci. Purius hauriunt è Græco fonte, qui ab Ancyra Galatiæ Ancyritas vel Ancyranos populos; Concilium porro Ancyranum vel Ancyritanum dicunt. Perperam autem legebatur olim hoc loco; *Concilio Sardicenſi, tit. XIII.* hunc enim Canonem conſtat ſumptum eſſe ex Ancyrano. Eo nos titulum XIV. reſtituimus ex codice Corbeienſi, qui reſpondet titulo XIII. Dionyſiano; ut ex antecedentium ac ſequentium hujus Concilii Canonum numeris à Ferrando adnotatis manifeſtum eſt. Cæterum notatu digna eſt varietas ſcriptorum in his diſtinguendis Canonibus: nam quartus Dionyſianus in duos ſecatur ab Iſidoro Mercatore, & Gentiano Herveto (ex Græco nimirum textu): unde Gentianus Canones numerat XXV. Idemque facturus eſſet Iſidorus, niſi XXI. & XXII. Dionyſii in unum conflans, rurſus cum Dionyſio quatuor dumtaxat & viginti titulos diſtinguente concurreret. In codice Thuano pervetuſto vidi etiam Canones Ancyranos XXV. ſed diverſa ab aliis deſcriptione: nam tertium Dionyſianum dividit, ac diffundit in tertium & quartum ſuos: item quartum Dionyſianum dividit in ſuos quintum & ſextum ſed poſtea ſuo XVII. Dionyſianos XV. & XVI. complectitur: ita XXIV. & ultimus Dionyſianus, eſt ejus XXV. Videtur autem Ferrandus (quantum ex illius numeralibus notis deprehendere eſt) quartum Dionyſianum diffudiſſe in duos, cum Græcis, Iſidoro, & Gentiano. Nam exinde ejus numeri Dionyſianos unitate antevertunt. Atque ita XXV. hujus Synodi Canones diſtinxit, uti & Codex Orientis, Photius, Balſamo, Harmenopulus, immo & Concilium Calchedonenſe; quod ab aliis jam obſervatum eſt.

105. CONCILIO LAODICENSI] Hujus Concilii Canones LIX. habet Dionyſius, qui in Ferrandi codice redacti erant ad LVII. ita ut Dionyſii XVII. & XVIII. in Ferrandi XVII. & ſimiliter Dionyſii XXXIII. & XXXIV. in Ferrandi XXXII. coaleſcant. In codice Thuano Canones iidem revocantur ad titulos LIV.

122. CUM MULIERIBUS EXTRANEIS] In hoc Canone III. Niceno, quam textus primigenius συνείσακτον, Dionyſius *mulierem ſubintroductam*, appellavit Ferrandus *mulierem extraneam*: quemadmodum & Rufinus, lib. 1. Hiſt. Cap. VI. Quocumque porro ſenſu alibi uſurpentur hæ voces; hoc certe loco, ex mente Nicænorum Patrum quamcumque feminam deſignant, excepta matre, amita, vel alia quæ ſuſpecta non ſit. Non ſuſpectam autem exprimit Canon Nicænus ex Arabicis, quartus, aviam, & anum provectæ jam ætatis: quibus addit Concilium Arelatenſe II. Can. 3. filiam, neptem (fratris nimirum, aut ſororis filiam) & uxorem converſam; quæ ſcilicet poſt mariti Clericatum facta ſit ei ex conjuge ſoror, ſicut & ille ipſi ex marito frater. Carthaginenſe III. Canone 17. addit nurum, quam Clerici filius, etiam ordinato jam parente duxerit. Suſpectus eſt autem mihi Canon idem, qua parte in Clericorum contubernium admittit, etiam famulorum conjuges, immo & quaſcumque feminas, quæ ante quam Clero ipſi addicerentur, in eorum domibus conſueviſſent; qua licentia haud ſcio an excogitari quidquam potuit, vel ad Clericorum famam, vel ad conſcientiam convulnerandam pernicioſius. Et ſané, licet Gratianus integrum hunc Canonem referat *diſt.* 81. *c. cum omnibus omnino* & partem ejus aliquam ex Nicæno & Hipponienſi Conciliis derivatam conſtet: tamen de prædictis clauſulis ne verbum quidem habent antiqui Canonum collectores, Ferrandus, Dionyſius, Creſconius. Sed neque libertatis hujus veſtigium ullum apparet in Conſtitutione Honorii Auguſti ad Palladium præfectum prætorio, *Ut Clerici cum extraneis feminis non habitent* (quæ eſt x. in Appendice Codicis Theodoſiani;) non in aliis quibuſcumque argumenti ejuſdem vel Conciliorum Canonibus, vel Pontificum decretis. Vide Siricii decretum 12. Conc. Carthaginenſe I. Can. 3. Andegavenſe Can. 4. Agathenſe Can. 10. Arvernenſe Can. 16. Turonenſe II. Can. 10. Matiſconenſe I. Can. 1. Lugdunenſe III. Can. 1. Sueſſionenſe Can. 8. Quæ omnia, præter matrem, ſororem, filiam, aviam, uxorem converſam, amitam ſeu materteram, & neptem (hoc eſt, fratris aut ſororis filiam) nullam plane feminam cum Clericis habitare permittunt. Scio clauſulas illas in antiquis etiam codicibus reperiri. Propterea, expungendas pronunciare non auſim. Non poſſum tamen ſuſpectas non habere, ex cauſis quas protuli. Non defuere fraudes etiam antiquæ, & antiqui abuſus. Et ſicut ex Ferrandi titulorum numeris colligimus, autorem illum perantiquum, qui vulgatos Canones quinquaginta ſub tertii Carthaginenſis Concilii nomine primus edidit, ab eorum vero numero atque ordine deflexiſſe, & Cap. XLVII. in Bonifacii Papæ nomine à vera hujus Concilii epocha longe aberraſſe: ita & has tam periculoſæ licentiæ clauſulas, de ſuo prompſiſſe potuit. An fecerit, non affirmo: & meam quoque ſuſpicionem hanc (nedum ſenſus ſententiaſque omnes meas) Catholicæ Eccleſiæ, ejuſque capitis Romani Pontificis cenſuræ ſubjicio. Cæterum quod ab aliquot ſæculis utantur Presbyteri Græci ſuis uxoribus, permiſit id quidem Eccleſia Romana, ſed nec unquam approbavit nec ullo tempore approbatura eſt (ut bene admonet Turrianus noſter in hunc Nicænum Canonem:) quin immo hujus Clericorum diſciplinæ antiqua ſtatuta reſtrinxit potius quam relaxavit. Nam cum olim ex Conc. Ancyrani Cap. IX. aliis X. liceret Diaconis uxores ducere, ſi in ipſa ſua ordinatione proteſtati eſſent Epiſcopo, ſe ab illis abſtinere non poſſe; ea licentia per Nicænam & ſequentes Synodos ita ſublata eſt, ut Diaconi ne iis quidem conjugibus quas ante ſuſceptum ordinem duxiſſent, uti ſinerentur. Deinde cum priſcis ſæculis tres tantum Clericorum gradus, videlicet Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi uxoribus interdicti eſſent (*Conc. Carthag. II. Can. 2. Collectio Africana, cap. 70. ex Concilio Carthaginenſi, anno Chriſti CDI. hoc eſt, Vincentio & Fravito Coſſ. celebrato:*) etiam Subdiaconos poſteriora decreta pa-

ri lege adſtrinxerunt. *Conc. Aurelianenſe III. Can.* *10. Conc. Turon. II. Can. 19. Conc. Autiſioderenſe, Can. 21.* Præterea licebat olim Epiſcopo, Presbytero, Diacono, & Subdiacono, qui ante ſacros ordines uxorem duxiſſent, illam converſam, & de conjuge ſororem factam, domi ſuæ habere. Sed obortis ſcandalis, etiam illarum contubernium recentioribus edictis inhibitum eſt: & conſtitutum, ut altero conjuge cælibatum perpetuum profeſſo, alter quoque perpetuam continentiam voveret, immo & (ſi ſuſpecta eſſet ætas) in monaſterio ſe includeret. *c. 1. de converſ. conjug. &c. cum ſis. eodem, &c. ad Apoſtolicam. eodem.* De quo pluribus Sanchez noſter, lib. VII. de matrim. diſp. 32. Et denique ſanxit Concilium Namnetenſe, Can. 3. non tantum ut nullus Sacerdos eas feminas, de quibus ſuſpicio eſſe poteſt, in domo ſua habeat: ſed neque illas quas Canones concedunt; ſcilicet matrem, amitam, ſororem; *Quia* inquit, *inſtigante diabolo, etiam in illis ſcelus frequenter perpetratum reperitur, aut etiam in pediſequis earum. Sed ſi quis de his habuerit, talem neceſſitatem patientem, cui ſit neceſſaria ſuſtentatio Presbyteri; habeat in vico aut in villa domum, longe à Presbyteri converſatione: & ibi ejs ſubminiſtret quæ neceſſaria ſunt.* Recole magni Auguſtini exemplum, qui feminarum omnium, etiam quæ minimè ſuſpectæ eſſent, uti ſororis & fratris filiæ contubernium vitavit: ne ab iis quæ ad illas ventitarent, aliquid aut periculi, aut ſcandali exiſteret.

122. CONCILIO UNIVERSALI CARTHAGINENSI.] Duobus tantum locis citat expreſſe Ferrandus Concilium Carthaginenſe univerſale, nimirum Cap. IV. & CXXII. Priore loco dixerit fortaſſe quiſpiam intelligi poſſe Concilium anni CDXIX. cum illud à Creſconio univerſale appellari conſtet, & in eo Canon ibi relatus, eodem numero notatus reperiatur. At quia Canon capitis CXXII. (*Ut Clerici cum mulieribus extraneis non habitent*) non invenitur in Synodo anni CDXIX. ſed in Carthaginenſis tertii titulo XVII. in cujus etiam titulo XXXIX. habetur Canon alter capite IV. citatus; hoc Concilium (quod anno CCCXCVII. celebratum eſt) utrobique a Ferrando ſignificatum videtur nomine Concilii univerſalis. Certe enim univerſale fuiſſe cognoſcitur, non tantum ex Honorato & Urbano præſentibus in eo Legatis Mauritaniæ Sitifenſis; & ex Muzonio ſene, Primate Byzaceno, qui ad illud Synodicam dedit: & ex litteris Creſcentiani Numidiæ Primatis ad Aurelium Epiſcopum Carthaginienſem, quibus ſe ad hoc Concilium aut venturum, aut Legatos miſſurum pollicebatur. *Collectionis Africanæ cap. XXXIII.* Sed etiam quia ex præcedentibus Conciliis Africanis conflatum eſt, præſertim ex Hipponienſi nominatiſſimo, cujus Canones plerique in eo recepti, confirmatique ſunt. Adeo ut non ſine cauſa Aurelius Epiſcopus Carthaginienſis, in præfatione Milevitanæ Synodi (*num. LXXXV. Africanæ collectionis*) hoc Concilium ipſo Hipponienſi univerſali melius eſſe dixerit: cum recitari & confirmari juberet *quæ jamdudum vel in Hipponenſi Synodo firmata ſunt, vel poſtmodum in altero Concilio apud Carthaginem definita.*

134. CONCILIO LAODICENSI, tit. VII. item tit. XXIV. item XXV.] Pro titulo VII. habet codex Corb. *tit. XVII.* nihilo verius. Corruptum enim eſſe hunc locum ex eo apparet, quod iſte Canon, quo Clerici tabernas ingredi vetantur, in ſolo reperitur titulo XXIV. Laodicenſi, qui deberet eſſe Ferrando XXIII.

140. MINISTRI] Miniſtros hoc & ſequenti capite appellat Ferrandus, quos Græcus textus ὑπηρέτας, Canone Laodicenſi vulgato XXI. XXII. & XXV. nempe ſubdiaconos, & his inferiores Clericos; adeoque oſtiarios de quibus Canone XLIII. His vero Concilium Laodicenſe opponit ἱερατικοὺς, Canone XXIV. XXVII. XXX. XXXVI. XLI. & LIV, quos his locis non bene reddit Iſidorus Mercator, *miniſtros altaris*: ſic eos ab Hypiretis non ſatis diſtinguens. Sunt autem ἱερατικοί, quos ſcite interpretatur Dionyſius, *Sacerdotes, Sacratos, Sacris Officiis aut Sacro miniſterio deditos*: videlicet Epiſcopi, Presbyteri, & Diaconi. Recole quæ diximus ſupra cum de ſecundis Sacerdotibus.

144. UT CONCILIUM UNIVERSALE] Creſconius Breviarii cap. CCLXXII. hunc Canonem refert ex Concilii Carthaginenſis titulo LXII. (ſic enim legendum ex MSS. codicibus, non ut in vulgatis tit. XLII.), hoc eſt, ex titulo XCV. collectionis Africanæ; ubi deſcribitur ex Concilio Carthaginenſi anni CDVII. Derogatum eſt autem iſto Canone latæ legi in Concilio Hipponienſi ante annos XIV. videlicet anno Chriſti CCCXCIII. ac deinde confirmatæ anno CCCXCVII. in Carthaginienſi III. cap. 2. & in altero Carthaginenſi anni CDI. ex quo ſumptus eſt Canon Africanus LXXIII. de cogendo ſingulis annis ad X. Kalendas Septembris Concilio Univerſali; nempe ad quod omnes Provinciæ quæ primas ſedes habent, Legatos mittere haberent. Cæterum excidit Concilii titulus, quem huic Canoni Ferrandus ex more ſubnotaverat: qui enim ſubſcriptus eſt Concilii Antiocheni titulus XVI. poſteriorem tantum hujus capituli partem ſpectat; nimirum, *Ut Synodus plenaria tunc dicatur, cum Epiſcopus metropolitanus adfuerit.* Quo fit ut exiſtimem fuiſſe hic ex Ferrandi mente capitula duo diſtincta, quæ in unicum librariorum oſcitantia, collegerit. Neque ideo dividendum, cenſuimus, ne Ferrandi Capitulorum numerus unitate auctus, uſu jam receptas eruditorum allegationes turbaret. Præſertim cum relativi ſint hi duo Canones; prior de Concilio Univerſali totius Africæ, alter de cujuſque Provinciæ plenaria Synodo; ut non incongrue unum in locum conjici potuiſſe videantur.

175. ITEM CARTHAGINENSI, tit. XLVIII.] Codex Trecenſis *tit. XLIII. II.* Corbeienſis *tit. XLIV. item tit. II.* Sumptus eſt Canon iſte ex Concilio Carthaginenſi tertio, ubi refertur titulo XXXVIII. porro apud Dionyſium in collectione Africana, tit. XLVIII. & ſcripſiſſe quoque Ferrandum *tit. XLVIII.* præcedentium & ſequentium ejus Concilii titulorum notæ perſuadent: ut videre eſt in tabula, quam infra dedimus, ad finem Notarum noſtrarum in Breviationem Ferrandi. Vide autem unde in hujus tituli numero aberratum ſit. In plerifque antiquis codicibus, Gothico, ſeu Francico veteri charactere exaratis, nota Romana Quinarii V. ſic pingitur ut binario ſimillima ſit: nempe inferne obtuſa, ea fere forma U.
quam hic margini appictam vides. Hinc animadverti non ſemel in antiquis membranis, quinarium ex binario, vel hunc ex illo factum. Ergo cum in probo veteri exemplari ſcriptum eſſet, *tit. XLVIII. & V. pro II* à librario acceptum eſſet: cum non ſoleant quinque unitates colligi, ſcriptæ ſunt tres & duæ, hoc modo, III. II. ut in Trecenſi codice. Deinde cum diverſi tituli putarentur, addita eſt vocula diſtinguens, *item tit. II.* ut in Corbeienſi. Et hinc obiter cauſam agnoſce, cur in Ferrandi Breviatione, veterum codicum numeros ipſos Romanos barbaris neglectis expreſſerim. Nimirum ut ex eo facilius deprehenderetur, qua ratione ab Antiquariis alium pro alio numerum depingi contigerit.

184. AD ANGELOS CONGREGATIONEM] Probari mihi non poteſt eorum ſententia, qui Canonem hunc Laodicenſem, de geniis, dæmoniis, ſeu reprobis angelis accipiunt: quorum cultum hic vetari putant. Nam ut taceam quod non ſatis appoſite prohiberentur Chriſtiani (quibus ſolis po-

de eorum

tæ ſunt leges Eccleſiaſticæ) cacodæmones cole-re; quia ſi id faxint, Chriſtiani non ſint: certe *malos angelos* dixiſſent Patres ad tollendum æquivocum, ſicut Canone proxime præcedenti *falſos martyres* dixerunt. Hujus ergo Canonis legitimum ſenſum habe. Meminere, Epiphanius, Philaſtrius, Auguſtinus, & alii qui de hæreſibus, Menandrianorum, Saturnilianorum, Baſilidianorum, Nicolaitarum, Angelicorum, Marcoſiorum, Archonticorum: qui in Angelorum cultum ſuperſtitioſum proni erant, à quorum ſeptem præcipuis mundum conditum affirmabant: ac peregrinis eos appellabant nominibus, de quibus Nicolaus Serarius noſter, vir doctiſſimus, in cap. XII. Tobiæ. Horum conventicula, & illecebroſas ſuperſtitiones damnant Laodiceni Patres hoc Canone. Ne videlicet cum aliunde conſtaret, deberi cultum duliæ ſanctis Angelis, ac præſertim ſeptem illis de quibus Tobiæ cap. XII. verſu 15. eorum indebita veneratio, in creatoris opprobrium, ſpecie Religionis irreperet.

212. SEPTIMANÆ SANCTÆ PASCHÆ] Ita codex Trecenſis. Et vero duplicem oblationem, quæ hic feria quinta paſchalis hebdomadæ imperatur fidelibus, eò ſpectare dixerim, ut qui ſabbato pervigilii Paſchæ recens baptizati erant, ad agapen vocarentur. At in codice Corbeienſi, loco *ſeptimanæ ſanctæ Paſchæ*, lego *ſeptimæ hebdomadæ*: & ſic ibi concipitur iſte Canon Concilii Septimunicenſis. *Ut die quintæ feriæ ſeptimæ hebdomadæ ſecundo offeratur.* Nempe hac ratione proviſum eſſet alteri ſolemnitati Baptiſmi, qui ſeptima hebdomade temporis paſchalis, hoc eſt, pridie Pentecoſtes, ſabbato celebrabatur: ne nimirum de oblatis biduo ante publicam Baptiſmatis cæremoniam, nonnihil in competentes, aut in infantes (hoc eſt, recens baptizatos) emolumenti redundaret. Sed quia par erat utroque tempori provideri, & codex quidem Trecenſis, ſolus meminit paſchalis hebdomadæ; Corbeienſis porro, ſolius ſeptimæ hebdomadæ, (quam & obſcure deſignat, nulla neque Paſchæ, à quo inibat; neque Pentecoſtes, in quam terminabatur, facta mentione); conjectura eſt, Canonem hunc Septimunicenſem, in quolibet è duobus exemplaribus mutilum, ex utroque ſic reſtitui debere. *Ut die quintæ feriæ ſeptimanæ ſanctæ Paſchæ, & ſeptimæ hebdomadæ ſecundo offeratur.*

214. CONCILIO SARDICENSI, tit. I.] *Serdicenſe* ubique habet codex Corbeienſis: & paſſim in antiquis modo *Sardicam* leges, modo *Serdicam*. Cæterum in Breviario Ferrandi, Canon Sardicenſis ſecundus reſpondet primo Dionyſiano, tertius ſecundo, quartus tertio, & ſic fere reliqui uſque ad Ferrandi XXII. qui eſt Dionyſii XXI. & ultimus: at primus Serdicenſis apud Ferrandum, eſt viceſimus & ultimus Nicænus apud Dionyſium. Cauſam agnoſce. Cum periiſſent Græcis Canones Nicæni, ab Arrianis combuſti, numero LXXX. (quos ad LXX. ab ipſis Nicænis Patribus reduci juſſos eſſe, teſtatur Athanaſius epiſtola ad Marcum Romanum Pontificem); ſupererant tamen eorum reliquiæ nonnullæ: è quibus præcipua aliquot capita cum delibaſſent Patres, Sardicæ anno Chriſti CCCXLVII. congregati, Canones ediderunt numero XL. (quibuſdam XLI.) qui modo Nicæni, modo Sardicenſes vulgo dicti ſunt, quippe ex Nicæna in Sardicenſem Synodum derivati plerique omnes. Ergo Zoſimus Papa in Commonitorio quod recitatum eſt anno Chriſti CDXIX. in Concilio Carthaginenſi, habeturque in prolegomenis Collectionis Africanæ; tanquam ex Nicæno Concilio protulit duos Canones; alterum de appellationibus ad Romanam ſedem, alterum de excommunicatis apud vicinos Epiſcopos audiendis: qui ſunt vulgati Canones Sardicenſes VII. & XVII. Innocentius item Papa I. epiſtola II. ad Victricium Rothomagenſem Epiſcopum, cap. III. citat ex Nicæno Concilio eumdem Canonem de appellationibus ad Romanum Pontificem, qui eſt Sardicenſis ſeptimus. Et cap. VII. ejuſdem epiſtolæ, ex Nicæna quoque Synodo profert Canonem; *Ut adjectum ab uno Epiſcopo Clericum alia Eccleſia non recipiat*, qui eſt Sardicenſis XVI. Ad hæc Nicæni Canones in epiſtola II. Julii Papæ primi, Cap. II. III. IV. VI. X. XVII. XXI. reſpondent fere Sardicenſibus III. IV. VII. XVIII. & XIX. Ex quibus apparet, & pleroſque Canones Sardicenſes ex Nicæno deſumptos eſſe: & apud Romanos, priſcis illis ſæculis, Sardicenſes Canones ſub Nicænis fuiſſe comprehenſos. Sane codex Thuanus pervetuſtus, Canones Concilii Sardicenſis inſcribit *Nicænos*: quamvis adnotans, eos à quibuſdam *Sardicenſes* appellari. Immo Severinus Binius in Notis ad Concilium Sardicenſe, §. D. *Approbatum*. refert, Canones utriuſque Concilii, Sardicenſis nimirum & Nicæni, in Romana Bibliotheca, & in quodam exemplari Concilii Nicæni, quod Dionyſius ante mille annos è Græco convertit, quodque etiamnum Atrebati in monaſterio S. Vedaſti extat, ita conjunctos haberi, quaſi unius Concilii Canones fuerint. Ex quo eveniſſe putant viri eruditi, ut Gelaſius in decreto de ſcripturis, Gregorius Magnus, Iſidorus, Beda, & qui alii veterum, prima quatuor œcumenica Concilia recenſent; Nicænum, Conſtantinopolitanum, Epheſinum, & Calchedonenſe; tamen Sardicenſe, tanquam in Nicæno incluſum, quamvis inter œcumenica ordine ſecundum, ſilentio prætererint. Sed & in præfatione Concilii Sardicenſis, quæ ex antiquo codice refertur; tomo I. Conciliorum editionis Colonienſis 1551. dicuntur eſſe Concilii Sardicenſis *quadraginta regulæ, quæ per Oſium Epiſcopum Cordubenſium currunt*: quæ vix poſſunt intelligi niſi de vulgatis XX. Nicænis Canonibus, ſub titulo Sardicenſium comprehenſis. Cum igitur hi Canones ſeu Nicæni, ſeu Sardicenſes, cenſerentur quadraginta aut XLI. ſenſim invaluit uſus, at XX. priores à Nicæno, reliqui à Sardicenſi Concilio appellarentur. Alia horum fuit apud alios partitio: nam Ferrandus duos & viginti poſteriores Sardicenſi; priores XIX. ad quindecim redactos (ut jam ſupra monuimus) Nicæno Concilio adſcripſit. Vidimus certe ex bibliotheca clariſſimi viri Jacobi Auguſtini Thuani, codicem veterem, in quo (ut apud Ferrandum) titulus XX. Nicænus Dionyſii, non cenſetur in Canonibus Nicænis: præmiſſa autem fidei formula Nicæna pro primo titulo, reliqui Nicæni Canones XIX. Dionyſiani extenduntur in XXVI. ita ut omnes tituli Nicæni in eo codice ſint XXVII. excluſo ultimo Dionyſiano. Cenſet ergo Ferrandus Canones Sardicenſes XXII. cum tantum Dionyſius unum & viginti: quia ultimus Nicænus, eſt Ferrando Sardicenſis primus. Quia tamen IV. & V. Sardicenſes apud Ferrandum, uni reſpondent tertio Dionyſiano, & mox Ferrandi ſextus quarto Dionyſiano: niſi corrupti ſunt numeri à librariis, exiſtimo, in Ferrandi codice uti duo extabant Canones (quartus nempe, & quintus) ex uno Dionyſii tertio; ita quintum & ſextum Dionyſianos rurſus in Ferrandi ſeptimum coaluiſſe. Quo fit, ut ſequentes Ferrandi numeri ad finem uſque, Dionyſianos unitate dumtaxat excedant.

216. IN DOMINICIS] Ita recte codex Corbeienſis, ubi male Trecenſis, *in Dominica*. Habet citatus textus in Græco; ἐν ταῖς κυριακαῖς, ἢ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις. *In dominicis, id eſt, in eccleſiis.*

217. CONCILIO CONSTANTINOPOLITA-

 NO.

NO, tit. II] Legendum tit. I. At Ferrandus cap. XVIII. refert ex Concilii Conſtantinopolitani titulo II. & III. quæ in unum ſecundum conjecit Dionyſius: nec mirum; nam unus hic ſecundus titulus Dionyſianus, in II. III. IV. & V. diffunditur, & in codice Thuano, & in verſione Latina quæ habetur è regione Græci textus in tomis Conciliorum.

221. PRESBYTERÆ] Ita codex Corbeienſis. In Trecenſi *presbyteriſſæ*, haud abſque mendi ſuſpicione. Presbyteræ olim dictæ, quæ Presbyterorum conjuges fuerant antequam hi ordinarentur: exinde in ſorores mutatæ, orthodoxorum more perpetuo. At hoc loco Presbyteræ appellantur, ex viduis Diaconiſſis ſeniores: quas notat Epiphanius in Hæreſi Collyridianorum, Cap. III. & IV. tantum πρεσβύτιδας, nunquam πρεσβυτερίδας, aut ἱερίσσας nuncupatas; ne quis illis Sacerdotii quidquam, ſacrive ordinis ineſſe cogitaret. Inſtitutæ ſunt enim ipſo Eccleſiæ naſcentis exordio, ut feminarum honeſtati conſuleretur, cum ad Baptiſmum componendæ eſſent, & ſimilibus de cauſis, de quibus Concilium Carthaginenſe quartum, Canone XII. Epiphanius citato loco, & in Expoſitione fidei, num. XXI. Cum igitur è Græco derivata vox Latina *Presbyteræ*, media ſit inter *Presbytidas*, & *Presbyteridas*; illam ad prius ſignificatum trahas licet: ex mente nimirum Ferrandi, qui *Presbyteras* dixit è Canone XI. Laodicenſi, ubi ſcribuntur in textu primigenio πρεσβύτιδες.

221. MATRICULÆ] Turbatum eſt hoc vocabulum in rivulis, purius in fonte. Iſidorus Mercator cum hunc Laodiceni Concilii Canonem XI. περιφραστικῶς, ac pene de verbo ex Ferrando retuliſſet; ex Iſidoro Gratianus in Decreto, diſtinct. 32. c. *mulieres quæ*, ſcripſit hoc loco, *matricuriæ*. Ubi Gloſſa; *Matricuriæ, id eſt, habentes curam de rebus Eccleſiæ.* At recentiores eruditi legendum putarunt, *matriculariæ*, hoc eſt, *œconomæ*: vel certe *pauperes*, quod Eccleſiæ ſumptibus Diaconiſſæ alerentur; nam in antiquis Gloſſis *matricularius* explicatur *pauper, & inops*. Verum apud Ferrandum, in utroque noſtro codice habetur, *matriculæ*, ac totus iſte Canon ita concipitur. *Ut mulieres quæ apud Græcos Presbyteræ appellantur (apud nos autem viduæ ſeniores, univiræ, & matriculæ) in Eccleſia tanquam ordinatas conſtitui non liceat.* Sumpſit ex Tertulliano, libro de velandis virginibus, Cap. IX. *Ad quam ſedem* (nempe in viduatu, ut ipſe loquitur) *præter annos ſexaginta, non tantum univiræ, id eſt, nuptæ aliquando, eliguntur; ſed & matres, & quidem educatrices filiorum. Scilicet ut experimentis omnium affectuum ſtructæ, facile norint cæteras conſilio & ſolatio juvare: & ut nihilominus ea decurrerint, per quæ femina probari poteſt.* Hæſit autem Tertullianus veſtigiis Pauli Apoſtoli, 1. ad Timoth. 5. 9. *Vidua*, inquit, *eligatur non minus ſexaginta annorum, quæ fuerit unius, viri uxor, in operibus bonis teſtimonium habens, ſi filios educavit, &c.* Ergo *matrices*, & his homonymæ *matriculæ*, ſunt matres educatrices. Quod proprie dictum & in homine, & in brutis: tralatitie de arboribus, immo & de urbibus quas Græcis metropoles. Columella paſſim hac voce uſus, præſertim lib. 7. de re ruſtica, Cap. 3. & lib. 8. Cap. 2. ubi de gallinis; *Sint ergo*, inquit, *matrices probi coloris, robuſti corporis, quadratæ, pectoroſæ, magnis capitibus.* De columbis porro agens lib. 8. Cap. 8. *Matrices, quæ ovis vel pullis incubant.* & poſt aliquot verſus; *Nam & octies anno pullos educat* (columba) *ſi eſt bona matrix.* Nec multum diverſo ſignificatu *matricem generis feminini Evam* appellavit Tertullianus lib. de velandis virginibus, Cap. 5. Idem lib. de Præſcriptionibus, Cap. 21. *Eccleſias apoſtolicas, matrices & originales fidei.* Sic & Cyprianus Epiſt. XLV. Romanam ſedem, *Eccleſiæ Catholicæ radicem & matricem.* Quin & Ferrandus noſter in breviatione Canonum non uno loco, ut Cap. XI. XVII. & XXXVIII. *matricem* pro primaria Epiſcopi ſede, & Cathedrali (ut vocant) Eccleſia uſurpavit. At Suetonius in Auguſto Cap XCIV. *Ex ea* (nempe ex palma) *continuo nata ſoboles, adeo in paucis diebus adolevit, ut non æquipararet modo matricem, verum etiam obtegeret.* Cæterum quamvis Tertullianus loco illo à me citato graviter expoſtulet, quod virgo admiſſa eſſet in viduarum cœtum, præcepto Apoſtoli pro genio ſuo pertinacius inſiſtens: tamen præceptum illud infantiam Eccleſiæ, aut ſummùm adoleſcentiam ſpectaſſe, Eccleſia ipſa jam adulta judicavit. Ergo ab ætate ſexagenaria deventum eſt ad quadragenariam, Concilii Calchedonenſis Canone XV. & in Diaconiſſarum ordinem adſcitas, non tantum viduas, ſed etiam Virgines (ἀειπαρθένους;) docet Epiphanius capite illo XXI. Expoſitionis fidei Catholicæ. Ad extremum, Diaconiſſas omnes ſuſtulit occidentalis primum Eccleſia (ut patet ex Concilio I. Arauſicano, Canone XXVI. Concilio Epaonenſi, Canone XXI. Concilio II. Aurelianenſi, Canone XVIII.) deinde etiam orientalis. Nempe cum mutatis temporibus, ac præſertim defitis adultorum Baptiſmatibus, ordo ille in Eccleſia ſupervacaneus viſus eſt.

226. NISI SOLITUM SALIS] De ſalis Sacramento pro Catechumenis, quale eſſet, & quam frequens ejus uſus, videndus Gabriel Albaſpinæus, Epiſcopus Aurelianenſis, lib. II. Obſervatione XXXV. & XXXVI. eademque ultima, & in propriis Notis ad hunc ipſum Canonem V. Concilii tertii Carthaginenſis. Legendus etiam de Sacramentis Catechumenorum Petavius noſter, in Expoſitionem fidei Epiphanianam, numero XXII. Sancitus eſt porro Canon iſte in Concilio Hipponiregienſi, ex quo in Carthaginienſem III. tranſlatus eſt. Cur autem apud Ferrandum notetur tit. XI. non tit. V. ut in vulgatis, mox aperiam.

228. UT PRÆTER SCRIPTURAS CANONICAS] hunc Canonem citat hoc loco Ferrandus ex Concilio Carthaginenſi, tit. XLV. Sequenti porro capite CCXXIX. alterum (qui hujus relativus eſt) de Paſſionibus Martyrum, ad eorum natalitia legi ſolitis, refert ex titulo XLVI. Hi autem duo Canones (quorum prior à poſteriore avulſus reperitur ad numerum XXIV. collectionis Africanæ) cum in Synodo Carthaginenſi tertia conjuncti reperiantur ad titulum XLVII. inde bene concludit doctiſſimus Cardinalis Perronius (a) hujus Concilii plures editos fuiſſe Canones, quam illos tres circiter & viginti, qui ex eo in collectione Africana referuntur. Nec dubium eſt quin plures hujus Synodi Canones habuerit Ferrandus, aliterque vel inciſos vel ordinatos quam qui extant in vulgatis numero quinquaginta: quorum quidem ſecundus & quadrageſimus, quia laudatur & ex parte deſcribitur *ex Concilio Africæ tertio*, capite IV. Concilii Toletani XII. quod æra DCCXIX. anno vero Chriſti DCLXXXI. celebratum eſt, vel inde habetur, perantiquam eſſe vulgatam illam ſeriem. Quod tamen in ejus Canone XLVII. occurrit Bonifacii Papæ nomen, ex collectione Africana abſque dubio derivatum; minime convenit cum anno Concilii tertii Carthaginenſis, qui fuit Chriſti CCCXCVII. Cæſarii & Attici conſulatu notatus. Itaque Siricius reponendus eſt pro Bonifacio; quod vel ex proximo Canone XLVIII. facile intelligitur.

Cæterum

(a) *En la replique à la reſponce du Roi de la Grand-Bretagne Chap. XLVIII.*

Cæterum quia hactenus de vulgata Carthaginienſis III. Canonum editione, quam vitiata ac perturbata ſit, non uno loco monuimus; interim dum ex aliquo veteri Codice (quod optamus) antiquæ fidei reſtituantur, placet hic tabulam ſubjicere, in qua inſpiciat Lector, quis eorum numerus, quis ordo videatur fuiſſe in Ferrandi Codice, quem par eſt credere, integram eorum Canonum, & rectam ac legitimam ſeriem continuiſſe. Hujus Concilii vulgata editio habet Canones L. qui plerique & in Collectione Africana reperiuntur, & in Breviario Concilii Hipponienſis, ex quo magnam partem coaluere. At fuiſſe videntur Ferrando etiam plures. Ad marginem prior columna numeros dabit vulgatæ editionis Concilii Carthaginienſis vulgo tertii nuncupati. Altera numeros Collectionis Africanæ ſecundum Dionyſium. Sed quia Ferrandus ex hujus Synodi titulis quoſdam non protulit; nonnullos ex aliis Conciliis allegavit, in quibus nimirum iidem Canones expreſſius inculcati ſunt; de ſingulis admonebimus: ſimulque ſi quis numerus apud Ferrandum à librariis corruptus videatur, adnotabimus.

Tabula titulorum Concilii Carthaginenſis, celebrati anno Chriſti 397. Cæſario & Attico Coſſ. quod vulgo Carthaginenſe III. appellant: eo numero atque ordine, qui videtur poſſe ex Ferrandi Breviatione deprehendi.

Carth. III. vulgatum. — *Collectio Africana.*

I. Nihil eſſe emendandum in excerpto de Concilio Hipponienſi: ſed nec ei quicquam addendum, niſi ut dies Paſchæ tempore Concilii innoteſcat. *Epigonii Epiſcopi hæc fuit ſententia, cum Aurelius Primas Carthaginienſis, ipſo Synodi exordio Breviarium Hipponienſe legi juſſiſſet, poſtulante Muzonio Primate Byzaceno.* 1. 34.

II. Ut per ſingulos annos fiat Concilium univerſale. *Non debuit uti hoc Canone Ferrandus, cui derogatum eſt illo recentiori Canone, quem refert Cap. 144. ex Concilio Carthaginienſi anni 407.* 2. 18 & 14.

III. Ut bis in anno per ſingulas Provincias Concilia fiant. Cap. 143. Et ut Primates diverſarum Provinciarum, nomina Epiſcoporum ad Eccleſiam Carthaginenſem mittant. Cap. 84. *Hæc diverſis locis profert Ferrandus ex titulo 3. Quæ quidem cenſeo non eſſe duos Canones, ſed unius & ejuſdem Canonis partes duas: quia illas Epiſcoporum ſeries quæ Carthaginem mittendæ erant, in Conciliis maxime Provincialibus, ad ordinem in ſeſſionibus tenendum recognoſci neceſſe erat. Porro ſanctiones iſtas de magni momenti rebus, ad hoc Concilium omnium Carthaginienſium celeberrimum retuli ex conjectura: uti & quas ſexto, ſeptimo & octavo proximis capitibus recenſui.*

IV. Ut Lectores populum non ſalutent. 4. 16.

V. Ut omnes Eccleſiæ ab Eccleſia Carthaginis diem Paſchæ audiant tempore Concilii. Cap. 231. 41. 51.

VI. Ut Primatem proprium Mauritania Sitifenſis habeat. Cap 82. - 17.

VII. Ut primæ ſedis Epiſcopi, ex Concilio Carthaginenſis Epiſcopi conſtituantur, quando fuerit oborta contentio. Cap. 83.

VIII. Ut nullus Epiſcopus, vel Presbyter, vel Diaconus excommunicatus communicet. Cap. 53. 29.

IX. Ut ante viginti quinque annos nec Clerici ordinentur, nec Virgines conſecrentur. Cap. 121. 4. 16.

X. Ut Epiſcopo ordinato ſtatuta Conciliorum primitus inculcentur. Cap. 9. 3. 18.

XI. Ut etiam per ſolemniſſimos Paſchales dies Sacramentum catechumenis non detur, niſi ſolitum ſalis. Cap. 226. 5.

XII. Ut corporibus defunctorum Euchariſtia non detur, neque Baptiſmus. Cap. 227. 6. 18.

XIII. Ut Baptizentur infantes, quando ignoratur utrum fuerint baptizati. Cap. 203. *Refert Ferrandus ex tit. 7. Carthaginenſis anno 401. celebrati. Habetur tamen in Breviario Hipponienſi. Et nos eum in vacuum hunc numerum conjecimus, ne loco careret.* 72.

XIV. Ut nullus Epiſcopus plebem alienam uſurpet. Cap. 24. *Hic apud Ferrandum antiquarius numerum 5. adnotavit. Jure, an injuria, non conſtat. Quia vero quintum illud loculamentum alius Canon jam inſederat, hunc nos in iſtum locum ex conjectura rejecimus.* 20. 56.

XV. Quid in accuſationibus Epiſcoporum obſervari debeat. Cap. 58. 7. 19.

XVI. De Clericis Donatiſtarum converſis, utrum in Laïcorum ordinem redigendi, an Clero Catholico adſcribendi ſint, conſulendam eſſe Eccleſiam tranſmarinam. *Habetur in Manuſcriptis Codicibus, & in Tomis Conciliorum poſt Breviarium Hipponienſe, extra vulgatos quinquaginta Canones. Nos in vacuam hanc ſedem ex conjectura retulimus. Non debuit autem à Ferrando allegari, qui ſpecialius ejuſdem argumenti decretum protulit Cap. 189. ex Carthaginenſi anni 401. Ut Donatiſtarum Clerici in ſuis honoribus ſuſcipiantur.*

XVII. Ut Epiſcopus accuſatos Presbyteros, convocatis quinque Epiſcopis audiat: Diaconorum cum tribus, Reliquorum vero cauſas ipſe ſolus diſcutiat. Cap. 51. 8. 20.

XVIII. Ut accuſatus Epiſcopus, vel quicumque ex Clero fuerit apud Eccleſiam accuſatus, ad Judicia publica non tranſeat. Cap. 67. 9. 15.

XIX. Ut Epiſcopis judicantibus condemnatus Epiſcopus, ſi fuerit apud potiores Epiſcopos abſolutus, nihil eis noceat, ſi bono animo judicaverint. Cap. 62. 10. 15.

XX. Ut filii Epiſcoporum aut Clericorum, ſpectacula non exhibeant nec ſpectent. Cap. 40. 11. 15.

Collectio Africana. *Carth. III. vulgatum.*

21. 12. XXI. Ut filii Epiſcoporum; Gentilibus, vel Hæreticis, aut Schiſmaticis matrimonio non conjungantur. Cap. 39.

35. 14. XXII. Ut Epiſcopi filios ſuos non emancipent, niſi jam probatos. Cap. 41.

22. 13. XXIII. Ut Epiſcopi vel Clerici, his qui Catholici non ſunt, nihil per donationes conferant. Cap. 33.

16. 15. XXIV. Ut Epiſcopi, Presbyteri vel Diaconi, non ſint conductores, aut procuratores. Cap. 70.

16. 16. XXV. Ut nullus Clericus fœneret. *Ferrandus cap. 123. ex primo tantum Carthaginenſi hoc refert, ubi diſtinctius hoc idem ſancitum eſt.*

17. XXVI. Ut Clerici cum mulieribus extraneis non habitent. *Refert Ferrandus. Cap. 122. ex Carthaginenſi Univerſali: ſed titulum non adnotat.*

16. 19. XXVII. Ut Lectores, dum ad annos pubertatis venerint, cogantur aut uxores ducere, aut continentiam profiteri. Cap. 129.

54. 21. XXVIII. Ut Epiſcopus alienum Clericum non ſuſcipiat, neque ordinet. Cap. 27.

22. XXIX. Ut nullus ordinetur niſi probatus, vel Epiſcoporum examine, vel Populi teſtimonio. Cap. 232.

36. 18. XXX. Ut Epiſcopi, vel Presbyteri, & Diaconi non ordinentur, niſi omnes ſuos Chriſtianos fecerint. Cap. 15. *Huic tamen Canoni adſcribit Ferrandus numerum 3. An certa ex cauſa, an mendoſe, non liquet.*

103. 23. XXXI. Ut nullus in precibus, niſi ad Patrem dirigat orationem: & ut prius eas cum inſtructioribus tractet. Cap. 219. *Hoc ipſum refert Collectio Africana ex Carthaginenſi anni 407. ubi Lex eadem iterata eſt.*

37. 24. XXXII. Ut in Sacrificio, abſque pane & vino nullus offerat. Cap. 213.

38. 25. XXXIII. Ut Clerici vel continentes, ad viduas vel virgines, ſine juſſu vel permiſſu Epiſcopi vel Presbyteri non accedant. Cap. 132.

39. 26. XXXIV. Ut primæ Sedis Epiſcopus, non appelletur Princeps Sacerdotum, vel ſummus Sacerdos. Cap. 81.

40. 27. XXXV. Ut Clerici edendi vel bibendi cauſa tabernas non ingrediantur, niſi Peregrinationis neceſſitas coëgerit. Cap. 134.

23. 28. XXXVI. Ut Epiſcopi ſine formata Primatis non navigent. Cap. 46.

41. 29. XXXVII. Ut Sacramenta altaris non niſi à jejunis celebrentur. *Nuſquam meminit Ferrandus hujus Canonis: cui tamen hunc Locum ſeries a margine adnotatæ vindicant.*

42. 30. XXXVIII. Ut Epiſcopi ſive Clerici in Eccleſia non conviventur, niſi tranſeuntes.
43. 31. Cap. 71.
& 32. XXXIX. Ut Epiſcoporum judicio, pœnitentiæ tempora decernantur. Cap. 49.

44. 33. XL. Ut Epiſcopi providentia, Virginibus quæ pupillæ fuerint, ubi habitent, eligatur.
45. 34. Cap. 48.

XLI. Ut ægrotantibus, quando ipſi loqui non poſſunt, ſi pro eis alii teſtimonium dixe-
45. 35. rint, Baptiſmum non negetur. Cap. 202.

XLII. Ut ſcenicis atque hiſtrionibus reconciliatio non negetur. Cap. 170.

6. 36. XLIII. Ut Presbyter, inconſulto Epiſcopo, Virgines non conſecret: Chriſma vero nunquam conficiat. Cap. 91.

37. XLIV. Ut Clerici in aliena civitate non immorentur, niſi cauſas eorum juſtas Epiſcopus loci, vel Presbyteri locorum perviderint. Cap. 135.

24. 47. XLV. Ut præter Scripturas Canonicas nihil in Eccleſia legatur. Cap. 228.

46. 47. XLVI. Ut liceat Paſſiones Martyrum legere in natalibus eorum. Cap. 229.

47. 48. XLVII. Ut conſulatur Eccleſia tranſmarina, an ordinare liceat converſos ad Catholicam qui parvuli apud Donatiſtas baptizati ſunt. *Licere dixit Ferrandus Cap. 193. ex titulo I. Carthaginenſis anno 401. celebrati: qui eſt 57. in Collectione Africanâ.*

48. 38. XLVIII. Ut non liceat Hæreticum rebaptizari, baptizatum in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Cap. 175.

49. 39. XLIX. Ut Epiſcopus à tribus ordinetur, conſentientibus aliis per ſcripta: cum confirmatione Metropolitani, vel Primatis. Cap. 4.

50. 40. L. Ut in ordinando Epiſcopo alii quoque Epiſcopi ſuper tres addantur, ſi ab aliquo fuerit contradictum. Cap. 5.

52. LI. De viſitandis Provinciis. *Solа hunc Canonem nobis ſervavit Collectio Africana, hoc (ut videtur) loco reponendum.*

53. 42. LII. Ut Epiſcopus non ordinetur in Diœceſim quæ Epiſcopum nunquam habuit, niſi cum voluntate Epiſcopi ad quem ipſa Diœceſis pertinet; ex Concilio tamen plenario, & Primatis auctoritate. Cap. 13.

53. 43. LIII. Ut qui Plebibus ſuis incubantes, ad Concilium venire detrectant, & Plebem & honorem amittant. Cap. 13. *Hoc loco, ubi legitur.* tit. LII. item LIV. *legendum puto* tit. LII. item LIII. *propter connexionem utriuſque hujus Canonis, tum in vulgato Carthaginenſi III. cum in Collectione Africana.*

54. 44. LIV. Ut Clericum alienum nullus præſumat Epiſcopus ordinare. Cap. 27. *Hic quoque emendandus numerus apud Ferrandum: & legendum*, item tit. LIV. *non autem* tit. LIII. *propter nexum hujus tituli cum antecedentibus, & conſequentibus.*

55. 45. LV. Ut ſoli Eccleſiæ Carthaginis liceat alienum Clericum ordinare. Cap. 230. *Similiter hoc loco legendum* tit. LV. *non* LIV.

56. 46. LVI. Ut Epiſcopus in Diœceſim ordinatus, ipſam ſolam teneat. Cap. 14. *Hic etiam legendum* tit. LVI. *non* LIV. *Incredibile eſt enim, Ferrandum tres, quatuorve iſtos Canones, licet affinis, tamen diverſi argumenti, & bene longos, ſub unico numero LIV. collegiſſe.*

32. 49. LVII. Ut Epiſcopi quicquid nomine ſuo comparaverint, cogantur Eccleſiæ refundere: quicquid autem eis donatur, cui voluerint conferant. *Timide hunc Canonem hoc loco inculcavi, ſola nixus editione vulgata Carthaginenſis III. Non enim ex ullo Carthaginenſi Concilio eum refert Ferrandus Cap. 35. ſed ex titulo VIII. Hipponienſi. At non reperitur in excerpto Concilii*

Concilii Hipponienſis, quod Carthaginenſi III. illigatum eſt: neque in Collectione Africana à numero 34. ad 56. ubi referuntur Canones permulti ejuſdem Concilii III. Carthaginenſis. Sed tantum inter Hipponienſes Canones, ad numerum 32. ejuſdem Collectionis.

LVIII. Ut geſta Concilii Epiſcoporum ſubſcriptionibus confirmentur. *Hæc fuit nimirum concluſio iſtius nominatiſſimæ Synodi.* 50. 56. *Carth. III. vulgatum.* *Collectio Africana.*

Atque hæc nolim ſic accipias (erudite Lector) velut hujus Concilii Canonum abſolutiſſimam & ordinatiſſimam ſeriem. Sed à me adnotata ſcias, ut appareat, quid quaſi certo, quid tantum probabiliter è Ferrando ad eam reſtituendam elici poſſit. Et ut hoc meo cuicuimodi ſtudio tu quoque invitatus, in eam ſuis omnibus complendam numeris, antiquorum maxime Codicum ope adlabores.

IN BREVIARIUM CANONICUM CRESCONII.

IN PRÆFATIONEM.

CRESCONII] Sic legimus in antiquis Codicibus, Trecenſi, Remenſi, & Thuano; tametſi *Creſconios* aliquot exhibeat Victoris Notitia, & alii Scriptores: quare, nos quoquo *Creſconium* uſitatiore forma paſſim ſcripſimus. Hunc autem & Epiſcopum fuiſſe Africanum, & floruiſſe circiter annum Chriſti, DCXCVIII. Probat Inſcriptio antiqui Codicis Vaticani, ſupra ex Baronio relata in præfatione ad Lectorem.

SIRICII, INNOCENTII, ZOSIMI, CÆLESTINI, LEONIS ET GELASII.] Refert Creſconius ſua decreta omnia ex horum ſex Pontificum epiſtolis decretalibus, eo ordine digeſtis quo exſtant in Collectione Decretorum, cujus auctor Dionyſius, eam Juliano tituli Sanctæ Anaſtaſiæ Presbytero inſcripſit. Ea Collectio Dionyſiana tota continetur in Codice veteri Canonum Eccleſiæ Romanæ, primum Moguntiæ anno 1525. poſtea anno 1609. Pariſiis edito; cum aliis multis recentiorum Pontificum Decretis ei ſuperadditis. At in tomis Conciliorum, has ipſas epiſtolas paulo aliter vel inciſas in ſeipſis, vel inter ſe ordinatas reperies.

SIRICII ergo decreta citat ex prima dumtaxat ejus epiſtola, ad Himerium Tarraconenſem Epiſcopum, in titulos XV. diviſa.

INNOCENTII, ex ejus epiſtolis I. II. III. IV. V. VI. IX. XVIII. XXI. XX. & XXII. vulgari ſingularum in ſuos titulos diviſione ſervata.

ZOSIMI, ex epiſtola tantum prima, trium non amplius titulorum, ad Heſychium Epiſcopum Salonitanum.

CÆLESTINI, ex tribus prioribus ejus epiſtolis: prima titulorum XIII. ſecunda titulorum VI. tertia titulorum trium. Ita ut ejus decretum XIV. ſit primus titulus epiſtolæ ſecundæ: & decretum XX. ſit primus titulus epiſtolæ tertiæ.

LEONIS, ex ejus epiſtolis I. IV. III. XCII. LXXXIV. & LXXIX. ſecundum recentiores editiones, quibus inſertæ ſunt epiſtolæ. XIV. & XXIV. quæ deſunt in antiquis: unde eſt quod epiſtolæ quæ nunc ſunt XCII. LXXXIV. & LXXIX. habentur in antiquis editionibus binario inferiores, hoc eſt XC. LXXXII. & LXXVII.

GELASII denique, ex ejus epiſtola ad Epiſcopos Lucaniæ, quæ nona cenſetur in recentioribus tomis Conciliorum, ubi nullis numeris diſtinguitur. At in editione Conciliorum Colonienſi anni 1551. ponitur prima, & triginta numeris diviſa: cum tamen eam habuerit Creſconius, diſtinctam in numeros tantum XXVIII. Quæ ratio fuit cur nos citatis ad marginem Breviarii Creſconiani omnibus horum ſex Pontificum decretis, juxta ordinem & numeros quibus diſtinguuntur in tomis Conciliorum; in allegandis titulis ex Epiſtola Gelaſii, etiam prima cujuſque decreti verba dederimus, deſumpta ex longiori opere, ſeu Libro Canonum Creſconii, in quo integros ipſos Canones & decreta deſcripſit.

IN CAPITULA BREVIATIONIS
CRESCONII.

36. INNOCENTII, tit. IX.] Dicerem, ſcriptum à Creſconio, *tit. XLI.* vel *tit. XLV.* quibus locis, Antiochenæ Eccleſiæ privilegia Innocentius commemorat: niſi auctor idem ea parte libri Canonum, quæ huic Breviarii loco reſpondet, Innocentii titulum nonum integrum deſcriberet. Ubi agens de Jure Metropolitanorum, adeoque Metropolenn, ejus ipſius Nicæni Canonis meminit, quem hic ei Creſconius prænotavit.

249. DE ACCUSATO, VEL ACCUSATORE] Quem hic citat Creſconius Canonem Collectionis Africanæ XXX. eique proximum XXIX. *Placuit univerſo Concilio ut qui excommunicatus, &c.* (relatos à Ferrando Cap. LIV. & CXCVIII. ex Concilio Hipponiregienſi); monuit me doctiſſimus noſter Sirmondus, ſe reperiſſe in veteri Codice, inſcriptos Concilio celebrato, *Hierio & Ardabure X. CC. Conſulibus. VIII. Kalendas Octobris, in Baſilica ſancta Leontina.* Hi Conſules annum ſpectant æræ Dionyſianæ 427. Extant S. Auguſtini ſermones aliquot, habiti in Baſilica Leontina, ſeu Leontiana: quorum in uno, qui eſt XIII. de diverſis, ſic dicta ſignificatur à S. Leontio conditore, cujus depoſitio anno illo in ipſum Dominicæ Aſcenſionis diem incurrebat. Et hunc Leontium cenſet Baronius in notis ad Martyr. Rom. 13. Januarii, littera g. fuiſſe Epiſcopum Tagaſtenſem. Cum ergo ſit epiſtola Auguſtini LXVII. *ad Alipium ſenem*, hoc eſt, Primatem; mea conjectura eſt, & Baſilicam Leontinam Tagaſtæ fuiſſe, in Auguſtini patrio ſolo: & duos illos Canones primum ſancitos anno Chriſti, 393. in Concilio Hipponiregienſi: tum repræſentatos in Carthaginienſi, anno 419. ad ultimum confirmatos in Concilio Tagaſtenſi, Provinciæ Numidiæ, quod anno 427. præſide Alipio Tagaſtenſi Epiſcopo, & Numidiæ Primate celebratum eſt.

FINIS.

ALEXANDRI

ALEXANDRI POLITI

A SANCTO SIGISMUNDO,

Scholarum Piarum Theologi,

DE

PATRIA IN TESTAMENTIS CONDENDIS POTESTATE,

AD ILLUSTRISSIMUM DOMINUM

SALVINUM SALVINIUM,

PATRITIUM FLORENTINUM,

FLORENTINÆ ACADEMIÆ CONSULEM AMPLISSIMUM.

Digitized by Google

ILLUSTRISSIMO ATQUE EXCELLENTISSIMO DOMINO D.

LUDOVICO PISANO,

PATRITIO ET SENATORI VENETO, S. MARCI PROCURATORI, &c.

CAROLUS POLITUS

FLORENTINUS SALUTEM.

QUOD Cyneæ olim Pyrthi Epirotæ regis legato eontigiſſe fertur, ut Romana ei urbs templum, Senatus regum quidam conſeſſus videretur; id ſi ætate noſtra omnibos iis accidere dixerim, quos Venetiæ, Veneti illæ Imperii ſedes & caput, ex omnibus fere terris frequentiſſimos trahunt, non multum a vero aberraverim. Nam & urbs optimis legibus atque inſtitutis, publicarum privatarumque rerum ſanctimonia, ſacrarum ædium ſplendore, civium erga Deum pietate, auguſtum quoddam Chriſtianæ Religionis templum videtur; & Senatus, gravitate, prudentia, auctoritate Patrum, βασιλέων πολλῶν συνέδριον. Neque vero ulla eſt in terris reſpublica, quam plures videlicet ſelectiſſimi & virtute præſtantes viri in eommune commodum regant atque adminiſtrent, & græce ἀριστοκρατίαν dicimus, quæ propius, quam Veneta, ad Romanæ olim Reipublicæ magnitudinem accedat, aut Romanam ſelicius virtutem æmuletur. Habet & Veneta Reſpublica præclaras omnes belli paciſque artes, quibus innixa gloria nominis Romani ſtetit, & per totum late orbem terrarum circunlata eſt. Habet & ſuos Camillos, Papirios, Fabios Maximos, Curios Fabricioſque, Scipiones, Æmilios, Torquatos, Lucullos, Pompejos, alios longe plures exempli antiqui domi militiæque viros, quorum plane virtute res Veneta adeo aucta firmataque eſt, ut veram jam veteris Romæ imaginem præſeferat. Ex his ſi te, LUDOVICA PISANA, Marco Catoni contulero, aut etiam prætulero, Poreiæ gentis principi illi & clariſſimo viro, non erit, opinor, cur multum à me alii diſſentiant, quibus qualitercunqoe innotueris. Quis autem vel ex ultima barbarie LUDOVICUM PISANUM, Venetæ illud Reipublicæ ſingulare ornamentum, ignoret, niſi ad quem forſan Veneti unquam nominis fama non pervenerit? Quemadmodum enim dignus ſummis laudibus viſus eſt Cato, quod tres ſummas in homine res præſtiterit, optimus orator, optimus imperator, optimus ſenator: ita quum tibi Catonianæ nullæ virtutes deſint, tria hæc ſumma præterea amplexus es ſummi viri & præſtantiſſimi civis decora, ut, raro alibi exemplo, optimum te Senatorem exhibeas, optimum Equitem, optimum Procuratorem. Fuit hæc etiam ſingularis Catonis laus, quod triumpho & cenſura ſuper cetera inſignis, magis tamen etiam claritate litterarum extiterit, præceptis omnium rerum expetendarum datis generi Romano. Tibi vero ſatis non fuit, poblicis ad potentiſſimos Eutopæ reges legationibus, Veneti majeſtatem imperii, ad exterarum nationum admirationem, ſuſtinere, & graviſſima quæque obire Reipublicæ tuæ munia, ſed, quum doctiſſimus ſis, doctos homines amas, tam amanter excipis & perhonorifice, ut divinitus nobis datus eſſe videaris, cujus præſidio & regia propemodum munificentia frigeſcentes jam in Italia litteræ, priſtino ſuo honori reſtituantur. Atque hæe potiſſimum cauſa fuit, cur, quum mihi in animo eſſet, publici juris facere, quos de Patria in Teſtamentis Coodendis Poteſtate ad Florentinæ Academiæ Conſulem ſcripſit nuper libros Alexander frater meus, eos tibi offerre non dubitaverim, quo uno maxime ſautore ſtabunt litteræ & florebunt: non quod digni ſatis hi ſint, qui nomine inſcribantur tuo; ſed, ut ſi tibi frater meus ſentiat, non multum diſplicuiſſe, incipiat tandem ſummas inter difficultates eonfirmari animo, &, quæ præ manibus ſacræ profanæque eruditionis non pauca habet, publico bono aliquando expediat. Scio enim, quantum ille tibi vel ignotus & longe diſſitus ſtudeat, quantum Venetam gentem colat æſtimetque, quantumque velit aliquos ex laboribus ſuis, qualeſcunque illi demum fuerint, Veneti nominis gloriæ conſecrare. Vale, Vir Illuſtriſſime, atque eo quoque, Catone primo præſtantior, quod hie plurimorum odio laboraverit, quater & quadragies poſtulatus, & ſemper abſolutus; tibi morum ſuavitas, liberalitas erga omnes & ſingularis benevolentia, civium tuorum voluntatem, generis humani amorem promeruerit.

Florentiæ Nonis Febr. MDCCXII.

CAROLUS

CAROLUS POLITUS

Benevolo Lectori Salutem.

ALEXANDRI Politi fratris mei, Theologi hominis, cui Scholarum Piarum Ordinem profeſſo, ut gens illa ſolet, cognomen A Sancto Sigiſmundo *factum eſt, tenue vides Opus atque ab ejus inſtituto longe diverſum. Multa ille alia majoris longe moliminis meditatur: quæ uti-nam perficiat aliquando, & Litterario Orbi communicet! iniquos enim ſtudiis ſuis aliquot ho-mines & alienos, non ſemel expertus eſt. Interim, horis fere ſubceſivis, hos* De Patria in Teſtamentis Condendis Poteſtate *libros, optimi viri rogatu, ſcripſerat; atque ita ſcripſe-rat, ut edi voluiſſe videretur. Sed, quum editionem more ſuo differret, atque alias ex aliis cauſſas necte-ret: ego veritus, ne & iſtud qualecumque Opus, ſicut alia ejus plura, intercideret periretque, ab ipſo ægre impetratum, typis committendum cenſui. Novum mihi videbatur, civile argumentum non incommode ab eo pertractatum, qui civili nunquam antea juri ſtuduiſſet; neque tam moleſtum fore juriſconſultis putabam, quod aliquas illorum opiniones pervellat, quam jucundum, quod ſe jus civile neſcire confeſſus fuerit. Placebat etiam rerum multarum varietas, quas cauſſæ ſuæ congruenter apteque accommodat, &, quod in rerum va-rietate difficillimum eſt, unus quidam & continuus Romanæ orationis tenor. Hinc neque tibi, Benevole Lector, diſpliciturum eſſe arbitror Opus, in quo aliquid certe invenias, quod ingenio tuo ſapiat, quicunque de-mum fueris, aut quocumque oculo legeris, Philologus, Philoſophus, Theologus, Juriſperitus. Meam tibi pla-cendi voluntatem æqui bonique conſule, dum tantum mihi juris in ſcripta fratris mei arrogo; & favore tuo labores ejus proſequere. Vale.*

MARCI ANTONII,

ORATORIS ELOQUENTISSIMI,

De Juris Civilis ſtudio

JUDICIUM.

Ex Cicerone Lib. I. de Oratore.

SI leges nobis, aut ſi hominum peritorum reſponſa cognoſcenda ſunt, veremur ne ea, ſi ab adoleſcentia juri civili minus ſtuduerimus, non queamus cognoſcere? Nihilne igi-tur prodeſt oratori juris civilis ſcientia? Non poſſum negare, prodeſſe ullam ſcien-tiam, ei præſertim, cujus eloquentia copia rerum debeat eſſe ornata: ſed multa & ma-gna & difficilia ſunt ea, quæ ſunt oratori neceſſaria, ut ejus induſtriam in plura ſtudia diſtrahere nolim. Quis neget, opus eſſe oratori in hoc oratorio motu ſtatuque, Ro-ſcii geſtum & venuſtatem? tamen nemo ſuaſerit ſtudioſis dicendi adoleſcentibus in geſtu dicendo, hiſtrionum more, elaborare. Quid eſt oratori tam neceſſarium, quam vox? tamen, me auctore, ne-mo dicendi ſtudioſus, Græcorum more, & tragœdorum voci ſerviet, qui & annos complures ſeden-tes declamitant, & quotidie, antequam pronuncient, vocem cubantes ſenſim excitant, eandemque, cum egerunt, ſedentes, ab acutiſſimo ſono uſque ad graviſſimum ſonum recipiunt, & quaſi quodam-modo colligunt. Hoc nos ſi facere velimus, ante condemnentur ii, quorum cauſſas receperimus, quam toties, quoties præſcribitur, Pæanem aut Munionem citarimus. Quod ſi in geſtu, qui mul-tum oratorem adjuvat; & in voce, quæ una maxime eloquentiam vel commendat, vel ſuſtinet, ela-borare nobis non licet: ac tantum in utroque aſſequi poſſumus, quantum in hac acie quotidiani mu-neris ſpatii nobis datur: quanto minus eſt ad Juris Civilis perdiſcendi occupationem deſcendendum? quod & ſummatim percipi ſine doctrina poteſt, & hanc habet ab illis rebus diſſimilitudinem: quod vox & geſtus ſubito ſumi, & alicunde arripi non poteſt: juris utilitas ad quamque cauſſam, quamvis repente, vel a peritis, vel de libris, depromi poteſt.

ALEXANDRI POLITI
A SANCTO SIGISMUNDO
SCHOLAR. PIARUM THEOLOGI,
DE PATRIA IN TESTAMENTIS CONDENDIS POTESTATE,
AD ILLUSTRISSIMUM D. D.
SALVINUM SALVINIUM.
LIBER I.

CAPUT I.

HEnrici Brenkmanni commendatio. Theologo Juris Civilis cognitio neceſſaria. Ea ſine Pontificio Jure perfecta eſſe non poteſt. Magna veterum Jureconſultorum barbaries. Budæus, Alciatus, Duarenus, Alexander ab Alexandro, Lælius & Franciſcus Taurellii, Briſſonius, Fabri, uterque Gothofredus, Antonius Auguſtinus, Cujacius, ab elegantiâ commendati. L. Craſſi Sententia de XII. tabularum libello laudatur. Diſſertationis occaſio atque argumentum. Sex. Ælius Juris Civilis peritiſſimus. Summa Conſulis Florentini auctoritas. Auctoris præfatio.

I. LAudabile Clariſſimi Viri, utriuſque noſtrûm amiciſſimi, Henrici Brenkmanni, in Florentinis Pandectis recenſendis reſtituendiſque ſtudium ſæpe nos movit, Salvine Salvini, Conſul Ampliſſime, ut de toto Jure Civili, deque ejus præſtantiâ & utilitate, ſermonem haberemus. Inter cetera verò, quæ paucos ante dies ultro citroque uberrimè diſputavimus, illud etiam additum memini, quod de Oratoribus affirmavit Tullius, iis, qui perfecti Theologi eſſe vellent, Juris Civilis cognitionem eſſe neceſſariam. Quàm multa enim in uſu hominum quotidiano occurrere conſueverunt, in quibus, ſi æquum ab iniquo diſcernere Theologus ignoret, de humano genere peſſimè mereatur, neceſſe eſt? &, quum ea ſit utriuſque Juris, Pontificii Civiliſque, ſocietas & colligatio, ut unum ſine alterius ſcientiâ ſubſiſtere nequeat; Prudentia autem Canonica ad exactam divinarum Rerum doctrinam optimamque Eccleſiæ inſtitutionem, plurimùm conferat; quis etiam Theologo ad rectum atque exquiſitum de rebus omnibus judicium Civilium Legum peritiam maximè conducere non fateatur? Sed, quum graviſſimè de præteritorum temporum infelicitate nobiſcum ipſi quereremur, quòd tanta, undique Barbaries Juris utriuſque Conſultorum libros atque ingenia occupaſſet, ut, pudendo humani generis errore, non niſi Barbarè Jus explicari poſſe videretur; noſtræ deinde ætati gratulati vehementer ſumus, quòd Civilem Scientiam veteri reſtitutam elegantiæ Romanaſque jam Leges Romano ſermone conſcriptas habeamus. Doctiſſimos autem viros ſummis laudibus celebrandos duximus, Guilielmum Budæum, Andream Alciatum, Franciſcum Duarenum, Alexandrum ab Alexandro, Lælium & Franciſcum Taurellios, Barnabam Briſſonium, Fabros, utrumque Gothofredum, Archiepiſcopum Tarraconenſem Antonium Auguſtinum, &, Juriſconſultorum proximæ ætatis maximum, Jacobum Cujacium, qui præ ceteris omnibus, quos Juris Interpretes noſtri, non quos Græci πραγματικοὺς vocant, barbariem è Latinis longè Legibus expulerint doctrinæque non minùs, quàm ſermonis, elegantiâ exornaverint.

II. Ea verò dum in receſſu meo diutiùs me teneret cogitatio; pulcherrimamque illam mecum ipſe perpenderem Lucii Craſſi apud Ciceronem ſententiam, Bibliothecas ſcilicet, omnium Philoſophorum uno XII. tabularum libello & auctoritatis pondere & utilitatis ubertate ſuperari, quo nihil magnificentius, nihil excelſius, aut auguſtius dici unquam poteſt: vir quidam nobilis, Florentinus Civis, gravis moribus, atque ætate, improviſus ecce advênit, ſententiam meam graviſſimâ de re, quæ ad civilem quæſtionem pertineret, rogaturus. Huic ego primùm ceperam meam excuſare Civilis Juris inſcitiam: aliena mea eſſe ab eo inſtituto ſtudia; neque humanas mihi Leges, ſed divinas; veterumque Theologorum ſcripta, ante oculos verſari: alibi Sextum Ælium quærendum, quem, propter hanc Juris Civilis ſcientiam, *egregie cordatum hominem* Ennius nuncupavit. Verùm quum ipſe magis magiſque urgeret, & Cardinalis nuper Medicei, quem nobis fata, cum ſummo Etruriæ totius mœrore, eripuerunt, Theologum ordinarium publicumque Theologiæ magiſtrum, cujuſmodi me eſſe audierat, rectum humanorum judiciorum arbitrum diceret eſſe poſſe & debere; meæ coactus ſum exiſtimationi conſulere hominiſque acquieſcere voluntati. Aiebat, quatuor ſibi ex juſto matrimonio filias, tres filios eſſe, quibus omnia bona ſua æquâ portione, condito jam teſtamento, reliquerat. Verùm filium ſecundo loco genitum, ſe invito atque etiam reſiſtente, etſi minimè emancipatum, matrimonium cum puellâ contraxiſſe, honeſtâ quidem honeſtiſque ortâ parentibus, ſed imparis tamen conditionis, plebeiâ matre; ipſâ verò bonis adeò fortu-

næ deſtitutâ, ut ei ſponſus tenuem quamdam dotem, verecundiæ cauſſâ, ſcribere voluerit. Hinc detrimenti plurimum familiæ ſuæ proveniſſe, vir ille optimus querebatur. Nam, quum connubio hujuſmodi avitæ nobilitatis ſplendor obſcuratus ſit aliquâ ex parte & diminutus; filiarum natu maxima, quæ, paribus nuptiis, cum clariſſimo Cive jungenda mox erat, matrimonii ſpem amiſit; cjuſque ſororibus non niſi ad imparis ordinis ſponſos deterioreſque nuptias adſpirare jam licet. Quapropter, ni velit pater inferiori matrimonio filias jungi, dotem ſupra modum augendam ſibi eſſe affirmabat. Quemadmodùm filiorum ejus natu maximus, ſi parem ſibi nobilitate uxorem accepturus eſt, longè minori dote contentus eſſe cogitur, quàm dubio procul recepiſſet, ſi minor ille frater impari hoc connubio familiæ ſuæ ſplendorem non offuſcaſſet. Igitur, ut tantam domûs ſuæ jacturam, qua poſſet ratione, Paterſamiliâs redintegraret, ſibi in animo eſſe affirmabat, teſtamentum reſcindere, quo in ſua omnia bona filios omnes ſuos æquali parte ſuccedere juſſerat, & poſterioribus noviſque tabulis ingratum illum noxiumque filium heredem quidem legitimæ portionis, æquè ac alios filios, inſtituere; ſed cetera tamen omnia bona, quæ legitimæ cujuſlibet portioni ſupererant, bonis filiis & filiabus, longè majori parte & quocunque alio nomine, relinquere. An id ſibi ex jure liceret, petebat; ſimulque ut ſententiam meam ſcripto & rationum legumque auctoritate firmarem. Id ego eſſe reſpondi *περιφόρητον καὶ πολυθρύλλητον τοῖς πᾶσι*, lippis, ut aiunt, & tonſoribus notum; neque explicatione meâ aut Delio aliquo natatore, indigere: liberum ei abſolutumque jus in bona ſua eorumque diſtributionem ſupereſſe, dummodò filium, eam ob cauſſam, quam ipſe afferebat, legitimæ portionis hereditate & juſto inſtitutionis titulo, non fraudaret. Ille verò alienam invidiam & commune vulgi malè ſentientis judicium cauſſatus, cui niſi ipſe ſcripto meo occurrat atque, ex ſolemni Pontificii Civiliſque Juris normâ, conſilii ſui æquitatem oſtendat, bonam de ſe opinionem apud omnes periclitari, ingratique in filium patris nomine reprehenſum iri; non ante me ad operoſum otium meum redire permiſit, quàm mihi è manibus diſſertationem hanc de Patriâ in teſtamentis condendis poteſtate extorqueret. Invitus, fateor, provinciam hanc ſuſcepi; in quâ actum agere voluiſſe videar, doctiſſimorumque hominum, qui iſtis de rebus præclarè ſapienterque ſcripſerunt, dicta recoquere. Sed, quandoquidem mos homini gerendus fuit, qualecunque illud eſt, quod elapſum potiùs videri poteſt, quàm elaboratum; ut tutiùs in manus hominum perveniret, tibi, Vir Clariſſime, commendatum volui, cujus doctrina ſingularis & ſumma apud omnes auctoritas, præſidio eſſe illi poſſit atque ornamento. Neque enim alienus favor, ſed tua tibi virtus, ampliſſimum iterùm detulit Florentinæ Academiæ Conſulatum. *De me autem ipſo* illud Marci Antonii ad Craſſum præfabor, *neque me unquam Jus Civile didiciſſe; neque tamen in iis cauſſis, quas in Jure poſſem defendere, unquam iſtam ſcientiam deſideraſſe.* Et cum Ariſtophane,

Ἐκ τῶν ποδῶν ἐς τὴν κεφαλήν σοι πάντ᾽ ἐρῶ.

A calce dicam cuncta ad uſque verticem.

CAPUT II.

Ut valeat teſtamentum, filius à patre aut heres inſtitui debet aut exheredari nominatim. Exheredationis cauſſa in teſtamento exprimenda & per heredem probanda. XIV. exheredandorum liberorum cauſſæ. An ſine cauſſa olim exheredari filii potuerint? Liberum fuit jus parentibus in vitam liberorum. Liberis damnatorum portio hereditatis conceditur. Auctoris retractatio. Barbaræ & impiæ Romuli de paternâ in filios poteſtate leges. Antonius M. Salvinius, vir ſummus, laudatus. Britannicus ad Magnum Etruriæ Ducem Legatus, Henricus de Novâ Villâ. Dionyſii Halicarnaſſenſis locus. Ex Romuli Lege major patri in filium, quàm hero in mancipium, poteſtas. Ephialtis Ephori lex. An Teſtamentum ſit ipſo jure nullum; an verò, veluti inofficioſum, reſcindendum, quo filius ſine legitimâ cauſſâ exheredatur. Cajetani Moniliæ, honeſtiſſimi adoleſcentis, laus. Vera Cl. Viri Franciſci M. Corſignanii Advocati commendatio. Laus Didaei Covarruvias. An aliæ cauſſæ, præter Juſtinianeas, exheredandis liberis ſufficiant? Sufficiunt ſimiles aut ſaltem majores. Sylveſtri Prieratis in enumerandis illis cauſſis confuſio. Res exemplo illuſtrata. Juliani ſententia ab Ariſtotele accepta. Petrus Victorius laudatus. Leonardus Aretinus notatus. Simile Jus, ubi ſimilis Ratio. Pulcherrima S. Auguſtini ſententia. S. Auguſtinus explicatus. Inofficioſa parentum donatio, quoad portionem liberis debitam, revocanda. Quæſtionis initium, an juſta ſit exheredationis cauſſa, ſi filius præter patris voluntatem uxorem duxerit.

I. ATque illud in primis extra controverſiam ſtatuendum eſt, quod olim quæſitum teſtatur Tullius lib. 1. de Oratore, nullius eſſe ponderis teſtamentum, quo pater filium, quem in poteſtate ſuâ habet, neque heredem neque exheredem ſcribat nominatim. Ita Lex *Inter cetera.* D. *de liberis & poſtumis heredibus inſtituendis vel exheredandis.* Et Lex *Teſtamentum.* D. *de injuſto rupto & irrito facto teſtamento.* Atque hinc Imperator Juſtinianus ſua tranſcripſit in Inſtitutiones lib. II. tit. XIII. *de exheredatione liberorum.* Attamen, ut vis teſtamento inſit, quo paternorum bonorum exheres factus eſt filius, exprimenda ibidem eſt à teſtatore cauſſa & per heredem poſteà comprobanda. Quod ab Juſtiniano ſancitum diſertiſſimè legimus in Novellâ CXV. tit. *Ut cum de appellatione cognoſcitur, ſecundùm illas leges debeat judicari* §. *Aliud quoque Capitulum.* in hæc verba: *Sancimus igitur non licere penitus patri vel matri, avo vel aviæ, proavo, vel, proaviæ, ſuum filium vel filiam vel ceteros liberos, præterire aut exheredes in ſuo facere teſtamento; nec ſi per quamlibet donationem vel legatum vel fideicommiſſum*

miſſum vel alium quemcunque modum, eis dederit legibus debitam portionem: niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſſas parentes ſuo inſeruerint teſtamento. Et in Authenticâ *Non licet. C. de liberis præteritis vel exheredatis.* & in Lege *Omnimodo. C. de inofficioſo teſtamento.* Sed non omnis legitima nunc eſt filiorum exheredandorum cauſſa.

II. Itaque ſummus prudentiæ Civilis arbiter & moderator, Juſtinianus cauſſas plane omnes, quibus exheredandi meritò liberi viderentur, ſolemni lege comprehendendas ſibi eſſe exiſtimavit; eaſque ad quatuor & decem retulit in Novellâ Conſtitutione CXV. cujus modò mentionem fecimus, §. *Aliud quoque Capitulum.* An vero, veteri Romanorum Jure, potuerint filii à parentibus, ſine ullâ prorſus cauſſâ, exheredes pro arbitrio fieri, dubia res eſt, nec ſatis digna, quæ hîc à nobis operoſiùs inquiratur. Affirmat gloſſa in Authent. *Non licet C. de liberis præteritis*, & Franciſcus Hotomannus, qui à contrario ſenſu id probat ex Lege, *Si poſtumus. D. de liberis & poſtumis.* §. *Si quis ita ſcripſerit.* Negat auctor non magni nominis, Helfrico-Ulricus Hunnius Variarum Reſolutionum Juris Civilis lib. II. tract. V. quæſt. XXI. cui ego primùm adhæſeram: etſi minimè ignorarem, quanta quàmque abſoluta, veteri olim conſuetudine, quam, Urbis conditor, Romulus, teſte Dionyſio Halicarnaſſeo, lib. II. latâ lege, ſancivit, tributa fuerit parentibus in vitam necemque filiorum poteſtas, ex Lege, *In ſuis heredibus. D. de liberis, & poſtumis*, & Lege, *Liberati. C. de Patriâ poteſtate.* Nam, ne Hutomanno aſſentirem, facere videbatur luculentum Julii Paulli, veteris Juriſconſulti, teſtimonium lib. ſingulari *de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur*, & habetur L. I. D. tit. *de portionibus, quæ liberis damnatorum conceduntur*, juxta Venetam Juntarum editionem: *Quum ratio naturalis, quaſi lex quædam tacita, liberis parentum hereditatem adjiceret, velut ad debitam ſucceſſionem eos vocando, propter quod & in Jure Civili ſuorum heredum nomen eis inditum eſt; ac, ne judicio quidem parentis, niſi meritis de cauſſis, ſubmoveri ab eâ ſucceſſione poſſunt: æquiſſimum exiſtimatum eſt, eo quoque caſu, quo, propter pœnam parentis, aufert bona damnatio, rationem haberi liberorum.* Ita locus hic cum Pandectis Florentinis legendus.

III. Verùm, dum rem poſteà meliùs conſidero, exheredes filios abſque cauſſâ ſcribere videtur, antiquiſſimo ſanè Romanorum Jure, licuiſſe: quum & occidere liceret. Sed meritò poſtea, ipſâ naturali ratione dictante, à tam ſævâ atque inhumanâ Legum διατάξει receſſum eſt, primò quidem per ſolemnem de inofficioſo teſtamento querelam, ſub colore inſaniæ paternæ: deinde & per alias leges ac Principum conſtitutiones. Cujus certè juris æquitatem eleganter commendat in allato loco Paullus, meliori longè judicio, quàm barbaras illas atque impias de paternâ in filios poteſtate Romuli leges, probaverit, Græcus homo, Dionyſius Halicarnaſſeus lib. II. Hujus tamen locum, quòd ad reverentiam pietatemque filiorum erga parentes commendandam plurimùm facit, latinum exhibeo, ex elegantiſſimâ Oxonienſi editione Clariſſimi Viri Johannis Hudſoni; atque ex eo ipſo exemplari, quod Antonio M. Salvinio, ſummæ apud nos doctrinæ nobilitatiſque viro, tuoque, Salvine Ampliſſime, fratri, perpetuum obſequii amicitiæque ſuæ teſtem, dono dedit Britannicus ad Magnum Etruriæ Ducem Coſimum III. Legatus, & ſuavitate morum eruditioniſque præſtantiâ Etruriæ toti chariſſimus, Henricus de Novâ Villâ: *Leges vero, quas tulit* (Romulus) *de liberorum reverentiâ & pietata erga parentes, ut eos colerent, omnia eorum imperata facientes, longè majorem, quàm hæ ipſa, gravitatem & ſplendorem habent; & noſtras leges longè ſuperant. Qui enim Græcas Rerumpublicarum formas conſtituerunt, quoddam tempus admodùm breve ſtatuerunt patriæ poteſtatis in liberos: alii quidem, donec tertium pubertatis annum explevifſent: alii verò, quandiu cœlibes manſiſſent: alii verò, donec publicè inter viros adſcripti eſſent. Ut acceperant ex legibus Solonis, & Pittaci & Charondæ, quorum magna ſapientia omnibus teſtata eſt: pœnas etiam in contumaces liberos ſtatuerunt non graves, permittentes patribus, ut illos domo expellerent, & exheredarent, præterea nihil. Illæ autem non ſufficiunt ad compeſcendam juventutis inſaniam & ingenii ferocitatem: neque poſſunt leves pœnæ rerum humanarum contemptores ad temperantiam reducere. Quare apud Græcos multa in parentes turpia liberi committunt. At Romanorum Legiſlator omnem, ut ita dicam, poteſtatem in filium patri conceſſit; idque toto vitæ tempore, ſive eum in carcerem conjicere, ſive flagris cædere, ſive vinctum ad ruſticum opus detinere, ſive occidere vellet: licet filius jam Rempublicam adminiſtraret, & inter ſummos Magiſtratus cenſeretur, & propter ſuum ſtudium in Rempublicam laudaretur.* Affert deinde Halicarnaſſenſis aliqua paternæ hujus poteſtatis exempla, quæ eò uſque progreſſa eſt, ut efferata quædam tyrannis benè inſtitutis gentibus videri potuerit: quum majorem patri in filium, quam hero in mancipium, poteſtatem Romulus largitus ſit; licueritque adeò patri ternâ filii venditione pecuniam quærere. Et hæc quidem ab ipſâ Urbis Imperiique origine de patriâ poteſtate Romanorum jura. Nam, quoad alias gentes, alia alibi inſtituta viguerunt: & de Lacedæmoniis conſtat, apud eos rogatam eſſe ab Ephialte Ephoro legem, ut fas eſſet patri, liberis præteritis, extraneos ſcribere pro arbitrio ſucceſſores.

IV. Sic etiam ad noſtrum inſtitutum quæſtio illa parùm pertinet, quam tamen graviſſimis cauſſis plurimùm deſervire non diffitemur: an teſtamentum, quo, cauſſâ eâ non expreſſâ, quæ legitima ſit legibuſque probata, filius exheres à patre factus fuerit, ſit ipſo jure nullum, ut vulgus interpretum opinatur; an verò potiùs per querelam de inofficioſo teſtamento reſcindendum ſit, ut ego quidem cenſeo cum doctiſſimo viro, Franciſco Duareno, in lib. XXVIII. Digeſtorum, tit. V. *qui teſtamenta facere poſſunt.* Cap. III. Cujus aliorumque varii generis auctorum copiam mihi è ſelectâ ſuâ Bibliothecâ humaniſſimè fecit Clariſſimus adoleſcens, Civilis Juris apprimè ſtudioſus, meuſque anteà Philoſophiæ auditor, Cajetanus Monilia, quem celeberrima Apathiſtarum Academia meliori longè auſpicio, Principem ſuum nuper nominavit: cujus tamen, meo quidem judicio, maxima hæc laus cenſeri debet, quòd civilis ſcientiæ præceptorem nactus fuerit, eruditiſſimum præſtantiſſimumque virum, cujus ex inſtitutione mirum eſt, quantùm in Juriſprudentiâ ceteriſque bonis Artibus, non ad Etruriæ ſolùm, verùm etiam Italiæ totius, utilitatem atque ornamentum, Juventus proficere conſueverit, alterum veluti Italiæ noſtræ Cujacium, doctiſſimum Anteceſſorem & Advocatum, Franciſcum M. Corſignanium. Unum enim Corſignanii nomen ſatis ſuperque cuique ad omnem laudem ſufficere videtur, cujus ſine dubio domus totius oraculum eſt civitatis; & cui verè illa debetur laudatio, quam Quinto Mucio Scævolæ tribuere ſolitus erat Lucius Craſſus apud Tullium lib I. *de Oratore*, quòd *homo ſit omnium & diſciplinâ Juris Civilis eruditiſſimus, & ingenio prudentiâque acutiſſimus, & oratione maximè limatus atque ſubtilis; atque, ut ego ſoleo dicere, Juriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium Juriſperitiſſimus.* Quanquam & alios ſententiæ hujus auctores afferre poſſem, quos laudat, Hiſpanorum juriſprudentum poſt Antonium Auguſtinum eruditiſſimus,

ditiſſimus, Didacus Covarruvias à Leyva in Caput *Raynutius de teſtamentis* n. VI.

V. Longè major reique noſtræ accommodatior, ea eſt controverſia, quam magna animorum contentione plerique ſibi agitandam ſuſcipiunt; etſi non admodum difficilis viſa ſit Andreæ Fachinæo: utrùm eæ, qùas Juſtinianus nominatim recenſuit, ita ad filios exheredandos cauſſæ requirantur, ut quæcunque aliæ ſimiles majoriſque etiam, quam enumeratæ, momenti, non ſufficiant. Dubitationem ipſa Juſtiniani verba movent: *ut præter ipſas* (cauſſas nempe eâ in lege recenſitas) *nulli liceat ex aliâ lege ingratitudinis cauſſas opponere, niſi quæ in hujus Conſtitutionis ſerie continentur.* Unde non contemnendi auctores omnes alias, quas excogitare unquam licet, cauſſas exheredandis liberis ſatis eſſe poſſe inficiantur, Alexander præſertim in Authent. *Non licet. C. de liberis præteritis*, num. IV. & poſt alios, quos citat & ſequitur Molina tom. I. tract. II. diſputat. CLXXVI. Hunnius quoque de Teſtamentis, quæſt. XIX. Verum ſiquæ aliæ ſimiles occurrant ingrati animi notæ, aut etiam graviores, ut, ſi Patriam prodiderit filius; meritò cum poſſe à patre exheredari, longè verior eſt communiorque ſententia, quam catervatim, cum reliquo Juriſprudentum grege, auctores hi, magni quidam nominis, amplectuntur: Emmanuel à Coſtâ in Legem, *Gallus. D. de liberis & poſtumis. §. & quid ſi tantum* III. parte, num. CLXXV. Angelus in L. *Lex Cornelia. D. de injuriis & famoſis libellis.* Antonius Gomezius tom. I. Variar. Reſolut. Cap. XI. num. XII. Felinus in Caput, *Paſtoralis de Reſcriptis.* Sylveſter Prieras in Summa ad verbum *Hereditas*, ubi tamen gloſsâ deceptus in Cap. *Quintavallis de Jurejurando*, neſcio quid in quatuor illarum & decem cauſſarum enumeratione confundit; illamque veluti extra ordinem additamque cenſet, quæ quarto & decimo ultimoque loco, ex Juſtiniani lege, adſcribenda fuerat, quòd nempe, tanquàm ingratus, exheres à patre fieri poteſt filius, ſi à Catholicâ Religione deficiat. Johannes Angelus Boſſius de Matrimonii contractu Cap. XI. n. CLXIV. Philippus Paſchalis de *Viribus patriæ Poteſtatis.* parte II. Cap. V. num. XIII. Valerius Reginaldus lib. XX n. XXXVIII. Covarruvias in cap. *Raynutius de Teſtamentis.* num. XVI. Clarus §. *Teſtamentum*, quæſt. XLI. ſub initium. Gabriel Vaſquezius *de Teſtamentis* Cap. VI. §. III. num. LXIV. Johannes Lupus in cap. *Per veſtras, de donationibus inter virum & uxorem.* §. XX. num. XV. Fachinæus Controverſiarum Juris lib. VI. Cap. LXXVIII. aliique innumeri, quos referre non vacat, ne ad vanam quandam variæ lectionis oſtentationem videar nuda auctorum & mera nomina, ut plerique ſolent, exſcribere voluiſſe.

VI. Et, meo quidem judicio, digna ea eſt opinio, quam communi Jureconſulti conſenſione comprobaverint. Quid enim abſurdius, ut rem exemplo illuſtremus, quàm liberos, ſi rem cum novercâ aut concubinâ patris habuerint, exheredari à patre poſſe, quòd hanc exheredationis cauſſam expreſſerit Juſtinianus; ſi cum matre, exheredari non poſſe, quòd matrem Juſtinianus omiſerit? Atqui, ut lib. XV, Digeſtorum admonet Julianus, *non poſſunt omnes articuli ſingillatim aut legibus aut Senatûs Conſultis comprehendi: ſed, quum in aliquâ cauſſâ ſententia eorum manifeſta eſt*, is, *qui juriſdictioni præeſt, ad ſimilia procedere, atque ita jus dicere debet.* Quod eſt ab Ariſtotele acceptum Lib. II. Politicorum Cap. VI. ὥσπερ γὰρ καὶ περὶ τὰς ἄλλας τέχνας, καὶ τὴν πολιτικὴν τάξιν ἀδύνατον ἀκριβῶς πάντα γραφῆναι: καθόλου γὰρ ἀναγκαῖον γραφῆναι: αἱ δὲ πράξεις περὶ τῶν καθ᾽ ἕκαστόν εἰσιν. id eſt, *quemadmodum enim in ceteris artibus, ita in civili ordine fieri non poteſt, ut exquiſitè omnia ſcripta ſint: in univerſum enim ſcripta eſſe, neceſſe eſt, actiones autem de ſingularibus rebus ſunt*, juxtà elegantem, eleganti doctrinâ viri, Petri Victorii verſionem. Nam minùs exactè Leonardus Aretinus vertit τὸ ἀκριβῶς, *ad minimum.* Atque hanc Juſtiniani mentem fuiſſe, omnino exiſtimandum, cujus verba παραφραστικῶς ita explicat Fachinæus: *Licet aliæ cauſſæ aliquibus legibus contineantur; ſi tamen non contineantur in Conſtitutione illâ, non licere cuiquam eas opponere, quia Imperator eas pro legitimis non judicavit. Tales autem cauſſæ non ſunt procul dubio, quæ majores vel ſimiles ſunt expreſſis: quoniam illas Juſtinianus approbavit; aut approbaſſe exiſtimandus eſt, propter ſimilitudinem. Sed ſunt leviores, & diſſimiles cauſſæ.* Ita Fachinæus, cujus confirmandæ ſententiæ plurimùm facit gloſſa in Cap. *Cum dilecta de confirmatione utili vel inutili.* ad illa verba: *ejuſdem æquitatis ſimilitudine provocati.* ubi ſic habet: *Similis enim æquitatis ratio ſimilia jura ſuadere videtur.*

VII. Aliis ergo de cauſſis, ubi id ſuadere æquitatis ratio videbitur, permitti patri cenſendum eſt filiorum exheredandorum poteſtatem: modò falſâ pietatis ſpecie quis non decipiatur, ne licere putet ſibi, exheredem filium ſcribere, ut heres Eccleſia conſtituatur. Quâ de re pulcherrima circumferri ſolet omniumque celebrari ſermonibus, Magni Auguſtini ſententia, quam utinam ſacrorum quiſque hominum imitetur! ex Sermone LII. Ad fratres in eremo de Vitâ Clericorum, qui tom. X. Operum Auguſtinianorum, extra ordinem habetur in editione Pariſienſi Claudii Chevallonii an. MDXXXI. *Quicumque vult, exheredato filio, heredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum, immò, Deo propitio, nullum inveniet. Quam laudabile factum ſancti & venerandi Epiſcopi Aurelii Carthaginenſis! quomodo implevit eos omnes, qui ſciunt, laudibus Dei! Quidam enim quum filios non haberet aeque ſperaret, res ſuas omnes, retento ſibi uſufructu, donavit Eccleſiæ. Nati ſunt filii ſibi poſteà: & reddidit Epiſcopus nec etiam opinanti illi, quæ donaverat. In poteſtate habebat Epiſcopus non reddere, ſed Jure fori, non Jure Populi.* Quamquam (quod cum omni honoris atque obſervantiæ erga ſanctiſſimum & doctiſſimum Virum meæ præfatione dictum velim) jure etiam fori liberum non erat Epiſcopo; quæ donatione à patre bona omnia acceperat, filiis poſteà natis, quoad legitimam ſaltem facultatum portionem, non reſtituere. Etenim, juxta Romanas æquiſſimaſque Leges, donationem illam, veluti inofficioſam atque injuriam, quoad partem ſaltem liberis debitam, revocari reſcindique oportebat, ne legitimâ hereditatis portione filii fraudarentur. Sic Philippus Imperator. Sic Valerianus & Gallienus ſanxerant. Sic Diocletianus & Maximianus, ut videre eſt in Codice, tit. *de inofficioſis donationibus. Non convenit dubitari*, Olybrio inquiunt Imperator Conſtantius & Julianus Cæſar, *quòd immodicarum donationum omnibus querela ad ſimilitudinem inofficioſi teſtamenti legibus fuerit introducta: ut ſit in hoc actionis utriuſque vel una cauſſa vel ſimilis exiſtimanda, vel idem & temporibus & moribus.* Quibus addendum Alexandri Auguſti Reſcriptum ad Claudianum Julianum Urbis præfectum, Lege *Titia. D. de Legatis & fideicommiſſis* II. §. *Imperator.* Verum ut ad cauſſas, juſtas illas quidem & rationi conſonas, etſi ab Juſtiniano non recenſitas nominatim, quibus ingratos filios fas erit paternâ excidere hereditate, revertamur: quum inter eas hanc etiam meritò adſcribendam quidam arbitrentur, ſi, invito & reluctante parente, nuptias filius cum imparis præſertim conditionis puellâ contraxerit; locus ipſe admonet, ut rem paullò altiùs exordiamur.

CAPUT

CAPUT III.

Filiorumfamiliâs conjugia, abſque parentum conſenſu, Romano olim jure, irrita. Veneris apud Appuleium querimonia. Eorum reprobata ſententia, qui parentum conſenſum ex honeſtate, non ex neceſſitate, juxta Romanas Leges, ad filiorumfamiliâs conjugia requirunt. Jacobus Cujacius confutatus. Paulli Jurecconſulti ſententia explicata. Contracta legitimè matrimonia ex parentum poſteà voluntate non diſſolvuntur. Ennii, Plauti, & Afranii loca. Afranius a Grutero emendatus. Alb. Gentilis opinio improbata. Exheredari filiam non poſſe, quòd divertere nolit à marito. Non enim eſt ingrata abrogatæ Canonicâ auctoritate Romanæ Leges. Potuit Eccleſia irrita decernere conjugia, quæ abſque parentum conſenſu contraherentur. Irrita illa decerni, aliqui ex Tridentinis Patribus voluere. Cardinalis Lotharingi oratio. Codicis lectio à Cujacio emendata. Accurſii hallucinatio. Vetus Tridentinum Decretum. An, antiquis Eccleſiæ temporibus irrita fuerint conjugia filiorumfamiliâs, abſque parentum voluntate. Evariſti & Baſilii Magni teſtimonia. S. Leo malè ab aliis citatus. Clementis III. mens explicata. An ex honeſtate tantùm, non ex neceſſitate, parentum conſenſum ad filiorumfamiliâs conjugium veteres Canones requiſiverint. Malè ex Auguſtino Gratianus citat, quod eſt alterius auctoris. Triplex ex Gratiano conjugium. Evariſtus quomodò à pluribus explicetur. Summa Canonum auctoritas, quos Romani Pontifices comprobarunt. Canon Evariſto Papæ ſuppoſitus. Vir Hiſpaniæ doctiſſimus, Antonius Auguſtinus. Quo ſenſu clandeſtina connubia, ſtupra.

I. EA patris eſt, publico humani generis ſuffragio, in filium auctoritas: ea eſt, quam patri filius debet, reverentia, ut irrita filiorumfamilias conjugia Romanæ Leges decreverint, quibus parentum conſenſus non acceſſiſſet. Hujuſmodi Leges in Digeſtis referuntur lib. XXIII. tit. *de Ritu Nuptiarum:* nempe Lex, *Nuptiæ*, *L. Si nepos. L. Si filius. L. Nuptiæ II. L. Generali. L. Filiusfamiliâs.* Quibus addi poteſt Diocletiani, & Maximiani Reſcriptum ad Sabinum in Codice tit. *de Nuptiis*, Lege XIII. Confirmanturque ab Juſtiniano in Inſtitutionibus lib. I tit. X. *de Nuptiis: Juſtas autem nuptias inter ſe cives Romani contrahunt, qui ſecundum præcepta legum coeunt: maſculi quidem puberes fœminæ autem viri potentes, ſive patresfamiliarum ſint, ſive filiifamiliarum: dum tamen, ſi filiifamiliarum ſint, conſenſum habeant parentum, quorum in poteſtate ſunt. Nam hoc fieri debere, & civilis & naturalis ratio ſuadet; in tantum, ut juſſus parentis præcedere debeat.* Unde illa eſt Veneris apud L. Appuleium Metamorphoſeon ſive de Aſino Aureo lib. VI. mixta lætitiæ querimonia, quam Magnus quoque Cujacius affert lib. III. Obſervationum Cap. V. *Felix verò ego, quæ in ipſo ætatis meæ flore vocabor avia: & vilis ancillæ filius nepos Veneris audiet. Quanquam inepta ego fruſtra filium ſeu nepotem dicam. Impares enim nuptiæ, & præterea in villâ, ſine teſtibus & patre non conſentiente, factæ, legitimæ non poſſunt videri; ac per hoc ſpurius ille naſcetur: ſi tamen partum omnino proferre te patiemur.*

II. Quare qui Romanas Leges ita interpretantur, ut ex honeſtatis æquitatiſque ratione, non ex neceſſitate, paternus conſenſus requiſitus fuerit, nodum mihi in ſcirpo quærere videntur: quum disertè ſcripſerit Paullus lib. XXXV. ad edictum. *Nuptiæ conſiſtere non poſſunt, niſi conſentiant omnes, ideſt, qui coëunt, quorumque in poteſtate ſunt.* Lege, II. D. *de ritu nuptiarum*, & Juſtinianus lib. I. Inſtitutionum, tit X. *de Nuptiis.* § XII. *Si adverſus ea, quæ diximus, aliqui coierint: nec vir nec uxor nec nuptiæ nec matrimonium nec dos intelligitur.* Nec Jacobi Cujacii, doctiſſimi viri, mihi probatur ſententia, qui injuſſu parentum contractas nuptias cenſet Romano jure non diſſolvi: eaque de cauſſa civilem legem, veluti imperfectam, reprehendit, qua nuptiæ filiorumfamilias injuſſu parentum contrahi prohibentur. *Cenſet enim*, inquit, *uxorem injuſtam eſſe, injuſtos liberos, injuſtas nuptias; nec eas tamen diſſolvit.* Nam, veluti vanas irritaſque, diſſolvendas hujuſmodi eſſe nuptias, quæ contra leges parentumque voluntatem celebratæ ſunt, diſertiſſime præſcribit Juſtinianus de Nuptiis tit. X. *Itaque ii, qui ex eo coitu naſcuntur, in poteſtate patris non ſunt: ſed tales ſunt (quantum ad patriam poteſtatem pertinet) quales ſunt ii, quos mater vulgo concepit. Nam nec hi patrem habere intelliguntur: quum & his pater incertus ſit. Unde ſolent ſpurii appellari* [illegible], *ideſt, à ſatione; &* [illegible], *quaſi ſine patre filii. Sequitur ergò, ut, diſſoluto tali coitu, nec dotis nec donationis exactioni locus ſit.* Cauſſam ita ſentiendi Cujacio aliiſque celebribus Jureconſultis, præbuit parùm bene intellecta Paulli Sententia, qui lib. II. Sententiarum Receptarum tit. XIX. *de Nuptiis*, ſcribit, eorum, qui in poteſtate patris ſunt, ſine voluntate ejus, matrimonia jure non contrahi: ſed contracta non ſolvi. *Contemplatio enim*, inquit, *publicæ utilitatis privatorum commodis præfertur.* Cujus non hic eſt ſenſus, quaſi ratum haberi debeat id, quod nullius fuit initio momenti, reluctante Lege *Non dubium. § quod ad omnes, & §. Sed & ſi quid C. de Legibus & Conſtitutionibus*, ſed quòd, ut non malè explicant alii, atque etiam, ſi Deo placet, Hurmus lib. I. tract. III. quæſtione XVII. ſi voluntate parentum initum ſit matrimonium; non idcirco illud poſtea diſſolvi debeat, quia pater id velit. Atque ad hunc modum accipienda eſt vetus formula apud Bignonium: *Viventibus patribus, inter filiosfamiliâs, ſine voluntate eorum, matrimonia non legitimè copulantur: ſed contracta non ſolvuntur.* Quod ex Ulpiano lib. LXXI. ad edictum, magis explicatur, *Si quis*, inquit Ulpianus, *filiam ſuam, quæ mihi nupta ſit, velit abducere, vel exhiberi ſibi deſideret; an adverſus interdictum exceptio danda ſit, ſi fortè pater concordans matrimonium & fortè liberis ſubnixum velit diſſolvere? Et certo jure utimur, ne bene concordantia matrimonia jure patriæ poteſtatis turbentur.* Lege, *Si Prætor.* D. *de liberis exhibendis.* Hinc nupta ex patris voluntate filia apud Ennium:

Injuriâ abs te afficior indignâ, pater.
Nam, ſi improbum Threſpontem exiſtimaveras,
Cur me huic locabas nuptiis? ſin eſt probus,
Cur talem invitam invitum cogis linquere?

Et Panegyris ac Pinacium ſorores, quarum viri diutiùs aberant, ad Antiphonem ſenem apud Plautum in Sticho Actu II. Scena III.

At enim nos, quarum res agitur, aliter auctores ſumus,
Nam aut olim, niſi tibi placebant, non datas oportuit:
Aut nunc non æquum eſt abduci, pater, illiſce abſentibus,

L. Afranius, ex emendatione Jani Gruteri, in Divortio:

Indignum ò facinus! adoleſcentes optimas,
Bene convenientes concordeſque cum viris,
Repente viduas faciat ſpurcities patris.

Vulgo enim ſic legitur.

O dignum facinus adoleſcentis, optumas
Bene convenientes, concordes quum vires
Repente viduas faciat ſpurcitia patris.

Nec ex his ſimilibuſve locis ſequitur, quod putat Alb. Gentilis lib. IV. Cap. VII. *de Nuptiis*: quòd nempe jure olim potuerit pater diſſolvere, contracta, ſe auctore, filiarum matrimonia: ſed tantùm, quòd nixus aliquando fuerit eas per violentiam à viris abducere. Eam ob cauſſam exheredari feminam non poſſe, quòd, ut patri morem gerat, nolit à marito divertere, optimo æquiſſimoque jure Diocletianus, & Maximianus Auguſti ſanxerunt ad Fauſtinam: *Quum te pietatis religionem non violaſſe; ſed mariti conjugium, quod fueras ſortita, diſtrahere noluiſſe, ac propterea offenſum atque iratum patrem ad exheredationis notam prolapſum eſſe, dicas: inofficioſi teſtamenti querelam inferre non vetaberis*, Lege XVIII. *C. de inofficioſo teſtamento.* Nec enim ingrata eſt filia, quæ, inito ex parentum voluntate conjugio, concordiam cum viro ſuo, invitis poſteà parentibus, colat. Unde Auguſti iidem ad Savianum: *Filia in orbitate patris relicta, cum marito, cui matre volente nupſit, colens concordiam, juſtas offenſionis, poſt ejuſdem matris pœnitentiam, cauſſas non præſtat; nec ex momentaneis voluntatibus matris, nupta atque vidua eſſe compellitur.* Lege XX. ibidem. Ita etiam, quanquàm integram patri vendendi ter filii poteſtatem Romulus feciſſet; legem tamen tulit Numa Pompilius, ut, ſi pater permiſiſſet filio uxorem ducere, *quæ ex legibus particeps* eſſet *& ſacrorum & bonorum*, omni deinceps vendendi filii jure ſpoliaretur, ut auctor graviſſimus eſt Dionyſius Halicarnaſſeus lib. II.

III. Etſi verò Romanæ hac de re Leges Canonico ſanctiorique jure proſcriptæ fuerint, atque ab Œcumenico Tridentino Concilio Seſſ. XXIV. in Decreto de Matrimonio Cap. I. damnati, qui affirmarent, *matrimonia à filiisfamiliâs ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe:* dubitandum tamen non eſt, quod acerrime fuit Tridentinos inter Patres diſputatum, decernere pro ſummâ ſuâ auctoritate potuiſſe Eccleſiam, & poſſe, ſi vellet, ut irrita ea haberentur matrimonia, quæ, abſque parentum conſenſu, filiifamiliâs contraherent, quemadmodùm clandeſtina connubia irrita deinceps fore voluit: ipſiſque inſcio patre initis conjugiis vim omnem certò abſtulerat, antequam Decretum illud ad limam revocaretur, atque ad eum emendaretur modum, quo nunc ſe habet. Acerrimos ſententiæ hujus in Tridentinâ Synodo propugnatores laudat graviſſimus auctor Pallavicinus lib. XXII. Suæ Hiſtoriæ, Antiſtitem Granatenſem, Fuſcararium & Carolum Cardinalem Lotharingum, qui primus omnium, magno verborum & ſententiarum pondere, diſſeruit: *irrita ſimiliter eſſe reddenda matrimonia contracta à filiis abſque parentum voluntate, ſicut Decretum præſcribebat. Notum eſſe naturæ lumine, munus eſſe patris filiæ uxorem dare; & idcirco legi ſæpiùs in antiquis comœdiis, quæ univerſales ſenſus exprimunt: Ego tibi uxorem dabo. Idque pariter haberi in exemplis Sacræ Scripturæ, ubi ſemper conſtat, filias fuiſſe à patribus in matrimonio collocatas.* Et poſt aliqua. *Unum in hac parte Decreti mutandum: nimirum ut, quum hæc auctoritas utrique parenti tribuenda non eſſet, loco vocis, Parentum, diceretur potiùs, Patrum. In Jure Civili etiam, ſecundùm ejus leges, quæ trahunt originem à Chriſtianis Imperatoribus, velut à Theodoſio, à Valentiniano & ab Juſtiniano, reperiri diſertè prohibita ejuſmodi matrimonia, quibus deſit patris permiſſio: quibus prohibitionibus Epiſcopi & Concilia nunquàm repugnarant, poſſe igitur id fieri, & eſſe opportunum ut fieret.* Hactenus Lotharingus, alluſione ad illas Leges factâ, quæ in Codice leguntur, lib. V. tit. IV. *de Nuptiis*: nempe ad Legem, *Viduæ* ubi pro *patris* legendum *matris* cum Cujacio Obſervationum lib. III. Cap. V. & L. *In conjunctione*, de filiabus emancipatis, quæ, ſi quinque, & viginti annis minores fuerint, matrimonium inire, abſque majorum conſenſu, vetantur: quum tamen emancipato filio, dummodò ad pubertatis annos perveniſſet, nulla præſtituta eſſet lex, quominùs, quando vellet, inconſultis parentibus, uxorem acciperet. Contra quàm hallucinatus videtur Accurſius in Legem, *Filius emancipatus.* D. *de ritu nuptiarum.* Sic autem, ne quis deſideret, vetus illud & rude Tridentinum Decretum conceptum fuerat: *Præterea eadem Synodus irrita facit ea matrimonia, quæ contrahentur à filiisfamiliâs ante annum decimum ſextum completum abſque genitorum conſenſu.* Quod etiam Galli Oratores, Regis ſui nomine, à Concilio, ſolemni ex more, expoſtulaverant.

IV. Immò neque tunc defuerunt, neque deſunt modò, qui ſolemni veteris Eccleſiæ decreto opinentur, celebrata inſciis parentibus connubia ſubſiſtere nullâ unquam ratione potuiſſe; atque in primis vetuſtiſſimo Evariſti Romani Pontificis Canone hi nituntur, quem, Canonum collector, Gratianus, in Decretum retulit cauſſâ XXX. quæſtione V. can. I. *Aliter legitimum non fit conjugium, niſi ab his, qui ſuper ipſam feminam dominationem habere videntur, & à quibus cuſtoditur, uxor petatur; & a parentibus & propinquioribus ſponſetur & legibus dotetur.* Et poſtea: *aliter verò præſumpta, non conjugia, ſed adulteria, vel contubernia, vel ſtupra aut fornicationes potiùs, quàm legitima conjugia, eſſe non dubitate.* Ita Gratianus legit. Quamquam Canonem illum, quem Evariſti eſſe ferunt, Soteri I. adſcribat Bartholomæus, non *Baptiſta*, Platina in ejus Vitâ, his verbis. *Ejus extabat Epiſtola hac de re ſcripta ad Epiſcopos Italiæ. Inſtituit item, ne legitima haberetur uxor, niſi cui Sacerdos ex inſtituto benedixiſſet, & quam parentes ſolemni pompâ, more Chriſtiano, marito collocaſſent; quamque etiam paranympha de more cuſtodiviſſent.* Afferunt deinde Baſilium Magnum Epiſtola ad Amphilochium Cap. XLII. *Quæ ſine iis, qui habent poteſtatem, ſiunt matrimonia, ſunt fornicationes. Nec ergo, vivente patre nec domino, ii, qui conveniunt, ſunt ab accuſatione liberi, donec conjugio domini annuerint. Tunc enim accipit firmitatem conjugium.* Quæ duo ſunt luculentiſſima omnium maximèque efficacia huic confirmandæ ſententiæ teſtimonia.

teſtimonia. Nam reliqua minùs urgent: & qui locus veluti ex S. Leonis Epiſtolâ ad Ruſticum, Narbonenſem Epiſcopum, affertur: *Paterno arbitrio viris junctæ carent culpâ. Quum ergo dicitur, paterno arbitrio junctæ viris; datur intelligi, quòd paternus conſenſus deſideratur in nuptiis; nec ſine eo legitimæ nuptiæ habeantur, juxta illud Evariſti Papæ: aliter non ſit legitimum conjugium, niſi à parentibus tradatur*: totus, inquam, hic locus ſanctiſſimo illi Pontifici falsò adſcribitur. Sed quum Len ſive XCII. Epiſtolâ, ſive II. juxta recentem editionem, hæc tantùm habeat: *Paterno arbitrio viris junctæ carent culpâ, ſi mulieres, quæ à viris habebantur, in matrimonio non fuerunt: quia aliud eſt uxor, aliud concubina.* Temerè in textum interpretationem illam Gratiani intruſerunt, ex cauſſâ XXXII. quæſtione II. ad Canonem XII. Quod etiam ex Cæleſtini II. ſive potius Clementis III. Decreto ad Florentinum Epiſcopum, trahi huc poteſt, ex cauſſâ XXXV. quæſtione VI. Canone II. & ex Cap. *Videtur.* tit. *Qui matrimonium accuſare poſſunt.* inter Decretales Gregorii IX. epiſtolas, meo quidem judicio, parùm probat. Neque enim Pontifex, Sacrâ Canonicarum Legum auctoritate, definit, inania filiorumfamiliâs connubia fieri, quibus conſenſum parentes ſuum non adhiberent: ſed, ut in connubiis iſtis jungendis certius, quàm ipſorum parentum, teſtimonium haberi non poſſe oſtendat; eo utitur argumento, quòd, ex præſcriptione legum, nulla ſint abſque illorum conſenſu filinrumfamiliâs matrimonia. *Ideo enim*, inquit, *maximè parentes, &, ſi defuerint parentes, proximiores admittuntur, quoniam unuſquiſque ſuam genealogiam cum teſtibus & chartis, tum etiam ex recitatione majorum, ſcire laborat. Qui enim meliùs recipi debent, quàm illi, qui meliùs ſciunt, & quorum eſt intereſſe: ita ut ſi non interfuerint, & conſenſum non adhibuerint, ſecundùm leges nullum fiat matrimonium?* ambiguum autem eſt, quænam hîc leges, Romanæne an Pontificiæ, intelligantur.

V. Non ſum equidem oeſcius, hujuſmodi Canones à noſtris magnâ ex parte Theologis ita explicari, ut, juxta honeſtiores æquitatis leges, ad legitima filiorum conjugia parentum ita conſenſus deſideratus fuerit, ut, quanquàm ſine illo Matrimonii *ὑσία* bene ac firmè ſubſtiterit; honeſtè tamen non potuerit atque ex jure celebrari. Atque hac ferè ratione, Gratianus cauſſâ XXVIII. ipſo quæſtionis I. initio, accipi debere docet illam Auguſtini ſententiam, quæ tamen nullibi apud Auguſtinum extat; ſed ex Pſeudo-Ambroſio adumbrata eſt in Cap. VII. epiſtolæ I. ad Corinthios: *Non eſt ratum conjugium, quod ſine Deo eſt*, ſive, ut in illa Apoſtoli verba: *Non eſt enim frater* &c. habet falsò adſcriptus Ambroſio, Medinlanenſi Epiſcopo, commentarius: *non enim ratum eſt matrimonium, quod ſine Dei devotione eſt.* Opportuna autem eſt, &, quæ huc adtexatur digna, Gratiani explicatio. *Item illud Auguſtini: non eſt ratum conjugium, quod ſine Deo eſt; non negat conjugium eſſe inter infideles. Conjugium enim aliud eſt legitimum & non ratum: aliud ratum & non legitimum: aliud legitimum & ratum. Legitimum conjugium eſt, quod legali inſtitutione vel provinciæ moribus contrahitur. Hoc inter infideles ratum non eſt: quia non eſt firmum & inviolabile conjugium eorum. Dato enim libello repudii, licet eis recedere ab invicem & aliis copulari, Lege fori, non Lege poli, quam non ſequuntur. Inter fideles verò ratum conjugium eſt: quia conjugia ſemel inita inter eos, ulterius ſolvi non poſſunt. Horum quædam ſunt legitima: veluti cum uxor à parentibus traditur, à ſponſo dotatur, & à ſacerdote benedicitur. Hæc talia conjugia legitima & rata appellantur. Illorum verò conjugia, qui, contemptis omnibus illis ſolemnitatibus, ſolo affectu aliquam ſibi in conjugem copulant; hujuſmodi conjugium non legitimum, ſed ratum tantummodò, eſſe creditur.* Hæc in fine quæſtionis I. egregius auctor,. Gratianus, & pro temporum illorum barbarie, ſatis eruditus.

VI. Evariſtum etiam id tantùm voluiſſe, ut illud irritum eſſet matrimonium, cui vir aut femina non conſenſiſſet, licet ſolemnem variorum rituum apparatum, ut legitimè celebraretur, exegerit; cum Gratiano, & Sententiarum Magiſtro in IV. Diſtinctione XXVIII. perſuadere nobis ex ultimis ejus verbis nituntur, quibus ſtupra potiùs quàm conjugia, ritibus illis prætermiſſis, appellanda eſſe cenſet Pontifex, *niſi voluntas propria ſuffragaverit, & vota ſuccurrerint legitima*: ſive, *niſi voluntas propria ſuffragata fuerit*, ut Magiſter Sententiarum emendavit. Ubi, etſi Sacroſanctam Canooum auctoritatem, quos Romani Pontifices comprobarunt, quicunque demùm fuerint illorum auctores, omni me veneratione, ſicuti par eſt, ſuſcipere profitear: attamen, ut liberè dicam quod ſentio, ipſum ſordidi barbarique ſermonis genus, ut alia non ſuppetant, ſicut certè ſuppetunt, argumenta, apertè oſtendit, à Summo Chriſtianæ Eccleſiæ Principe & moderatore, quem eximiâ doctrina præſtitiſſe credere par eſt, excidere illa non potuiſſe, quandn pura nondum collapſa erat Latinæ Linguæ elegantia: ſed aut ſequiori poſteà ætate depravatum corruptumque eſſe Evariſti textum; aut, quod longè veriſimiliùs doctiſſimis viris videtur, veteri illi Pontifici, qui, Domitiani, Nervæ & Trajani temporibus, floruit, ſive ab Iſidoro Mercatore, ſive à quocunque alio, ſuppoſitam illam eſſe ad omnes Epiſcopos Africæ epiſtolam, ex Idacio, quarti ſeculi auctore civilibuſque legibus temere & ſatis ruditer, conſarcinatam. Quo de argumento, præter gratiſſima duo Romanis auribus nomina, Baronium & Cardinalem Bona, videri poſſunt, vir doctiſſimus, cui paucos Hiſpania habet qui compareotur, qui præferantur, neminem, Antonius Auguſtinus in Gratiano Emendato, & Emmanuel à Schelſtraten, Vaticanæ Bibliothecæ cuſtos, in Antiquitate Illuſtratâ. Ubi enim de Sacrâ Antiquitate agitur; eruditorum hominum malo, qui magno in pretio apud Catholicos habentur, referre ſententias, quàm ingenio meo ac diligentiæ, cum gravi aliorum offenſione, indulgere. Idcirco autem ſpecioſo Evariſti Romani Pontificis nomine commendabilis ille ſcriptor, ſtupri ſeu adulterii turpiſſimam notam clandeſtinis & injuſſu parentum initis connubiis inurere non dubitavit, quòd, ut Conſtantinus Bonellus Tifernas Epiſcopus in Tridentino Concilio ex Gratiano explicabat, frequentibus adulteriis cauſſam præberent: *dum utroque eorum vivente aliis ſe copulaverint*, Cauſſa XXX. quæſtione V.

CAPUT IV.

Aurea Tertulliani ſententia. Pulcherimus Ambroſii locus. Hermiones apud Euripidem ſententia illuſtrata. Hormiſdæ Papæ, Nicolai I. Concilii Carthaginenſis IV. Concilii Toletani III. Concilii Turonenſis II. Decreta. Summam parentibus filii in contrahendis conjugiis reverentiam debent. Patres filiis uxores accipere juſſi. Divinarum Litterarum teſtimonia & exempla. Gravis filiorum in patrem injuria, qui abſque illius conſenſu uxorem ducunt. Ambroſii locus. Grave hujuſmodi filiorum peccatum. In illos, qui contra parentum voluntatem matrimonium iniverent, anathema decretum à Concilio Aurelianenſi IV. & à Concilio Pariſienſi. Verba Dominici Soto, Magiſtro Sententiarum falsò attributa. Concilii Tridentini de hujuſmodi conjugiis & clandeſtinis, Decretum. Juſtæ cauſſæ, cur Eccleſia clandeſtina conjugia reprobaverit. Una iſtarum cauſſarum, quòd liberi parentum conſenſum expectare debeant. Præcipua cauſſa fuit, nimia adulteriorum frequentia. Sæpe Tridentini Patres hac de re egerunt.

I. SEd quidquid ſit de rectâ Sacrorum Canonum intelligentiâ; quidquid de veteri Eccleſiæ Græcæ conſuetudine, quam, poſt Baſilium, vir immenſæ quidem lectionis, ſed tutæ parum fidei, Photius in Nomocanone, tit. XIII. Cap. IX. & Theodorus Balſamon, Patriarcha Antiochenus, adſtruere videntur: illud certè conſtat apud omnes, ſi omnium retro ſeculorum omniumque gentium memoriam repetamus, maximam ſemper in juſtis liberorum conjugiis paterni conſenſûs habitam habendamque eſſe rationem. Unde præclarè apud Muſæum:

Α μφαδὸν οὐ δυνάμεσθα γάμοις ὁσίοισι πελάσσαι,
Οὐ γὰρ ἐμοῖς τοκέεσσιν ἐπιανδάνει.

quod ita a nobis, metri cauſſâ, verſum eſt:

Haud equidem celebrare licet connubia ſancta.
Nanque meis placet haud genitoribus.

Nobis, qui ſacra ſcribimus, neque peregrinam in loco non ſuo affectamus eruditionem, pauca ſatis erunt auctorum noſtrorum teſtimonia. Tertullianus, Evariſto propinquus doctrinaque inſignis auctor, ſic ad uxorem lib. II. prope finem, Chriſtianum matrimonium ſummis laudibus extollit. *Unde ſufficiam ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quod Eccleſia conciliat & confirmat oblatio, & obſignatum Angeli renunciant, pater ratò habet? Nam nec in terris filii ſine conſenſu parentum ritè & jure nubent.* Quam verè auream atque immortalitate digniſſimam ſententiam variis atque ad rem noſtram valdè accommodatis exemplis illuſtrat Tertulliani Scholiaſtes Renatus Laurentius De la Barre. Pulcherrimus Ambroſii locus ex lib. I. de Abraham adducitur a Gratiano Cauſſâ XXXII. Quæſtione II. Canone XIII. de Rebecca: *Honorantur parentes Rebeccæ muneribus. Conſulitur puella non de ſponſalibus (illa enim judicium expectat parentum, non eſt enim virginalis pudoris eligere maritum) ſed jam deſponſata viro, de profectionis conſulitur die. Nec immeritò dilationem non attulit. Jure etenim properare debuit ad maritum. Unde illud Euripideum, quod mirantur plerique, unde tranſlatum ſit, manifeſtum eſt. Ait enim in perſonâ mulieris, quæ tamen maritum volebat relinquere, & ad alias petebatur nuptias:* Νυμφευμάτων μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς Μέριμναν ἕξει, κοὐκ ἐμὸν κρίνειν τάδε. hoc eſt: *ſponſalium quidem meorum pater meus curam ſibibit: hoc enim non eſt meum. Ergo, quod ipſi philoſophi mirati ſunt, ſervate, Virgines. Mulier etiam, ſi qua, amiſſo citò marito, adoleſcentula laqueum infirmitatis ſuæ timet incidere, ſi vult, nubat; tantùm in Domino: ut electionem mariti parentibus deferat.* Cui ſane Hermiones in Andromachâ apud Euripidem ſententiæ conſona omnino eſt Lex *In ſponſalibus.* D. *de ſponſalibus: In ſponſalibus etiam conſenſus eorum exigendus eſt, quorum in nuptiis deſideratur.*

II. Habetur etiam Hormiſdæ Papæ, ſi Deo placet, eodem, quo Evariſtus uſus eſt, ſtilo & genere dicendi, Decretum tum in Cauſſâ XXXI. Quæſtione II. Canone *Tua ſanctitas*; tum, variatâ aliquantulùm lectione, Honorii in quibuſdam editionibus nomine, inter Decretales Epiſtolas, lib. IV. tit. *de deſponſatione impuberum*, Cap. *Tua fraternitas: Poteſt autem de filio nondum adulto, voluntas cujus nondum diſcerni poteſt, pater eum, cui vult, in matrimonium tradere: & poſtquàm filius pervenerit ad perfectam ætatem, omnino obſervare & adimplere debet. Hoc ab omnibus Orthodoxæ Fidei cultoribus, ſancitum a nobis, tenendum mandamus.* Item Nicolai I. ad conſulta Bulgarorum, Cauſſâ XXX. Quæſtione V. Canone *Noſtrates: Poſt ſponſalia, quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa; fœdera quoque conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebrantur.* Et Concilii Carthaginenſis IV. Canone XIII. *Sponſus & ſponſa, cum benedicendi ſunt à Sacerdote; à parentibus ſuis vel à paranymphis offerantur.* Et Concilii Toletani III. Canone X. Cauſſâ XXXII. Quæſtione II. Canone. *Hoc ſanctum. Similis conditio & de virginibus habeatur. Nec extra voluntatem parentum vel ſuam cogantur maritos accipere.* Concilium quoque Turonenſe II. quod Chariberti Francorum Regis tempore celebratum eſt, Canone XX. vehementer laudat atque auctoritate ſuâ latas à Childeberto, Clothario & Chariberto leges confirmat: *ut nullus ullam puellam abſque parentum voluntate trahere aut accipere præſumat.* Ut in pluribus Patrum, & Conciliorum locis adſcribendis diutiùs immoremur, inſtituti noſtri brevitas non ſinit.

III. Jam vero, ſi Divina conſulimus oracula, quibus certiſſimè, humana omnia, ad ſuum quæque officium, diriguntur: quid aliud Sacræ Litteræ inculcant nobis, quid aliud nos docent, niſi quòd ſummus honor parentibus à filiis tum in aliis omnibus humanæ vitæ officiis, tum in matrimoniis quoque ex eorum conſenſu contrahendis, ſit deferendus? *Audi, fili mi,* inquit Rex ſapientiſſimus Salomon *Proverbiorum* Cap. I. *diſciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ: ut addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo.* Et Apoſtolus *ad Coloſſenſes* Cap. III. *Filii, obedite parentibus per omnia. Hoc enim placitum eſt in Domino.* Hinc patres filiis uxorem quærere jubentur: & boni filii non niſi datam ſibi à patre, niſi graviſſima

ma aliquando cauſſa aliud ſuaſiſſet, conjugem apud Sacros Divinæ Hiſtoriæ ſcriptores leguntur accepiſſe. Trita ſunt atque apud eos omnes, qui de Theologicis Dogmatibus ſcripſére, familiaria exempla. Exodi XXXIV. *Neque uxorem de filiabus eorum accipies filiis tuis.* Deuteronomii Cap. VII. *Non inibis cum eis fœdus, nec miſereberis earum, neque ſociabis cum eis conjugia. Filiam tuam non dabis filio ejus, nec filiam illius accipies filio tuo.* Jeremiæ Cap. XXIX. *Date filiis veſtris uxores & filias veſtras date viris.* Eccleſiaſtici Cap. VII. Num. XXVII. non Sapientiæ, ut, mutatis aliquantulùm verbis, malè cum aliis citat Sanchezius Lib. IV. Diſputat. XXIII. Num. IX. *Trade filiam & grande opus feceris: & homini ſenſato da illam.* Epiſtolâ I. S. Paulli ad Corinthios Cap VII. *Igitur & qui matrimonio jungit virginem ſuam, benè facit; & qui non jungit, meliùs facit.* Itaque Abraham, uxorem filio ſuo Iſaaco e gentili familiâ accipiendam curavit Rebeccam. Geneſeos XXVIII. Neque Samſon, niſi ex parentum ſuorum voluntate, fœminam Philiſtæam legitimo conjugii fœdere ſibi copulare auſus eſt. Judicum Cap. XIV. *Vidi*, inquit, *mulierem in Thamnatha de filiabus Philiſtinorum, quam quaſo ut mihi accipiatis uxorem.* Rebeccæ autem promptum facileque in eo, quem ſibi pater deſtinaverat, ſponſo non recuſando obſequium paullò ante ex Ambroſio commendabamus. Hæc vero omnia ideò longiùs profecuti nos ſumus, ut luculento omnium ætatum omniumque exemplorum documento magis magiſque pateſieret, quàm gravis parentibus ab ingratis filiis injuria inferatur: dum in re maxime ſeriâ graviſſimaque, ex qua totius vitæ inſtitutum pendet, paterna conſilia ſpernere non verentur: ſed, iis ſæpe obnitentibus, quibus ſe ipſos omniaque bona ſua accepta referre debent, cum magno familiæ dedecore aut certè detrimento, nuptias celebrant, juvenilis imprudentiæ, & libidinis impetu, abrepti.

IV. Enimverò gravem hanc eſſe liberorum in patrem offenſionem atque injuriam, agnovit olim exactiſſimo vir judicio, Ambroſius, Mediolanenſis Epiſcopus, Epiſtolâ XLIII. ad Siſinnium, qua pietatem ejus vehementer celebrat, quòd filio ignoviſſet, qui, eo inconſulto, uxorem temere acceperat. *Pulchrè itaque geſtum*, inquit, *ut te patrem recognoſceres: ſimul quia juſta indignatio fuit. Malo enim culpam fateri, ut plus laudetur paterna indulgentia. Sed & ipſa paterna offenſio fuit, quoniam venturam in locum filiæ tuo debuiſti eligere judicio, cui fieres pater. Nanque aut naturâ filios ſuſcipimus, aut electione: in naturâ caſus eſt, in electione judicium; magiſque in adoptatis offendimus, quàm in genitalibus filiis.* Graviter hac de cauſſâ filios delinquere inmanique impietatis crimine involvi, niſi juſta aliquando adſit excuſatio, conſtans eſt Theologorum doctrina, cui plerique illorum, qui de Moribus diſſerunt, ſuffragantur. Ego vero a plurimis, qui omnium manu teruntur (neque enim omnes vacat) minorum gentium Theologis enumerandis abſtinere decrevi, ut ſemper ſoleo rationum magis firmitate, quàm recentum auctorum, quorum unus ab alio exſcribit, numero, ſententiarum veritatem metiri. Impiè ejuſdemmodi conjugium copulari, affirmat Concilium Aurelianenſe IV. anno DXLI. habitum, Canone XXII. proterviſque eos homines, qui inire illud auſi fuerint, anathemate damnandos atque à Chriſtiano conſortio ſeparandos decernit, his verbis: *ut nullus per imperium poteſtatis filiam competere audeat alienam, ne conjugium, quod contra parentum voluntatem impiè copulatur, velut captivitas judicetur: ſed, ſicut eſt prohibitum, non admittatur: & his, qui perpetraverint, excommunicationis ſeveritas pro modo piaculi imponatur.*

Sicuti etiam poſt non multos annos prudentiſſimè ſanxit Pariſienſe Concilium anno DXLVII. celebratum, Canone IV. *Nam & parentum jus prohibet*, inquit Dominicus Soto in IV. Sententiarum, diſtinct. XXVIII. in textu Cap. I. *ne, ipſis inſciis, filii de nuptiis deliberent; & amoris nexus perpetuando matrimonio neceſſarius, expoſtulat, ne leviter concilietur.* Quæ prudentiſſimi Theologi verba ideò huc apponenda cenſui, quod ea alii veluti ex Magiſtro Sententiarum referant auctore: quum tamen textum illum ab eo, quem Petrus Lombardus exhibuit, paullò diverſum Soto ipſe adornaverit: ut, quæ in quæſtionibus fuſiùs deinde erat explicaturus, veluti in epitomâ quadam, breviter ſimul & dilucide connecteret. Sed hæc ſunt longè faciliora levioraque, quàm ut nos aliò properantes detineant.

V. Quod nobis ante oculos verſatur, illud eſt, quod habet Œcumenica Tridentina Synodus ſeſſione XXIV. in Decreto emendationis, Capite I. *Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu Eccleſia ea non irrita fecit; & proinde jure damnandi ſint illi, ut eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe, negant; quique falsò affirmant, matrimonia a filiisfamiliâs ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe; & parentes ea rata vel irrita facere poſſe: nihilominùs ſancta Dei Eccleſia ex juſtiſſimis cauſſis illa ſemper deteſtata eſt atque prohibuit.* Juſtiſſimas quidem habuit vivendi dux & magiſtra Catholica Eccleſia cauſſas, cur nuptias illas, bonis moribus publicæque adverſas honeſtati, omni ætate tantopere improbaret atque execraretur: quas quum ſecum ipſi attente perpenderent, æqui rerum exiſtimatóres, Concilii Colonienſis Patres, quod anno MDXXXVI. celebratum eſt, vehementer optarant, *de Adminiſtratione Sacramentorum*, Cap. XLIII. ut, Canone Evariſti Pontificis reſtituto, *illa clandeſtina matrimonia, quæ invitis parentibus ac propinquis, Veneris potiùs, quam Dei cauſſâ, contrahuntur*, à Generali aliquo Concilio auferrentur: atque interim, donec efficacius aliquod remedium ab Eccleſiâ adhiberetur, *ſi non irrita, prohibita ſaltem eſſe, & pœnæ Canonicæ*, hoc eſt, *excommunicationi, Contrahentes, & qui his ope aut Conſilio adfuerint*, ſubjacere decreverant. Atqui cauſſarum iſtarum primam Dominicus Soto in IV. Diſtinctione XXVIII. quæſtione I. articulo I. pro acri, quo præditus erat, judicio, hanc eſſe ſtatuerat: *ſiquidem jus naturæ, quo parentes in liberos funguntur, ſub quorum ſunt poteſtate, exigit, ut citra eorum conſenſum nihil nati deliberent, de re potiſſimùm & vinculo, unde totum vitæ inſtitutum pendet, quale eſt conjugium.* Quamquàm potiſſima graviſſimaque omnium cauſſa in frequentia adulteria refundatur, in quibus homines, qui, clam cum unâ contracto matrimonii fœdere, ad publicas deinde alterius nuptias facinoroſè tranſvolabant, perpetuò vivere, neceſſariâ quodammodo culpâ, cogebantur. Unde rem animadverſione digniſſimam, quam Concilium poſteà Tridentinum amplexum eſt, ſubdiderat ibidem Soto: quòd nempe *nihil aliud ſancta Eccleſia, quàm rem conſultiſſimam faceret, ſi rationem excogitaret, qua poſſet matrimonia clandeſtina, ſcilicet, quæ duobus tribuſve ſaltem teſtibus comprobari non poſſent, perinde irrita ac nulla æſtimare atque illa, quæ inter cognatos in quarto gradu contrahuntur. De qua utique re*, inquit graviſſimus ille Theologus, *in Tridentino Concilio exiit ſæpe ſermo inter Patres. At quia nunquam ad hoc Sacramentum perventum fuit, ab eodem interim ſermone fuit ſuperſeſſum, eſt enim res, quæ vel per ſolum OEcumenicum Concilium, vel, per Summum Pontificem quam maturiſſimo conſilio poteſt debetque adeò definiri.* Hæc Soto.

Digitized by Google

CAPUT V.

Rata filiorumfamiliás, invitis parentibus, conjugia. Sed juſtam tamen parentes habent iraſcendi cauſſam. Thomas Sanchezius largiter confutatus. Non illi Thomas Aquinas & Scotus ſuffragantur. Thomas fidiſſimus Patrum interpres. Verba Thomæ Aquinatis. Illorum ſententia explicata, & ex alio loco confirmata. Lectio S. Thomæ reſtituta. Filiorumfamiliás in amplectendo Religioſæ vitæ ſtatu libertas. Scoti acumen. Mens ejus explanata. Filiofamiliás non licet aliquando à nuptiis abſtinere. Ex Chriſtianâ Charitate non licent filio nuptiæ, quas pater cum malâ muliere contrahi prohibet. S. Bonaventura emendatus. Neque alii auctores Sanchezio favent. Eorum explicata ſententia. Gloſſa Illuſtrata. Quo ſenſu licere aliquid dicamus. Sanchezio non patrocinatur Covarruvias. Cur Canonici Interpretes ex honeſtate, non ex neceſſitate, paternum conſenſum ad filiorumfamiliás conjugia requirunt. Non poteſt filius ad matrimonium cogi: niſi tamen ſacramento fidem ſuam ille obligaverit. Id ex Gratiano magis declaratur, & Canonibus Pontificum. Urbani II. Reſponſum. Non licet filio impares nuptias, renitente patre, contrahere: etſi ad matrimonium cogi non poſſit. Res civilium Legum exemplo illuſtrata. Singularis Martini Navarri interpretatio. Alii Juris interpretes allati.

I. VErùm ut, unde dilapſa eſt, eò revertatur oratio: & rata verè habentur atque ab omnibus haberi debent, quæ, invitis reluctantibuſque parentibus, ex Concilii Tridentini normâ, à liberis contrahuntur vel imparia matrimonia; & paterna nihilominùs jura graviſſimè inde violantur, ſicuti etiam in Auguſtano Decreto anno MDXLVIII. Carolus V. Auguſtus monuerat. Quis ergo rationis adeò expers humanæque vitæ ignarus, ſi æquiori judicii trutinâ paternæ injuriæ magnitudinem atque atrocitatem libraverit, non ultro fateatur, juſtam patri iraſcendi cauſſam eſſe hanc filii protervìam expetendarumque ex ingrato filio pœnarum? juxta Legem, *Si filius. C. de patriâ poteſtate*: *Quem, ſi pietatem patri debitam non agnoſcis, caſtigare jure patriæ poteſtatis non prohiberis.* Neque enim Thomam Sanchezium laborioſum illum & diffuſum de Matrimonio diſputatorem, multùm moror, qui futili quadam, ut ego quidem judico, diſtinctione docet lib. IV. diſputatione XXIII. num. X. exquirendum planè eſſe à filio de ineundo conjugio paternum conſilium; ſed licere ei tamen, conſultis parentibus, quanquam invitis, uxorem, quam voluerit, vel nullâ juſtâ cauſſâ exigente, accipere. Arbitretur, per me licet, ut vult, Sanchezius quique eum auctorem fidè ſequuntur: immunem à gravi culpâ filium faciat, qui eum parentibus honorem defert ac reverentiam, ut ſcilicet, poſtquàm eorum voluntatem exploraverit exquiſiveritque conſilium; nullâ honeſtâ ratione ductus, ſed cæcâ quadam temeritate, atque ut ſuæ indulgeat libidini, pejorem, quam ipſi diſſuadent, partem amplectatur exoſamque illis feminam in domum inducat? Mihi longè potior eſt ipſa naturæ vox, gentium omnium & ſeculorum communis conſenſio, Chriſtianorum Patrum, Principum Theologorum, Juriſprudentum, quos ego quidem viderim, ferè omnium, auctoritas. Quòd autem ſuas in partes Thomam Aquinatem & Johannem Duns Scotum, pertrahere conetur; hoc verò, pro ſummo meo erga egregios duos Theologiæ Scholaſticæ Principes ſtudio, ferre nequaquam poſſum.

II. Etenim fidiſſimus ille & celeberrimus Catholicorum Patrum interpres, S. Thomas Aquinas, neque opinatus unquam eſt neque opinari potuit, licere filio abſque parentum conſenſu, quas pro arbitratu ſuo maluerit, nuptias celebrare: ſed II. II. quæſtione CIV. articulo V. id tantùm docet, liberam datam eſſe cuique à naturâ optionem, utrum eligat, conjugium an cœlibatum; neque ex his ad unum præ alio vivendi genus cogi poſſe: quanquàm in iis, quæ ad diſciplinam rerumque humanarum adminiſtrationem pertinent, præſidibus ſuis, ac majoribus debeant homines morigerari. *Tenetur autem*, inquit, *homo homini obedire in his, quæ exterius per corpus ſunt agenda: in quibus tamen, ſecundum ea, quæ ad naturam corporis pertinent, homo homini obedire non tenetur; ſed ſolùm Deo: quia omnes homines naturâ ſunt pares. puta, in his, quæ pertinent ad corporis ſuſtentationem & prolis generationem. Unde non tenentur nec ſervi dominis, nec filii parentibus obedire de matrimonio contrahendo vel virginitate ſervandâ, aut aliquo alio hujuſmodi. Sed in his, quæ pertinent ad diſpoſitionem actuum & rerum humanarum, tenetur ſubditus ſuo ſuperiori obedire, ſecundùm rationem ſuperioris; ſicut miles duci exercitûs, in his, quæ pertinent ad bellum; ſervus domino, in his quæ pertinent ad ſervilia opera exequenda; filius patri, in his, quæ pertinent ad diſciplinam vitæ & ſic de aliis.* Quare quum ad vitæ morumque diſciplinam & domeſticam curam atque οἰκονομίας, viri & uxoris ſocietas maximè ſpectet, ut ex Ariſtotele in Libris Oeconomicorum, quos nos jamdiu illuſtravimus, conſtat: quid aliud ex S. Thomæ auctoritate concludendum ſupereſt, niſi quòd, ſi ad matrimonium liberi anhelant, citra gravem injuriam non poſſint prohibentibus puellam aliquam parentibus reluctari? Quod tutiſſimus ille veritatis Chriſtianæ doctor fuſiùs explicaverat in quæſtione, ut vocant, quodlibetali II. quæſt. V. articulo IX. *Quæm obedientia Prælato debeatur; ad illa ſe extendit debitum obedientiæ, ad quæ ſe extendit jus prælationis. Habet autem pater carnalis jus prælationis in filium. Primò quidem quantum ad domeſticam converſationem. Sic enim eſt paterfamiliâs in domo, ſicut Rex in Regno. Unde, ſicuti ſubditi Regis tenentur obedire Regi in his, quæ pertinent ad gubernationem Regni; ita etiam filii & alii domeſtici tenentur obedire patrifamiliâs in his, quæ pertinent ad diſpenſationem domus. Secundò quantùm ad morum diſciplinam. Unde Apoſtolus dicit ad Hebræos XII. Patres quidem carnis noſtræ habuimus eruditores; & obtemperabamus eis. Debet enim pater filio non ſolùm educationem; ſed etiam diſciplinam, ut Philoſophus dicit. In his ergo filius tenetur obedire patri carnali & non aliis*, ubi omnino exiſtimo, mutilam eſſe lectionem in Venetâ editione Juntarum MDLXXXVIII. & ſupplendum, *& non in aliis.* Hinc, ut ſcribit II. II. Quæſtione CLXXXIX. articulo VI. ſi filiorum ope non

multùm

multùm parentes indigeant, *poſſunt, prætermiſſo parentum obſequio, filii Religionem intrare, etiam contra præceptum parentum: quia poſt annos pubertatis quilibet ingenuus libertatem habet, quantùm ad ea, quæ pertinent ad diſpoſitionem ſui ſtatûs, præſertim in his, quæ ſunt divini obſequii: & magis eſt obtemperandum patri ſpirituum, ut vivamus, quàm parentibus carnis, ut Apoſtolus dicit ad Hebræos.*

III. Scotus verò, cui ingenii acumen in illâ temporum barbarie magnam peperit nominis celebritatem, optimè cum S. Thoma hac in parte conſentit: quatenus ſui juris atque arbitrii in eligendo vitæ genere filius non poteſt à patre ad matrimonium cogi. Unde in IV. Sententiarum, diſtinctione XXIX. Quæſtione I. quum ſibi ex Tit. *de deſponſatione impuberum* Capite I. objeciſſet, debere a filio, cui puero adhuc nec ſatis gnaro puellam pater deſponderat, paternum promiſſum adimpleri, cum ad ætatem adultiorem pervenerit, ſuffragante etiam Lege. *Sed quæ patris.* D. *de Sponſalibus*, reſpondet, quòd *illud Caput poteſt exponi de debere de congruo, non autem de neceſſitate præcepti. Et ad aliud, quod adducitur de ff.* dicit, *quòd ita loquitur Jus civile: ſed Jus Canonicum eſt contrarium.* Quæ profectò veriſſima eſt Scoti explicatio: niſi tamen gravior aliqua cauſſa filium vetet cœlibem eſſe; atque, ut periclitanti patri ſuccurrat, uxorem jubeat accipere. Tunc enim filiusfamilias graviter peccat, ſi pertinacius obſiſtat paterno de contrahendis nuptiis præcepto, ut uberius S. Thomas declarat in IV. Diſtinctione XXIX. Articulo IV. *Dicendum, quòd quùm in matrimonio ſit quædam quaſi ſervitus perpetua; pater non poteſt cogere filium ad matrimonium per præceptum, quum ſit liberæ conditionis: ſed poteſt eum inducere ex rationabili cauſſâ. Et tunc, ſicut ſe habet filius ad cauſſam illam; ita ſe habet ad præceptum Patris: ut ſi illa cauſſa cogat de neceſſitate vel de honeſtate; & præceptum ſimiliter cogat, aliàs non.* Et S. Bonaventura in Diſtinctionem eandem Quæſtione III. *Non eſt præcipiendum à parentibus filio, præcepto obligatorio, quòd contrahat: quia non poteſt continere, ſi vult; & iterùm, ſi vult, contrahere. Et adhuc per præceptum non poteſt pater ad contrahendum cum hac, vel cum illâ eum obligare, niſi charitas vel rationabilis cauſſa eum liget, vel promiſſio ipſius voluntaria. Rationabilis autem cauſſa ligat, quando pater habet inimicitias; & non poteſt evadere, niſi filius cum conſanguineâ inimici contrahat. Charitas verò ligat, quando pater prohibet filio, ne contrahat cum muliere malâ.* Ita editio Veneta an. MDLXXIII. ex recenſione Johannis Balainii Andrii: in qua ad illa verba: *quia non poteſt continere, ſi vult*, deleo τὸ *non*; & lego: *quia poteſt continere.*

IV. Immo, quod magis mirandum, neque Sanchezio favent alii ex iis, quos ipſe opinionis ſuæ patronos citat quique nobis ſunt ad manus, auctoribus. Nam, etſi Abbas, Henricus, Cardinalis Hoſtienſis aliique Sacrorum Canonum tractatores, ita illud Hormiſdæ Papæ interpretentur, ut filius paternis promiſſis in accipiendâ uxore ſtare debeat, ex honeſtate, non ex neceſſitate; non id tamen intelligunt, ut à gravi crimine excuſentur liberi, ſi puellam aliquam, invitis parentibus, in matrimonium ſibi ſocient; ſed, ut parentum conſenſum non neceſſariò requiri ad conjugium, ſignificent, quod, ex Canonico Jure, parentibus etiam reluctantibus, ſubſiſtit. Unde utrumque verum eſt atque ab omnibus admittendum eſſe puto: ſcilicet quòd honeſtas in primis æquitaſque exigat, ut filius non ingratum ſe & pertinacem in connubiis jungendis adverſus patrem præſeferat; & graviſſimè nihilominùs peccet, ſi ab imparibus nuptiis, quibus ille non acquieſcit, minimè abſtineat, quod enim honeſtati refragatur, vitioſum ſit & culpabile, neceſſe eſt. Ita gloſſa in Can. *Hoc Sanctum.* Cauſſâ XXXII. Quæſtione II. ad verbum *parentum: Secundum Canones licet filiæ præter voluntatem parentum, nubere. Unde nec eſt neceſſaria patris voluntas quantum ad hoc, quin teneat matrimonium, licet non adſit voluntas ejus. Aliàs benè dico, requirendum ejus conſenſum, maximè ſi eſt minor.* Eo nimirum ſenſu licet, quo ait Paullus lib. LXII. juxta Florentinos Pandectas, ſive LX. juxta vulgatas Digeſtorum editiones, ad Edictum: *non omne quod licet, honeſtum eſt.* Lege, *Non omne.* D. *de regulis Juris.* Unde opportunè admodùm in rem noſtram monuit Modeſtinus lib. ſingulari de Ritu nuptiarum: *Semper in conjunctionibus, non ſolùm quid liceat, conſiderandum eſt; ſed & quid honeſtum ſit.* Lege XLII. D. *de Ritu nuptiarum*, quod & locum inter alias Civilis Juris regulas meritò obtinuit. Nec aliud tradit Didacus Covartuvias Epitom. in IV. lib. Decretalium II. parte Cap. III. §. VIII. *Unde non miror*, inquit, *Stephanum Bertrandum Conſilio CXLVIII. I. Volum. reſpondiſſe, legatum Virgini factum, ſi Titio nupſerit, non eſſe caducum, nec amitti, ſi ipſa virgo alteri nubat, ex conſenſu patris. Honeſtum enim virgini exiſtit, à patre conſenſum exigere ejuſque voluntatem in matrimonio contrahendo ſequi: ſiquidem & inhoneſta atque impudica foret, ſi parentis voluntati refragaretur.*

V. Vel etiam addendum, quod veriſſimum eſt, Canonicos idcirco interpretes in eam convenire ſententiam, quòd filius ex honeſtate, non ex neceſſitate, debeat patri morem gerere: quòd ſcilicet is, qui nullo modo in conjugium conſenſit, non poteſt per legem ullam ad illud, cujus maxima eſſe debet & ſacroſancta libertas, compelli, juxta Alexandri III. ad Papienſem Epiſcopum Reſcriptum, Capite *cum locum. De ſponſalibus & matrimoniis*, a Concilio poſteà Tridentino Seſſione XXIV. Cap. IX. confirmatum: quum eum tamen, qui jurejurando ſe feminæ ducendæ obſtrinxerat, Legis Eccleſiaſticæ auctoritate compellendum eſſe Pontifex idem ſanxiſſet. Cap. *Ex Litteris II.* Titulo eodem. Atque id præcipuè, nempe coactas nuptias eſſe non debere, ex Sacris Canonibus oſtendendum ſibi Gratianus ſuſceperat, cauſſâ eadem XXXI. quæſtione II. in quam, vulgari illo neque ſatis certo Paleæ diſcrimine, Hormiſdæ Papæ Decretum intruſum erat, antequàm in Decretalium Epiſtolarum volumen tranſcriberetur. Ubi etiam ſub Urbani Papæ nomine Canonem I. Gratianus adducit, quo, ex ſanctiſſimis Canonum Legumque ſcitis, decernit Pontifex, puellam, quam pro viribus renitentem pater & ipſe coactus principi cuidam adoleſcenti deſponſaverat (ſiquidem rem ita ſe habere compertum fuerit) ad matrimonium illud minimè eſſe compellandam: & Urbani II. reſponſum ad Sanctium, Aragonum Regem, Canone II. *De neptis tuæ conjugio, quam te cuidam militi daturum, neceſſitatis inſtante articulo, ſub fidei pollicitatione firmaſti: hoc, æquitate dictante, decernimus, ut, ſi illa virum illum omnino, ut dicitur, renuit, & in eadem voluntatis auctoritate perſiſtit, ut viro illi prorſus ſe deneget nupturam; nequaquàm eam invitam ac renitentem ejuſdem viri cogas conjugio ſociari.*

VI. Neque inde tamen ſequitur, quòd ex ſacroſanctâ Canonum lege fas ſit filio parentum voluntati, ut impares cum puellâ aliquâ nuptias contrahat, adverſari, ut vir conſultiſſimus Proſper Fagnanus egregiè adnotavit in Caput, *Tua fraternitas, de deſponſatione impuberum.* num. IX. atque ante illum Dominicus Soto in IV. Sententiar. diſtinct. XXIX. articulo IV. ubi hæc ſimul veluti maximè inter ſe convenientia adſtruit: & non poſſe à patre filium ad matrimonium ἁπλῶς compelli; & debere tamen aliquando filium patri matrimonium præcipienti parere, graviter alioquì, ſi diſſentiat,

Digitized by Google

tiat, peccaturum. Quemadmodùm etiam Civiles Leges eo pœnarum genere, quo vir conſtans merito conturbari poſſit, neminem ad conjugia compellendum eſſe præſcribunt, nempè Lex *Non cogitur. D. de ritu Nuptiarum. L. Titia. D. de verborum obligationibus*, & Lex *Neque. C. de nuptiis*, quæ eſt Diocletiani & Maximiani Auguſtorum ad Titium: *Neque ab initio matrimonium contrahere, neque diſſociatum reconciliare quiſquam cogi poteſt. Unde intelligis liberam facultatem contrahendi atque diſtrahendi matrimonii transferri ad neceſſitatem non oportere.* Et tamen quanti faciant Romanæ Leges, quantòque pluris, quàm Pontificiæ, paternum in legitimis liberorum conjugiis conſenſum, quantâque cum religione deſiderent, nemo eſt qui ignoret. *Nec filium quidem familiâs*, ad Sabinum inquiunt Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Lege XIII. C. de *Nuptiis*, *invitum ad uxorem ducendam cogi, legum diſciplina permittit. Igitur, ſicut deſideras, obſervatis juris præceptis, ſociare conjugia tuo, quam volueris, non impedieris: ita tamen, ut contrahendis nuptiis patris tui conſenſus accedat.* Atque huc referri poteſt ſingularis illa Martini Navarri ab Azpilcuetâ interpretatio in Confeſſariorum & Pœnitentium Enchiridio Capite XIV. num. XV. quatenus, ex Pontificiæ Legis præſcriptione in Cap. I. *de deſponſatione impuberum*, debet filius eam, quam illius adhuc pueri nomine pactus erat pater, in uxorem accipere: *videlicet quòd non ſolùm debet de honeſtate, ſed etiam de neceſſitate, quoad effectum non peccandi.* Itaque & qui ex Canonici Juris interpretibus, Alexander de Nævo, Præpoſitus, Fagnanus aliique in Caput I. *de deſponſatione impuberum*, graviſſimi criminis filium diſerte damnant, qui ingrata parentibus connubia, ex juvenilis ardoris levitate, inire audet; illud tamen Pontificis Reſcriptum, quòd debeat filius paternæ in contrahendis nuptiis voluntati morigerari, cum gloſſâ, *de debito honeſtatis, non neceſſitatis*, uno veluti conſilio exponunt.

CAPUT VI.

Sanchezii hallucinatio. Solo viri & mulieris conſenſu matrimonium perficitur. Caſſanei, Duareni, Spencei, Oldendorpii, opinio à Concilio Tridentino damnata. Preſſior adverſus Sanchezium argumentatio. Filiorumfamiliâs matrimonia, quibus parentum conſenſus deficit, Eccleſiæ improbata, Caroli V. monitum: Caroli Borromæi, & Patrum Colonienſium.

I. VErùm quid paucos, in tantâ utique copiâ, Canonicarum rerum ſcriptores recenſeo? ſi opinioni adſtipulari ſuæ cenſet Sanchezius, quotquot ex honeſtate ſolâ paternum conſenſum ad liberorum nuptias requirunt; non Viguerii alicujus aut ſimilium hujuſce hominum niti auctoritate non ſatis firmâ debuerat, nec pauculos parti ſuæ adſcribere Canonici Juris auctores, ſed, poſt Abbatem Antiquum, Abbatem Siculum, Hoſtienſem, Johannem Andreæ, Ancharanum, in ſuæ confirmationem doctrinæ ceteros adducere Canonicos Interpretes pleroſque omnes, quorum ea concors eſt atque una ſententia, ſi paucos aliquot ignobiles auctores excipiamus, quod, ex ſolâ honeſtatis atque æquitatis lege, paternæ voluntati filius in contrahendo matrimonio non repugnare jubeatur: quum noti iis maximéque perſpecti eſſent Canones, qui, civilibus Romaniſque legibus antiquatis, ſolo viri & mulieris conſenſu matrimonium perfici teſtantur. Nicolai ſcilicet I. ad Conſulta Bulgarorum Cap. III. *Sufficiat ſecundùm leges ſolus eorum conſenſus, de quorum conjunctionibus agitur*, ex cauſſâ XXVII. quæſtione II. Can. II. Innocentii III. ad Brixienſem Epiſcopum: *Matrimonium in veritate contrahitur per legitimum viri & mulieris conſenſum.* Tit. *de Sponſalibus & matrimoniis.* Capite XXV. & Lucii III. ad Epiſcopum Burgenſem: *Raptor dici non debet, quum habuerit mulieris aſſenſum, & prius eam deſponſaverit, quàm cognoverit: licet parentes reclamarent, à quibus eam dicitur rapuiſſe.* Tit. *de raptoribus*, Capite *VI.* Quoniam vero à Tridentino Concilio Bartholomæi Caſſanei, Franciſci Duareni, Claudii Spencei, Johannis Oldendorpii aliorumque opinio meritò damnata eſt, qui filiorumfamiliâs matrimonia abſque parentum conſenſu inita ſubſiſtere nllo modo poſſe inficiabantur; omneſque proinde Catholicæ veritatis ſtudioſi & ſectatores, ad ſolam honeſtatem parentum conſenſum in filiorum nuptiis referunt, non ad neceſſitatem: ſi conſenſum illum, veluti honeſtum duntaxat, non neceſſarium, exigi, idem eſt ac gravi culpâ carere filios, qui, parentibus invitis, nuptias celebrant: auctores nulli qui Catholico nomine cenſerentur, relinquendi nobis à Sanchezio erant; ſed omnes prorſus ſua in caſtra turmatim transferendi: noſtraque porrò ſententia, quæ de gravi impietatis crimine ingratos hujuſmodi liberos reprehendit, veluti Catholicæ adverſa veritati, diris omnibus devovenda, quam tamen Sanchezius ipſe non qualitercunque probabilem, ſed *probabiliſſimam*, vocat.

II. Qua vero ratione à gravi lethalique culpâ (ne, ſi gravem tantùm appellaremus, lethalis ne eſſet, an verò levis, ambigeret, ſicuti ſolet, Sanchezius) matrimonia illa excuſanda, quæ, teſte Oecumenicâ Tridentinâ Synodo, Sancta Dei Eccleſia, æquè ac clandeſtina, ſummoperè deteſtatur atque improbat? Non ipſe certè excuſabat Carolus V. in Auguſtano Decreto; in quo poſtquàm audiendos illos non eſſe præmonuiſſet, qui vellent, matrimonia à filiisfamiliâs contracta diſſolvi, ubi parentum aſſenſus non adeſſet: nihil quidem ſe obedientiæ filiorum parentibus debitæ detractum velle profeſſus eſt; ſed nolle tamen, ut patres poteſtate ſuâ in præpediendis præcidendiſve matrimoniis abuterentur: *Veruntamen*, inquit, *quia cenſemus ad honeſtatem pertinere, ne filii matrimonia contrahant abſque conſilio & conſenſu parentum, admoneantur crebrò à Concionatoribus hujuſce ipſorum officii.* Non excuſabat vir ſanctiſſimus Carolus Borromæus, qui in Concilio Mediolanenſi VI. anno MDLXXXII. tit. *quæ ad matrimonii Sacramentum pertinent*, graviſſimè præcipit, ut, ſi filiiſfamiliâs Matrimonio copulari voluerint, *hos Parochus valdè cohortetur, ut parentibus, in quorum poteſtate ſunt, eum honorem tribuant, ut, illis ne inſciis quidem, nedum invitis, rem tanti momenti ineant.* Non denique Concilii Colonienſis Patres, qui Cap. XLIII. id Parocho cautum eſſe voluerunt, ne liberos citra parentum auctoritatem conjungeret.

CAPUT VII.

De pœna, quam filio exoſas nuptias contrahenti infligere poteſt pater. Juſtiniani de filiâ ingratâ & luxurioſâ decretum. Loco obſcuro tenebræ ab Jureconſultis additæ. Noſtra de Corpore Juris Civilis & vetus querela. Julii Cæſaris conſilium. Jus civile ſub certam legem redigere cogitavit & Marcus Tullius. Variæ Juriſconſultorum, & Theologorum etiam, quæſtiones. An ſi filia, abſque parentum conſenſu homini honeſto nupſerit, exheredari poſſit. Domini Soto judicium. Quale eſſe debeat luxurioſum vivendi genus, ut filia exheredari poſſit. An Leges Civiles fuerint per Canones abrogatæ. Covarruvias defenſus. Strictiori jure debita Legitima, quam dos, filiæ. An fœminarum pœna ad mares porrigatur. Quando filia exheredari non poteſt. Major feminarum, quam virorum, infamia. Ubi levior culpa, levior pœna. Validiſſima pro filiofamiliâs atque invicta, ne exheredetur, argumentatio. Quæ viro ætas apta ineundo conjugio. Ariſtoteles explicatus.

I. SUpereſt jam, ut de pœnâ, quam ingrato filio pro auctoritate ſuâ poteſt merito pater infligere, videamus. Qua de re ſi diſputare longiùs voluero, verendum mihi valdè eſt, ne adverſus imprudentem illum filium, qui triginta jam natus annos, graviſſimam patri ſuo injuriam & bonorum etiam reique familiaris detrimentum imparibus nuptiis attulit, inhumaniùs agere velle videar, communique atque tutiori Juriſprudentum ſententiæ pertinaciùs obniti. Etenim Juſtinianus celeberrimâ illâ Novellâ Conſtitutione CXV. qua juſtas omnes filiorum exheredandorum cauſſas, ut patrum & liberorum utilitati quamoptimè conſuleret, colligendas ſibi ſuſceperat; hanc undecimo loco duntaxat adſcripſerat, quæ ad inſtitutum noſtrum maximè pertinet, de filiâ ſcilicet, quæ parentum injuſſu nuptias contrahere, laxatis, ut procaciores feminæ ſæpe ſolent, modeſtiæ frenis, per ſummam licentiam auderet: *Si alicui ex prædictis parentibus volenti ſuæ filiæ vel nepti maritum dare, & dotem ſecundùm vires ſubſtantiæ ſuæ pro eâ præſtare; illa non conſenſerit: ſed luxurioſam degere vitam elegerit. Si verò uſque ad XXV. annorum ætatem pervenerit filia; & parentes diſtulerint eam marito copulare, & forſan ex hoc contigerit in ſuum corpus eam peccare, aut, ſine conſenſu parentum, marito ſe (libero tamen) conjungere; hoc ad ingratitudinem filiæ nolumus imputari: quia non ſuâ culpâ, ſed parentum, id commiſiſſe cognoſcitur.* Unde exſcripta eſt Authentica ad Legem, *Si filiam. C. de inofficioſo teſtamento. Sed ſi poſt XXV. annos te differente filiam marito copulare, ea in ſuum corpus peccaverit; vel, ſine conſenſu tuo, marito ſe (libero tamen) copulaverit; eam exheredare non potes.* Mirum autem eſt dictuque difficile, quantas obſcuro per ſe loco tenebras Juriſconſulti, acutiſſimi hominum & contentioſiſſimi, addiderint: quorum etiam turbæ, ſi Deo placet, ſe Theologi immiſcuerunt: dum ſuam quiſque ſententiam ex Juſtiniani verbis expiſcari nititur; atque, ut nullus ſit contentionibus finis, gloſſematis atque aliunde adſcitis explicationibus, Legum ipſarum mentem in aliena ſenſa detorquet. Quod diſcordiarum contentionumque ſeminarium ſerio cogitanti mihi vetus illa graviſque oborta eſt querela, quæ magnis ſæpe viris incidit, de hoc Jure civili, quod litibus ſerendis potiùs, quam ſedandis, accommodatum videtur. Atque utinam, ut hominum ſemper vota in ea, tanquam meliora, quibus caremus, feruntur, perficere potuiſſet Julius Cæſar, quod, ut in ejus Vita ſcribit Tranquillus, animo deſtinaverat, ſcilicet, *Jus civile ad certum modum redigere atque ex immenſa diffuſâque legum copiâ, optima quæque & neceſſaria in pauciſſimos conferre libros!* Aut etiam, quod cogitaverat Marcus Tullius: quanquàm, ut erat hominis ingenium, longè forſan uberiùs atque copioſiùs, quam ut delicati modicique duntaxat cibi patientes ſtomachi digererent, ut ex hac magni vaſtique Operis adumbratione in I. de Oratore libro apparet: *Si enim aut mihi facere licuerit, quod jamdiu cogito; aut alius quiſpiam, aut, me impedito, occuparit, aut, mortuo, effecerit, ut primum omne jus civile in genera digerat, quæ perpauca ſunt: deinde eorum generum quaſi quædam membra diſpertiat; tum propriam cujuſque vim definitione declaret: perfectam artem Juris civilis habebitis, magis magnam atque uberem, quàm difficilem & obſcuram.* Quid enim facturus eſſet Magnus Pompeius, non ſatis liquet, qui conſul redigere in libros leges voluit: *ſed non perſeveravit, obtrectatorum metu*, ut ſcribit Iſidorus Hiſpalenſis Originum lib. V. Cap. I.

II. Hic ergo Juriſconſulti, ut nullam non litigandi cauſſam habeant, acriter quærunt, an ſi quinque & viginti annis minor filia, abſque parentum conſenſu, homini vel honeſto nupſerit, exheredari poſſit, ut, ratione ex contrario ſenſu Juſtinianeæ Authenticæ deductâ, volunt Paullus Caſtrenſis in Legem, *Si filiam. C. de inofficioſo teſtamento.* Gloſſa in Canonem III. *De raptoribus*, cauſſâ XXXVI. quæſtione I. aliique plures, quorum collectionem, ſi ad exactam trutinam reducatur, ægerrimam judicat Dominicus Soto in IV. Sententiar. Diſtinctione XXIX. quæſtione I. artic. IV. an verò locum pœna hæc duntaxat habeat, ubi turpi matrimonio filia paternæ familiæ decus dehoneſtaſſet, ut cum Baldo in Legem, *Nec filium C. de nuptiis*, & in L. *Si Pater C. de Sponſalibus.* Pariſio lib. III. Conſilio XXIX. Ancharano in Conſilio XXI. aliiſque, contendunt Petrus Barboſa IV. parte. l. 1. ff. *ſoluto matrimonio*, num. XXXIV. & Fernandus Rebellus de Obligat. Juſtitiæ parte II. lib. II. quæſtione XIV. num. XVI. An, ut juſtam exheredationi cauſſam, luxurioſo vivendi genere, præbeat filia, ſatis ſit, ſi ſemel aut iterum corporis ſui copiam faciat, ut præ ceteris omnibus vult Surdus tract. de Alimentis tit. VII. quæſtione IV. num. XXXIV. an verò neceſſe ſit, ut vulgò ſe, tanquam publica perditaque meretrix, proſtituat, ut cenſet Covaruvias in Caput, *Raynutius de Teſtamentis.* num. XV. *Sanchezius* lib. IV. Diſputatione XXXIV. num. VI. aliique non pauci, quibus ipſa Juſtiniani verba ſuffragari videntur. An civiles eas leges, quibus conjugiorum, invitis parentibus, licentia punienda decernitur, Sacri Canones aboleverint; adeòque cuicumque femina nubat, ſive nobili ſive ignobili viro, atque etiam mancipio, ſive ea adultior, ſive imbecillioris adhuc pubertatis, parentibus maximè repugnantibus; ex Canonum ſacroſanctâ lege, exheredari nequeat: ut celebres utriuſque Juris periti arbitrantur,

trantur, Covaruvias de Matrimonio II. part. capite III. §. VIII. Hoſtienſis, & Abbas in Caput I. *de deſponſatione impuberum*. Hyppobtus Riminaldus lib. II. Conſilio CXXXII. Petrus de Ancharano Conſilio XXI. Alexander lib. I. Conſil. XCVII. Philippus Decius in Legem, *Nuptias*, de Regulis Juris, Sylveſter in Summâ ad verbum *Hereditas*, num. VIII. Fachinæus lib. III. Cap. XLIV. aliique bene multi, quorum longam feriem atque utinam ſatis fidam ! texit Sanchezius, è quibus tamen Covaruvias ἀσυστασίας immeritò ab aliquo reprehenditur, quòd, quum filiam ob turpe, injuſſu parentum, initum connubium exheredari non poſſe ſtatuiſſet; ei nihilominùs deberi a patre dotem, paullò poſt infieiatus eſſet. Compertum nanque eſt, ſtrictiori longè jure legitimam portionem, quàm dotem, deberi; neque eam, quæ auferendæ doti ſufficit, cauſſam ſatis eſſe hereditati. An verò Civiles adhuc Leges per Canones ſtare non prohibeantur, ut nos poſtea comprobabimus. An quæ ingratam in filiam ſtatuitur, ex Juſtinianeo ſcito, pœna ad mares etiam porrigatur, ut viſum eſt Minchacæ de ſucceſſ. creat. p. I. lib. I. §. X. num. DCXXXIV. an verò in ſolis feminis filiabuſque ſiſtat, ut Sanchezio & pleriſque abis auctoribus.

III. Hæc & alia hujuſce generis plura diſputant Juriſconſulti: quæ ſi vellemus omnia revocare ad examen; a tractatione nimis noſtrâ aberraremus. Sed, quantacunque illa ſit opinionum diverſitas, atque unius adverſùs alium altercatio; in eo tamen conveniunt omnes, quod manifeſtiſſimum eſt: puellam nempe, quam parentes nuptui tradere diſtulerunt, poſtquàm quinque & viginti annos explevit, non ab omni tantum exheredationis periculo abeſſe, ſi libero deterioris conditionis atque ordinis homini ſe ex arbitrio conjunxerit; verùm etiam ſi meretriciam amplexa artem, corpus ſuum publicæ libidini expoſuerit. Quare quum longè leviorem patri injuriam per impares nuptias inferat filius, quàm per meretriciam vitam puella; majorique longè infamiæ atque dedecori feminarum obnoxia ſit quàm virorum, turpitudo, ut pulchre Tiraquellus oſtendit L. I. connub. num. XLV. ſi patri filiam exheredare non licet, quam, dilato ſupra quinque & viginti ætatis annos matrimonio, turpiſſimi virorum amores irretierunt: quantò minùs exheredandus erit filius, qui annis triginta non minor, puellam, quanquam ſibi imparem nobilitate, ingenuam tamen, honeſtam, vitâ ipſâ chariorem omnibuſque votis concupitam, invito juſtèque etiam diſſentiente patre, in uxorem ſuſcepit? quum ubi levior eſt culpa; leviorem quoque eſſe pœnam debere, omnes fateantur, neceſſe ſit. Atque huic ego ſententiæ quamlibenter ſubſcribo: veriſſimam eam, ſi ita volunt, atque æquiſſimam, prædico: approboque inſuper, quod ſine ullâ diſtinctione reſpondere ſolitus erat Juriſconſultorum poſt reſtitutas Litteras maximus Cujacius, non ob id ſolùm exheredari filium filiamve poſſe, quòd injuſſu patris nuptias contraxiſſent. Validiſſimum ſiquidem eſt pro tricenario illo juvene, ne; propter paternæ auctoritatis gravem contemptum, hereditate ſpolietur, quod nuper attuli, argumentum: cui ſuccumbere libens malo, quàm, ad vanam quandam ingenii ventilationem, in alteram partem antiquo more, ſubtiliùs longè quàm veriùs, diſputare. Quâ enim ex jure pœnæ vir ſubdatur, a qua nocentiorem turpioremque feminam disertè eximit Juſtinianus? quum præcipuè ea viri ætas, quæ a trigeſimo ad quintum uſque & trigeſimum ætatis annum decurrit, conjugio maximè apta, ex Platonis lege, videatur, Dialogo VI. de Legibus, etſi paullò majorem ætatem lib. VII. Politicorum Cap. XVI. prætulerit Ariſtoteles, non ſex & triginta definitè annos, ut plures eum voluiſſe arbitrantur; ſed, ſeptem circiter & triginta, paullò plus, minùſve. περὶ τὴν ἡλικίαν ἐτῶν ἑπτὰ καὶ τριάκοντα, ἢ μικρόν.

CAPUT VIII.

Filius, quinque & viginti annis minor, exheredationi obnoxius, ſi ſordidam aliquam duxerit abſque patris conſenſu. Ulpiani locus illuſtratus. Hæc filii exheredandi cauſſa non eſt ab Juſtiniano ſublata. Juſtiniani mens expoſita. Martini Laudenſis opinio. Andreas Fachinæus ἀσυστασίας *reprehenſus. Mens Juſtiniani potiùs, quàm verba, perpendenda. Eodem jure cenſendum, quod eadem nititur ratione æquitatis Romanæ Leges afferuntur. Accurſii obſervatio & Bartoli. Diſcrimen temerariæ conſuetudinis, & legum, quæ ratione nituntur. Quid ſit leges ſcire. A puellâ ad adoleſcentem in unâ ferè eademque cauſſâ argumentatio. Julius Paullus explicatus. An filius quinque & viginti annis minor exheredari poſſit, ſi nobilem feminam, abſque patris conſenſu, ducit. Poſſet etiam ad provectiorem ætatem pœna per leges porrigi. Hiſpanæ Leges. Galliæ commendatio. Leges Gallicanæ. Noſtrum de illis legibus judicium.*

I. CEterùm non ita me aliorum auctoritate duci velim,

Nullius addictus jurare in verba magiſtri,

ut ea omnia approbanda mihi eſſe exiſtimem, quæ pro filio, qui abſque parentum conſenſu, uxorem duxerit, mitiores Jureconſulti protulerunt. Nam, ſi de adoleſcente, qui quinque & viginti annis minor fuerit, ſive patriâ ſub poteſtate, ſive emancipatus, loquamur; exheredari eum poſſe cum Jacobo Cujacio Obſervationum lib. III. Cap. V. aliiſque non contemnendi nominis auctoribus, ut Baldo, Paullo Caſtrenſi, Vazqueſio, cenſuerim, ſi, injuſſu patris minùs honeſtam minùſque dignam ſe conjugem, cum familiæ dedecore, ſuſceperit. Ita me Ulpianus docet Lege, *Non tantùm*. D. *de bonorum poſſeſſione contra tabulas*, in qua quum §. III. *dixiſſet*, petente nepote avi ſui hereditatem, poſtquàm mortuus ei fuerit pater, qui, avo non conſentiente, matrimonium contraxerat, avitum reſcindendum eſſe teſtamentum; habendumque nepotem illum, quantùm ad ſucceſſionis jura pertinet, perinde ac in avi poteſtate pater fuerit; non ita tamen, ut emancipatio non verè intervenerit, ne injuſtæ illæ nuptiæ injuſtuſque filius ac ſpurius, cenſeantur: quum ex civili jure nullum ſit matrimonium, quod non ex patris voluntate

huntate filius non emancipatus iniverit: quum hæc, inquam, ſubobſcurè dixiſſet Jureconſultus, quibus explicandis plerique, & præſertim Viglius, inſudarunt, ſubdit: *Nam & ſi tam ignominioſam duxerit uxorem filius, ut dedecori ſit tam ipſi, quam patri, mulierem talem habere; dicemus & ex eâ natum ad bonorum poſſeſſionem avi admitti: quem poſſit avus jure ſuo uti eumque exheredare.*

II. Neque enim placet illorum reſponſio, qui hanc filii exheredandi cauſſam ſublatam eſſe volunt per Novellam Juſtiniani Conſtitutionem CXV. in qua, nullâ de filio mentione factâ, in filiam quinque & viginti annis minorem, quæ turpitudine vitæ ingratam ſe & procacem adverſus Majores ſuos præſtiterit, hanc eſſe patri auctoritatem ſtatuit Auguſtus, ut, ſi voluerit, illam exheredet. Quid autem fuerit Juſtiniano in Novellâ illâ propoſitum, ex his ejus verbis patet: *Quia cauſſas*, inquit, *ex quibus ingrati liberi debeant judicari, in diverſis legibus diſperſas & non apertè declaratas invenimus, quarum aliquæ nec dignæ nobis ad ingratitudinem viſæ ſunt; aliquæ verò, quum eſſent dignæ, prætermiſſæ ſunt: ideò neceſſarium eſſe perſpeximus, eas nominatim præſenti comprehendere: ut, præter ipſas, nulli liceat ex aliâ lege ingratitudinis cauſſas opponere, niſi quæ in hujus Conſtitutionis ſerie continentur.* Verùm quod ita Martinus aliquis Laudenſis reſpondeat, aliique, qui nullas alias exheredationis juſtas cauſſas agnoſcunt, niſi quas Juſtinianus expreſſerit nominatim, non miramur. Quid enim reſpondere aliud poſſent, aut concipere, qui Juſtiniani potiùs verbis, quàm menti, ad ſuperſtitionem uſque, adhærent? Miramur autem et jure miramur, Ulpiani preſſos auctoritate, huc eos confugere potuiſſe, qui juſtæ liberorum exheredationi alias quoque cauſſas vel graviores, vel earum certè, quas Imperator enumeravit, ſimiles ſupereſſe, affirmant. E quibus ipſe ſibi maximè repugnat Andreas Fachinæus, quòd lib. VI. Controverſiarum Juris Cap. LXXVIII. rejectas ab Juſtiniano, prudentiſſimo Principe, duntaxat eſſe velit leviores & diſſimiles cauſſas, non majores vel ſimiles, quas aut Juſtinianus approbavit, aut propter ſimilitudinem, approbaſſe exiſtimandus eſt: & tamen lib. III. capite XLIV. doceat, *eas tantummodò cauſſas, quas Juſtinianus commemorat, juſtas eſſe & jam obtinere, omnibus aliis, quæ in antiquis Legibus continebantur, rejectis, ut ipſe ſtatuit.* Quod ſi ἀσύστατον non eſt; nihil adeo erit contrarium alteri, ut non cum illo optimè jungatur & cohæreat.

III. At, ſi ſemel concedant nobis, quod, ex communi Juriſconſultorum decreto, ſupra demonſtravimus, non religioſè adeò ac ferè pueriliter Juſtinianea verba obſervanda eſſe, ut, ſimilibus etiam ex cauſſis, patri non liceat ingratum filium exheredare; ſimilis autem ſit paternæ auctoritatis contemptæ adſperſæque avito honori turpiſſimæ maculæ cauſſa, de qua nos modò agimus: non video planè, cur pœnæ huic ſubtrahi minori filius ætate debeat, qui, minus honeſtâ uxore præter patris voluntatem ductâ, non gravi ſolùm patrem injuriâ; ſed & familiam univerſam dedecore affecit, quandoquidem una eademque ratio, quæ ſuæ prodigam honeſtatis juniorem fœminam, obnoxiam exheredationi facit, in ſordido etiam adoleſcente atque erga parentes ſuos ingrato, locum ferè obtineat, Familiæ ſcilicet pudor & paterna offenſio. Quis enim neſciat, qui vel à primo limine civilem ſcientiam ſalutaverit, nihil certius apud æquos legum conditores atque interpretes inveniri, nihil ferè frequentius, quàm, etiam ubi de pœnâ agitur, eodem peræquè jure cenſendum eſſe, quod eadem nititur ratione æquitatis? Unde inter Regulas Juris jure meritoque relata eſt Paulli Jureconſulti ſententia ex lib. XV. Quæſtionum: *In omnibus quidem, maximè tamen in Jure, æquitas ſpectanda eſt.* Præclara hujuſce rei documenta Romanæ Leges ſuppeditant. Lex, *Illud quæſitum.* D. *ad Legem Aquiliam: Quum enim circa furti actionem hæc ratio ſit, ne ex uno delicto totâ familiâ dominus careat: eaque ratio ſimiliter in hanc actionem damni injuriæ interveniat, ſequitur, ut idem debeat exiſtimari.* Ubi notare nos jubet gloſſa, *quòd ubi eſt eadem ratio & idem jus.* Quod etiam notat in Authent. *Quas actiones.* C. *de Sacroſanctis Eccleſiis.* Lex, *Si poſtulaverit*, quæ de quæſtionibus ſervorum agit. D. *ad Legem Juliam de adulteriis. Sed etſi negaverint; nihilominus publicantur. Ratio enim adhuc eadem eſt.* Lex, *Poſtumi.* D. *de injuſto rupto & irrito facto teſtamento.* §. *Poſtumos: Divus Marcus decrevit, idem in poſtumo, quod & in filio, ſervandum: nec ratio diverſitatis reddi poteſt.* Ad quem locum gloſſa: *ergo idem jus.* Lex, *Divi Adriani.* C. *de conſtitutâ pecuniâ: Æquitatis enim ratio diverſas ſpecies actionis excludere nullo modo debet.* Lex, *Nam ut ait Pedius.* D. *de Legibus Senatuſconſultis: Quoties lege aliquid unum vel alterum introductum eſt; bona occaſio eſt & cetera, quæ tendunt ad eandem utilitatem, vel interpretatione vel certè juriſdictione, ſuppleri.* Nempe, ut explicat gloſſa, *procedendo de ſimilibus ad ſimilia.* Idem & Accurſius adnotat in Legem, *A Titio.* D. *de verborum obligationibus.* Et Bartolus in Legem. *Regula.* D. *de juris & facti ignorantiâ.* Cujus hæc eſt ibidem valdè inſignis obſervatio: *Nota, quòd ſi præfatio legis eſt generalis, licet Lex ſit ſpecialis, generaliter intelligitur. Idem etiam ſi Lex eſt ſpecialis, ratio tamen eſt generalis, quòd generaliter Lex eſt intelligenda.*

IV. Atque hoc potiſſimùm diſcrimine id ſecernitur, quod ex temerario vulgi arbitrio inchoatum, longo poſteà annorum uſu firmatum eſt, ab eo, quod, ratione duce, conditum eſt ac ſancitum: quòd quæ ratione nititur, Lex ad ſimiles cauſſas, ipſâ juris æquitate ita exigente, trahi poteſt; cœca autem conſuetudo, quam error, non ratio, peperit, non porrigitur ulteriùs; ſeù, ut cum P. Juventio Celſo, qui Adriano à conſiliis fuit, loquar, lib. XXIV. Digeſtorum, *quod non ratione introductum eſt; ſed errore primùm, deindè conſuetudine, obtentum, in aliis ſimilibus non obtinet.* Hoc demum eſt leges ſcire. Hoc eſt, ut ſapientiſſimè idem Celſus ait lib. XVI. Digeſtorum, *non verba earum tenere, ſed vim ac poteſtatem.* Leg. XVI. D. de Legibus. Quapropter, ſi eâ potiſſimùm de cauſſâ exheredari meritò poſſe viſa eſt Juſtiniano ingrata filia, quæ, nullâ pudoris ratione habitâ, patriſque ſpretâ auctoritate, viliori homini, ac deterioris longè notæ, ſe impudenter tradiderit, quòd nimia inde in patrem atque in univerſam latè familiam injuria redundaret; quamquàm excuſandam illam à pœnâ Auguſtus non immeritò voluerit, ſi quinque & viginti ætatis annos, dilato à parentibus connubio, prætergreſſa fuiſſet; graviſſimam autem, neque facilè abluendam, tum patri, tum familiæ univerſæ, labem inferat adoleſcens, qui ſordidæ ſe & probroſæ uxori, repugnante patre, applicaverit; ſive, ut Juriſconſultus ait, *tam ignominioſam duxerit uxorem, ut dedecori ſit tam ipſi quam patri, mulierem talem habere:* cur verba legis contra legem ipſam interpretantur; atque Juſtiniani, ſapientiſſimi & prudentiſſimi Principis, mentem ad eum ſenſum detorquent, ut, quod de filio, inhoneſtam pudendamque uxorem cum atroci parentum ſuorum injuriâ ducente, veteres Leges juſtiſſimè ſanxerant, imprudenter abrogaverit? aut cur non potiùs, ſi una ferè eſt & communis, aut certè non abſimilis, adoleſcentis & puellæ cauſſa; quodcunque tandem illud eſt, quod in procacem ingratamque filiam, quæ vili homini, parentum injuſſu, nu-

bit, Juſtinianus decreverit; id etiam de imprudentiori adoleſcente, ad diuturnum parentum ſuorum dedecus, impares ouptias celebrante, ſtatui jure poſſe, pari pœnâ, intelligamus? *Nam & poſteriores leges*, auctore Julio Paullo, *ad priores pertinent, niſi contrariæ* ſint, ideſt, non ſolum ut corrigantur & determinentur, ut vult gloſſa; ſed etiam; ubi deficiunt, ut humana imbecillitate contingere aliquando ſolet, ſuppleantur. Lege. *Sed & poſteriores. D. de Legibus & Senatuſconſultis.*

V. Quid ſi præterea dixerimus, licere adhuc patri exheredem filium ſcribere, quinque & viginti minorem annis, etiamſi non indignam ſe ſponſam ſuſceperit adoleſcens, quando puellam illam vehementer abhorret pater, oeque juſta diſſeotiendi cauſſa filio patrocinatur? juxta probatam aliis, oeque improbandam oobis, Paulli Caſtrenſis opinionem, qui exheredationi locum ſupereſſe in filiâ ſenſit, quæ, infra præfixam â prudentiſſimo Principe ætatem, vel oobiliori viro, parentibus invitis, ſe matrimonii lege conjunxiſſet. Immo verò ſeveriores publicâ auctoritate fieri leges potuiſſent, ut oeque adultior etiam & provectior ætas excuſaret, quominùs liberi, qui in paternâ degunt poteſtate, exheredationis pœnæ ſubjicerentur; ſi matrimonium aliquod, impar præſertim neque ſuæ ſatis conſonum conditioni, abſque parentum conſenſu, inirent, quemadmodum apud alias Geotes rectiſſimè inſtitutam ſcimus. Nam, ut Taurinas Hiſpanorum leges omittamus, de quibus ad faſtidium uſque diſputant Hiſpani legum Scriptores plerique omnes; & Pragmaticam Sanctionem, editam Valliſoleti annò MDXXXVII. qua exheredandæ filiæ facultas patri liberrima permittitur, ſi clam præter ejus voluntatem oubat, etiamſi quinque & viginti annorum ætatem exceſſerit: dummodò, ut aliqui addunt, novercâ careat, quam tamen in dubium revocat Covaruvias Epitom. II. part. de Matrimonio Capite VI. num. XXII. in poſteriori editione Venetâ Hieronymi Scoti an. MDXCVII. & magnus ille Theologus Sanchezius, qui Didaci Covaruvias verba capere noo potuit, in deſuetudinem abiiſſe teſtatur lib. III. diſputat. XLVII. num. V. Ut, inquam, has & hujuſmodi leges omittamus: in Galliâ certè, ubi maxima ſemper publicæ honeſtatis Eccleſiaſticæque diſciplinæ ratio habita eſt, Chriſtianiſſimi Reges ſolemni edicto præſcripſerunt, ut minores quinque & viginti annis filiæ, &, qui triginta nondum annos compleverunt, filii, omni paternæ hereditatis ſucceſſioniſque jure ſpoliarentur, ſi ouptias, invitis parentibus, contraherent. Ita Pariſiis primùm ſanxiſſe fertur Henricus II. anno MDLVI. cujus poſteà legem Henricus III. Blæſis anno MDLXXIX. & Ludovicus XIII. cognomento Juſtus, Ludovici Magni pater, Pariſiis anno MDCXXIX. confirmarunt: illudque etiam addiderunt, ut, etſi filiifamiliâs majorem illam & præſcriptam ſanctione Regiâ ætatem attigiſſent, ab hereditate nihilominùs repelli poſſent, niſi à parentibus conſilium de incundo matrimonio exquiſiviſſent. Adeò nulla ætas ab obſervantiâ, quam parentibus ſuis debent, liberos eximit. Has verò & alias ejuſdemmodi Leges, ſiquæ alibi vigent, veluti æquiſſimas atque ad pietatem filiorum erga parentes excitandam fovendamque maxime accommodatas, quis unquàm reprehendendas ſibi, tanquam ſacris Canonibus & Tridentini præſertim Coocilii decretis adverſas, exiſtimet, & oon omni pôtiùs veneratione proſequatur? Ego certè prudentiſſimorum hominum, qui non illas privato commodo, ſed publico bono condiderunt, ſapientiam valdè celebro atque admiror.

L I B E R II.

QUO GALLICANÆ DE EXHEREDANDIS LIBERIS LEGES DEFENDUNTUR.

C A P U T I.

QUID primo libro confecerimus. Celebre adverſus civiles & Gallicanas Leges argumentum. Libertas in contrahendis nuptiis ab Apoſtolo & Canonibus commendata. Tridentini Concilii Decretum, & Canon. Hujuſmodi Priucipum leges pluribus improbatæ, Didaci Covaruvias ſententia.

I. QUÆ ſuperiori libro expoſuimus, Salvine Ampliſſime, ita ſe habent, ut, quanquàm filius ille familiâs, contra quem diſputare ceperamus, & graviſſimam patri injuriam & maximum univerſæ ſuæ familiæ detrimentum, impari conjugio, intulerit; oou liceat tamen patri in eum, qui triginta jam annos attigit, graviori exheredationis pœna animadvertere. Quanta porro ſit paternæ offenſionis magnitudo atque atrocitas, docomento eſſe poſſunt cum alia varii generis plura, quæ proſecuti ibidem ſumus, argumenta; tum Gallicanæ etiam Leges, quarum ſicuti ſumma ratio eſt atque æquitas; ita & ſumma eſſe debet in toto Galliarum Regno auctoritas.

II. Sed hìc nobis ad totius tractationis noſtræ exitum properantibus vetus illa, quam acerrima Theologorum atque Jureconſultorum contentio celeberrimam fecit, nec certo ſcio, an opportuna ſatis, ſeſe objicit difficultas, de his & ſimilibus tum antiquiorum tum recentiorum Principum legibus: quibus, adverſus Sacroſanctam Canonum & Tridentinæ poſteà Synodi auctoritatem, Matrimonii inter Chriſtianos libertatem impediri, & quodam veluti ligari vinculo, plures exiſtimarunt. Libertatem nanque commendat in contrahendis noptiis Apoſtolus I. ad Corinthios, Cap. VII. *Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permaneant; ſicut & ego. Quod ſi non ſe continent, nubant.* & infra de viduâ. *cui vult, nubat: tantùm in Domino.* ad eum ferè modum, quo in Numerorum libro capite ultimo, de filiabus Salphaad legimus. *Nubant, quibus volunt: tantùm ut ſuæ tribus hominibus.* Atque, ut vetera interim prætereamus Romanorum Pontificum decreta,

Alexandri

Alexandri III. Capite *Cum locum, de Sponſalibus & matrimoniis.* Lucii III. Cap. *Requiſivit.* Gregorii IX. Cap. *Gemma*, tit. eodem: quibus liberè, non coactè, jungenda eſſe connubia atque ab omni procul pœnarum metu, declarant: ſic Tridentinum Concilium decernit Seſſione XXIV. de reformatione Matrimonii Cap. IX. *Ita plerumque temporalium Dominorum ac Magiſtratuum mentis oculos terreni affectus atque cupiditas excæcant, ut viros & mulieres, ſub eorum juriſdictione degentes, maximè divites, vel ſpem magnæ hereditatis habentes, minis & pœnis adigant cum iis matrimonium invitos contrahere, quos ipſi Domini vel Magiſtratus illis præſcripſerint. Quare quum maximè nefarium ſit, matrimonii libertatem violare; & ab eis injurias naſci, a quibus jura expectantur; præcipit Sancta Synodus omnibus, cujuſcunque gradus, dignitatis & conditionis exiſtant, ſub anathematis pœnâ, quam ipſo facto incurrant, ne quovis modo directè vel indirectè ſubditos ſuos vel quoſcunque alios cogant, quominùs liberè matrimonia contrahant.* Accedit ejuſdem Concilii Canon XII. Seſſione eadem: *Si quis dixerit, cauſſas matrimoniales non ſpectare ad Judices Eccleſiaſticos, anathema ſit.*

III. Plures itaque, de quibus ſuperiori libro agebamus, religioſè veriti, ne legibus illis civilibus, quibus exheredationis pœna in liberos, conjugium, abſque parentum conſenſu, leviter ineuntes, decernitur; ſacra Matrimonii atque Eccleſiæ jura violentur, omni, quo poſſunt in illas conatu inſurgunt, quas Eccleſiaſticæ immunitati & libertati conjugiorum putant vehementer adverſari. Nullam ergo vim eſſe iſtarum Legum docent, quas temere Principes & contra fas tulerunt; ac veluti iniquas, majori longè ſanctiorique auctoritate abolevit Eccleſia. Hinc neque patri fas eſſe adoleſcentulam exheredare, quæ publicum, ex ſacroſanctis Tridentini Concilii legibus, conjugium cum ſordido infamique homine, parentum injuſſu, celebraret. Et de Hiſpanis quidem legibus ſcribere non dubitat Covaruvias Hiſpanus Epitom. in IV. lib. Decretalium II. part. capite III. §. VIII. *jure Canonico ſublatas eſſe, nec vim legum habere, quatenus pœnas inferunt matrimonium contrahentibus, ſine parentum conſenſu. Nam, etſi Hiſpaniarum Principes eas tulerint ad illam honeſtatem perſuadendam, quæ conſiſtit in exigendo parentum conſenſu ab ipſis filiis ad conjugalem contractum;* non tamen, inquit, *habent vim legum: quum id ſancire ad Romanos Pontifices pertineat.*

C A P U T II.

An ex Eccleſiaſtico, an verò ex Divino Jure, connubiales inter Chriſtianos cauſæ ad Eccleſiam pertineant. Matrimonii & civilium rationum diſtinctio. Leges Chriſtiano matrimonio præſcribere, ad ſolam Eccleſiam ſpectat. Optati Galli larvâ perſonatus ſcriptor. Iſaaci Haberti pro Ludovico Rege Reſponſum. Honorii III. ſententia explicata. Alexandri III. Decretum illuſtratum. Arrogantior Spiſſæi oratio. Ut ſummi Principes de exheredandis juſtè liberis leges ferant, non eſt opus Pontificiâ auctoritate. Summa Regum in rebus humanis auctoritas. Alia ratio cauſſarum humanarum, alia divinarum. Chriſtianiſſimorum Regum Leges a Concilio Turonenſi II. laudatæ. Concilii Triburienſis Decretum. Objectio diſſoluta. Leges Francorum aliquâ ex parte ab adverſariis comprobari debent. Qui Conſilium ab alio exquirere jubetur, non jubetur ſequi. Clandeſtina conjugia meritò punita. Gallicanæ leges eo ex capite impugnatæ, quòd exheredatione puniant publicas filiorumfamilias, abſque parentum conſenſu, nuptias.

I. QUorum ego opinionem dum diligentius exploro; mirari plane ſubit, oculatiſſimos illos apicum quorumcunque in utroque jure inveſtigatores, quorum ſolertiæ atque acumini minima quæque legum patent & conſultorum diſcrimina, non ſatis hac in parte diſcreviſſe, quid ſacrum ſit, quid civile, quid honeſtum atque è Canonibus commendatum, quid vitioſum & pœnâ dignum; quid ad Eccleſiæ, quid ad Principum auctoritatem pertineat. Nam quantùm ad connubiales cauſſas ſpectat, quas, ſive ex Apoſtolico decreto, quod ſeculorum omnium conſuetudo apud Chriſtianum populum firmavit, ut ſentit Sanchezius libro VII. diſputatione III. ſive, ut nos cum majori & meliori Canonicorum Interpretum parte opinamur, ex jure divino, ſibi merito Eccleſiaſtici judices vindicant; diſtinguendum accuratè eſt Matrimonium ipſum, ſeu Matrimonii οὐσία, ab his, quæ extra Matrimonii rationem omnino ſunt, & civilium rerum ordine continentur: quanquàm inde conſequantur.

II. De matrimonio ipſo, quod etiam Sacramentum eſt, judicare, ut, firmum ne an irritum cenſendum ſit, jure, an injuriâ, celebratum; Eccleſiæ tantùm eſt, cujus adminiſtrationi atque poteſtati ſacra omnia commiſit Chriſtus. Sicuti & Eccleſiæ ſolius intereſt, impedimenta apponere, variis connubialia fœdera legibus conſtringere, aliaque præſcribere hujuſmodi, ſine quibus vanum ſit inter Chriſtianos ac prorſus nullum matrimonium, neceſſe eſt. At cetera, quæ Matrimonio in civili ordine accedunt, ut hereditatum & ſucceſſionum jura aliaque hujuſmodi, nihil cauſſæ afferri poteſt, cur, ne quid in publicæ privatæque rei detrimentum vergat, politicæ poteſtatis judicio ſubjiciantur: atque, ut ad obſcurum quendam & ſub adſcititiâ Optati Galli larvâ latitantem hominem pro Ludovico Juſto Rege doctiſſimè ſimul ac elegantiſſimè reſpondit Iſaacus Habertus Vabrenſis Epiſcopus, in lib. de Juſtitiâ connubialis Edicti, *intelligendum eſt, quod in matrimonio Juris Divini poſitum eſt, ſacramentale eſſe, proindeque ad Eccleſiam ſpectare, quæ Divini Juris cognitionem interpretationemque abſolutiſſimam, ſola in terris erroris culpæque expers, columna & firmamentum veritatis, exercet. Unde, tanquam Divini Juris interpretis ac oraculi, de veritate, validitate, ſubſtantiâ, cauſſis, partibus, contractu conſenſuque, ut materiâ & formâ, conditionibus effectiſque Sacramenti Matrimonii, decernere, unius Eccleſiæ eſt. Id Fidei caput eſſe, nemo dubitat Orthodoxus. Ex his omnibus Chriſtianiſſimus Princeps ſiquid in edicto ſuo attigit, illud, non ut ex ſui, ſed Divini vel Eccleſiaſtici Juris Conſtitutione, præjudicatum, expreſſit. Verùm alia ſunt ad matrimonium pertinentia, quæ ſacramentum ipſum non componunt aut efficiunt; ſed* antecedunt,

amoecibus ; comitantur aut conſequuntur : ut, reverentia ac metus parentum, publicæ Legis & conſuetudinis obſervantia, familiæ decus & ornamenta, honeſtatis & pudoris ſalus famæque ſollicitudo, pactorum integritas, rerum & fortunarum conſervatio, hereditatum ac ſucceſſionum jura, aliaque id genus quamplurima, quæ Principem, tanquam boni publici inſpectorem, arbitrum vindicemque, reſpiciunt. Ea vero ſunt, de quibus non ſub nullitate, ut inquiunt, aut Juris Divini Canonique pœnis ; ſed Civili planè Juris dicundi formâ, Rex Juſtiſſimus edicto ſuo cavit, cavere potuit ac debuit.

III. Hactenus Epiſcopus Vabrenſis : cui Romanorum Pontificum decreta favent, &, quod prodigio ſimillimum eſt, ea ipſa, quibus impugnari ſententia noſtra vulgo conſuevit, ſiquidem capite *Tuam de ordine cognitionum* Honorius III. de Reginæ Cypriæ natalibus, hoc eſt, utrùm ex legitimo connubio procreata eſſet, noc ne, judicium, ad Apoſtolicum tribunal pertinere docet; ſucceſſionis autem cauſſam, quæ inde pendebat, Ludovici Regis Francorum ſententiæ reſervari ; idque tantùm monendum ſibi eſſe ducit, nequid de ſucceſſionis jure Rex ante decernat, quam ea de natalibus cauſſa Apoſtolico ex arbitrio abſolvatur : ne ordo perturbetur judiciorum. *Tuam non credimus*, inquit, *latere prudentiam, cauſſam natalium Reginæ Cypri ad examen noſtrum (utpote quæ ad Forum Eccleſiaſticum pertinet) eſſe delatam*, & infra. *Quia verò, antequam natalium cauſſa terminata eſſet, dependentem ex illâ ſucceſſionis cauſſam incipere, nihil aliud eſſet, quàm diverſis proceſſibus intricare negotium, & confuſione quadam, judicii ordinem perturbare : mandamus, quatenus ſi fortè ab ipſâ Reginâ fueris ſuper hoc requiſitus, donec jam dicta cauſſa natalium Apoſtolico judicio finem acceperit, patienter expectes.* In eandem porrò ſententiam ſcribit Alexander III. ad Londonenſem & Vigorienſem Epiſcopos, capite, *Cauſſam quæ. II. qui filii ſint legitimi*, ad Regem nempe Anglorum pertinere, non ad Eccleſiam, de hereditariis bonis judicium, quanquàm Eccleſia matrimonii cauſſam ad ſuum meritò revocet examen. *Cauſſam*, inquit, *quæ inter R. & F. ſuper eo, quòd mater dicti R. dicitur non fuiſſe de legitimo matrimonio nata, agitari dignoſcitur, vobis commiſimus terminandam. Verùm, quia Litteris noſtris inſeri fecimus, ut ſæpe fato R. poſſeſſionem omnium, quorum poſſeſſor exiſtit, quando avus ſuus proficiſcendi Hieroſolymam iter arripuit, ante principalis cauſſæ ingreſſum, faceretis reſtitui, ſi eadem poſſeſſione fuiſſet per violentiam ſpoliatus : nos attendentes, quod ad Regem pertinet, non ad Eccleſiam, de talibus poſſeſſionibus judicare ; ne videamur juri Regis Anglorum detrahere, qui ipſarum judicium ad ſe aſſerit pertinere : Fraternitati veſtræ mandamus, quatenus Regi poſſeſſionum judicium relinquentes, de cauſſâ principali, videlicet, utrùm mater prædicti R. de legitimo ſit matrimonio nata, plenius cognoſcatis.* Atque hinc eſt, ut puto, quòd arrogantiùs, majorique forſan factionis, quàm Chriſtianæ pietatis, ſtudio, & periculoſe etiam, Spiſſæus ajebat, vir, ut eum Jacobus Auguſtus Thuanus deſcribit Hiſt. lib. XCIII. ad an. MDLXXXVIII. *profundæ eruditionis ac judicii, ad hæc imperterritâ eloquentiâ præditus : quòd Pontificibus nullum jubendi aut ſtatuendi jus ſit de rebus, quæ ad civilem adminiſtrationem ſpectant, in ditionibus Regi Chriſtianiſſimo ſubjectis : &, ſiquid jubeant ſtatuantve, eorum juſſis ac ſtatutis Regis ſubditi, etiamſi ſacri initiati ſint, parere non teneantur.*

IV. Quare, ut Regiarum legum æquitas de exheredandis liberis, qui, præter parentum ſuorum conſenſum, uxorem acceperint, adverſus obtrectatores aſſeratur, non opus eſt cum Franciſco Molino. L. II. de ritu nuptiarum, diſſ. VII. num. XLIII. ad ſummi Pontificis tacitam quandam veluti approbationem, aut ad generalia regni totius Comitia, in quibus, vidente ſacro Ordine & conſentiente, edictum hujuſmodi Rex promulgaverit, confugere : ſed hæc Imperatori, Regibus, ſummis aliis Principibus, data eſt divinitus poteſtas, hæc, Romanis ipſis Pontificibus fatentibus, auctoritas, ut, quas ad civile populorum bonum publicamque humanarum rerum honeſtatem conducere vident, æquiſſimas leges ferant. *quia*, ut Canon habet Victori Papæ attributus *de conſecratione*, diſtinctione III. Canone *Celebritatem, alia eſt ratio cauſſarum ſecularium, alia divinarum.* Sic Concilii Turonenſis III. quod anno DLXVII. habitum eſt, Patres, Canone XX. ſummopere commendarunt, quod Childebertus, Clotharius & Charibertus Reges, ſolemni lege vetuerant, nequis puellam, abſque parentum voluntate, acciperet, ut etiam ſupra animadvertimus : *quam non ſolùm*, inquiunt, *Domini glorioſæ memoriæ Childebertus, & Clotharius Reges, conſtitutionem legum de hac re cuſtodierint & ſervaverint, quam nunc Dominus Charibertus Rex, ſucceſſor eorum, præcepto ſuo roboravit; ut nullus ullam puellam, abſque parentum voluntate, trahere aut accipere præſumat.* Nec Concilii Triburienſis decreto, quod nobis opponitur, & Romanæ inter Decretales relatum eſt, Capite I. *de ſponſalibus, & matrimoniis*, aliud definitur, quàm, verum eſſe matrimonium, quod mutuo viri & feminæ conſenſu contrahitur : etiamſi aliâ lege, quàm gentis ſuæ mos ferat, quis uxorem acceperit.

V. Quod autem objiciunt, magnum inde matrimonii apud Chriſtianos libertati impedimentum provenire, dum, pœnarum metu, quibus nolunt, ſæpe adoleſcentes & puellæ conjunguntur; invidioſius longè eſt quàm verum. Atque in primis Leges illas Francorum, quatenus exigunt, ut triginta majores annis filii, non niſi cum parentum ſuorum conſilio, matrimonio copulentur, nihil ſacroſanctæ huic libertati detrahere; illoſque adeò exheredari poſſe, qui huic deſunt erga parentes pietatis officio; ipſi, opinor, adverſarii non diffitebuntur, ſi paucos quoſdam excipiamus, qui enim, inquiunt, conſilium ab alio exquirere jubetur, illud ſequi non cogitur : atque, ut obſervat Bartolus in Legem LXXIX. *Cum pater D. de legatis & fideicommiſſis II. §. Mando, verba, quæ proferuntur in modum conſilii, non important neceſſitatem.* Ita præ aliis affirmat Fulvius Pacianus de probat. lib. II. Cap. III. num. CXVII. Quatenus etiam clandeſtina connubia, quæ, ubi Tridentinum Concilium promulgatum non eſt, vera ſunt, ex antiquis Canonibus, ac rata matrimonia, leges ejuſdemmodi ſeveriſſimè prohibent; eas valde ſibi, ni fallor, comprobandas eſſe ſentient, quas exactæ Canonum obſervantiæ militare conſpiciunt, quotquot ſancitas adverſus clandeſtina conjugia ab Hiſpanis Principibus pœnas ab omni injuſtitiæ labe vindicant, auctores apud Covaruviam de Matrimonio II. part. Capite VI. & Sanchezium libro VII. diſputatione XLVII. Sed quod exheredationis graviſſimam pœnam in liberos humanæ leges decernant, qui, turpi ingrati animi vitio, parentum ſuorum conſenſum in contrahendis ſolemni ritu nuptiis, adoleſcentuli adhuc, negligunt: hoc demum eſt, quod illi, bono forſan animo, acerrimè impugnant; quodque in cauſſa exiſtit, cur non Regias ſolum, ſed & Cæſareas ab Juſtiniano prudentiſſimo Principe latas leges, è Chriſtiano procul orbe rejiciant.

CAPUT

CAPUT III.

Quid reſponderi poſſet, ex Cajetano, Navarro, & Johanne Tabienſi. Theologicarum Canonicarumque rerum libri, vulgari conſuetudine, Summæ inſcripti. Tabienſis verba. Noſtra in Legum Gallicanarum defenſionem reſponſio. Libertas non eſt, peccare poſſe; ſed libertatis imbecillitas. Deus ἀναμάρτητος. *Chriſtianorum Patrum poſt Auguſtinum acutiſſimus Thomas. Quid non poſſit Deus, cujus perfectiſſima eſt libertas. Anſelmi, Archiepiſcopi Cantuarienſis, commendatio. Anſelmi argumentatio. Ex Bernardo tria libertatis genera. Alia magni Auguſtini loca. Pulcherrimum dictum Auguſtini. Gregorii Nyſſeni, & Nili Monachi, ſententiæ laudatæ. E Divinis Litteris veram libertatem non habet qui peccat. Paradoxon Stoïcum, quòd Sapientes ſint liberi & ſtulti ſervi, è Cicerone illuſtratum. Epicurus laudatus, ejuſque illuſtrata ſententia. Auctoris à libris levamen. Alexandri Aphrodiſienſis Liber* περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν. Ἀναμάρτητον, *quidquid* αὐτεξούσιον *creatum eſt. Qua ratione convenit homini libertas. Ipſa libertatis ratio explicatur.* προαίρεσις *quid ſit?*

I. UTinam verò ipſa ſibi auctorum iſtorum doctrina cohæreret! quibus facilè reſpondere poſſem, Canonicâ minimè effici auctoritate, ut injuſtæ aut irritæ civiles leges reddantur, quæ nullo modo ad Matrimonii rerumque ſacrarum offenſionem diriguntur; ſed ad injuriam duntaxat puniendam, quam parentibus inferunt ingrati filii, acceptâ præter eorum voluntatem uxore, hac ſiquidem ratione ea tantum conditores auctoreſque legum procurant, quæ ad politicam ſpectant poteſtatem, communem ſcilicet tranquillitatem Reipublicæ privatamque domorum ſeu familiarum concordiam. Quanquàm inde aliquid forſan conſequatur, quod κατὰ συμβεβηκὸς & præter legiſlatoris mentem, in ſacræ illius libertatis diminutionem vergat aut vergere videatur, quam Chriſtiana matrimonia requirunt. Auctores reſponſionis hujus habeo, acerrimos illos Eccleſiaſticæ immunitatis aſſertores, Cajetanum in Summâ V. *Excommunicatio.* c. XXXI. verſ. VI. Martinum Navarrum in Enchiridio Cap. XXVII. num. CXX. ipſumque etiam, a quo hi aliquâ in re, ubi de funebribus ſumptibus agitur, diſſident, Johannem Tabienſem, qui in Summâ (illius enim temporis atque Inſtituti homines libris ſuis de Theologicis Canonicisque rebus Summæ ferè nomen præfigere conſueverant) in Summâ, inquam, quam Summam Summarum, magnificâ & tunc nimis uſitatâ inſcriptione, appellarunt, V. *Excommunicatio*, caſu XX. valere aliquando Principum leges concedit, quibus paterfamiliâs res ſuas à liberis ad alios abalienare prohibetur; *etiamſi ex tali ſequatur privatio lucri Eccleſiarum. Et ſi tertiò ſequitur*, inquit, *quòd non poſſit ea legare Eccleſiis; hoc non dicitur eſſe contra libertatem Eccleſiaſticam directè: quia non nominatur Eccleſia, vel aliquid pertinens ad Eccleſiam; nec immediatè ſequitur contra Eccleſiam, quamvis poſſit ſequi. Tertiò præter intentionem, quòd non poſſit legare Eccleſiæ; & ſic non eſt indirectè contra Eccleſiam: nec etiam directè, quia non faciunt in odium clericorum; ſed ut provideant filiis ſuis, vel puniant delictum, ut in hæreticis.* Non id tamen dicam, quod tanti viri docent & impunè profitentur, ne ſacra connubialis fœderis jura, quorum ſumma animum noſtrum inceſſit religio, ullo modo, vel κατὰ συμβεβηκὸς, violari à me videantur.

II. Illud verò conſtanter ſanctèque affirmabo, Chriſtianorum conjugiorum libertatem, quæ ſine honeſtate eſſe nequit, per leges illas non minui aut impediri; ſed libertatis potiùs abuſum, procaciumque filiorum reprimi adverſùs parentes petulantiam. Neque enim libertas eſt, peccare, & pacem turbare familiarum; ſed libertatis potiùs defectus quidam & imbecillitas, ut optimè more ſuo ratiocinando deducit S. Thomas Aquinas I. part. quæſtione LXII. articulo VIII. ad III. argum. *Liberum arbitrium ſic ſe habet ad eligendum ea, quæ ſunt ad finem; ſicut ſe habet intellectus ad concluſiones, Manifeſtum eſt autem, quòd ad virtutem intellectûs pertinet, ut in diverſas concluſiones procedere poſſit, ſecundùm principia data; ſed quòd in aliquam concluſionem procedat, prætermittendo ordinem principiorum, hoc eſt ex defectu ipſius. Unde quòd liberum arbitrium diverſa eligere poſſit, ſervato ordine finis; hoc pertinet ad perfectionem libertatis ejus. Sed quòd eligat aliquid, divertendo ab ordine finis (quod eſt peccare) hoc pertinet ad defectum libertatis. Unde major libertas arbitrii eſt in angelis, qui peccare non poſſunt, quàm in nobis, qui peccare poſſumus.* Eademque ratione maxima erit & perfectiſſima in Deo, qui eſt omnino atque ἀναμάρτητος, ut idem, Chriſtianorum Patrum poſt Auguſtinum acutiſſimus, Thomas cum Magiſtro Sententiarum argumentatur in II. diſtinctione XXV. artic. I. *Ad rationem liberi arbitrii non pertinet, ut indeterminatè ſe habeat ad bonum vel ad malum: quia liberum arbitrium per ſe in bonum ordinatum eſt, quum bonum ſit Objectum voluntatis; nec in malum tendat, niſi propter aliquem defectum, quia apprehenditur ut bonum: quum non ſit voluntas aut electio, niſi boni aut apparentis boni, & ideò, ubi perfectiſſimum eſt liberum arbitrium, ibi in malum tendere non poteſt: quia imperfectum eſſe non poteſt. Sed hoc ad libertatem arbitrii pertinet, ut actionem aliquam facere vel non facere poſſit, & hoc Deo convenit. Bona enim, quæ facit, poteſt non facere; nec tamen malum facere poteſt.* Hoc unum non poteſt qui poteſt omnia, ut lepide adnotat S. Auguſtinus cum aliis pluribus in locis, tum in lib. I. de Symbolo vel Regulâ Fidei ad Catechumenos capite I. *Deus Omnipotens eſt; &, quum ſit Omnipotens, mori non poteſt, falli non poteſt, mentiri non poteſt, &, quod ait Apoſtolus, negare ſe ipſum non poteſt. Quam multa non poteſt, & Omnipotens eſt? Et ideò Omnipotens eſt, quia iſta non poteſt. Nam ſi mori poſſet, non eſſet Omnipotens. Prorſus Omnipotens pater noſter peccare non poteſt.* Unde Anſelmus, ſingulare illud non Benedictinæ ſolùm Familiæ, ſed & Catholicæ totius Eccleſiæ, ornamentum, Archiepiſcopus Cantuarienſis, cui vel ſanctitate vel eruditione atque eloquentiâ neminem poſteriorum Theologorum præferre poſſis, Dialogo de Libero Arbitrio, capite I. nec libertatem nec partem libertatis agnoſcit, peccare poſſe. *Quoniam*, inquit, *liberum arbitrium, divinum & bonorum Angelorum, peccare*

care non poteſt; non pertinet ad definitionem libertatis arbitrii, poſſe peccare. Denique nec libertas nec pars libertatis eſt, peccandi poteſtas. Quod ita pulcherrimè demonſtrat. *An putas, quod additum minuit, & ſublatum auget libertatem, id aut libertatem eſſe aut partem libertatis? Non hoc putare poſſum. Poteſtas ergo peccandi, quæ addita voluntati minuit ejus libertatem; &, ſi dividatur, auget; nec libertas eſt nec pars libertatis.*

III. Nec aliorum Patrum teſtimonia diſſentiunt: ut Bernardi in libro de Gratiâ & Libero Arbitrio, in quo, celebri vulgarique apud Theologos diviſione, tria libertatis genera diſtinguit, à peccato, à miſeriâ, à neceſſitate. *Nemo proinde*, inquit, *putet ideo dictum liberum arbitrium, quòd æquâ inter bonum aut malum poteſtate aut facultate verſetur: quum cadere per ſe quidem potuerit, non autem reſurgere, niſi per Domini Spiritum. Alioquin nec Deus nec Angeli Sancti, quum ita ſint boni, ut non poſſint eſſe & mali; nec prævaricatores item Angeli, quum ita ſint mali, ut jam non valeant eſſe boni; liberi arbitri eſſe dicuntur.* Et, ne ceteros longiùs perſequamur, magni illius, quem nunquàm ſatis pro dignitate laudabimus, Auguſtini, innumeris in locis, & præſertim in Enchiridio ad Laurentium capite XXX. *Ipſa eſt vera libertas propter rectè faciendi licentiam; ſimul & pia ſervitus propter præcepti obedientiam*, ubi alia lectio habet: *propter rectè facti lætitiam.* Ex capite CV. *Poſteà verò ſic erit, ut malè velle non poſſit* (ſcilicet homo) *nec ideò libero carebit arbitrio. Multò quippe liberius erit arbitrium, quod omninò non poterit ſervire peccato. Neque enim culpanda eſt voluntas: aut voluntas non eſt, aut libera dicenda non eſt, qua beati eſſe ſic volumus, ut eſſe miſeri non ſolum nolimus; ſed nequaquàm prorſus velle poſſimus. Sicut ergo nunc etiam anima noſtra nolle infelicitatem; ita tunc nolle iniquitatem, ſemper habitura eſt.* Lib. XIV. de Civitate Dei Cap. XI. *Arbitrium igitur voluntatis tunc eſt verè liberum, cum vitiis peccatiſque non ſervit.* Lib. XXII. capite XXX. *Nec ideò liberum arbitrium non habebunt, quia peccata eos delectare non poterunt. Magis quippe erit liberum, à delectione peccandi uſque ad delectationem non peccandi indeclinabilem liberatum.* Et infra. *Nam utique peccando nec pietatem nec felicitatem tenuimus: voluntatem verò felicitatis nec perditâ felicitate perdidimus. Certè Deus ipſe, numquid quia peccare non poteſt; ideò liberum arbitrium habere negandus eſt? Erit ergo illius civitatis & una in omnibus & inſeparabilis in ſingulis, voluntas libera.* Ubi de divinâ libertate eodem ferè modo argumentatur, quo adverſus Julianum, Operis Imperfecti lib. I. ſed præ omnibus aliis pulcherrimum mihi ſemper, &, quod omnium mentibus inſcribatur, digniſſimum, viſum eſt dictum illud Auguſtini in IV. eorundem librorum, quos de Civitate Dei contra gentes ad Marcellinum ſcripſit, Cap. III. *Bonus etiamſi ſerviat, liber eſt; malus autem, etiamſi regnet, ſervus eſt: nec unius hominis; ſed, quod gravius eſt, tot dominorum, quot vitiorum.* Cui planè conſonæ ſunt duæ illæ apud Johannem Damaſcenum in Eclog. Litt. D. tit. XXVII. ſententiæ: una Gregorii Nyſſeni in Orat. Domin. de homine querentis, ὅτι τὴν πικρὰν τῆς ἁμαρτίας δουλείαν ἀντὶ τῆς αὐτεξουσίου ἐλευθερίας προετίμησεν. καὶ ἠλλάξατο τῆς δουλείας τῷ Θεῷ τὸ τυραννεῖσθαι ὑπὸ τῆς καταφθειρούσης δυνάμεως. id eſt, *quòd malam peccati ſervitutem ei, quæ ſui juris libertas eſt, prætulit; & corrumpentis tyrannidem pati maluit, quàm ſervire Deo.* Altera Nili Monachi: οὐκ οἶδας ὅτι ᾧ ἂν ἥττηται ψυχὴ πάθει, τούτων γίνεται καὶ δοῦλος μαστιγίας. ἀλλ' οὐκ ἐσμὲν ἡμεῖς παιδίσκης τέκνα, ἀλλὰ τῆς ἐλευθέρας, ὅπως τῆς ἁμαρτίας διαζευχθέντες ἐλευθεριάσωμεν. αἱρετὸν μᾶλλον ἀνθρώπῳ δουλεύειν, καὶ μαστιγίαν οἰκότριβα, ἢ δουλωθῆναί ποτε πάθεσι κατάρατος. id eſt. *Neſcis, quibus paſſionibus anima ſuperetur, harum & verberonem ſervum fieri? Non ſumus autem nos ancillæ filii, ſed liberæ, ut a peccato ſeparati, liberè agamus. Eligendum magis eſt homini, ſervum fieri & vernarum vernam, quàm execrandis unquàm paſſionibus ſervire.*

IV. Quod veteres Chriſtianorum Patres non è Sacris tantum Litteris hauſere, quibus, Johannis capite VIII. legimus; *omnis qui facit peccatum, ſervus eſt peccati*, & ibidem. *Si ergo vos Filius liberaverit, verè liberi eritis.* II. ad Corinthios capite III. *Ubi Spiritus Domini, ibi libertas.* Petri epiſtola I. capite II. *Quaſi liberi & non quaſi velamen habentes malitiæ, libertatem; ſed ſicut ſervi Dei.* epiſt. II. cap. II. *libertatem illis promittentes, quum ipſi ſervi ſint corruptionis, a quo enim quis ſuperatus eſt, hujus & ſervus eſt*, Sed e veteri quoque, Stoica præcipuè Philoſophiâ, cujus hoc erat Paradoxum Decretum, ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι, καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι i. e. *quòd Sapientes liberi, & ſtulti ſervi*, elegantiſſime a Marco Tullio illuſtratum. *Dictum eſt igitur*, inquit Cicero, *ab eruditiſſimis viris, niſi ſapientem, liberum eſſe neminem, quid eſt enim libertas? poteſtas vivendi, ut velis. Quis igitur vivit ut vult, niſi profectò qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui vivendi via conſiderata atque proviſa eſt, qui legibus quidem, non propter metum, paret; ſed eas ſequitur atque colit: quia id ſalutare maximè eſſe judicat, qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique, niſi libenter ac liberè; cujus omnia conſilia reſque omnes, quas gerit, ab ipſo proficiſcuntur eodemque referuntur; nec eſt ulla res, quæ plus apud eum polleat, quam ipſius voluntas atque judicium?* & paullò poſt. *Igitur omnes improbi, ſervi. Nec hoc tam re eſt, quàm dictu, inopinatum atque mirabile. Non enim ita dicunt, eos eſſe ſervos, ut mancipia, quæ ſunt dominorum facta nexu, aut aliquo jure civili; ſed, ſi ſervitus ſit, ſicut eſt, obedientia fracti animi & abjecti & arbitrio carentis ſuo; quis neget, omnes leves, omnes cupidos omnes denique improbos, eſſe ſervos? An ille mihi liber videatur, cui mulier imperat; cui leges imponit, præſcribit, jubet, vetat, quod videtur; qui nihil imperanti negare poteſt, nihil audet? poſcit: dandum eſt, vocat: veniendum, ejicit: abeundum, minatur: extimeſcendum. Ego verò iſtum non modò ſervum; ſed nequiſſimum ſervum, etiamſi in ampliſſimâ familiâ natus ſit, appellandum puto.* Nec abſimile eſt illud Epicuri, ſapientis certe viri, apud Senecam epiſtolâ VIII. *Philoſophiæ ſervias, oportet, ut tibi contingat vera libertas.* Philoſophiæ enim eſt, animum noſtrum à perturbationibus liberum ſuique compotem efficere, quo ſenſu, à Platone dicta eſt in Phædone Philoſophia μελέτη θανάτου, *mortis meditatio*, ut vertit Macrob. lib. I. in Somn. Scip. c. XIII. ſeu, *commentatio*, ut interpretatur Cic. Q. Tuſc. l. I. & χωρισμὸς τῆς ψυχῆς ἀπὸ τοῦ σώματος, *ſeparatio animæ a corpore.* Nempe homo, ut Macrobius explicat, *mori etiam dicitur, cum anima adhuc in corpore conſtituta, corporeas illecebras, Philoſophiâ docente, contemnit; & cupiditatum dulces inſidias reliquaſque omnes exuitur paſſiones.*

V. Alia & mihi colligenda erant præclara ſapientum virorum monumenta, quibus ſubinde legendis privatas inter moleſtias, quas gravis mihi parum amicorum hominum ambitio aliquando faceſſit, animum ſemper ſenſi non parùm recreari meum: niſi, & ulterius me divagari delicata quædam ingenia prohiberent; &, quæ hucuſque mea in adverſaria retuleram, teſtimonia ſatis ſuperque oſtenderent, quàm non pertineat pecca-

di poteſtas ad eam perficiendam atque ἑκουσίως conſtituendam libertatem, quam Arbitrii vocant, & τὸ τῶν πραγμάτων ἐλεύθερον, *actionum libertatem*, Peripateticorum longè optimus & doctiſſimus, Alexander Aphrodiſienſis in Lib. περὶ εἱμαρμένης καὶ τοῦ ἐφ' ἡμῖν. i. e. *de Fato & Libertate*, ad Severum & Antoninum Auguſtos: quàmque vera ſit illa Auguſtini ſententia, Tractatu XLI. in Johannem, capite VIII. *prima libertas eſt, carere criminibus.* Quanquam enim quidquid αὐτεξούσιον creatum eſt, ſit etiam ἁμαρτητόν; humanamque adeò libertatem vitium iſtud non poſſit non conſequi, quæ non eſt ἑκουσίως bona: hæc tamen libertas non convenit homini κατ' ἐνδελεχῶς, quatenus peccare poteſt, quod eſt a perfectione libertatis deficere; ſed quatenus ratione fruitur atque intelligentiâ, ut acute advertit Chriſtianus Philoſophus Nemeſius in Lib. de Naturâ hominis capite XLI. Φαμὲν τοίνυν ἐξ ἀνάγκης τῷ λογικῷ συνεισέρχεσθαι τὸ αὐτεξούσιον. i. e. *Dicemus igitur cum ratione conjunctam eſſe ſui juris libertatem.* Unde fit, ut homo primùm deliberet de iis, quæ ſunt ἐφ' ἡμῖν, atque in conſultationem cadunt: deinde veluti αὐτεξούσιος, quod ſibi opportunius viſum fuerit, ſeligat. Eſt enim Ariſtoteli lib. III. Ethicorum Capite III. ceteriſque omnibus Peripateticis aliiſque etiam, qui fatalem quandam neceſſitatem inficiantur, προαίρεσις, ſive unius rei præ aliâ delectus, βουλευτικὴ ὄρεξις τῶν ἐφ' ἡμῖν. i. e. ex Petri Victorii verſione, *appetitio eorum, quæ in noſtrâ poteſtate ſunt, profecta e deliberatione.* Ἐκ τοῦ βουλεύσασθαι γὰρ κρίναντες addit ibidem Ariſtoteles, ὀρεγόμεθα κατὰ τὴν βούλευσιν.

C A P U T IV.

Grave impietatis crimen, uxorem, invitis parentibus, ducere. Adverſariorum cavillatio. Quid Jureconſultis libertas. Malus libertatis uſus nunquàm ſacris Canonibus probatus. Romani Pontifices cenſentur non poſſe, quod non poſſunt ſine peccato. Valet filiorumfamiliâs conjugium præter parentum voluntatem; ſed non eſt immune a culpâ. Canonicæ immunitati favent Gallicanæ Leges, non officiunt. Sancta res, matrimonium. S. Paullus explicatus. Coronæ in Ethnicorum nupsiis adhiberi ſolitæ. Tertullianus illuſtratus. Angelorum nomine Epiſcopi denotati. Genuinæ S. Ignatii Antiocheni epiſtolæ e Mediceo Codice a Cl. V. Antonio M. Salvinio deſcriptæ.

Pulchra Auguſtini ad Chriſtianos adhortatio. Alia crimina, quæ ad Eccleſiaſticum Tribunal ſpectans, per civiles Leges punita. Canones per civiles Leges corroborantur. Canonibus adjumentum a civilibus Legibus. Vidua, quæ intra luctûs tempus nubit, ab infamiæ notâ immunis. Nicolaï Papæ Reſcriptum. Donatiani a S. Auguſtino non reprehenſi, quòd Cæſarearum Legum præſidio uterentur. Clementis V. ſcitum illuſtratum. Tuſcum jurgium ex Auguſtino. Suis ipſorum armis adverſarii impugnantur. Adverſariorum pro Legibus Civilibus adverſùs clandeſtina conjugia argumenta. Vox Contractus *non ſatis latina. Quodnam boni Principis munus. Aliena dicta Sanchezius pro ſuis adſciſcit. Quodnam pulcherrimum victoriæ genus.*

I. UT autem ad rem noſtram veniamus; atrox valdè eſt longèque majus, quàm ſibi cœlibes aliqui homines atque a familiarum adminiſtratione alieni, perſuadent; impietatis in parentes crimen, iis invitis, uxorem ducere; atque inter patrem & liberos capitale odium excitare ſolet; teſte Baldo in Legem. *Omnem. C. ad Senatus conſultum Tertullianum.* Si ergo graviter peccare, libertas non eſt, ſed vitium libertatis atque imbecillitas; neque libertati Leges illæ officient, quæ graviori exheredationis pœnâ liberos in officio continent, ne, contractis patre diſſentiente nuptiis, immaniter delinquant. Quòd ſi ſubtiliùs, quàm humana negotia ferant, nos argumentari quis cavilletur; aliterque ac nos delineavimus, libertatem apud Jureconſultos accipiendam eſſe contendat, quatenus nempe ſervituti ea opponitur, aut quatenus a Florentio lib. IX. Inſtitutionum, definitur, *naturalis facultas ejus, quod cuiquam facere libet, niſi ſiquid vi aut jure prohibetur*, Lege IV. D. *de ſtatu hominum.* itemque ab Juſtiniano Inſtitutionum lib. I. tit. III. *de jure perſonarum*, is velim ſecum ipſe cogitet, neque a Legibus eam probari libertatem, quæ non ex jure agit, juxta illud etiam antiqui Poëtæ.

Juri ſervitium defer, ſic liber haberis.

Unde Q. Symmachus lib. II. epiſt. LXXXVIII. *Vox juris ac legum eſt, bonæ fidei contractum non poſſe reſcindi*, & præclarè Caſſiodorus lib. VIII. epiſt. XIII. *Vos leges dicitis, dum nos jura condimus.* Quam verò ſacri Canones commendant, libertas, non illa certè eſt, quæ bonis moribus adverſatur, comitemque culpam ac patris injuriam habet; ſed quæ ab omni longè abeſt impietate ingratique animi notâ, & rectè agendo eluceſcit: quum Canones, quorum eſt publicæ in divinis humaniſque quodammodo rebus honeſtati conſulere, non tantùm ut quid fiat, curent; ſed ut rite etiam, honeſtè eàque, qua par eſt, integritate celebretur: etſi non irritum ſtatim pronuncient, cui actionis innocentia defuerit. Ita demum ſacroſancti Canones connubialis libertatis jura illæſa atque intacta ſervari jubent, ut ſimul & parentibus honorem deferri velint, neque eorum in nuptiis ineundis conſenſum idcircò negligi, quod non per illum filiorumfamiliâs matrimonium conſtituatur. *Non nos*, ajebat olim Ennodius Diaconus, *Beatum Petrum, ſicut dicitis, à Domino cum ſedis privilegiis vel ſucceſſores ejus, peccandi judicamus licentiam ſuſcepiſſe.* Refert Symmachi Papæ nomine Gratianus, Canone I. Diſtinctione XL. Et Gregorius Papa lib. IX. epiſtolâ XLI. ad Anatolium, Conſtantinopolitanum Diaconum: *Atque ideò*, inquit, *hoc per nos fieri nullatenus poteſt, ne peccatum in meâ animâ ex ejus* [Johannis ſcilicet Epiſcopi] *depoſitione veniat.* Cauſſâ VII. quæſtione I. Canone *Scripſit.*

II. Unde, etſi firmum ſit ratumque conjugium, quod puella atque adoleſcens, invitis parentibus, contraxerunt,

contraxerunt, quum tamen honeſtas morum, & diſciplina neceſſario exigant, ut paternum conſenſum non prætermittant, in re utique tanti momenti, ex qua familiarum pendet amplitudo & ſalus; cur ſacroſanctæ Canonum auctoritati eas repugnare Leges cenſebimus, quæ libera quidem matrimonia eſſe non vetant; ſed ita tamen libera, ut, ſi quis eâ libertate ad parentum injuriam, atque ad humanarum Divinarumque Legum conculcandam proterendamque ſanctitatem, abuti voluerit, graviſſimè eum puniendum per exheredationem eſſe decernant? quod non eſt Canonicæ obſtare libertati; ſed pravum atque Canonum præſcriptioni adverſum, adverſum bonis moribus, ipſi adverſum æquitati, libertatis uſum, quoad fieri poteſt, impedire. Ego verò Leges hujuſmodi non tantùm Canonicæ immunitati non officere; ſed & maximè favere atque opitulari, judicaverim. Nam & præter antiqua Romanorum Pontificum Patrumque decreta, quæ, ut ſupra vidimus, alia ferè non approbant conjugia, niſi quibus parentes conſenſum præbuerint ſuum; Tridentini Patres, Seſſione XXIV. Cap. X. Epiſcopos, ut eâ, qua decet, modeſtiâ & honeſtate nuptias fieri curarent, admonendos eſſe duxerunt, *ſancta enim*, inquiunt, *res eſt matrimonium & ſanctè tractandum.*

III. Apoſtolus verò Paullus, cujus ſumma nobis auctoritas ex epiſtolâ I. ad Corinthios capite VII. opponebatur, liberam quidem feminæ, &, quod majus eſt, viduæ, poteſtatem nubendi facit; ſed ita tamen, ut *ἐν Κυρίῳ, in Domino*, cui voluerit, nubat. Id eſt, non tantùm ut ſuæ ejuſdemque Religionis viris conjungatur, juxta illud ejuſdem Apoſtoli epiſt. II. ad Corinthios eoſdem Cap. VI. *Nolite jugum ducere cum infidelibus*, ut, poſt antiquiores pleroſque Patres, explicant Anſelmus & Thomas Aquinas, & multò ante notaverat, gravis cum primis auctor, Tertulianus, Lib. de Coronâ militis: *Coronant & nuptiæ ſponſos; & ideò non nubimus Ethnicis, ne nos ad idolatriam uſque deducant, à qua apud illos nuptiæ incipiunt. Habes legem à Patriarchis quidem: habes Apoſtolum in Domino nubere jubentem:* ſed etiam ut, quas natura, quas honeſtas, quas Canonica auctoritas præſcribit, leges non violet, neque rem Divinâ inſtitutione conſecratam, Chriſtianas nuptias, ab iniquâ parentum injuriâ, infauſto omine, auſpicetur. Hoc planè beatiſſimum illud eſt omniumque bonorum copiâ affluentiſſimum inter Chriſtianos conjugium, cui ſummis laudibus Tertulianus lib. II. ad uxorem, applaudebat: conjugium, inquam, *quod Eccleſia conciliat & confirmat oblatio & obſignatum Angeli renunciant, pater ratò habet.* Ubi Angelorum nomine, Johannis Apoſtoli imitatione; Sacerdotes ſeu Epiſcopos denotat Tertulianus, quorum maximè decet auctoritate nuptias celebrari, ut vir Apoſtolicorum temporum, Ignatius docet epiſtolâ ad Polycarpum: *Decet, ut & ducentes uxores & nubentes, cum Epiſcopi arbitrio conjungantur: ut nuptiæ juxta præceptum Domini, non autem ob concupiſcentiam, coiiſſe videantur.* Quod ſic græcè effertur in Mediceo Codice, è quo genuinas Ignatii Antiocheni Epiſcopi epiſtolas, ab Iſaaco Voſſio ante plures annos non diligentiſſimè expreſſas, poſtulante nobiliſſimo Viro Henrico de Nova Villâ, ſuâ ipſe manu, accuratiſſimè exactiſſimeque exſcripſit, incomparabili vir doctrinâ, Antonius Maria Salvinius noſter, in Florentino Lyceo publicus Græcarum litterarum Profeſſor; edidítque Oxonii C. Aldrich: *πρέπει δὲ τοῖς γαμοῦσι, καὶ ταῖς γαμουμέναις, μετὰ γνώμης τοῦ ἐπισκόπου τὴν ἕνωσιν ποιεῖσθαι ἵνα ὁ γάμος ᾖ κατὰ θεὸν καὶ μὴ κατ' ἐπιθυμίαν* ut ſic omnia, ex Ignatii monito, è Divini Honoris dignitate peragantur, *πάντα εἰς τιμὴν θεοῦ γινέσθω.* Per Patrum verò non eum intelligendum puto, qui omnium pater eſt Deus Omnipotens, ut vult Renatus Laurentius De la Barre; ſed hominem, cujus conſenſu, ex honeſtatis æquitatiſque lege, liberorum connubia firmari oportet; ſequitur enim: *Nam nec in terris filii ſine conſenſu patrum ritè & jure nubunt.* Opportunè igitur & pulchrè admodum Auguſtinus Tractatu XLI. in Caput VIII. Johannis; *Non ergo dicat Chriſtianus: Liber ſum, in libertatem vocatus ſum, ſervus eram; ſed redemptus ſum; & ipſâ redemptione liber effectus ſum. Faciam quod volo; nemo me prohibeat à voluntate meâ, ſi liber ſum. Sed ſi ipſâ voluntate peccatum facis*, reponit Auguſtinus, *ſervus es peccati. Noli ergo libertate abuti ad liberè peccandum; ſed utere ad non peccandum. Erit enim voluntas tua libera, ſi fuerit pia: eris liber, ſi fueris ſervus, liber peccati, ſervus juſtitiæ, dicente Apoſtolo: Quum ſervi eſſetis peccati, liberi eratis juſtitiæ. Nunc autem liberati à peccato, ſervi autem facti Deo habetis fructum veſtrum in ſanctificationem; finem verò vitam æternam. Hoc conemur, ut id agamus.*

IV. Nonne plura alia crimina, quorum meritò cauſſa Eccleſiaſtico Tribunali referenda eſt? nonne inceſtas nuptias? nonne perjuria? nonne iniquiſſimos ex fœneratione quæſtus, Civiles etiam Leges ſeveriſſimè incuſſoque graviſſimorum ſuppliciorum terrore prohibuerunt? Quas tamen Leges Canonum obſiſtere libertati, nemo ſanioris mentis affirmaverit. Quid enim vetat, Principum etiam & Magiſtratuum poteſtate Pontificias Canonicaſque Leges corroborari? ut, qui virtutis aut religionis ſtudio honeſtatem ſectari nolunt, civilium ſaltem pœnarum metu, à peccandi licentiâ cohibeantur; atque ita Sacerdotium & Imperium, ſuo quodque jure ſuoſque intra limites, eidem fini allaborent. Ipſi certè Canones adſciſcere ſibi civili è Lege fulcra atque adminicula non dedignantur. Qua de re notiſſima eſt communique omnium ſuffragio recepta Lucii III. ſententia capite *Intelleximus. De novi operis nuntiatione: Sicut Leges non dedignantur ſacros Canones imitari; ita & ſacrorum Statuta Canonum Principum conſtitutionibus adjuvantur.* Ubi reſpicit Pontifex ad Juſtinianæas Leges, Authentic. *de Monachis*. §. ultimo, Collatione I. Authent. *Ut Clerici apud proprios Epiſcopos primùm conveniantur; & poſt hoc apud civiles judices.* §. penultimo, Collatione VI. & Authent. *de Eccleſiaſticis Titulis & Privilegiis aliiſque Capitulis.* §. I. Collatione IX. ad quas etiam reſpexit Gratianus cauſſâ II. quæſtione III. Canone *Euphemium*. Quo ſanè in loco ſic de viduâ argumentatur. „*Quum enim Leges ſeculi, præcipuè in Matrimonio, ſacros Canones ſequi non dedignentur; non videntur pronunciare infamem, quæ Apoſtolicâ & Canonicâ auctoritate non illicitè nubit.*„ Quaſi ſcilicet à contrario ſenſu, ſi nuptiæ illæ per Canones improbarentur, quas, elapſo nondum luctûs tempore, vidua contraheret, juxta civilium Legum ſeveritatem, publicam infamiæ notam, & quæ inde non parva incommoda conſequuntur, non effugeret. Sic autem ad Lucii Pontificis locum notat gloſſa: *In cauſſâ Eccleſiaſticâ Leges poſſumus allegare, ut etiam, ſi Canones deficiant, poſſit judicari ſecundùm Leges; ita tamen, ut iis uti demum poſſimus*, ut gloſſa ibidem ſubdit, *niſi Canones contradicant.* Sicuti etiam Nicolaus Papa aliique Romani Pontifices præſcripſerunt, quorum ſacroſancta Decreta collegit Gratianus Diſtinctione X. *Lege Imperatorum*, inquit Nicolaus epiſtolâ ad Epiſcopos, qui apud Convicinum convenerant, *non in omnibus Eccleſiaſticis controverſiis utendum eſt, præſertim quum inveniantur Evangelicæ ac Canonicæ ſanctioni aliquotiens obviare.* Et infra. *Non quòd Imperatorum leges, quibus ſæpe Eccleſia utitur contra hæreticos, ſæpe contra ty-*

rannos

rannos atque contra pravos quoſque defenditur, dicamus penitùs removendas; ſed quòd eas Evangelicis, Apoſtolicis atque Canonicis Decretis, quibus poſtponendæ ſunt, nullum poſſe inferre præjudicium aſſeramus. Neque ipſos hæreticos Donatianos eâ de cauſſâ reprehendendos ſibi S. Auguſtinus exiſtimabat, quod Cæſarearum legum præſidio uterentur. *Si autem,* inquit Lib. II. contra Litteras Petiliani capite LVIII. *in adjutorium etiam terreni Imperii leges aſſumendas putaſtis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus, cum adverſus injurioſos civem Romanum ſe eſſe teſtatus eſt.* Sed & celebre illud Clementis V. in Viennenſi Concilio ſcitum, *quòd Lex ſuperioris per inferiorem tolli non poteſt,* capite *Ne Romani. de electione & electi poteſtate.* Ita intelligendum eſſe docet gloſſa, ut *Lex illa juvari poſſet per pœnæ adjectionem.* Quod & ſuperiora exempla luculenter demonſtrant, & clandeſtina ipſa conjugia, quæ Eccleſia vehementer reprobat & deteſtatur: quibus civiles leges graviores pœnas adjecerunt.

V. Hic verò locus ipſe admonet, ut, non Tuſco aliquo jurgio, *quod,* Auguſtino teſte lib. III. contra Academicos capite IV. *dici ſolet, cum quæſtioni intentatæ non ejus ſolutio, ſed alterius objectio, videtur mederi:* ſed certiori quadam faciliorique *πρὸς ἄνθρωπον,* ut aiunt, ratione, quæ nobis adverſarii non illibenter concedunt, adverſus eos retorqueamus. Qui enim, nimiâ quadam Canonicæ connubialiſque libertatis religione, negant, eximii ſcilicet auctores, jure à Principibus animadverti in eos poſſe, qui parentum ſuorum conſenſum in contrahendis nuptiis, immani impietatis crimine, negligerent; iidem tamen, ſi pauciſſimi porrò excipiantur, damnare civiles leges non audent, quæ clandeſtinis nullove teſte initis connubiis exheredationis pœnam in Hiſpaniâ atque alibi ſtatuêre. Immo verò approbandas eas cenſent, veluti ſummæ utroque in Foro auctoritatis: quibus tantùm abeſt, ut Canones corrigantur, aut eorum ullâ ex parte ſanctitas lædatur atque Majeſtas, ut confirmentur hi potius, plurimumque inde accipiant adjumenti. Nam etſi, inquiunt, *Fori ſit Eccleſiaſtici de Matrimonio,* quoad ejus *ὕλην,* judicium; non tamen Principibus ea adempta verè eſt, aut cenſeri debet, poteſtas, ut, veluti ſummi humanarum rerum arbitri, leges condant pœnaſque ſtatuant in eos, qui, contra juris ordinem, matrimonia contraxerint; &, licet ejus legis, quam ſupremus Princeps tulit, vim infringere nequeat, quæ alteri ſubjacet; poteſt tamen ad illam obſervandam pœnarum metu populos adigere: præcipuè quum non Sacramenti ſolùm dignitate apud Chriſtianos gaudeat Matrimonium; ſed ſit etiam civile pactum atque humana conventio, ſive, ut Juriſconſultorum non latinâ ſatis voce & nos utamur, contractus, quod Græci *συνάλλαγμα* dicunt. Unde, ſicuti quâ ratione Sacramentum eſt, ad Pontificium tribunal verè ſpectat; ita & quâ civilis contractûs rationem habet, civilibus ſubdi legibus aliquomodò poteſt: ſcilicet, non quantùm ad *ὕλην;* ſed, quantùm ad illorum pœnas juſtamque animadverſionem, qui, ſanctiſſimi juris violato ordine & legibus peſſumdatis, clandeſtinis conjugiis pacem Reipublicæ & familiarum perturbant. Nam & boni Principis intereſt, privatarum etiam domorum mala, & gliſcentes in Reipublicæ perniciem diſcordias, ſalubri legum remedio coërcere. Quemadmodùm aliis quoque criminibus; quorum planè cauſſam non niſi Pontificibus uſurpare licet, præfigi, ſine ullo Canonum detrimento, civiles pœnæ conſuevêrunt. Ita ferè cum ſuis auctoribus Thomas Sanchezius lib. III. diſputatione XLVII. cui perquam placet aliquando Dominici Soto aliorumque verba pro ſuis venditare.

VI. At quàm pulchra hæc eſt, quàm erudita, quàm ſolida Canonumque præſcriptioni conſona, contra clandeſtinas nuptias, in civilium Legum defenſionem, optimorum hominum argumentatio? quàm poſteà, ubi de matrimonio, præter parentum voluntatem, hoc eſt, adverſus bonos mores, adverſus præſcriptas ab honeſtate atque à ſacris Canonibus leges, inito, agitur; turpis eſt atque inconſtans eorumdem diſſenſio? Undenam fortiùs atque efficaciùs potuimus, quàm ex ipſis adverſariorum principiis, adverſus illos diſputare? ut non quæſito aliunde colore, aut ex *ἀτέχνοις* longè locis eruto argumento; ſed, quod pulcherrimum eſt atque utiliſſimum victoriæ genus, ſuâ ipſorum doctrinâ convincerentur.

CAPUT V.

Noſtrum ad hominem argumentum. Alia Evariſtani Canonis explicatio, juxta corruptam ejus lectionem. Filiorumfamiliâs abſque parentum conſenſu conjugia, æquè ac clandeſtina, Tridentinum Concilium deteſtatur. Concilii Tridentini Decretum explicatum. Vir conſultiſſimus, Proſper Fagnanus. A clandeſtinis nuptiis in rem noſtram argumentatio. Canonicam libertatem non licet Epiſcopis coarctare. Parochi ab Epiſcopis prohibiti filiosfamiliâs, invitis eorum parentibus, matrimonio conjungere. Communis adverſariorum difficultas. Pœnam non mereri, quod ſit permittente Jure. Præcipuum adverſariorum fundamentum evertitur. Quo ſenſu aliquid permitti dici poſſit. Quo ſenſu Eccleſia filiorumfamiliâs conjugia abſque parentum conſenſu permittat. Ubi culpa, ibi pœna. Paterna injuria, non matrimonium, per Gallicanas Leges punitur. Civilium Legum exemplo res illuſtrata. Filii emancipati matrimonium, vel ſine patris conſenſu, per Leges Romanas valet. Pœna tamen in eum ſtatui potuit, ſi inhoneſtam uxorem & probroſam duxiſſet. Locus Digeſtorum explicatus. Qua ratione, renitente per injuriam patre, ſuccurri poſſit filio, ut, abſque ullo crimine, matrimonium contrahat. Caroli V. Patrum Decretum. Colonienſium admonitio.

I. AGe verò quidquid adverſus Leges objici poteſt, quibus parentum injuſſu contractæ nuptiæ puniuntur; æquè & adverſus pœnas militat, quibus in clandeſtina conjugia civiles Leges animadvertunt: quidquid etiam ad adferendas vindicandaſque contra ſecreta & clancularia connubia

connubia latas à Principibus leges adduci ſolet, jure meritòque probat, ingratos impioſque filios ab ineundis abſque parentum conſenſu imparibus nuptiis, exheredationis pœnâ deterreri potuiſſe. Nam, ſi idcircò, abſque ullo violatæ æquitatis crimine, clandeſtinas has nuptias proſcribere Principibus licuit; eorumque leges de exheredandis liberis, qui contrahere illas non dubitaſſent, juſtiſſimæ, ſanctiſſimæ publicoque bono maximè utiles cenſentur, quod clandeſtina illa conjugia Canones vehementer abhorrent: improbat etiam valdè atque execratur Eccleſia, quæ exoſa parentibus filii celebrant matrimonia; atqua ita execratur, ut Evariſto Papæ attributus Canon adulteria & ſtupra καὶ αὔξησιν nuncupaverit: ſi veteri tamen lectioni ſtemus, quam adſtruit Baſilius Pontius lib. II. de matrimonio cap I. & ego corruptam judico, ita ut loco iſtorum verborum: *niſi voluntas propria ſuffragaverit & vota ſuccurrerint legitima*, legamus: *etiamſi voluntas propria ſuffragaverit.* Omnibus certè ſeculis, poſt Chriſtiani nominis memoriam, reprobata ſanctæ Dei Eccleſiæ hæc fuiſſe atque prohibita ingratorum hominum, invitis parentibus, conjugia, poſt veteres Patres & Concilia, Oecumenica Tridentina Synodus ſeſſione, quam diximus, XXIV. capite I. teſtatur: cujus huc integra verba non abs re vel iterùm apponenda nobis eſſe exiſtimamus. *Tametſi dubitandum non eſt, clandeſtina matrimonia, libera contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu Eccleſia ea non irrita fecit; & proinde jure damnandi ſint illi, ut eos ſancta Synodus anathemate damnat, qui ea vera ac rata eſſe negant; quique falsò affirmant, matrimonia à filiisfamiliâs ſine conſenſu parentum contracta, irrita eſſe, & parentes ea rata vel irrita facere poſſe: nihilominùs ſancta Dei Eccleſia ex juſtiſſimis cauſſis illa ſemper deteſtata eſt atque prohibuit.* Quo in loco τὸ *illa* non ad clandeſtina tantùm matrimonia referri debet, quibus paullò poſt Tridentini Patres vim omnem civilis conventionis ſummâ, qua pollent, auctoritate auferunt, ſed, ut in Caput *Tua fraternitas, de Deſponſatione impuberum*, num. XI. vir conſultiſſimus Proſper Fagnanus adnotat, ad ea quoque conjugia, quæ, invitis parentibus, à filiisfamilias contracta, valent quidem: ſed & naturæ humanæ honeſtas & Canonum ſacroſancta æquitas, deteſtatur. Cui perquam accommodæ explicationi facit Lex CXL. *Pluribus rebus.* D. *de verborum obligationibus.*

II. Si ergo juſta Eccleſiæ clandeſtinas in nuptias cenſura facit, ut dignæ eæ Principum animadverſione videantur: cur non, eadem de cauſſâ, exheredatione puniri filiifamiliâs poſſint per civiles leges, qui, cum gravi patrum injuriâ, uxorem ducere audent, quòd matrimonia hujuſmodi Canonicâ auctoritate improbantur? Alioquî, ſi leges hæ Principum Canonica jura violarent, quum quid adverſus Canones decernere Epiſcopis non liceat, aut Canonicam libertatem, quam Romani Pontifices præſcripſerunt, aliquo modo coarctare, ut bene advertit Covaruvias de Matrimonio II. part. capite VI. num. XVIII. neque ipſa Epiſcoporum ſtatuta valerent, quibus, aut filiifamiliâs nuptias, abſque parentum conſenſu, contrahere, aut Parochi filiosfamiliâs, parentibus reluctantibus, in matrimonium conjungere, prohibentur, quale, inter alia plurium Epiſcoporum, illud eſt Patrum Colonienſium in Concilio, quod anno MDXXXVI. habuerunt, Cap. XLIII. *Quantùm fieri poteſt, cavebit Parochus, ne liberos citra parentum auctoritatem conjungat*, pluriumque Gallicanæ Eccleſiæ Conciliorum: ut Conventus Melodunenſis anno MDLXXIX. de Matrimonio: *Non liceat filiisfamiliâs, ſine parentum conſenſu, nuptias contrahere.* Concilii Provincialis Cameracenſis an. MDLXV. Cap. III. *Moneant Paſtores puberes & aptos ad contrahendum matrimonium, ut pietatem erga parentes deferant: ſed eorum arbitrio & conſilio ineant matrimonia; malintque Jacob ſanctum virum imitari, quàm reprobum Eſau.* Concilii Provincialis Rothomagenſis an. MDLXXXI. de Matrimonio: *Parœcis tamen mandamus, ne facilè ad matrimonia liberos, invitis parentibus, contrahentes, aut vages recipiant & ignotos homines*, quod iiſdem verbis ſancit an. MDLXXXV. Concilium Provinciale Aquenſe. Et Cardinalis Antonii Mariæ Galli in Synodo Auximanâ an. MDXCIII. decretum: *Quamvis pro validitate matrimonii conſenſus parentum non requiratur: quum tamen ex hujuſmodi matrimoniis, quæ, invitis parentibus, fiunt, multa ſcandala exoriri ſoleant, mandamus, ut nullus Parochus eos, quos ſciverit, invitis parentibus, matrimonium velle contrahere, matrimonio conjungat; ſed eâ de re nos reddat certiores, ut, quid ſit agendum, maturè poſſimus deliberare.* Quis autem, ſi Canonica læditur hinc & vitiatur libertas, non valdè ſecum miretur, nullo religionis motu optimos Epiſcopos vellicari, ut in frequentibus, quas habent, Synodis, ab hujuſmodi ſe legibus abſtineant? aut quis hæc Epiſcoporum decreta, quæ communi Sacerdotum, quibus neque pietas deeſt neque eruditio, ſuffragio comprobata ſunt, in controverſiam revocare audeat leviterque ac temerè caſtigare?

III. Unde etiam facilè ſolvitur communis illa difficultas, quam ex Covaruviâ aliiſque auctoribus magno ſupercilio urget Andreas Fachinæus lib. IV. Cap. IV. nempe pœnam non mereri, quod fit permittente jure. ſcilicet, juxta Legem *Gracchus.* C. ad Legem *Juliam de adulteriis*, cui addenda fuerat Lex CXCIV. D. *de regulis Juris*, quæ eſt Paulli ex lib. LXIV. ad Edictum: *Nemo damnum facit, niſi qui id facit, quod facere jus non habet.* Quum autem, inquiunt, filiusfamiliâs matrimonium abſque parentum conſenſu contrahere Canonico jure permittatur; non apparet, quî poſſit in eo locum habere exheredatio: niſi iniquâ hac exheredationis pœnâ decreta Canonica, divinaque adeò jura, graviſſimè violentur. Facilè, inquam, difficultas hæc ſolvitur: etſi palmare quoddam adverſus nos viſum fuerit doctiſſimis viris argumentum.

IV. Quod enim iſti afferunt, Matrimonia illa Canonicis permitti legibus, quæ invitis parentibus contrahuntur; id ſi ita intelligendum eſſe volunt, ut etiam approbet Eccleſia, quod adverſâ parentum ſuorum voluntate filiifamiliâs temerè audent: hoc verò conſtantiſſimè inficiamur; inficiarique omnes debent, qui paternam hac in re injuriam ſeriò perpendunt atque examinant. Qua verò ratione approbare Eccleſia videri poſſit, quod, teſte Tridentino Concilio, vehementer reprobat, & deteſtatur? Si autem eo ſenſu conjugia illa permitti dicant, ut parentum quoque conſenſionem non neceſſariò ad Matrimonii εἶναι exigat Eccleſia; ſed, parentibus etiam renitentibus, filiorumfamiliâs adhuc connubia ſubſiſtant: id planè veriſſimum eſt atque a Tridentino Concilio ad vitanda majora incommoda, quæ ſequi aliâs potuiſſent, prudentiſſimè definitum. Verùm etſi ſacroſancti Canones firma & rata matrimonia eſſe voluerint, quæ legitimo ſolemnique ritu, parentibus invitis, liberi celebrarent, contra quàm civiles Leges decreverunt, quum in mutuâ viri & mulieris conventione, non in parentum conſenſu, ſitum ſit Matrimonium, ut uberiùs deduximus ſupra: attamen negare non poſſumus, quin Canones damnent, quod Naturæ honeſtas prohibet, graviſſimum hunc ſcilicet paternæ auctoritatis contemptum. Quare quum ubi culpa eſt, pœnæ aliquis tribuatur locus, neceſſe ſit; non Canonibus

repugnare

repugnare; ſed militare potiùs, ſed favere; ſed patrocinari, cenſendæ ſunt civiles Leges, quæ in protervos ingratoſque filios, non ex conjugii, quod Sacramentum eſt apud Chriſtianos, odio, ſed ex publicæ privatæque honeſtatis & concordiæ amore, exheredatione animadvertendum eſſe ſanxerunt. Atque ita, non matrimonium, quod Eccleſia permittit; ſed paterna injuria, quam Eccleſia prohibet, per civilem poteſtatem punitur. Ego verò hic non video (quæ eſt ingenii mei imbecillitas) cur æquæ huic reſponſioni adverſarii non acquieſcant: ſi veritatis tamen ſtudio, non vanæ cujuſdam contentionis, argumentantur. Simile exemplum, ſi iſtud deſiderant (exemplis enim plurimum illuſtrari res ſolent) ſuppeditant mihi Romanæ Leges, quod Juriſconſultorum, quos viderim, nemo hactenus hanc in rem obſervavit. Etſi enim nullam eſſe conjugii vim Romani Legiſlatores ſtatuerint, quod parentum ſuorum injuſſu filiifamiliàs inirent; filii tamen emancipati matrimonium, cui paternus minimè conſenſus adfuiſſet, valere non prohiberunt. Ita Modeſtinus lib. II. Regularum: *Filius emancipatus, etiam ſine conſenſu patris, uxorem ducere poteſt: & ſuſceptus filius heres erit ei*, Lege XXV. D. *de ritu nuptiarum*. Et nihilominùs juſtè exheredari filius hic emancipatus potuit, ſaltem ſi vili ſe feminæ atque inhoneſtæ applicuiſſet, quod notat Accurſius in Legem. *Non tantum.* §. *Si emancipatus*, D. *de bonorum poſſeſſione contra tabulas*, ad illa verba: *uxore non ex voluntate patris ductâ, quod fieri potuit*, inquit Accurſius, *ut ſupra, de ritu nuptiarum Lege Filius. Sed non impunè, ut quando ignominioſam: quia poterit exheredari ſecundum hæc jura, ut ſtatim dicet.* Hæc autem verba in eadem Lege ſubjiciuntur. *quum poſſis avus jure ſuo uti, eumque* (nempe filium, non nepotem, ut quidam non bene explicant) *exheredare.* Quemadmodùm ergò vel probroſam uxorem abſque parentum conſenſu ducere emancipatus filius civili Lege permittebatur; & licebat tamen patri, illatam ſibi injuriam exheredationis pœnâ per eandem Legem ulciſci: ita & Canones, quorum magna frequenter eſt cum civilibus Legibus cognatio, liberam filiofamiliàs eſſe ſiverunt accipiendæ, quam vellet, uxoris facultatem; & paternus tamen contemptus, quo vitiatur potiùs, quàm perficitur matrimonii libertas, potuit legum ſeveritate coërceri. Neque etiam ſacra illa connubialis libertatis jura ullatenus mitui timendum eſt; ſi iniquior in filium pater fuerit; ambientique vel ſplendidas nuptias adoleſcenti conſentire pertinaciter recuſaverit. Siquidem habet filiusfamiliàs, cujus imploret auctoritatem, Judicem nempe Eccleſiaſticum, cujus erit, cauſſas a patre, cur diſſentiat, exquirere; &, ſi iniquas illas eſſe impiaſve judicaverit, aut a pravo illum conſilio dimovere, aut, ſi protervè tenuerit, paterni conſenſûs defectum publicâ poteſtate ſuppiere. Ut ex civilibus Pontificiiſque Legibus graviſſimi viri tradiderunt. Id ſe nolle dixerat in Auguſtano Decreto Carolus V. ut nempe patres poteſtate ſuâ in præpediendis liberorum conjugiis abuterentur. Et Patres Colonienſes, de quibus ſupra facta eſt a nobis mentio, quum Parochum ſerio admonuiſſent, ne liberos citra parentum auctoritatem conjungeret, ſubdunt; *Quod ſi parentes negligentes fuerint, aut in admittendo matrimonio jam contracto rigidiores negatores; admonebit eos, ut liberos maturæ ætatis elocent, novo vinculo jam per Eccleſiam indiſſolubili pertinacius obluctentur.* Nec diſſimiliter an. MDLXV. Concilium Cameracenſe Cap. IV. de Matrimonio: *Moneant identidem parentes, ne per vim filios adigant ad hoc illudve matrimonium.*

C A P U T VI.

Ad Reſcripta Romanorum Pontificum, atque ad Tridentinum Decretum reſponſio. Cardinalium Interpretum declaratio. Aliquorum ſententia, non eos Magiſtratus anathemate feriri, qui conjugia impediunt; ſed qui ad illa cogunt. Qui injuſtè cogunt, non qui jure, a Concilio Tridentino damnati. Poteſt quis aliquando ad matrimonium cogi. Romanorum Pontificum Reſcripta. Lucius III. cum Alexandro III. conciliatus. Cogendus ad matrimonium, qui ſponſalibus ſacramento firmatis, ſponſam defloraverit Alexandri III. Decretum. Moſaïcæ Legis explicatio. Gregorii Papæ Reſcriptum. Valida lex, qua virginis ſtuprator ad eam ducendam compelletur. Lex Continet. D. *Explicata. Dominici Soto laus. Qua ratione liberè exſolvat, qui fidem ſuam obligavit. Concilii Toletani Canon XXXVI. Diocletiani, & Maximiani Reſcriptum. Ad violatæ à ſe ſponſæ conjugium impelli homo poteſt. Eorum, quæ dicta ſunt, complexio. Parentum injuriam probibent Principes non filiorumfamiliàs matrimonia.*

I. JAm verò facilè conſtat, quid ad Reſcripta illa Romanorum Pontificum reſpondendum ſit, quibus, pœnarum metu, neminem ad ingrata inviſaque ſibi connubia cogi jubent; atque ad Tridentini etiam Concilii Decretum. Quod tamen, ſi Lugdunenſi editioni credimus Laurentii Durandi an. MDCXXXIV. ex Cardinalium Interpretum declaratione, *non comprehendit privatas perſonas; ſed Dominos temporales & Magiſtratus cujuſcumque Dignitatis.* Atque, ut Fernandi Rebelli de Obligat. Juſtitiæ par. II. lib. III. quæſtione XI. num. I. aliorumque non minoris notæ auctorum, ſententiâ non multùm confidamus, qui, non improbando prorſus diſcrimine, aliud eſſe docent cogere, aut violentiam alicui inferre, ut matrimonium contrahat; aliud, ne contrahat cum impari præſertim feminâ, impedire: eoſque adeò, qui compellunt, horribili anathemate a Tridentinis Patribus damnari, non eos, qui a turpi conjugio leves adoleſcentes retrahere per graviſſimas pœnas nituntur: Tridentini certè Concilii, cujus divinitus inſpiratas Leges Catholici omnes colimus, & veneramur, ea fuit æquitas & moderatio, ut neque voluerit neque verò potuerit, eo pœnæ genere, quo nullum majus habet Eccleſia, Principes immerentes punire; eâque potiſſimùm de re à Chriſtiano removere conſortio, quòd illi pro viribus æquitati honeſtatique allaborent. Eos igitur tantùm Magiſtratus anathemate ferit, qui injuſtè cogunt, publicâque poteſtate ad extorquendum illud fœdus abutuntur, quod non violentia, ſed mutuus utriuſque amor, conciliare debet, ii ſiquidem, qui jure cogunt, injuriamque non inferunt, ſed propulſant, cur non, quemadmodùm

modùm a culpâ, ita & ab anathemate, quod ſine graviſſima culpâ eſſe non poteſt, excuſenſentur? Quod graviſſimi auctores docent, Rebellus de Obligat. Juſtitiæ lib. II. quæſtione XIV. ſection. I. Coninchus de Matrimonio diſputat. XXVIII. Molfeſius in Summâ tract. IV. Cap. VII. Johannes Angelus Boſſius de Matrimonii contractu Cap. XIX. num. XXIX. aliique etiam, quibus congerendis non laboramus. Poſſe enim aliquando ad Matrimonium jure hominem compelli, conſtat ex veteribus Romanorum Pontificum Reſcriptis, ut ex capite *Ex Litteris II. de ſponſalibus, & matrimoniis*, quo per cenſuram Eccleſiaſticam cogi hominem jubet Alexander III. qui, jurisjurandi religione, futuro ſe matrimonio obſtrinxerat: ita tamen, ut ante moneatur, quemadmodùm adnotat gloſſa in Caput *Requiſivit.* tit. eodem. &, *niſi rationabilis cauſſa obſtiterit*, ſicuti in eodem capite *Ex Litteris.* optime præſcribit Romanus Pontifex. Qua ratione conciliari bene poteſt cum Capite *Ex Litteris.* Lucii III. Decretum, quo mulierem quandam, quæ, nullâ jurisjurandi ratione habitâ, nubere renuebat, monendam eſſe potiùs, quàm cogendam, ſtatuit: *quum coactiones*, inquit, *difficiles ſoleant exitus frequenter habere.* Cap. *Requiſivit.*

II. Cogendum potiori jure ad matrimonium eſſe virum, qui, ſponſalibus ſacramento firmatis, ſponſam defloravit ſuam, res eſt æquitati maximè conſentanea, quam adſtruere videtur gloſſa in Caput *Requiſivit: Propter delictum præcedens*, inquit, *quandoque quis compellitur ad matrimonium.* Atque ex Capite I. *de eo, qui duxit in matrimonium, quam polluit per adulterium*, exemplum hominis affert, qui uxori ſuæ inſciam aliam matrimonii nomine ſuperinduxerat. Hunc autem ad legitimum alterius hujus feminæ, quam duxerat, conjugium, niſi ea renuerit, uxore mortua, compelli poſſe & debere Alexander III. reſpondet. *Conſultationi tuæ taliter reſpondemus*, inquit, *quòd, niſi mulier divortium petat, ad petitionem viri non ſunt aliquatenus ſeparandi.* Ubi gloſſa: *Et ita compellitur vir remanere cum eâ, ſi voluerit, propter culpam & dolum ipſius viri.* Itaque & Principem poſſe ſaluberrimâ lege graviſſimam pœnam in eum decernere, qui violatam a ſe ſub Matrimonii fide feminam dotare detrectet, niſi accipiat uxorem; vel ipſi acriores libertatis connubialis auctores defenſoresque non diffitentur: quòd coactione illâ non Juri Canonico adverſaretur, ſed maximè faveret: quum Exodi Cap. XXII. de virgine etiam nondum deſponſatâ hæc per Moſem Deus præſcripſerit: *Si ſeduxerit quis virginem, nondum deſponſatam, dormieritque cum eâ; dotabit eam & habebit eam uxorem.* Ad quæ verba ſic gloſſa in Caput I. *de adulteriis & ſtupro: ſi pater eam dare ſibi voluerit; & ipſa in eum conſenſerit; & etiam ſi ipſe eam accipere voluerit, aliàs punietur.* Ut ad Sipontinum quoque Epiſcopum reſcripſit Gregorius Papa Tit. eodem, Cap. II. *Pervenit ad nos, quòd Felix quandam virginem ſtupro decepit. quod ſi verum eſt, quamvis eſſet de lege pœnâ plectendus, nos aliquatenus legis duritiam mollientes, hoc modo diſponimus: ut, aut quam ſtupravit, uxorem habeat; aut, ſi renuendum putaverit, corporaliter caſtigatus excommunicatuſque, in monaſterio, in quo agat penitentiam, retrudatur, de quo nulla ſit egrediendi ſine præceptione licentia.* Unde & validam illam legem, qua virginis ſtuprator ducere eam, ad graves pœnas evitandas, cogeretur; validumque & firmum, quem matrimonio hujuſmodi homo ille præſtaret, conſenſum agnoſcit Soto in IV. Sentent. diſtinctione XXIX. quæſtione I. articulo III. atque ita intelligendam eſſe notat Legem *Continet igitur.* D. *de eo, quod metûs cauſſâ geſtum erit. Sed vim accipimus atrocem & eam, quæ adverſus bonos mores fiat; non eam, quam Magiſtratus rectè intulit, ſcilicet*, ut explicat Soto, non Theologicæ tantùm Scientiæ, ſed & Canonici Juris callentiſſimus, *quòd vis, quam Magiſtratus rectè intulit jure licito, non vitiat contractum.* Qua verò pœnæ atrocitate ad fidem ſponſæ ſuæ ſervandam cogi vir poſſit, qui jurejurando ſe illam in uxorem ducturum ſpopondiſſet, diſputare noſtrâ non intereſt. Neque huc facit ſcholaſtica illa Raptarum lex: *Rapta raptoris mortem vel nuptias optet.* Sed videri breviter hac de re poſſunt, Boſſius de Matrimonii Contractu Cap. XI. num. LV. & Thomas Sanchezius lib. I. de Sponſalibus diſputatione XXIX. num. IX.

III. Neque enim hac ratione læderetur ullo modo libertas, quam ipſa matrimonii natura poſtulat. ſiquidem, ut liberè quis nuptias contrahere cenſeatur, non requiritur, ut, poſtquam fidem ſuam Sacramento obligavit, liceat ei à pacto reſilire. Aliàs promiſſa à nemine liberè exſolverentur: ſed ſatis abundèque eſt, ut liberum ei ab initio fuerit atque integrum, paciſci; atque ad matrimonii fidem non violentiâ aliquâ, ſed ſponte ſuâ, & libidine perductus fuerit. Ut enim disertè docet gloſſa in Caput *Requiſivit de ſponſalibus & matrimoniis. non dicitur invitus, qui propter voluntariam promiſſionem urgetur ad promiſſi ſolutionem.* ex Canone XXXVI Concilii Toletani IV. quem Gratianus refert cauſâ XII. quæſtione II. can. LXVI. atque etiam ex Lege V. C *de obligationibus & actionibus.* quæ eſt Diocletiani & Maximiani Auguſtorum ad Camerinum & Martianum. Sic autem ſe habet: *Sicut initio libera poteſtas unicuique eſt habendi vel non habendi contractûs; ita renunciare ſemel conſtitutæ obligationi, adverſario non conſentiente, nemo poteſt. Quapropter intelligere debetis, voluntariæ obligationi ſemel vos nexos, ab hac, non conſentiente alterâ parte, cujus precibus feciſtis mentionem, minimè poſſe diſcedere.* Sed neque ullus eſt querelæ locus, ſi ad honeſtum vitiatæ a ſe ſponſæ conjugium ſuppliciorum metu homo ille adigatur. *Nam*, ut opportunè admonet Dominicus Soto in IV. diſtinctione XXIX. quæſt. I. articulo IV. *poſtquàm ille ſuâ ſponte vitium perpetrávit, non cenſetur invitus id pati, quod inde ſubſecutum eſt.* Quum ergo Canonicâ auctoritate Principes illi minimè damnentur, qui juſtè ad matrimonium aliquod, ut diximus, impellunt; ſed laudentur potiùs probenturque ab omnibus eorum leges, quibus Canonica jura adjuventur potiùs, quàm lædantur: liceat autem, ingratos filios a paternâ injuriâ, quantùm fieri poteſt, coërcere, ut privatæ ſimul & publicæ tranquillitati conſulatur; pœnarumque gravitate adverſus eas, quas tantopere deteſtatur Eccleſia, initas, invitis parentibus, nuptias obniti: quo unquam violatæ connubialis libertatis crimine appellandi ſint Chriſtiani Principes, non video, qui latâ lege incuſſoque exheredationis metu, quantùm in ipſis eſt, ab injuſto connubio filiosfamiliâs juſtiſſimè deterrent. Neque enim connubia jungi, ſed, cum parentum injuriâ jungi, ex Romanorum Pontificum Conciliorumque mente Civiles leges prohibent. Neque verò ea eſt feminarum inopia, ut, ſi una juſtis de cauſſis parentibus diſpliceat, longè alias plures non ſit filius, quas parentes approbent, facilè reperturus.

CAPUT

C A P U T VII.

Aliorum ſententia proponitur. Ex iſtis legitima portio, non ex naturæ jure, ſed ex legibus, filiis debita. Quando proſit, & quando obſit juris ignorantia. Papiniani diſcrimen. Severi, & Antonini Reſcriptum. Ea ſententia pulchro exemplo illuſtrata. Raptoris bona raptæ feminæ non deferuntur, ſi raptori illa nupſerit. Nullum inter raptorem & raptam, ex Juſtinianea lege & antiquioribus Conciliis, Matrimonium. Nunc verò ratum illud eſt Matrimonium, ex Romanorum Pontificum & Concilii Tridentini decreto. B. Thomæ Aquinatis deceptio. Raptæ mulieri dos a raptore tribuenda. Juſtiniani mens ob oculos poſita. Juſtiniani verba. Bonorum, quæ habet raptor, veluti lucri cujuſdam, ratio habenda. Gloſſæ argumentum. Didacus Covaruvias confutatus. Ipſius Juſtiniani explicatio. Exemplum accommodatiſſimum.

I. QUanquam, ut huic obviam eant difficultati, acuti quidam homines, longè alia viâ, atque utinam ſatis fidâ tutâque gradiuntur! Siquidem Matrimonii, Canonumque adeò, libertati leges hujuſmodi, non adverſari inde probant, quòd, ubi de liberorum exheredatione agitur, non pœna aliqua propriè infligi videtur; ſed lucrum tantùm ab exheredato homine removeri. Neque enim, inquiunt, pœna verè eſt, qua bona non ſua non acquiruntur potiùs quàm amittantur. At verò legitima portio, ut ipſi quidam ſentiunt, non niſi per leges filiis vindicatur: &, ſi naturæ jura ſpectantur, non reverâ debetur; ſed eadem illius eſt, ac lucri cujuſdam expetendi, ratio, ut gloſſa diſertè docet in Legem *Si emancipata. C. de juris & facti ignorantiâ.* ubi, etſi in damnis vitandis ignorantiam non obeſſe concedat; negat tamen, in adeundâ poſt legitimum tempus patris hereditate prodeſſe poſſe: quia, inquit, *non eſt debita, ſed quaſi debita, ut inf. de cu. fur. l. fin §. 1. & ſic non eſt verè damnum.* Quare, ſi exheredem eum eſſe civiles leges jubent, qui matrimonium, abſque parentum conſenſu, contraxerit, non conjugiorum libertatem pœnâ aliquâ coarctant; ſed in tantùm filiis non deferendum eſſe ſtatuunt, quod à patre acquirere potuiſſent, ſi, in contrahendis nuptiis, ejus acquieviſſent voluntati, quod fieri poſſe quis neget? *aliud eſt enim* ut benè Papianus Lege *Titio D. de conditionibus, & demonſtrationibus.* §. II. *eligendi matrimonii, pœnæ metu, libertatem auferri: aliud, ad matrimonium certâ lege invitari.* Unde etiam Severus & Antoninus Augusti Alexandro ad hunc modum reſcripſerunt: *Quum avum maternum ed conditione filiam tuam heredem inſtituiſſe proponas, ſi Anthylli filio nupſiſſet; non priùs eam heredem exiſtere, quàm conditioni paruerit, manifeſtum eſt, Lege I. C. de inſtitutionibus & ſubſtitutionibus &c.*

II. Ita ferè homines illi argumentantur: quorum hæc licet nobis non ſatis arrideat reſponſio, illuſtrari tamen ex eo poteſt, quod contra Didacum Covaruvias alioſque Canonici Juris Interpretes Juriſconſulti plerique affirmant: ſubſiſtere, adhuc, poſt ſacroſanctos Eccleſiæ Canones, Juſtiniani prudentiſſimi Principis leges, quæ raptoris bona raptæ feminæ, cui applicari aliàs juſſa fuerant, deferenda eſſe prorſus negant, *ſi raptori illa* ſuo nupſerit, ut conſtat ex Lege unicâ C. *de raptu virginum, ſeu viduarum, nec non ſanctimonialium. §. ſin autem,* & ex Authenticâ *de raptis mulieribus, quæ raptoribus nubunt. §. ſed mirati ſumus* Nam, etſi, contraquàm Juſtinianus voluerat, liberam feminæ facultatem Canones fecerint, ut raptori ſuo, ſi voluerit, firmo matrimonio conjungatur, ut, antiquatis Conciliorum, Cabilonenſis, Meldenſis & Aquiſgranenſis, decretis, quæ apud Gratianum leguntur cauſſâ XXXVI. quæſtione II. Canone *De puellis*, Can. *Si autem.* Can. *Placuit.* ſanxerunt Lucius III. Romanus Pontifex, capite *Cum cauſſam, de raptoribus.* Innocentius III. Cap. *Accedens.* titulo eodem. clariſſiméque omnium Tridentini Patres ſeſſione XXIV. de Matrimonio Capite VI. his verbis: *Decernit ſancta Synodus, inter raptorem & raptam, quandiu ipſa in poteſtate raptoris manſerit, nullum poſſe conſiſtere matrimonium. Quòd ſi rapta à raptore ſeparata, & in loco tuto & libero conſtituta, illum in virum habere conſenſerit, eam raptor in uxorem habeat.* Approbavitque etiam ex S. Hieronymo non minimus inter Chriſtianos Patres B. Thomas Aquinas II. II. quæſtione CLIV. artic. VII. ubi, legendi forſan feſtinatione deceptus, ut magnis quandoque viris contingit, veluti Concilii Meldenſis citat, quod reverâ eſt, & diſertè Gratianus, Ivo & Burchardus exprimunt, Concilii Aquiſgranenſis: *Placuit: ut hi, qui rapiunt feminas vel furantur aut ſeducunt, eas nullatenus habeant uxores: quamvis eis poſtmodùm conveniat, aut eas dotaverint, vel nuptialiter cum conſenſu parentum ſuorum acceperint.* Etſi, inquam, ratum haberi nunc debeat conjugium, quod cum raptore ſuo mulier contraxerit, dummodò poteſtate ejus liberata fuerit: attamen quæcumque illa raptoris bona vindicare ſibi uxor non poterit, quibus illam eo ipſo, quo nubit, civiles leges ſpoliant & Canonica non donat auctoritas: niſi quòd, ut Tridentini Patres ibidem præſcribunt, *teneatur præterea raptor mulierem raptam, ſive eam in uxorem duxerit, ſive non duxerit, decenter, arbitrio judicis, dotare.* Juſtianianus enim non ἁπλῶς facinoroſi prædonis opes omnes & fortunas abductæ feminæ attribuendas eſſe ſancit; ſed eâ duntaxat lege, ne raptori nubat. Quòd ſi nupſerit, nihil ei juris ad hereditatem ſive facultates raptoris, ſupereſſe aut acquiri ſtatuit; ſed bona illa omnia ad mulieris parentes, qui matrimonio hujuſmodi non conſenſerunt, devolvi. Ita diſertiſſimè Juſtinianus: cujus verba ab aliquibus mirum eſt in controverſiam & dubitationem vocari. *Sancimus itaque ſi rapta mulier, cujuſcunque ſit conditionis vel ætatis, raptoris nuptias eligendas cenſuerit, parentibus præſertim non conſentientibus, nec ex beneficio legis, nec ex teſtamento, raptoris hereditatem ſuſcipere, vel quocunque modo ſubſtantiam vindicare: ſed præmium, quod per legem noſtram raptæ mulieri datum eſt, ut raptoris & eorum, qui ei auxilium tempore invaſionis præbuerint, bona vindicet; hoc ad parentes, ſi ambo vel unus ſuperſit, qui nuptiis ſpecialiter non probantur conſenſiſſe, ex tempore raptus ipſo jure transferri: & patrimonium raptoris non raptam jam habere mulierem, quæ conjugio ſe raptoris inquinare non piguit; ſed in perſonas transferri, quas ſuperiùs nominavimus, ei non conſentientes conjugio. Nam*

nefarios hujuſmodi coïtus pœnis corrigi, non præmiis competit honorari.

III. Quare facultatum illarum, veluti lucri cujuſdam, habenda eſt ratio, quod lege delatum habet mulier, ſi a raptoris ſui connubio abſtinuerit: ſi verò nupſerit, non pœnâ aliquâ propriè afficitur; ſed ſibi non acquirit, quod non aliqua Naturæ inſtitutione, ſed, ſolâ civilium Legum Romanorumque Principum beneficentiâ, obtinere certâ lege potuiſſet. *Cum enim*, ut bene argumentatur gloſſa in Caput. *Cum ſecundum leges, de hæreticis.* in VI. ad illa verba, *certoque caſu, illa ibi tractet de lucro captando, non de diminutione ſui patrimonii; & pœna illa ſibi per legem obveniat: quare lex eo, quod confert, privare non poteſt?* Unde facilè intelligimus, quàm vehementer aberret non alia tantum gloſſa in Canonem, *De puellis*, cauſſâ XXXVI. quæſtione II. ſed & Didacus Covaruvias de Matrimonio II. part. Cap. III. §. IX. quo in loco ea, quæ raptoris ſunt, bona, ſine aliquâ conditione, à lege ipſi raptæ feminæ deferri affirmat. *Et licet lex civilis*, inquit, *prohibeat matrimonium inter raptam & raptorem, in dictâ Lege unicâ; illa tamen lex non adjecit pœnam prædictam huic prohibitioni: ſed ſimpliciter matrimonium prohibuit. Unde non poteſt eadem civilis lex auferre in pœnam matrimonii contracti bona illa, quæ, abſque conditione, raptæ detulerat.* Ita Covaruvias. Verùm ita olim Legem ſuam a quibuſdam explicatam fuiſſe, Juſtinianus ipſe mirabatur. *Sed mirati ſumus*, inquit, *quòd conati ſunt aliqui dicere, raptam mulierem, ſive volentem ſive nolentem, etſi raptoris ſit amplexa matrimonium, contra noſtræ conſtitutionis tenorem; debere tamen eam raptoris habere ſubſtantiam, vel quaſi legis præmium, vel ex teſtamento fortè, ſi hoc etiam factum eſſe contigerit. Qui enim talia dicere præſumpſerunt, prædictæ Legis ſeriem intelligere non potuerunt.* Hactenus Juſtinianus. Quod ſanè exemplum puto rei, quam tractamus, accommodatiſſimum. Quemadmodum enim libera nubendi poteſtas nullum inde impedimentum habet, quòd raptæ mulieri, quæ raptoris matrimonio ſui conſenſit, raptoris bona & fortunæ auferantur: quia ſcilicet non detrimentum illa verè facit; ſed lucri tantùm acceſſione caret atque emolumenti: ita & auctores illi, nec inconcinnè, arbitrantur, libero filiorumfamiliâs conjugio obſtaculum nullum per illas leges creari, quibus exheredationi obnoxii fiunt, ſi abſque parentum conſenſu matrimonium inierint, quod paterna hereditas non naturâ ipſâ liberis debeatur: eædemque adeò leges, quod illis in legitimam portionem jus tribuerunt, poſſint abſque injuriâ, certâ aliquâ de cauſſâ, revocare; liberioremque ita parentibus inſtituendorum ex arbitrio heredum facultatem permittere. Quòd ſi cui iſta non ſufficit ratio; illa tamen omnia, quæ in Gallicanarum Hiſpanarumque Legum defenſionem proſecuti hactenus ſumus, tanti ad faciendam fidem momenti eſſe arbitror, ut leges hujuſmodi æquis rerum exiſtimatoribus non niſi æquiſſimæ videantur.

C A P U T VIII.

Tranſitus ad aliam quæſtionem. Sciolorum quorumdam ignorantia atque ambitio. Illorum in nos calumniæ & maledicta. Matrimonium apud Chriſtianos Sacramentum eſt. Impedimenta præſcribere, quæ matrimonium apud Chriſtianos dirimant, non licet Principibus. Quid Principes poſſint. Irritæ Principum leges de matrimonio apud Chriſtianos, etiam ut contractus eſt. Exemplo Cæſarearum legum id oſtenſum, quæ, quatenus irrita filiorumfamiliâs conjugia decernunt, nihil valent. Adverſùs Gallicanas etiam Leges valet clandeſtinum matrimonium. In Galliâ Tridentina Decreta non recepta. Iſaaci Haberti animadverſio. Regia ad Gallicanum Clerum reſponſio. Natalium cauſſa ad Eccleſiaſticum tribunal ſpectat. Ejus eſt de lege judicare, cujus eſt legem condere. Adverſariorum objectio diſſoluta. An contrahentium voluntate poſſit inter Chriſtianos verum eſſe matrimonium, quod non ſit Sacramentum. Nullum ſine miniſtri voluntate Sacramentum. Connubialem pactionem ſubſiſtere apud nos non poſſe, cui deſit Sacramenti ratio, gravium Theologorum ſententia. In Melchiorem Canum cenſura. Canus a Scribonio defenſus: ſed fruſtra. Conceſſio. Bellarmini odnotatio.

I. EA verò, qualiacumque ſint argumenta, non ita intelligenda eſſe velim, ut propterea Principibus noſtris liceat leges aliquas aut impedimenta celebrando inter Chriſtianos matrimonio, etiam qua civilis humanuſve contractus eſt, ita apponere, ut nullum illud prorſus ſit atque irritum, ſiquis aliter, quàm civiles leges præſcripſerint; ad Canonum tamen normam, nuptias inire voluerit. Quod licet ex iis ſatis intelligi poſſit, quæ uberrimè huc uſque deduximus; admonere tamen obiter viſum eſt ad ſciolos aliquos turbulentiſſimique ingenii transfugas redarguendos, qui Theologos Canonicique Juris interpretes, ſi Deo placet, ſe publicè jactitant atque inſcribunt: quum tamen ignorent, quam modò attulimus, unanimem hanc eſſe Canonicorum omnium interpretum ſententiam, ſcilicet pauca quædam Romanorum Pontificum decreta, ut occaſio ferebat, legiſſe, nec percepiſſe ſententiam, ſatis illis viſum fuit, pro ſapientiâ hominum ſingulari, ad magnificam illam Canonici interpretis nuncupationem. Illorum ego ambitioni ſi fucum facere atque adulari voluero, calumnias quidem & maledicta devitem: quin etiam gratiam aliquam promerear, animumque inani quadam laudationum ſpecie, ut facere aſtuti hominis ſolent, demulceam. Sed longiſſime abſit, ut potior a me hominis, quàm Eccleſiaſticæ immunitatis, ratio habeatur.

II. Quum connubiale igitur fœdus Chriſtianâ in Republicâ Deus ad ampliſſimam illam maximéque divinam Sacramenti dignitatem evexerit, ut Catholici omnes adverſùs hæreticos noſtri temporis fatentur; hinc factum eſt, ut nulla amplius ſit humanæ Reipublicæ in Matrimonii οὐσίαν apud Chriſtianos poteſtas: ſive, ut ſacramentum eſt, conjugium conſideretur, ſive, ut humana etiam conventio, quomodò ipſi ſacramenti rationi ſubſternitur. Quare, etſi pro ſummâ ſuâ in rebus

humanis

humanis auctoritate, poſſit Princeps Legum æquitate civilia pleraque jura moderari, quæ matrimonium ipſum circumſtant, & κατὰ συμβεβηκὸς ſequuntur, ut diximus ſupra; ipſam tamen Matrimonii rationem attingere nullo modo poteſt, quam uni Eccleſiæ commiſit Chriſtus. Id eſt, ut planiùs, nec ſine exemplo, loquar: ſi, quod divinum eſt, ab humano, civilemque contractum ab ipſâ Sacramenti ratione, ſecernere velit Princeps; & de Sacramento quidem ſe nihil præſcribere dicat, quòd humanæ poteſtatis finibus id quod inſtituit Chriſtus, non contineatur; ſed de civili tantùm conjugiorum fœdere, quod humani juris eſt, velle ſe leges condere: atque ita, exempli cauſſâ, exigere, ut nemo deinceps, niſi coram decem fide dignis hominibus nuptias paciſcatur, aliàs vim nullam conventio nuptialis habeat, cui decem teſtes non affuerint: fruſtra omnis illa eſt atque otioſa Principis de Matrimonio, etiam quatenus civilium contractuum ordine comprehenditur, ſanctio: hominiſque adeò matrimonium ſubſiſtit, qui coram Parocho tantùm duobuſque teſtibus, vel ad Regiæ juſſionis injuriam, illud celebraverit. Quod res ipſa, ne Canonica Jura repetamus, abundè demonſtrat. Cæſareæ ſiquidem leges, dum nullum eſſe vanumque matrimonium, quod abſque parentum conſenſu filiifamiliâs iniverint, ſtatuerunt; non de ipſâ certè Sacramenti ratione quidquam ſibi uſurpare voluerunt; ſed civili tantùm contractui eas præfigere conditiones, ſine quibus honeſtè illum & cum publicâ quiete, perfici non poſſe exiſtimabant. Et tamen, quia Eccleſia conjugia hujuſmodi irrita non fecit; aut ſi irrita, juxta aliquorum opinionem, ex Pontificiâ auctoritate, aliquando fuerunt, quamdiu Eccleſia irrita ea non fecit, ut non abſimili in re loquitur Tridentinum Concilium: nemo dubitat Catholicorum, non potuiſſe unquam per civiles illas leges effici, ut irrita redderentur, quæ apud Chriſtianos, invitis parentibus, filiifamiliâs contraherent, matrimonia. Rata enim illa Patres, Romani Pontifices, & Tridentinum etiam Concilium, agnoverunt.

III. Gallicanæ etiam Leges incredibili conatu adverſus clandeſtinas &, præter parentum voluntatem, initas nuptias inſurrexerunt, ut eas, ſi fieri poſſet, eliminarent atque abolerent: quatuorque etiam fide dignos teſtes contrahendis nuptiis Henricus III. Blæſis poſtulavit. Et tamen, quòd iis in regionibus Tridentinæ emendationis decreta, neſcio quo Gallicanæ libertatis obtentu, recepta non fuerint, quibus vis omnis clandeſtino matrimonio aufertur; nihil planè profecerunt, quominùs verè inter ſe puella atque adoleſcens, adverſùs Regia jura, conjugium ſecretò contraherent: ut, Epiſcopus Vabrenſis Iſaacus Habertus veriſſimè animadvertit in libro de Juſtitiâ connubialis edicti, adverſùs nefarium illum & ſeditioſum Optatum Gallum, quem anno MDCXL. ſubſcribentibus Gallicanis Epiſcopis, gravi juſtâque cenſurâ proſcripſit Johannes Franciſcus Gondyus, Primus Archiepiſcopus Pariſienſis. *Non multùm*, inquit Habertus, *laborandum eſt de conciliandis Regis edictis cum Eccleſiæ ſententiâ. Nullo ſiquidem unquàm edicto matrimonia filiorumfamiliâs invalida ac nulla eſſe abſque conſenſu parentum tutorumve, conſtitutum eſt: etſi hic error multis impoſuerit. Probibita quidem ſunt, ſi invalida & nulla, eſſe haudquaquam definitum. Unde etiam deceſſorum ſuorum veſtigiis inſiſtens Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus, ea iterum prohibuit ac auſteriùs interdixit: invalida tamen ac nulla eſſe, contra Tridentinæ Synodi decretum ac Theologorum unanimem etiam in Regno ſuo ſententiam, minimè ſanxit.* Quod etiam Regis nomine ad Clerum Gallicanum anno MDCXXX. reſponderunt Magnus Regni Cancellarius & Conſiſtoriani Comites: quum XL. Blæſenſis Edicti articulum Ludovicus Juſtus ſuperiori anno, latâ lege, confirmaſſet. Unde, etſi Henricus III. teſtes quatuor ad matrimonium exegerit; rata tamen verè eſt connubialis conventio, cui illi, præter Regium Reſcriptum, defuerint. Qua vero aliâ ratione profanum judicem, qui a Republicâ ſcilicet humanâ conſtituitur, natalium cauſſâ ſeveriſſimè interdixit Eccleſia; atque ad ſuum tantùm tribunal ſpectare quæſtionem illam voluit, utrùm ſpurius quis eſſet, an verò legitimo loco natus, capite *Cauſſam. Qui filii ſint legitimi.* capite *Later.* tit. eodem. cap. *Tuam. de ordine cognitionum.* canone XII. Concilii Tridentini Seſſione XXIV. niſi quod connubialis ipſius inter Chriſtianos fœderis *ὁσία* extra limites omnino eſt politicæ poteſtatis? ut etiam ex Johanne Andreæ acutè obſervavit Proſper Fagnanus in Capus *Utrum autem. de cognatione ſpirituali.* ad num. XXII. ejus eſt enim de lege judicare, cujus eſt legem condere. Quare, ſi fas eſſet Principi, matrimonio, ut contractus eſt, impedimenta apponere, quæ dirimentia vocant, quibus ſcilicet irritum efficeretur; ad Principem quoque certum de matrimonio, ut contractus eſt, judicium pertineret.

IV. Neque noſtræ Canonicæque ſententiæ obſtat quod objiciunt, Chriſtiano in conjugio civilis contractûs rationem ab ipſa Sacramenti ratione divelli poſſe & ſeparari: ut, ſiquis facinoroſus homo cum gravi Chriſtiani nominis injuriâ, civili tantum, non etiam Divino, jure, contrahere vellet matrimonium, ſine voluntate enim ejus, qui adultâ ætate ſuſcipit, & miniſtri, nullum conficitur Sacramentum, ut ex Florentino Concilio conſtat & Tridentino. Quod ſi contingat, inquiunt, nihil jam cauſſæ apparet, cur Princeps, cujus ſumma eſt humanâ in Republicâ auctoritas, de matrimonio nequeat, ut civilis quædam inter Chriſtianos pactio illud eſt, ad arbitrium decernere; certamque aliquam legem ad contractûs hujuſce ὁσίας requirere. Nam præterquamquòd poſſe unquàm inter Chriſtianos contingere, ut verum ac legitimum validumque ſit connubiale pactum, quod non ſimul etiam adjunctam divinitus Sacramenti rationem habeat, conſtantiſſimè inficiantur nobiles Theologi, quorum etiam aliqui liberiores opinando extiterunt, Thomas Sanchezius de Matrimonio lib. II. diſputatione X. num. VI. Ægidius Coninchus diſputat. XXIV. d. II. n. XXII. Paullus Laymanus lib. V. Theolog. Moral. tractatu X. parte II. Cap. II. num. V. Petrus de Ledeſma de Matrimonio quæſtione XLII. articulo I. dub. VII. in ſolut. I. & II. Palao diſputat. II. p. II. n. V. Franciſcus Bonæ Spei diſputat. IV. num. IV. Averſa quæſtione I. ſectione V. aliique etiam, è quibus gravis auctor, Robertus Bellarminus, de Matrimonii Sacramento lib. I. capite VII. viribus omnibus adverſùs Melchiorem Canum inſurgit, quòd vir hic doctiſſimus, cui eloquentiâ & Latini ſermonis caſtitate, parem vix in totâ Thomæorum Scholâ communique in barbarie invenias, novâ quadam & ſingulari, ne periculoſâ dicam, opinione docuerit Locorum Theologicorum lib. VIII. cap. V. non omne inter Chriſtianos verum legitimumque conjugium Sacramentum eſſe; ſed illud tantùm, quod cum ſacris cæremoniis Eccleſiæque miniſtro ſolemniter celebratur. Nec ſatis firma à Scribonio adverſùs Bellarminum eſt Cani defenſio. Ut tamen cavillatoribus, qui ſibi mirum in modum in ſophiſmatis placent, non ſolum tanquàm verum; ſed etiam, tanquam certum, demus, quod valdè dubium eſt, & communi ante Cajetanum Scholaſticorum ſententiæ adverſum, ratum aliquod inter Chriſtianos verumque poſſe eſſe matrimonium, quod non ſit etiam, ex pravitate vo-

luntatis, Sacramentum: attamen, ut Bellarminus advertit Controverſia VI. capite XXXII. *quia res eſt conſcientiæ, ex legibus Divinis pendens, ad paſtores animarum ſine dubio pertineret.*

CAPUT IX.

Noſtra reſponſio. Nullâ jam Principum auctoritate clandeſtinæ nuptiæ validæ inter Chriſtianos eſſe poſſunt. Tridentinum Decretum ibi tantum obligat, ubi promulgatum eſt. Tridentini Concilii verba Publicum de ſolemnibus apud Chriſtianos matrimoniis judicium tanquàm de veris Sacramentis eſſe debet. Chriſtianum matrimonium, Sacramentum. Sacramentum Græcis μυστήριον. *Vivente priori uxore, nefas Chriſtianis aliam ducere. Alexandri III, Reſcriptum Gloſſæ adnotatio. Ubi Tridentinum Concilium receptum non eſt, clandeſtina inter Chriſtianos conjugia, Sacramenta eſſe & judicari debent. S. Thomæ Aquinatis ſententia. Quæ ad Matrimonii* οὐσίαν *ſpectent. Concilium Tridentinum explicatum. Quo ſenſu rata, conjugia Chriſtianorum. Altera admonitio noſtra. Quæ quæſtio noſtra. Communis Canonicorum Interpretum ſententia. Cauſſæ connubiales ad Forum tantum Eccleſiaſticum ſpectant. Gloſſæ animadverſio.*

I. SEd duo ego dicam, quibus neminem, niſi refractariæ protervæque mentis hominem, diſſenſurum puto. Unum illud eſt: aut ſermonem nobis de clandeſtinis conjugiis eſſe: aut de iis planè, quæ coram Eccleſiæ miniſtro a Chriſtianis hominibus, ſolemni ritu, contrahuntur. Si de clandeſtinis vetitiſque nuptiis agamus; jam primùm omnium ſatis conſtat, poſt Tridentinum Concilium, vim omnem non Sacramenti ſolùm, ſed & civilis conventionis, quæ Sacramenti proximum ὑποκείμενον eſt, illas amiſiſſe; neque, noſtris his temporibus, Regi unquàm ulli aut Imperatori ſatis eſſe poteſtatis, ut clandeſtina illa matrimonia, veluti civilia cetera pacta, valida & firma habeantur, in iis ſaltem locis, in quibus Tridentinæ emendationis Decreta promulgata fuerunt. Decreto enim ſuo ſanctiſſimi illi Patres in unaquaque Parochiâ robur ineſſe voluerunt, triginta poſt dies, quàm fuiſſet ibi primùm promulgatum. *Alioqui*, ut bene argumentatur Dominicus Soto in IV. lib. Sententiar. diſtinctione XL. quæſtione unicâ articulo V. *duo eſſent capita, quod utique monſtrum vineam Domini demoliretur.* Sic enim Tridentina Synodus Seſſione XXIV. capite I. decernit: *Qui aliter, quàm præſente Parocho, vel alio Sacerdote, de ipſius Parochi ſeu Ordinarii licentiâ, & duobus vel tribus teſtibus matrimonium contrahere attentabunt; eos ſancta Synodus ad ſic contrahendum omnino inhabiles reddit: & hujuſmodi contractus irritos & nullos eſſe decernit, prout eos præſenti Decreto irritos facit, & annullat.* Si verò de ſolemnibus, quæ palam apud Parochum duoſque aut tres teſtes fiunt, conjugiis loquamur, etſi, ex occultâ contrahentium malitiâ, ſacramenti forſan dignitate deſtituantur, quam a Chriſto acceperunt; publico tamen Eccleſiæ judicio Sacramenta cenſeri debent: quum ex ſacrâ illâ externâque cæremoniâ, qua Matrimonii Sacramentum inſigniri ſolet, ut Sacramenta, celebrari videantur. Quandoquidem eo more ac ritu, quo inſtituit Chriſtus, connubia inter Chriſtianos homines jungi, par eſt ut credamus. Chriſtum autem inſtituiſſe, ut, ſacro ritu, id eſt, ut Sacramentum, Matrimonium inter Chriſtianos contraheretur, Catholica Eccleſia docet, ex illis Apoſtoli verbis ad Epheſios, Cap. V. *propter hoc relinquet homo patrem & matrem ſuam, & adhærebit uxori ſuæ: & erunt duo in carne unâ. Sacramentum hoc magnum eſt. Ego autem dico. in Chriſto & in Eccleſiâ.* Unde Siricius Papa epiſtola I. Cap. IV. veluti cujuſdam ſacrilegii loco habet, Chriſtianæ mulieris adulterium: *Illa benedictio*, inquit, *quam nupturæ Sacerdos imponit, apud Fideles cujuſdam ſacrilegii inſtar eſt, ſi ullâ tranſgreſſione violetur.*

II. Aut igitur cuilibet inter Chriſtianos conjugio Sacramenti ratio ineſt, aut ineſſe debet & videtur: tantaque porrò eſt Chriſtianâ in Republicâ Matrimonium inter & Sacramentum connexio & colligatio, ut ad Matrimonium mulierem pertinere neget S. Leo Romanus Pontifex epiſtolâ XCII. ad Ruſticum Narbonenſem Epiſcopum, a qua Sacramentum abfuerit, quod Græci μυστήριον vocant. *Unde*; inquit, *quum ſocietas nuptiarum ita ab initio conſtituta ſit, ut, præter ſexuum conjunctionem, haberet in ſe Chriſti, & Eccleſiæ ſacramentum; dubium non eſt, eam mulierem non pertinere ad matrimonium, in qua docetur nuptiale non fuiſſe myſterium.* Eadem eſt tum aliorum Patrum, tum Auguſtini præcipuè, ſententia, qui lib. de Bono conjugali Cap. XVIII. *In noſtrarum quippe nuptiis*, inquit, *plus valet ſanctitas Sacramenti, quàm fœcunditas uteri.* Et lib. de Fide & Operibus Cap. VII. *In Civitate Dei noſtri, in monte ſancto ejus, hoc eſt, in Eccleſiâ, nuptiarum non ſolùm vinculum; verùm etiam Sacramentum ita commendatur, ut non liceat viro uxorem ſuam alteri tradere. Cujus Sacramenti*, inquit libro de Nuptiis, & Concupiſcentiâ, *tanta obſervatio eſt in Civitate Dei noſtri, in Monte ſancto ejus, hoc eſt, in Eccleſiâ Chriſti, ut, quum, filiorum procreandorum cauſſâ, vel nubant feminæ, vel ducantur uxores; nec ſterilem conjugem fas ſit relinquere, ut alia fecunda ducatur.* Itaque, etſi Sacramenti ratione connubiale pactum apud Chriſtianos, ſummo contrahentium ſcelere, forſan defraudaretur: quum tamen ex Chriſti inſtitutione civilis conventionis & Sacramenti ratio connecti inter ſe & copulari debeant; fit, ut connubiale Chriſtianorum fœdus, quantùm quidem ad ejus οὐσίαν pertinet, non politicæ, ſed Eccleſiaſticæ poteſtati, ſubjiciatur. Nam quod rei ſacræ connexum eſt & conjunctum, divino præſertim jure, humano non ſubjacet judicio. ut Alexander III. ad Anglorum Regem reſcripſit, capite *Quanto. de Judiciis*: *Cauſſa verò juriſpatronatûs ita conjuncta eſt & connexa ſpiritualibus cauſſis, quòd non niſi Eccleſiaſtico judicio valeat definiri.* Ubi adnotandum monet gloſſa, *quòd cauſſa mixta inter ſpiritualem & civilem, magis ſequitur naturam ſpiritualis, quàm civilis, Item idem juris eſt in connexis quoad juriſdictionem, ſicut in merè ſpiritualibus. Item ratione rei potiùs dicitur ſpiritualis, quàm ratione perſonæ: & ſic quod eſt minus di-*

gnum

gnum in ſui ſubſtantiâ, majoris eſt efficaciæ quoad juriſdictionem. Hactenus gloſſa. & ad verbum, *Connexa.* hæc habet: *Spirituale cenſetur propter connexitatem: quia quæ religioſis adhærent, religioſa ſunt. ff. de rei vend. quæ religioſis. & ex tali cohærenti ſumit ſuam naturam. ſic infra de par. ſuper eo. & ideò talis cauſſa per Judicem Eccleſiaſticum tantùm tractari debet, ut hic.* Quod idem de clandeſtinis conjugiis ante Concilii Tridentini tempora, iiſque etiam in regionibus, in quibus Concilium adhuc Tridentinum non eſt, affirmandum: ita nimirum ut & ipſa; quamquam Sacramenti ratione, ex humanâ occultâque pravitate, ſpolientur; Sacramenta tamen ex Chriſti præcepto eſſe debeant, atque apud Eccleſiam, quæ de occulto hominis conſilio non judicat, habeantur. Quilibet enim talis judicari, aut, ut civili voce utamur, præſumi debet, qualis ipſe eſſe verè debet, ſeu ſolet, juxta communem Juriſprudentum regulam in Leg. *Ne codicillos quidem C. de Codicillis.*

III. Sacramenta certe agnovit ille idem, quem Thomæi plerique hac in parte deſerunt, ut Melchiori Cano patrocinentur, S. Thomas Aquinas in IV. diſtinctione XXVIII. quæſtione unicâ articulo III. ubi de clandeſtino matrimonio: *Reſpondeo*, inquit, *dicendum, quòd, ſicut in aliis Sacramentis quædam ſunt de eſſentiâ Sacramenti, quibus omiſſis non eſt Sacramentum, quædam autem ad ſolemnitatem Sacramenti pertinent, quibus omiſſis verum perficitur Sacramentum, quamvis peccet, qui omittit: ita etiam conſenſus expreſſus per verba de præſenti inter perſonas legitimas ad contrahendum, matrimonium facit: quia hæc duo ſunt de eſſentiâ Sacramenti* (nempe verba conſenſum tunc temporis habitum exprimentia & contrahentium libera facultas) *alia autem omnia ſunt de ſolemnitate Sacramenti: quia ad hoc adhibentur, ut matrimonium convenientiùs fiat. Unde, ſi omittantur, verum matrimonium eſt: quamvis peccent ſic contrahentes, niſi per aliquam legitimam cauſſam excuſentur.* Et, quod Bellarminus egregiè adnotavit, agnoviſſe Synodus Tridentina videtur Seſſione XXIV. capite I. ubi *clandeſtina matrimonia, libero contrahentium conſenſu facta, rata & vera eſſe matrimonia, quamdiu Eccleſia ea non irrita fecit*, definit. Rata enim Chriſtianorum conjugia, Canonicâ voce, propriè intelliguntur, quòd non, quemadmodùm Barbararum gentium matrimonia, diſſolvi ullâ unquam ratione poſſint. Id autem connubia noſtra habent, quatenus ſunt Religionis Sacramenta. ut Innocentius III. docet capite *Quanto de divortiis. Nam & ſi matrimonium verum inter infideles exiſtat*, inquit *non tamen eſt ratum: inter fideles autem verum & ratum exiſtit: quia Sacramentum Fidei, quod ſemel eſt admiſſum, nunquàm amittitur; ſed ratum efficit conjugii Sacramentum, ut ipſum in conjugibus, illo durante, perduret.* Hactenus Innocentius.

IV. Alterum, quod monendum duxi, illud eſt: non in eo quæſtionem noſtram verſari, utrùm, ſi Sacramenti forſan ratione, ſingulari aliquâ de cauſſâ, Chriſtianorum conjugium careret, poſſet ei Princeps leges præfigere, apponere impedimenta. Nam, ſi nullum divinitus inſtitutum eſſet matrimonii Sacramentum, plurimum certè juris in connubialem pactionem, ut in cetera hominum fœdera, humana ſibi Reſpublica vindicaret, ut cum S. Thoma paullo poſt dicemus. Sed illud duntaxat inquirimus, an Chriſtiano conjugio, quod utique Sacramentum etiam eſt, non ut Sacramento quidem; ſed κατ' ἀναδιπλωσιν; ut civili cuidam contractui, ex humanâ tantùm auctoritate poſſint præſcribi conditiones, quarum defectu vis omnis connubialis fœderis corrueret. Quod prorſus ex Canonum ſententiâ negamus: atque, ut alios interpretes omittamus, Felinum, Alexandrum de Nævo, Abbatem, Hoſtienſem, Covaruviam, Fagnanum, ceteros omnes; ex gloſſæ etiam auctoritate cum aliis in locis, tum etiam in Caput *Ex tenore. de foro competenti.* ad illa verba: *niſi ſit talis cauſſa, quæ ad Eccleſiaſticum judicem pertinere noſcatur. ſicut*, inquit gloſſa, *ſunt cauſſæ matrimoniales.* Et de natalium, quæ huic adnexa eſt, cauſſâ, veluti de quadam ſacrâ & divinâ re, agit in Cap. *Tuam. de ordine cognitionum.* ubi, ut ſupra quoque diximus, Honorius III. differri a Ludovico Rege de ſucceſſionis jure ſententiam jubet, *donec jam dicta cauſſa natalium Apoſtolico judicio finem acceperit. Et ita patet*, inquit gloſſa, *quòd judex civilis etiam incidenter & per reconventionem de cauſſâ ſpirituali cognoſcere non poteſt.* Quum autem ſibi objeciſſet, videri, *quòd ſaltem incidenter de tali quæſtione cognoſcere poſſit. C. de judic. quoties. C. de ord. jud. L. Aditæ. ff. de re. om. jud. Si idem. & ff. de jud. qui non cogitur.* reſpondet gloſſa, *verum eſſe, quod priùs dicitur, licet ſecus ſit in contrariis cauſſis civilibus.* Unde patet, ſi humano ex more agimus, atque id, quod re ipſâ eſt, non, quod nos ipſi comminiſcimur, ſpectamus, quum matrimonium Chriſtianâ in Republicâ, & conventio quædam ſit & ſimul τα αυτα, Divinâ ex inſtitutione, Sacramentum; aſſerendum ἁπλῶς eſſe, non eam humanæ Reipublicæ eſſe poteſtatem, ut leges aliquas ferat circa matrimonii ὑσίαν, quod apud nos Chriſtus inſtituit. Sophiſmata ſunt, quæ acutuli leveſque ambitione homines opponunt, non ſolida veritatis argumenta. Ipſis etiam Ethnicis res adeò ſancta viſa eſt matrimonium, quod Modeſtino *conjunctio eſt maris & feminæ, & conſortium omnis vitæ, divini & humani juris communicatio. Lege nuptiæ. C. de ritu nuptiarum.* ut nuptiarum leges atque jura ad Pontificum notionem pertinere voluerint. De Auguſto narrat Dio, quum Liviam vellet ducere, lib. XLVIII. Διστάζοντος οὖν τοῦ Καίσαρος, καὶ πυθομένου τῶν ποντιφίκων εἰ ὅσιον ἐν γαστρὶ ἔχουσαν αὐτὴν ἀγαγέσθαι εἴη, ἀπεκρίναντο, ὅτι εἰ μὲν ἐν ἀμφιβόλῳ τὸ κύημα ἦν, ἀναβληθῆναι τὸν γάμον ἐχρῆν, ὁμολογουμένου δ' αὐτοῦ, οὐδὲν κωλύειν ἤδη τὸν γάμον γενέσθαι. id eſt, ex Xilandro: *Ambiganti autem Cæſari, ac ſciſcitanti a pontificibus, fas ne eſſet ſibi eam prægnantem ducere: reſponſum eſt, ſi quidem ex quo mulier concepiſſet, dubitaretur, opus eſſe, ut nuptiæ differentur: quia vero de eo conſtaret, nihil impedire, quin ſtatim fierent.*

CAPUT X.

Natalis Alexander confutatus. Fagnani in Sanchezium animadverſio. Eccleſiæ jura a Natale violata. S. Thomas a Natalis opinione vindicatus. Ethnicorum matrimonio poſſunt a Principe dirimentia, quæ vocant, impedimenta præfigi. Matrimonium non niſi inter Chriſtianos Sacramentum. S. Thomæ Aquinatis verba. Poteſtate hac apponendorum conjugio impedimentorum Principes, inter Chriſtianos, non fruuntur. Clara S. Thomæ Sententia. Thomæi aliqui Thomæ hac in parte deſertores. Ineptum aliquorum acumen exploditur. Contractûs tantùm civilis, non ipſa Sacramenti ratio, Romano Pontifici ſubjicitur. Moderatiores Thomæi cum Thomâ Sanchezio conveniunt. Fagnani in Sanchezium cenſura. Sive Divino, ſive Eccleſiaſtico jure, leges de matrimonio ferre Chriſtiani Principes prohibeantur, illas ferre non poſſunt. Matrimonium inter tutorem & pupillam, inter ſenatorem & libertam, per Canones valet. Triburienſis Concilii decretum. Connubiales cauſſæ Epiſcoporum duntaxat judicio commiſſæ. Canon Concilii Agathenſis, Carthaginienſi a Gratiano attributus. Abbates a cauſſis connubialibus prohibiti. Abbas Caſſinenſis exceptus. Legati è Pontificis latere, cauſſarum connubialium judicio abſtinere juſſi. Matrimonia non jure fori, ſed poli, reguntur. Gratiano reſtitutum, quod ei abſtulit. Sanchezius. Dominicus Soto a Natalis opinione vindicatus. Civiles de matrimonio Leges nullius ponderis a Soto agnitæ, niſi ab Eccleſiâ probentur. Qua ratione Principis auctoritatem conſideret Soto. Id ex ipſo magis explicatum, & confirmatum ex Thomâ. Alia Dominici Soto loca. Argumenti diſſolutio. Quòd aliquod ſit matrimonii impedimentum, Eccleſiæ auctoritas facit. Mixti generis cauſſæ ad quod tribunal pertineant. Graviſſimum S. Bonaventuræ teſtimonium. Auctoris conſilium. Sciolorum inſcitia.

I. ATque hinc etiam omnes intelligunt, quo quantoque jure Romani Cenſores notaverint, quod imprudenti ſibi excidere paſſus fuerat, vir apprimè Sacræ Hiſtoriæ eruditus, Natalis Alexander, Diſſertatione XVIII. in Hiſtoriam Eccleſiaſticam Seculi II. articulo I. *Quin Regum & Principum ſtatutis inhabilitas ad contrahendum induci poſſit, ſervatis Eccleſiæ juribus, quam impedimenta dirimentia conſtituere poſſe, de Fide eſt; non ambigo. In omnes enim contractus, qui ad bonum Reipublicæ ordinantur, ſupremam poteſtatem Princeps habet, qua certas ipſis conditiones apponere poteſt, quarum defectu irriti ſint. Unde, quum matrimoniales contractus maximè bonum publicum ſpectent; Rex lege latâ inhabilitatem inducere poteſt ad matrimonia certas inter perſonas contrahenda.* Quo ferè argumenti genere uſum Thomam Sanchezium lib. VII. diſputatione III. num. II. graviter reprehendit Fagnanus. Etſi enim ita dictum ſuum moderatus eſſe Natalis videatur, ut, *ſervatis Eccleſiæ juribus*, dirimentia matrimonium impedimenta Principes conſtituant: qua tamen unquàm, ſodes, ratione Eccleſiæ jura ſervabuntur, ſi pro ſummâ ſuâ in iis, quæ ad publicum bonum ſpectant, poteſtate Principibus liceat id ſibi vindicare, quod Eccleſiaſtici juris eſt, ut per politicas leges Chriſtiana matrimonia dirimantur? Locutum ſe cum S. Thomâ Aquinate, & eximio Concilii Tridentini Theologo, Dominico Soto, cauſſatur Natalis eo in Scholio, quo ſe a Romanorum Cenſorum caſtigationibus vindicat. Sed neque Soto, neque verò tutiſſimus Catholicæ aſſertor auctoritatis, Aquinas, ei ſuffragantur.

II. Verba hæc habet Thomas in IV. Sentent. diſtinctione XXXIV. quæſtione unicâ articulo I. *Ad quartum dicendum, quod perſona illegitima ad matrimonium contrahendum dicuntur ex eo, quòd ſunt contra legem, qua matrimonium conſtituitur. Matrimonium autem, in quantum eſt in officium naturæ, ſtatuitur lege naturæ: in quantum eſt Sacramentum, ſtatuitur jure divino: in quantum eſt in officium communitatis, ſtatuitur lege civili. Et ideò ex qualibet dictarum legum, poteſt aliqua perſona effici ad matrimonium illegitima. Nec eſt ſimile de aliis Sacramentis, quæ ſunt Sacramenta tantùm.* Hîc autem S. Thomas non docet, hanc eſſe Chriſtianâ in Republicâ Chriſtianis Principibus poteſtatem dirimendi per humanas leges matrimonii: ſed, ut ſemper ſolet plura, quæ in unam eandemque rem ſæpe conveniunt, acutè diſcernere, &, quid cuique καθ' αὐτὸ attribuendum ſit, diligenter advertere; hoc etiam in loco varia matrimonii munera & officia varioſque ſtatus diſtinguit; &, quid illorum cuique ſeorſum & καὶ αναδιπλωσιν, competat, tradit ut ex verbis patet, quæ ſubduntur: *Et quia lex naturalis, ſecundùm diverſos ſtatus, recipit determinationes diverſas, & jus poſitivum etiam variatur ſecundùm diverſas hominum conditiones in diverſis temporibus: ideò Magiſter ponit in diverſis temporibus diverſas perſonas illegitimas fuiſſe.* Hæc S. Thomas. Itaque quatenus ad humanæ Reipublicæ conſervationem propagationemque matrimonium refertur & civilium pactorum ordine comprehenditur, jure a Principe leges accipit, cujus eſt publico bono pro viribus proſpicere: &, quemadmodùm humanæ aliæ conventiones, quum Sacramentum non ſit, appoſitis impedimentis, coarctatur; ſublatis, liberum eſſe permittitur; variiſque pro temporum & locorum diverſitate legibus regitur. Unde Princeps a Chriſtiano nomine alienus, in quem nihil ſibi auctoritatis idcircò adſerit Eccleſia noſtra, bene populorum ſuorum conjugia certis legibus ita moderari poteſt, ut nulla prorſùs ſint atque irrita; ſi, præter patriam Barbarorum conſuetudinem, celebrentur. Nec enim, niſi inter Chriſtianos, matrimonium eſt Sacramentum. Ita inter alios idem Aquinas optimè docet in IV. diſtinctione XXXIX. quæſtione unicâ articulo II. *Ad tertium dicendum*, inquit, *quòd inter infideles eſt matrimonium, ut dictum eſt, prout matrimonium eſt in officium naturæ. Ea autem, quæ pertinent ad legem naturæ, ſunt determinabilia per jus poſitivum: & ideò, ſi prohibentur ab aliquo jure poſitivo apud eos infideles contrahere matrimonium cum infidelibus alterius ritus, diſparitas*

cultûs

cubitis impedit matrimonium inter eos. Ex jure enim divino non prohibentur: quia apud Deum non differt qualitercumque aliquis à Fide deviet quantùm ad hoc, quod eſt à gratiâ alienum eſſe, ſimiliter nec aliquo Eccleſiæ ſtatuto, quæ non habet de his, quæ foris ſunt, judicare, ut etiam fatetur Innocentius III. *cap. Gaudemus, de divortiis.* Sed, quanquàm integrum eſſet ſummo cuique Principi de matrimonio, ut naturæ & humanæ Reipublicæ officium illud eſt, ob ampliſſimam ſuam humanis in rebus auctoritatem, decernere, ſi ipſa tantùm rei natura ſpectaretur: quia tamen apud Chriſtianos ad Sacramenti dignitatem evectum divinitus atque tranſlatum eſt; hinc æquiſſimo jure factum, ut jam non humanæ, ſed Eccleſiaſticæ poteſtati, ſubſit, neque ulla ampliùs Principibus ſit in conſtituendis conjugio impedimentis, niſi conſentiente & probante Eccleſiâ, auctoritas. Ita diſertiſſimè Thomas Aquinas in IV. diſtinctione XLII. articulo II. cujus idcircò verba uberiùs refero, ut, qui eum ducem ambitioſiùs jactant, neque tamen hac in parte ſequuntur; non veritatis, ſed factionis ſtudio, ſe cetera ejus ſectari agnoſcant. *Ad quartum dicendum*, inquit Thomas, *quòd prohibitio legalis humana non ſufficeret, ad impedimentum matrimonii, niſi interveniret auctoritas Eccleſiæ, quæ idem etiam interdicit.*

III. Quid hîc ad enervandam Aquinatis infringendamque auctoritatem comminiſcentur, qui Chriſtianâ in Religione id juris Regibus attributum volunt, ut, non Eccleſiaſticâ, ſed ſuâ ipſorum auctoritate, æquè de matrimonio ac de aliis quibuſcumque humanis conventionibus, leges ferant: ut, ſiquis eorundem legibus in contrahendis nuptiis non ſteterit, cetera verò, quæ Canones præſcribunt, adhibuerit omnia, nullo irritoque fœdere cum feminâ copuletur? Nam quòd aliqui importunè acuti anguſtos ſatis huic Principum poteſtati limites præfigere ſibi videntur, atque intemeratam ſervare illæſamque Canonum auctoritatem, quòd à Sacramento conjugium (quæ una eademque res eſt apud Chriſtianos) diſtinguant; atque civilem tantùm contractum Regum arbitrio obnoxium ſubditumque faciant, non autem Sacramentum: ne illi, ut mitiſſimè adverſùs ineptientes homines loquar, nihilò plus Eccleſiæ, quàm Magiſtratui humano, Chriſtianum in matrimonium impertiuntur. quum & ſummus Pontifex non niſi contractûs civilis, quod Sacramenti ὑποκείμενον eſt, immutandi moderandique poteſtatem habeat; ipſum verò Sacramentum a Chriſto Domino inſtitutum nullâ Eccleſiæ auctoritate variari poſſit aut aboleri. Quapropter longè moderatiores Thomæi maximâ ex parte affirmant, potuiſſe quidem, ſi ex ſummâ ſuâ poteſtate agere Principes permitterentur, nuptialium pactorum vim omnem, niſi certæ aliquæ accederent conditiones, infringere: ſed illis tamen poteſtatem hujuſmodi Eccleſiam inhibuiſſe, quæ cauſſas omnes connubiales, & quidquid ad matrimonia dirimenda facit, ad ſacrum duntaxat tribunal deferendum decreverit. Quæ eſt ipſa Thomæ Sanchezii opinio lib. VIII. de impedimentis Matrimonii diſputatione III. num. II. ubi, veluti ex Apollinis oraculo, certò atque indubitanter pronunciat, *poſſe Principem Sæcularem ex genere & natura ſuæ poteſtatis, matrimonii impedimenta dirimentia fidelibus ſibi ſubditis, ex juſtâ cauſſâ, ſuis legibus indicere, eo pacto, quo id Pontifex ſummus poteſt, niſi ſibi hanc poteſtatem reſervaſſet.* Etſi verò id, quod Sanchezius opinatur, *contra ſacratiores Canonum & Tridentini Concilii decreta, ac receptiſſimas Theologorum & Canoniſtarum traditiones*, eſſe affirmet maximæ vir auctoritatis, Proſper Fagnanus in Caput *Utrum autem; de cognatione ſpirituali.* num. XIX. non multùm tamen ego illis hac in parte diſſentiam: dummodò nulla jam apud nos eſſe Principibus dirimendorum conjugiorum jura ἁπλῶς fateantur: irritumque adeò atque inane futurum quidquid impedimentorum contrahendis nuptiis, non approbante confirmanteque Eccleſiâ, ipſi apponerent; firmiter verò permanſurum Chriſtiani hominis matrimonium, qui adverſùs humana illa & profana Reſcripta, ad Canonicam tamen inſtitutionem, nuptias paciſceretur. Sive enim divino jure prohibiti ſint Chriſtiani Principes impedimenta matrimonio auctoritate ſuâ conſtituere, quod ego quidem ſentio, ſive hæc illis ſit ferendarum hujuſmodi legum poteſtas canonico ſublata jure, quam aliàs habere potuiſſent: jam apud omnes conſtat, qui rectè ſentiunt, nullis humanæ Reipublicæ obſtaculis irrita effici aut dirimi inter Chriſtianos poſſe matrimonia.

IV. Quod ex ſuperioribus exemplis ſatis, opinor, liquet: &, ſiquis alia deſiderat, habet, quæ hac in re præclara admodùm atque opportuna alii adnotarunt. Sic enim, ex Canonicâ auctoritate, tutorem inter atque pupillam, inter ſenatorem & libertam, Matrimonium ſubſiſtit: quod tamen civiles Leges irritum decreverunt. Lex *Tutor.* D. *de ſponſalibus.* Lex *Filiam Senatoris.* D. *de Senatoribus*; ut gloſſa docet in Canonem *Ita diligere*, cauſſâ XXX. quæſtione III: ad verbum: *Quandoquidem.* Et in Canonem *Siquis ingenuus.* cauſ. XXIX. quæſt. II. ad v. *Habeat.* Sic Triburienſe Concilium divelli a conjugio non poſſe hominem quendam natione Francum declaravit, qui nobilem e Saxoniâ uxorem, non Francorum lege, duxerat; cap. *De Franciâ. De ſponſalibus & matrimoniis.* Sic alias omnes, quas ſacroſancta Naturæ jura aut Canones non confirmarunt, civiles de Matrimonio, quantum ad ejus ὕλην ſpectat, leges, nullum Chriſtianâ in Republicâ momentum ad infirmandas aut dirimendas nuptiarum pactiones obtinuerunt. Tantùmque abeſt, ut connubiales quæcumque Chriſtianorum cauſſæ profanorum hominum arbitrio ſubdantur, ut vel in ipſo ſacro Ordine non cujuſcumque Præſulis, ſed Epiſcoporum duntaxat judicio, committendas illas eſſe Canones ſanxerint: Alexandri II. præſertim Decretum can. *Multorum.* cauſſâ. XXXV. quæſtione VI. & Canon XXV. Concilii Agathenſis, quem veluti Carthaginienſis citat Gratianus can. *Seculares.* cauſſâ XXXIII. quæſt. II. atque in Concilio Lateranenſi graviſſimè Innocentius III. Abbates hac de cauſſâ reprehenderit, quod, Chriſtiana in matrimonia inquirere ſoliti, in alienæ poteſtatis fines temerè manus immiſiſſent. *Volentes igitur*, inquit, *in hiſ & Epiſcoporum dignitati & Abbatum providere ſaluti, præſenti decreto firmiter prohibemus, ne quis Abbatum ad talia ſe præſumat extendere, ſi proprium voluerit periculum evitare: niſi forſan quiſquam eorum ſpeciali conceſſione, vel aliâ legitimâ cauſſâ, ſuper hujuſmodi valeat ſe tueri.* Capite *Accedentibus; de exceſſibus Prælatorum.* Sicuti Abbas Caſſinenſis tueri ſe poterat, ex Alexandri III Reſcripto cap. *Ex Literis. de conſanguinitate & affinitate.* Atque æquiſſimæ huic veterum Canonum legi Tridentini Patres magnâ omnium conſenſione ſubſcripſerunt ſeſſione XXIV. Cap. XX. *Ad hæc, cauſſæ matrimoniales & criminales non Decani, Archidiaconi aut aliorum inferiorum judicio, etiam viſitando; ſed Epiſcopi tantùm examini & juriſdictioni, relinquantur: etiamſi in præſenti inter Epiſcopum & Decanum ſeu Archidiaconum, aut alios inferiores, ſuper cauſſarum iſtarum cognitione lis aliqua in quâcumque inſtantiâ pendeat.* Immo, quod magis urget, Legatos quoque, quos de Latere appellant, quorum ſanè maxima eſt ſecundùm Romanum Pontificem auctoritas, ab hac violandâ Epiſcoporum poteſtate religioſè abſtinere juſſerunt, his verbis: *Legati quoque etiam de Latere, Nuncii, Gubernatores Eccleſiaſtici, aut alii, quarumcumque facultatum*

cultatum vigere, non ſolum Epiſcopos in prædictis cauſſis impedire, aut aliquo modo, eorum juriſdictionem iis præripere vel turbare non præſumant: ſed nec etiam contra Clericos aliaſve perſonas Eccleſiaſticas, niſi, Epiſcopo prius requiſito eoque negligente, procedant. Neque enim matrimonia hodie jure fori, ſed jure poli, reguntur, ut ſapientiſſimè ſancit Gratianus cauſſa II. quæſtione III. §. *Hinc colligitur* Cujus celeberrima ſententia, veluti Canonicum quoddam pronunciatum, cœpit jamdiu ab Interpretibus uſurpari; quamquàm turpi errore Sanchezius, qui plura congerere, quàm digerere, poſſet, lib. VIII. diſputatione VII. num. I. quod Gratiani eſt, Gregorio Magno attribuerit auctori.

V. Dominicus etiam Soto in eâ eſt ſententiâ quod Regibus aliiſque Principibus, pro ſummâ illorum in civiles conventiones auctoritate, leges de matrimonio, veluti de contractu quodam humano, dirimentibuſque impedimentis, condere liceret, niſi altiori ſanctiorique jure, quum apud nos Sacramenti ratione Matrimonium gaudeat; cohiberentur. Sed, quòd poteſtate hac Magiſtratus noſtri hodie fruantur; nullibi affirmat. Immò verò disertè negat, niſi profanæ hujuſmodi leges a Conciliis vel a Pontifice Maximo probentur. Eximii Theologi locum callidè Natalis obtruncavit, quem nos idcircò magis integrum exhibemus ex Lib. IV. Sententiarum diſtinctione XL. quæſtione unicâ articulo V. *Reſpublica civilis*, inquit Dominicus: *& Princeps, qui ejus habet facultatem, leges poteſt de paciſcendis ſtipulandiſque nuptiis condere; atque adeò ſic conſanguineos & affines a matrimoniis concinnandis arcere, ut, ſi illa contra tentaverint, nulla ſint. Verumtamen in hujuſmodi ferendis legibus Reſpublica civilis ſubdita prorſus eſt Eccleſiaſticæ, ut, abſque permiſſu Concilii aut Pontificis Maximi; eas ferre nequeat. Quòd ſi Papa contradixerit, irritæ erunt prorſus & inanes.* Matrimonium nempe, ut naturæ tantùm officium eſt; & humanam ſeorſum Rempublicam, ut Naturæ tantùm jure definitur; primo loco conſiderat Soto. Poſtquàm autem eam, quæ Principibus ex ipſâ rei duntaxat naturâ competere poteſt, in connubialia pacta poteſtatem uberiùs explanaſſet, ita ſubdit: *Nihilominùs ſecundum membrum ejuſdem reſponſi probatur. Nam, quum Eccleſiæ incumbat de Sacramentis cenſere, &, ut diſtinctione XXXV. dicebamus, in his, quæ pertinent ad regnum cælorum Reſpublica civilis ſpirituali ſit ſubdita; nequit civilis in matrimonialibus cauſſis, præſertim in conſtituendis perſonis legitimis vel illegitimis, ab Eccleſiæ ſanctionibus & poteſtate deflectere: alioquì duo eſſent capita; quod utique monſtrum vineam Domini demoliretur. Unde D. Thomas diſtinct. XLII. quæſtione II. articulo II. ad IV. Prohibitio*, inquit, *legis humanæ non ſufficeret ad impedimentum matrimonii, niſi interveniret auctoritas Eccleſiæ, quæ idem etiam interdicit. Et idem obſervandum eſt in diſcernendo, quodnam matrimonium ſit legitimum; quod eorum judicium ad Eccleſiam ſpectat. De dotibus verò & hereditatibus decernere, atque de aliis, quæ merè ſecularia ſunt, ad ſeculare attinet judicium.* In eandem ſententiam loquitur diſtinct. XXIX. quæſtione I. articulo IV. *Immo, quum matrimonium, ut ſæpe diximus, ſic ſit Sacramentum, ut ſit etiam civilis contractus; nil vetat, quominus, ut priori ratione ad Forum Eccleſiaſticum ſpectat; poſteriori, civili etiam aliquatenus ſubdatur. Non quòd Principes* (verba obſervatu digniſſima) *ea poſſint, quæ ſunt de matrimonii ſubſtantiâ, demutare; ſed tamen quòd valeant contrahentes mulctare, ubi in bonum publicum contrahendo deliquerint.* & diſtinctione XLII. quæſtione II. artic. II. ad illud argumentum, quod, quum legalis adoptio jure civili & gentium introducta fuerit; jus autem civile ſine auctoritate Eccleſiæ non poſſit impedimentum matrimonio objicere; nullum ex tali cognatione impedimentum oriri videatur: ad hoc, inquam, argumentum ita reſpondet, ut, quàm Natalis Alexandri opinioni ipſe diſſenſerit, luculentiſſimè oſtendat. *Secundum verò*, inquit, *per primam concluſionem ſolutum eſt. Nam, etſi cognatio hæc jure gentium & civili ſit introducta; quòd tamen ſit matrimonii impedimentum, Eccleſiaſtica auctoritas facit.* Quare, ſi propriè & ex rei veritate, loqui volumus, non Chriſtianorum Principum auctoritate impedimenta matrimonio conſtituuntur, aut conſtitui poſſunt, nec nuptiarum pacta efficiuntur irrita, ut aſſerit Natalis: ſed, quæ connubiales Chriſtianorum contractus, appoſitis impedimentis, verè dirimit, una eſt Eccleſia; quæ profanis aliquando legibus ad publicam tranquillitatem honeſtatemque morum utitur; illaſque veluti conſecrat, ut, quod ipſæ prohibitæ ſunt facere, non ſuo, ſed Eccleſiaſtico jam jure, certa aliqua conjugia impediant. Quod innuere forſan videtur Bellarminus, dum ait Controverſiâ VI. de Matrimonii Sacramento capite XXXII. mixti generis cauſſas, id eſt, partim politicas, ſacras partim, ſive, ut aiunt, ſpirituales, *ad politicum Magiſtratum pertinere poſſe, ſed cum ſubordinatione ad Eccleſiaſticum; ſimpliciter autem ad Principem Eccleſiaſticum pertinere, ut in Concilio Tridentino ſeſſione XXIV. Canone XII. definitum eſt.* Beatus itaque Thomas & Dominicus Soto, longè aliter, ac Natalis Alexander cenſuit, & locuti ſunt & ſenſerunt. quorum ego graviſſima Thomæſque omnibus Theologis venerabilia nomina hic potiſſimum urgeo, quòd iſtorum duntaxat auctoritate Natalis ad præpoſteros ſenſus abutatur: etſi non me latet, quàm plura alia Theologorum primi nominis teſtimonia proferri à me potuiſſent, è quibus S. Bonaventura, maximæ vir fidei atque integritatis, eadem ferè ratione, qua Soto, illi de cognatione, legali difficultati occurrerat lib. IV. diſtinctione XLII. artic. II. quæſt. II. *quia Eccleſia tale impedimentum ſuâ conſtitutione & approbatione fecit eſſe validum, alioque non poſſet impedire.*

VI. Ego verò non rem hanc pro dignitate tractare inſtitueram; nec adverſus Natalem ire, eruditiſſimum & diligentiſſimum Scriptorem, quem ab eruditione & labore admirari ſæpe ſoleo; ſed ſtultiſſimam Sciolorum quorundam impudentiam obiter, ſi fieri poſſet, reprimere & coërcere; qui, bonarum omnium Litterarum ignari, neſcio quo ambitioſæ oſtentationis ſtudio, non alio fulti, niſi ſophiſmatum atque inſcitiæ, præſidio, hanc Principibus noſtris concedere non dubitarunt, quam ſeu Divina ſeu Canonica jura abſtulerunt, dirimendorum conjugiorum poteſtatem: eòque etiam dementiæ prolapſi ſunt inter altercandum, ut divinâ fieri non potuiſſe auctoritate dicerent, ut nullus inter Chriſtianos eſſet connubialis contractus, qui non ſimul eſſet Sacramentum.

LIBER

LIBER III.

CAPUT I.

LIPPIS ac tonſoribus notum, quod extremâ ſuperioris Libri parte diſſeruimus. Petri de Soto non magna auctoritas. Totus ſuperioris Diſputationis ordo proponitur. Magni cujuſdam Canoniſtæ & Theologi de ſe ipſo judicium. Non inutilis excurſus noſter. Divi Marci ſententia. Quæſtio a nobis in ſuperioribus libris tractata. Menchacæ opinio. Pium patris noſtri familiâs conſilium. Quid ille ſcire velit. Nos illi tandem acquieſcimus.

I. HÆC ego levia atque inconſtantiâ ingenia dum operoſiùs, quàm res fortè poſtulabat, ſapere aliquando jubeo; ſentio, quò me & quàm longè, extra propoſitæ tractationis limite diſputationis ardor protraxerit; eòque etiam magis Diſſertationis hujus noſtræ nos piget, quò lippis ac tonſoribus notius eſt, quod ait Covarruvias de Matrimonio II. Parte Cap. VI. §. X num. XVI. *a Laicis, etiam ſummis Principibus, non poſſe lege prohiberi matrimonium cum alienigenis, vel cum certo hominum genere, & hoc ipſum paſſim*, inquit Didacus, *Noſtrates fatentur, qui Leges Civiles aliquot matrimonia prohibentes, ut improbas, refellunt.* Quid enim Petrum aliquem de Soto moror, cujus non eſt tanti auctoritas, ut propterea velimus à communi Canonicorum omnium Interpretum veriſſimâque ſententiâ diſcedere? Nunc ergo præſtat, ut, unde differendo dilapſi ſumus, eò redeamus. Quid enim tamdiu, aut quò, aberramus, ut ingenio potiùs noſtro, quam cauſſæ ipſi, quam agitandam ſuſcepimus, deſerviſſe videri poſſimus? Atqui illud tantum agendum erat, illud ſummo ſtudio animique contentione inquirendum a nobis, an nobilem Juvenem, triginta jam natum annos, exheredem ſcribi fas ſit, quòd, invito parente, nuptias cum honeſtâ puellâ contraxerit. Id ſupra, nec immeritò, negabamus, per civiles Leges, in his ſaltem regionibus noſtris, licere. Qua occaſione, quò diſputatio vocabat, eo libenter excurrimus: &, Gallicanis Hiſpaniſque Legibus, quòd in ingratos ejuſmodi filios exheredationem ſtatuant, adverſus alios aſſertis vindicatiſque; quæſivimus ſubinde adverſus Magnum quendam Canonici juris Interpretem [ita enim de ſe ipſe judicat] quid & quantùm Chriſtianis Principibus liceret de Matrimonio decernere. Unde veniam ab æquioribus quibuſque Judicibus non facilè obtenturos ſperamus, ſiquid ingenio paullò liberalius indulſerimus. Neque enim omnino fruſtra Legum illarum de liberis eam ob rem exheredandis æquitatem & ſanctimoniam adverſus cavillatores explicavimus: quòd, etſi cauſſâ noſtra non illarum auctoritate niteretur, exheredandusque adeò non eſſet noſter hic filiusfamiliâs, qui, annorum triginta ætate non minor, ingratas patri nuptias iniiſſet; inde tamen apparebat, quantam planè conjugia hujuſmodi, quamque immanem injuriam parentibus filii inferrent, cum graviſſimæ exheredationis pœnæ æquiſſimiſque Legibus anſam jure dare potuerint. Quoniam verò, ſiqua ex Romanis Legibus exheredationis pœna hac de re filiosfamiliâs manet, quod, parentum injuſſu, jungant connubia; ea certè non ultra quinque & viginti ætatis annos porrigitur; triginta autem annos attigit ſeu etiam explevit ille, qui tractationi noſtræ argumentum fecit, filiusfamilias: id unum cenſendum nobis ſupereſt, quod Divus Marcus aliâ in cauſſa reſcripſit: *eum non rectè facere; pœnam tamen in eum ſtatutam non eſſe.* Quam ſententiam retulit Ulpianus lib. XXV. ad Edictum. L. *Et ſiquis.* D. *de Religioſis & ſumptibus funerum.*

II. Sed cur etiam ſpinoſam illam & ſententiarum concertatione valde intricatam, ingrati animi cauſſam, quæ in paciſcendis, præter paternam voluntatem, conjugiis ſita eſt, tam diligenter ſumus accurateque perſcrutati, ut, quæ hanc in rem doctiſſimi viri differunt, diſcuteremus omnia, atque ad noſtrum revocaremus judicium? quaſi ſcilicet in eo quæſtio noſtra verſaretur; an potuerit debueritque filius ille familiâs hereditate privari, qui, ductâ imparis conditionis uxore, non patrem tantum graviſſimè læſit; ſed & magno fuit toti paternæ domui, ut in ipſo tractationis limine innuimus, detrimento. Atqui ab hac mente, à qualicunque hoc exheredandi filii conſilio optimus ille ſenex longiſſimè abeſt, cujus voluntati Diſſertatione hac noſtrâ gratificamur. Ut enim tutò, neque imprudenter, poſſet opinioni Menchacæ fidere, qui de *Succeſſion. creat. par. L lib.* I. §. X. *num. DCXXXIV.* id ei juris facit, ut ingratum filium, ſi voluerit, ob nuptias illas exheredet; tutò aliena poſſet exempla ſequi, quæ, pro vario hominum ingenio, minimè deſunt; atque aliquando in Juriſconſultorum voluminibus occurrunt: ut, inquam, fas homini eſſet tricenarium filium hac de cauſſa exheredem ſcribere, quod hic, ſe invito & reluctante, uxorem, honeſtam illam quidem, ſed imparem tamen, acceperit; non vult tamen, qua eſt humanitate facilitateque animi, è paternæ ſeveritatis legibus in filium animadvertere. Aliorum quidem, qui morem patri toto vitæ curſu geſſerunt, filiorum ſaluti, decori, fortunis, proſpicere cupit, atque indemnitati; ſed non eâ tamen lege, ut inhumanius atque aliquanto forſan durius, quam pietas ferat, vel in protervum totique paternæ familiæ valde incommodum adoleſcentem egiſſe videatur. Quærebat itaque vir optimus, cujus eò magis pietas commendanda nobis eſt, quo gravior in illum eſt injuria filii; & nunc iterum quærit: an reſcindere ſibi factum à ſe teſtamentum liceret, quo æquas inter filios fortunarum omnium portiones dividi juſſerat; & poſterioribus tabulis ita de rebus ſuis omnibus decernere, ut, dotatis pro æquâ portione feminis, filiorum etiam cuilibet, pari inſtitutionis titulo, legitimam quidem partem relinquat, quam ſcilicet illis leges naturali ex æquitate deferunt: ſed cetera tamen omnia bona

na in quorum partem ingratus filius ex primo teſtamento venturus fuerat, in alios tantum duos, natu maximum minimumque, vel hereditatis, vel legati, vel quocumque alio poteſt nomine, tranſcribat: qui duo ſemper filii patetur omnibus in rebus voluntati ſummo ſtudio obſecundarunt. Cur verò id ei per divinas humanaſque leges non liceat, quod non odio aliquo, aut animi parùm probi vitio, facere inſtituit; ſed, ut obedientiores obſequentioreſque filios inſigniori aliquo paternæ benevolentiæ argumento remuneret, atque in bonis beneque moratis liberis familiæ ſuæ ſplendorem atque amplitudinem, majori, quàm fieri poſſit, facultatum copiâ conſervet? Atque ita aliquando poſt immenſos veluti diffundentis ſeſe ingénii errores nos ordo diſputationis in viam atque ad caput tractationis noſtræ reduxit, ubi eò acriùs ac feſtiviùs, Salvine Conſul, abſolvendum nobis, quidquid ſupereſt, videtur, quò ad exitum propiùs jam tendit oratio.

CAPUT II.

Mutari ex arbitrio conditum jam teſtamentum poſſe. Lectio Pandectarum reſtituta. Ambulatoria uſque ad mortem hominis voluntas. Paulli Apoſtoli teſtimonium. Acuta Innocentii Papæ III. obſervatio. Chriſtianus Cicero, Lactantius. Vera apud Cœlium Lactantium lectio. Chriſtiani, filii Judæorum. Teſtamenti per Modeſtinum definitio. Suprema hominis voluntas religioſè a veteribus obſervata. Juſtiniani hac de re ſanctio. Lex XII. Tabularum a Sexto Pomponio explicata. Juſtinianus illuſtratus. Æneis comburi a Virgilio juſſa, pulcherrimum Latinæ Linguæ Poëma. Octavii Auguſti verſus. Quænam tabulæ ſupremæ? E Canonibus confirmatio. Gregorii Magni Reſcripta. Heredis pœna, qui teſtatori non paruerit. Ab hac, quoad legitimam portionem, exceptus filius. Inſignis Aphroniæ, Romanæ feminæ, patientia. Patrisfamiliâs in mutando revocandoque teſtamento poteſtas: etſi coram ſummo Principe teſtatus fuerit. Inſtitutus ab aliquo Imperator, poteſt exheredari. Digna vox majeſtate regnantis. Ad Principes monita. Vox impia Juliæ. Quod boni Principis munus? Caligulæ avaritia. Pulcherrima Divi Pertinacis ſententia. Rumpendorum teſtamentorum exempla, etiam aliquando per teſtamenta alia minùs ſolemnia. Theodoſii & Valentiniani Reſcriptum. Ex Conſtantini Lege locus apud illos emendatus. Novella Juſtiniani Conſtitutio. Teſtamento pias ob cauſſas duo teſtes ſufficiunt.

I. JAm verò ſatis ſuperque conſtat, non ita patris arbitrium prioribus tabulis conſtrictum colligatumque eſſe, ut teſtamento, quod ſemel ille decrevit, neque ullo firmavit jurejurando, ſtare compellatur. Enim verò novo teſtamento, quod rite atque ex ſolemnitate Juris conficiatur, veteres tabulas infirmari omnino atque infringi, ſciunt omnes, qui vel primis labris Juſtinianæas Inſtitutiones deguſtarunt, ex Lib. II. Tit. XVII. *Quibus modis Teſtamenta infirmantur.* §. *Poſteriore quoque.* Quod & Hermogenianus præſcripſerat Ἐπιτομῶν Juris lib. IV. *Nemo enim*, inquit, *eam ſibi legem poteſt dicere, ut a priori voluntate ei recedere non liceat.* Lege *Si quis in principio.* D. *de Legatis & Fideicommiſſis III.* Et Martianus Lib. IV. Inſtitutionum, cujus ſententiam iiſdem ferè verbis Juſtinianus tranſcripſit, ex L. *Si quis priore.* D. *ad Senatuſconſultum Trebellianum*, juxta Severi atque Antonini Auguſtorum Reſcriptum ad Coccejum Campanum. *Severus* enim legitur tum apud Juſtinianum in Inſtitutionibus, tum in antiquiſſimo atque apud totam Europam celeberrimo Pandectarum Florentinorum Codice, quo Juſtinianum ipſum uſum doctorum plerique hominum arbitrantur. Ut intelligatur L. Septimius Severus, M. Baſſiani Antonini Caracallæ pater: quanquàm in vulgatis Digeſtorum editionibus *Verus* habeatur. Qua de cauſſâ *ambulatoriam* hominis voluntatem *uſque ad vitæ ſupremum exitum* appoſitè Ulpianus appellavit lib. XXXIII. ad Sabinum. *L. Cum hic ſtatus.* D. *de donationibus inter virum & uxorem.* §. *Pœnitentiam.* Et L. *Quòd ſi iterùm.* D. *de adimendis vel transferendis legatis vel fideicommiſſis.*

II Morte verò vires demum accipit ſuas firmaturque teſtamentum, ut, ex Romanarum Legum mente, epiſt. ad Hebræos Cap. IX. advertit S. Paullus. *Ubi enim teſtamentum eſt, mors, neceſſe eſt, intercedat teſtatoris. Teſtamentum enim in mortuis confirmatum eſt; alioquin nondum valet, dum vivit, qui teſtatus eſt.* Quo Apoſtoli teſtimonio acutè nititur Innocentius III. ad Archiepiſcopum Lugdunenſem Cap. *Cum Marthæ de celebratione Miſſarum*; ut rationem afferat, eamque gravem eumprimis atque opportunam, cur vetus Divinarum Pollicitationum Teſtamentum deſierit; æternum verò ſit ac permanſurum, novum Legis Evangelicæ. *Unde novum*, inquit, *ideſt, ultimum, eſſe deſcribitur, inde æternum, ideſt, perpetuum, comprobatur. Noviſſimum etenim hominis teſtamentum immobile perſeverat: quia teſtatoris obitu confirmatur.* Quod multò ante egregiè illuſtraverat, Chriſtianus Cicero, Lactantius Divinarum adverſus Gentes Inſtitutionum lib. IV. qui eſt de verâ Sapientiâ, Cap. XX. *Idcirco Moyſes & iidem ipſi Prophetæ, Legem, quæ Judæis data erat, teſtamentum vocant: quia, niſi teſtator mortuus fuerit, nec confirmari teſtamentum poteſt, nec ſciri, quid in eo ſcriptum ſit, quia clauſum & obſignatum eſt. Itaque, niſi Chriſtus mortem ſuſcepiſſet, aperiri teſtamentum, ideſt, revelari & intelligi myſterium Dei non potuiſſet. Verùm Scriptura omnis in duo teſtamenta diviſa eſt. Illud, quod adventum Domini paſſionemque anteceſſit, ideſt, Lex & Prophetæ, Vetus dicitur. Ea verò, quæ poſt reſurrectionem ejus ſcripta ſunt, Novum Teſtamentum nominatur. Judæi Vetere utuntur, nos Novo. Sed tamen diverſa non ſunt: quia Novum Veteris adimpletio eſt; & in utroque idem teſtator eſt Chriſtus, qui pro nobis mortem ſuſcepit, nos heredes æterni regni fecit, abdicato & exheredato populo Judæorum. Sicut Hieremias Propheta teſtatur, cum loquitur talia. Ecce dies venient, dicit Dominus, & conſummabo Domui Iſraël, & Domui Juda, teſta-*

mentum

mentum novum, non ſecundùm teſtamentum, quod diſpoſui patribus eorum in die, qua apprehendi manum eorum, ut illos educerem è Terrâ Ægypti: quia ipſi non perſeveraverunt in teſtamento meo; & ego neglexi eos, dicit Dominus. Venetam enim anni MCCCCLXXVIII. editionem ſecutus ſum, ut in Lactantio ſcriberem: *Sed tamen diverſa non ſunt.* Scilicet, teſtamenta. non, *diviſa non ſunt*, ut in poſteriori aliquâ editione vidi, & Florentinâ etiam Philippi Juntæ an. MDXIII. quam ſedulò curavit Marianus Tuccius. Explicat paullò poſt Lactantius, quid apud Hieremiam per Domum Iſraël & Domum Juda verè intelligendum ſit. *Domus autem Juda & Iſraël non utique Judæos ſignificat, quos abdicavit; ſed nos, qui, ab eo convocati ex gentibus, in illorum locum adoptionemque ſucceſſimus; & appellamur filii Judæorum; quod declarat Sibylla, cum dicit:* Ἰουδαίων μακάριον θεῖον γένος οὐράνιον. idest, *Judæorum beatum divinum genus cæleſtium.*

III. Nec aliud innuit ipſa teſtamenti definitio, quam Modeſtinus attulit lib. Pandectarum: ita ut ſit *voluntatis noſtræ juſta ſententia de eo, quod quis poſt mortem ſuam fieri velit*, L. *Teſtamentum.* D. Titulo illo *de Teſtamentis, & qui teſtamenta facere poſſunt, & quemadmodum teſtamenta fiant*, juxta vulgatam lectionem, eamque pleniorem, quam Florentini Pandectæ exhibeant. Unde ſumma Veteres religio inceſſit ut, poſtquàm quis mortuus eſſet; ſupremam ejus voluntatem, veluti ſacram quandam atque è cælo delapſam, legem, ſibi obſervandam colendamque exiſtimarent: modò nihil contra jura & Naturæ honeſtatem teſtator decreviſſet. Ita graviſſimè Juſtinianus Novellâ Conſtitutione XXII. de Nuptiis Collatione IV. §. *Diſponat. Diſponat itaque*, inquit, *unuſquiſque in ſuis, ut dignum eſt; & ſit lex ejus voluntas: ſicut & antiquiſſima nobis Lex, & prima penè Reipublicæ Romanorum, diſponens, ait (dicimus autem XII. Tabularum, ſecundùm antiquam & patriam linguam) ita dicens: Uti legaſſit quiſque de ſua re, ita jus eſto: nullo valente, citra illius voluntatem, nec ſi ſacram impetret formam, nec ſi quiſpiam aliud omnium aliquid aliter diſponere malens.* Eodem ferè modo Legem illam XII. Tabularum explicaverat Sextus Pomponius lib. V. Lectionum ad Q. Mucium. *Latiſſima poteſtas*, inquit, *tributa videtur & heredes inſtituendi, & legata & libertates dandi, tutelas quoque conſtituendi. Sed id vel interpretatione coangustatum eſt legum, vel auctoritate jura conſtituentium.* L. *Verbis Legis.* D. *de Verborum ſignificatione.* Antiquiſſimam autem, & Romanæ penè Reipublicæ primam Juſtinianus vocat, quòd, poſt ſexaginta nondum ab exactis Regibus annos, XII. Tabularum Leges, ex Solonis præcipuè inſtitutis, conditæ perlatæque fuerint: creatique tunc Decemviri, qui illas ſcriberent, & Reipublicæ ſummâ cum poteſtate præeſſent, ut cum aliis Romanæ Hiſtoriæ auctoribus teſtatur Livius lib. III. Ex hoc veluti fonte omnis apud Romanos dimanavit ſupremarum voluntatum obſervantia: atque id porrò unum, ne Æneidi pareeret Virgilianæ, officere cecinit olim Auguſtus, quòd Æneida, expolitum nondum Opus, Maro comburi teſtamento juſſiſſet.

Sed legum eſt ſervanda fides. ſuprema voluntas
Quod mandat fierique jubet, parere neceſſe eſt.

quamquam, prudentiori longè conſilio, pulcherrimo Latinæ Linguæ & divino propemodùm, Poëmati, quàm Legi, conſulere Octavius ipſe, pro ſummâ ſuâ auctoritate atque erga Latinas Litteras ſtudio, maluerit: ut ex his ejus verſibus conſtat.

Frangatur potiùs legum veneranda poteſtas,
Quàm tot congeſtos, noctesque dieſque, labores
Hauſerit una dies, ſupremaque juſſa parentis
Amittant vigilaſſe ſuum.

Et infra.

Sed quod malè juſſerat ipſe,
Sit vetuiſſe meum.

Quare, ubi de bonis ſecundùm tabulas poſſidendis agitur, *non omnes tabulas Prætor ſequitur*, ut Ulpianus præſcribit lib. XXXIX. ad Edictum; *ſed ſupremas, hoc eſt, eas, quæ noviſſimæ ita ſunt factæ, ut poſt eas nullæ factæ ſint. Supremæ enim hæ ſunt, non quæ ſub ipſum tempus mortis factæ ſunt; ſed poſt quas nullæ factæ ſunt: licet hæ veteres ſint.* L. *Tabulas.* D. *de bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas.* Nihil in veteribus Legibus frequentius.

IV. Et Canones confirmarunt: quibus Gratianus illud Gregorii cognomento Magni acceſſuit ex lib. III. epiſt. IX. ad Januarium Caralitanum Epiſcopum. *Pro fundandis etiam Monaſteriis, quæ a diverſis juſſa ſunt conſtrui, ſi injuſtè perſpicis hoc ab iis, quibus indicta ſunt, excuſatione differri; ſolerter, ſecundùm quod Leges præcipiunt, admonere te volumus, ne piæ vivorum aut defunctorum voluntates, tuâ, quod abſit, remiſſione vaſſentur.* Canone *Admonere*, cauſſâ XVI. quæſtione I. Et Can. XIII. quæſt. II. *Ultima voluntas defuncti modis omnibus conſervari debet:* quæ eſt Gregorii ejuſdem ſententia, deſumpta ex lib. IX. Epiſt. XX. ubi ſic habet: *Sed quia perlatum ad nos eſt, Pompeianam, religioſam feminam, velle de eodem monaſterio ancillas Dei tollere, & per ſua, unde acceptæ fuerant, monaſteria revocare, atque illic congregationem conſtruere monachorum; neceſſe eſt, ut, ſi impletum hoc fuerit, defuncti depoſitio* (an, ut emendant alii, *diſpoſitio?*) *modis omnibus conſervetur.* Quòd ſi teſtatoris voluntati non paruerit heres hereditate, jure optimo, decidit; veterum Legum auctoritate, quas laudat Juſtinianus L. *Quæſtionem* C. *de Fideicommiſſis: quæ juſtis diſpoſitionibus teſtatorum omnimodò heredes obedire compellunt; & ſic ſtrictius cauſſam exegiunt: ut etiam amittere lucrum hereditatis faciant eos, qui teſtatoribus ſuis minimè paruerint.* Niſi ſiquid naturæ jure debeatur, ut eſt legitima filii portio. Hanc enim non amitti, certum mihi eſt ex Authentica, *Hoc amplius;* quæ ibidem ſubditur; & plenior atque expreſſior habetur Collat. I. Conſtitutione Novellâ I. *de heredibus & Falcidiâ.* §. *Siquis autem;* in hunc modum: *Si quis autem non implens, quod diſpoſitum eſt; ſed, dum competat ei, qui honoratus eſt, quod relictum eſt, etiam ex decreto judicis admonitus, annum totum protraxerit, non agens hoc, quod præceptum eſt: ſiquidem aliquis illorum fuerit, qui neceſſariò ex lege percipiunt; in plus autem, quàm quod lex ei dare vult, ſcriptus eſt heres; tantum accipiat ſolum, quantum lex ei dari, ſecundùm quartam ab inteſtato partem, concedit: aliud verò totum auferri.* Quin etiam quorumdam animis ea inſedit erga ſupremas parentum ſuorum tabulas reverentia, ut, quamquam illas, veluti inofficioſas, accuſare aliquando meritò potuiſſent, bonorum tamen extorres fieri maluerint, quàm paternam convellere voluntatem. Qua in re egregium præ ceteris omnibus patientiæ exemplum Aphronia dedit, Ebutiæ filia. *Nam*, ut Valerius lib. VII. narrat Cap. VIII. *quum haberet* (Ebutia) *duas ſimillimæ probitatis filias, Plotoniam & Aphroniam; animi ſui potiùs inclinatione provecta, quàm ullis alterius injuriis aut officiis commota, Plotoniam tantummodo heredem inſtituit; filiis etiam Aphroniæ ex admodùm amplo patrimonio, viginti nummos legavit. Aphronia tum cum ſorore ſacramento contendere noluit; teſtamentumque matris patientiâ honorare, quàm judicio convellere, ſanctius eſſe duxit: eò ſe ipſam indigniorem injuriæ oſtendens, quo eam æquiore animo ſuſtinebat.*

V. Neque verò magis religioſè ac ſanctè ſupremæ teſtatoris voluntati obtemperandum eſſe, Romanæ Leges ſanxerunt, quàm illæſam ſervari debere in condendis revocandiſque, pro hominis arbitrio, teſtamentis libertatem. Nam, etſi coram ſummo Principe quis teſtatus fuerit; valeatque, Theodoſiano jure, ſine teſtium ſolemnitate, illud teſtamentum: integrum tamen homini eſt, quod decrevit, corrigere; poſterioribuſque tabulis voluntatem retractare ſuam. *Voluntates etenim hominum*, ut ad Johannem Præfectum Prætorio Honorius & Theodoſius Auguſti reſcripſerunt, *audire volumus, non jubere: ne poſt ſententiam noſtram inhibitum videatur commutationis arbitrium: quum hoc ipſum, quod per ſupplicationem noſtris auribus intimatur, ita demum firmum ſit, ſi ultimum comprobetur; nec contra judicium ſuum defunctus poſteà veniſſe denegatur.* L. *Omnium.* C. *de Teſtamentis.* Immo & ſiquis Imperatorem fortè ipſum heredem ſcripſerit; ei nihilominùs poſteà licet, exheredato Cæſare, alium quemcunque voluerit, heredem ex lege inſtituere, ex celebri Conſtantini Auguſti ſanctione ad Præfectum Urbis Voluſianum. *L. Siquis.* C. *Qui teſtamenta facere poſſunt, vel non.* Unde, *cum heredes inſtituuntur Imperator ſeu Auguſta, jus commune cum ceteris* habere dicuntur a Valente, Valentiniano & Gratiano AAA. Leg. VII. C. tit. *eodem.* Eademque de cauſſâ teſtamentum imperfectum nihil Imperatori ad obtinendam hereditatem ſuffragatur, ut Paullo viſum eſt Lib. V. Sententiarum Leg. *Ex imperfecto.* D. *de Legatis & Fideicommiſſis III.* Quod Imperatores aliqui, optimo virtutis, ſi in eà perſtitiſſent, exemplo, ſanxerunt, Severus & Antoninus, Alexander, Juſtinianus aliique. *Licet enim*, inquit Alexander Antigono, *Lex Imperii ſolemnibus Juris Imperatorem ſolverit; nihil tamen tam proprium Imperii eſt, quàm legibus vivere.* Leg. *Ex imperfecto teſtamento.* C. *de Teſtamentis, & quemadmodum Teſtamenta ordinentur*, quo etiam modo Paullus locutus eſt & Severus atque Antoninus. Hæc profectò *digna vox eſt Majeſtate regnantis, legibus alligatum ſe Principem profiteri.* Lege IV. C. *de Legibus & Conſtitutionibus Principum & Edictis.* Quam verè auream Theodoſii Auguſti & Valentiniani Cæſaris ad Voluſianam ſententiam, utinam Principes omnes animo ſibi nunquam atque oculis excidere paterentur; dignoſque adeò ſe illâ Symmachi commendatione præſtarent: *Plus apud nos juſtitia, quàm licentia, valet!* Nam tyrannorum eſt, & feralis, vox illa Juliæ ad Antoninum Caracallam, quam utinam Pſeudo-theologorum nemo, magno Reipublicæ exitio, auribus Chriſtianorum Principum occineret! *ſi libet, licet*; ut eſt apud Ælium Spartianum. Atqui boni Principis eſt, prodeſſe non minùs, quàm præeſſe, Reipublicæ; neque Caligulam, inſigne illud humanæ turpitudinis avaritiæque portentum, imitari decet, qui, teſte Tranquillo in ejus Vitâ, *teſtamenta primipilarium, qui, ab initio principatûs Tiberii, neque illum, neque ſe, heredem reliquiſſent, ut ingrata reſcidit*; ſed Publium Helvium Pertinacem, de quo ſic Julius Capitolinus: *Legem ſanè tulit, ut teſtamenta priora non prius eſſent irrita, quàm alia perfecta eſſent; neve ob hoc fiſcus aliquando ſuccederet. Ipſeque profeſſus eſt, nullius ſe aditurum hereditatem, quæ aut adulatione alicujus delata eſſet, aut lite perplex, ut legitimi heredes & neceſſarii privarentur: addiditque Senatuſconſulto hæc verba; Sanctius eſt, Patres Conſcripti, inopem Rempublicam obtinere, quàm ad divitiarum cumulum, per diſcriminum atque dedecorum veſtigia, pervenire.*

VI. Sic etiam teſtamentum, cui centum aut mille teſtes interfuiſſent, per aliud rumpitur, quod, ex ſolemni Romanarum Legum normâ, coram ſeptem duntaxat teſtibus conditum fuerit, ut cum Interpretum vulgo colligo ex Leg. *Heredes palam.* D. *de Teſtamentis.* §. *Quid eſt palam*, & ex L. *Quum tabulæ.* D. *de bonorum poſſeſſione ſecundum tabulas.* Sic teſtamentum militis corruit, quod communi jure ipſe confecerit, ſi aliud poſteà militiæ jure oppoſuerit, ut conſtat ex Leg. *Militis codicillis.* D. *de militari teſtamento.* §. *Miles jure communi.* & notavit Ulpianus lib. II. ad Sabinum: *Tunc autem prius teſtamentum rumpitur, cum poſterius ritè perfectum eſt: niſi fortè poſterius vel jure militari ſit factum &c.* Leg. II. D. *de injuſto rupto & irrito facto teſtamento.* Sic ſolemnia alia teſtamenta per alia minùs ſolemnia aliquando revocantur: ut, ſi, ſolemniori ſeptem teſtium numero, alienus homo heres inſtitutus fuit; aufertur ab illo hereditas, ſi, quinque poſteà tantùm teſtibus adhibitis, in liberos transferatur, aut in eos generaliter, qui ab inteſtato ſucceſſuri eſſent. Ita enim Theodoſius & Valentinianus Auguſti decernunt in Reſcripto ad Florentium Præf. Prætor. quod habetur Leg. *Hac conſultiſſimâ.* C. *de teſtamentis. Ex imperfecto autem teſtamento voluntatem tenere defuncti, niſi inter ſolos liberos a parentibus utriuſque ſexûs habeatur, non volumus. Si verò in hujuſmodi voluntate liberis alia ſit extranea mixta perſona; certum eſt, eam voluntatem defuncti, quantum ad illam duntaxat permixtam perſonam, pro nulla* (an *nullâ?*) *haberi, ſed liberis accreſcere.* Et infra. *Siquis autem, teſtamento jure perfecto, poſteà ad aliud venerit teſtamentum; non aliàs, quod ante factum eſt, infirmari decernimus, quàm ſi id, quod ſecundò facere teſtator inſtituit, jure fuerit conſummatum. Niſi fortè, in priori teſtamento ſcriptis iis, qui ab inteſtato ad teſtatoris hereditatem vel ſucceſſionem venire non poterant, in ſecundâ voluntate teſtator eos ſcribere inſtituit, qui ab inteſtato ad ejus hereditatem vocantur. Eo enim caſu, licet imperfecta videatur ſcriptura poſterior; infirmato priore teſtamento, ſecundam ejus voluntatem, non quaſi teſtamentum, ſed quaſi voluntatem ultimam inteſtati, valere ſancimus: in quâ voluntate quinque teſtium juratorum depoſitiones ſufficiunt.* Similia ferè jam præſcripſerat Conſtantinus ad Baſſum Lege *Inter omnes.* C. *Familiæ erciſcundæ*, quam præ oculis Theodoſius & Valentinianus habuerunt. Unde etiam apud hos conſtat, emendandum eſſe locum, & legendum; *pro nullâ haberi*; quemadmodùm Conſtantinus ſcripſit. Quæ intelligenda tamen omnia, juxta Novellam Juſtiniani Conſtitutionem CVII. *De teſtamentis imperfectis, a parentibus in filios factis; & de diviſione rerum, a filiis coram parente, & de ejus facultatibus factâ, & ſubſcriptâ.* Collat. VIII. Teſtamenti autem, quod ad pios ſacroſque uſus, ſive, quod aiunt, cauſſas refertur, longe melior faciliorque eſt ratio: cui, ad priores ſolemneſque tabulas infirmandas, duo ſolùm teſtes ſufficiunt, ut ſingulari ad Judices Velletrenſes Reſcripto ſanxit Alexander III. capite *Relatum* 1. *de Teſtamentis. Relatum eſt*, inquit Alexander, *quod, quum ad veſtrum examen ſuper relictis Eccleſiæ cauſſa deducitur; vos, niſi ſeptem, vel quinque, idonei teſtes intervenerint, inde poſtponitis judicare.* Et infra. *Mandamus, quatenus cum aliqua cauſſa talis ad veſtrum fuerit examen deducta; eam, non ſecundùm Leges; ſed, ſecundùm Decretorum ſtatuta, tractetis, tribus, aut duobus, legitimis teſtibus requiſitis: quoniam ſcriptum eſt. In ore duorum, vel trium, teſtium ſtat omne verbum.*

CAPUT

C A P U T III.

Inſignis Lex Papiniani. Pactum non valet, quo faciendi teſtamenti libertas coarctatur. Nec ſubſiſtit etiam ob hanc cauſſam donatio, præterquàm ſi Deo, aut Eccleſiæ fiat. Alia pacta a civili lege improbata. Si jurejurando firmentur, valent. Leonis Philoſophi Conſtitutio XIX. Principum in infringendis pactis poteſtas. An revocari poſſit teſtamentum, jurejurando confirmatum. Non valere juramentum, nec perjurum eſſe, qui revocat, cenſent aliqui: & breviter confutantur. Johannis Wicleſi error. Velle & nolle, non eſt monachorum. Oppoſita Durandi opinio. Noſtra ſententia, Ad rumpendum teſtamentum jurejurando firmatum, niſi interceſſerit decennium, neceſſaria certa derogationis formula. Prudentiſſima Didaci Covaruvias admonitio.

I. VErùm quid exempla proſequor teſtamentorum, quæ, ex illâ teſtandi libertate, infringi poſſunt & ſolent? quaſi verò commune totius Juriſprudentiæ Decretum poſſit in dubitationem revocari: aut Papinianus inſigni illâ lege, qua, lib. I. Definitionum, ſingula complectitur otioſorum teſtamentorum capita, non etiam adſcripſerit, primum teſtamentum alio rumpi, *ex quo heres exiſtere poterit*. Leg. I. D. *de injuſto rupto & irrito facto teſtamento.* Nec pactum valet, *quod dotali inſtrumento comprehenſum eſt, ut, ſi pater vivâ fungeretur, ex æquâ portione ea, quæ nubebat, cum fratre heres patri ſuo eſſet.* ex Leg. XV. C. *de Pactis.* quòd libertatem faciendi teſtamenti patri non poſſit auferre, ut innuunt ibidem Valerianus & Gallienus Auguſti. Et quidem meritò, ſi Romanarum duntaxat legum ratio habeatur. Nam, ut ad Baſiliam reſcripſit Imperator Antoninus, *pacta, quæ contra leges conſtitutionesque, vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere, indubitati juris eſt.* Leg. VI. C. tit. eodem. Sicuti plura planè ſunt pacta, quæ civili jure diſſolvuntur, aut irrita declarantur in Codice, tit. *de pactis conventis tam ſuper dote, quàm ſuper donatione ante nuptias, & paraphernis.* Unde colligunt, qui de civilibus rebus diſputant, non ſubſiſtere, præterquàm ſi Deo aut Eccleſiæ fiat, omnium bonorum vel futurorum donationem. quemadmodùm nec ſtipulatio valet, qua libera teſtandi voluntas aufertur, ex Leg. *Stipulatio.* D. *de verborum obligationibus.* Sic etiam *pactum dotali inſtrumento comprehenſum, ut contenta dote, quæ in matrimonio collocabatur, nullum ad bona paterna regreſſum haberet, juris auctoritate improbatur: nec inteſtato patri ſuccedere filia eâ ratione prohibetur.* Lege III. C. *de collationibus.* Atque huic Alexandri Imperatoris Reſcripto affine illud eſt Juſtiniani L. *Siquando.* C. *de inofficioſo teſtamento.* de filio, qui, certis quibuſdam rebus a patre acceptis, pactus fuerat, ſe querelam de inofficioſo paterno teſtamento non intentaturum. Si enim *poſt obitum patris filius, cognito paterno teſtamento, non agnoverit ejus judicium; ſed oppugnandum putaverit: veteri jurgio exploſo, hujuſmodi pacto filium minimè gravari,* Juſtinianus decernit: *ſecundùm Papiniani reſponſum, quo definivit, meritis magis filios ad paterna obſequia provocandos, quàm pactionibus adſtringendos.* Quòd ſi pactioni ejuſmodi juſjurandum addatur; tunc equidem illa ex vi religionis valet, ut adverſus civilem legem ſancit Bonifacius VIII. Cap. *Quamvis. de pactis* in VI. *Quamvis pactum patri factum a filiâ, dum nuptui tradebatur, ut, dote contenta, nullum ad bona paterna regreſſum haberet, improbet lex civilis: ſi tamen juramento non vi, nec dolo præſtito firmatum fuerit, ab eadem omnino ſervari debebit: quum non vergat in æternæ ſalutis diſpendium, nec redundet in alterius detrimentum.* Immo verò, etſi, abſque ullo ſacramento, paterfamilias in matrimonium filiam ſuam eâ lege collocaſſet, ut ex æquâ parte cum fratribus ſuis paternorum bonorum heres eſſet femina: iſtiuſmodi tamen pactum ſuo in Imperio, hoc eſt, apud Græcos, ſervari, abrogatâ Codicis lege XV. *de pactis.* voluit longè poſtea Leo Philoſophus, Conſtantinopolitanus Imperator; ut patet ex ejus Conſtitutione XIX. ad Stylianum, Henrico Agyleo interprete. Hæc ibi, inter alia, habet Leo. *Poſteaquàm, inquam, iſtiuſmodi quandam eſſe legem animadvertimus: tametſi etiam ante noſtram ſanctionem, ipſam, ne ſuſciperent, excluſerit communis hominum voluntas; tamen nos nihilominùs omnem illi prorſus functionem & uſum, decreto adimimus. At quid dicit? Etiamſi, inquit, pater, quum in matrimonium collocaret filium; illum, poſt deceſſum ſuum, ex æquâ parte cum aliis fratribus paternorum bonorum heredem fore, pacto promiſerit: in poteſtate tamen illius, ſi velit, erit, ut pactum ejuſmodi negligat; aliiſque liberis amplius attribuat; & illi, cui æquam portionem in hereditate pactum concedebat, minorem aſſignet. Hoc itaque, quanquam alioquin, quemadmodùm diximus, in Republicâ nullum locum habeat; noſtro etiam decreto, velut in exilium ejectum, omnibus modis in Rempublicam ingreſſu prohibemus. Statuimus verò, ut parentum nemo jura filiorum, quibus cum reliquis liberis æqualem hereditatis portionem ſervatum iri, in nuptialibus contractibus ſpoponderint, innovare tentet. At ſiquis pactiones ſuas aſpernari, & illius, cui tantumdem, quantum alii fratres habituri ſunt, promiſerit, portioni detrahere, compertus fuerit; ſciat is, pœnitentiâ mutatam voluntatem invalidam atque vanam habendam. Ex æquo enim cum aliis fratribus ſecundùm initum pactum filius in bona ſuccedet. Neque verò mendacium veritati præferri ulla ratio patitur, neque pacta conventa per improbationem adulterari, æquum eſt; neque rationabili animali id facere convenit. Atqui, ſiquid aliud; hoc certè hominem decet, ut verbis ſuis fidem præſtet, niſi mendaciis veritatem corrumpendo, deſtitutus ratione, eorum albo, quæ ratione prædita ſunt, excidere velit.* Quaſi verò ignoraverit Imperator ille Philoſophus, poſſe a Principibus, pro ſummâ illorum auctoritate, plura inter homines pacta, quæ non e re eſſe judicantur, improbari atque infringi. Sed de toto Conſtitutionis hujus argumento redibit iterum ſermo Libro quarto.

II. Unum illud eſt, de quo aliqua eſſe poteſt controverſia, & aliqua certè eſt inter Juriſprudentes: an poſterioribus tabulis teſtamentum revocari poſſit, quod jurejurando confirmatum fuerit. Sunt enim aliqui, teneri adeò ac ſolliciti libertatis in teſtamentis condendis humanæ aſſertores, ut majorem illius, quàm ſacramenti ipſius, rationem habere videantur: quum doceant, bonis adverſari moribus illud de teſtamento non revocando juſjurandum perjuriique adeò crimine dam-

 nandum

nandum non eſſe, qui illud ex arbitrio auferat aut immutet. Ita ſententiæ hujus princeps Bartolus in Leg. *Siquis in principio teſtamenti.* D. *de Legatis III.* & in Leg. *Stipulatio.* D. *de verborum obligationibus.* cui, cum Baldo, ex Juriſperitis aliqui adhærent, &, quod longè admirabilius eſt, aliqui etiam e Theologis. Quis enim in animum induxerit ſuum, ita de jurejurando ſentire illos potuiſſe, qui optimè ſciunt, ſanctam religioſamque eſſe ſacramenti affirmationem, qua Deum verum atteſtamur, hoc eſt, teſtem adducimus veritatis? Unde Concilii Conſtantienſis Patres æquiſſimo proſcripſerunt jure XLIII. hunc Johannis Wicleſi, hæretici hominis, errorem: *Juramenta illicita ſunt, quæ fiunt ad roborandum humanos contractus, & commercia civilia.* Seſſ. VIII. Quis, inquam, crediderit, ita illos ſentire potuiſſe, qui experimento ipſi ſuo perſpectiſſimum habent, licere cuiquam ſuæ nuncium remittere voluntati, ſolemnique ſtrictioris atque Evangelicæ vitæ voto hanc conſtringere omnino poteſtatem teſtandi? quod, ſi morum officeret honeſtati, penitus non liceret. Quem verò Catholicorum illud lateat, quod, tanquam ex Auguſtino Sermone III. de communi vitâ Clericorum refert Gratianus can. *Non dicatis.* cauſſâ XII. quæſt. I? *Quum hujus noſtræ Congregationis fratres, non ſolum facultatibus propriis, in ipſâ ordinationis ſuſceptione renunciaverint, & ſe per promiſſam obedientiam penitus aliorum poteſtati, & imperiis in Chriſto, & pro Chriſto, ſubdiderint; certum eſt, eos nihil habere, poſſidere, dare, vel accipere, debere, ſine ſuperioris licentiâ.* Quare Auguſtinus ſerm. LVI. ad Fratres in eremo, qui eſt *de vitâ Clericorum*, juxta Chevallonii editionem, miſerè deplorat Januarium Presbyterum, qui communem vitam in monaſterio profeſſus; auſus tamen fuerat, morti proximus, teſtamentum conficere. *Teſtamentum*, inquit, *fecit Presbyter, ſocius noſter, nobiſcum manens, de Eccleſiâ vivens, communem vitam profitens, teſtamentum fecit, heredes inſtituit. O dolor illius ſocietatis! o fructus natus non de arbore, quam plantavit Dominus!* His ἐκ διαμέτρου opponitur alia Guilielmi Durandi opinio, qui, non ſine aliorum quorumdam ſuffragio, aſſerit in Speculo tit. de inſtr. editio. §. *compendioſè.* juramento teſtamentum fulciri corroborarique, ut, ſublatâ penitus revocandi teſtamenti poteſtate, fruſtra omnino fit, quod poſteà ſcribitur, teſtamentum.

III. Mihi verò, etſi neutra placeat ſententia, nec perpendenti ſeriò omnia placere poſſit; non libet tamen adverſus illos, ſive Juriſprudentes, ſive Theologos, longiùs diſputare. Sentio quidem, quod, communi jam conſenſione, ceteri approbarunt, perjurum eſſe, qui fidem ſuam ſacramento adegerat, ne teſtamentum revocaret; & revocat tamen: ſed valere nihilominùs, quod poſteà decreverit; & prioribus idcircò tabulis poſteriorem, eamque ultimam, præferendam eſſe voluntatem. Quanquam, niſi inter primum & alterum teſtamentum annorum decem ſpatium interceſſerit; ut munitæ ſacramento tabulæ infirmentur, neceſſaria mihi certa aliqua derogationis, ſive abrogationis etiam, formula videatur. *Non eſt enim præſumendum*, ut benè prudenterque admonet Didacus Covaruvias de Teſtamentis II. Parte Rubr. num. XX. *quemquam velle mortale crimen committere, niſi evidenter hoc conſtiterit. L. Merito. ff. pro ſocio. maximè in actu, qui prope mortem fit. cap. Litteras. & ibi gloſ. verbo tam grave. de præſumpt. Unde, cum revocatio prioris voluntatis conſiſtat in præſumptâ, vel evidenti teſtantis intentione; dicendum eſt, non videri primum teſtamentum ſublatum per ſecundum, in caſibus, quibus ex hoc revocatione teſtator perjurus eſſet: niſi appareat manifeſtè.* Hactenus Covaruvias, cui favet gloſſa quædam ſingularis in Cap. *Cum non deceat. de electione & electi poteſtate* in VI. ad v. *Effectus.* Sed cur pleniſſimum hunc contentionum altercationumque funem trahendum mihi in loco non opportuno imprudenter exiſtimem? quando optimus ille ſenex, cui filii unius culpa mutandi teſtamenti voluntatem injecit, nullo ſe obſtrinxerit ſacramento, quominùs plenâ, quam Civilia ei Canonicaque jura impertiuntur, libertate fruatur.

C A P U T IV.

Quando reſcinditur teſtamentum. Quid hereditas? Ciceronis definitio. Legata teſtamento adveniunt; at ad [illegible] ſpectat heredis inſtitutio. Teſtamenti definitio illuſtrata. Jacobi Rillii, Viri Clariſſimi, ſupplementum improbatum. Conſtantini Auguſti argumentum. Calpburnii Longini ſententia. Juſta ſententia quæ ſit. Quid juſtum apud Juriſconſultos. Juſtum teſtamentum, quatenus heredis inſtitutionem continet. Nihil in Codicillis legitimum. Teſtamentorum à Codicillis diſcrimen. Terentianum dictum. Juſta Rillii laus. Auctoris ſuâ in patriâ ſolitudo. Noſtri patrisfamiliâs conſilium. Si legata tantùm adjicit, non mutat prius teſtamentum. Satis illi eſt, codicillos ſcribere. Codicillorum definitio. His hereditas directò neque datur, neque adimitur. Vera Papiniani laus. Excipitur militis hereditas. Codicillorum origo. Quando cepere legata codicillis demandari. De Ulpiani ſententiâ quæſitum. Exæquata ab Juſtiniano fideicommiſſis legata. Codicillis legata relinqui poſſe. Juſtiniani locus explicatus. Auctoris ſententia. C. Trebatius Ciceroni charus. Labeonis Antiſtii doctrina. Qua ratione valeant in codicillis legata.

I. IMmo verò, poſtquàm huc nos quæſtionum ſeries perduxit; illud demum dicam, & verè, quod nonnemo forſan mirabitur: otioſam videri poſſe minimèque conſentaneam totam hanc noſtram de infirmando patris illius familiâs teſtamento diſputationem, quaſi ſcilicet conditum inter liberos teſtamentum mutare homo velit, unumque ex illis exheredare. Nam, ſi rem ipſam non ex vulgi opinione, ſed ex veritate atque ad exactam Civilis Prudentiæ normam, penſemus: tunc reſcindi teſtamentum dicitur, & verè dici debet, cum alius poſterioribus tabulis inſtituitur heres; ſeu, cum exheredatur ille, quem priori teſtamento heredem inſtitueramus. Sive enim adoptione, quam agnationem ſui heredis Papinianus & Juſtinianus vocant, ſive poſteriori teſtamento,

ſtamento, rumpatur; jam apud omnes conſtat, exheredem fieri, qui fuerat alioqui per hereditatem in univerſum teſtatoris jus ſucceſſurus. Quid eſt enim aliud hereditas, *quàm ſucceſſio in univerſum jus, quod defunctus habuit tempore mortis?* Leg. *Nihil eſt aliud.* D. *de verborum & rerum ſignificatione.* Et Leg. *Hereditas.* D. *de regulis juris*, quæ eſt Juliani lib. VI. Digeſtorum, & Caii lib. VI. ad Edictum Provinciale, definitio. Huic autem ſimilis eſt illa alia Marci Tullii in Topicis, ubi agit de definitione, ibi nanque ſic hereditatem definit. *Hereditas eſt pecunia, quæ morte alicujus ad quempiam pervenit jure; nec ea, aut legata teſtamento, aut poſſeſſione retenta.* Unde, etſi legata, quæ teſtamento apposita ſunt, varientur, poſtea, augeantur, minuantur transferanturve; eadem tamen maneat κληρονόμου ἐνστασις, ſeu, heredis heredumve inſtitutio; idem maneat teſtamentum, oportet: &, ſiqua eſt mutatio, ea adventitia tantùm ſit, & κατὰ συμβεβηκὸς. Neque enim ad teſtamenti οὐσίας ſpectant legata: ſed, heredis tantùm inſtitutio., ut Juriſconſulti, eoſque inter, Arnoldus Vinnius in Inſtitut. *de Teſtamentis ordinandis*, adnotant ex Leg *Qui teſtatur.* D. *de heredibus inſtituendis.* §. *Qui neque legaturus eſt.* Neque adeò ad hereditatem, teſte Boëtho ad eum in Topicis locum de definitione. *Non igitur legatum, aut poſſeſſionis retentio, ſubſtantiam hereditatis efficiunt.* Atque hinc teſtamenti definitio, quam ſupra ex Modeſtino attulimus, non ita intelligi debet, ut ſit qualiſcumque de eo, quod poſt mortem fieri decernimus, ſententia; ſed juſta: hoc eſt, ne jus teſtamentorum & codicillorum confundatur, ut heredis inſtitutionem neceſſariò contineat. Sicuti eam definitionem, veluti mancam, non incongruenter ſupplere ſibi viſus eſt Jacobus Rillius, Florentinus, Vir Clariſſimus, in ſuis Juris Civilis Elementis lib. II. cap. X. litt. G, *Ego*, inquit, *definitionem Modeſtini optimam puto: ſi tamen hæc poſtrema verba addantur, quæ deſunt in dictâ Leg.* 1. *ff. qui teſtam. fac. poſſ. hoc eſt, heredis inſtitutionem neceſſariò continens. Alias cum Codicillis Teſtamenta confunderentur.* Ego verò, ut ingenio ſim imbecilli, neque ad Civilem ſcientiam comparato; ſatis tamen, vel abſque Rilliano illo additamento, codicillorum a teſtamentis diſcrimen in Modeſtini definitione intelligo: ſicut & veteres intellexerunt Juriſconſulti omnes. Ut enim Imperator olim Conſtantinus ad Maximum Præfectum Prætorio argumentatus eſt, *ſi idem codicilli, quod teſtamenta, poſſent; cur diverſum his inſtrumentis vocabulum mandaretur? quæ vis ac poteſtas unà ſociaſſet?* Leg. VII. C. *de codicillis.*

II. Igitur, ſi heredis inſtitutione teſtamenta maximè conſtant, atque a codicillis diſtinguuntur, juxta Calphurnii Longini ſententiam: *Non poteſt ullum teſtamentum valere, quod heredem non habet.* Leg. *Proximè.* D. *de iis, quæ in teſtamento delentur, inducuntur & inſcribuntur*; hanc ſatis ſuperque diſtinctionem definitione ipſe ſuâ Modeſtinus complectitur, dum teſtamentum non qualitercumque ſententiam noſtræ voluntatis de eo, quod poſt mortem noſtram fieri velimus, vocat; ſed juſtam: ideſt, non ſolemnem tantùm, ſed legitimam quoque, omni ex parte perfectam, & legibus Romanoque jure præſcriptam, ſententiam, quemadmodum & Ulpiano Tit. XXI. *de Teſtamentis, teſtamentum eſt mentis noſtræ juſta conteſtatio, in id ſolemniter factum, ut poſt mortem noſtram valeat.* Sic enim *juſtum*, voce Juriſconſultorum propriâ, accipi debet, quod ἀκριβὲς Græci dicunt, id eſt, omnibus numeris abſolutum atque ad exquiſitam Legum rationem exactum conformatumque, ut, juſta uxor, ideſt, jure legitimo uxor, Ulpiano lib. II. de adulteriis. Leg. *Si uxor.* D. *ad Legem Juliam*, & Ciceroni I. Tuſcul. Quæſt. juſtus filius Paullo lib. XXXVIII. Reſponſorum. Leg. *Paulus* D. *de ſtatu hominum* & Caio lib. *I.* Inſtitutionum. Leg. *Generalis.* D. *de adoptionibus.* juſti liberi Juſtiniano Inſt. *de hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.* §. *Sui autem.* juſtæ nuptiæ eidem Inſt. *de patriâ poteſtate.* §. 1. & *de nuptiis.* π. 1. juſtus dominus M. Tullio I. Officiorum. juſta hereditas Paullo lib. XXXII. ad Edictum. Leg. *Ea verò.* D. *pro ſocio.* & Varroni lib. II. de re ruſtica. juſta materfamilias Livio lib. XXXIX. Frequentiſſima eſt apud Livium vocis hujus elegantia. Denique illud *juſtum* generaliter accipiunt, quod omni jure præditum eſt, ut hujuſmodi appelletur. Unde Iſidoro Hiſpalenſi lib. X. Originum, *Juſtus dictus, quia jura cuſtodit, & ſecundùm Legem vivit.* Hac porrò ratione teſtamentum Modeſtino dicitur, *juſta ſententia*; Ulpiano *juſta conteſtatio*, quòd ea demum ſit plena, atque, ex Romano ſolemnique jure, legitima ultimæ voluntatis noſtræ declaratio. Id autem teſtamentum non habet, niſi quatenus heredis inſtitutionem comprehendit: quum hanc eſſe rite juſtèque de rebus poſt mortem noſtris decernendi rationem Romanæ Leges voluerint, ut heredem inſtituamus: ut nempe, poſtquam corpore ſoluti fuerimus, ſuperſit adhuc in eo, qui univerſo juri ſuccedit & vivat voluntas noſtra. At verò nihil in Codicillis legitimi juſtique adeò, invenitur: neque illi jure, aut Romana aliqua lege, promulgati introductique fuere; ſed moribus paullatim, & populi Romani conſuetudine, ut paullò poſt explicabimus: neque inde jus in ipſam hereditatem Fideicommiſſario Legatariove ullum acquiſitum eſt: contraquam in Teſtamentis contingit, quæ, ex ſacroſancta Romanarum Legum auctoritate, ſucceſſionem heredi in univerſa defuncti jura, inſtitutionis nomine, deferunt. Sunt ergo Codicilli voluntatis quidem noſtræ ſententia; ſed tamen non juſta, quo uno certè diſcrimine conſtat, quàm bene a codicillis & quocumque alio inſtrumento, teſtamenta diſtinguantur. Quæ ſi omnia Rillius eâ, qua cetera proſecutus eſt, diligentia perpendiſſet; maluiſſet, opinor, explicare, quam ſupplere, Modeſtini definitionem. Licet enim graviſſimos auctores habeat, quorum ſe exemplo tueatur, Accurſium, Azonem, Paullum Caſtrenſem; acutiores tamen diligentioreſque in his rerum vocumque civilium diſcriminibus exiſtimari veteres illi debuerant, qui Romana nobis jura condiderunt, quàm tota hæc recentiorum turba. Mihi ſanè Terentianum illud mirum in modum placet, Prolog in Andriam, ut æmulari Veterum negligentiam, ſiqua noſtris videtur, malim, *quàm iſtorum obſcuram diligentiam.* eoque magis nihil Modeſtini definitioni deeſſe puto, quo poſtea vidi in meam doctiſſimos viros ſententiam conſpiraſſe, Franciſcum Duarenum in Tit. *Qui teſtamenta facere poſſunt.* & Covaruviam I. Rubr. Part de Teſtamentis. Hæc æqui bonique conſulere eos velim, qui Rillio, ut par eſt, patrocinantur & favent: cujus etiam doctrinæ, atque optimo promovendæ ad Civilem ſcientiam Juventutis conſilio, non ſcriptis ſolum; ſed & frequenti inter amicos ſermone, plurimum deferre ſoleo: etſi peregrinus, quantùm licet, in patriâ meâ vivam, & paucis tantùm familiaris, ſpectatæ doctrinæ eruditioniſque viris; plurimi enim vanum quendam divitiarum fulgorem aut ambitionem ſectantur. Nunc ad cetera progrediamur.

III. Quum itaque, noſter paterfamilias non id agat, ut, quem æquo cum aliis liberis inſtitutionis honore heredem teſtamento fecerat, ingratum exheredet filium, aut unum filiorum alteri, hereditatis nomine, præferat; ſed, poſterioribus, quis

quas ſcripturus eſt, tabulis omnes ſingulosque veſit filios inſtituere heredes; id verò unum ſibi animo propoſuerit, ut, quæ legitimæ cujuſque portioni ſuperſunt, cetera bona, non jam ad filios omnes indiſcriminatim deferat, ſicuti primo conſtituerat teſtamento; ſed ad illos duntaxat, qui omni officiorum genere paternam ſibi benevolentiam promeruerint (ſiquidem iis, quod reliquum eſt, leget, aut quocunque alio, præterquàm inſtitutionis & hereditatis titulo, relinquat); illud facilè conſequitur, quod vident omnes, hac legatorum adjectione non infirmari, quantùm ad ποῖον quidem ſpectat, ſed confirmari potiùs, teſtamentum: eas verò, quæ poſteà de legandis bonis forſan conſcribuntur, tabulas, codicillorum potiùs, quàm mutati teſtamenti, naturam aliquatenus ſapere: niſi tamen quis teſtamentum ἁπλῶς appellare malit, quatenus iidem, qui priùs, heredes inſtituuntur. Sed cur fruſtra paterfamiliâs velit, eadem heredum inſtitutione, teſtamentum repetere? quando codicillis, facili illo ultimæ voluntatis humanæ compendio, & bonis filiis gratificari, & ſuæ facere ſatis poteſt voluntati. *Caput* enim, ut bellè ait ſummus Prudentiæ arbiter Juſtinianus Inſtitut. lib. II. de Legatis §. Ante heredis. *atque fundamentum intelligitur totius teſtamenti, heredis inſtitutio.* Κωδίκιλλος δὲ, auctore Theophilo, Græco illo Inſtitutionum interprete, ἐστιν ἐλλειπούσης ἐν διαθήκῃ γνώμης τοῦ τελευτῶντος ἀναπλήρωσις id eſt: *Codicilli autem ſunt eorum, quæ in teſtamento teſtatoris voluntati deſunt, ſupplementum.* Unde Codicillis hereditatem directò neque dari neque adimi poſſe; & ideò nec exheredari aliquem poſſe, notiſſimum eſt Romanæ prudentiæ decretum, ex Inſtitutionib. de codicillis. §. *Codicillis.* ex Leg. *Hereditatem.* C. & ex Leg. *Si idem. de codicillis.* denique ex Leg. *Scævola.* D. *ad ſenatusconſultum Trebellianum.* Cujus ſanè rei rationem hanc affert lib. XV. Quæſtionum Papinianus, quem *Juris aſylum & doctrinæ legalis theſaurum* verâ laude nuncupat Spartianus in Septimio Severo. *Quod per manus traditum eſt*, inquit Papinianus, *codicillis hereditatem dari non poſſe, rationem illam habet: ne per codicillos, qui ex teſtamento valerent, ipſum teſtamentum, quod vires per inſtitutionem heredum accipit, confirmari videretur.* Leg. X. D. *de jure codicillorum.* Hac tamen lege militis hereditas excipienda eſt, quam codicillis dari Juriſprudentes permiſerunt, ut, inter alios, idem Papinianus reſpondet lib. VII. Reſponſorum. *Militis codicillis ad teſtamentum factis etiam hereditas jure videtur dari.* Leg. XXXVII. D. *de militari teſtamento*, ubi ſic gloſſa: *Et non mireris, ſi dictus Caius in codicillis pro dimidiâ inſtitutus, habere debet dimidiam hereditatis: quia militis codicillis ad teſtamentum factis, etiam hereditas jure directo videtur dari: licet ſecus ſit in codicillis pagani.*

IV. Quanquam autem, veteri jure, ſcilicet, antequàm in uſum Codicilli venirent, legata non niſi teſtamento relinqui poſſent, ut Juſtinianus ipſe teſtatur Inſtitutionum lib. II. *de fideicommiſſis hereditatibus.* §. *Præterea*; attamen, poſtquàm Auguſti temporibus, codicillorum exemplum L. Lentulus primus dedit; &, quæ jure non debebat Lentuli filia, legata ſolvit, Romaniſque paſſim moribus probati receptique ſunt codicilli; legata quoque deinceps, æquè ac fideicommiſſa, ratione optimâ cœperunt codicillis demandari: ſive invaleſcente ſtatim uſu, ut ex Pandectarum auctoritate quidam opinantur; ſive, quod certius multò eſt nobiſque viſum, longè poſteà per Legem Juſtiniani. Nam, quidquid ſit de Ulpiani ſententiâ ex lib. LXVII. ad Edictum, quam à Triboniano ipſo, Magno illo Juſtiniani in Magno Opere adjutore, interpolatam non ægrè perſuadeor, quum in Florentinis Pandectis, maximè inſigni totius antiquitatis Codice, ea legatur, Leg. I. Tit. *de Legatis & Fideicommiſſis* I. lib. XXX. Quidquid, inquam, ſit de verâ Ulpiani lectione; &, an alii fuerint ante Juſtinianum, nec ne, exæquandorum fideicommiſſis legatorum auctores: illud planè certum atque apud omnes exploratum eſt, æquata διὰ πάντων, *per omnia*, fuiſſe fideicommiſſis legata, ex celebri Juſtiniani Lege *Omne verbum.* C. *Communia de Legatis & Fideicommiſſis: Sit igitur, ſecundum quod diximus, ex omni parte verborum non inefficax voluntas, ſecundùm verba legantis vel fideicommittentis: & omnia, quæ naturaliter inſunt legatis, & ea fideicommiſſis inhærere intelligantur; & contra, quidquid fideicommittitur, hoc intelligatur eſſe legatum: &, ſiquid tale eſt, quod non habet naturam legatorum, hoc ei ex fideicommiſſis accommodetur &c.* Quod & ipſe docet, ſeu explanat, Inſtitution. lib. II. de Legatis. §. Sed non uſque. *Sed non uſque*, inquit, *ad eam Conſtitutionem ſtandum eſſe exiſtimavimus.* Scilicet, ad illam, quæ prima eſt in Codice, eo titulo: *Communia de legatis. Cum enim*, pergit Imperator, *antiquitatem invenimus, legata quidem ſtrictè concludentem; fideicommiſſis autem, quæ ex voluntate magis deſcendebant defunctorum, pinguiorem naturam indulgentem: neceſſarium eſſe duximus, omnia legata fideicommiſſis exæquare, ut nulla ſit inter ea differentia: ſed, quod deeſt legatis, hoc repleatur ex naturâ fideicommiſſorum; &, ſiquid amplius eſt in legatis, per hoc creſcat fideicommiſſorum natura.* Hactenus Juſtinianus.

V. Unde frequentiori ferè Juriſprudentum ſuffragio receptum eſt, ut jam non teſtamento ſolùm, ſed codicillis etiam, liceat patrifamiliâs fidei æquè committere ac legare: ita tamen, ut quamquam legata ſint, quæ codicillis decernuntur; non ut legata, ſed, ut fideicommiſſa, ob exæquationem illam, valeant; qui eſt ſenſus verborum Juſtiniani Inſtitution. *De Fideicommiſſariis hereditatibus.* §. *Præterea: quum alioquî legata, niſi ex teſtamento, non valeant.* Id enim tantum vult, non valere ex codicillis legata, qua legata ſunt, καὶ ἀναδίπλωσιν; etſi ex Juriſconſultis aliqui non ſatis perceperint. Hæc verò poſtquam ſcripſiſſem; remque totam mecum expendiſſem diligentiùs, ſic breviter ſentio: moribus quidem populi Romani uſurpatum ante Juſtinianum fuiſſe, ut legata codicillis relinquerentur. Neque enim negare poſſumus, quod maximâ Imperator fide, Juſtinianus lib. II. Inſtitution. *de Codicillis*, teſtatur, non tantùm fideicommiſſa; verùm etiam legata, codicillis ſcripta eſſe a Lucio Lentulo, cum in Africâ moreretur. Exemplum ceteros ſecutos, nullus dubito: maximè poſtquàm Codicillorum uſum Auguſto probavit C. Trebatius, vir à civili Doctrinâ Ciceroni olim commendatiſſimus, ad quem Topica extant, plenus civilium exemplorum liber; & codicillos facere non dubitavit, ſeveriſſimis homo moribus, Labeo Antiſtius, quem *Legum atque morum populi Romani juriſque civilis doctum apprimè fuiſſe*, ex Attei Capitonis auctoritate narrat Gellius lib. XII. Cap. XII. Verumtamen, ſiqua tunc legata codicillis mandabantur; ea nullo jure nullâque lege debuiſſe ab herede ſolvi, quum, ex legibus, non niſi ex teſtamento valerent: ſed ſolvi tamen, ex pudore quodam atque erga defunctos homines reverentiâ, conſueviſſe. Id de Lentuli filiâ conſtat, quæ legata ſibi à patre codicillis relicta, ſolviſſe fertur; etſi illa jure non deberet, ut ait Juſtinianus. Siqua verò ante tempora Juſtiniani fuit legatorum fideique commiſſorum exæquatio, ut aliqua forſan fuiſſe ex Ulpiani teſtimonio videtur; eam uſu quodam potiùs, & populi favore, quam legitimo jure, conſtitiſſe. Sed Juſtinianus poſteà latâ lege legitimum fecit, quod moribus tantùm & populi conſuetudine continebatur,

tur, ut legata fideicommiſſis æquaret: atque inde factum, ut legata, quanquàm, ut legata, non valeant; quatenus tamen, ex illâ exæquatione, quandam veluti fideicommiſſorum rationem induerunt, valere jure optimo magnâ ex parte cenſeamus. Hæc mea eſt ſententia, quæ Juſtiniani graviſſimâ nititur auctoritate. Siquis aliter ſentiat, doceri non illibenter velim.

CAPUT V.

Iis legari poſſe, qui poſſunt heredes inſtitui. Inutilia olim legata, pœnæ nomine, relicta. Id explicatum. Africani verba a Triboniano forſan interpolata. Africani ſententia. Divi Antonii Pii Reſcriptum. Vetus Jus ab Juſtiniano emendatum. Non hic de legatis, pœnæ nomine, relinquendis agi. Nihil iniquì in patris noſtri familiâs conſilio. Legitima portio, Græcis νόμιμον λάχος, *& propriè apud Latinos, quarta legitimæ partis. Filiusfamiliâs, quodammodò dominus. Novellæ Juſtiniani Conſtitutiones, Authenticæ ab Accurſio, & cur, dictæ.*

I. SEd noſtrâ tamen parùm intereſt, utrum codicillis, an teſtamento, velit pater legata liberis ſuis relinquere, quando neminem ex illis æquâ hereditatis inſtitutione defraudat. Poſſe enim paterna bona, quæ juſtæ cujuſque hereditati accedunt, huic vel illi filiorum legari, eâ ratione certum eſt, qua omnes ii poſſunt legati titulo res accipere, qui poſſunt heredes inſtitui, Juſtiniano auctore Inſtitutionib. de Legatis. §. *Legari.* Sicut & ille legandi poteſtate fruitur, cui teſtari jure permiſſum eſt, ut teſtatur Paullus lib. ſingulari de Jure codicillorum. Leg. *Conficiuntur.* D. *de jure codicillorum.* §. *Codicilli.* Et confirmare poſſumus ex Ulpiano lib. I. Fideicommiſſorum. Leg. *Sciendum eſt.* D. *de legatis & fideicommiſſis I.* Neque verò obſtat, quòd ingratus noſter filiusfamiliâs in malè juncti matrimonii pœnam legatis, quæ ceteris ſuis fratribus præſtet, gravari hac ratione, veluti juſtus & ipſe heres, videatur. Etenim, quæ legata, pœnæ nomine, veluti inutilia, veteres Juris-conſulti damnarunt; ea non ἁπλῶς, ſed, ſub conditione, ut aiunt, deferri conſueverant: ut nempe hæc vel illa, legati titulo, alteri dare heres juberetur, ſi teſtatoris voluntati non pareret; ſi verò pareret, nihil illi præſtandum eſſet. Qualia leguntur exempla apud Juſtinianum Inſtitution. lib. II. de Legatis. §. *Pœnæ quoque nomine.* apud Ulpianum. Leg. *Uxori ſuæ.* D. *de pœnu legatâ,* apud Paullum. Leg. 1. D. *Ad Legem Falcidiam.* §. *Item ſi ita legatum ſit.* & Leg. *Si pœnam.* D. *Quando dies legatorum vel fideicommiſſorum cedat.* Ea porrò legata, quæ non in honorem, ſicuti debent, ſed in pœnam cedunt, nullius eſſe momenti Africanus reſpondit: cujus verba in Digeſtis lib. XXXIV. à Triboniano interpolata docti viri ſuſpicantur. Sic enim habet Leg. I. Titulo, *de iis, quæ pœnæ nomine relinquuntur. Filiofamiliâs, vel ſervo, herede inſtituto, etiamſi in patris dominive pœnam illicitè vel probroſè datum eſt, nullius momenti legatum eſſe reſpondi. Non enim id ſolùm, quod in heredis; ſed omne quod, in cujuſque, lucrum aliquod ex ultimâ voluntate ſentientis talem pœnam in teſtamento ſcriptum ſit, nullius momenti habendum eſt.* Ubi τὰ, *illicitè vel probroſè*, additamentum videntur Triboniani: quanquam Africani ſententia percipi adhuc poſſit; & illam bene perceperit gloſſa. *Nunc quæritur*, inquit gloſſa, *an valeat legatum aureorum centum, quæ juſſus ſui dare Sempronio, ſi non darem decem Sejo; & dicitur, quòd non: quia, in mei patris vel domini pœnam, fuit relictum; & ſic illicitè vel probrosè.* Auctor verò eſt Julius Capitolinus, Divum Antoninum Pium, primum conſtituiſſe, *ne pœnæ cauſsâ legatum relictum maneret.* Attamen qualiacunque hæc vetera de legatis jura correxit meliori longè conſilio Juſtinianus tum in Codice, Lege unicâ *de iis, quæ, pœnæ nomine, in teſtamento vel codicillls ſcribuntur, vel relinquuntur.* tit. XLI. lib. VI. tum in Inſtitutionibus, de Legatis: ubi, poſtquam antiquorum Juriſprudentum placita retuliſſet, Sabinique cum primis, qui Antonino Pio σύγχρονος fuit, & nec *heredem pœnæ nomine adjici poſſe exiſtimabat*; ſubdit Imperator. *Sed hujuſmodi ſcrupuloſitas nobis non placuit; & generaliter ea, quæ relinquuntur, licet pœnæ nomine fuerint relicta, vel adempta, vel in alium translata, nihil diſtare à ceteris legatis conſtituimus, vel in dando, vel in adimendo, vel in transferendo: exceptis videlicet iis, quæ impoſſibilia ſunt, vel legibus interdicta, aut aliàs probroſa.* Quod & Juris Canonici tractatores confirmant in Cap. *Raynaldus. de Teſtamentis*, verb. *adjicens.*

II. At non è re forſan fuerit, non ſine aliquâ mnleſtiâ, hæc de legatis attigiſſe, quæ, pœnæ nomine, præcipiuntur: quum longè diſſimilis ſit rei, quam tractamus, ratio. Neque enim patri noſtro familiâs propoſitum eſt, ad coërcendum comprimendumque aliquem ex heredibus, legatorum illi gravia onera imponere, niſi juſſa teſtatoris expleverit, quod profectò per Juſtinianum liceret: ſed poſtquam, ut ſæpe diximus, ſæpiùſque dicere argumentum ipſum noſtrum jubet, filiorum unus impari matrimonin non leve univerſæ familiæ detrimentum intulit; nec ullum malo huic jam remedium ſupereſt; reliqua omnia, ultra legitimam cujuſque portionem, bona officioſis morigeriſque filiis ἁπλῶς legare, ut ſummæ iſtorum erga patrem aſſiduæque obſervantiæ, majori aliquo beneficio, reſpondeat; conſulatque hac ratione ſuæ in poſterum familiæ.

III. Quis hic verò aliquid excogitet, aut, poſt longam accuratamque meditationem, reperiat, quod Romanis Legibus morumque aut naturæ honeſtati adverſetur, ſi pater, quum æquo inſtitutionis honore ſingulos indiſcriminatim liberos affecerit; plus deinde uni, quàm alteri, legati titulo, relinquat? Siquidem, ut jure paterfamiliâs teſtetur, unam tantum cuique filiorum legitimam portionem, hereditatis nomine, debet, quæ Græcis dicitur νόμιμον λάχος, ſeu, μέρος; Juſtiniano autem Leg. *Si totas.* C. *de inofficioſis donationibus, debitum bonorum ſubſidium*; & propriè *quarta legitimæ portionis*, Inſtitutionib. De inofficioſo teſtamento. §. *Sed hæc ita accipienda ſunt.* Quo etiam fit, ut Paullus Juriſconſultus lib. II. ad Sabinum, *dominum quodammodò*, filiumfamiliâs dixerit. Leg. *In ſuis heredibus.* D. *De liberis & poſtumis heredibus inſtituendis.* Quidquid verò prætereà rerum bonorumque eſt, ſine ullâ inofficioſi teſtamenti notâ, ut voluerit, & quibus voluerit, pro arbitrio diſtribuere pater jure poteſt, ut prudentiſſimè Juſti-

nianus ſanxit Novellâ Conſtitutione* XVIII. de triente & ſemiſſe. §. Frequenter. *Licebit enim ei, reliquum octuncium fortè aut ſextuncium, habere, & largiri, ſicut voluerit, filiis ipſis, aut cuilibet extraneorum: &, naturâ primò curatâ competenter, ſic ad extraneas largitates accedere: hoc obſervando in omnibus perſonis, in quibus ab initio antiquæ quartæ ratio, de inofficioſo lege decreta eſt.* Hactenus Novella Conſtitutio. Novellas enim [ut id ſemel dicamus] eas Juſtiniani Conſtitutiones cum Gregorio Magno apud Gratianum cauſſâ XI. quæſt. I. can. *De perſonâ.* & ceteris, qui, uſque ad Accurſii ætatem, eum ſecuti, appellare magis aliquando libet, quas in unam veluti congeriem, extra Codicem, relatas, τὰς νεαρὰς Juſtinianus ipſe vocat; & Authenticas, novâ voce, ut ab Epitome Julianæâ diſtinguerentur, dixit poſteà, magnâ reliquorum Anteceſſorum conſenſione, Accurſius.

CAPUT VI.

Lex XII. Tabularum dura. Quî concepta fuerit. Vetus legatorum licentia per Furiam & Voconiam Leges coarctata. Furia, olim Fuſia. Hæc minùs quàm perfecta Lex. Voconium Plebiſcitum quando latum. Mendoſa Livianæ Epitomes lectio. Præcipua duo Legis Voconiæ capita. Locus Ciceronis ex Actione III. in Verrem reſtitutus, atque adverſùs Hotomanum fuſè explicatus. Vetus lectio. Roberti Stephani emendationem ceteræ amplexæ editiones. Hotomani in Ciceronem explanatio. De Tullio optimè meritus Paullus Manutius. Res tota e Cicerone ſub adſpectum poſita. Leges in poſterum, non in præteritum valere. Incauta Verris avaritia. Hotomani explicatio improbata. Quid de Voconiâ Lege Veteres ſcripſerint. Abſurda Hotomani ſententia. Hujus verba. Noſtra Ciceroniani loci explicatio. Verris edictum, & conſilium. Verba Ciceronis explanata. Philippi Juntæ & Gryphii editiones. Quid licere per alium dicatur. Catonis dictum. Ciceronis ratio roborata. Ciceroniani loci paraphraſis. Hominum de Verris improbitate judicium. Abſurda ſententia Ciceroni ab Hotomano afficta. Voconiæ Legis, juxta recens commentum ἀντίφασις. *Partes duæ* ἀντιφατικαι. *Nulla explicationis noſtræ* ἀσυστασία.

I. EQuidem, ſi vetuſtiſſima tempora ſpectemus, ut ſemper ſoleo antiquitatem animo longiùs repetere; per illam XII. Tabularum Legem: *uti quiſque legaſſit ſuæ rei, ita jus eſto.* tam ampla, ut Juſtinianus ipſe narrat Inſtitution. lib. II. de Lege Falcidiâ, tributa erat patrimonii totius legatis exhauriendi patriſfamiliâs poteſtas, ut inde ferè nihil ad heredem, cui ſcilicet adeundæ hereditatis onus incumbit, perveniret. Quam idcircò legem, veluti acerbiſſimam, duram nimis & agreſtem, non immeritò reprehendit Alexander ab Alexandro Genialium Dierum lib. VI. Cap. X. in quo ſcilicet proſequitur, quæ Lege XII. tabularum utiliter & commode, quæve parum conſulte & nimis ſeverè, ſcripta videbantur. Sic vero integrè ea Lex concepta fuit: *Paterfamiliâs uti legaſſit ſuper pecuniâ tutelâve ſuæ rei, ita jus eſto.* ſive, ut eſt apud Ciceronem lib. II. de Inventione: *Paterfamilias uti ſuper familiâ pecuniâque ſuâ legaverit, ita jus eſto.* Quare, ad nimiam hanc legatorum licentiam coarctandam conſtringendamque, latæ poſteà fuere Leges, Furia, & Voconia. Furiâ, ſive Fuſiâ [Fuſia enim dicta eſt olim, quæ nunc Furia: ſicuti Valeſii, qui nunc Valerii, teſte Macrobio Saturnaliorum lib. III. Cap. II.] Furiâ, inquam, Lege, quam Tribunus plebis, Cajus Furius, ſive Fuſius, rogavit, cautum fuerat, ne cui pluſquàm mille aſſes, aut, ut effert Theophilus, χίλια νομίσματα, legarentur. Hæc minus quàm perfecta lex viſa eſt Ulpiano tit. I. *de Legibus & Moribus.* Nec immeritò. *Minus,* inquit, *quàm perfecta lex eſt, quæ vetat aliquid fieri; &, ſi factum ſit, non reſcindit: ſed pœnam injungit ei, qui contra legem fecit; qualis eſt Lex Furia Teſtamentaria, quæ, pluſquàm mille aſſium, legatum mortiſve cauſſâ prohibet, præter exceptas perſonas: & adverſus eum, qui plus ceperit, quadrupli pœnam conſtituit.* Nihilò melior, quanquàm multò celebratior, Voconia, a Tribuno pleb. Q. Voconio Saxâ, de mulierum hereditatibus, quam, Cneo Servilio Cæpione & Q. Marcio Philippo iterùm conſule, quinque & ſexaginta annos natum ſe, magnâ adhuc voce, & bonis lateribus, ſuaſiſſe, Marcus Cato apud Ciceronem in lib. de Senectute, gloriatur: ſcilicet, an. U. C. DLXXXIV. paullò ante Macedonicum cum Perſeo Rege bellum: poſtquam luſtrum a Cenſoribus conditum eſt; cenſaque civium capita CCLXXIII. CCLIV. ut refert Liviana Epitome lib. XLI. quo tamen in loco mendoſè *Volumnius* legitur, excepta Amſtelodamenſi Elzevirianâ ann. MDCLXIV. in omnibus, quas plurimas habui, editionibus: Romanâ etiam eâque primâ omnium, quam an. MCCCCLXX. diligentiſſime adornavit, obtulitque cum honorificâ præfatione, Paullo II. Pontifici Johannes Epiſcopus Alerienſis.

II. Ea, ni fallor, Lex duobus præcipuè ſub capitibus [hæc enim duo duntaxat, non alia, ſiqua fuiſſe forſan videntur, ad inſtitutum noſtrum pertinent] comprehendebatur: quorum uno ſancitum fuerat, *qui poſt eos Cenſores cenſus eſſet, nequis heredem virginem, neve mulierem, faceret*: ut eſt apud Tullium Actione III. in Verrem; altero verò, qui cenſus eſſet, nequis plus alteri legaret, quàm eſſet ad heredem heredeſve perventurum: ut non Theophilus tantùm teſtatur; ſed & innuere videtur Cicero illis eadem Actione verbis, quibus Verrem incautæ in proponendo ſuo edicto avaritiæ redarguit *Ac, ſi hoc, juris, non unius cauſſâ hominis, edixiſſes, cautiùs compoſuiſſes. Scribis: Siquis heredem fecit, fecerit: quid ſi plus legarit, quàm ad heredem heredeſve perveniat? quod per legem Voconiam ei, qui cenſus non ſit, licet.* Quaſi ſcilicet ei, qui cenſus eſſet, minimè per Voconiam legem liceret, plus feminæ, vel etiam unicæ filiæ, legare, quam ad heredem heredeſve perveniret. Sua enim hîc obiter Ciceroni reſtituenda eſt lectio, quam nimiâ docti homines curâ corruperunt: atque hujus ſimul loci adverſùs Franciſcum Hotomanum explicanda ſententiâ. Nam, quum ve-

tuſtiores

caſtiores omnes, vel maximæ fidei, editiones, quas conſului, legerent: *qui cenſus non ſit*, ipſeque in ſuâ editione ſecutus eſſet anno MDXXXIX. Robertus Stephanus, typographorum nemini vel diligentiâ, vel eruditione, ſecundus, poſteà tamen primus hic omnium, ut puto, negatione ratus ejus loci ſenſum fœdiſſimè depravari; anno MDXLIII. emendavit: *qui cenſus ſit*. Quam magni Cenſoris emendationem, veluti oraculum quoddam Delphicum, mox pleræque, melioris quæque notæ, ut Manutiana, amplexæ ſunt editiones; & qui in Cicerone caſtigando illuſtrandoque eruditiſſimi homines elaborarunt. Atque inter illos Hotomanus ita Ciceronem intelligendum eſſe arbitratur, ut Voconius vetuerit, mulieres accenſis heredes inſtitui, niſi in hac ſingulari cauſſâ, ſi plus eſſet in legatis, quàm in hereditate. Tum enim cenſis mulieres heredes inſtituere permiſerit. At de non cenſis, neque hoc, neque ſuperiori capite, quicquam ſanxerit. *Quæris igitur*, inquit de Cicerone Hotomanus, *quum, prius illud legis Voconiæ caput, etiam in non cenſis valere Verres voluerit, ideſt, nequis omnino, ſive cenſus, ſive non cenſus, mulierem heredem inſtituat: quid juris, ſi is non cenſus filiam heredem inſtituerit, qui plus legatis ademerit, quàm in hereditate reliquerit?* Mihi longè aliter de Voconiâ Lege, totoque illo Ciceronis loco, videtur: etſi in Hotomani opinionem iverit, ſingulari vir doctrinâ, &, ſiquis alius, de Tullio optimè meritus, Paullus Manutius. Atque, ut quam longiſſimè ab Hotomano recedam, emendationem eam explicationemque exiſtimo cum Ciceronis ſententiâ cohærere neutiquam poſſe. Id verò ceteri forſan non improbabunt, ſi, quid eo in loco Ciceroni propoſitum fuerit, breviter aperuerimus.

III. P. Annius Aſellus, qui cenſus non eſſet, nullâ prohibente lege, unicam filiam bonis ſuis heredem inſtituerat. *Faciebant omnia cum pupillâ*, inquit Tullius, *legis æquitas, voluntas patris, edicta Prætorum, conſuetudo juris ejus, quod erat tum, cum Aſellus eſt mortuus*, nempe, Caio Sacerdote Prætore. Verùm, qua erat ingenii improbitate C. Verres, Prætor deſignatus, ut hanc pupillæ hereditatem adimeret, edixit, ſiquis, ſive cenſus, ſive non cenſus, ab A. Poſtumio, Q. Fulvio Cenſoribus, poſtve ea, mulierem aliquam heredem feciſſet, faceretve, ſe, quum legem Voconiam intelligeret, teſtamentum illud non eſſe admiſſurum, nec petitionem, nec poſſeſſionem daturum. Quàm inhumanum, improbum, monſtroſum, ſit edictum ejuſmodi, oſtendit luculenter Cicero: quum leges, quarum certè maxima eſt auctoritas, quid in poſterum faciendum ſit, determinent, non ante facta vocent in judicium. *Qui plurimum tribuunt edicto*, inquit, *Prætoris edictum, legem annuam dicunt eſſe: tu edicto plus complecteris, quàm lege. Si finem edicto Prætoris afferunt Calendas Januarii; cur non initium quoque edicti naſcitur a Calendis Januarii? an in eum annum progredi nemo poterit edicto, quo Prætor alius futurus eſt: in illum, quo alius Prætor fuit, regredietur?* atque inde non ſatis Verrem caviſſe edicto ſuo ait, ne avaritiæ ſuæ omnibus daret inſigne argumentum: quòd ita edictum illud compoſuiſſet, ut quivis intelligeret, *non populo eſſe ſcriptum, ſed Publ. Annii ſecundis heredibus*. non juris ſcilicet communis cauſſâ; ſed, ut Lucio Annio, qui a Publio ſecundùm filiam inſtitutus erat, Publii hereditatem, ereptam liberis, ex certo pretio condonaret. *Scribis*, inquit, *ſiquis heredem fecit, fecerit; quid ſi plus legarit, quàm ad heredem heredeſve perveniat? quod per legem Voconiam ei, qui cenſus non ſit, licet. Cur hoc, quum in eodem genere ſit, non caves? quia non generis, ſed hominis cauſſam, verbis amplecteris; ut facilè appareat, te pretio eſſe commotum.* Jam verò, ſi hæc ita verba explicentur, ut tunc demum a cenſis hominibus per Voconiam legem heres filia inſtitui potuerit, quandò legatis onerata atque exhauſta propemodùm eſſet hereditas: quis non videat, quàm Ciceronis pulcherrima ſententia turbetur, confundanturque omnia? Quid hic unquam erat, ſodes, quod Verres edicto ſuo cavere debuerit? nonne amplâ illâ, nulliſque terminis circumſcriptâ ſanctione, ſatis ſuperque caverat, ne ulla feminæ hereditas deferretur, quidcunque tandem accidiſſet, etiamſi plus legatis adimeretur, quàm relinqueretur hereditate? Neque enim aliquid Verres exceperat.

IV. Illud verò mirabile, & veteribus ſecûlis inauditum, quod Voconiæ legi adfingitur. Quotquot enim Veterum Voconiæ meminerunt; aut illâ cautum fuiſſe docent, nequis cenſus mulierem ullam heredem inſtitueret, aut, ne plus a cenſo homine legaretur, quàm eſſet heres habiturus. De Dione enim & Quintiliano, paullò poſt videbimus: & Julii Paulli e lib. IV. Sententiar. Recept. tit. VIII. locus aliò ſpectat, non ad teſtamentum, neque ad heredis heredumve inſtitutionem. Nunc verò, ſiqua Hotomano fides, teſtatori, qui cenſus eſſet, licuit per Voconiam legem plus legare, quàm ad heredem perveniret: eâque re heredem filiam facere, ſi legatis hereditatem non delibaſſet ſolùm; verùm etiam oneraſſet totamque ferè abſumpſiſſet. Unde & illorum verborum, quæ a Cicerone ſubduntur: *Atque hoc ſi in poſterum edixiſſes, minùs eſſet nefarium; tamen eſſet improbum: ſed tum vituperari poſſet, in dubium venire non poſſet: nemo enim committeret.* hunc eſſe putat ſenſum Hotomanus: *Si edixiſſes, te non daturum poſſeſſionem ei filiæ, quæ illo caſu inſtituta heres eſſet, quo caſu lege Voconiâ permiſſum erat mulieres inſtituere, nimirum cum plus legatum eſt, quàm in hereditate relictum: improbum illud quidem* [*neque enim uſque eo rejiciendæ ſunt filiæ a parentum hereditatibus*] *ſed tamen minùs nefarium, quàm nunc eſt, fuiſſet. Quum enim tu eo nihil caveris, commiſerunt multi, ut ita filias inſtituerent, cum legatis hereditatem penè inanem reliquerint: proptereà quòd id licere tuo edicto putabant, quod lege Voconiâ permiſſum erat. Inutile autem & irritum erit eorum teſtamentum.*

V. Apage, Hotomane, tuas iſtas explicationum tricas, quibus res ipſa obſcuratur potiùs, quàm illuſtretur. Plana eſt & vera, juxta antiquam lectionem, Ciceronis ſententia. Nam Quintus Voconius, qui, communi Reipublicæ cauſſâ, legem illam rogaverat, non ut feminæ alicujus hereditatem aucuparetur; omnia, quæ, vel in hereditatibus, vel in legatis contingere poſſent, diligenter circumſpexerat: & de hereditatibus quidem ſtatuerat, mulieribus eas relinqui non licere; de legatis verò, non plus his abſumendum eſſe, quàm ad heredem heredeſve perveniret: ut hac potiſſimùm ratione feminarum obviam iret cupiditati, immenſiſque in illas virorum largitionibus. Non Voconium imitatus eſt C. Verres: etſi hic cupiditati hominum ſe obviam ire profiteretur. Sed ita edictum concepit ſuum, ut facilè appareret, non juris, ſed Lucii Annii cauſſâ, interpoſitum illud eſſe; neque ad æquitatem rei, ſed ad pretium, furacem Prætorem edicendo reſpexiſſe. Si enim generis, non hominis tantùm cauſſam, complexus fuiſſet; non caviſſet ſolùm, ne ab hominibus non cenſis heredes filiæ inſtituerentur; verùm etiam, ne plus ipſæ bonorum, legati jure, quàm alii hereditate, perciperent. At, quum cognoſceret, Publ. Annii Aſelli filiam, heredem, non legatariam, a patre non cenſo, cui ſanè id licebat, factam eſſe, nihil ſibi de legatis curandum exiſtimavit, quibus, toto ferè exhauſto patrimonio, ditari a parentibus non cenſis filiæ potuiſſent: ſed ſatis illi viſum fuit, id juris edice-

re, quo hereditas Annii filiæ eriperetur: ne ſcilicet, ſive virgines, ſive mulieres, a non cenſis patribus familiàs heredes aut poſſent aut potuerint inſtitui. Quid ſiquis non cenſus, quando prærepta jam ſibi eſt Verrino edicto inſtituendæ filiæ poteſtas, plus filiæ legarit, ſeu, in filiam, legati nomine, contulerit, quàm inſtituto cuicumque alii, hereditatis jure, reliquerit? *quod per legem Voconiam ei, qui cenſus non ſit, licet*, id eſt, quod facere is, qui cenſus non ſit, a Voconiâ lege non prohibetur: ut infra apud eundem Ciceronem. *Pater dat filiæ: prohibes, leges ſinunt: tamen te interponis: de ſuis bonis ita dat, ut ab jure non abeat* (male Florentina editio Philippi Juntæ an. MDXV. & Lugdunenſis Sebaſtiani Gryphii an. MDXLV. *habeat*, cum adſpiratione); *quid habes, quod reprehendas? nihil opinor.* Sic enim illud licere per alium, ex veteri Romanorum ſcriptorum conſuetudine, dicimus, quod alius non prohibet, non vetat, non impedit. *Id enim licere dicimus, quod cuique conceditur*, ut Tullius ait lib. V. Tuſculanarum Q. Sic Plautus Prolog. Aſinariæ; *Aſinariam volt eſſe, ſi per vos liceat.* Terent. Prol. Heauton. *Date poteſtatem mihi, ſtatariam agere ut liceat per ſilentium.* Martialis lib. I. ep. CXIV. *Per quem perire non licet meis nugis.* Et lib. IX. ep. XII. *Nobis non licet eſſe tam diſertis.* Ipſe Cicero pro Milone. *Clodium nihil delectat, quod aut per naturam fas ſit, aut per leges liceat.* Pro Sext. Roſcio: *Id quod poſteà, ſi per vos, judices, licitum erit, aperietur.* II. Philipp. *Petis, ut tibi per me liceat quemdam de exſilio reducere.* Notiſſimum illud eſt Marci Catonis, Conſularis & Cenſorii Viri, apud Gellium lib. XII. Cap. XXII. [nec enim, Majorum exemplo, pudet pudebitve, ubi res tulerit, Philologum, ſeu, ut planiùs loquar, Grammaticum agere] *Siquid eſt*, inquit, *quo utar, utor; ſin eſt, ego ſum. Cuique per me uti atque frui licet.*

VI. Si ergo paterfamiliàs non cenſus heredem quidem filiam non fecerit, quod Verris edicto cautum fuerat; ſed legatis tamen ita patrimonium exinaniverit, ut plurimum inde ad filiam, minimum ad heredem perveniret, quod neque Verres neque Voconium Plebiſcitum prohibuerat: nonne edictum Verrinum facillimè eludi potuit; & filiæ adhuc parentum ſuorum, qui cenſi non eſſent, bonis ditiores fieri, quàm ſi forſan inſtitutæ eſſent heredes? Cur, ſi voluit Verres muliebrem ex nimiâ fortunarum copiâ luxuriam coërcere, ſicuti hereditates à mulieribus abſtulit; non ita etiam legata, Voconii exemplo, moderatus eſt, ut non plus inde filiæ, quàm heredes ipſi, haberent? quia nimirum, non quemadmodum Q. Voconio, ita Verri, juris alicujus communis æquitas propoſita erat; ſed obventurum ſibi è Publii Annii hereditate emolumentum: virumque adeò mulieroſum non cohibendarum mulierum ſtudium ad edicendum impulit; ſed, fœcunda malorum omnium parens, avaritia. Et quidem, ſi edictum illud ad futura, non ad præterita tempora, relatum eſſet, minùs eſſet nefarium. Improbum ſanè eſſet, [quis enim dubitet?] ſed tamen tunc vituperari ſolùm poſſet: in dubium venire non poſſet: quòd nemo eſſet in poſterum commiſſurus, ut teſtamento faceret heredem filiam. Quum vero ejuſmodi eſſet edictum, ut facilè intelligerent, non ad populum, ſed ad ſubſtitutum filiæ Publ. Annii heredem illud pertinuiſſe; nemo etiam fuit, illorum planè, qui cenſi non fuiſſent, qui poſt illum Prætorem ab inſtituendâ herede filiâ, alicujus edicti metu, abſterreretur. Quod hominum de ſingulari Verris improbitate judicium valdè poſteà exaggerat Cicero. *Solus enim*, inquit, *tu inventus es, cui non ſatis fuerit corrigere voluntates vivorum, niſi etiam reſcinderes mortuorum.*

Atque hæc mea eſt Ciceroniani loci reſtitutio ſimul atque explanatio: quæ, ut paullò longior fuerit; plurimùm tamen faciat ad Voconiam legem intelligendam.

VII. Nunc verò quiſque judicet, utra verior aptiorque ſit, mea an Hotomani & aliorum, ſententia. Nam, ex ejus explicatione, non turbatur ſolùm; ſed & infringitur totius vis argumenti, quo Verris improbitatem exagitandam ſibi Marcus Tullius propoſuerat. Ita enim explicat Hotomanus, ut ſuprà diximus, ut magis Voconiam legem Cicero, quàm Verrinum ipſum edictum, reprehendere videatur: quum noſter ille homo ad eum Ciceronis locum diſertè ſcribat, minùs nefarium edictum ejuſmodi futurum fuiſſe, ſi edixiſſet in poſterum Verres, ſe non daturum poſſeſſionem ei filiæ, quæ illo caſu inſtituta heres eſſet, quo caſu lege Voconiâ permiſſum erat mulieres inſtituere, nimirum cum plus legatum eſt, quàm in hereditate relictum. Et ſubdit, perinde ac Ciceronis verbis Verrem ipſum alloqueretur. *Quum enim de eo nihil caveris; committent, ut ita filias inſtituant, cum legatis hereditatem penè inanem reliquerint: propterea quod id licere tuo edicto putabunt, quod lege Voconiâ permiſſum erat. Inutile autem & irritum erit omnium teſtamentum.* Illud verò, magnum fuiſſet Verri non præſidium duntaxat, verùm etiam ſolamen, ſi edictum hoc qualecumque ſuum Voconiæ legis auctoritate defendere aliquatenus potuiſſet. Neque hoc tunc erat Ciceroni conſilium, ut Voconiam incuſaret legem, aut eodem, quo Voconium, loco criminis Caium Verrum haberet: ſed, ut ſingularem hujus ſupra omnes Romanos Magiſtratus licentiam atque improbitatem omnibus patefaceret. Quæ vero præterea, ſi argumentari libet, in unâ eâdemque lege major ulla ἀντίφασις, quàm præſcribere, ne, cenſi hominis teſtamento, plus legato inſumeretur, quàm heres percepturus eſſet: & ſimul etiam permittere, ut tunc demum filia inſtitueretur heres, quando quarta ſolùm ei bonorum pars, nihilque ampliùs, relinqueretur? poſtquàm enim hereditatis quadrantem illa e lege, jure inſtitutionis, recepiſſet; nihil porro obſtitiſſet, quominùs longè maxima patrimonii totius portio, bes ſcilicet, aut integer potiùs dodrans, legaretur: quum filiæ nihil præterea relinquere liceret. Atqui duas iſtas ἀντιφατικὰς partes de Voconiâ lege comminiſcuntur, qui hæc duo maximâ conſenſione & frequenter, ſtatuunt Voconii Plebiſciti capita: nequis cenſus virginem neve mulierem, ſupra quadrantem ſuorum bonorum heredem inſtitueret, &, ne plus cuiquam legaret, quàm ad heredem heredesve perveniret: non Hotomanus ſolùm & Manutius; ſed Carolus quoque Sigonius de antiquo jure Civium Romanorum lib. I. Cap. XII. & lib. I. de Judiciis Cap. VI. Johannes Roſinus Romanarum Antiquitatum lib. VIII. Cap. XVIII. Leonardus Coquæus in Auguſtinum de Civitate Dei lib. III. Cap. XXI. Covarruvias in Cap. *Raynutius de Teſtamentis* num. XXIII. Juriſconſultorum ipſe optimus & doctiſſimus, Jacobus Cujacius in Inſtitut. de Lege Falcidiâ; &, ne ſingulos immenſo vanoque labore perſequamur, eruditi ætatis noſtræ homines plerique omnes. At quàm bene noſtræ contra Voconiæ legis explicationi conveniunt omnia & cohærent! Nam Quintus Voconius, ut luxuriam atque inſolentiam muliebrem certâ aliquâ lege moderaretur, caverit in primis, ne cenſi alicujus hominis hereditas ad feminam perveniret. Id autem non ſatis eſſe vidit ad nimias mulierum opes coërcendas. Fieri enim poterat, ut aliquis ex quadrante, aut ſextante, aut unâ etiam unciâ, heres inſtitueretur: reliquus verò dodrans, aut dextans, aut denique deunx, unicæ filiæ, aut alteri

cuicumque

cuicunque mulieri, legaretur. Ideircò, ut rei huic Tribunus plebis conſuleret, atque omnem a lege ſuâ fraudem removeret; inſuper addidit, ne plus alteri legaretur, quàm eſſet heres accepturus. Nulla hic legis ἀσυστασία, ſumma verò ſuperioris ſententiæ abſurditas eſt.

C A P U T VII.

Dionis Caſſii locus fuſè diſcuſſus. Incerta eruditorum hominum συλλογὴ. *Adhibita Dioni qualiſcumque interpretatio. Dionis locus corruptus, ut ſæpe in numerorum notis contingit. Roberti Stephani mutila & depravata editio. Xylandri in Dione vertendo & emendando cura. Nova per Henricum Stephanum & correctior editio. Aliter apud Dionem legi voluit Xylander: qui cenſus diceretur, ex Aſconio Pædiano explicatum. Depravatio loci in Dione oſtenſa. Integer locus repræſentatus. Summa Antonii M. Salvini modeſtia atque eruditio. Dio ab eo emendatus. Noſtra de corrigendo Dione conjectura proponitur, atque illuſtratur. Qui Claſſici a M. Catone dicti. Catonianæ orationis fragmentum. Duæ a quibuſdam diſtinctæ Voconiæ Leges. Alexandri ab Alexandro confuſio. Alia Tulliani loci lectio. Freigii cum auctore conſenſio.*

I. NUllum opinionis ſuæ auctorem affert Hotomanus; ſed afferunt tamen alii & præcipuum, Græcum hominem, Dionem Caſſium, qui lib. LVI. ad annum DCCLXII. de Auguſto teſtatur, quòd *quibuſdam feminis tribuit, ut ſupra XXV. heredes eſſe poſſent, licet hoc lex Voconia vetaret.* Quibus ex verbis ſatis ſibi colligere videntur, per legem Voconiam cenſis hominibus licuiſſe, quadrantem bonorum feminæ in hereditatem relinquere; quum cenſus is diceretur, qui centum millia ſeſtertiûm profeſſione detuliſſet. Hæc autem συλλογὴ quàm incerta ſit, & nullius propemodùm adverſus firmiſſimam Romanorum ſcriptorum auctoritatem momenti, non eſt, cur longiùs oſtendam. Ut enim alia taceam argumenta, quæ homini in diſputationibus aliquantulùm exercitato bene multa ſuppeditant; ita Dionem quilibet forſan interpretari poteſt, ut, quum homini cenſo, per Voconiam legem, heredem facere filiam, ſive ex aſſe, ſive ex certâ aliquâ patrimonii portione, nullo modo liceret; indulſerit Auguſtus, ut aliquæ ex illis heredes inſtituerentur: ita tamen, ut nullos ipſe vellet hereditati huic terminos prædefinire. Nam, quum dubitari meritò poſſet, quantaquantâ patrimonii parte, &, an toto etiam patrimonio, feminas illas teſtamento inſcribere heredes fas eſſet; noluit Auguſtus, ut, quas à Voconiâ lege eximeret, mulieres quartam definitè hereditatis portionem, nihilque ſupra, acciperent (quam portionem quicumque inſtitutus heres retineret, ex Falcidiâ tunc lege, ut paullò poſt dicemus, oportebat:) ſed, ut ſupra XXV. æris, ſi teſtatori libuiſſet, vel ex triente, vel ex ſemiſſe, vel ex dodrante, vel ex toto etiam aſſe, relinquerentur heredes.

II. Verùm Dionis hunc ego locum in Roberti Stephani Pariſienſi editione an. MDXLVIII. editionibuſque adeò poſterioribus, interpolatum puto. neque enim vacat nunc conſulere vetuſta Dionis exemplaria, ſiqua in Bibliothecâ Mediceâ aut alibi, extant, ut aliquod certè extat; & recenſuit, Vir Clariſſimus, Jacobus Gronovius. Interpolatum igitur, ut alibi ſæpe apud omnes veteres ſcriptores in numerorum notis contingit, locum hunc puto: Τῶν τε γυναικῶν τισὶ καὶ παρὰ τὸν Οὐοκώνιον νόμον, καθ' ὃν οὐδεμία αὐτῶν οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν. id eſt: *Quibusdam ex mulieribus etiam præter legem Voconiam juxta quam nulli illarum licebat majorem duabus myriadibus & ſemiſſe, ſeu, quod idem eſt, XXV. millibus nummûm, hereditatem accipere, conceſſit hoc facere:* ſcilicet, Auguſtus. Nemo eſt, qui neſciat, quod ingenuè ipſe fatetur Robertus Stephanus, quam depravata, atque infinitis fere locis mutila, ea fuerit Dionis editio: utcumque magnus ille Cenſor magnam in emendando curam cum Henrico filio adhibuerit. Itaque, decem fere poſt annos, Guilielmus Xylander Auguſtanus, vir diligentiſſimus, qui primus omnium, ni fallor, Dionis, qui ſuperſunt, libros, à quinto & trigeſimo ad ſexageſimum uſque, uberrimis adnotationibus illuſtravit, græcum quoque Dionem emiſit multò quàm ante correctiorem: quod græcum quidem exemplar ad manus nondum meas pervenit. Suam Xylander ipſe induſtriam, qua multò plura ac graviora, quàm Robertus Stephanus, correxerit, modeſtè laudat ad Johannem Henricum Hervvartum, laudatiſſimum virum, eâ in præfatione, quæ cum Dione ſimul latino, & Dionis per Johannem Xiphilinum Epitome edita eſt Baſileæ anno MDLVIII. apud Johannem Oporinum. Quamquàm præclaram hanc Xylandri curam aliquantulùm poſteà elevare conatus ſit Roberti filius Henricus Stephanus, qui an. MDXCII. Dionem Græco-latinum cum Xylandri ipſius interpretatione edidit, præfatus, ſe, quum Xylandri adnotationes in manus ſumpſiſſet, & ſuam patriſque operam in curandis vel potius ſanandis, pleriſque Dionis vulneribus commendari ab eo; ſed nequaquam eandem in aliis præſtari, animadvertiſſet [quod ab eo tamen factum eſſe credebat] plura ſecundis curis ſanaſſe; & nonnulla etiam, quæ inſanabilia exiſtimabantur.

III. Inter cetera verò plurima, emendatione maximè dignum viſum eſſe Xylandro illum de Voconia Lege locum, ex hac ejus verſione facilè apparet, quam non ſolum Henricus Stephanus in ſuâ Pariſienſi editione retinuit; ſed & eodem anno MDXCII. in Francofurtienſi Johannes Leunclavius, qui & Dionis fragmenta in unum primus digeſſit: *quumque lege Voconiâ mulieribus prohiberetur, nequa majorem centum millibus nummûm hereditatem poſſet adire; eâ quoque lege quaſdam ſolvit.* Unde videtur Xylander voluiſſe apud Dionem legi; δέκα μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν. etſi neque Xylander neque Henricus Stephanus, textum Græcum mutare auſi fuerint. Eorum certè tantum teſtamenta atque hereditates Voconia lex ſpectabat, qui cenſi eſſent, ſeu centum millia ſeſtertiûm poſſiderent. *Nam*, teſte Aſconio Pædiano in III. Verrinam Ciceronis, *more Veterum, cenſi dicebantur, qui centum millia profeſſione detuliſſent: hujuſmodi adeò facultates cenſus vocabantur.* Unde, qui minus habuiſſent,

buiſſent, atque ad cenſum adeò non pertinuiſſent, Voconiâ ſub lege non comprehendebantur. Qua ergo ratione, qui plus quidem, quàm XXV. nummûm; ſed longiſſimè tamen infra C. millia; puta qui XXX aut XL. aut L. ſuis in bonis numerarent; ad Voconiam ſpectaſſe legem cenſeantur? atqui, ſi eo, quo excudit Robertus Stephanus, &, poſt eum, ceteri, modo, Dionis locus legatur, ut XXV. duntaxat millibus majorem hereditatem intelligamus: aut cenſi etiam erunt, quorum opes ad triginta tantùm aut quinquaginta æris millia pertigiſſent, quod ab omni veritate abhorret: aut, ſi cenſi ii tantùm, qui C. ſaltem profeſſione detuliſſent; ab hereditatibus etiam hominum non cenſorum dicendus erit Voconius mulieres lege ſuâ prohibuiſſe. Dio ſiquidem ſcripſerit, vetuiſſe Q. Voconium, ne major XXV. ſeſtertiûm hereditas ad fœminam perveniret. Neque ex illis ejus verbis certo aliquo argumento conſtat, quòd de cenſorum hominum hereditatibus Dio loquatur: niſi ſiquis cenſum eum velit dicere, qui aliquid tantùm ſupra quinque & viginti millia æris haberet. Falſum verò, ſiquid aliud, falſiſſimum, eorum, qui cenſi non eſſent, coërcitas ullo modo eſſe per Voconiam legem hereditates. quod & Aſconius teſtatus eſt ad illa verba: *Quum intelligam legem Voconiam; Voconius legem tulerat, nequis cenſus, hoc eſt, pecunioſus, heredem relinqueret filiam. Hoc ergo caput edicti eſt, legem Voconiam probantis Prætoris*, nempe Caii Verris.

IV. Sic autem vulgò excuſus eſt totus ille locus lib. LVI. ubi proſequitur Dio, quid fecerit Auguſtus, poſtquàm eos pro concione laudaſſet, qui, uxore ac liberis ſuſceptis, Rempublicam Romanam propagare ſtuderent; aſperrimâque contra oratione cœlibes increpaſſet: Καὶ τότε μὲν τοιαῦτα ἀμφοτέροις αὐτοῖς διελέχθη. [ſcilicet Auguſtus] μετὰ δὲ δὴ τοῦτο, τοῖς μὲν τὰ τέκνα ἔχουσι τὰ γέρα προσεπηύξησε, τοὺς δὲ γεγαμηκότας ἀπὸ τῶν ἀγάμων τῷ τῶν ἐπιτιμίων διαφόρῳ διεχώρισε. καὶ ἐν αὐτῷ ἑκατέροις, ἐς τὸ τοὺς ὑπαρχήσαντάς τι ἐν τῷ χρόνῳ τούτῳ, ἀναιτίους γενέσθαι, προσεπιτέδωκε. τῶν τε γυναικῶν τισὶ καὶ παρὰ τὸν Οὐωκώνιον νόμον, καθ' ὃν οὐδεμία αὐτῶν οὐδενὸς ὑπὲρ δύο ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν ἐξῆν, συνεχώρησε τοῦτο ποιεῖν. καὶ ταῖς ἀειπαρθένοις πάνθ' ὅσα περ αἱ τεκοῦσαι εἶχον, ἐχαρίσατο. id eſt, ſi omnia ad verbum explicentur. *Et tunc quidem talia utriſque eis allocutus eſt. Poſteà verò liberos habentibus præmia adauxit; eos verò, qui uxorem duxerant, ab iis, qui ſine uxore erant, honorum ac pœnarum diſcrimine, ſecrevit: & annum utriſque, ad hoc, ut qui paruiſſent ei in tempore hoc, innoxii efficerentur, inſuper dedit: tum mulierum quibuſdam etiam adverſus Voconiam Legem, juxta quam nulli earum aliquam majorem XXV. millibus nummûm hereditatem accipere licebat, permiſit id facere. & iis, quæ perpetuam virginitatem ſervaſſent, omnia, quæ matres habebant, largitus eſt.* Ubi tuus, Salvine Conſul, frater, vir latinè græceque doctiſſimus, Antonius M. Salvinius, cui & modeſtiâ morum & Græcarum Litterarum ſcientiâ, Italia parem habet neminem, legendum, me admonuit: καὶ ἑτέροις *alteris, ideſt, cœlibibus: non* ἑκατέροις, id eſt, *utriſque*, & cœlibibus & maritis. Nam maritis hac indulgentiâ Auguſti opus non erat.

V. Quare, ſi aliquis conjecturæ meæ locus, ut, quamminima ſit emendatio, ſic ego mutilum Dionem ſuppleverim: ὑπὲρ δυώδεκα ἥμισυ μυριάδας οὐσίας κληρονομεῖν. Atque ita forſan Dio verè ſcripſit: ſcilicet, ut ſeſtertiûm CXXV. millia intelligantur. Sed, dum notarum compendio librarii poſteà ſtudent, & pro ιβ' ἥμισυ μυριάδας; ſcribit aliquis, unius litteræ incuriâ, β' ἥμισυ μυριάδας: numerus ipſe, ut ſæpe fieri ſolet, imminutus eſt. Scio enim maximè pecunioſos, & veluti primæ claſſis, homines, qui cenſi eſſent, centum & viginti quinque millia æris ampliuſque poſſediſſe: quorum tamen hereditates adire, ex Dionis teſtimonio, feminis quibuſdam Auguſtus conceſſerit. Claſſici ii a Marco Catone dicti, ut explicat Gellius lib. VII. Cap. XIII. *Claſſici dicebantur non omnes, qui in claſſibus erant: ſed primæ tantùm claſſis homines, qui centum & XXV. millia æris ampliuſve cenſi erant. Infra claſſem autem appellabantur, ſecundæ claſſis, ceterarumque omnium claſſium, qui minore ſummâ æris, quàm ſupra dixi, cenſebantur.* Hoc eò ſtrictim ſe notaſſe ait Gellius, *quoniam in Marci Catonis oratione, qua Voconiam legem ſuaſit, quæri ſolet, quid claſſicus, quid infra claſſem.* Atque utinam ea extaret M. Catonis oratio! cujus hoc inſigne admodùm de muliebri inſolentiâ fragmentum apud eundem Gellium habemus lib. XVI. Cap. VI. *Principio nobis mulier magnam dotem attulit. Tum magnam pecuniam recipit, quam in viri poteſtate non committit: eam pecuniam mutuam dat viro. Poſteà, ubi irata facta eſt, ſervum recepticium ſectari atque flagitare virum jubet.* Neque enim, ut Voconiam legem qualitercumque intelligeremus; tanto cum labore eſſent nobis ex his aut illis veterum ſcriptorum locis eruenda omnia. Nunc autem, dum neque ad nos Catoniana oratio pervenit, neque ex Liviani libri XLI. pars, in qua de lege Voconiâ agebatur, tantâ undique laboramus obſcuritate, ut ſint etiam, qui cum Franciſco Hotomano in Ciceronem, & Joachimo Myſingero in Inſtitut. de Lege Falcidiâ §. *Supereſt*, duas diſtinguant Voconias leges. Quàm multa quæſo turbat hîc confunditque Genialium Dier. lib. VI. Cap. XV. auctor alioqui ſedulus atque eruditus, Alexander ab Alexandro? Non verò, qualicumque hac noſtrâ ventilatione, magnum operæ pretium feciſſe arbitramur, ſi, legem Voconiam illuſtraturi, turpiſſimum mendum abſtulerimus, quod per CLX. & ampliùs, annos, non ex librarii alicujus aut typographi oſcitantiâ, ſed, ex certo quodam doctiſſimorum hominum conſilio, Ciceronianas Verrinarum Actionum editiones infecerat, ut jam cum antiquis maximâ ex parte exemplaribus vetuſtioribuſque editionibus, eâ, qua diximus, ratione legamus illum Actionis III. locum: *quod per legem Voconiam ei, qui cenſus non ſit, licet.* Sive etiam, ſi libuerit, juxta aliam lectionem, quam alicubi notatam memini: *quod per legem Voconiam ei, qui cenſus ſit, non licet*, quæ certè & ipſa accommodata eſt ſententiæ noſtræ lectio. Nam iis, qui cenſi eſſent, procul dubio non licebat plus filiæ, aut cuicumque alteri, legare, quàm ad heredem heredeſve perveniret, quod vult ibidem Tullius. Quanquam, quod poſteà vidi, longè ante nos, anno MDLXXXIII. eam Ciceronis lectionem in Baſileenſi editione reſtituerit Johannes Thomas Freigius, qui ad eum locum: *Cenſus non ſit*, ſic notat. *Negatio hic perperam tollitur a quibuſdam. Nam, ut lex Voconia vetabat eum, qui cenſus eſſet, mulierem heredem inſtituere; ita vetabat, mulieri plus legare, quàm ad heredem perveniret. Rurſus, ut ei, qui cenſus non eſſet, licebat per eandem legem, mulierem heredem inſtituere; ita & mulieri legare plus, quàm ad heredem perventurum eſſet.* Nec parùm lætatus ſum, quod in tanta doctorum hominum turbâ unum invenerim mecum conſentire.

CAPUT

CAPUT VIII.

Utiliſſima lex Voconia viſa Sexto Cæcilio. Parùm ea probata Ciceroni. Sexti Peducei egregia fides. Senecæ ſententia. Qua ratione mulieribus ſuis a Romanis proviſum. Prima Fideicommiſſariarum hereditatum origo. Nova a nobis Juſtiniano lux. Duplex Juſtiniani locus conciliatus. Auguſtini de Voconiâ lege graviſſimum judicium.

I. Nihil porrò Plebiſcito Voconio utilius viſum eſt olim Sexto Cæcilio, quem Gellius, ſive, ut malunt alii, Agellius, hominem prædicat *in diſciplinâ juris atque legibus populi Romani noſcendis interpretandiſque ſcientiâ, uſu, auctoritateque illuſtri.* Cap. I. lib. XIX. Venetæ, quam habeo, editionis an. MCCCCLXXXIX. in aliis enim liber ille, qui ultimus eſt, vigeſimus enumeratur. Verùm lex ea Ciceroni, ſapientiſſimo atque eloquentiſſimo viro, parum probata fuerat lib. II. de Finibus Bonorum & Malorum. Integrum Tullii locum huc apponere ideircò placuit, quòd plurimum inde lucis Voconiæ legi acceſſurum exiſtimamus: *Memini me adeſſe Publ. Seſtilio Rufo, cum is ad amicos rem ita deferret, ſe eſſe heredem Quinto Fabio Gallo, cujus in teſtamento ſcriptum eſſet, ſe eſſe ab eo rogatum, ut omnis hereditas ad filiam perveniret; id Seſtilius factum negabat: poterat autem impune, quis enim redargueret? nemo noſtrûm negabat, eratque veriſimilius, hunc mentiri, cujus intereſſet, quàm illum, qui id ſe rogaſſe ſcripſiſſet, quod debuiſſet rogare. Addebat etiam, ſe in legem Voconiam juratum, contra eam facere non audere, niſi aliter amicis videretur. Aderamus nos quidem adoleſcentes, ſed & multi ampliſſimi viri: quorum nemo cenſuit, plus filiæ dandum, quàm poſſet ad eam lege Voconiâ pervenire, tenuit permagnam Seſtilius hereditatem. Unde, ſi ſecutus eſſet eorum ſententiam, qui honeſta & recta emolumentis omnibus & commodis anteponerent, ne nummum quidem unum attigiſſet.* Et infra. *Quàm multa verò injuſtè fieri poſſunt, quæ nemo poſſit reprehendere? Si te amicus tuus moriens rogaverit, ut hereditatem reddas ſuæ filiæ, nec uſquam id ſcripſerit, ut ſcripſit Fabius, nec cuiquam dixerit; quid facias? tu quidem reddes. Ipſe Epicurus fortaſsè redderet, ut Sex. Peducæus Sexti F. is, qui hunc noſtrum reliquit, effigiem & humanitatis & probitatis ſuæ filium, tum doctus, tum omnium vir optimus & juſtiſſimus, quum ſciret nemo eum rogatum à Cajo Plotio, equite R. ſplendido Nurſino, ultro ad mulierem venit; eique nihil opinanti viri mandatum expoſuit, hereditatemque reddidit.* Unde illud forſan de ſuo Sapiente accepit Seneca lib. de Tranquillitate Animi. *Nec ideò eſt vilis ſibi, quia ſcit ſe ſuum non eſſe; ſed omnia tam diligenter faciet, tam circumſpectè, quàm religioſus homo ſanctuſque ſolet tueri fideicommiſſa.*

II. Ex quibus patet, hanc potiſſimùm ſapienterque à Romanis, qui cenſi eſſent, repertam aliquando fuiſſe rationem, ne hereditate uxor aut filia ſpoliarentur: ſi ſcilicet amicum æquumque hominem, qui honeſta & recta emolumentis omnibus atque commodis, anteponeret, &, qualem deſcribit Flaccus lib. III. Od. III.

Juſtum & tenacem propoſiti virum;

inſtituerent ex Voconiâ lege heredem: quem poſteà tamen rogarent, aut rogaſſent anteà, ut reſtitueret mulieri hereditatem. Hanc ſi inſtitutus heres non reſtitueret; aliquid tamen mulieri dari, alio quocunque, præterquàm hereditatis, nomine, conſuevit; atque eâ portione, ut non plus femina, quàm heres ipſe, accipere videretur. Si verò reſtitueret; non legi id ulli, ſed hominis tantùm verecundiæ, egregiæ erga amicum fidei, moderationique animi, tribuendum erat: quum Voconia lex hereditatem feminis auferret; legata tantùm permitteret, quæ hereditatem tamen ipſam non excederent. Hanc ego eſſe puto primam Fideicommiſſariarum Hereditatum, quas *fiduciarias* Ulpianus vocat Leg. *Certi Condictio.* D. *de rebus creditis. ſi certum petatur &c* originem: atque hunc Juſtiniani ſenſum, cum aït in Inſtitution. ad tit. *de Fideicommiſſariis Hereditatibus. §. II. Sciendum itaque eſt, omnia fideicommiſſa primis temporibus infirma fuiſſe: quia nemo invitus cogebatur præſtare id, de quo rogatus erat. Quibus enim non poterant hereditatem vel legata relinquere; ſi relinquebant, fidei committebant eorum, qui capere ex teſtamento poterant. Et ideò fideicommiſſa appellata ſunt: quia nullo vinculo juris, ſed tantùm pudore eorum, qui rogabantur, continebantur.* Et hæc quidem Fideicommiſſa καθόλικα, ſeu univerſalia. Nam ſingularia à Lucio Lentulo primum, Divi Auguſti temporibus, ceperunt: ut Juſtinianum intelligere ſoleo tit. *de codicillis. §. Ante Auguſti tempora.* Qua autem ratione teſtamentum ipſum de Fideicommiſſariâ hac hereditate concipi debuerit conſueveritque, inſtituto primùm herede, atque, ut reſtitueret, rogato; proſequitur eo in loco §. *In primis.* Juſtinianus. Minùs ergo rectam minuſque honeſtam, Voconiam legem Tullius judicavit: idemque viſum magno illi humanarum Romanarumque præcipuè, rerum Cenſori, Auguſtino lib. III. de Civitate Dei. Cap. XXI. *Nam tunc*, inquit, *ideſt*, *inter ſecundum & poſtremum bellum Carthaginenſe, lata eſt etiam illa Lex Voconia, ne quis heredem feminam faceret, nec unicam filiam. Qua lege quid iniquius dici aut cogitari poſſit, ignoro.*

CAPUT IX.

Ad ἀντίφασιν de Voconiâ lege docti homines rediguntur. Lex ἀντιφάσεως. Veterum ſententia. Aut veteres aut recentiores omnes falluntur. Verè heredem ex quadrante inſtitui. Magis id declaratum. Veterum auctoritate ſtandum. Aliud è Veteribus de Voconiæ legis ſententiâ argumentum. Maximum Spartanæ Reipublicæ ex nimiis mulierum opibus vitium.

I. UBi ego, à quibus diſſentio, doctiſſimos viros perpendere mecum ſedulò velim, quàm à veteribus diſſentiant ipſi auctoribus: ut æquiori ferant animo, ſi unus omnium illorum, ut liberè dicam, errorem redarguere ſuſceperim. ἀντιφατικαὶ enim, atque eo quidem ſenſu, quo ἀντίφασιν accipit Philoſophus περὶ ἑρμηνείας Cap. VII. ſibi mutuò ſunt hæ ſententiæ duæ: vetuiſſe Quintum Voconium, ne à cenſis mulieres heredes inſtituerentur: permiſiſſe Voconium, ut a cenſis mulieres heredes inſtituerentur; quarum una idcircò ſi vera, altera falſa ſit, neceſſe eſt, ex certiſſimo Ariſtotelis ibidem totiuſque adeò Peripateticæ Philoſophiæ, decreto. Ὅσαι μὲν οὖν ἀντιφάσεις καθόλου εἰσὶ τῶν καθόλου, ἀνάγκη τὴν ἑτέραν ἀληθῆ εἶναι ἢ ψευδῆ. καὶ ὅσαι ἐπὶ τῶν καθ' ἕκαστα. οἷον, ἔστι Σωκράτης λευκὸς, οὐκ ἔστι Σωκράτης λευκός. id eſt, ex Julii Pacii verſione: *Quæcumque igitur rerum univerſalium contradictiones ſunt univerſaliter, earum neceſſe eſt alteram eſſe veram, vel falſam &, quæcunque ſunt de rebus ſingularibus, ut, eſt Socrates albus, non, eſt Socrates albus.*

II. Ex illis autem duabus ἀντιφάσεως partibus, prima graviſſimos auctores habet, Tullium, Auguſtinum, Pedianum, alios, qui ex Veteribus Voconiam legem attigerunt: è quibus Lucius Florus, ſive, quod ego opinor, T. ipſe Livius in Epitome lib. XLI. *Cenſa ſunt civium capita CCLXXIII. CCXLIII. Quintus Voconius Saxa Tribunus plebis legem tulit, ne quis heredem mulierem inſtitueret. Suaſit legem Marcus Cato, extat oratio ejus.* Alteram verò recentes unanimi ferè conſenſu ſcriptores adſtruunt: quorum proinde ſi vera opinio, falſitatis inſimulentur veteres illi, oportet. Nam, quanquam ex quadrante, non ex aſſe, quis heres inſtituatur; verè tamen inſtituitur, omnique, è legibus, veri juſtique heredis jure gaudet, ut Juriſconſulti omnes fatentur. Nec aliud ad heredis inſtitutionem exegit Falcidius, niſi ut apud eum quarta bonorum pars remaneret. Sic Liviam, quam ex triente tantùm heredem ſcripſerat Auguſtus, heredem ἁπλῶς nominat Corn. Tacitus Annal. lib. I. Jam verò, ſi, Voconium permiſiſſe volunt, ut cenſi mulierem ex quadrante heredem facerent, aut, quod ait Hotomanus, tunc facerent, cum plus legatis inſumerent, quàm in hereditate relinquerent; quis non videat, quàm falſum ſit, quod veteres Romanarum rerum auctores teſtantur? Nec enim hic aliquid illi diſtinguunt, quibus neque in legibus intelligendis acumen defuit, neque in explicandis eloquentia; nec illo additamento utuntur, ut ſupra quadrantem dicant, ex Voconio Plebiſcito, non licuiſſe cenſis hominibus heredem mulierem teſtamento ſcribere; nec hujuſmodi aliis Voconiam legem terminis definiunt: ſed ἁπλῶς ajunt, ἁπλῶς affirmant, ἁπλῶς purèque teſtantur, latam hanc eſſe à Q. Voconio legem, ne quis cenſus heredem feminam inſtitueret. Atqui hoc falſum eſſe manifeſtè ſequitur, ſi, quanquam ex quadrante, aut ex minore legatis ipſis portione; heres tamen potuerit mulier per Voconiam legem ab eo, qui cenſus eſſet, inſtitui. Quibus verò fides à nobis adhibenda; an veteribus, qui non permiſiſſe Voconium teſtantur, ut, qui cenſus eſſet, heredem mulierem aut virginem faceret; an vero recentibus hominibus, qui id aſſerunt Voconium permiſiſſe? Si ſcripſiſſent veteres, licuiſſe per Voconiam legem, mulierem ex quadrante inſtituere heredem: nonne falſa mea & ſtulta opinio, ſi illud a Voconio ſancitum eſſe affirmarem, nequa mulier heres inſtitueretur? Scripſerunt veteres indubiatæ fidei auctores, cautum eſſe Plebiſcito Voconio, nequa mulier a cenſo homine heres fieri poſſet: & non vehementer docti omnes ætatis noſtræ viri aberraverint, qui exiſtimant, ab eo, qui cenſus eſſet, heredem ex quadrante fieri mulierem Voconium non prohibuiſſe? Nobis vero, ſi ſapimus, ubi Romana antiquitas agitur, veterum potius ſtandum eſt teſtimonio, quam novitiorum ſcriptorum commento, qui nonniſi ea cognoſcere & teſtari potuerunt, quæ a veteribus accepiſſent.

III. Sed & illud prætereà addam, quod maximi roboris eſſe puto ad faciendam fidem, maximæque ad novam opinionem ex omnium animis convellendam auctoritatis. Nam, ſi aut patri, aut cuicunque alteri cenſo per Voconiam licuiſſet legem, filiam aut aliam quamcunque mulierem heredem ex quadrante inſtituere; neque lex ea injuſta viſa eſſet Ciceroni, neque adverſus illam tanto eum impetu Auguſtinus inſurrexiſſet. Quid enim amplius deberetur filiæ, quàm ut honore afficeretur inſtitutionis, bonorumque eî quadrans relinqueretur? aut quis unquam, Romanorum Principum, poſt Falcidiam legem atque ante Juſtinianum, Reſcripta reprehenderit, qui, ut infra videbimus, filio quidem heredi quartam patrimonii portionem deberi; ſed reliqua tamen bona omnia paterno omnino arbitrio permittenda eſſe, voluerunt? Quintus autem Voconius ſi legem ſuam compoſuiſſet, ut, quæ ex æquitate quadam naturæ liberis deberetur, hereditatem non abſtuliſſet; ſed illud duntaxat prohibuiſſe filiabus relinqui, quod plus juſto eſſe videbatur, & quod paterfamilias, abſque ullo crimine impetatus, poterat ad externos, quos vellet, homines teſtamento deferre: ne nimiâ ſcilicet feminarum potentia Romana Reſpublica premeretur. Nam & nimias mulierum copias apud Lacedæmones maximo in vitio Reipublicæ ponit Ariſtoteles lib. II. Politicorum cap. IX. Ἔστι δὲ καὶ τῶν γυναικῶν σχεδὸν τῆς πάσης χώρας τῶν πέντε μερῶν τὰ δύο, τῶν τε ἐπικλήρων πολλῶν γινομένων, καὶ διὰ τὸ προῖκας διδόναι μεγάλας. καίτοι βέλτιον ἦν μηδεμίαν, ἢ ὀλίγην, ἢ καὶ μετρίαν τετάχθαι. νῦν δὲ ἔξεστι δοῦναί τε τὴν ἐπίκληρον ὅτῳ ἂν βούληται κἂν ἀποθάνῃ, μὴ διαθέμενος, ὃν ἂν καταλίπῃ κληρονόμον, οὗτος, ᾧ ἂν θέλῃ δίδωσι. Τοιγαροῦν δυναμένης τῆς χώρας χιλίους ἱππεῖς τρέφειν καὶ πεντακοσίους, καὶ ὁπλίτας τρισμυρίους οὐδὲ χίλιοι τὸ πλῆθος ἦσαν. γέγονε δὲ διὰ τῶν ἔργων αὐτῶν δῆλον, ὅτι φαύλως αὐτοῖς εἶχε τὰ περὶ τὴν

τάξιν

τάξις ταύτης. μᾶλλον δὲ ἀνισότης οὐχ ὑπάρχει ἡ πόλις, ἀλλ᾽ ἀπώλετο διὰ τὴν ὀλιγανθρωπίαν. i. e. Dionyſio Lambino interprete: *Jam verò ex quinque totius agri partibus duæ ferè ſunt mulierum, tum quia multæ puellæ orbæ fiunt, ad quas omnium paternorum bonorum pervenit hereditas, tum quia magnæ ſunt puellarum nubentium dotes. Atqui præſtabat, vel nullam, vel exiguam, vel mediocrem eſſe præſinitam. Nunc autem & patri filiam paternorum bonorum heredem futuram, cuilibet in matrimonium collocare licet: &, ſi pater mortuus ſit inteſtatus, aut non expreſſerit teſtamento, cui filiam ſuam collocari velit: quem heredem reliquerit, hic, cui velit, collocat. Itaque quum poſſet ager Spartanus mille & quingentos equites, & triginta millia gravioris armaturæ peditum alere, ne mille quidem numero erant. Re autem & eventu planum factum eſt, hæc ab eis perperam eſſe inſtitutum. Non enim una plaga huic civitati inflicta eſt, ſed ea funditus interiit propter hominum penuriam.* Quæ hic igitur tanta illa Voconiæ legis improbitas, ut, quid iniquius dici aut cogitari poſſit, ſe ignorare Auguſtinus fateatur? Si non impium, neque inofficioſum patrisfamilias teſtamentum; cur injuſta lex, quæ teſtamento illi nullâ ex parte adverſatur? Si lex juſta; cur eam optimi juſtiſſimique veterum viri, veluti immane quoddam humanæ impietatis monſtrum improbârunt? Quòd ſi improbarunt illi juſtiſſime; injuſta igitur lex, injuſtum teſtamentum ob eam, quam ipſi afferunt, cauſſam, quòd Voconius nempe vetuerit, ne quis cenſus mulierem ullam, vel unicam etiam filiam, heredem inſtitueret.

C A P U T X.

Alio etiam ex capite vitioſa lex Voconia. Julii Paulli locus diligenter excuſſus. Veterum codicum lectio reſtituta. An per mediam Juriſprudentiam Juſtinianus Voconiam legem intellexerit? Legis definitio. Lex ſtricta ſenſu, ſpecies una Juris ſcripti. Juriſprudentiæ definitio. Quid populariter per legem intelligamus. Altior legis ſupra vulgus, e Philoſophorum mente, conſideratio. Lex Clementi Alexandrino quomodo definita. Lex Græcis νόμος ἀπὸ τοῦ νέμειν. *Lex æterna, ac naturalis, e Tullio præclarè illuſtratæ. Lex, aliquid* διαταντικὸν. *Legis* ἐτυμολογία, *quam affert B. Thomas. Aquinas, improbata. Alia legis definitio. Legis & Juriſprudentiæ apud Juriſconſultos diſtinctio. Ubi Voconiæ legis meminerit Juſtinianus. Per Mediam Juriſprudentiam Juriſprudentes ipſi intellecti. Horum aliqui enumerantur. Sexti Pomponii* ἐγχειρίδιον. *Explicatus Paullus. Jus Civile explicatum. Pomponii locus reſtitutus a Goveano. Quid ſit Voconiana ratio. Ad Voconiæ legis normam antiqua de mulierum legitimis hereditatibus jura conformata. Ad teſtamentaria tantùm hereditates reſpexit Voconius. Cur mulierum hereditates coërcitæ. Antiquum hoc jus ſecuti, Ulpianus. Caius, Divus Alexander, Decius. Admiſſa ad legitimam ſucceſſionem filia. Neque id vetuit Voconius. Probatum ex Juſtiniano: Lex Voconia, Præſentiſſimum coërcendis mulierum hereditatibus remedium. Fieri potuit, ut Voconius teſtamentarias mulierum hereditates vetaret; legitimas permitteret. Quâ potuerit Paulli locus depravari. Mediam Juriſprudentiam ex æquo & bono Prætores moderati. Graviſſima Juſtiniani Conſtitutio. Explicatur, quid nova lex Juſtiniana. Conſuetudo, altera lex. Principum Conſtitutiones, leges.*

I. NEque eâ ſolùm de re Voconia lex ſapientibus merito viris reprehendenda; ſed alio quoque ex capite, vitioſa videri potuit, quòd, ſi nos Julius Paullus non fallit, aut potiùs in Paullo intelligendo non fallimur ipſi, exceptis conſanguineis ſororibus, nulli alteri feminæ hereditatem ab inteſtato, agnationis jure, deferendam eſſe decreverit. Sic enim Paullus Receptarum Sententiarum ad Filium lib. IV. tit. VIII. de Inteſtatorum ſucceſſione: *Feminæ ad hereditates legitimas, ultra conſanguineas ſucceſſiones, non admittuntur: idque jure civili, vel Voconiâ narratione videtur effectum. Ceterùm lex XII. Tabularum nullâ diſcretione ſexûs cognatas admittit.* Quo in loco quum, Jacobo Cujacio teſte, quidam codices habeant, *jure civili, Voconianâ ratione*; emendat ipſe; *jure civili, Voconianâ rogatione.* Ego verò non temere illorum codicum lectionem ſollicitaverim, quam veriſſimam puto. In eam enim conjecturam facilè adducor, ut exiſtimem, Plebiſcito Voconium ſuo ad teſtamenta ſolum, ne plus nimio indulgerent ſibi in mulieres viri, non ad agnatorum ſucceſſiones, aut hereditates ab inteſtato, reſpexiſſe. Nam nullus alius veterum, qui Voconiæ legis meminerit, id illi attribuit, quod ſignificare Paullum volunt, ut legitimâ agnatorum ſucceſſione ſolæ ex mulieribus conſanguineæ ſorores fruerentur. Id equidem ad Mediam Juriſprudentiam referendum eſſe Juſtinianus teſtatur Inſtitutionum lib. III. *de legitimâ Agnatorum ſucceſſione.* §. *Ceterùm. Et hæc quidem,* ait Imperator, *lex duodecim Tabularum nullo modo introduxit; ſed, ſimplicitatem legibus amicam amplexa, ſimili modo omnes agnatos ſive maſculos ſive feminas, cujuſcumque gradûs, ad ſimilitudinem ſuorum, invicem ad ſucceſſionem vocabat. Media autem Juriſprudentia, quæ erat quidem Lege XII. Tabularum junior; Imperiali autem diſpoſitione anterior, ſubtilitate quadam excogitatâ, præfatam differentiam inducebat; & penitus eas à ſucceſſione adgnatorum repellebat, omni aliâ ſucceſſione incognitâ.* Sed quòd per mediam Juriſprudentiam Voconiam legem Juſtinianus intelligat: hæc verò dura nimis, præpoſtera, atque à communi hominum ſermone aliena, viſa mihi ſemper eſt explicatio.

II. Quis enim unquam legem, quam Tribunus plebis rogaverit, Juriſprudentiæ nomine intelligat? quum Lex ſit commune quoddam præceptum, ex Papiniano Lege I. D. *de Legibus & Senatuſconſultis*, ſive, ſi ſtrictior placet Juſtiniani definitio Inſtitutionum lib. I. tit. II. *de Jure naturali, gentium & civili.* §. IV. *quod populus Romanus Senatorio magiſtratu interrogante, veluti Conſule, conſtituebat.*

ſtituebat: quatenus nempe ſpecies una lex eſt juris ſcripti, atque a reliquis legibus, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, Principum placitis, Magiſtratuum Prætorumve edictis diſtinguitur. Quod etiam diſcrimen agnovit Iſidorus Hiſpalenſis Originum lib. V. cap. X. ubi legem ſimiliter definit: *Lex eſt conſtitutio populi, qua majores natu ſimul cum plebibus aliquid ſanxerunt.* Juriſprudentia autem ex Ulpiano lib. I. Regularum, *divinarum atque humanarum rerum notitia, juſti atque injuſti ſcientia.* L. *Juſtitia.* D. *de Juſtitiâ & Jure.* Opinor enim, nos hîc populariter loqui, locutumque eſſe Juſtinianum, ita ut vocemus *eam legem, quæ ſcripto ſancit quod vult, aut jubendo, aut vetando, ut vulgus appellarit.* Alioquî, ſi non ex ſermonis more uſitati, ſed paullò altiùs ſupraque vulgi conſuetudinem loqui volumus, *lex eſt*, qualis definitur a Marco Tullio lib. I. de Legibus, *ratio ſumma inſita in naturâ, quæ jubet ea, quæ facienda ſunt, prohibetque contraria. Eadem ratio, cum eſt in hominis mente confirmata & confecta, lex eſt. Itaque,* ait Tullius, *arbitrantur prudentiam eſſe legem, cujus ea vis ſit, ut rectè facere jubeat, vetet delinquere: eamque rem illi græco putant nomine a ſuum cuique tribuendo appellatam: ego noſtro, a legendo. Nam ut illi æquitatis, ſic nos delectus vim in lege ponimus: & proprium tamen utrumque legis eſt. Quod ſi ita rectè dicitur, ut mihi quidem plerumque videri ſolet, a lege ducendum eſt juris exordium. Ea eſt enim naturæ vis, ea mens ratioque prudentis, ea juris atque injuriæ regula.* Sic Clementi Alexandrino lib. I. Stromatum, & Senecæ lib. IV. de Beneficiis cap. XII. lex eſt, *regula juſtorum & injuſtorum.* Græcis enim *νόμος* dicitur *ἀπὸ τοῦ νέμειν*, quòd ſuum unicuique tribuat. Legem illam paullò poſt more ſuo declarat hoc eſt præclariſſimè, Marcus Tullius: *Eſt igitur, quoniam nihil eſt ratione melius eâque & in homine & in Deo, prima homini cum Deo rationis ſocietas: inter quos autem ratio, inter eoſdem etiam recta ratio communis eſt: quæ quum ſit lex, lege quoque conſociati homines cum Diis putandi ſumus. inter quos porro eſt communio legis, inter eos communio juris eſt: quibus autem hæc ſunt inter eos communia, & civitatis ejuſdem habendi ſunt. Si verò iiſdem imperiis & poteſtatibus parent: multò etiam magis. Parent autem huic celeſti deſcriptioni, mentique Divinæ, & præpotenti Deo: ut jam univerſus hic mundus, una civitas communis Deorum atque hominum exiſtimanda ſit.* Atque iterum magnificentiſſimè lib. II. *Hanc igitur video ſapientiſſimorum fuiſſe ſententiam, legem neque hominum ingeniis excogitatam, nec ſcitum aliquod eſſe populorum: ſed æternum quiddam, quod univerſum mundum regeret, imperandi prohibendique ſapientiâ. Ita principem legem illam & ultimam, mentem eſſe dicebant, omnia ratione aut cogentis aut vetantis Dei: ex qua illa lex, quam Dii humano generi dederunt, rectè eſt laudata. Eſt enim ratio menſque ſapientis ad jubendum & ad deterrendum idonea.* Et infra. *Ergo ut illa Divina mens, ſumma lex eſt, item cum in homine eſt perfecta, eſt in mente ſapientis: quæ ſunt autem variæ & ad tempus deſcriptæ populis, favore magis, quàm re, legum nomen tenent.* Sed æterna hæc atque immutabilis lex, aliaque hujuſmodi de legibus paullò ſubtiliora, quàm quæ vulgus capiat & loquatur; philoſophantibus relinquantur: è quibus, ſanctiſſimus argutiſſimuſque vir, Thomas Aquinas aliquid *διανοητικὸν* legem eſſe probat I. II. quæſtione XC. artic. I. his verbis: *Dicendum, quòd lex, quædam regula eſt & menſura actuum, ſecundum quam inducitur aliquis ad agendum, vel ab agendo retrahitur. Dicitur enim lex a ligando: quia obligat ad agendum. Regula autem & menſura humanarum actuum eſt ratio, quæ eſt principium primum actuum humanorum, ut ex prædictis patet. Rationis enim eſt ordinare ad finem, qui eſt primum principium in agendis, ſecundum Philoſophum. In unoquoque autem genere, id, quod eſt principium, eſt menſura & regula illius generis: ſicut unitas in genere numeri; & motus primus in genere motuum. Unde relinquitur, quòd lex ſit aliquid pertinens ad rationem.* Hæc, ut cetera omnia, quæ ad ratiocinandi diſſerendique vim pertinent, ingenioſè adeò acutèque Beatus Thomas Aquinas, ut facilè à nobis veniam illius *ἐτυμολογίας* obtinere poſſit, qua legem a *ligando*, non ſatis e Grammaticæ legibus, deflectit: a *legendo* enim lex eſt, ut certiſſimi auctores ſunt, Marcus Tullius eo, quem adduximus, loco, Marcus Terentius Varro lib. V. de Linguâ Latinâ, Iſidorus Originum lib. II. Cap. X. lib. V. Cap. III. ceteri, qui Latinè ſcripſerunt. nemo, niſi barbaræ ætatis ſcriptor, a *ligando* deduxerit. Neque verò hominis, ſed temporum, vitium illud fuit, ut cum rerum altiſſimarum ſcientiâ Latini ſermonis caſtitatem B. Thomas non conjungeret. Lex porro ſummo huic Theologo artic. IV. *nihil eſt aliud, quàm quædam rationis ordinatio ad bonum commune; ab eo, qui curam communitatis habet, promulgata*, qua certè definitione omnia legum genera comprehenduntur, æternæ, naturalis, humanæ, divinæ: quas quæſtione XCI. diligenter ſecernit atque examinat. Sed fruſtra hîc nos, ubi de civilibus legibus agimus, ſcholæ conſuetudo ad philoſophandum trahit, communi enim Jureconſultorum voce, nunquam per Juriſprudentiam lex ea, quæ hujus loci propria eſt, & popularis dicitur Tullio, intelligetur. Neque etiam alibi Juſtinianus Voconiam Legem nominat, ubi de medio illo legitimæ per adgnationem ſucceſſionis jure agit: ſed, aut *antiquam ſubtilitatem* appellat, ut in Leg. *Maximum vitium.* C. *de liberis præteritis*, aut *poſteritatem*, ut in Lege XIV. C. *de legitimis heredibus*, quum tamen, ubi de teſtamentis res eſt, Voconiam ſemel Legem expreſſerit ad tit. *de Lege Falcidiâ* in Inſtitutionibus.

III. Itaque per Mediam hanc Juriſprudentiam Juriſprudentes ipſos cum Theophilo accipere malim: non eos certè, qui ſub Imperatoribus ante Juſtinianum floruerunt, ut, Salvium Julianum, Julium Paullum, Domitium Ulpianum, Æmilium Papinianum, Publium Juventium Celſum, Ælium Marcianum, pleroſque alios, quorum operâ Imperatores ipſi plurimùm uſi (falluntur enim, qui Mediam hujuſmodi Juriſprudentiam poſterioribus illis temporibus alligant) ſed alios vetuſtiores, qui, nondum mutatâ Romanæ Reipublicæ formâ, poſt Marcum Catonem Porciæ Familiæ Principem, ad Cæſarem uſque atque ad Auguſtum, Juris civilis ſcientiâ maximam ſibi laudem compararunt, Publium videlicet & Quintum Mucios, Publ. Rutilium Rufum, Paullum Verginium, Quintum Tuberonem Stoicum, Sextum Pompeium Gnæi Pompeii patruum; Juriſconſultorum diſertiſſimum Lucium Craſſum, Aquilium Gallum, Balbum Lucilium, Sextum Papirium, Servium Sulpitium, Alfenum Varum, Aulum Ofilium, Aufidium Tuccam, Aufidium Namuſam, Labeonem Antiſtium Labeonis Antiſtii patrem, Cinnam ceteroſque, quos libro ſingulari Enchiridii diligentiſſimè proſecutus eſt Sextus Pomponius. Hos etiam omnes prudentiſſimos viros, quibus Media Juriſprudentia maximè conſtitit, arbitror ab Julio Paullo intelligi, dum ſcribit, *jure civili, Voconiana ratione*, effectum eſſe videri, ut feminæ ad hereditates legitimas, ultra conſanguineas ſucceſſiones, non admitterentur. Jus enim civile non ex Legibus tantum, Plebiſcitis, Senatuſconſultis, decretis Principum, profluit; verùm etiam ex auctoritate prudentum virorum, ut Papinianus lib. I. Definitionum teſtatus eſt. L. *Jus autem.* D.

de

Digitized by Google

de Juſtitiâ & Jure; atque ante illum Cicero in Topicis ad Caium Trebatium: *ut ſiquis jus civile dicat id eſſe, quod in legibus, Senatuſconſultis, rebus judicatis, juriſperitorum auctoritate, edictis magiſtratuum, jure, æquitate, conſiſtat.* Unde Pomponius de civili Romanorum jure: *His legibus latis, cepit (ut naturaliter evenire ſolet, ut interpretatio deſideret prudentum auctoritatem) neceſſaria eſſe diſputatio fori:* ita enim locum hunc, in Pandectis Florentinis depravatum, reſtituendum cenſeo cum Antonio Goveano Lectiunum Variarum Juris Civilis Lib. I. cap. XXIV.

IV. Pergit Pomponius: *Hæc diſputatio, & hoc jus, quod ſine ſcripto venit, compoſitum a prudentibus, propriâ parte aliquâ non appellatur, ut ceteræ partes juris ſuis nominibus deſignantur, datis propriis nominibus ceteris partibus; ſed, communi nomine, appellatur Jus-Civile.* Ex infra. *Ita in civitate noſtrâ aut jure, id eſt, lege, conſtituitur; aut eſt proprium Jus civile, quod, ſine ſcripto, in ſolâ prudentum interpretatione conſiſtit:* id eſt, quod non auctoritate publicâ; aut populi juſſu, ſcriptum decretumque eſt: ſed, ex prudentum reſponſis dimanavit. Ut meritò civili jure factum eſſe quis dixerit, quod illorum, quos ejus juris auctores, conditores antiſtiteſque habemus, ſententiâ & communi quodam veluti decreto, conſtitutum ſit, utcumque paullò aliter, atque e Romanorum ſub Principibus more, jus civile diſtinxerit Juſtinianus lib. I. tit. II. *de Jure naturali, gentium & civili*, ubi ſcripto juri prudentum reſponſa accenſet, non illâ tantùm de cauſſâ, quòd reſponſa hujuſmodi in Pandectarum libros referri juſſiſſet; verùm etiam, quòd, acceptâ tunc a Cæſaribus auctoritate, jus populo interpretari atque reſponſitare, poſteriores Jureconſulti ſoliti eſſent. *Nam*, Juſtiniano ibidem auctore §. VIII. *antiquitus conſtitutum erat, ut eſſent, qui jura publicè interpretarentur: quibus a Cæſare jus reſpondendi datum eſt, qui Juriſconſulti appellabantur: quorum omnium ſententiæ & opiniones eam auctoritatem tenebant, ut judici recedere a reſponſis eorum non liceret.* Quod ne ad antiquiora illa Romanæ Reipublicæ tempora referatur; e Pomponio illuſtramus lib. ſingulari Enchiridii: *Ante tempora Auguſti, publicè reſpondendi jus non a Principibus dabatur: ſed, qui fiduciam ſtudiorum ſuorum habebant, conſulentibus reſpondebant, neque reſponſa utique ſignata dabant; ſed plerumque judicibus ipſis ſcribebant, aut teſtabantur, qui illos conſulebant. Primus Divus Auguſtus, ut major juris auctoritas haberetur, conſtituit, ut ex auctoritate ejus reſponderent: & ex illo tempore peti hoc pro beneficio cepit, & ideo optimus Princeps Adrianus; quum ab eo viri prætorii peterent, ut ſibi liceret reſpondere, reſcripſit eis: Hoc non peti, ſed præſtari ſolere: & ideò, ſiquis fiduciam ſui haberet, delectari ſe, populo ad reſpondendum ſe præpararet. Ergo Sabino conceſſum eſt a Tiberio Cæſare, ut populo reſponderet.* De his Juriſprudentibus Iſidorus Originum lib. V. cap. XIV. *Reſponſa ſunt, quæ Juriſconſulti reſpondere dicuntur conſulentibus; unde & reſponſa Paulli dicta. Fuerunt enim quidam prudentes & arbitri æquitatis, qui inſtitutiones civilis juris compoſitas ediderunt; quibus diſſidentium lites contentioneſque ſopirent.* Sic igitur Paullum explicaverim, ut illorum poſt Voconiam legem temporum Juriſconſulti in eam omnes ſententiam convenerint, ut mulieres ultra conſanguineos ab inteſtato non ſuccederent.

V. Id *Voconianâ ratione* effectum videri aït Paullus; id eſt, ut ego explico, formâ, μεθόδω, in morem, ad exemplum, Voconiæ legis, acceptâ *ratione*, eo ferè ſenſu, quo ſumit Poëta Lucretius lib. VI. v. DV.

Conſimili ratione ex omnibus amnibus humor
Tollitur in nubeis, & v. DCCCLXXIX.
Tædaque conſimili ratione accenſa per undas.

& Juſtinianus *de hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur* §. *Cum filius. Pari ratione &, ſi nepos neptiſve ſit ex filio, & ex nepote pronepos proneptiſve, ſimul vocantur. Voconianâ* ergo *ratione* jus iſtud de legitimâ adgnatorum ſucceſſione prudentiſſimi viri conſtituerunt, quod ad Voconiæ Legis ſeveritatem jus ſuum qualitercumque conformaverint; &, quæ Voconium cauſſa moverat, ut mulieres a Cenſie heredes fieri, latâ lege, vetaret; eadem illis ad coërcendas mulierum ab inteſtato hereditates præluxerit. Quum enim eâ parte, quæ teſtamenta heredumve inſtitutionem continet, ſatis Plebiſcito ſuo caviſſet Quintus Voconius, ne muliebris ſupra modum atque ad civitatis perniciem ſeſe efferret potentia, cenſis hominibus prohibitis heredes feminas inſtituere; nihil autem de inteſtatorum hominum hereditatibus ille cogitaſſet: id ſibi non abſimili ratione, quoad legitimas ſucceſſiones, veteres illi Civilis juris interpretes obſervandum eſſe exiſtimarunt, ut, ſi feminas ab inteſtatorum hereditatibus univerſe non rejicerent; cohiberent tamen, quantùm poſſent; adgnationiſque jure, ceteris excluſis mulieribus, ſorores tantum conſanguineas ad legitimam hereditatem admitterent: quum tamen adgnati mares, etiamſi longiſſimo, puta, decimo, diſtarent gradu, ad eam hereditatem vocarentur. *Qua de cauſſâ*, inquit Juſtinianus Inſtitut. lib. III. de legitimâ Adgnatorum ſucceſſione. §. *Ceterum fratris tui aut patrui tui filiæ, vel amitæ tuæ hereditas ad te pertinebat; tua verò ad illas non pertinebat. Quod ideò ita conſtitutum erat, quia commodius videbatur, ita jura conſtitui, ut plerumque hereditates ad maſculos confluerent.*

VI. Hæc verò eſt illa Voconiana ratio: quam Paullus commemorat, & antiquiores Romani Juris Antiſtites præ oculis habuerunt. Hos & ceteri ſecuti poſterioris ætatis Juriſconſulti, atque ipſi etiam Imperatores. ut, Ulpianus tit. XXVII. de legitimis heredibus. *Ad feminas, ultra conſanguineorum gradum, legitima hereditas non pertinet. itaque ſoror fratri ſororive legitima heres fit.* Caius tit. VIII. de inteſtatorum hereditatibus. *In feminis verò alia conditio eſt: quia inter feminas ſola tantum ſoror conſanguinea habetur adgnata, ut, germano ſuo defuncto, ab inteſtato ei adgnationis jure ſuccedat. Reliquæ feminæ, hoc eſt, amita* (non, *amitæ*, ut vulgò excuſum eſt) *ideſt, patris ſoror, vel fratris filia, nec in capiendis hereditatibus propinquorum legitima ſunt; nec maſculis propinquis, adgnationis jure, ſuccedunt. Ipſarum verò hereditates ad maſculos propinquos, adgnationis conditione, perveniunt.* Alexander Auguſtus. *In ſucceſſione, quæ titulo conſanguinitatis; vel in bonorum poſſeſſione, quæ proximitatis nomine competit; tam fratres quam ſorores, pari jure eſſe (licet non ex eadem matre ſuſcepti ſint) jus certum eſt.* Lege I. C. *de legitimis heredibus*, Decius Aug. *Conſanguinitatis jure & feminas ad inteſtatorum ſucceſſionem admitti poſſe, explorati juris eſt.* Lege III. C. ibidem. Conſanguineos autem in Juriſconſultorum voluminibus fratres tantùm eodem patre atque ſorores intelligi, apud omnes conſtat.

VII. Hinc etiam multò potiori jure, ex illorum temporum ſententiâ, ad legitimas ſucceſſiones e mulieribus admiſſæ, quæ heredum ſuorum numerò adſcriberentur, ut filia, atque ex filio quoque neptis, quæ in poteſtate morientis fuerint. Quod enim Quintus Voconius non vetuerit filiam inteſtati patris hereditati ſuccedere; ſed probaverint id potiùs veteres illi Juriſconſulti: præter alia egregia argumenta, certiſſimè colligere mihi videor ex Juſtiniani verbis, quæ, ex antiqui Juris ignoratione, obſcura pleriſque videntur. Lege IV. C. *de liberis præteritis vel exheredatis. Maximum vitium antiquæ ſubtilitatis præſenti lege corrigimus, quæ putavit alia eſſe jura obſervanda in ſucceſſione parentum, ſi ex teſtamento veniant, in maſculis, & alia in feminis;*

nis: quum ab inteſtato ſimile jus utrique ſexui ſervaverint. Unde, etſi Voconius, ut perdito virorum erga mulieres amori immenſæque largitati frenos aliquos injiceret, teſtamentariâ eorum, qui cenſi eſſent, hereditate mulieribus interdixerit; non prohibuit tamen, ne legitimæ ad illas ſucceſſiones deferrentur. Quod certè præſentiſſimum erat coërcendis mulierum hereditatibus remedium. Nam, ſi quis cenſus partem hereditatis alteri relinquere, aut aliquid legare, vellet; quum legata illis temporibus non niſi ex teſtamento valerent, aut inteſtatus mori, aut aliam quemcunque, præter mulierem, vel unicam etiam filiam, inſtituere heredem cogebatur. Quid ſi vera tamen ſit illa Cujacii emendatio; vereque rogatione ſuâ caverit Voconius, ne feminæ ad hereditates legitimas, ultra conſanguineas ſucceſſiones, admitterentur? jam enim conſtat, utrumque fieri potuiſſe, ut ſimul & mulierem aliquam, vel unicam filiam, heredem inſtitui prohiberet [quod ad teſtamenta pertinet] & alicui nihilominùs feminæ, ſive filiæ, ſive conſanguineæ ſorori, inteſtati hominis hereditatem concederet: quod ad legitimam ſucceſſionem ſpectat. Sed illud tamen longè veriſimilius, quod nos conjicimus, nihil ad legitimas hujuſmodi ſucceſſiones; ſed, ad teſtamenta tantùm heredumve inſtitutiones legem pertinuiſſe Voconiam: Paulli verò Juriſconſulti locum quamfacillimè interpolari potuiſſe. Quum enim librarius forſan quidam, quod diſtinctis ſpatio aliquo vocibus ſcribendum fuerat, *Voconianâ ratione:* continuâ unâ litterarum ſerie ità exaraſſet: *Voconianaratione*; inde factum, ut poſtea, diviſis malè vocibus, additâque littera unâ, ſcriberetur: *Voconiâ narratione.* Sic ſæpe in libris falſæ pro veris lectiones obtruduntur; boniſque adeò adfingitur auctoribus, quod nunquàm ipſi ſomniarunt. Hoc quidem noſtrum eſt de toto illo Paullino loco judicium.

VIII. Etſi autem Mediæ illius Juriſprudentiæ duritiam ex æquo & bono Prætores paullatim moderati fuerint, ut Juſtinianus teſtatur Inſtitut. lib. III. *de legitimâ adgnatorum ſucceſſione.* §. *Ceterum:* quum tamen non ſatis hi aſperitatem juris correxiſſent; longa poſt tempora, ex Orbe illam Romano penitus abolevit Juſtinianus ipſe, tum eodem Inſtitutionum loco, tum in Codice Lege XIV. *de legitimis heredibus.* Pulcherrima ibi eſt, quanquam paullò verboſior, & Imperatoris gravitate digniſſima, Juſtiniani Conſtitutio: cujus aliqua hic verba ad antiqui Juris illuſtrationem exſcribere non pigebit. *Cui enim,* inquit, *ferendum eſt, ab inteſtato ſucceſſionibus ſuas quidem filias, ad ſimilitudinem maſculæ ſobolis, in parentis vocari ſucceſſionem, & iterum germanas jure conſanguinitatis eandem ſibi vindicare prærogativam; deinceps autem legitimas feminarum perſonas, ſi jura conſanguinitatis non poſſident, a ſucceſſione legitimâ repelli, quum maribus eadem ſucceſſio pateat? Quare etenim patris ſoror non ad ſucceſſionem filii fratris ſui una cum maſculis vocatur; ſed aliud jus in amitis, aliud in patruis obſervatur? Vel qua ratione fratris filius ad ſucceſſionem patrui vocatur; germana autem ejus ab eadem ſucceſſione recluditur? Hujuſmodi itaque legis antiquæ reverentiam & nos anteponi novitati legis cenſemus: & ſancimus omnes legitimas perſonas (idest, per virilem ſexum deſcendentes) ſive maſculi ſive feminini generis ſint: ſimili modo ad jura legitimæ ſucceſſionis ab inteſtato vocari, ſecundùm gradûs ſui prærogativam: non ideò excludendas, quia conſanguinitatis jura ſecundùm germanæ obſervationem non habeant. Quum enim ubius ſanguinis jura remaneant per virilem ſexum incorrupta; quare naturam offendimus, & legitime juri derogamus? cum & aliam maximam injuriam res in ſe continet, pleriſque quaſi vultus inteſtinum incognitum. Quum enim & ad ipſarum mulierum ſucceſſionem maſculi jure adgnationis vocentur; quis patiatur, earum quidem hereditatem ad eos legitimo jure deferri; ipſas verò nec invicem ſibi, nec maſculis, eodem jure poſſe ſuccedere; ſed, propter hoc ſolum puniri, quòd feminæ natæ ſunt; & paterno vitio, ſi hoc vitium eſt, prolem innocentem gravari?* Quo in loco Juſtinianus per *novitatem* illam *legis*, cui ait antiquam XII. Tabularum legem anteponendam eſſe, ſcita intelligit atque interpretationes prudentum, quæ & legis appellatione continentur. Unde Papiniano lex etiam eſt *virorum prudentium conſultum.* Lege I. D. *de Legibus & ſenatuſconſultis.* Aut certè conſuetudinem intelligit, quæ, auctoribus ſummæ Juriſprudentiæ viris, vim legis apud Romanos, jam a pluribus ſeculis, obtinuerat. *Nam diuturni mores conſenſu utentium comprobati, legem imitantur,* ut Juſtininianus ſancit inſtitut. lib. I. *de Jure &c.* §. *Sine ſcripto.* Et Ulpianus lib. 1. de Officio Proconſulis: *diuturna conſuetudo pro jure & lege in iis, quæ ex non ſcripto deſcendunt, obſervari ſolet.* Lege XXXV. D. *de legibus & ſenatuſconſultis & longâ conſuetudine.* Immo, juxta Paullum lib. VII. ad Sabinum, *magnæ auctoritatis hoc jus habetur, quod in tantum probatum eſt, ut non fuerit neceſſe ſcripto id comprehendere.* Lege XXXVI. D. eo titulo. Sed & propriè nova ea Lex dici ab Juſtiniano potuit, quod, etſi abſque populi juſſu publicave Magiſtratûs alicujus auctoritate ceperit; fuerit tamen poſteà Romanorum Principum Reſcriptis confirmata, Alexandri, Decii, aliorum; atque, ex Cæſarum auctoritate, communi Juriſconſultorum ſuffragio recepta. Sic enim Juſtinianus ipſe præcipit in Inſtitutionibus tit. *de Jure &c.* §. VI. *Sed & quod Principi placuit, legis habet vigorem: quum lege Regiâ, quæ de ejus Imperio lata eſt, populus ei & in eum omne imperium ſuum & poteſtatem concedat. Quodcumque ergo Imperator per epiſtolam conſtituit, vel cognoſcens decrevit, vel edicto præcepit, legem eſſe conſtat.*

CAPUT

CAPUT XI.

Paullus iterùm explanatus. Adgnatorum & Cognatorum diſcrimen. XII. Tabularum Lex ab Juſtiniano prudenter revocata. Barbara Armeniorum lex. Reginæ aliquot laudatæ. Rejectæ in Galliâ a regni ſucceſſione feminæ, ſed non per Legem Salicam. Vera Ariſtotelis obſervatio. Periculoſa per feminam Reipublicæ adminiſtratio. Ariſtotelis monitum Voconiæ legis magna auctoritas. Ut Liviam ex triente adverſùs legem heredem faceret, petiit a Senatu Auguſtus. Dio explicatus. Vitioſa Xylandri verſio. Civilis juris ignarus Xylander. Quid legatum inter & hereditatem differat. Nemo ſimul & heres & legatarius. Quid καταλιπεῖν. *Solonis* ἐπιτάφιον. *& Ennii.*

I. ITaque novum ab Juſtiniano jus conſtitutum eſt, & ſapientiſſimè revocata XII. Tabularum lex, quæ, ut Paullus notat, *nullâ diſcretione ſexûs cognatos addmittit*: id eſt, ut intelligo, adgnatos, in quibus cognati continentur, qui enim adgnati, & cognati: quanquàm non qui cognati, adgnati quoque ſint. Qui autem propriè adgnati, explicat Juſtinianus, Ulpianus, Cajus, Juriſconſulti ceteri omnes; è quibus planiſſimè Paullus ipſe tit. eodem: *Inter adgnatos & cognatos hoc intereſt, quòd in adgnatis etiam cognati continentur: inter cognatos verò adgnati non comprehenduntur. Et ideo patruus eſt & adgnatus & cognatus; avunculus autem cognatus tantummodò.* Eam XII. Tabularum legem refert Cicero de Inventione lib. II. *Si paterfamiliâs inteſtatò moritur; familia pecuniaque ejus agnatûm gentiliumque eſto*, cui & hæc alia addi debet: *Si paterfamiliâs inteſtatò moritur, cui ſuus nec extabit heres, agnatus proximus familiam habeto* Sive ut alibi copioſior aliquantò habetur: *Inteſtatorum hereditates primò ſuorum heredum, velint nolintve, ſunto. His deficientibus, agnatus proximus familiam habeto.* Id verò ſanctiſſimè ſapientiſſiméque à prudentiſſimo Principe factum, & *L. Meminimus. C. de legitimis heredibus.* confirmatum, judico, ut vetuſtiſſima hæc XII. Tabularum jura reduceret, ſi de illorum bonorum ſucceſſione res ſit, quæ patrimonium appellantur. Unde & idem Juſtinianus Novellâ Conſtitutione XXI. ad Proconſulem Armeniæ Acacium, barbaram illam Armeniorum legem ſeveriſſimè reprehendit & corrigit, qua feminæ, inter alia, ab hereditariâ ſuorum adgnatorumque ſucceſſione excludebantur: *id quod*, ait, *multò etiam magis barbaricè in hunc uſque diem moribus apud ipſos comprobatum eſt, non ipſis tantùm iſta ferino more opinantibus; ſed & aliis gentibus dehoneſtantibus naturam, ſexumque femineum contumeliâ afficientibus, quaſi non ipſe à Deo creatus ſit, aut generationi aliquid conferat: ſed, quaſi abjectus & ignominioſus, extra omnem dignationem ac honorem haberi debeat.* Quòd ſi non de privatæ domûs; ſed de regni alicujus aut principatus ſucceſſione agatur; tunc equidem non facilè feminas à ſucceſſione excluſerim, quum & vetuſtis & recentibus temporibus Reginæ aliquot, rebus belli paciſque feliciter geſtis, parem maximis Regibus animum præ ſe tulerint: ſed nec etiam facilè admittendas putaverim, ut in Galliâ religioſè obſervari ſcimus, non ex Lege Salica, ut vulgò volunt; ſed, ex ſolemni Chriſtianiſſimi Regni omnibus ſeculis conſuetudine, ut teſtatur Johannes Tilius. Ἔτι δὲ τὸ ἄρρεν πρὸς τὸ θῆλυ φύσει ut verè acuteque vidit Ariſtoteles Politicorum lib. I. Cap. V. τὸ μὲν κρεῖττον, τὸ δὲ χεῖρον. καὶ τὸ μὲν ἄρχον, τὸ δὲ ἀρχόμενον. τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον ἀναγκαῖον εἶναι καὶ ἐπὶ πάντων ἀνθρώπων id eſt, ex Dionyſio Lambino: *Præterea mas cum feminâ comparatus, melior eſt, hæc autem deterior: & ille quidem imperare, hæc autem imperio parere debet. Eodem modo ſe res habeat etiam in omnibus hominibus, neceſſe eſt.* Et Cap. XII. Τό γὰρ ἄρρεν φύσει τοῦ θήλεος ἡγεμονικώτερον: εἰ μή που συνέστηκε παρὰ φύσιν. *Nam & mas ad principatum obtinendum aptior eſt, quàm femina, naturâ: niſi fortè ita comparatus eſt, ut à naturâ deſciverit.* Nimis autem periculoſa eſt, & facilè ad exteros alienoſque homines, cum magnâ populorum perniciè, prolapſura, Reipublicæ per feminam adminiſtratio. Atqui publici hîc tantùm boni, communiſque utilitatis, habenda eſt ratio, quæ privato cuicunque juri in immenſum præſtat. Qua de cauſâ & non nimis mulieroſus ſit, neceſſe eſt, qui imperat. Monet Ariſtoteles Politicorum lib. II. cap. IX. Καί τοι τί διαφέρει γυναῖκας ἄρχειν, ἢ τοὺς ἄρχοντας ὑπὸ τῶν γυναικῶν ἄρχεσθαι ταὐτὸ γὰρ συμβαίνει. *Atqui quid intereſt, utrùm mulieres Reipublicæ præſint atque imperent, an Reipublicæ præfecti mulierum arbitratu Rempubl. gerant? Idem enim utrimque mali proficiſcitur.*

II. Verùm, ne a Voconiâ adhuc lege abeamus; qualiſcunque demum, æqua, an iniqua, turpis an laudabilis, ea lex fuerit; variaque adeò, pro cujuſque arbitrio, hominum judicia: magna profectò illius fuit apud Romanos auctoritas, adeo ut Divus Auguſtus, qui, ſummâ uſus Principis potentate, mulieres quaſdam a Voconia lege, ut diximus, ſolverat; ipſe a Senatu petierit, ut ſibi adverſus Voconiam legem liceret, Liviam ſuam ex triente heredem teſtamento facere. Teſtatur id Dio Lib. LVI. &, qui Dionem in Epitomen redegit, iiſdem ferè verbis, Johannes Xiphilinus: Καὶ μετὰ τοῦτο τὰς διαθήκας αὐτοῦ Πολύβιός τις Καισάρειος ἀνέγνω ὡς μὴ πρέπον βουλευτῇ τοιοῦτό τι ἀναλέγεσθαι κατελέλειπτο δὲ ἐν αὐταῖς τὰ μὲν δύο μέρη τοῦ κλήρου τῷ Τιβερίῳ, τὸ δὲ λοιπὸν τῇ Λιουίᾳ (alibi Λιβίᾳ) ὥς τινες λέγουσιν. ἵνα γάρ τι καὶ ἐκείνη τῆς οὐσίας αὐτοῦ ἀπόνηται, παρὰ τῆς βουλῆς ᾐτήσατο, τοσοῦτον αὐτῇ καὶ παρὰ τὸν νόμον (ſcilicet, Οὐκώνιον, ad quam procul dubio legem reſpicit uterque auctor) καταλιπεῖν δυνηθῆναι. κληρονόμους μὲν δὴ οὕτως ἐγεγράφατο. κτήματα δὲ καὶ χρήματα πολλὰ πολλοῖς καὶ τῶν προσηκόντων οἱ καὶ τῶν ἀλλοτρίων, οὐχ ὅπως βουλευταῖς καὶ ἱππεῦσιν, ἀλλὰ καὶ βασιλεῦσι &c. id eſt, quod poſteà ſubditur, δοθῆναι ἐκέλευσε, *dari juſſit*. Cujus loci hæc eſt, juxta Guilielmum Blancum Albienſem, ſententia: *Poſt hæc quidam Polybius Cæſarianus tabulas teſtamenti ejus recitavit, quòd eas non deceret Senatorem legere; in eoque teſtamento Tiberius ex beſſe, Livia ex triente, ut nonnulli putant, heredes ſcripti erant. Nam Auguſtus, ut eam augeret ſuis facultatibus, petiverat a ſenatu, ut liceret ſibi tantumdem ei contra leges* (verius *legem*, ſcilicet Voconiam)

niam) *relinquere. Ab his heredibus ſcriptis, multa prædia magnámque pecuniam plerìſque hominibus propinquis ſuis & extraneis legavit; nec ſenatoribus ſolùm equitibuſque; ſed etiam regibus.* Blanci in Xiphilinum interpretationem adhibere malui, quàm Xylandri, qui Dionem vertit: quòd Xylandri verſio, hoc quidem in loco non negligentior ſolùm ſit, verùm etiam aliena; ſic enim hic vertit: *In teſtamento, ſicut quidam memoriæ tradiderunt, ex beſſe Tiberius, ex triente Livia heres inſtituebatur. Nam Auguſtus, ut ſuorum quoque aliqua bonorum pars ad Liviam pervenire poſſet, a Senatu petierat, ut tantum etiam præter legum præſcripta legare ei poſſet. Bona autem & pecuniam, &c.*

III. Qua in re non dicam, quàm Civilis Juris ignarum ſe Xylander oſtenderit. Sciunt enim omnes, qui qualemcumque juris notitiam hauſerunt, quàm hæc duo differant inter ſe legare quid alicui, & heredem facere, quod vel ille Ciceronis locus docere Xylandrum potuit: *quid ſi plus legarit, quàm ad heredem heredeſve perveniat?* eſt enim legatum, ſive, *delibatio hereditatis, qua teſtator ex eo, quod univerſum heredis foret, alicui quid collatum velit*, juxta Florentini definitionem, L. *Legatum.* D. *de Legatis & Fideicommiſſis I.* ſive, *quædam donatio teſtamento relicta*, ut definit Modeſtinus Lege XXXVII. D. *de Legatis & Fideicommiſſis II.* ſive, *donatio quædam, a defuncto relicta, ab herede præſtanda*, ut ſuppleſſe Juſtinianum volunt Inſtitut. *de Legatis.* §. *Legatum.* Unde reſcripſit olim Divus Antoninus, quod *appellatione hereditatis neque legata neque fideicommiſſa continentur. L. Si Titius. D. de legatis & fideicommiſſis III.* ortaque eſt communis illa Juriſprudentiæ regula: *neminem ſimul & heredem & legatarium eſſe poſſe.* Itaque, ſi ex triente heredem Liviam Auguſtus, præter legem, inſtituit; qua unquam ratione id legaſſe dicatur; quod ei hereditatis jure deferebat? neque enim locus ἀκύρως loqui permittit. Immo verò, quum Tiberius inſtitueretur ex beſſe heres; cur Auguſtus a Senatu peteret, ut adverſùs legem liceret ſibi, tertiam bonorum ſuorum partem legare Liviæ? quandoquidem Voconia illâ lege nulla prohibebatur fœmina, trientem, legati nomine, accipere, quando plus ad heredem perventurum erat. Atque ut καταλιπεῖν idem aliquando ſit, ac *legare*; ea tamen non eſt loco huic accommoda vel opportuna ſignificatio: magis autem propriè frequentiorique apud Græcos ſenſu, accipi ſolet pro eo, quod eſt Latinis *relinquere*, & hereditati perteque eſt ac legatis commune, ut, apud Ariſtotelem Lib. II. Politicorum Cap. IX. de Lacedæmonum legiſlatore Lycurgo: δοῦναι δὲ καὶ καταλιπεῖν ἐξουσίαν ἔδωκε τοῖς βουλομένοις: *dilargiri verò & relinquere voluit poſſe, qui vellent.* Poëticè verbum illud hac ſignificatione uſurpatur a Solone, Sapientiſſimo totius Græciæ viro, in his, quos de ſuo funere ſcripſit, verſiculis:

Μηδέ μοι ἄκλαυστος θάνατος μόλοι, ἀλλὰ φίλοισι
Καλλείποιμι θανὼν ἄλγεα καὶ στοναχάς.

Quod ita verſum eſt a Cicerone lib. I. Tuſculanarum Quæſtionum, qui eſt de contemnendâ morte:

Mors mea ne careat lacrymis, linquamus amicis
Mærorem, ut celebrent funera cum gemitu.

ſententiâ prorſus diſſimili, ac cecinit noſter Ennius:

Nemo me lacrymis decoret, nec funera fletu
Faxit. cur? volito vivus per ora virûm.

CAPUT XII.

Quintiliani declamatoris fides diſcuſſa. Quis ſit ille Quintilianus. Non eſt Quintilianus ſenior, Senecæ laudatus. Nicolai Fabri conjectura. Forſan eſt Poſtumus Junior. Quintiliani Rhetoris pater declamator. CXLV. Declamationes ex CCCLXXXVIII. ſub Quintiliani nomine, a quibus editæ. Declamationis CCLXIV. thema. Bona Ærodii fides. Litterarum his temporibus Princeps, Antonius Magliabechius. Mea ſententia. Quintiliano Quintilianus oppoſitus. Egregio Quintiliani loco Ærodius convictus. Scholarum in declamitando conſuetudo. Quid ſit declamatio. Declamandi præcepta. Declamandi opus forenſibus cauſſis ſimile. Ficta controverſiarum themata; ſed forenſi tamen conſuetudini accommodata. Declamandi utilitas. Præcipua corruptæ Eloquentiæ cauſſa, declamatorum inſcitia. Suaſoriæ, & Controverſiæ. Vulgaria declamationum themata. Quintilianus auctor Dialogi de cauſſis corruptæ Eloquentiæ. Fictum de Voconiâ lege argumentum. Legari mulieri ſemiſſis patrimonii potuit. Declamationis CCLXIV. locus emendatus. Voconia lex in deſuetudinem jam abire cepta, ab Juſtiniano demum ſolemniter abrogata. Liberorum nomine & filia comprehenſa. Q. Voconius Saxa ex Aricia, municipio, quod celebrat Tullius. Aricini municipii poſteriori ætate inopia. Voconiæ ſimul & Furiæ Legum mentio apud Tullium. Tractationis de Voconiâ lege Epilogus.

I. SEd interim ex hoc uno Dionis loco facillimè omnes intelligant, quænam declamatori Quintiliano fides habenda ſit. Neque verò hujus ſibi auctoritate blandiri poſſunt, qui de Voconiâ lege aliter ac nos, recenti memoriâ, ſcripſerunt: quibus tantùm abeſt, ut faveat, ut quammaximè potiùs adverſetur. Quare non iis certè cogitandum eſt, quid ex Quintiliano adverſùs me objiciant; ſed, quid ipſi adverſùs Quintilianum reſpondeant. Non ille autem eſt M. Fabius Quintilianus, qui Oratorias Inſtitutiones ſcripſit, celeberrimus Rhetor atque Orator eloquentiſſimus: cui neſcio an verè adſcribantur impolitæ illæ ſatiſque rudes, quæ vulgò circumferri ſolent, undeviginti Declamationes: neque Quintilianus ille ſenior, cujus fama cum ipſo extincta eſt, ut ſcribit M. Annæus Seneca Præfat. lib. V. aut X. Controverſiarum: ſed recentior multo auctor ἀνώνυμος,

cujus

cujus declamationibus Quintiliani notiſſimi declamatoris nomen adſcriptum ſit, ut putat vir eruditiſſimus Nicolaus Faber in eum Senecæ patris locum; aut, ut ego judico, Poſtumus Junior, de quo Trebellius Pollio in Triginta Tyrannis: *Fuit autem, quod ſolùm memoratu dignum eſt, ita in declamationibus diſertus, ut ejus controverſiæ Quintiliano dicantur inſertæ: quem declamatorem Romani generis acutiſſimum, unius capitis lectio primâ ſtatim fronte demonſtrat.* Sit ille tamen, ut volunt, Quintilianus, ſi non Rhetoris avus, ut cum Thadæo Ugoleto plures Pithœuſque ipſe, opinati ſunt; ſaltem pater, cujus, optimi veluti declamatoris, mentio fit Inſtitutionum Oratoriarum lib. IX. Cap. III. laudaturque concinnum hoc dictum: *Non exigo, ut immoriaris legationi; immorare.* Hic ergo verè fuerit, ex cujus CCCLXXXVIII. Declamationibus ſuperſunt CXLV. quas quidem ſuperiori ætate habuit Rodolphus Agricola, ut ex ejus lib. III. de Inventione Dialecticâ conſtat capite XIV. atque in ruinis Latinæ Linguæ deliteſcentes primùm edidit Parmæ anno MCCCCXCIV. Thadæus Ugoletus; anno poſteà MDLXIII. emendavit explanavitque Petrus Ærodius; & de num. an. MDLXXX. ex vetuſtiſſimo Claudii Falceti exemplari egregiè reſtituit, vir diligentiſſimus, Petrus Pithœus. Extat, inter ceteras, Declamatio CCLXIV. quæ *Fraus Voconiæ* inſcribitur; habetque hoc thema: *Ne liceat mulieri, niſi dimidiam bonorum partem dare. Quidam duas mulieres dimidiis partibus inſtituit heredes. Teſtamentum cognati arguunt.* Quod bonâ adeò fide excepit, vir bonus, Ærodius, ut potior apud illum antiquiorque una hæc fuerit qualiſcunque declamatio, quam veterum ceterorum omnium, vel Romanarum Hiſtoriarum, auctoritas. Unde audacter ſcribit, ex hoc tandem Quintiliani loco manifeſtum fieri, ut accipi id oporteat, quod ab aliis auctoribus abſque ullâ ſpeciali notâ ſcriptum eſt de coërcendis, ex lege Voconiâ, mulierum hereditatibus: atque adeò mulieri non ſolùm quartam, uti ex Dione colligebatur; ſed dimidiam totius hereditatis, relinquere ex lege licuiſſe: ut jam nullus Auguſtino fuerit tam acriter in Voconium Saxam invehendi locus, ſi, quale caput hoc legis fuit, ex Quintiliano cognoviſſet.

II. Ego verò, ut diſſimilia ſunt inter homines judiciorum judicia, ſi in aliquo Criticorum ſenatu, vel a Litterarum his temporibus Principe, Clariſſimo Magliabechio, vel ab alio quoquam Cenſorio viro, ſententiam roger; breviter & verè cenſuerim: ubi in mores inſtitutaque Majorum inquiritur, uni ad eloquentiæ exercitationem compoſitæ declamationi longè præferenda eſſe graviſſima Tullii, Livii, aliorum, teſtimonia, qui fallantur omnes, oportet, ſi per Voconium licuit heredem feminam ex ſemiſſe facere. Cur enim unus, quantùm ad geſtarum rerum fidem, ceteris omnibus vel antiquioribus præponeretur? atque ut his defuerit ad faciendam fidem auctoritas, qua ſummâ ſemper polluerunt: cur a Senatu Princeps jam Romanæ Reipublicæ Auguſtus impetraret, ut ſibi adverſùs legem liceret, Liviam ex triente heredem inſtituere? quod narrat Dio: jam enim, ſi Quintiliano huic credimus, permiſſum erat per Voconiam legem, ut heres mulier ex dimidiâ patrimonii parte relinqueretur. Quid ſi, ne aliena tantùm perſequamur teſtimonia, Quintiliano Quintilianum ipſum, graviſſimum auctorem, opponam? hunc enim, cujus CXLV. extant declamationes, eundem eſſe ac Inſtitutionum Oratoriarum ſcriptorem, Ærodius arbitratur. Atqui ille idem, qui de Inſtitutione Oratoriâ libros XII. ad Marcellum Victorium ſcripſit, & efflagitante Tryphone bibliopolâ, emiſit; eorundem librorum nono, Cap. II. diſertè teſtatur, uxorem inſtitui heredem per leges non potuiſſe. En locus ipſe, quo maximè illuſtratur, quod ſupra de Fideicommiſſariarum Hereditatum origine notavimus: *Ream tuebar, quæ ſubjeciſſe dicebatur marito teſtamentum, & dicebatur chirographum, marito exſpirante, heredibus dediſſe: & verum erat. Nam quia per leges inſtitui uxor non poterat heres, id fuerat actum, ut ad eam bona per hoc tacitum fideicommiſſum pervenirent*, ubi ad legem Voconiam certiſſimè reſpicit Quintilianus. Quid hic dicat Ærodius? quò ſe vertat? quo colore ſtudioſus adeò declamatorum aſſecla utatur? Videat, quæſo, qui pugnantia inter ſe loca conciliet: ne, dum declamanti Quintiliano plurimum fidit, & Quintiliano ipſi, & toti temere detrahat antiquitati.

III. Mihi facilis ad Quintilianum patrem [ſiquidem declamationum illarum auctor fuerit] reſponſio: declamare illum, non rei alicujus hiſtoriam texere: atque hoc certè nomine, non eum eſſe auctorem, cui in narratione rerum, præ fidiſſimis veterum ſcriptoribus & Quintiliano etiam filio, confidere ſatis poſſimus. Quis enim argumenti fidem a declamatore exigat? Nimis profectò novus ſit ac rudis in Rhetorum ſcholis, oportet, qui ignoret, eâ ætate plurima fingi conſueviſſe, in quibus, quibuſdam veluti pugnæ ſimulacris, ad verum diſcrimen declamando exercerentur. Obvia ſunt cuique vel apud Marcum Senecam exempla; eſt enim declamatio, Græcis μελέτη, qualis definitur a Fabio filio Inſtitution. Oratoriarum lib. IV. Cap. II. *forenſium actionum meditatio.* Unde Fabius idem lib. II. Cap. X. & ipſas materias, *quæ fingentur*, jubet quamſimillimas eſſe veritati; & declamationem, in quantum maximè poteſt, imitari eas actiones, in quarum exercitationem reperta eſt. *Nam magos*, inquit, *& peſtilentiam & reſponſa, & ſæviores tragicis novercas, aliaque magis adhuc fabuloſa, fruſtra inter ſponſiones & interdicta quæremus. Quid ergo? Nunquam hæc ſupra fidem, & poëtica, ut verè dixerim, themata, juvenibus pertractare permittemus.* Aberrare autem eos, & ne rationem quidem, qua iſta exercitatio inventa ſit, pervidere, qui totum declamandi opus diverſum omnino a forenſibus cauſſis exiſtimant, luculenter Quintilianus demonſtrat. *Nam, ſi foro non præparat, ait, aut ſcenicæ oſtentationi, aut furioſæ vociferationi ſimillimum eſt. Quid enim attinet judicem præparare, qui nullus eſt? narrare, quod omnes ſciant falſum? probationes adhibere cauſſæ, de qua nemo ſit pronunciaturus! Et hæc quidem otioſa tantùm, officii verò & irâ vel luctu permovere, cujus eſt ludibrii, niſi quibuſdam pugnæ ſimulacris ad verùm diſcrimen aciemque juſtam conſueſcimus? Nihil ergo inter forenſe genus dicendi atque hoc declamatorium intereſt? Si profectûs gratiâ dicimus, nihil. Utinamque adjici ad conſuetudinem poſſet, ut nominibus uteremur, & perplexæ magis & longioris aliquando actûs controverſiæ fingerentur, & verba in uſu quotidiano poſita minùs timeremus, & jocos inſerere moris eſſet! quæ nos, quamlibet per alia in ſcholis exercitati ſimus, tirones in foro invenium.* Unde conſtat, ficta plerumque fuiſſe in umbratili illo ſtudio controverſiarum themata; pluraque ſolita eſſe, pro declamantium arbitrio, poni: ut ſunt, *ætates, facultates, liberi, parentes, urbium ipſarum vires, jura, mores, aliaque his ſimilia*, cujuſmodi affert ibidem exempla Quintilianus. Sed hoc tamen iis, qui cum utilitate declamarent, cautum eſſe voluerunt, ne abſurda atque a communi conſuetudine abhorrentia themata, proponerent; ſed veritati quamproximam redderent imaginem. Egregiè eo in loco Quintilianus: *Declamatio, quoniam eſt judiciorum conſiliorumque imago, ſimilis eſſe debet veritati*, Et lib. X. Cap. V. *Declamationes verò, quales in ſcholis Rhetorum dicuntur, ſi modò ſunt ad veritatem accommodatæ, & orationibus ſimiles, non tantùm,*

Digitized by Google

dum adoleſcit profectus, ſunt utiliſſimæ, quæ inventionem & diſpoſitionem pariter exercent; ſed etiam, cum eſt conſummatus, ac jam in foro clarus. Etenim, luxuriantibus jam tunc ingeniis, a rectâ illâ declamandi ratione deficere cœperant, & monſtroſa quædam atque aliena prorſus a cauſſarum conſuetudine conſectari: adeò ut non ſolùm ab eâ, in qua prope conſenuerant, umbrâ, vera diſcrimina, veluti quendam ſolem, reformidarent; verùm etiam non niſi fabulas perſequerentur. Quare inter præcipuas corruptæ eloquentiæ cauſſas, *licentiam atque inſcitiam declamantium* Quintilianus reponit, &, qui de Oratoribus Dialogum ſcripſit, incertus, ut volunt, auctor. Hic enim ſic habet. *Nempe duo genera materiarum apud rhetores tractantur, Suaſoriæ & Controverſiæ. Ex iis ſuaſoriæ quidem, etſi tanquam planè leviores & minus prudentiæ exigentes, pueris delegantur; controverſiæ robuſtioribus aſſignantur, quales per fidem & quàm incredibiliter compoſitæ! ſequitur autem, ut materiæ abhorrenti a veritate declamatio quoque adhibeatur. Sic fit, ut tyrannicidarum præmia, aut vitiatarum electiones, aut peſtilentiæ remedia, aut inceſta matrum, aut quidquid in ſcholâ quotidiè agitur, in foro vel rarò, vel nunquam, ingentibus verbis perſequantur.*

IV. Hæc autem nos omnia ex uno Quintiliano filio [Quintilianum enim & eum eſſe opinamur, quem incertum de Cauſſis corruptæ Eloquentiæ auctorem appellavimus, ex aliorum ſententiâ] ideò aliquantò fuſiùs, quàm neceſſe erat, de declamationis naturâ attigimus, ut mirari jam tirones deſinant, ſi & Quintilianus pater, magnorum virorum exemplo, quos in libro de Claris Rhetoribus Tranquillus commemorat, ad formandam perficiendamque eloquentiam declamitans. Controverſiæ ſuæ de Voconiâ lege argumentum, ex temporum ſuorum more, finxerit, ad cauſſarum forenſium imitationem quammaximè accommodatum. Finxit itaque, lege, & quidem, niſi inſcriptio fallit, Voconiâ, cautum eſſe, *ne liceat mulieri pluſquàm dimidiam partem bonorum ſuorum relinquere:* ut, inſtitutâ quadam veluti forenſi apud umbratiles judices cauſſâ, ſe ad eloquentiam atque ad uſum fori præpararet; atque inde, imagine quadam judicii, probabili ſatis oratione oſtendit, vitioſum nullâ ex parte teſtamentum eſſe, nec legi diſſentaneum, quo mulieres duæ [ita namque Fabius commentus eſt] ex dimidiâ ſingulæ patrimonii portione, heredes inſtitutæ erant. Quòd ſi qualiacunque illa legis verba de legatis in a quoquam acciperentur, ut licuiſſet mulieri dimidiam bonorum partem legare, nos equidem non repugnaremus. Nam, etſi a cenſo homine heres femina inſtitui e Voconiâ lege non potuerit; potuit tamen forſan ſemiſſem bonorum, legati nomine, accipere: dummodò inſtitutus heres nihil ſemiſſe minus obtineret. Verumtamen de hereditariâ feminæ inſtitutione intelligi verba illa voluit Quintilianus, quibus, forenſi quadam ratione, controverſiæ argumentum ſuæ adaptaret. *Quæro igitur ab iſtis*, inquit, *utram eligant, in qua malint conſiſtere. Neque enim litigant de bonorum parte; ſed totum arguunt teſtamentum. Incipiamus igitur ab eâ, quæ prior ſcripta eſt. Quid in hac parte teſtamenti vitioſum eſt? Vetatur pluſquam dimidiam partem bonorum relinquere, dimidiam partem patrimonii accipi. Excutiemus poſteà, quale ſit illud, quod conſequutum eſt. Interim hoc jus firmum eſt, nec everti ſequentibus poteſt. At enim jus quidem illa habuit capiendi: ſed ea, quæ poſtea eſt, non habuit. Iterum interrogabo, quare. Quoniam pluſquam dimidiam partem patrimonii relinquere feminæ non potuit. Atqui hæc quoque non pluſquam dimidiâ parte patrimonii heres inſtituta eſt. Nec video rationem, cur id, quod illi capere licuit, huic non liceat, quum in eodem ſcripta ſit teſtamento.* Hactenus declamator; cui manum libenter medicam porrigimus ad illa verba: *Vetatur pluſquam dimidiam partem bonorum relinquere, dimidiam partem patrimonii accipi*, quæ ſic reſtituimus: *Vetatur pluſquam dimidiam partem bonorum relinquere. dimidiam partem patrimonii accepit:* ſcilicet, mulier illa, quæ prior teſtamento ſcripta erat. Sicuti infra de alterâ muliere, quæ & ipſa ex patrimonii ſemiſſe coheres facta fuerat: *pluſquam dimidiam partem patrimonii relinquere feminæ non potuit. Atqui hæc quoque non pluſquam dimidiâ parte patrimonii heres inſtituta eſt.*

V. Hinc, ab illo Auguſti exemplo, quod ex Dione retulimus, cœpit paullatim Voconia lex in deſuetudinem abire: donec tandem, Auli Gellii temporibus, Romanæ urbis opulentiâ cum aliis pluribus legibus oblitterata penitus eſt, teſte Sexto Cæcilio apud Noctium Atticarum ſcriptorem lib. XIX. cap. I. Eam, longo poſt temporum intervallo, ſolemni lege abrogavit Juſtinianus L. *Maximum vitium. C. de liberis præteritis. Sancimus itaque quemadmodum in ſucceſſionibus parentum, quæ ab inteſtato deferuntur, æquâ lance & mares & feminæ vocantur; ita & in ſcripturâ teſtamentorum eas honorari; & ſimilibus verbis exheredationes nominatim procedere, & contra tabulas bonorum poſſeſſionem talem habere, qualem filius, vel ſuus, vel emancipatus, haberet: ut & ipſa, ſi fuerit præterita, ad inſtar filii emancipati, vel ſui, vel teſtamentum ipſo jure evertat, vel, per contra tabulas bonorum poſſeſſionem, ſtare hoc non patiatur. Et hæc non ſolùm in filiabus obtinere; ſed etiam in nepotibus & neptibus & deinceps obſervari cenſemus: ſi tamen ex maſculis progeniti ſunt. &c.* Cui prudentiſſimi Principis conſtitutioni ſubditur ibi ex Collatione VIII. Novellâ CXV. *Aliud quoque capitulum. Non licet parenti aliquem ex liberis exheredare, vel præterire, niſi is probetur ingratus, & ingratitudinis cauſſas nominatim inferat teſtamento.* Liberorum autem appellatione & filiam comprehendi manifeſtum eſt ex eâ Conſtitutione Novellâ CXV. & ex L. *Non eſt ſine liberis*. D. *de verborum ſignificatione.* Denique Voconiæ Legis meminit Cicero Philippicâ III. unde conſtat, ex Aricino municipio Q. Voconium Saxam, Voconiamque plebeiam gentem, extitiſſe: quod municipium prædicat Tullius, *vetuſtate antiquiſſimum, jure fœderatum, propinquitate penè finitimum, ſplendore municipum honeſtiſſimum. Hinc*, inquit, *Voconiæ, hinc Scatiniæ leges: hinc multæ ſellæ curules & patrum memoriâ & noſtrâ: hinc Equites Romani lautiſſimi*, etſi a veteri hoc ſplendore, κατὰ τὸ [illegible], defeciſſe poſteà videatur. Unde Satyricus Poëta Satyrâ IV. v. 116.

Cæcus, adulator, dirusque à ponte ſatelles,
Dignus Aricinos qui mendicaret ad axes.

Et Martialis lib. II. epigr. XIX.

Debet Aricino convivæ recumbere clivo,
Quem tua felicem, Zoïle, cœna facit.

Voconiam verò ſimul & Furiam leges conjungit idem Tullius pro Lucio Cornelio Balbo: *Tulit apud Majores noſtros legem C. Furius de teſtamentis: tulit Q. Voconius de mulierum hereditatibus.* atque Actione etiam III. in Verrem: *Cedo mihi leges Atinias, Furias, ipſam, ut dixi, Voconiam, omnes præterea de jure civili.* ita hîc legendum. Quæ omnia eò pertinent, ut quivis intelligat [neque enim excurrere longiùs libet] ita Quintum Voconium vetuiſſe, ne ab iis, qui cenſi eſſent, mulier ulla, vel unica etiam filia, heres inſtitueretur, ut ſimul permiſerit, aliquam illi bonorum partem, tum ad humanæ vitæ ſubſidium, tum etiam ornamentum, legari: ita tamen, ut non plus legaretur mulieri, quàm heredi relinqueretur. Hoc ultimum docuit Theophilus, dignus idcircò auctor, quem ab Alciati cenſurâ lib V. *Παρέργων* cap. XXIII. adſeramus.

LIBER

LIBER IV.

CAPUT I.

NOS, explanatione legis Voconiæ, de Romanâ Antiquitate bene meriti. Lex Falcidia, a Publ. Falcidio lata. Duo Legis ejus capita. Barbarorum Juriſconſultorum ineptiæ. De Falcidiâ Lege plures Tituli. Quænam quadrantis hereditarii origo. Divi Marci Conſtitutio. Ad exemplum Legis Falcidiæ taxata portio, quæ inofficioſi teſtamenti querelam excludit. Lex Glicia incerta. Locus Livii & Suetonii, a Sigonio emendatus. Quarta hereditatis pars, Falcidia, vulgò appellata. Falcidiam deducere. Quæ liberis debetur portio, Falcidia dicta. An fructus in legitimam portionem imputentur? Duo Juris contraria loca ab Azone conciliata. Zenonis Reſcriptum. An duæ quartæ ex hereditate detrahi poſſint? Zeno explicatus. Trebellianica dicta & Falcidia, & commodum Legis Falcidiæ. Quæ jure inſtitutionis debetur, Falcidia. Triplex Falcidiæ acceptio. Quæ liberis debetur portio, Falcidia. Cur liberorum portio, legitima appellata? Quæ ex teſtamento, legitimæ portionis portio eſt. Aucto legitimæ portionis modo, aucta quoque Falcidia. Juliani patritii locus.

I. HACTENUS de Voconiâ lege: de qua ita, Salvine Conſul Ampliſſime, diſſerui, ut, aut ego unus, aut ceteri omnes ætatis noſtræ auctores, fallantur. Unde, ſi laborem qualemcunque meum tibi & fratri tuo, ceteriſque veſtrûm ſimilibus, hoc eſt, maximæ doctrinæ viris, probatum iri ſentiam; jure mecum ipſe gratuler, quod, unâ antiquâ, lege explanatâ reſtitutâque quam ambigui ſcriptorum loci perplexam ſatis apud Juriſconſultos atque intricatam reddiderant, de Romanâ Antiquitate, in tantâ Litterarum luce, aliquâ ex parte, benemeritus videri poſſim. Nunc eò, unde diſceſſimus, nos revocat tractationis noſtræ argumentum.

II. Quanquam modum legatorum licentiæ imponere, plebiſcito uterque ſuo, nixus fuerit C. Furius, & Q. Voconius, Tribuni plebis: quum tamen utraque lex facile eludi poſſet, tot in plures ſinguloſque homines modicis legatis diſtributis, ut hereditatem vel nimis onerarent, vel totam ferè exinanirent; Tribunus plebis, Publius Falcidius, ut heredum utilitati teſtamentiſque ipſis conſuleret, *recuſantibus*, ut Juſtinianus ait, *ſcriptis heredibus pro nullo aut minimo lucro hereditates adire*, Cn. Domitio Calvino II. C. Aſinio Pollione Conſulibus, anno ab Urbe conditâ DCCXIV. aut DCCXIII. juxta Faſtos Conſulares, Auguſto Triumviro, legem tulit, quam duobus ſub capitibus his verbis conceptam exhibet Paullus lib. ſingulari ad Legem Falcidiam. I. *Qui. cives. Romani. ſunt. quitorum. poſt. hanc. legem. rogatam. teſtamentum. facere. volet. ut. quam. pecuniam. quas. que. res. quibuſque. dare. legare. volet. jus. poteſtas. que. eſto. ut. hac. lege. ſequenti. liceat. II. Quicunque. civis Romanus. poſt. hanc. legem. rogatam. teſtamentum. faciet. is. quantam. cuique. civi. Romano. pecuniam. jure publico. dare. legare. volet. jus. poteſtas. que. eſto. dum. ita. detur. legatum. ne. minus. quàm. partem. quartam hereditatis. ex. eo. teſtamento. heredes. capiant. Eis. quibus. quid. ita. datum. legatumve. erit. eam. pecuniam ſine. fraude. ſuâ. capere. liceto. is. que. heres. qui. eam. pecuniam. dare. juſſus. damnatuſve. erit. eam. pecuniam. debeto. dare. quam. damnatus. eſt.* Hactenus Falcidia, Tribunitia lex, non à *falcando*, ſeu reſecando dicta, ut non ſinè riſu barbarum aliquem Juriſconſultum pueriliter excogitaſſe video; ſed, ab auctore, qui legem hanc à plebe rogavit, ut teſtantur Euſebius in Chronico, Iſidorus Hiſpalenſis Epiſcopus Originum lib. V. Cap. XV. & Dio, qui lib. XLVIII. ſic habet: ὁ νόμος ὁ Φαλκίδιος ὁ μαρμένος [πλεῖστον καὶ νῦν ἔτι ἰσχύων ἐς τὰς τῶν κλήρων διαδοχάς, ὥστε τινὰ τὸ τέταρτον τῆς καταλειφθείσης οἱ οὐσίας, ἄν γέ τῃ βαρύνηται, λαβόντα, τὸ λοιπὸν ἀφεῖναι, ἔχων] ὑπὸ τοῦ Ποπλίου Φαλκιδίου δημαρχοῦντος ἐτέθη. quod ſic vertit Xylander: *Lex Falcidia à P. Falcidio tribuno plebis lata, quæ nunc quoque plurimum valet in hereditatibus adeundis: ea autem permittit, ut heres, ſi adire hereditatem gravetur, quadrante accepto, reliquum dimittat.* Extant de hac lege integri Tituli in Digeſtis lib. XXXV. in Codice lib. VI. in Juſtinianeis Inſtitutionibus lib. II. in Collatione I. Novel. Conſtitut. I. cujus hic eſt titulus: *De heredibus & Falcidiâ, &c. ſi heres legata ſolvere noluerit*: atque in eos Titulos doctiſſimorum virorum tam uberes tantâque doctrinæ civiliſque ſcientiæ copiâ ſimul ac varietate referti Commentarii, ut ineptus ego ſim, ſi legem hanc pro imbecillitate meâ illuſtrare voluero. Liberam itaque, ut Paullus ait, legandi facultatem revocavit, Falcidius, quam Furia & Voconia Leges coarctaverant: ſed ita tamen revocavit, ut modum & ipſe legatis præſtitueret, ſcilicet, ut ex hereditate quadrans heredi ſupereſſet, neque plus legare, quàm dodrantem totorum bonorum, liceret: id eſt, ut Juſtinianus explicat, *ut, ſive unus heres inſtitutus ſit, ſive plures, apud eum eoſve pars quarta* remaneret.

III. Atque hic ille eſt Juriſconſultis celeber adeò & decantatus hereditatis quadrans, quo inofficioſi teſtamenti querela excluditur. De quo tamen non ſatis conſtat, quaniam primùm lege introductus fuerit. Ad Legem Gliciam, ad quam ſingularem librum ſcripſit Titus Cajus, erunt, qui ejus originem referendam putent, non improbante Cujacio lib. III. Obſervationum Cap. VIII. & Conſultatione LX. de perſecutione portionis debitæ liberis. Sed Cujacius ipſe, eo Obſervationum loco, ad Divum Marcum Philoſophum referre, longo poſtea temporum intervallo, mavult, ex Nicephoro Calliſto lib. III. Hiſtoriæ Eccleſiaſticæ Cap. XXXI. ubi Marcum ſanxiſſe ſcribit, *ut filio, qui in teſtamento præteritus, à parentibus debitam gratiam non retuliſſet, quadrans paternæ hereditatis de-*

 tur.

tur. Ego verò certiori forſan judicio non aliunde, quam à Lege ipſâ Falcidiâ, hereditarium hunc quadrantem repetendum eſſe exiſtimaverim; atque ad hujus exemplum legis & ſimilitudinem factum, ut, quum non ingratum filium inſtitui heredem oporteret, ei non minus, quàm quarta pars hereditatis, obveniret. Sicuti poſtea Cujacium animadvertiſſe vidi in Juſtinianeas Inſtitutiones tit. *de inofficioſo teſtamento*. Nam tota illa lex Glicia valdè mihi ſuſpecta eſt; eóque magis, quò varia eſt atque ambigua loci illius lectio, qui unus qualemcumque hanc Gliciæ Legis notitiam ſervavit. Etſi enim ad Legem IV. *Non eſt enim conſentiendum*. D. *de inofficioſo teſtamento*; aliqua exemplaria inſcriptionem hanc habeant: *Cajus lib. ſingul. ad L. Gliciam*; alia tamen magnâ conſenſione auctorem ſententiæ illius Maximum faciunt, cujus olim ad Legem Falcidiam Liber unus circumferebatur. ſcilicet: *Maximus ad Legem Falcidiam.* Nec aliquantò certior eſt Legis Gliciæ auctor; à Claudio enim Gliciâ dictatore latam forſan hanc legem volunt, ſortis ultimæ homine, cujus nomen in Epitome Livianâ lib. XIX. atque apud Suetonium etiam in Tiberio ex Capitolino lapide reſtituit vir doctiſſimus, & de Romanæ Hiſtoriæ his temporibus Principe optimè meritus, Carolus Sigonius: quum *Cajum Glauciam* habeat Livius, & *Iliciam* Suetonius: & Glauciæ alioquî cognomen valdè celebra fuerit Serviliæ gentis, è qua C. Servilius Glaucia *primus tulit, ut comperendinaretur reus*, Tullo teſte Actione III. in Verrem. At verò Falcidiæ legi, qua nulla antiquior, opinor, hunc bonorum quadrantem heredi prædefinivit, tantum nominis atque celebritatis quadrans ipſe peperit, ut jam Falcidiæ nomen hereditatis quadrans obtinuerit. Sic pro quadrante Falcidia uſurpatur ab Ulpiano lib. III. Fideicommiſſorum. Lege *Explicito. ex Inde Neratius.* à Papiniano lib. IX. Reſponſorum. L. *Deductâ.* §. *Nummis.* D. *ad Senatuſconſultum Trebellianum.* Et lib. XXIX. Quæſtionum. L. *In ratione* I. D. *Ad Legem Falcidiam.* §. *quod vulgo.* Et lib illo IX. Reſponſorum. L. *Pater filiam.* tit. eodem ab Juſtiniano Novellâ Conſtitutione *de heredibus & Falcidiâ* Cap. II. ab aliis, aliis in locis, quis enim afferat omnia? Sic communi jam Juriſconſultorum voce, *Falcidiam deducere* eſt, quartam hereditatis patrem detrahere.

IV. Ex hac ergo lege exemplum, opinor [de Senatûs enim conſulto Trebelliano non eſt cur hîc differamus] accepit Marcus, exemplum acceperunt ceteri Romani Juris conditores, ut inſtituendo filio vel inſtituto non minus quartâ hereditatis parte tribuendum eſſe, ſancirent. Unde, quæ liberis debetur portio, eadem, quæ Falcidia, eſt Ulpiano lib. XIV. ad Edictum. L. *Papinianus* §. *Unde ſiquis. D. De inofficioſo teſtamento. Fructus enim*, inquit, *ſolere in Falcidiam imputari, non eſt incognitum. Ergo, etſi ab initio ex ſemiſſe heres inſtitutus rogatur, poſt decennium reſtituere hereditatem; nihil habet, quod queratur: quoniam facilè poteſt debitam portionem ejuſque fructus medio tempore colligere.* Quum verò fructus eam in portionem imputari, disertè poſteà vetuerit Zeno Auguſtus Reſcripto ad Dioſcorum Præfectum Prætorio L. *Jubemus.* C. ad Senatuſconſultum Trebellianum; ſicut & vetuit Juſtinianus Inſtitutionum lib. II. *de Lege Falcidiâ:* Azo, non ignobilis ſuperioris ætatis Juriſconſultus, ita unum cum alio locum conciliare, nec improbabiliter, nixus eſt, ut Ulpianus de liberis loquatur, qui poſt certum tempus, puta, poſt decennium, hereditatem alteri reſtituere rogati fuerant, quo illis tempore certum erat, legitimam ex fructibus portionem colligere ſe poſſe: Zeno verò eos duntaxat ſpectet, qui, ſine ullà temporis juſti præfixione, rogati a patre hereditatis portionem, ſi abſque liberis deceſſerint, fratribus reſtituere; vereri meritò poterant, ne quartam debitamque ſibi partem, obtinente forſan citiùs conditione, conſequerentur. Hos ergo, ut de legitimo bonorum ſubſidio certi ſtatim fierent, ut decebat; portionem quartam jubet, non ex fructibus; ſed ex ipſis rebus hereditariis, retinere. *Jubemus*, inquit Zeno, *quoties pater, vel mater, filio, ſeu filiæ, filiis vel filiabus, ex æquis vel inæquis partibus, heredibus, inſtitutis, invicem, ſeu ſimpliciter, quoſdam ex his, aut quendam rogaverit, qui prior ſine liberis deceſſerit, portionem hereditatis ſuæ ſuperſtiti, ſeu ſuperſtitibus, reſtituere: ut, omnibus modis retentâ quartâ pro auctoritate Trebelliani Senatuſconſulti, non per imputationem redituum, licet hoc teſtator rogaverit, vel juſſerit; ſed de ipſis rebus hereditariis dodrans reſtituatur.* Quo ex Zenonis loco ſatis liquet, ſi Romanæ Leges ſpectentur, non jam planè licere, quod, Pontificio præſertim accedente jure in cap. *Raynutius.* & in cap. *Raynaldus de Teſtamentis*, fieri jam poſſe Juriſconſultorum plerique opinantur, ut duæ quartæ, vel ſi liberi inſtituti ſint, ex hereditate detrahantur. Nec ejus, quæ Reſcripto Zenonis ſubjicitur, Falcidiæ, veluti alterius portionis, habenda eſt ratio, quam ſcilicet; deductâ unâ, deducere inſuper liceret: ſed aliud quartæ illius portionis exemplum ab Imperatore affertur de liberis, qui non, ut primo loco, fratribus; ſed filiis ſuis, teſtatoris ipſius nepotibus, rogati eſſent reſtituere: ut ad eum locum gloſſa admonet. Satis autem notum exploratumque eſt ex Ulpiano lib. III. Fideicommiſſorum §. *Inde Neratius.* eam, quæ propriè Trebellianica eſt, quamque, ex Senatuſconſulto Pegaſiano Trebellianoque, retinet heres, qui reſtituere hereditatem rogatus fuerit, Falcidiam quoque appellari. Unde & Legis Falcidiæ portionem vocat Zeno, quæ ex rebus fidei commiſſis detrahenda eſt; & *commodum Legis Falcidiæ* Paullus lib. XL. ad Edictum. L. *Siquis dolo malo.* § *ſi fidei.* D. *Siquis aliquem teſtari prohibuerit, vel coegerit:* ubi, ſi dolum is admiſerit, cujus fidei commiſſum eſt, ut hereditatem reſtitueret; ea hereditas caduca cum ſuis oneribus fieri jubetur: ut *commodum Legis Falcidiæ Fiſcus ſentiat; dodrantis autem fideicommiſſarius.*

V. Immo, quæ jure inſtitutionis debetur portio, hanc Falcidiam propriè dici, luculenter adnotat gloſſa ad Authentic. *Unde ſi parens.* C. *de inofficioſo teſtamento* Quum enim Divus Juſtinianus Novellâ Conſtitutione XCII. Collatione VII. juſſiſſet, ſi immensâ donatione parentes in quemdam quoſdamve liberorum bona ſua profudiſſent, tantum quemque filiorum ex paternâ hereditate, *nomine Falcidiæ*, ferre, quantum ei ante donationem deferendum ex lege fuerat; atque inde in Codicem Authentica immiſſa eſſet; ſic ad verbum illud *Falcidiæ* habet gloſſa: *Propriè ponitur hoc nomen pro portione debitâ jure inſtitutionis; impropriè ponitur pro Trebellianicâ; impropriiſſimè pro debito bonorum ſubſidio.* Eadem ferè docet ad L. *Quoties.* C *Familiæ erciſcundæ.* Qua lege Gordianus Auguſtus obtemperandum eſſe ſancit teſtatoris voluntati, *quoties inter omnes heredes ſucceſſionem ſuam diuidit, ſalvâ legis Falcidiæ auctoritate:* ubi Falcidiæ ternas has interpretationes accommodat, ut vel ea ſit, quæ jure inſtitutionis, vel ea, quæ jure naturæ debeatur, vel ſit etiam Trebellianica, & aliis pluribus in locis. Falcidiam certè pro debitâ jure naturæ portione, *quæ dicitur bonorum ſubſidium*, ut rectè explicat gloſſa, accipit Juſtinianus Novella Conſt. XCII. qua immodicas inofficioſaſque parentum erga aliquem filium, atque in aliorum filiorum detrimentum, donationes coërcet. Ibi namque ſeſe dudum de Falcidiâ & illius parte, decreviſſe teſtatur, cum illam non ignobili auxit incremento: ſcilicet, ad trientem uſque & ſemiſſem pro numero liberorum, ut ex illâ celebri conſtat

Novellâ

Novellâ Conſtitutione XVIII. de Triente & Semiſſe, Collat. III. Quare non immeritò Antonius Goveanus lib II. Lectionum Variarum Juris Civilis, portionem illam, quæ filium à querelâ inofficioſi teſtamenti prohibet, eò legitimam dici arbitratur, quod Falcidia ſit, hoc eſt quarta portionis ab inteſtato contingentis: quum alioquì legitima ea ſit hereditas, quæ ab inteſtato defertur; quæ verò ex teſtamento, propriè legitimæ portionis portio, ſeu quarta legitimæ partis, ut apud Juſtinianum in Inſtitut. de inofficioſo teſtamento. *Sed hæc ita* quarta debitæ portionis, ut apud Ulpianum lib. XIV. ad Edictum: L. *Papinianus.* D. *de inofficioſo teſtamento.* *quoniam autem*, partis, quæ ab inteſtato defuncto potuit ad heredem pertinere, quarta, ut apud Alexandrum Auguſtum Reſcripto ad Florentium L. *Parentibus.* C. *de inofficioſo teſtamento.* quarta pars ejus, quod ad heredem eſſet perventurum, ſi inteſtatus paterfamilias deceſſiſſet, ut apud Ulpianum L. *Papinianus.* §. *Si quis.* quarta pars ab inteſtato ſucceſſionis, ut apud Juſtinianum ad Mennam L. *Quæ nuper.* C. *eod.* quarta pars debitæ ab inteſtato portionis, ut apud Valerianum & Gallienum AA. ad Aetiam. L. *Si pater.* C. *de inofficioſis donationibus.* ut Cujacius quoque adnotavit. Goveani autem conjecturæ certa argumenta favent. Nam, auctâ hac legitimæ hereditatis portione, aucta quoque Falcidia ex Juſtiniano intelligitur: & Lege *Quæ nuper.* eadem, quæ Falcidia, & legitima portio appellatur. Unde Julianus patritius, Antecessor Conſtantinopolitanus, qui Novellas Juſtiniani Conſtitutiones in epitomen contraxit, Conſtitutione XXXIV. *Omnes tam maſculi, quam feminæ, decedentes, ſi unum filium habeant, tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ ei relinquant, Falcidiæ nomine: eodem obtinente jure, & ſi duos, vel tres, vel quatuor liberos reliquerint. Sin autem ultra quatuor ſint, dimidiam ſubſtantiæ partem habeant, ut in hoc caſu Falcidia lex dimidiam partem contineat, id eſt, ſex uncias defuncti.* Sic Falcidia vel triens vel ſemiſſis hereditatis eſſe cepit, pro numero liberorum. Hæc igitur erit quadrantis illius hereditarii, qui filiorum de paterno teſtamento querelam excludit, origo: ut aliqua quidem hereditatis portio, jure quodammodò naturæ, vel κατὰ φύσιν, ut loquitur Novel. I. Juſtinianus, debita ſit filiis; ſed ea ipſa tamen, ad quartam uſque partem totius hereditatis, quam ex Falcidiâ lege accipere heredem oportebat, fuerit ad Falcidiæ exemplum taxata.

CAPUT II.

Bona inteſtatorum parentum ex æquo inter filios dividenda. Illæſâ Falcidiâ, poteſt ad arbitrium teſtator hereditatem inter heredes diſtribuere. Patris in dividendâ filiis, pro arbitrio, hereditate poteſtas. Legitima portio ante Juſtinianum quarta. Si minus quartâ relictum, locus querelæ de inofficioſo teſtamento datus. Color paternæ inſaniæ. Deducto ære alieno & funeris impenſâ, accepta quarta. Titulus olim inſtitutionis non neceſſarius filio. Vetera jura ab Juſtiniano correcta. Legitima liberorum portio ad trientem, vel ſemiſſem, pro illorum numero, aucta. Celeberrima Juſtiniani de triente & ſemiſſe conſtitutio. Fida, ſed barbara, Authenticarum Conſtitutionum tranſlatio. Si quid trienti vel ſemiſſi hereditatis defuit, ſuppleri juſſum ab Juſtiniano. Filio inſtitutionis titulus neceſſarius, ut valeat paternum teſtamentum. An heredis inſtitutioni neceſſaria aliqua verborum formula? Honorabilis titulus hic filio atque utilis. De jure accreſcendi doctus liber Antonii Goveani Qua ratione ultimæ patris voluntati proſpectum, ſi in teſtamento filii inſtitutionem prætermiſerit. Conciliata qualitercumque cum Juſtiniani lege vetera Jura. Aliqua a nobis leviter attacta, plura omiſſa. Teſtamentum per nuncupationem. Vetus hujus teſtamenti conſuetudo. Totius tractationis noſtræ ſumma. Novercæ, fraudulentum mulierum genus. Diſcuſſâ tandem totâ cauſſâ, prolata a nobis de poteſtate patrisfamilias ſententia. Juſtiniani Conſtitutio.

VErùm ut ad rem noſtram redeamus; & non vetuſtiora illa Romanorum jura, quæ animum nimis noſtrum trahere ſolent, diligentius perſcrutemur, ſed recentiora perpendamus, quæ ad inſtitutum noſtrum maximè pertineant, quantum ſatis videbitur, diligenter: etſi, quod breviter monent Philippus Auguſtus & Philippus Cæſar, *inter filios & filias bona inteſtatorum parentum pro virilibus portionibus æquo jure dividi oportere, explorati juris eſt.* Lege XI. C. *Familiæ erciſcundæ*: attamen ut ibidem Lege X. præſcribit Gordianus Imperator, *quoties inter omnes heredes teſtator ſucceſſionem ſuam dividit, ac ſingulos certis poſſeſſionibus cum mancipiis, quæ in eiſdem ſunt conſtituta, jubet eſſe contentos; voluntati ejus, ſalvâ Legis Falcidiæ auctoritate, obtemperandum eſſe, manifeſtum eſt.* Licet itaque patri, dummodò legitimam filiorum cuique portionem jure inſtitutionis relinquat; non ſolum, quod dixiſſe hactenus videmur, pinguiora legata, in quem voluerit, erogare; ſed, quod ex Romanis Legibus conſtat, totum, quod reliquum eſt, hereditatis nomine, transferre in obſequentiores filios; ideſt, illorum omnium, quæ debito bonorum ſubſidio ſuperſunt, bonorum filios, pro ſingulorum pietate ſuoque arbitrio, heredes vel inæqualibus portionibus inſtituere. Ita diſertiſſimè omnium Imperator Alexander ad Florentium: *Parentibus arbitrium dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non eſt: dummodò non minus is qui pietatis ſibi conſcius eſt, partis, quæ ab inteſtato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex judicio parentis obtineat.* Lege VIII. C. *de inofficioſo teſtamento.* Et quarta quidem totius hereditatis, ſive bonorum, ante Juſtinianum; ad Legis Falcidiæ imitationem, legitima erat portio, quæ ex Conſtitutione Divi Pii ab inofficioſi teſtamenti querelâ removebat, Ulpiano teſte L. *Papinianus.* D. *de inofficioſo teſtamento.* §. *Si quis impubes.* Quod poſteriores Imperatores ſolemni lege confirmarunt: & præcipuè Antoninus Caracalla Reſcripto ad Ingenuum: *Cum quæritur, an filii de inofficioſo patris teſtamento poſſint dicere: ſi quartam bonorum partem mortis tempore teſta-* tor

tor reliquit, *ſuppleatur*. Lege VI. C. *de inofficioſo teſtamento*.

II. Si minus quartâ relictum eſſet, querelæ locus dabatur, ut non ex hoc tantùm loco apparet; ſed ex Lege etiam *Papinianus*. §. *Si quis impubes*. Unde civilis Juris interpretes, maximâ ex parte, interpolatam putant lectionem Legis *Si non mortis*. D. *de inofficioſo teſtamento* quæ eſt Ulpiani e lib. III. Diſputationum: additaque per Tribonianum Clariſſimum virum verba illa: *at, ſi minus habeat; quod deeſt, viri boni arbitratu, repleatur*. Id verò, ut iſtorum librorum primo monuiſſe memini, colore paternæ quaſi inſaniæ, a prudentiſſimis viris prudentiſſimè excogitatum: *non quaſi* paterfamiliâs, ut egregiè Martianus obſervat lib. III. Inſtitutionum, & ex eo Juſtinianus ceterique omnes Jureconſulti, *verè furioſus vel demens deteſtatus ſit: ſed rectè quidem fecerit teſtamentum; ſed, non ex officio pietatis. Nam, ſi verè furioſus eſſet, vel demens, nullum eſſet teſtamentum.* Neque ſolùm ad excludendam inofficioſi teſtamenti querelam ſatis hæc erat quarta, quæ, Ulpiano auctore L. *Papinianus*. deducto ære alieno & funeris impenſâ, accipitur: verùm, etſi, quocumque alio, præter inſtitutionem, titulo, ad filium perveniret; agere illi de inofficioſo teſtamento non licebat: ut putavit certè olim Juriſconſultus Lege *Papinianus*. §. *Siquis mortis cauſſâ*. atque ex antiquo jure teſtatur in Inſtitutionibus *de inofficioſo teſtamento* Juſtinianus. *Igitur quartam debet quis habere, ut de inofficioſo agere non poſſit, ſive jure hereditario, ſive jure legati, vel fideicommiſſi, vel, ſi mortis cauſſa ei quarta donata fuerit, vel inter vivos: in iis tantummodò caſibus, quorum mentionem facit noſtra conſtitutio, vel aliis modis, qui in noſtris conſtitutionibus continentur.*

III. Sed hæc ferè omnia, ſanctiori forſan prudentiorique conſilio, Juſtinianus idem correxit. Nam in primis parca illi nimis viſa eſt atque jejuna, quarta portio, qua paternam erga filios liberalitatem veteres Leges definierant; neque ſatis digna, qua parentes ſuam commendatam vellent in liberos pietatem. Eam idcirco, ut parentum ipſorum honori filiorumque commodis conſuleret, ita, pro liberorum numero, auctam voluit, ut, ſi quatuor paucioreſve eſſent filii, deductis oneribus totius hereditatis, triens, ſi quinque plureſve, ſemiſſis ſaltem, in legitimam portionem cederet, ex æquo inter illos dividendam. Pulcherrima eſt, &, quanquàm longior, digniſſima tamen, quæ huc afferatur, ipſa Juſtiniani lex, unde plurimum lucis tota res noſtra accipit, e celeberrimâ Novellâ Conſtitutione XVIII. de triente & ſemiſſe. *Deum verò ſemper conſiderantes*, ait Imperator, *& quatenus ei placidi videamur, & aliquid bonorum dignum in nobis agamus, nitimur aliquid adinvenire ſemper & naturæ conſequens, & quod poſſit priora corrigere. Frequenter igitur & aliâ vice mirati ſumus, quomodo legitimis & benevolis filiis, quibus agunt gratias parentes, quibuſque, quod relinquitur, jam etiam debitum vocant, ſolum triuncium definierunt ex neceſſitate relinqui. Reliquum verò jacet in voluntate parentum: & capiunt quidem cognati omnia & extranei, vel cum libertate ſervi. Filii verò, licet multi conſiſtant, etiamſi nihil offenderint parentes, confunduntur, & triuncium dividunt ſolum: vel, ſi decem fortè aut ampliùs fuerint, pauperes erunt filii, donec vixerint patres, idonei. Hæc nos moverunt corrigere legem, & non eam deſpicere ſemper erubeſcentes; talique modo determinare cauſſam: ut ſiquidem unius eſt filii pater aut mater, aut duorum vel trium vel quatuor, non triuncium eis relinqui ſolùm; ſed tertiam propriæ ſubſtantiæ partem, hoc eſt, uncias quatuor: & hanc eſſe definitam menſuram uſque ad prædictum numerum. Si verò ultra quatuor habuerint filios, mediam eis totius ſubſtantiæ relinqui partem, ut ſexuncium ſit omnino quod debetur; ſingulis ex æquo quadriuncium vel ſexuncium dividendo. Et hoc non ſub injuſtâ circumſtantiâ rerum (forſan enim ob hoc etiam alii injuſtitiam patiuntur, aliis quidem meliora, aliis verò deteriora percipientibus) ſed quod contigerit unicuique, per omnia æquum eſſe in qualitate & quantitate: ſive quis illud inſtitutionis modo, ſive per legati (idem eſt dicere & ſi per fideicommiſſi) relinquat occaſionem. Licebit enim ei reliquum octuncium fortè aut ſexuncium habere, & largiri, ſicut voluerit, filiis ipſis, aut cuilibet extraneorum; & naturâ primò curatâ competenter, ſic ad extraneas largitates accedere: hoc obſervando in omnibus perſonis, in quibus, ab initio, antiquæ quartæ ratio de inofficioſo lege decreta eſt.* Hactenus ex vulgari, fidâ illâ quidem, ſed tamen barbarâ, Authenticarum Conſtitutionum tranſlatione, Juſtinianus: qui poſteà ibi ſubdit, curialibus filiis novem hereditatis uncias, ſeu dodrantem tribuendum: *reliquo*, inquit, *triuncio a parentibus ſecundum poteſtatem diſpenſando: omnibus aliis de inofficioſo poſitis legibus, & præcipuè noſtris, in ſuâ virtute ſervandis & de ingratis filiis & de naturalibus, præter ſolam quantitatem, quam ad præſens auximus, ſecundum omnes prædictas definitiones.* Atque hinc exſcripta eſt in Codicem Authentica *Noviſſimâ, de inofficioſo teſtamento*.

IV. Etſi verò incrementum hoc addiderit Juſtinianus legitimæ filiorum portioni, quam *debitum naturale* ipſe appellat Reſcripto ad Johannem PP. L. *Scimus*. C. *de inofficioſo teſtamento*; noluit tamen, ut, ſi triente aut ſemiſſe minus relinqueretur; inofficioſi idcircò nomine teſtamentum aut accuſari aut reſcindi poſſet; ſed, ut ſuppleretur tantùm, boni viri arbitratu, quod ad legitimum uſque complementum deeſſet. Hac potiſſimùm ratione teſtamentis ipſis, ne facilè ſubverterentur, proſpexit Lege *Omnimodo*. C. eo titulo. Sufficit jam ergo ad querelam inofficioſi removendam, ut aliquid, quantulumcunque demum illud ſit, ex hereditate filius relinquatur. *Sed hæc ita accipienda ſunt* (quæ nempe dicta fuerant, ut de inofficioſo agere quis poſſit) *ſi nihil eis penitus a teſtatoribus teſtamento relictum eſt; quod noſtra conſtitutio ad verecundiam naturæ introduxit. Sin verò quantacumque pars hereditatis vel res eis fuerit relicta; de inofficioſo querelâ quieſcente, id, quod eis deeſt, uſque ad quartam legitimæ portionis repleatur: licet non fuerit adjectum, boni viri arbitratu debere eam compleri.* Auctor eſt ſuis in Inſtitutionibus prudentiſſimus Imperator. Verumtamen, ut teſtamentum firmiter atque ex jure, a patrefamiliâs fiat, inſtitutionis prætereà titulum Juſtinianus exegit: ut nempe legitima portio, non legati, non donationis, non fideicommiſſi, non alio quocunque nomine; ſed, ſolemni inſtitutionis jure, filiorum cuilibet, tanquàm vero heredi, deferatur. Quod communi jam conſenſione Juriſconſulti comprobant ex Novellâ CXV. *Ut cum de appellatione cognoſcitur*. §. *Aliud quoque Capitulum*. Collat. VIII. ubi ſic habet Juſtinianus, ut primo nos quoque libro retulimus: *Sancimus igitur non licere penitus patri, vel matri, avo, vel aviæ, proavo vel proaviæ, ſuum filium vel filiam, vel ceteros liberos, præterire, aut exheredes in ſuo facere teſtamento; nec ſi per quamlibet donationem, vel legatum, vel fideicommiſſum, vel alium quemcumque modum, eis dederit legibus debitam portionem: niſi forſan probabuntur ingrati, & ipſas nominatim ingratitudinis cauſſas parentes ſuo inſeruerint teſtamento.* Approbavitque gloſſa tum in cap. *Raynutius. de teſtamentis.* ad v. *relinquens*. tum in cap. *Si pater*. in VI. eodem titulo ad v. *inſtituit*. Etſi non ſuperſtitioſè ſolemnibus quibuſdam verborum formulis in herede inſtituendo adhærendum ſit, ut plerique voluerunt apud Ulpianum tit. XXII. *quemadmodum heres inſtitui debeat. Heres inſtitui rectè poteſt his verbis: Titius heres eſto: Titius heres ſit: Titium heredem eſſe jubeo. Illa autem inſtitutio: heredem inſtituo, heredem facio, plerisque improbata eſt.* Sed ni-

miam

rium iſtorum in concipiendis formulis religionem damnarunt. poſtea Conſtantinus, Conſtantius & Conſtans Auguſti Lege XV. C. *de teſtamentis: Quoniam indignum eſt ob inanem obſervationem irritas fieri tabulas, & judicia mortuorum: placuit, ademptis his, quorum imaginarius uſus eſt, inſtitutioni heredis verborum non eſſe neceſſariam obſervantiam, utrum imperativis & directis verbis fiat, aut inflexis. Nec enim intereſt, ſi dicatur, heredem facio, vel inſtituo, vel volo, vel mando, vel cupio, vel eſto, vel erit. Sed, quibuſlibet confecta ſententiis, vel in quolibet loquendi genere formata inſtitutio valeat: ſi modò per eam liquebit voluntatis intentio.* Hinc autem non plurimum duntaxat honoris, ſed etiam utilitatis, in filium redundavit. Honoris, inquam, *quum hereditates*, auctore Ulpiano lib. XI. ad Edictum, *non honeſtiore modò titulo; ſed & pleniore jure, tribuantur.* L. *Filium quis.* D. *de legatis præſtandis.* Utilitatis verò ex accreſcendi jure, quo, inſtituto filio coheredis portio accreſcit, ſi repudiet is, aut adire nolis, hereditatem, ex Interpretum ſententiâ in L. *Quoties.* C. *quando non petentium partes petentibus accreſcant.* Quo de jure eleganter unum ac doctum libellum ſcripſit Antonius Goveanus; atque aliquid innuit Juſtinianus Novel. Conſtitut. I. *de heredibus & Falcidiâ.* §. *Si quis autem.* Legatariis enim jus iſtud accreſcendi non competit, niſi ex rei, & non verborum tantùm, conjunctione, ut Goveanus obſervat. Unde, quum inſtitutionis jure aliquid relinqui filio, qui exheres non ſcribitur, paterno in teſtamento omnino oporteat: ſi ejuſmodi inſtitutionis titulum teſtator imprudenter omiſerit; ne prorſus pereat ultima patris voluntas, ſubtilem quamdam rationem acuti homines excogitarunt, ut nempe paterfamiliâs ſuo in teſtamento adjiciat, velle ſe, quo optime poteſt, modo eam valere voluntatem; adeoque, ſi jure teſtamenti non poteſt, valere ſaltem jure codicillorum. Quod acceperunt ex L. *Siquis.* C. *de codicillis: Nec transducere liceat ad fideicommiſſi interpretationem velut ex codicillis ultimam voluntatem: niſi id ille complexus ſit, ut vim etiam codicillorum ſcriptura debeat obtinere.* & docet gloſſa in Inſtitution. *de inofficioſo teſtamento*, ad eum locum: *ſi nihil eis penitus a teſtatoribus, teſtamento relictum eſt*, ubi gloſſa, *ſcilicet, jure inſtitutionis, cum teſtamentum facit, ut in auth. ut cum de app. cog.* §. *aliud. col. VIII. ſed, ſi aliam voluntatem facit, ſufficit, quòd quoquo reliquit titulo, ut in Auth. de trien. & ſe.* §. *I. col. III.* Idem prorſus habet ad illa verba: *quartam quis debet habere, ut de inofficioſo agere non poſſit, ſive jure hereditario, ſive jure legati*, ſcilicet: *ſed hodie, jure inſtitutionis, ſi facit teſtamentum &c. Si verò alia ſit voluntas, ſufficit, quoquo relicti titulo.* Atque ita in Authent. *ut cum de appellatione cognoſcitur*, ad v. *præterire*, cum noviſſimâ Juſtiniani lege alia qualitercumque concilientur (ſi conciliari tamen poſſunt) jura, quibus ad excludendam inofficioſi teſtamenti querelam ſatis viſum eſt, ut quadrans, quocunque, vel legati, titulo, filio relinquitur. *Vel dic, quòd prædicta jura loquantur, quando non faciebat teſtamentum, ſed codicillos: hic, quando ſolemniter teſtabatur, unde jure inſtitutionis ſibi, ut aliis, debet relinquere.*

V. Hæ igitur prudentiſſimi Principis Juſtiniani de rectâ paterni teſtamenti ratione leges, hæc inſtituta, quibus, pro Romani Imperii dignitate, ita ſupremæ teſtantium voluntati conſultum voluit, ut teſtamentis ipſis, filiorum non minùs erga parentes quàm parentum erga filios, pietas probaretur. Aliqua nos leviter quidem attigimus, ut de imperfecto inter liberos teſtamento, de quo conſuli poteſt Novella Juſtiniani Conſtitutio CVII. atque inde in Codicem tranſcripta Authentica ad Tit. *de teſtamentis*, plura etiam omiſimus (fatemur enim) atque inter cetera vulgare illud de teſtamento per nuncupationem, quod Græcis dicitur διαθήκη ἄγραφος, & *perfectiſſimum teſtamentum jure civili* Juſtiniano Inſtitut. *de teſtamentis ordinandis.* §. XIV. hodieque inuſu eſt &, publicâ tabellionis fide firmari ſolet; cum, ſeptem teſtibus adhibitis rogatiſque, ex L. *Heredes.* D. *de teſtamentis.* §. *Quid eſt*, & §. *In teſtamentis*, ſis audientibus, ex eadem Lege; paterfamiliâs heredem ſuum palam, ore ipſe ſuo, nuncupaverit, ſeu declaraverit, expreſſerit nominaveritque: nuncupata enim voluntas ea intelligitur, quæ verbo declaratur ex L. *Si ita* D. *de bonorum poſſeſſione ſecundùm tabulas* §. ultimo, etſi hujuſmodi nuncupatio, ad certam ultimæ voluntatis in poſterum fidem, ſoleat nunc a Notario in publicum inſtrumentum redigi. Veterem nuncupati teſtamenti morem repræſentat nobis Lex *Heredes*, quæ eſt Ulpiani lib. II. ad Sabinum: & L. *Hac conſultiſſimâ.* §. *Per nuncupationem.* C. *de teſtamentis*, quæ eſt Theodoſii & Valentiniani Auguſtorum. Hæc & alia hujus generis non pauca omiſimus: in quibus diligentiam nemo noſtram ad plenam integramque tractationem jure deſideraverit, quòd non omnia de teſtamentorum jure e Romanâ veterique Juriſprudentiâ in unam veluti farraginem hîc congerere propoſitum nobis fuit; ſed ea præcipuè judicio quodam ſeligere, quæ argumento noſtro facere ſatis videbantur.

VI. Quæ quum ita ſe habeant; quid nos aut alios longiori adhuc diſputatione defatigamus? Habet hîc noſter paterfamiliâs veluti in unum collecta breviter omnia, unde concinnandi, pro arbitrio ſuo, reformandique teſtamenti abſolutiſſimam normam accipiat. Quid plura ergo deſideret aut exigat a nobis? Videt jam, quid ſibi fas, quid nefas; quidve ſibi per Romanas leges liceat: quid prohibeatur. Filium, malo novercæ dolo, ut eſt fraudulentum de decipiendiſque in primis ſenibus aptiſſimum, hujuſmodi feminarum genus; exheredare non poteſt. *Non eſt enim conſentiendum*, ait, ſive Maximus ad Legem Falcidiam, ſive Caius ad L. Gliciam, *parentibus, qui injuriam adverſus liberos ſuos teſtamento inducunt, quod plerumque faciunt, malignè contra ſanguinem ſuum inferentes judicium, novercalibus delinimentis inſtigationibuſve corrupti.* Lege IV. D. *de inofficioſo teſtamento.* Neque poteſt, ut filios alias ditet, minus debitâ portione uni illorum relinquere. *Quod enim nimis inæquale eſt, non valdè placet nobis: ſed oportere quidem præponi filios, quos pater voluerit; non tamen in tantùm minuì aliis, aut importabilis ſit eis imminutio*, æquiſſima eſt Juſtiniani ſententia Novel. Conſt. XCII. *de immenſis donationibus in filios factis.* Etſi ergo non illa pater poſſit, quæ paternæ pietati adverſantur: poteſt tamen, poſtquàm, juſtis in feminas dotibus conſtitutis, heredes æquo inſtitutionis jure ſcripſit filios, legitimâ in illos hereditatis portione diſtributâ, quam Juſtinianus pro liberorum numero determinavit, totum, quod reliquum eſt nullique alii debitum, bonorum, ad obſequentiores tantum filios remunerandos conferre. Hanc ei poteſtatem, præter ceteros Romani juris auctores, fecit Juſtinianus idem: *Poſitâ igitur a nobis lege in ſuâ virtute manente, illud volumus, ut, ſiquis donationem immenſam in aliquem aut aliquos filiorum, fecerit; neceſſarium habeat in diſtributione hereditatis tantam unicuique filiorum ſervare ex lege partem, quanta fuit, priuſquàm donationem pater in filium aut filios, quos eâ honoravit, faceret* & poſtea: *Ut non minùs habeant illi, quàm quod ex legibus eis debetur, propter factam in donationibus immenſitatem: dum liceat patri mediocriter ſapienti circa omnem prolem, etiam iis, qui ab eo potius diliguntur, donare aliquid ampliùs, & non ceteros filios per immenſitatem in illos factam lædere, & noſtram tranſcendere intentionem.* Unde immiſſa eſt in Codicem Authentica ad Tit. *de inofficioſo teſtamento.* Et Novel. Con-

ſtitutione

ſtitutione CXVII. *Ut liceat matri & aviæ & aliis parentibus, poſt legitimam partem liberis relictam, quomodò voluerint, reſiduam facultatem ſuam diſponere.* Collat. VIII. *Sancimus igitur licentiam eſſe & matri & aviæ aliiſque parentibus, poſtquàm reliquerint filiis partem, quæ lege debetur, quod reliquum eſt ſuæ ſubſtantiæ, ſive in ſolidum voluerint, ſive in partem, filio vel filiæ, nepoti vel nepti, & deinceps deſcendentibus, donare, aut etiam per ultimam relinquere voluntatem, ſub hac definitione, atque conditione, ſi voluerint, ut pater, aut qui omnino eos habent in poteſtate, in his rebus neque uſumfructum, neque quodlibet penitus habeant participium Hoc enim & extraneis relinquere poterant, unde nulla parentibus utilitas naſceretur.*

CAPUT III.

Romanæ Juriſprudentiæ commendatio. Juris definitio. Præcepta Juris propria. Vitioſæ apud Græcos Rerumpublicarum formæ. Romani hujus Juris reprehenſores. Melior corruptarum Artium reprehenſor, quàm inſtaurator, Vives. Romanarum legum majeſtas. Roma, Imperii olim nunc Apoſtolici Principatûs, ſedes. Philoſophiæ fontes in civili Romanorum jure. M. Tullii ſententia. XII. tabulæ, carmen olim puerorum neceſſarium. Juris ſacerdotes, Anteceſſores. Philoſophiæ pars, Juriſprudentia. Vaſtum noſtrum de Philoſophiâ Peripateticâ Opus. Eadem Philoſophiæ & Juriſprudentiæ definitio. Vetus Philoſophiæ definitio a Licentio apud Auguſtinum improbata. Academicorum decretum. Deo veritas, veriſimilitudo hominibus a Platone conceſſa. Unus idemque Philoſophiæ atque Juriſprudentiæ finis, beata hominum vita. Platonicum effatum. Lex nulla appellanda, niſi juſta. Legis conditiones. Leges civiles, ubi per Canones licet, ſervari juſſæ. Hoſii ad Conſtantium admonitio. Quid lex ex Tullio. Demoſthenis & Chryſippi pulcherrimæ ſententiæ in legum commendationem apud Martianum. Graviſſima Paulli Apoſtoli ad Romanas leges obſervandas adhortatio. Locus Paulli in hunc ſenſum a Chriſtianis Patribus explicatus, a Chryſoſtomo, a Theophylacto, ab Origene, ab Auguſtino. Auguſtinum Latini interpretes ſecuti. Gravis culpæ damnati, civilium juſtarumque legum violatores. Almainus reprobatus.

I. HActenus ſanctiſſima illa Romanorum jura, quibus omnis æquus rerum exiſtimator plurimum ineſſe præſidii ad bene ſapienterque agendum inſtituendaque humanæ vitæ conſilia fatebitur. Quid enim illis Legibus? quid Plebiſcitis? quid ſenatus conſultis? quid demum Imperatorum Reſcriptis æquius; neque ad Reipublicæ tantùm moderationem; ſed, ad vitæ quoque totius honeſtatem & ſanctimoniam accommodatius? aut quid, niſi maximè juſtum, expectari ab Jure poterat, quod, ex Ulpiano, ab Juſtitiâ nomen habet, bonique ars eſt atque æqui, ut eleganter definivit Jureconſultus Celſus? Jus verò iſtud quinquaginta Pandectarum libris, Juſtinianeo Codice aliiſque hujuſmodi Decretis & Conſtitutionibus, uberrimè continetur. Quæ enim alia ibi præcepta reperias, quàm quæ Juris propria Ulpianus lib. I. Regul. facit: *honeſtè vivere, alterum non lædere, ſuum cuique tribuere?* Conſulat, ſiquis antiquitatis ſtudio teneatur, ſola Pandectarum volumina, quibus totum Jus antiquum, confuſum anteà moleque ſuâ immenſum, digeſtum eſt, meliuſque, quàm olim, illuſtratum. Nonne; poſtquàm diligenter exploraverit omnia, Romanaſque leges cum aliarum omnium gentium philoſophorumque inſtitutis contulerit, facilè agnoſcet, philoſophorum omnium bibliothecas cum civili Romanorum Prudentiâ comparari nullatenus poſſe? De Græcis ſiquidem Rerumpublicarum formis, quæ maximè laudantur, cujuſmodi tandem fuerint, ex graviſſimo Ariſtotelis teſtimonio conſtat Politicorum lib. VII. cap. XIV. *At ii, qui nunc optimè omnium Græcorum, rem ſuam publicam adminiſtrare exiſtimantur, & ii legum ſcriptores, qui has reipubl. adminiſtrandæ formas inſtituerunt; neque eorum, quæ ad reſpubl. adminiſtrandas pertinent, deſcriptionem ad meliorem finem; neque leges & diſciplinam civitatis ad omnes virtutes reperiuntur retuliſſe; ſed ineptè ac ſtolidè ad eas, quæ utilitatis ſpeciem præſeferant, & quæ ad opes amplificandas imperiaque injoſta obtinenda videntur accommodatiores, deerrarunt. Similiter autem atque hi, quidam ex iis, qui poſterius ſcripſerunt, idem pronuntiarunt* Judicent alii, ut volunt: carpat etiam, ſi placet, venerabile hoc Romanæ Sapientiæ monumentum, procaci vir oratione, Henricus Cornelius Agrippa: carpat melior ille corruptarum Artium reprehenſor, quàm inſtaurator, Ludovicus Vives; &, poſt alios plures, Franciſcus Hotomanus, non tam ineptus alioquì ſcriptor, quàm eum videri vult Antonius Contius. Mihi certè aliquando accidit, quod aliàs confeſſus ſum; ut diſtinctius quidem atque elaboratius civilium Legum Opus deſiderem, quàm quod digeſſerit Juſtinianus; ſed tamen, dum ſingula veterum Jureconſultorum loca & ſententias diligentius mecum ipſe perpendo; plurimumque in iis me detinet pulcherrima quædam effigies antiquitatis: ea ſeſe ultro offert vis & Romanarum legum auctoritas, ut, majori quodam inſtinctu, quam humano, in jure conſtituendo veteres illos afflatos eſſe exiſtimem, ut, optimis nimirum præceptis atque legibus, ad Chriſtianæ Religionis ſanctimoniam humanum genus per illos præpararetur: eâque potiſſimum in urbe, quæ, Imperii olim atque Orbis caput, futura erat divinitus Apoſtolici Principatûs, totiuſque adeò Chriſtianæ Religionis, ſedes. Neque enim ſine Divino aliquo Numine credendum eſt, potuiſſe a Romanis Rempublicam ſuam prudenter adeò ſanctèque & inſtitutis & legibus temperari; ut non minori ſapientiâ in æqualitate civium ſervandâ ferendiſque legibus extiterint, quam virtute in illis tantis opibus Imperii comparandis. Quod licet mirum dictu videatur; veriſſimum tamen eſſe quiſque deprehendet, ſi ſemel adverterit, quod acutiſſimi doctiſſimique homines, jam ab ipſis florentis Imperii temporibus, obſervarunt; ipſos Philoſophicarum omnium diſputationum

num fontes civili Romanorum jure comprehendi.

II. Multa hanc in rem luculenter proſequitur, ſummo vir ingenio atque eloquentiâ, Marcus Tullius I. de Oratore. *Sive quem*, inquit, *iſta præpotens & glorioſa Philoſophia delectat, dicam audacius, hoſce habet fontes omnium diſputationum ſuarum, qui jure civili & legibus continentur, ex his enim & dignitatem maximè expetendam videmus, cum verus, juſtus atque honeſtus labor honoribus, præmiis atque ſplendore decoratur: vitia autem hominum atque fraudes, damnis, ignominiis, vinculis, verberibus, exiliis, morte mulctantur: & docemur, non infinitis concertationumque plenis diſputationibus; ſed auctoritate nutuque legum, domitas habere libidines, coërcere omnes cupiditates, noſtra tueri, ab alienis mentes, oculos, manus, abſtinere. Fremant omnes licet, dicam quod ſentio: bibliothecas mehercule omnium philoſophorum unus mihi videtur XII. tabularum libellus, ſiquis legum fontes & capita viderit, & auctoritatis pondere & utilitatis ubertate, ſuperare.* Quod ſi de uno XII. tabularum libello, qui olim pueris, ut carmen neceſſarium, diſcendus tradebatur, tam magnificè ſentit & loquitur M. Tullius, ut nihil ſupra excogitari poſſe videatur; quid de quinquaginta Pandectarum libris nos tandem judicare oportet? quibus quaſi proprium & ſanctiſſimum templum Juſtitiæ conſecratum eſſe, affirmat Juſtinianus. L. *Deo auctore. C. de vetere Jure enucleando, & de auctoritate Juriſprudentum, qui in Digeſtis referuntur.* Unde & eos, qui civilis Juris ſcientiam profitentur, *Juris ſacerdotes* appoſitè Ulpianus appellat Lege I. D. *de Juſtitiâ & Jure Juſtitiam namque colimus, & boni & æqui notitiam profitemur, æquum ab iniquo ſeparantes, licitum ab illicito diſcernentes: bonos, non ſolùm metu pœnarum, verùm etiam præmiorum quoque exhortatione, efficere cupientes: veram, niſi fallor, Philoſophiam, non ſimulatam affectantes.* Ita Ulpianus. *Et rectè quidem*, ut verbis Ciceronis utar lib. I. de Legibus. *Nam ſic habetote, nullo in genere diſputandi magis honeſta patefieri, quid ſit homini naturâ tributum, quantam vim rerum optimarum mens humana contineat, cujus muneris colendi efficiendique cauſsâ nati & in lucem editi ſumus, quæ ſit conjunctio hominum, quæ naturalis ſocietas inter ipſos. His enim explicatis, fons legum & juris inveniri poteſt. Non ergo à Prætoris edicto, ut plerique nunc, neque a XII. tabulis, ut ſuperiores; ſed penitus ex intimâ Philoſophiâ hauriendam Juris diſciplinam puto.* Pars enim Ethices Juriſprudentia; Ethica autem Philoſophia maximè eſt, ut nos luculenter oſtendimus ipſo vaſti Operis limine, quod de Philoſophiâ Peripateticâ aggreſſi ſumus, neſcio an unquam in hac rerum librorumque inopiâ abſoluturi: ubi cap. IV. pulchram illam attulimus Marii Victorini lib. I. Rhetoric. Cic. ſententiam: *Plena Philoſophia eſt, quæ conſtat ex duabus, Phyſicâ & Ethicâ. Phyſica eſt, quæ de divinis agit; Ethica, quæ de humanis diſſerit.*

III. Quare, quæ Philoſophiæ eſt, tribuitur & Juriſprudentiæ ab Ulpiano definitio. L. *Juſtitia.* D. *de Juſtitiâ & Jure. Juriſprudentia eſt divinarum atque humanarum rerum notitia.* Ita verò Platoni definita eſt Philoſophia, ut refert Alcinous, Platonicus Philoſophus, lib. de doctrinâ Platonis, quem librum primus vertit Marſilius Ficinus, cap. I. & Ammonius in Iſagogen Porphyrii. Quomodo etiam definita eſt Pythagoræ, ſi credimus Michaëli Pſello in compendio de V. Vocibus & X. Categoriis: nempe: γνῶσις θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων, *cognitio divinarum humanarumque rerum.* Celeberrima eſt apud veteres Philoſophiæ, quæ Sapientia eſt, ea definitio, & aliquantò copioſior atque exactior apud Philonem, alterum vulgò Platonem inter Judæos, in libro *de congreſſu quærendæ eruditionis gratiâ*; S. Baſilium Homil. XII. in initium Proverbiorum; atque, ut alios prætermittamus, apud Ciceronem lib. IV. Tuſculanarum Quæſtionum, & lib. II. de Officiis: *Sapientia autem eſt, ut a veteribus Philoſophis definitum eſt, rerum divinarum & humanarum, cauſſarumque, quibus hæ res continentur, ſcientia*; licet definitionem hujuſmodi apud Auguſtinum lib. I. contra Academicos, valdè improbet Licentius, garrulus adeò, ut diſputantibus ſæpe uſuvenit, alienorum dictorum calumniator, ut cap. VIII. tanquam mutilam, reprehenderit fuſiorem hanc aliam, qua *Sapientiam, rerum humanarum divinarumque ſcientiam dicamus; ſed earum, quæ ad beatam vitam pertineant:* malueritque ipſe ita definire, ut Sapientia eſſet, *rerum humanarum divinarumque, quæ ad beatam vitam pertineant, non ſcientia ſolùm; ſed etiam diligens inquiſitio.* Quam poſteà deſcriptionem ea ratione partitur, ut prima pars, quæ ſcientiam tenet, Dei ſit; hæc autem, quæ inquiſitione contenta eſt, hominis. Nempe Academicis Licentius patrocinabatur, qui quæri quidem ab homine poſſe veritatem, ſciri autem non poſſe, affirmabant: ſapientiamque adeò, quæ homini contingere poteſt, non in inventione; ſed in veritatis inveſtigatione conſiſtere; quod e Platone hauſtum in Timæo: ubi, ut in Pyrrhone quoque hanc ejus ſententiam laudat Diogenes Laërtius, profitetur, τὸ μὲν ἀληθὲς Θεοῖς καὶ Θεῶν παισὶν ἐγχωρεῖν· τὸν δὲ εἰκότα λόγον ζητεῖν, *veritatem quidem Diis Deorumque filiis ſe permittere: veriſimilem autem rationem indagare.* Neque definitione ſolùm; verum etiam fine, Philoſophia atque Juriſprudentia, conveniunt. Ad perfectam ſiquidem beatamque hominum, κατὰ τὸ δυνατὸν ἀνθρώπῳ *quatenus poſſibile eſt homini*, vitam deſtinatur Philoſophia, quam non ignobilis Philoſophus Epicurus vocat apud Sextum Empiricum lib. adv. Ethic. ἐνέργειαν, λόγοις καὶ διαλογισμοῖς τὸν εὐδαίμονα βίον περιποιοῦσαν, *energiam, quæ rationibus & colloquiis beatam vitam parit.* unde celebre illud Platonis referri ſolet e Dialogo V. de Republicâ: beatas tum demum fore Reſpublicas, quando vel Philoſophi regnarent, vel Reges philoſopharentur. Atqui huc quoque reſpicit, moderatrix illa legum, virtutis indagatrix expultrixque vitiorum, Juriſprudentia. *Conſtat* enim, Tullio teſte lib. II. de Legibus, *ad ſalutem civium civitatumque incolumitatem vitamque hominum quietam & beatam, inventas eſſe leges; eoſque, qui primùm ejuſmodi ſcita ſanxerint, populis oſtendiſſe, ea ſe ſcripturos atque laturos, quibus illi adſcriptis ſuſceptiſque, honeſtè beatèque viverent: quæque ita compoſita ſanctaque eſſent, eas leges videlicet nominarent.* Unde infert Tullius, ſummus ille inter Oratores Philoſophus, inter Philoſophos Orator, *eos, qui pernicioſa & injuſta populis juſſa deſcripſerint, quum contra fecerint, quàm polliciti profeſſique ſint, quidvis potius tuliſſe quàm leges: ut perſpicuum eſſe poſſit, in ipſo nomine legis interpretando, ineſſe vim & ſententiam juſti & juris colendi.* in quam etiam ſententiam Iſidorus Orig. lib. II. Cap. X. *Factæ ſunt autem leges, ut earum metu humana coërceatur audacia, tutaque ſit inter improbos innocentia: & in ipſis improbis, formidato ſupplicio, refrenetur nocendi facultas. Legis enim præmio aut pœnâ, vita moderatur humana. Erit autem lex honeſta, juſta, poſſibilis, ſecundùm naturam, ſecundùm conſuetudinem patriæ, loco temporique conveniens, neceſſaria, utilis; manifeſtaque, ne aliquid per obſcuritatem captionem contineat, nullo privato commodo, ſed, pro communi civium utilitate, conſcripta.* Et Ariſtoteles lib. VII. Politicorum Cap. XIV. *Debet enim legum ſcriptor, quæ ſint eadem & privatim & publicè optima, in animis hominum ingenerare atque inſerere: neque cives in rei militaris ſtudio eâ gratiâ oportet exerceri, ut eos, qui ſunt indigni ſervitute, in ſervitutem redigant:*

ſed primùm ut ipſi quidem ne aliis ſerviant: deinde ut principatum quærant eorum, qui ſub imperio ſunt, utilitatis, non injuſtæ in omnes dominationis, cauſsâ; poſtremò ut dominentur in eos, qui ſervitute digni ſunt. Legum ſcriptori autem majorem operam eſſe dandam, ut leges, & eas, quæ ad res bellicas pertinent, & ceteras, otii & pacis cauſsâ, inſtituat ac deſcribat, non belli; teſtimonio ſunt iis, quæ dicimus, ea quæ ſiunt. Et lib. II. Ethic. capite I. *Legumlatores enim civibus ad virtutem aſſuefaciendis, eos bonos efficiunt. Atque hæc quidem eſt omnium, qui leges ferunt, mens & voluntas. Quotquot autem minus rectè aſſuefaciunt, voto ſuo fruſtrantur.*

IV. Quum ergo Juris civilis finis hic ſit, *legitimæ atque uſitatæ in rebus cauſſiſque civium æqualitatis conſervatio*; eaque ſit legum illarum æquitas atque ratio, ut humano generi divinitus datæ videantur: quid eas dubitamus, ubi per Eccleſiæ Canones licet, vivendi duces magiſtras morum & diſciplinæ, certiſſimas denique publicarum privatarumque rerum moderatrices, adſciſcere, ſine ulloque errandi periculo, conſtantiſſimè ſequi? quum præcipuè, ubi quid aut Eccleſiæ ſanctionibus aut honeſtati naturæ non officit, ſervari illas ſacroſancti ipſi Canones juſſerint, ut ſecundo lib. docuimus ex Gratiano Diſtinctione X. atque ex Romanorum Pontificum Reſcriptis, quibus addenda Magni olim Hoſii, Cordubenſis Epiſcopi, ad Conſtantium Auguſtum admonitio apud S. Athanaſium epiſt. *ad omnes ubique ſolitariam vitam colentes*: σοὶ βασιλείαν ὁ Θεὸς ἐνεχείρισεν, ἡμῖν τὰ τῆς Ἐκκλησίας ἐπίστευσε· καὶ ὥσπερ ὁ τὴν σὴν ἀρχὴν ὑποκλέπτων ἀντιλέγει τῷ διαταξαμένῳ Θεῷ· οὕτω φοβήθητι, μὴ καὶ σὺ τὰ τῆς Ἐκκλησίας εἰς ἑαυτὸν ἕλκων, ὑπεύθυνος ἐγκλήματι μεγάλῳ γένῃ. ἀπόδοτε, γέγραπται, τὰ Καίσαρος, Καίσαρι, καὶ τὰ τοῦ Θεοῦ, τῷ Θεῷ. οὔτε τοίνυν ἡμῖν ἄρχειν ἐπὶ τῆς γῆς ἔξεστιν, οὔτε σὺ τοῦ θυμιᾶν ἐξουσίαν ἔχεις, βασιλεῦ. id eſt, interprete Petro Nannio. *Tibi Deus Imperium commiſit, nobis, quæ ſunt Eccleſiæ, concredidit: &, quemadmodum qui tuum Imperium occultis conatibus invadit, contradicit ordinationi divinæ; ita & tu cave, ne, quæ ſunt Eccleſiæ, ad te trahens, magno crimini obnoxius ſias.* Date, *ſcriptum eſt*, quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: &, quæ Dei, Deo. *Neque igitur fas eſt nobis in terris imperium tenere, neque tu thymiamatum & ſacrorum poteſtatem habes, Imperator.* Etenim, quæ naturali ex æquitate à ſummis Principibus conduntur leges, eas, tanquàm divina quædam oracula, religioſè ab omnibus accipi; &, quemadmodùm ſapienter compoſitæ ſanctæque fuerunt, ita & diligentiſſimè obſervari debere, ſolemne eſt Philoſophiæ decretum, communi totius humani generis conſenſione comprobatum: quum lex ſit, cujuſmodi deſcribitur à Tullio lib. II. de Legibus, *juſtorum injuſtorumque diſtinctio, ad illam antiquiſſimam, & rerum omnium principem expreſſa naturam, ad quam leges hominum diriguntur, quæ ſupplicio improbos afficiunt; defendunt ac tuentur bonos.*

V. Quâ de re quum plurimæ, eæque valde inſignes, circumferri ſoleant graviſſimorum virorum ſententiæ; tum illæ duæ in primis pulcherrimæ mihi ſemper viſæ ſunt, Demoſthenis Orat. priore in Ariſtogitonem, & Chryſippi lib. de Leg. quas attulit Martianus lib. I. Inſtitut. & nunc extant Lege II. D. *de legibus & Senatuſconſultis & longâ conſuetudine.* Sic enim legem ſummus inter Græcos Orator definit: Καὶ ὅτι τοῦτό ἐστι νόμος, ᾧ πάντας ἀνθρώπους προσήκει πείθεσθαι διὰ πολλὰ καὶ μάλιστα, ὅτι πᾶς ἐστὶ νόμος εὕρημα μὲν καὶ δῶρον θεῶν, δόγμα δὲ ἀνθρώπων φρονίμων, ἐπανόρθωμα δὲ τῶν ἑκουσίων καὶ ἀκουσίων ἁμαρτημάτων, πόλεως δὲ συνθήκη κοινή, καθ' ἣν πᾶσι προσήκει ζῆν τοῖς ἐν τῇ πόλει. *Lex eſt, cui omnes homines decet obedire cum propter multa & varia, tum maximè, quia omnis lex eſt inventio quædam & donum Deorum; decretum autem hominum ſapientum, correctio voluntariorum peccatorum, civitatis compoſitio communis, ſecundum quam omnes decet vivere, qui in civitate ſunt.* Et Stoicæ Sapientiæ Princeps Chryſippus: Ὁ νόμος πάντων ἐστὶ βασιλεὺς θείων τε καὶ ἀνθρωπίνων πραγμάτων. δεῖ δὲ αὐτὸν προστάτην τε εἶναι τῶν καλῶν καὶ αἰσχρῶν, καὶ ἄρχοντα καὶ ἡγεμόνα, καὶ κατὰ τοῦτο κανόνα τ' εἶναι δικαίων καὶ ἀδίκων, καὶ τῶν φύσει πολιτικῶν ζώων, προστακτικὸν μὲν ὧν ποιητέον, ἀπαγορευτικὸν δὲ ὧν οὐ ποιητέον. id eſt: *Lex eſt omnium divinarum & humanarum rerum regina, oportet autem eam etiam præſidere & bonis & malis, & principem & ducem eſſe, & ſecundùm hoc regulam eſſe juſtorum & injuſtorum, & eorum, quæ naturâ civilia ſunt, animantium, præceptricem quidem faciendorum, prohibitricem autem non faciendorum.* Apoſtolus ſanè Paullus de Romanis legibus epiſt. ad Romanos Cap. XIII. loquitur, cum illatum ferendarum poteſtatem a Deo Principes accepiſſe docet; Præſidumque adeò Magiſtratuumque edictis ſummam a Chriſtianis hominibus obſervantiam obedientiamque deberi. *Omnis anima poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas, niſi a Deo: quæ autem ſunt, a Deo ordinata ſunt. Itaque qui reſiſtit poteſtati, Dei ordinationi reſiſtit. Qui autem reſiſtunt, ipſi ſibi damnationem acquirunt. Nam Principes non ſunt timori boni operis, ſed mali. Vis autem non timere poteſtatem? Bonum fac, & habebis laudem ex illâ. Dei enim miniſter eſt tibi in bonum. Si autem malum feceris, time: non enim ſine cauſſâ gladium portat. Dei enim miniſter eſt: vindex in iram ei, qui malum agit. Ideo neceſſitate ſubditi eſtote; non ſolum propter iram; ſed etiam propter conſcientiam. Ideò enim & tributa præſtatis, miniſtri enim Dei ſunt, in hoc ipſum ſervientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem.* Quem in locum Chriſtiani Patres, Græci Latinique, adnotant, quantum ſummæ Principum auctoritati juſtiſque legibus deferendum ſit. Chryſoſtomus homil. XXIII. Muſculo interprete. *Facit autem hoc ideò* (Apoſtolus) *ut oſtendat Chriſtum leges ſuas non ad hoc induxiſſe, ut politias evertat.* Et infra. *Quid eſt, non ſolùm propter iram? Non ſolùm, inquit, quòd Deo, non ſubditus, adverſaris, neque quòd maxima tibi ipſi mala, & à Deo & ab hominibus concitas: ſed quòd & in maximis tibi benefacit magiſtratus; dum & pacem & adminiſtrationem politicam procurat.* Theophylactus, ex Johannis Lonicerii verſione. *Neceſſum eſt, inquit, ſubdi & obedire, non ſolùm ut non experiaris iram Dei & magiſtratus, tanquam immorigerus, & crucieris puniariſve intolerabiliter; verùm etiam ut ne videaris expers eſſe conſcientiæ, menteque & ratione vacare, ingratus nimirum erga benefactorem. Plurimùm enim proſunt rebus publicis magiſtratus: per ipſos enim vita noſtra & victus conſiſtit. Qui niſi divinitus ſuo fungerentur officio, jam olim omnia periiſſent, potentioribus imbecilliores devorantibus. Conſcientia igitur tua perſuadeat tibi, ut ſuo honore tanta tibi bona donantes uſquam non digneris.* Origenes, ex tranſlatione Hieronymi. *Non hic de illis poteſtatibus dicit, quæ perſecutiones inferunt fidei. Ibi enim, dicendum eſt, Deo oportet obtemperare magis quàm hominibus. Sed de iſtis communibus dicit, quæ non ſunt timori boni operis, ſed mali. Quibus utique qui reſiſtit ipſe ſibi damnationem pro geſtorum ſuorum qualitate conquirit.* Auguſtinus in Expoſitione quarumdam propoſition. ex epiſtolâ ad Romanos: *Rectiſſimè admonet, ne quis ex eo, quòd a domino ſuo in libertatem vocatus eſt, factus Chriſtianus, extollatur in ſuperbiam, & non arbitretur, in hujus vitæ itinere ſervandum eſſe ordinem ſuum, ut poteſtatibus ſublimioribus,*

rikus, quibus pro tempore rerum temporalium gubernatio tradita eſt, exiſtimet non ſe eſſe ſubdendum. Quoniam enim conſtamus ex animâ & corpore, quamdiu in hac vitâ temporali ſumus, etiam rebus temporalibus ad ſubſidium degendæ hujus vitæ utamur; oportet, nos ex eâ parte, quæ ad hanc vitam pertinet, ſubditos eſſe poteſtatibus, id eſt, hominibus res humanas cum aliquo honore adminiſtrantibus. Ex illa verò parte, quâ credimus Deo, & in regnum ejus vocamur, non nos oportet eſſe ſubditos cuiquam homini, id ipſum in nobis evertere cupienti, quod Deus ad vitam æternam donare dignatus eſt. Et infra. Tamen quoniam dixit: neceſſitati ſubditi eſtote: nequis non integro animo & purâ dilectione ſubditus fieret hujuſmodi poteſtatibus, addidit, dicens: Non ſolùm propter iram, ſed etiam propter conſcientiam. id eſt, non ſolùm ad iram evadendam, quod poteſt etiam ſimulatè fieri; ſed, ut in tuâ conſcientiâ certus ſis, illius dilectione te facere, cui ſubditus fueris, juſſu domini tui, qui omnes vult ſalvos fieri, & in agnitionem veritatis venire. Et hoc enim cum diceret Apoſtolus, de ipſis poteſtatibus agebat: hoc eſt, quod ſervis alio loco ſuadet: non ad oculum ſervientes, quaſi hominibus placentes, ut id ipſum, quo ſubduntur dominis ſuis, non eos odeꝛint, aut fallaciis promereri deſiderent. Quam Auguſtini interpretationem ſecuti, Anſelmus Cantuarienſis, Thomas Aquinas, Dionyſius Carthuſianus, Hugo de S. Charo, ceteri Latinorum interpretum. Idem etiam inculcat Paullus epiſt. ad Titum Cap. III. *Admone illos, principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonum paratos eſſe.* & Petrus Apoſtolus epiſt. I. Cap. II. *Subjecti igitur eſtote omni humanæ creaturæ propter Deum: ſive regi, quaſi præcellenti, ſive ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum: quia ſic eſt voluntas Dei, ut benefacientes, obmuteſcere faciatis imprudentium hominum ignorantiam.* Unde graviſſimæ eos culpæ damnandos eſſe, qui bonas vel malorum Principum leges temerè tranſgrediuntur & violant, uno ferè conſenſu adverſus Almainum colligunt noſtri vulgò auctores. Sic humanis addita eſt Divinarum legum longè maxima auctoritas.

C A P U T IV.

Morales Theologi laudati. Auguſtini ad Chriſtianos doctores monitum. Inſtituta humana non negligenda. Liberales τῶν ἔξωθεν diſciplinæ Ægyptiacis vaſis; leges veſtibus, comparatæ. Civiles de patrio in dividendâ hereditate arbitrio leges a Theologis probatæ. Ut filii ex inæqualibus portionibus heredes rectè inſtituantur, juſta cauſſa a quibuſdam exacta. Idem S. Ambroſii judicium. Ambroſii loca. Juſta hujus inæqualitatis cauſſa, majora unius præ aliis merita. Id ab illis ex quadam Codicis lege confirmatum. Juſta patris noſtri familiàs cauſſa juſtumque conſilium. Major patrumfamiliâs erga meliores filios benevolentia: ſanctorum virorum exemplo, ex Ambroſio comprobata. Singularis Jacobi erga Joſephum benevolentia.

I. QUò magis laudandi ſint noſtri homines, qui de rebus divinis atque ad mores pertinentibus diſputant [Morales vulgò Theologos appellamus] ſi, quum cetera omnia, quæ fortè vera & Fidei noſtræ accommoda dixerunt Philoſophi, maximè Platonici Stoicique, ab eis, tanquam injuſtis poſſeſſoribus in uſus vindicent ſuos, quod Chriſtianis doctoribus faciendum eſſe monuit Auguſtinus lib. II. de Doctr. Chriſt. Cap. XL. tum etiam non infirmum doctrinæ ſuæ adjumentum a civilibus Romanorum legibus mutuentur. Quod idem Auguſtinus paullò ante docuerat: *Illa verò inſtituta hominum, quæ ad ſocietatem convenientium valent, pro ipſâ hujus vitæ neceſſitate non negligant.* Unde præclara illa τῶν ἔξωθεν decreta vaſis pulchrè comparat atque ornamentis, quæ ab Ægyptiis Hebræi divinitus abſtulerunt. *Sicut enim Ægyptii non ſolum idola habebant, & onera gravia, quæ populus Iſraël deteſtaretur & fugeret; ſed etiam vaſa atque ornamenta de auro & argento, & veſtem, quæ ille populus exiens de Ægypto ſibi potiùs, tanquam ad uſum meliorem, clanculò vindicavit, non auctoritate propriâ, ſed præcepto Dei, ipſis Ægyptiis neſcienter commodantibus ea, quibus non bene utebantur: ſic doctrinæ omnes Gentilium non ſolùm ſimulata & ſuperſtitioſa figmenta graveſque ſarcinas ſupervacanei laboris, habent, quæ unuſquiſque noſtrûm, duce Chriſto, de ſocietate Gentilium exiens, debet abominari atque devitare; ſed etiam liberales diſciplinas, uſui veritatis aptiores, & quædam morum præcepta utiliſſima, continent: deque ipſo uno Deo colendo nonnulla vera inveniuntur apud eos, quod eorum tanquam aurum & argentum, quod non ipſi inſtituerunt, ſed de quibuſdam quaſi metallis divinæ providentiæ, quæ ubique infuſa eſt, eruerunt, & quo perversè atque injurioſè ad obſequia dæmonum abutuntur; cum ab eorum miſerâ ſocietate ſeſe animo ſeparat, debet ab eis auferre Chriſtianus, ad uſum juſtum prædicandi Evangelii. Veſtem quoque illorum, id eſt, hominum quidem inſtituta, ſed tamen accommodata humanæ ſocietati, quâ in hac vitâ carere non poſſumus, accipere atque habere licuerit, in uſum convertenda Chriſtianum.* Ex iis verò pluribus, quæ a veteribus Romani juris auctoribus ſapienter prudenterque ſancita, maximè probarint Chriſtiani magiſtri illud in primis adſcribendum videtur, quod è civili hactenus jure demonſtravimus: plenum abſolutumque eſſe patri, poſtquam ex legitimâ liberorum quemque portione heredem inſtituerit, familiæ ſuæ erciſcundæ arbitrium: ita ut fas ei ſit, plus uni, quàm alteri, relinquere.

II. Ita porro ſentiunt minorum gentium Theologi pleriqui omnes, qui de moribus noſtrâ ſuperiorique memoriâ ſcripſerunt: niſi quòd aliqui acutiores religioſoreſque, ut videntur, juſtam aliquam cauſſam exigunt, ut rectè atque ex æquitate paterfamiliâs agat. Nec enim illis culpâ omni vacare videtur pater, qui, ex cæcâ quadam animi propenſione atque impetu, unius magis, quàm alterius filii, emolumentis ſtudet, unumque alteri in bonorum ſucceſſione anteponit. Nec viſus eſt etiam, exactiſſimi viro judicii, Ambroſio Mediolanenſi Epiſcopo Hexaëmeron lib. V. cap. XVIII. ubi, ut diſcant homines amare filios, ad exemplum cornicum provocat, *quæ etiam volantes filios comitatu ſedulo proſequuntur, & ſollicitæ, ne teneri fortè deficiant, cibum ſuggerunt, ac plurimo tempore nutriendi officia non relinquunt*

quunt, & poſteà ſubdit. *Quis inter naturæ fraterna conſortia fratres impares fecit? Unius divitis filii divers â ſorte cadentur: alius totius paternæ ſortis adſcriptionibus inundatur: alius opulentæ hereditatis patriæ deplorat exhauſtam atque inopem portionem. Numquid natura diviſit merita filiorum? ex pari omnibus tribuit, quod ad naſcendi atque vivendi poſſint habere ſubſtantiam. Ipſa vos doceat non diſcernere patrimonio, quos titulo germanitatis æquaſtis. Etenim quibus dediſtis communiter eſſe, quod nati ſunt, non debetis his, ut id communiter habeant, in quod a naturâ ſubſtituti ſunt, invidere.* Eadem & parentum erga filios officia acriter inculcat Ambroſius lib. II. de Sancto Jacob & Vitâ Beatâ cap. II. *Simul cavendum, ne quis, dum eorum* (Iſaaci & Rebeccæ) *intendit exempla, inìquum inter filios habeat judicium, ut alterum diligendum putet, alterum poſthabendum. Hinc enim excitantur odia fraterna, & de pecuniæ vilis incremento facinus parricidiale componitur. Eadem foveat prolem menſura pietatis. Eſto tamen, ut aliquid ſibi ampliùs circa blandiorem aut ſimiliorem rapiat affectus; par debet circa omnes eſſe forma juſtitiæ. Plus confertur dilecto, cui fratrum amor quæritur; plus autem adimitur ei, qui prælationis injuſtæ oneratur invidiâ.* Et lib. de S. Joſeph. cap. II. *Inſtruimur igitur, qualis eſſe debeat affectus parentum, filiorumque gratia. Amare liberos, dulce; & impenſius amare, prædulce; ſed frequenter amor ipſe patrius, niſi moderationem teneat, nocet liberis: ſi aut nimia indulgentia dilectum reſolvat, aut prælatio unius cæteros ab affectu germanitatis avertat. Plus acquiritur filio, cui fratrum amor acquiritur. Hæc præclarior munificentia patrum, hæc ditior hereditas filiorum. Jungat liberos æqualis gratia, quos junxit æqualis natura. Lucrum pietas neſcit naturæ, in quo pietatis diſpendium eſt. Quid miraris, ſi propter fundum, aut domum, oriuntur inter fratres jurgia, quando propter tunicam inter Jacob Sancti filios exarſit invidia?* Utcunque ergo diſtribuendæ, ultra legitimam cujuſque portionem, in filios pro arbitrio hereditatis integram poteſtatem patriſfamiliâs faciant civiles leges; eum tamen a culpâ minimè excuſandum eſſe cenſent, ſi non illum ratio aliqua, ſed præpoſterum ſtudium & impetus quidam naturæ, ad unum ſupra alios filios ditandum impulerit. Sed, cum alias juſtas cauſas præ oculis patri habendas eſſe velint; tum maximè majora unius filii præ aliis merita: ut non indignus dignis; ſed, qui omni officiorum genere paternam ſibi benevolentiam devinxit, in hereditate fratribus præferatur. Unde, quum Imperatores, Gratianus, Valentinianus & Theodoſius, fœminam ſecundò nuptam juſſiſſent, quidquid ex primo conjugio lucrata eſſet, filiis ex priori viro ſuſceptis relinquere, ſive omnibus ſimul; ſive illorum cuilibet, ex arbitrio mulieris: ſi unum tamen filiorum eligendum ſibi mater exiſtimaſſet, non ita ſuæ illam cupiditati indulgere voluerunt, ut, cuicunque promiſcuè vellet, eadem bona conferret; ſed ei tantùm, *in quem, contemplatione meritorum, liberalitatis ſuæ judicium mater crediderit dirigendum*, l. *Feminæ*. C. *de ſecundis nuptiis*. Quare, ut argumentantur, aut omnes indiſcriminatim filii ex æquis portionibus heredes a patrefamiliâs relinquendi eſſe videntur; aut, ſi unus ex arbitrio ſupra omnes locupletandus, is certè, quem optimum pater præmioque digniſſimum judicaverit.

III Quod ſi ita eſt, ut docent, ſi major virtutis, quam naturæ ipſius, in erciſcundæ familiæ judicio habenda eſt ratio; quis non videat, quàm a culpâ alienum, quàm ſanctum ſit, neque Romanis ſolùm legibus; ſed morum etiam conſonum honeſtati, patris noſtri familiâs teſtamentum, quo ita inter liberos bona diſtribuuntur; ut, ſalvâ ſingulorum legitimâ portione, minus ad illum perveniat, qui & patrem injuriâ, & univerſam familiam graviori detrimento affecerit? quod eſt, non quaſi filium filio poſtponere; ſed, æquitati maximè ſtudere familiarumque conſervationi: ut, illo veluti exemplo, ad virtutem debitamque parentibus reverentiam ceteri filiifamiliâs alliciantur. Ita enim juſtiſſimè obſequentioribus melioribuſque filiis patreſfamiliâs ſolent benevolentiæ ſuæ luculentiora aliqua argumenta exhibere, ut, ex ſanctorum virorum exemplo, expendit Ambroſius de S. Jacob & Vitâ Beatâ lib. II. cap II. *Sed & Rebecca non quaſi filium filio; ſed quaſi juſtum, præferebat injuſto. Etenim apud matrem piam myſterium pignori præponderabat: illum non tam fratri præferebat, quàm offerebat domino, quem ſciebat collatum ſibi munus poſſe ſervare: in quo & alteri conſulebat, quem divinæ ſubducebat offenſæ, ne graviore implicaretur reatu, ſi acceptæ gratiam benedictionis amitteret.* Et lib. de Joſeph Patriarchâ capite II. *Quid ergo? reprehendendus Jacob, quia præferebat unum cæteris? Sed nec libertatem poſſumus auferre parentibus, ne eos plus diligant, quos plus credunt mereri; nec filiis reſecare debemus ſtudium plus placendi. Denique & Jacob illum plus amabat, in quo majora virtutum inſignia prævidebat: ut non tam filium pater prætuliſſe videretur, quàm propheta myſterium: meritòque variam tunicam fecit ei, quo ſignificaret, eum diverſarum virtutum amictu fratribus præferendum.* Sic etiam patris erga filium eximium ſanè ſtudium ſingulariſque benevolentia tunc vel maximè præluxit, cum Patriarcha Jacobus, morti jam proximus in Ægypto, optimè de ſe meritum Joſephum filium ceteris longè anteponendum eſſe duxit, datâ ei non exiguâ Chananeæ regionis portione, ultra communem aliorum omnium fratrum hereditatem. *Do tibi partem unam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.* Geneſis cap. XLVIII. Itaque nihil jam erit, quod vel rigidiores Theologi in patre noſtro familiâs accuſent, ſi, quum nihilòminus, quàm debeat, alicui ex filiis ſuis relinquat; plus iis tamen conferendum eſſe velit, qui longè plus virtute aſſiduâque erga parentes obſervantiâ meruerunt.

CAPUT V.

Accuratior ſuperioris ſententiæ diſcuſſio. Neque pietas, neque juſtitia, inæquali diſtributione, a patrefamiliâs læſa. Pietatis ex Cicerone definitio. Legitima portio excepta. Juſtitiæ definitio. Didaci Covaruvias invictum argumentum, quo cæteri uſi. Duplex juſtitia ἐπανορθωτικὴ καὶ διανεμητικὴ. *Nulla ex his a patrefamiliâs violata. Id primùm oſtenſum de commutativâ. Juſtitia* ἐπανορθωτικὴ *explicata. Oſtenſum etiam de diſtributivâ. Hujus explicatio, ex Thomâ, Geometrica Juſtitiæ diſtributivæ proportio. Nulla in liberalitate perſonarum acceptio: Juſtitiæ & liberalitatis diſcrimen. Honeſtum, filiorum optimo plus relinquere. Sed licet tamen, vel deteriorem præferre. Res hujuſmodi* ἀδιάφορος. *Omnia in humanis aut honeſta, aut turpia, aut* ἀδιάφορα. *Ex Gellio & Hieronymo exempla.* Ἀδιάφορα, *ex Thomâ Aquinate, neceſſe eſt, aut ad virtutem, aut ad vitium, humanis actionibus trahi. Legum eſt permittere* ἀδιάφορα. *Legis munia. Paternum de hereditate arbitrium, ex circunſtantiis & fine, aut vitioſum aut laudabile. Vetus virtutum definitio imperfecta. Vitium eſt non ſervare circunſtantias. Juſtæ cauſſæ quædam, cur paterfamiliâs unum filiorum alteri præferat. Sæpius ſibi hac in re patres indulgent & peccant. Sed plerunque culpa ea levis. Debitum morale liberalitatis. Prodigentiæ paterfamiliâs damnatus, qui ſine cauſsâ juſtâ, minus dignum anteponit. Prodigentia, levior culpa. Adverſùs eos, qui filiis Deo ſacris minùs relinquunt, graviſſima Salviani reprehenſio. Grave patris peccatum, ſi ex odio movetur. Prudentiſſima Philiarci animadverſio.*

I. SEd, quanquam non niſi juſtè juſta cauſſa requiri videatur, ut non ex æqualibus partibus ad liberos omnes perveniat hereditas: ſunt hîc tamen accuratè, ne violati juris patremfamiliâs damnemus, diſtinguenda omnia. Nam, ſi διαλογίζεσθαι libet, atque ad exactam rationis trutinam rem ipſam examinare: neque pietati erga filios, neque juſtitiæ legibus; deeſt paterfamiliâs, qui, liberis, ex unâ quolibet legitimâ portione, heredibus inſtitutis, ceteras omnes vel ampliſſimi patrimonii opes in alienos, quoſcunque volet, uſus converterit. Satis enim officioſa prudentiſſimis viris ipſiſque legum conditoribus; viſa eſt paterna pietas, ſatis filiorum commodo atque honori conſulere, ſi, hereditatis jure, iis relinquat, quod leges e pietatis officio definierunt, atque *non ignobili incremento* auxit Juſtinianus. Siquidem pietas Ciceroni lib. II. de Inventione, eſt, *per quam ſanguine conjunctis patriæque benevolis officium & diligens tribuitur cultus.* Quare, quod ad pietatem ſpectat, ſiqua patris erga filium pietas dici debet: dummodo legitimam filiorum quiſque partem recipiat, parùm ſanè intereſt, qualecunque demum patris fuerit in dividendâ hereditate judicium, ſive plus filiorum optimo deferas, ſive omnium deterrimo. Ut enim ſupra adnotavimus ex Lege VIII. C. de inofficioſo teſtamento, *parentibus arbitrium dividendæ hereditatis inter liberos adimendum non eſt: dummodò non minùs, qui pietatis ſibi conſcius eſt, partis, quæ ab inteſtato defuncto potuit ad eum pertinere, quartam ex judicio parentis obtineat.* Quantùm verò ad juſtitiam attinet, quæ definitur ibidem Tullio, *habitus animi, communi utilitate conſervatâ, ſuam cuique tribuens dignitatem,* & Jureconſulto lib. I. Regul. *conſtans & perpetua voluntas, jus ſuum cuique tribuens.* L. *Juſtitia.* D. *de Juſtitiâ & Jure:* ſunt, qui peccare patremfamiliâs opinentur, ſi ita inter liberos patrimonium partiatur ſuum, ut dignum digniori anteponat. Verùm ſine ullâ alterius injuriâ patrem hic agere, jureque ſuo uti, ſi patrimonium uni potiùs, quàm alteri filiorum, ex arbitrio auxerit, facilè demonſtrat Didacus Covaruvias de Reſtitutione II. parte §. VII. num. VII. cujus pulcherrimo invictoque argumento eò libentiùs utor, quò plures uſos eſſe video non ignobiles Scriptores. Mihi enim ſemper placuit, ſuis quæque referre auctoribus, atque ex ipſo fonte, e quo ceteri acceperint, haurire.

II. Igitur injuſtitiæ crimine abſolvendum eſſe patremfamiliâs, qui vel ad deteriorem filium ampliſſimum patrimonium deferat, legitimæ ſuæ portioni juſſis ceteris acquieſcere; illud potiſſimum oſtendit, quòd aut eam juſtitiæ partem is violaret, quæ ἐπανορθωτικὴ dicitur, nobis *commutativa*; aut eam certè, quæ, pro cujuſque dignitate, præmia diſtribuit, & διανεμητικὴ idcirco appellatur. Siqua verò alia juſtitiæ pars diſtinguitur, ea huc non ſpectat. Atqui nulli ex his juſtitiæ partibus, inæquali illo patrimonii dividendi arbitrio, hominem adverſaturum, quiſque intelliget, qui ad utramque ſeorſum juſtitiam animum ſuum intenderit. Et de juſtitia quidem, quæ in conventionibus rerumque commutatione verſatur, ſatis liquet, eam a patrefamiliâs non infringi, quia enim legitimæ parti ſuperſunt bona, nec filii alicujus ſunt, nec filio debentur; quod autem non debetur alteri, ad juſtitiam *commutativam* pertinere non poſſe, optimè docet ex Ariſtotele ſummus Philoſophus S. Thomas II. II. quæſt. LXI. art. II. *In commutationibus redditur aliquid alicui ſingulari perſonæ, propter rem ejus, quæ accepta eſt: ut maximè patet in emptione & venditione, in quibus primò invenitur ratio commutationis. Et ideò oportet adæquare rem rei: ut, quantò iſte plus habet, quàm ſuum ſit, de eo, quod eſt alterius; tantundem reſtituat ei, cujus eſt. Et ſic fit æqualitas ſecundùm arithmeticam medietatem, quæ attenditur ſecundùm parem quantitatis exceſſum;* & art. III. ubi συναλλάγματα, Ariſtotelis exemplo, in ea ſecernit, quæ ſponte noſtrâ, & quæ nobis invitis, fiunt: *Commutativa verò juſtitia eſt directiva commutationum, quæ attendi poſſunt inter duas perſonas: quarum quædam ſunt involuntariæ; quædam verò voluntariæ. Involuntariæ quidem, quando aliquis utitur re alterius, vel perſonâ, vel opere, eo invito.* Et infra: *Voluntariæ autem commutationes dicuntur, quando aliquis voluntariè transfert rem ſuam in alterum. Et ſiquidem ſimpliciter in alterum transferat rem ſuam abſque debito, ſicut in donatione, non eſt actus juſtitiæ, ſed liberalitatis. In tantum autem ad juſtitiam voluntaria translatio pertinet, in quantum eſt ibi aliquid de ratione debiti,*

biti. Quod ſi filiorum optimo bona ejuſmodi neceſſariò deberentur; atque patrefamilias, qui optimo non tribueret, commutativa læderetur juſtitia: nec, qui melioribus longe fratribus paterno in teſtamento prælatus eſt, juſte illa poſſideret; nec vero poſſidere lex ulla cujuſcunque fori permitteret: ſed potius, ſi de hujus pravitate dignitateque aliorum conſtaret, cogeret ad reſtitutionem, quod non facit.

III. Nec alia etiam juſtitia violatur, quæ, ut Ariſtoteles enumerat Ethicorum lib. V. Cap. IV. *ſita eſt in diſtributione vel honoris, vel pecuniæ, vel aliarum rerum, quæ inter eos dividi poſſunt, qui ejuſdem reipublicæ communione inter ſe conjuncti ſunt*: & κατ᾽ ἀξίαν ſuum cuique tribuit. Nam, *quamvis etiam diſtributio*, ut notat Thomas Aquinas II. II. quæſt. LXI. artic. I. ad III. *quandoque fiat bonorum communium, non quidem civitati, ſed uni familiæ, quorum diſtributio fieri poteſt auctoritate alicujus privatæ perſonæ*: illa tamen bona, communia toti familiæ eſſe debent, non alicujus propria, de quibus liberum ei arbitrium a legibus permittatur. Ita luculenter Thomas artic. I. ut explanet, quod ſibi ſecundo loco objecerat: quomodo ad juſtitiam ſpectet diſtributio, per quam *non redditur alicui, quod ſuum eſt; ſed de novo appropriatur ſibi id, quod erat commune*: cui quidem argumento ſic reſpondet: *Ad ſecundum dicendum, quod ſicut pars & totum quodammodo ſunt idem: ita id, quod eſt totius, quodammodo eſt partis. Et ita, cum ex bonis communibus aliquid in ſingulos diſtribuitur; quilibet aliquo modo recipit, quod ſuum eſt.* Et artic. II. *In diſtributiva juſtitia datur aliquid alicui privatæ perſonæ, in quantum id, quod eſt totius, eſt debitum parti. Quod quidem tanto majus eſt, quanto ipſa pars majorem principalitatem habet in toto. Et ideo in diſtributiva juſtitia tanto plus alicui de bonis communibus datur, quanto illa perſona majorem habet principalitatem in communitate. Quæ quidem principalitas in ariſtocratica communitate attenditur ſecundum virtutem: in oligarchica, ſecundum divitias: in democratica, ſecundum libertatem; & in aliis aliter. Et ideo in juſtitia diſtributiva non accipitur medium ſecundum æqualitatem rei ad rem; ſed ſecundum proportionem rerum ad perſonas: ut ſcilicet, ſicut una perſona excedit aliam: ita etiam res, quæ datur uni perſonæ, excedat rem, quæ datur alii. Et ideo dicit Philoſophus, quod tale medium eſt ſecundum geometricam proportionalitatem, in qua attenditur æquale, non ſecundum quantitatem; ſed ſecundum proportionem.* Quum ergo ea, quæ pater habet, ultra debitam filiis legitimamque portionem, non bona aliqua ſint toti familiæ communia, nec ulli omnino debeantur; ſed ad ipſum tantum patremfamilias, pleno abſolutoque jure, pertineant: quis unquam injuſtæ diſtributionis nomine inſimulandum ſibi eum eſſe putet, quod opes ſuas, ut libuerit, non, ut cujuſcunque merita poſtulaverint, diſpenſet? Neque enim ulla hic eſſe poteſt, quæ maximo vitio ducitur, perſonarum acceptio: ubi nihil ſui juris; ſed omnia ſibi vindicat hominis liberalitas. Neque verò juſtitiæ pars liberalitas eſt: *quia juſtitia*, teſte Aquinate II. II. quæſt. CXVII. artic. V. *exhibet alteri, quod eſt ejus; ſed liberalitas exhibet id, quod ſuum eſt.* Atque id etiam acutè vidit Thomas quæſt. LXIII. artic. I. *Ad tertium dicendum, quod duplex eſt datio. Una quidem, pertinens ad juſtitiam, qua ſcilicet aliquis dat alicui, quod ei debetur. Et circa tales dationes attenditur perſonarum acceptio. Alia eſt datio ad liberalitatem pertinens, qua ſcilicet gratis datur alicui, quod ei non debetur. Et talis eſt collatio munerum gratiæ, per quæ peccatores aſſumuntur a Deo. Et in hac donatione non habet locum perſonarum acceptio: quia quilibet abſque injuſtitia, poteſt de ſuo dare, quantum vult, & cui vult, ſecundum illud Matthæi XX. An non licet mihi quod volo, facere? tolle quod tuum eſt, & vade.* An non ergo patrifamilias liceat, quod omnibus liceat?

IV. Non equidem diffiteor, quod notat Covarruvias ad honeſtatem quandam pertinere, ut ſi velit pater plus uni, quam alteri filiorum, relinquere, eum præferat, qui virtutis ſtudio atque erga majores pietate, digniſſimus omnium videatur. Sed, eſto maxime laudabile illud ſit, optimeque in poſterum exempli: nego tamen, ſi res ἁπλῶς ſine ulloque circumſtantiarum, quia aliter τὰ [illegible] dicere Latine non poſſumus, conditionumque aliarum comitatu conſideretur; trahi in vitium poſſe, quod, non pro cujuſque dignitate; ſed, pro arbitratu patris, filii ad ampliorem pinguioremque patrimonii partem vocentur. Etenim, ſi quid hac in re paterfamilias peccaret, æquitatem utique læderet, & ſacroſancta naturæ jura, quibus ſuum unicuique debetur. Quum autem nullam is juſtitiæ partem infringat, ut demonſtraſſe nos puto; facile ſequitur, liberum ei per divinas humanaſque leges eſſe, quem voluerit filiorum, vel indignum digno præferre, quod affert gloſſa in *L. Ex facto D. ad ſenatuſconſultum Trebellianum.* ubi, quum §. *Siquis.* II. mentionem Ulpianus de homine feciſſet, *qui rogatus fuerit filiis ſuis, vel cui ex his voluerit, reſtituere hereditatem*; hic ad v. *voluerit* gloſſa: *qui etiam indignum digno poterit præferre. Secus, ſi dixiſſet teſtator: Quem dignum putaverit.* Quare ita patremfamilias laudandum puto, ſi digniſſimum ampliori fortunarum copia, eum inter liberos judicet, quem ceteris videt virtute antecellere; ut non propterea damnandum cenſeam, quod bona filiis, ut velit, ſua largiatur, eſt enim res hujuſmodi, meo quidem judicio, inter ea reponenda, quæ dicuntur e Philoſophia ἀδιάφορα, atque a Gellio explicantur lib. II. cap. VII. ubi de officio erga parentes liberorum inquirit; &, an ſemper patri parendum ſit, quidcunque demum ille juſſerit: *Omnia, quæ in rebus humanis fiunt, ſicuti docti cenſuerunt, aut honeſta ſunt, aut turpia. Quæ ſua vi recta aut honeſta ſunt, ut fidem colere, ut patriam defendere, ut amicos diligere: ea fieri oportet; ſive imperet pater, ſive non imperet. Sed, quæ his contraria, quæque turpia & omnino iniqua ſunt: ea, ne ſi imperet quidem. Quæ verò in medio ſunt; & a Græcis tum ἀδιάφορα, i. e. indifferentia, tum* [illegible], *appellantur, ut in militiam ire, rus colere, honores capeſſere, cauſſas defendere, uxorem ducere, juſſum proficiſci, ut accerſitum venire: quoniam & hæc & his ſimilia per ſeſe ipſa neque honeſta ſunt, neque turpia; ſed perinde ut a nobis aguntur; ita ipſis actionibus, aut probanda ſunt, aut reprehendenda: propterea in hujuſmodi omnium rerum generibus patri parendum eſſe cenſent*, itemque a B. Hieronymo epiſt. LXXXIX. ad Auguſtinum: *Bonum eſt continentia, malum eſt luxuria: inter utrumque indifferens, ambulare, egerere alvi ſtercora, capitis naribus purgamenta projicere, ſputis rheumata jacere. Hoc, nec bonum, nec malum eſt. Sive enim feceris; ſive non feceris; nec juſtitiam habebis, nec injuſtitiam.* Nec enim iſta hos pudeat in medium afferre, quæ non puduit Beatum Hieronymum.

V. Hæc itaque, quæ ſuo in genere neque bona ſunt, neque mala, ad utramque partem ſeu virtutis ſeu vitii trahi, humanis ipſis actionibus, facillimè poſſunt: immo & trahi neceſſe eſt, ſi vera ſunt, ut veriſſima eſſe videntur, quæ tradit Thomas Aquinas I. II. quæſt. XVIII. artic. IX. *aliquem actum eſſe indifferentem, ſecundum ſpeciem: qui tamen eſt bonus, vel malus in individuo conſideratus. Et hoc ideò, quia actus moralis, ſicut dictum eſt, non ſolum habet bonitatem ex objecto, a quo habet ſpeciem; ſed etiam ex circumſtantiis, quæ ſunt quaſi quædam accidentia. Sicut aliquid convenit individuo hominis;*

tanquam accidentia individuantur, quod ideo convenit homini, ſecundum rationem ſpeciei. Et oportet, quod quilibet individualis actus habeat aliquam circumſtantiam, per quam trahatur ad bonum, vel malum, ſaltem ex parte intentionis finis. Quum enim rationis ſit ordinare, actus a ratione deliberativa procedens, ſi non ſit ad debitum finem ordinatus, ex hoc ipſo repugnat rationi, & habet rationem mali. Si vero ordinatur ad debitum finem, convenit cum ordine rationis, unde habet rationem boni. Neceſſe eſt autem, quod vel ordinetur vel non ordinetur ad debitum finem. Unde neceſſe eſt, omnem actum hominis, a deliberativa ratione procedentem, in individuo conſideratum, bonum eſſe, vel malum. Atqui [illegible] eſt naturâ ſuâ eſſe, quòd, inſtitutis ex legitimâ portione heredibus filiis, unus ex illis poſtea, quicumque demum fuerit, ex paterno arbitrio, locupletetur, tum ex aliis argumentis conſtat, tum etiam ex eo, quòd id patrifamilias Romanæ leges permiſsant. Neque enim, ſi nefas eſſet patri, in dividendo inter liberos patrimonio, unum præ aliis pro voluntate ſuâ, vel indigniorem, ditare: id illi per civiles Romanorum leges liceret, quæ leges conſervando tuendoque ſemper civium omnium juri maximè ſtuduerunt. Legum autem hoc eſſe ſcimus, permittere quæ [illegible] cenſentur. Unde legis munia recenſet lib. I. Regul. Modeſtinus: *imperare, vetare, permittere, punire.* L. *Legis.* D. *de Legibus.* & explanat Thomas Aquinas I. II. quæſt. XCII. art. II. *Præcepta autem legis ſunt de actibus humanis, in quibus lex dirigit, ut ſupra dictum eſt. Sunt autem tres differentiæ humanorum actuum. Nam, ſicut ſupra dictum eſt, quidam actus ſunt boni ex genere, qui ſunt actus virtutum: & reſpectu horum ponitur legis actus, præcipere vel imperare. Præcipit enim lex omnes actus virtutum, ut dicitur in V. Ethicorum. Quidam vero ſunt actus mali ex genere; ſicut actus vitioſi: & reſpectu horum lex habet prohibere. Quidam verò ex genere ſuo ſunt actus indifferentes: & reſpectu horum lex habet permittere. Et poſſunt etiam indifferentes dici omnes illi actus, qui ſunt vel parùm boni, vel parùm mali. Id autem, per quod inducit lex ad hoc, quòd ſibi obediatur, eſt timor pœnæ: & quantum ad hoc ponitur legis effectus, punire.* Nec ferè aliter Iſidorus Originum lib. V. Cap. XIX. *Omnis autem lex aut permittit aliquid, ut, vir fortis petat præmium: aut vetat, ut, ſacrarum virginum nuptias nulli petere liceat: aut punit, ut, qui cædem fecerit, capite plectatur; aut enim præmio, aut pœnâ, vita moderatur humana.*

VI. Hinc igitur inæquali erciſcundæ familiæ arbitrio plura circumſtantiarum conſiliorumque genera advenire, & ſe veluti immiſcere poſſunt, unde, pro diverſitate rerum, quæ actionem quamcumque humanam circumſtant, patrisfamilias voluntas, aut in laudem cadat, aut in vituperationem: in laudem quidem, ſi actioni, quæ ex ſe [illegible] eſt, honeſtus finis debitæque apponantur circumſtantiæ; in vituperationem verò, ſi actioni illi circumſtantia aliqua neceſſaria, aut finis certè honeſtus, deficiat. Nam, ut ex Boëthio docet Thomas I. II. quæſt. XVIII. artic. IV. *cujus finis bonus eſt, ipſum quoque bonum eſt: &, cujus finis malus eſt, ipſum quoque malum eſt:* &, quemadmodum virtutis eſt, teſte Philoſopho lib. II. Ethicorum Cap. II. ſequi, quæ oportet, & quando & quomodo oportet; eaque de cauſſâ minus rectè nonnulli virtutes definiiſſe videntur, [illegible] *quaſdam perturbationum, animorumque ſtatus quietos ac placatos,* ut explicat Dionyſius Lambinus, *quòd non adjunxerint, quomodo & quo tempore oporteat, & non oporteat, & cætera, quæ addi conſueverunt:* ita & ad vitium ſpectat, aliquid agere, quando non oportet, ubi non oportet: & *ſic de aliis circumſtantiis:* ut auctor eſt Aquinas artic. III., quod & fuſius paulò poſt exponit exemplo naturalis rerum, cui multum perfectionis ex iis, quæ accidunt, ſuperadditur: *quorum ſi aliquid deſit ad decentem habitudinem, conſequitur malum. Ita etiam eſt in actione. Nam plenitudo bonitatis ejus non tota conſiſtit in ſua ſpecie: ſed aliquid additur ex iis, quæ adveniunt, tanquam accidentia quædam & hujuſmodi ſunt circumſtantiæ debitæ. Unde, ſi aliquid deſit, quod requiratur ad debitas circumſtantias, erit actio mala.* Quæ ut omnia exemplo illuſtrentur, non eo quidem diſputando progrediar, ut dicam cum Antonino Diana p. V. tract. III. reſ. XIII. ex humano more, & [illegible], juſtas ſemper adeſſe cauſſas, cur paterfamilias, abſque omni prorſus peccato, plus uni, quàm alteri, conferat liberorum (ſcio enim, quàm ſibi parentes ſuæque cupiditati hac in parte indulgeant:) ſed & illud mihi concedi poſtulaverim, juſtâ aliquando de cauſſâ fieri poſſe, ut bene laudabiliterque agat paterfamilias, ſi vel minus dignum digniori in ſucceſſione prætulerit: puta, quòd gentis conſuetudo ita ferat, ut primo loco natus alios paternis in bonis antecedat: quòd unus matrimonio, ex patris conſenſu, conjunctus, numeroſiori prole gravetur: quòd alii magnas ſibi divitias aliunde comparaverint: quòd, ex ſuſcepto vitæ inſtituto, longè parciori fortunarum copiâ, ad dignitatem ſervandam, indigeant; aliiſve ſimilibus de cauſſis. Quanquam longè facilius, ex humanâ imbecillitate, ac frequentius fieri ſolet, ut animi ſui, cupiditatiſque potiùs ductum, quàm rationis ipſius, in eligendo filio paterfamilias ſequatur: adeoque peccet: atque eo certè peccati genere, cujuſmodi fuerit cauſſa, quæ ipſum ad inæqualem vitioſamque illam in filios hereditatis diſtributionem moverit. Ut enim veniâ dignam plerumque patris culpam in eo eſſe libentiſſimè fatear, quòd, ex præpoſtero quodam animi ſtudio, unus filiorum alteri in ſucceſſione præferatur: culpa tamen aliqua eſt, & aliquam vidit Beatus Ambroſius. Quis enim ferat, niſi aliud juſtior cauſſa ſuaſerit, indignum digno, noxium innoxio, crimino ſum innocenti, optimo peſſimum, anteponi? æqui liberalitas, ut notat B. Thomas II. II. quæſt. CXVII. artic. V. ad I. *etſi non attendat debitum legale, quod attendit juſtitia, attendit tamen debitum quoddam morale, quod attenditur ex quadam ipſius decentia, non ex hoc, quòd ſit alteri obligatus.*

VII. Itaque prodigentiæ patremfamilias accuſat Gabriel Vaſquezius de Teſtamentis Cap. VII. §. VII. dub. I. ita tamen accuſat atque damnat, ut levem ejus culpam faciat, faciliſque veniæ: quòd in nimiâ rerum profuſione, ubi injuſtitia abſit, vix grave aliquod crimen reperiri poſſe arbitretur. Et certè, ſiqua eſt, ut reapſe eſt, & virtuti liberalitatis opponitur, prodigentiæ culpa: eam præ avaritiâ plurimum attenuat quæſt. CXIX. artic. III. ſanctiſſimus doctiſſimuſque vir, Thomas Aquinas: cujus [illegible] ſemper colui atque admiratus ſum: ſæpiuſque idcirco verba adhibeo quamlibentiſſimè: *Reſpondeo, dicendum, quòd prodigalitas ſecundum ſe conſiderata, minus peccatum eſt, quam avaritia. Et hoc triplici ratione. Primò quidem, quia avaritia magis differt à virtute oppoſita. Magis enim ad liberalem pertinet dare, in quo ſuperabundat prodigus, quàm accipere vel retinere, in quo ſuperabundat avarus. Secundò, quia prodigus eſt multis utilis, quibus dat: avarus autem nulli, ſed nec ſibi ipſi, ut dicitur in IV. Ethicorum. Tertiò, quia prodigalitas eſt facilè ſanabilis: & per hoc, quòd declinat ad ætatem ſenectutis, quæ eſt contraria prodigalitati, & per hoc, quòd pervenit ad egeſtatem de facili, dum multa inutiliter conſumit: & ſic pauper factus, non poteſt in dando ſuperabundare: & etiam quia*

di

de facili perducitur ad virtutem, propter ſimilitudinem, quam habet ad ipſam. Hactenus B. Thomas. Minus etiam laudabile viſum eſt aliquando, quod temporibus heu! noſtris frequentiſſimum eſt, ſi inter filios ei minus relinquatur, qui ſe Deo, altiori quodam religionis inſtinctu, conſecraverit. Damnat id graviſſimè Salvianus lib. III. ad Eccleſiam Catholicam: *Sed præclaram videlicet, qui hæc faciunt, rationem conſilii ſui reddunt, dicentes: Quid opus eſt, ut filiis jam religioſis æqua hæreditatis portio relinquatur? Nihil ergo juſtius, nihil dignius, quàm ut, quia cœperunt religioſi eſſe, mendicent: non quidem quòd eos hæc res mendicitate oppreſſura ſit, quòd à terrenis facultatibus abdicantur, cælum ſpe poſſidentes, cito etiam repoſſeſſuri, regente illos Deo ſuo ac protegente, qui eos, cum immortali ſpe æternorum, etiam ſufficientiâ temporalium munerantur. Sed tamen, quantum ad inhumanitatem parentum pertinet, egent, à quibus ſic relicti ſunt, ut egerent. Certè etiam, ſiqui non penitus domo eliminantur, & quibus non omnino extorribus, quaſi aquâ & igni interdicitur: tamen tantò inferiores fratribus relinquuntur, ut, etiamſi paupertate non egeant, comparatione tamen egere videantur.* Multa alia, magnâ animi verborumque contentione, urget hanc in rem Salvianus, cujuſmodi hæc ſunt: *Iniquum ergo arbitramini, ut ſæcularibus filiis religioſos filios ſubſtantiâ pares eſſe faciatis? Id ergo agitis, ut pœniteat eos cœpta religionis, quos religio apud vos fecerit viles. Pius itaque ac bonus dominus: qui ſervet in eis propoſitum ac profeſſionem ſuam. Cæterùm, quantùm in vobis eſt, id agitis, ut ſæculi eos cultores eſſe faciatis, quibus ſæculares filios antefertis.* Quod ſi, ex filii alicujus odio, totum patrimonium ſuum in alios; exceptâ legitimâ portione, paterfamiliâs transferat: tunc equidem graviſſimè peccat: ſed, κατὰ συμβεβηκὸς, ex odio, quo movetur, non ex eo, quòd uni pluſquàm alteri relinquat. Quapropter, ſi malam erga bonum filium voluntatem depoſuerit; poteſt debetque adeò abſolvi: etiamſi mutare nolit teſtamentum, ut egregiè monuit Coſmus Philiarcus, Canonicus olim & Theologus Florentinus. Digna enim mihi viſa ſunt, quæ huc adſcriberentur, ejus verba: etſi minorum gentium Theologis non libenter uti conſueverim. Ita ergo habet optimus ille Presbyter de Officio Sacerdotis Tom. I. II. parte lib. IV. Cap. XX. de quarto præcepto Decalogi: *Immo pater totum id, quod ſupereſt, ultra partes legitimas, filiis de jure debitas, poteſt de rigore relinquere extraneo, & dicere filiis, ut quiſque tollat, quod ſuum eſt, & vadat; nec ob id eſt illis deneganda abſolutio. Quòd ſi ex odio faciunt, & nolunt mutare teſtamentum: diſtinguat prudens Confeſſor peccatum à non peccato; &, niſi odium depoſuerint, non abſolvat. Si autem dicunt, ſe odium depoſuiſſe, & de habito pœnitere; ſed nolle mutare teſtamentum: ſunt abſolvendi. Et non poteſt ad hoc illos cogere, etiamſi in eo venialiter peccarent. Nam venialæ non impedit effectum ſacramenti; nec tollit gratiam. Quod ideò diximus, quia inveniuntur Confeſſarii, qui cum infirmis & in extremis laborantibus, conſanguineorum potiùs, quàm animæ, cauſſam tractant: & illos abſolvere nolunt, niſi teſtamentum mutaverint, & juxta conſanguineorum voluntatem fecerint. Unde etiam illos ſæpe ad deſperationem inducunt.*

CAPUT VI.

Adverſariorum ex Lege Codicis argumentum, quod uberrimè diſſolvitur. Lex illa per Juſtinianum abrogata. Latum inter nuptialia lucra, & paternam, quæ ex teſtamenta eſt, hæreditatem diſcrimen. Ubi diverſa jura, diverſum judicium. Pœna mulieris ſecundò, poſt annum, nubentis. Cur ei permiſſum fuerit, optimum filiorum eligere. Nuptialia lucra communibus tantùm filiis reſervanda. Hinc alienari prohibita. Uſusfructus tantùm ad matrem pertinet. Eadem & patriſfamiliâs ſtatuta pœna. Alia contrahentium iterum matrimonium pœna. Lex Juſtiniani correcta. Ingrati filii a beneficio legis excluſi. Breve & verum inter nuptialia bona, &, quæ parentum propria eſt, hæreditatem, diſcrimen. Pulcherrima Divi Juſtiniani Conſtitutio. Servare inter liberos æqualitatem, honeſtum: juſtum etiam, latiori ſignificatione. Ad honeſtatem ſpectat, quòd optimus filiorum præferatur. Vera Legis Feminæ *ſententia. Quinam digniſſimi dicti. Allatum Gregoriæ feminæ ex Juſtiniano exemplum. Nuptiale lucrum filiæ ab Imperatore adjudicatum. Aliud de nuptialibus lucris judicium, aliud de hæreditate, quæ pleno jure parentum eſt.*

I. NEc paternum de diſtribuendâ, ut viſum fuerit, hereditate arbitrium ademptum cenſeri debet, aut coarctatum ſingulari illâ Lege III. C. *de ſecundis Nuptiis. Feminæ, quæ, ſuſceptis ex priore matrimonio filiis, ad ſecundas, poſt tempus luctus ſtatutum, tranſierint nuptias, quidquid ex facultatibus priorum maritorum, ſponſalium jure quidquid etiam nuptiarum ſolemnitate perceperint, aut, quidquid mortis cauſſâ donationibus factis, aut teſtamenti jure directo, aut fideicommiſſi, vel legati titulo, vel cujuslibet munificæ liberalitatis præmio, ex bonis, ut dictum eſt, priorum maritorum fuerint aſſecutæ; id totum ita, ut perceperint, integrum ad filios, quos ex præcedente conjugio habuerint, tranſmittant, vel ad quemlibet ex filiis (dummodò ex iis tantùm ſit, quos ex tali ſucceſſione digniſſimos judicamus) in quem, contemplatione meritorum, liberalitatis ſuæ judicium mater crediderit dirigendum.* Qua ex lege quidam, ut innuimus ſupra, opinantur, non licere patriſfamiliâs, unum filiorum alteri præferre, niſi quem optimis præditum moribus paternoque beneficio inter omnes digniſſimum animadverterit. Sicuti enim eligendi filii poteſtas, facta matri a Romanis Principibus *L. Generaliter. ꝟ. Dividendi. & L. In quibus caſibus. C. de ſecundis nuptiis.* ad digniſſimum omnium optiméque meritum filium reſtricta eſſe videtur, in quem matrimonii primi lucra conferantur: ita & patremfamiliâs non poſſe putant, ſi portionum æqualitatem ſervare noluerit, niſi pro cujuſque meritis, hæreditatem inter liberos ſuam partiri.

II. Sed fruſtra totum hoc eſt illorum argumentum. Etenim in primis Legem illam *Feminæ* aliaque ſimilia de nuptialibus lucris, pro parentum arbitrio, in filios ejuſdem matrimonii dividendis antiqua jura abrogavit Juſtinianus Auth. de Nuptiis collat. IV. §. *Veniens autem.* ubi connubialis

hæc lucra æqualiter inter liberos lege diſtribui jubet, non arbitrio parentis permitti. *Venient autem talia lucra ad filios omnes prioribus offenſos nuptiis. Non enim permittimus parentibus non rectè introductam electionem in eos; neque aliis quidem filiorum dare, alium verò exhonerare: omnes enim ſecundis ſimiliter exhonerati ſunt nuptiis. Sed, quemadmodum omnium filiorum ſimiliter heredes exiſtunt parentes; & non alii quidem ſuccedunt; alii verò non: cur non ſimiliter & ipſi omnibus ex æquo, quantùm ad hoc, conſervant; ſed alios quidem eligant, alios verò deſpiciant? Ideòque, ſecundum portionem, unuſquiſque hoc lucretur.* Quare, ſiqua vis argumenti eſt, ſiqua auctoritas; non jam patri matrive familiâs in condendo teſtamento licebit, optimum filium aliis anteponere: ſed neceſſe erit omnino, ut ex æquo illis hereditatem relinquat; quod falſiſſimum eſſe omnes fatentur. Verumtamen a nuptialibus lucris ad paternam maternamve hereditatem trahi exemplum non poſſe, inde maximè conſtat, quòd, quidquid illius lucri eſt, uni tantum filio tradere prioris conjugii, ceteris prætermiſſis, nupta iterum fœmina per legem Codicis permittatur: nefas autem ſit parentibus, unum duntaxat filium heredem inſtituere, niſi ceteri ingrati demonſtrentur. Nec latiſſimi inter unam aliamque rem diſcriminis ratio aliunde petenda eſt nobis, quam a Romanis ipſis legibus, quæ maternum de nuptiali lucro arbitrium ita reſtrinxerunt, ut non niſi digniſſimus filiorum eligeretur: liberrimam autem parentibus, qui teſtamenta eſſent confecturi, poteſtatem fecerant, ut, exceptis legitimis portionibus, quem vellent ex liberis, pro arbitrio, anteponerent. Quemadmodùm enim, ubi per jus licet, de ſimilibus rebus unum idemque judicium ferendum eſt: ita, ubi diverſa ſunt, ac diſſimilia inter ſe jura, non ex unâ re licet ad aliam argumentari, utcunque ſimilis utrobique aliqua nobis ratio forſan videatur. Unde, licet fœmina, quæ ad ſecundas nuptias tranſit, optimum filium nequeat minùs dignis poſtponere: non ſequitur tamen, quòd & patri matrivefamiliâs non liceat, quem voluerit filiorum, ſupra alios, ex patrimonio ſuo locupletare. Pœna ſiquidem hæc eſt mulieris, quæ, poſt lugubre annuumque tempus, ſecundò nupſerit: quòd omnia e priori conjugio emolumenta in ejus matrimonii filios conferre debeat, quod notat accommodè gloſſa in L. *Fœminæ*: *Superiores leges dicunt, qualiter puniatur mulier, quæ intra tempus luctûs nubit; hæc loquitur, qualiter puniatur illa, quæ nubit poſt annum, dimiſſâ affectione liberorum: & dicit, quòd talis mulier, quidquid habuerit ex primo marito, ſive in teſtamento, ſive inter vivos, reſervabit filiis primi matrimonii, nec poterit aliquid alienare: &, ſi alienet, cogetur reſtituere tantum de ſuo proprio.* Ideò autem permiſſum olim eſſe puto, unum potiſſimùm ex filiis, quem optimè de ſe meritum experta fuerit, eligere, ut omnes illo præmii incitamento ad obſervantiam matri exhibendam, pro ſuis quiſque viribus, allicerentur. Solent enim filii graviſſimè ferre, quòd illos veluti mater abjiciat, ut libidini ſuæ, ſecundis nuptiis, obſequatur. Quare, nequa inde injuria in matrem oriretur; viſum eſt tunc Romanis Principibus, filiorum ita pietatem provocare, ut liberum eſſet matri, connubialia illa lucra optimo filiorum, & ſtudioſiſſimo impertiri. Ita ergo propter ſecundas nuptias punita mater, ut ſimul & filii ad pietatis virtutiſque ſtudium inflammarentur.

III. Quanquam autem juſſa poſtea fuerit ab Juſtiniano, inter liberos, ex priori viro ſuſceptos, æqualiter dividere, quidquid ex primo lucrata eſt matrimonio: non illa tamen pœna ſublata eſt, qua nuptiales hujuſmodi opes prioribus illis filiis reſervandæ erant; neque quidquam inde poterat filiis condonare alterius conjugii. Quam ſtatuere pœnam Gratianus, Valentinianus & Theodoſius Auguſti L. *Fœminæ*. *Nec quidquam eadem fœminæ ex iiſdem facultatibus alienandum in quamlibet extraneam perſonam, vel ſucceſſionem ex alterius matrimonii conjunctione ſuſceptam, præſumant; atque habeant poteſtatem poſſidendi tantùm atque fruendi in diem vitæ, non etiam alienandi facultate conceſſâ. Nam, ſiquid ex iiſdem rebus in alium quemlibet fuerit ab eâ transfuſum, ex maternis redintegrabitur facultatibus, quo illibata ad eos, quos ſtatuimus, liberos, bona & incorrupta perveniant*, confirmavitque Juſtinianus Novel. Conſtitutione XXII. de ſecundis nuptiis: *Si verò expectet quidem tempus mulier, & propterea effugiat prædictas pœnas; ad ſecundum verò veniat matrimonium, priores negligens nuptias: ſiquidem non habeat filios (dicatur etiam denuo) ſine periculo eſt totum ex hoc. Si verò ſit ſoboles, & filios ex hoc exhoneratos viderit; tunc, omni largitate à viro ad eam veniente, eam ſecundùm proprietatis privat partem, ſolum ei derelinquens uſumfructum. Et hæc ſancita ſunt etiam ſuper antenuptiali donatione, & ſuper omni largitate, ſive, cum viveret, à viro ad eam veniente, aut etiam ex teſtamento, aut mortis cauſſa donatione: ſive inſtitutionis ſit pars, ſive legatum, ſive fideicommiſſum. Et generaliter dicendum eſt, quod omnis eam deſerit proprietatis modus, in iis, quæ à priori viro in eam venerunt: & filii ea percipiunt, & proprietatis erunt domini, ſecundùm tempus mox, quo mater conjuncta eſt alii viro.* Quid itaque miramur, ubi initi iterum matrimonii pœna agitur, ſi, quantùm ad ea bona, quæ ex prioribus nuptiis conſecuta eſt, præreptam matri familiâs videamus diſtribuendarum, ut libuerit, rerum poteſtatem? Nam & patremfamiliâs pœna eadem manet, ſi, liberis ex priori uxore ſuſceptis, alteri ſe matrimonio copulaverit: cui certè ademptum arbitrium eſt, ut de nuptialibus hujuſmodi facultatibus aliter decernat, ac civiles leges præſcripſerint. Ita Theodoſius & Valentinianus Auguſti ad Florentium Lege V. C. de ſecundis nuptiis: *Generaliter cenſemus, quocunque caſu, conſtitutiones, ante hanc legem, mulierem liberis communibus, morte mariti matrimonio diſſoluto, quæ de bonis mariti ad eam devoluta ſunt, ſervare ſanxerunt: iiſdem caſibus maritum quoque, quæ de bonis mulieris ad eum devoluta ſunt, morte mulieris matrimonio diſſoluto, communibus liberis ſervare.* Et Juſtinianus eâ Conſtitutione XXII. *Et hæc communis mulieris & viri mulcta ſit poſita. Nam ſi & ille filios habens, ſecundam eis ſuperinduxerit uxorem, non ex dote fruetur lucris, ſecundùm proprietatis rationem. Nam largitatem aliam a muliere percipiens, hanc habebit firmam: præterquamquod licet uti & frui, quoad vixerit ſolùm, & ii quoque filii, licet ſub poteſtate conſtituti ſint; ſed tamen domini, ſecundùm proprietatem, talium erunt, venientium mox in eos ſimul cum ſecundæ uxoris conjunctione.*

IV. Immo & hæc alia addita eſt ei pœna, qui, liberis ex primo conjugio procreatis, novas init nuptias, ut nullâ ratione queat plus alteri conjugi relinquere, quàm uni ex primi matrimonii filiis, cui reliquerit minus; dummodò filiorum cuilibet legitima relinquatur portio; quod autem ultra forſan contulerit, revocetur, æquiſque inter liberos primi matrimonii partibus dividatur. Auctorem legis hujus laudat Juſtinianus Divum Leonem, cujus integra conſtitutio in Codice habetur L. *Hac edictali, de ſecundis nuptiis*: Sed Juſtinianum interim audiamus: *Optimè verò nobis Leo divæ memoriæ videtur cogitaſſe de oblationibus, quas in ſecunda faciunt matrimonia, qui ea contrahunt. Ait enim, quid, ſi ex priore matrimonio filios habeant parentes; deinde ad ſecundum, aut deinceps, veniant matrimonium; non poſſint neque in novercam patres, neque in vitricum matres, ſecundùm vitæ tempus, quamlibet facere largitatem, aut in morte relinquere; niſi tantum unus*

filius aut filia, ſolus exiſtens, ex genitrante habeat. Si verò multi filii ſunt; & unuſquiſque æqualem habet portionem: non amplius, quàm ad ſingulos venit, aut vitricus aut noverca percipiat. Si verò inæqualia, quæ relinquuntur, fuerint: tantum neceſſe eſt ſolum ad novercam, aut vitricum venire; ex quacunque largitate parentis, in quantum, qui minùs habet filius, ex illius ſubſtantiâ percepit, aut ex noviſſimâ voluntate dimiſſum, aut in vitâ datum: quippe dudum quartâ, nunc autem tertiâ, aut mediâ, ſecundùm noſtram legem omnino filio relinquendâ aut dandâ: niſi rurſus ingratitudinis ratio contradicat. Suam deinde legem corrigit Juſtinianus, quâ utriuſque matrimonii liberos ad eam partem æquo jure vocaverat, quæ alteri conjugi ultra modum relicta erat; ut videre licet in *L. Quoniam. C. de ſecundis nuptiis. Namque ex ſecundis nuptiis filios participari etiam horum, ſcriptum quidem in quadam conſtitutione eſt: non tamen etiam nunc nobis placet: ſed, ex priori matrimonio filiis, propter quos & obſervatum eſt, detur ſolis, nullâ machinatione, neque per ſuppoſitas perſonas, neque per aliquam aliam cauſſam, interponi valente.* Meritò autem ingratos filios excipiendos eſſe voluit tum hic, tum in *L. Cum apertiſſimè. C. de ſecundis nuptiis*: prudentiſſimus Imperator: quos & a nuptialibus parentum ſuorum lucris percipiendis excluſerat: *ubique tamen ingratitudine, ſicut prædiximus, impedimenta ad tale lucrum faciente hujuſmodi filio. Circa ingratas enim poſitas non tranſcendimus leges, taliter & parentes honorantes, & filios ad pietatem deducentes. Sicut enim electionem prohibemus, & denuo omnibus ſimiliter damus talia præmia: ſic ea, quæ de ingratitudine ſunt, non interimimus.* Itaque, in ſecundi matrimonii pœnam duntaxat, prohibiti ſunt Romanis legibus parentes, qui, ſuſceptis ex priori conjugio liberis, ad alias nuptias convolarunt, & plus alteri conjugi, quàm cuicunque filiorum, tribuere; &, quæ ex prioribus nuptiis obtinuerant, aliis quibuſcunque, præter communes liberos, largiri. Neque verò paterno arbitrio connubialia illa bona ullatenus ſubjacent, quæ ad parentes non ſpectant, niſi quoad uſumfructum: quamdiu mater paterve vixerint. At, ubi non de pœnâ aliquâ agitur, nec de alienis aut adventitiis ex primo matrimonio bonis; tunc equidem ex Romano jure ſcimus, hanc impoſitam eſſe patri matrive familiâs legem, ut legitimâ portione minus filiorum nulli relinquant, niſi ingrati probentur: plenam tamen atque integram eſſe iis facultatem, ut, quidquid ſupereſt patrimonii, quibuſcunque demum voluerint, vel alicui etiam filiorum, impertiantur; atque ita ad filios, inæquali portione, deferant hereditatem. Eò uſque porrigi conſtat patriæ in condendis teſtamentis poteſtatis fines.

V. Cum verò innumera ſint, & per omnes diſperſa libros, Romanarum legum loca, quibus parentum hoc in dividendâ hereditate arbitrium comprobetur, quorum aliqua etiam nos ſuperiùs adduximus; poſſitque huc revocari illud Leonis Auguſti ex L. *Hac edictali: Sin autem non æquis portionibus ad eoſdem liberos memoratæ tranſierunt facultates: tunc quoque non liceat, plus eorum novercæ vel vitrico teſtamento relinquere, vel donare* &c. tum maximè appoſita, &, quæ loco huic inſeratur, digna viſa eſt, Divi Juſtiniani conſtitutio ex laudatâ ſæpius Collat. IV. tit. I. de Nuptiis: *Illud quoque ſuper hoc adjicere legi, juſtum exiſtimavimus. Si enim moriatur vir aut mulier, filios habentes & ex prioribus & ex ſecundis nuptiis, quas poſt hanc noſtram contraxerint legem (in his enim præſentia diſponimus, quæ quidem ſuper lucris ex nuptiis ſervari oportet) hoc ſancimus inſuper & decernimus: portiones, quam neceſſe eſt parentes legitimis & non ingratis relinquere filiis, ipſos genitores non erit juſtum ad ſecundam omnino declinare prolem: &, quod ex lege eſt, tantummodò relinquentes prioribus; alia omnia ad ſecundos deducere; ſed aliquid & prioribus adjicere. Siquidem aliquem ex ſecundis habeat nuptiis, aut etiam ex primis forſan, ita feſtivum, ita dilectum, ut velit præponere eum aliis in poſſeſſione: damus licentiam hoc agendi: non tamen omnino priores quidem filios minuere, ſecundos autem augere: ſed neque vehementer magnificare augmentum, nec omnino oblivisci priorum matrimoniorum: neque infirmare ea, quæ a præcedentibus nos de talibus dicta ſunt: ſed providere quidem & ſecundis, procedere autem & primis, cogitantes, quoniam filii ambo ſunt; & ita facientes ſucceſſionem in teſtamentis diviſionem. Si enim, inteſtatis eis moriens, hos omnes ex æquo vocat: competens eſt, eos imitantes legem, non vehementer magnis eos abbreviare minuationibus, erubeſcentes legem. Sic enim erunt boni patres, & noſtrâ digni legislatione: & juſti quidem erunt, ſolam legem cuſtodientes. Siquidem autem etiam ſupra legem reliquerint, erunt juſti ſimul & humani patres. Et non hæc dicimus inter gratos & ingratos filios (de ingratis enim jam ſæpius dictum eſt) ſed de iis, qui magis aut minus diliguntur: quam utique multa differentia ſit ingratitudinis & gratiarum actionis, & diſſimilis honoris. Hanc itaque partem de æquitate filiorum ex priore & ſecundo matrimonio venientium, adhortantes potiùs, quàm ſancientes, dicimus: aliquid ſemel augentes ab inteſtato partem omnino filiis relinquendam; &, uſque ad quatuor quidem filios, quatuor uncias omnino definientes: ſi autem ultra quatuor ſint, uſque ad mediam ſubſtantiæ partem, idoneum jam dedimus filiis ſolatium, non ex parvâ menſurâ antiquam eorum anguſtiam reſolventes.* Hactenus Juſtinianus; è quo maximè illuſtrantur, quæ huc uſque dicta ſunt de patriâ, quoad hereditatem inter liberos dividendam, poteſtate. Atque illa quidem jure, ſic *adhortari* ait, ad illam inter liberos æqualitatem ſervandam: quòd ad honeſtatem quandam humanam, non ad legem ullam, id referendum ſit; &, ſi juſtum aliquando illud idem dicitur, latiori quadam ſignificatione accipi debet pro eo, quod honeſtum eſt, neque ab æquitate alienum; non quaſi ex ullâ juſtitiæ lege debeatur. Sicuti & ad honeſtatem ſpectat, quod paterfamiliâs eum in ſucceſſione præferat, quem, ob virtutis præſtantiam, majori longè præmio digniſſimum videt. Juxta illud L. *Cum pater. D. de legatis & fideicommiſſis II. Rogo, filia, ut bona tua quandoque diſtribuas liberis tuis, ut quiſque de te meruerit.* & L. *Hic titulus. &. Tories. D. de collatione bonorum*, de filio emancipato: *Si etiam judicium patris meruit.* Leg. XIII. C. *de legitimis heredibus*: de filiis item emancipatis: *hæc a ſuis genitoribus meruerunt.*

VI. Ita etiam ad morum honeſtatem reverâ reſpicit, quod Lege illâ *Feminæ*; ſanxiſſe Romanos Principes volunt; ut digniſſimus omnino optimuſque filiorum a matre iterum nubente eligeretur. Nam, quanquam hujuſmodi legem ita, ex aliorum ſententiâ, intellexiſſe viſi ſimus, ut digniſſimum inter omnes oportuerit a matrefamiliâs eligi: ſummo tamen ex jure, antequam legem illam Juſtinianus abrogaſſet, præferri quilibet ex iis potuit, qui dignos ſe maternâ liberalitate præſtitiſſent, quod etiam advertit Covaruvias. Ait enim lex, totum id, quod ex priori matrimonio mulieres hujuſcemodi perceperunt, ad filios, quos ex priori viro ſuſceperint, tranſmittendum eſſe, *vel ad quemlibet ex filiis (dummodò ex iis tantùm ſit, quos ex tali ſucceſſione digniſſimos judicamus) in quem, contemplatione meritorum, liberalitatis ſuæ judicium mater crediderit dirigendum.* Digniſſimos autem dici, *quia ſunt capaces*, adnotat Accurſius. Unde Covaruvias: *Hæc tamen moralis obligatio non imponit tranſgreſſori culpam, ſiquidem culpæ reatus ad legalem obligationem attinet, ſecundùm Thomam I. II quæſt. LXXI. art. ult. Quamobrem & in foro judiciali quamvis hodie ſervanda foret Legis Feminæ conſtitu-*

tio:

Digitized by Google

tiam nihilominus proferre poſſit mater filium dignum digniori in diſtribuendis lucris prioris matrimonii: quod cenſeo jure veriſſimum eſſe. Sic Gregoria quædam, mortuo viro, e quo filium & filiam procreaverat, plurimumque a filio experta favorem, antenuptialem in eum donationem contulit, ut refert Novell. II. Juſtinianus. Sed & filio poſtea mortuo, quum mater ad ſecundas nuptias tranſiiſſet, velletque adhuc ſibi e filii rebus partem ſuam vindicare, atque idcirco matrem inter & filiam vehemens lis exorta eſſet: cauſſam filiæ, quantùm ad nuptiale quidem lucrum pertinebat, optimus Imperator adjudicavit: *Proſpeximus itaque, non confuſum hoc de electionibus indiſcretumque relinquere; ſed hujuſmodi dare ordinem cauſſæ: matre ſemel ad ſecundas nuptias veniente, uſum max tantummodò ejus, filiorum proprietate manente, antenuptialis fieri donationis: & nullam eſſe licentiam matri, alios quidem filiorum eligere; alios autem exhonorare: quoniam omnibus ſimul, ſecundis nuptiis, fecit injuriam. Quapropter & in præſenti proprietas antenuptialis donationis tota ad filiam veniat, uſu apud matrem, donec vivet, ſervando. Et ſecundùm noſtram conſtitutionem, ſiquidem mater prænoſcatur, filiæ tota antenuptialis donatio competit. Si verò filia; manet quidem apud matrem lucrum ex pacto non exiſtentium filiorum; reliquum verò erit filiæ: & moriens hoc tranſmittet ad ſuos heredes, qui ex lege vocantur.* Et infra, poſtquam de filii hereditate ſtatuiſſet: *Antenuptiali verò donatione, ad ſecundum veniens conſortium, neque ſecundùm quantum hæres exiſtat filii, fruatur: ſed hoc filiorum ſit ſolùm lucrum, ut a lege datum, & non videatur eſſe pars hereditatis filiis ſed adhuc antenuptialis donationis non abjiciens naturam. Quæ competit tenere etiam circa eas, quæ nunc jam ſunt viduatæ mulieres, & propriis ſucceſſerunt filiis, & quæ nondum ad ſecundas venient nuptias: licet poſtea veniant. Quod igitur hic habetur, ſic omni tempore ſanciatur.* Ita longè aliud ſerendum judicium de nuptialibus eorum lucris, qui ſecundo matrimonio conjunguntur; aliud de hereditatibus, demonſtravimus, quæ pleno jure ad aliquem ſpectant: quum pater materveſamilias, qui, ſuſceptis ex uno matrimonio filiis, ad alias nuptias tranſierunt, debeant nuptiale lucrum communibus liberis, quorum eſt, æquâ ex parte tradere, ſeu reſervare, poſſint autem hereditatem reſque ſuas, niſi quid aliud obſtiterit; exceptâ filiorum legitima portione, in alios quoſcunque, ipſoſque etiam liberos pro arbitrio, ex inæqualibus portionibus, diſtribuere.

CAPUT VII.

Leoni Philoſopho reſponſum. Lex XV. C. de pactis, ab eo damnata, ex duplici cauſſâ. Rejecta a Leone hereditaria inter liberos inæqualitas. Acris in Leonem cenſura. Facta ab eo, contra Canones, monachis facultas teſtandi. Aliqua Patrum de monaſticâ profeſſione ſententiæ. Terribile Patrum de monacho, qui pecuniam moriens dereliquit, judicium. Ambæ Leoninæ conſtitutionis partes diſcuſſæ; & prima confutata. Summa ſummi Principis in infirmandis pactis humanis poteſtas. Rex, veluti quidam inter homines Deus. Regia poteſtas, patria. Legitimi principatûs & tyrannidis diſcrimen. Ad Principes monita. Alia pars Conſtitutionis Leoninæ, quæ ad Græcos tantùm ſpectat. Occidentis atque Orientis Imperia diviſa. Occidentis Imperium, Romani Pontificis auctoritate, delatum Carolo Magno. Plurium auctorum teſtimonium, & præcipuè Eginhardi. Romano Pontifici deberi quidquid eſt in Occidente Imperatoriæ dignitatis. Innocentii III. locus adverſus Gloſſam explicatus. Imperatoria dignitas a Pio II. promiſſa Mahumeto, ſi Chriſtianus fieret. Clementis V. in Concilio Viennenſi teſtimonium. Non jure belli Occidentis Imperium a Germanis comparatum: & inſulſa Matthiæ Illyrici figmenta. Qua ratione Occidentis Imperium a Græcis ad Germanos tranſlatum. Imperii Carolini fines. Imperium ad Saxones ab Johanne XII. tranſlatum. A Gregorio V. inſtituti ſeptemviri Germanicæ nationis Principes. Veritatis vel in hoſtibus triumphus. Aliud Germaniæ regnum, aliud Imperium. Prima in Orbe Chriſtiano Imperatoria dignitas. Ingenua Principum Imperii, & vera confeſſio. Præcipua Imperatoriæ dignitatis vis in eo ſita, ut Eccleſiam Romanam tueatur. Juriſjurandi formula, quod Eccleſiæ Romanæ præſtant Imperatores. Philippi Pulchri ad Clementem V. de transferendo iterum ad Francos Imperio preces. Cur hæc a nobis ſint de Imperii in Occidente nunc jure longiùs diſputata.

I. Jam verò quid ad Leonem Philoſophum reſpondeamus? Edidit hic xix. ad Stilianum Tzautzam Conſtitutionem: ubi non ſummæ tantùm ſuæ auctoritatis, ſed & ratiocinationum graviſſimo pondere, inſurgit adverſus Legem XV. C. *de pactis*, quæ eſt Valeriani & Gallieni Auguſtorum: illamque vehementer damnat, non ob eam tantùm cauſſam, quòd nullam planè vim eſſe dotali pacto ſancitum eſt, quo pollicitus ſit paterfamilias, ſe filios omnes ex æquis partibus heredes inſtituturum; verùm ex alio etiam capite, quòd inæqualis hereditatis portio in filios, pro parentis arbitratu, conferri permittatur. Et de illo quidem pacto aliquid libro iſtorum tertio attigimus. Quòd verò hereditariam inter liberos, ex parentum arbitrio, inæqualitatem improbet præterea rejiciatque Imperator: ex ipſo patet Conſtitutionis totius argumento. *Quemadmodum enim*, inquit, *res maximè neceſſaria eſt animali non titubans oculus: ita eſt Reipublicæ legum æquus & rectus ſtatus. Hujus ergo nos curam gerentes, poſteaquam in ſuſceptio Codice legem eſſe cognovimus, quæ, propter evidentem abſurditatem, in hominum animis neutiquam locum invenit, ut ſuſciperetur: nedum vim aliquam & efficaciam habet. Contraria enim ſtatuit naturali, quæ a parentibus liberis debetur, æquabilitati; adverſuſque filium, patri ad iniquitatem feneſtram aperit: quia & parentem, ut illi morem gerat, obſtrictum mendacio doloque obnoxium facit. Poſteaquam*, inquam, *iſtiuſmodi quandam eſſe legem animadvertimus: tametſi e-*

tiam ante noſtram ſanctionem, ipſam, ne ſuſciperent, excluſerit communis hominum voluntas: tamen nos nihilominus omnem illi prorſus functionem & uſum decreto adimimus. Poſtquàm autem legem illam amplificando recenſuiſſet, & perfidiæ nomine, ut ipſe quidem opinatus eſt, in communem pertrahere invidiam conatus qualitercumque eſſet, ſic ſubdit: *Quin immo nec illud conſentaneum eſt; ut parentes iis, qui pariter ex ipſis nati ſunt, non parem curam exhibeant; neque æquabiliter ipſorum vitæ proſpiciant: ſed aliis quidem uberiores facultates habere; aliis verò nihil parcere, neque illorum miſereri, tametſi inopes in miſeriâ victuri ſint, velint. Cæterùm æquum eſt, ut, quemadmodum omnibus liberis ex æquo vitam impertiti ſunt; ita etiam ad hanc facultates impertiantur: nequaquam verò, velut ancipiti librâ, his levius quiddam; illis verò gravius, pro inæquabilitate animi ſui arbitratu.* Hæc ille ſive Imperator, ſive Philoſophus: cui nos planè reſpondemus, ſibi ſuiſque Græcis, non nobis, qui Latinis legibus atque jure veteri vivimus, ſapere potuiſſe. Multa ille nova ſuis in Conſtitutionibus decrevit, quæ à noſtris moribus abhorrent; aliqua etiam ſacroſanctis Eccleſiæ canonibus contraria, ut Conſtitut. V. illud de monachis, quibus liberam teſtandi facultatem fecit de iis bonis, quæ poſtquam monaſticæ vitæ inſtitutum profeſſi eſſent, compararunt. *Quid ſiquis dicat*, inquit, *hoc ſolo nomine, quòd monachus ſit, monaſterium omnia eſſe percepturum haud ſcio, ſi iſtiuſmodi, quæ monachos deceant; ſtatuat.* Et infra: *Ac propter hoc ſanè ſtatuimus, ut ſiquis, quo tempore monaſticam vitam ſuſcepit, Eccleſiæ quidpiam conſecrarit; illi circa res poſtmodum comparatas liberum eatumque judicium ſit, quomodocumque de illis ſtatuere velit: ſin nihil omnino ab initio in monaſterium allatum ſit; tum ut bifariam ſubſtantia dividatur: ita ut una pars in beſſem, altera verò in trientem circumſcribatur; ac monachus, quomodocumque ipſi viſum fuerit, de beſſe teſtamento ſtatuat; triens autem applicetur monaſterio.* Quæ Leonis verba huc idcirco referre volui: ut nemo ſit, qui non videat, quàm inaniter ille philoſophetur; mireturque etiam nemo, ſi de humanis rebus minùs rectè cenſuerit, qui ſacroſancta ipſa Canonum jura, uſurpatâ ſibi temere auctoritate, perfregit. Veriſſima enim ſunt illa Patrum: Gregorii Magni lib. VII. epiſt. VII. ad Januarium Caralitanum Epiſcopum: *Quia ingredientibus monaſterium convertendi gratia, ulteriùs nulla ſit teſtandi licentia: ſed res eorum ejuſdem monaſterii juris fiant, apertâ legis definitione decretum eſt.* Baſilii in Conſtitutionibus Monaſticis Cap. XXXIV. *Debet autem pietatis cultor, qui eam, quam ſupra expoſuimus, in vitâ communitatem amplexus ſit, ab omni privatâ rerum, quæ in materiâ conſiſtunt, poſſeſſione liber eſſe. Etenim, niſi hoc facit, primùm quidem ſocietatis veritatem privatâ poſſeſſione corrumpit.* Auguſtini ſerm. LII. de Vitâ Clericorum: *Qui ſocietatem communis vitæ jam ſuſceptam, quæ laudatur in Actibus Apoſtolorum, deſerit, a voto ſuo cadit, & a profeſſione ſanctâ cadit:* omnium aliorum, qui de monaſticâ profeſſione ſcripſerunt. Unde maximo mihi ſemper terrori fuit, quod olim Nitriæ inter monachos contigit; & narrat Beatus Hieronymus epiſt. XXII. ad Euſtochium: *Quidam ex fratribus, parcior magis, quàm avarior; & neſciens, triginta argenteis Dominum venditum, centum ſolidos, quos, lina texendo, acquiſierat, moriens dereliquit. Initum eſt inter monachos conſilium (nam in eodem loco circiter quinque millia, diviſis cellulis, habitabant) quid facto opus eſſet, alii pauperibus diſtribuendos eſſe dicebant, alii dandos Eccleſiæ, nonnulli parentibus remittendos. Macarius verò & Pambo & Iſidorus & cæteri, quos patres vocant, ſancto in eis loquente ſpiritu, decreverunt infodiendos eſſe cum eodem, dicentes: Pecunia tua tecum ſit in perditionem. Nec hoc crudeliter quiſquam putet factum. Tantus cunctos per totam Ægyptum terror invaſit, ut, unum ſolidum dimiſiſſe, ſit criminis.* Quod idem de Juſto monacho fieri curavit S. Gregorius, ut ipſe ſcribit Dialogi lib. IV. Cap. LV. & teſtatur etiam in ejus Vitâ Johannes Diaconus lib. I. Cap. XV.

II. Sed, ut iſta interim omittantur, quorum alienum eſt ab inſtituto noſtro argumentum: nimis hîc anguſtè abjectèque de ſummâ Principis poteſtate ſenſiſſe Græcus Imperator videtur: dum antiquam Codicis legem eâ de cauſſa redarguit, quòd dotali patremfamiliâs pacto obligari noluerit, quominùs liberè juxta Romanas leges teſtetur. Ea enim eſt, populorum omnium conſenſu, ſummi Principis auctoritas, penes quem rerum gentiumque ſupremum imperium eſt, ut, quemadmodum jura condere & adminiſtrare Rempublicam; ita & immutare, infringere, abolere, poſſit hominum inter ſe pacta, quæ non e publicâ re eſſe videantur. Unde Platoni ὁ βασιλεὺς, ὡς θεὸς, ἐξ ἀνθρώπων, *rex, Deus quiſpiam humanus eſt.* Nam ut Ulpianus ſcripſit lib. I. Inſtitutionum; *quod principi placuit, legis habet vigorem: utpote quum lege regiâ, quæ de imperio ejus lata eſt, populus ei, & in eum, omne ſuum imperium & poteſtatem conferit.* Lege I. *de conſtitutionibus principum.* Nec enim rex minoris eſt in toto ſuo regno poteſtatis, quàm paterfamiliâs ſuâ in domo. Immo regnum patriæ in filios poteſtati quamſimillimum eſſe, teſtatur Ariſtoteles Ethicorum lib. VIII. cap. XII. *Patris enim cum filiis ſocietas, regni ſpeciem quamdam præ ſe fert. Nam filii patri curæ ſunt. Hinc & Homerus Jovem, patrem appellat. Patriam enim poteſtatem regnum proximè videtur imitare:* eaque potiſſimum res legitimum Principatum a tyrannide ſecernit, quòd tyrannica ſit veluti in ſervos; regia autem veluti in filios, poteſtas, ut regum quiſque aliorumque ſummorum Principum, dictum ſibi ſciat illud Claudiani ad Honorium:

Tu civem patremque geras, tu conſule cunctis,
Non tibi: nec tua te moveant, ſed publica damna.

illudque Caroli Magni ad Ludovicum Pium: *Sacerdotes honorare ut patres, populum diligere ut filios.* Quis autem ambigat, poſſe a patrefamiliâs filiorum, qui patriâ ſub poteſtate degunt, pacta inter & conventiones infirmari, quæ privato familiaris rei bono minimè expediant? Quare & Eccleſiæ Romanæ canones, quæ utique Eccleſia omnium aliarum mater eſt & magiſtra, valida ea pacta non aliter agnoſcunt, quæ Romani Principes improbarunt, niſi quatenus iis ſacra addita eſt jurisjurandi religio. Quum ergo dotale de inſtituendis ex æquo heredibus filiis pactum Romanæ leges infregerint, quòd libertatem teſtandi auferret: cur de violatâ hominum fide tantoperè conqueritur Imperator; & non eos potiùs accuſat, qui a patrefamiliâs pactum adverſus leges extorſerunt?

III Quantùm verò ad aliam Conſtitutionis ejus partem de patriâ erga heredes filios æquabilitate: dignum certè eſſet, quod commendaretur a nobis, Leonis ſtudium, & ſingularis erga humanum genus providentia, ſi nihil æquâ legitimâque portione minus alicui ex filiis relinqui vellet. *Quod enim nimis inæquale eſt, non valde placet nobis*, ut Juſtiniani verbis utamur ex Novel. Conſtit. XCII. Probaremus etiam, ſi Juſtiniani, æquiſſimi Principis, imitatione, ſatis haberet admonere, quod honeſtius videretur; atque ad illam æquabilitatem patremfamiliâs, quantùm decet, adhortari. Sed quod tum hîc, tum etiam in Conſtitutione V. latâ lege velit, non poſſe niſi ex æqualibus portionibus filios heredes inſtitui: hoc equidem jus Græcum eſt, non Romanum, nec a Lothario Saxone,

ne, nec a Fridericis, nec ab ullo alio noſtrorum Imperatorum, confirmatum: quod idcirco Græcos forſan obligat, non Latinos, qui, poſtquàm Occidentis Imperium ab Imperio Orientis ſeparatum omnino eſt & divulſum, nihil commune cum Græcis legibus habent. Conſtat enim, legis hujus auctorem, Leonem vulgò Sapientem, obiiſſe anno Chriſtiano CMXI. poſtquam annos XXV. imperaſſet. Atqui multò ante, Occidentis Imperium, ex Romani Pontificis auctoritate, pleno abſolutoque jure ad Francos delatum fuerat: ſcilicet ab anno DCCCI. ineunte, quo Leo III. Pontifex Maximus, Carolo Magno, *Francorum* Regi Chriſtianiſſimo, ob immenſa ab eo præſtita in Romanam Eccleſiam beneficia, ampliſſimam illam atque in Orbe Chriſtiano primam contulit Imperii dignitatem. Cujus ſanè rei fidiſſimos teſtes habemus, e Græcis, præcipuè Johannem Zonaram Annal. tomo III. e Latinis, vetuſtiſſimos Annales Francorum Laureshamenſes, Paullum Diaconum lib. XXIII. Adonem Viennenſem Epiſcopum in Chronico, Rheginonem lib. II. Chronici, Othonem Friſingenſem lib. V. cap. XXXI. Conradum Abbatem Uſpergenſem in Chronico, alioſque innumeros: e quibus maximè placet Eginhardi, ſive Eginarti, prudentiſſimi ſuorum temporum viri, teſtimonium in Vitâ Caroli Magni: *Colebat, præ ceteris ſacris & venerabilibus locis apud Romam, Eccleſiam B. Petri Apoſtoli, in cujus donaria magna vis pecuniæ, tam in auro, quàm in argento, nec non & gemmis, ab illo congeſta eſt: multa & innumera Pontificibus munera miſſa. Nec ille toto regno ſui tempore quidquam duxit antiquius, quàm ut urbs Roma, ſuâ operâ ſuoque labore, veteri polleret auctoritate: & Eccleſia ſancti Petri non ſolùm per illum tuta ac defenſa; ſed etiam ſuis opibus, præ omnibus Eccleſiis, eſſet ornata atque ditata. Quam quum tanti penderet: tamen intra XLVII. annorum, quibus regnaverat, ſpatium, quater tantùm illò, votorum ſolvendorum ac ſupplicandi cauſſâ, profectus eſt. Ultimi adventûs ſui non ſolùm hæ fuere cauſſæ; verùm etiam quòd Romani Leonem Papam multis affectum injuriis, erutis videlicet oculis, linguâque amputatâ, fidem Regis implorare compulerunt. Idcircò Romam veniens, propter reparandum, qui nimis conturbatus erat, Eccleſiæ ſtatum; ibi totum hyemis tempus protraxit. Quo tempore, Imperatoris & Auguſti nomen accepit: quod primò in tantum averſatus eſt, ut affirmaret, ſe eo die, quamvis præcipua feſtivitas eſſet, Eccleſiam non intraturum fuiſſe, ſi Pontificis conſilium præſcire potuiſſet. Conſtantinopolitanis tamen Imperatoribus ſuper hoc indignantibus, magnâ tulit patientiâ; vicitque eorum invidiam magnanimitate, qua eis procul dubio longè præſtantior erat, mittendo ad eos crebras legationes, & in epiſtolis fratres eos appellando.*

IV. Unde liquidò conſtat, uni duntaxat Romano Pontifici, Catholico Papæ, referendum eſſe, quidquid unquam eſt hodie in Occidente Imperatoriæ dignitatis; quod disertè teſtatur, præter alios, Innocentius III. cap. *Venerabilem; de electione*: ex epiſtolâ ad Bertholdum Zaringiæ, ſive Thuringiæ, Ducem: *Verùm illis principibus jus & poteſtatem eligendi regem, in Imperatorem poſtmodùm promovendum, recognoſcimus, ut debemus: ad quos de jure ac antiquâ conſuetudine noſcitur pertinere: præſertim quum ad eos jus & poteſtas hujuſmodi ab Apoſtolicâ Sede pervenerit, quæ Romanum Imperium in perſonâ Magnifici Caroli a Græcis tranſtulit ad Germanos*; id eſt, non *regnum Mundi*, ut vult gloſſa; ſed Occidentis tantum Imperium, ut Paganinus quoque Gaudentius advertit de evulgatis Romani Imperii arcanis, cap. XXI. quum nec nova regna per Imperatoriam dignitatem Carolo Magno Romanus Pontifex contulerit, nec Orientis Imperiò Græcos Imperatores ſpoliaverit. Unde & Pius II. Mahumeto Turcarum potentiſſimo regi, Orientis Imperium, ſcriptâ epiſtolâ, pollicitus eſt, ſi Chriſtianam Religionem amplexus fuiſſet. *Nos*, inquit, *te Græcorum, & Orientis Imperatorem appellabimus; &, quod modò vi occupas, & cum injuriâ tenes, poſſidebis jure.* Et infra. *Et, ſicut anteceſſores noſtri, Stephanus, Adrianus, Leo, adverſus Heſtulphum & Deſiderium gentis Longobardicæ reges, Pipinum & Carolum Magnum accerſiverunt; &, liberati de manu tyrannicâ, Imperium a Græcis ad ipſos liberatores tranſtulerunt: & nos, in Eccleſiæ neceſſitatibus, tuo patrocinio uteremur, & vicem redderemus accepti beneficii.* Pergit ibidem Innocentius: *Sed & principes recognoſcere debent, & utique recognoſcunt, ſicut iidem in noſtrâ recognovere præſentiâ, quòd jus & auctoritas examinandi perſonam electam in regem, & promovendam ad Imperium, ad nos ſpectat, qui eum inungimus, conſecramus & coronamus. Eſt enim regulariter & generaliter obſervatum, ut ad eum examinatio perſonæ pertineat, ad quem impoſitio manûs ſpectat.* Et Clemens V. in Concilio Oecumenico Viennenſi, hoc eſt, totâ approbante Catholicâ Eccleſiâ, quam ſanctiſſimi illi Patres ſolemni ex more repræſentabant: *Romani principes Orthodoxæ Fidei profeſſores, ſacroſanctam Romanam Eccleſiam, cujus caput eſt Chriſtus Redemptor noſter, ac Romanum Pontificem ejuſdem Redemptoris Vicarium, fervore fidei & claræ devotionis promptitudine venerantes, eidem Romano Pontifici, a quo approbationem perſonæ ad Imperialis celſitudinis apicem aſſumendæ, necnon unctionem, conſecrationem & Imperii coronam accipiunt, ſua ſubmittere capita non reputarunt indignum; ſeque illi & eidem Eccleſiæ, quæ a Græcis Imperium tranſtulit in Germanos, & a qua ad certos eorum principes jus & poteſtas eligendi regem, in Imperatorem poſtmodùm promovendum, pervenit; adſtringere vinculo juramenti: prout tam mos obſervationis antiquæ, temporibus noviſſimis renovatæ, quàm forma juramenti, hujuſmodi ſacris inſerta canonibus, manifeſtant.* cap. unico. *de jurejurando.* inter Clementinas.

V. Itaque non jure belli Occidentis ſibi Imperium Germani compararunt: niſi ſiquis ab inferis revocare velit inſulſa Matthiæ Flacci Illyrici, Lutherani, hoc eſt, hæretici hominis, figmenta [nec magis hoc nomine Imperium apud Germanos, quàm in Galliâ aut Hiſpaniâ, nobiliſſimis Romani olim Imperii provinciis, floreret] ſed Apoſtolicæ tantùm Sedis beneficio, quæ non unâ de cauſâ dici bene potuit, Imperium illud a Græcis ad Germanos tranſtuliſſe. Primùm quòd Germaniam ſibi Carolus Magnus, qui primus è Francis Regibus conſtitutus eſt in Occidente, ſuo jure, Imperator, ſubdiderat. Quàm longè latèque Imperii Carolini fines patuerint, operæ pretium eſt ex Eginhardo cognoſcere: *Hæc ſunt bella, quæ Rex potentiſſimus per annos XLVII.* [*tot enim annis regnaverat*] *in diverſis terrarum partibus, ſummâ prudentiâ atque felicitate, geſſit. Quibus regnum Francorum, quod, poſt patrem Pipinum, magnum quidem & forte ſuſceperat, ita nobiliter ampliavit, ut penè duplum illi adjecerit. Nam, quum priùs ea pars Galliæ, quæ intra Rhenum & Ligerim, Oceanumque & mare Balearicum jacet; & pars Germaniæ, quæ intra Saxoniam & Danubium, Rhenumque ac Salam fluvium, qui Turingos & Sorabos dividit, poſita, a Francis, qui Orientales dicuntur, incolitur; &, præter hæc, Alemanni atque Baioarii, ad regni Francorum poteſtatem pertinerent: ipſe, per bella memorata, primò Aquitaniam & Vaſconiam, totumque Pyrenæi montis jugum, & uſque ad Iberum amnem, qui apud Navarros ortus, & fertiliſſimos Hiſpaniæ agros ſecans, ſub Dertuſæ civitatis mœnia Balearico mari miſcetur; deinde Italiam totam, quæ ab Auguſtâ Prætoriâ uſque in Calabriam inferiorem, in qua Græcorum ac Beneventanorum conſtat eſſe confinia, decies centum*

& eo amplius paſſuum millibus longitudine porrigitur: tum Saxoniam, quæ quidem Germaniæ pars non modica eſt, & ad eam, quæ a Francis incolitur, duplum in lato habere putatur, quum longitudine poſſit eſſe conſimilis. Poſt quam, utramque Pannoniam, & oppoſitam, in alterâ Danubii ripâ Daciam, Iſtriam quoque & Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas, ob amicitiam & junctum cum eo fœdus, Conſtantinopolitanum Imperatorem habere permiſit: deinde omnes barbaras ac feras nationes, quæ inter Rhenum ac Viſtulam fluvios, Oceanumque ac Danubium, poſitæ, linguâ quidem penè ſimiles, moribus verò atque habitu valde diſſimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret: inter quas ferè præcipui ſunt Welatabi, Sorabi, Abodriti, Boëmanni, cum eis nanque bello conflixit: ceteras, quarum multò major eſt numerus, in deditionem ſuſcepit. Deinde quòd, deficientibus poſteà Carolinis, illud idem Occidentis Imperium, quod Carolo Magno ejuſque poſteris collatum fuerat; anno CMLXII. ad Saxones tranſtulit Johannes XII. creato Imperatore Othone Magno ejuſque nominis primo: quem idcirco, Joh. Cuſpiniano teſte, *plerique ſcriptores primum Germanorum Imperatorem numerant: quòd Imperium ab juſtâ ſobole adgnationeque Caroli Magni ablatum, primus hic Otho, juſtus princeps, vir belli pacisque inſignis, recuperavit, Pontificis Maximi auctoritate*, & Gregorius V. patriâ Saxo, qui ab anno CMXCVI. ad annum CMXCIX. Romanam Eccleſiam gubernavit, gratiam Othoni III. gentique ſuæ relaturus, ſolis Germanis jus eligendi Romani Imperatoris tribuit, inſtitutis ſeptemviris inclytæ illius & bellicoſiſſimæ nationis Principibus. Ita cum aliis pluribus ſcriptoribus Thomas Aquinas lib. III. de regimine Principum Cap. XIX. *Otho Imperium tenuit uſque ad tertiam generationem, quorum quilibet vocatus eſt Otho, & ex tunc, ut hiſtoriæ tradunt, per Gregorium V. genere ſimiliter Teutonicum, proviſa eſt electio: ut videlicet per ſeptem Principes Alemaniæ fiat: quæ uſque ad iſta tempora perſeverat, quod eſt ſpatium ducentorum ſeptuaginta annorum, vel circa: & tantùm durabit, quantùm Romana Eccleſia, quæ ſupremum gradum in principatu tenet, Chriſti fidelibus expediens judicaverit.* Nec ipſe, quod magis mirum, diffiſus eſt cum ſuis Magdeburgenſibus Illyricus Cent. X. Cap. X. *Gregorius, XI. ſui exilii menſe, priſtinæ dignitati per Imperatorem reſtitutus, ſuam patriam inſigni aliquâ dignitate ornaturus, ſanxit, ut penes ſolos Germanos eligendi Regem eſſet jus, ac poteſtas, qui, poſt diadema a Romano Pontifice acceptum, Imperator & Auguſtus appellaretur.* Adeò ubique veritas, vel in acerrimis Romanorum Pontificum hoſtibus, triumphat: quanquam ſciam, alios diſſentire: quorum non ſunt certa adeò & clara argumenta, ut propterea Gregorio V. debeat hæc Germanicorum Electorum inſtitutio abjudicari.

VI. Verùm fateri omnes debent, ſi veritatis potiùs, quàm gentis, ſtudio tenentur, duo hîc eſſe exactè diſtinguenda: & a Romano quidem Pontifice non eſſe Galliæ Germaniæque regna, quorum unum hereditariâ ſucceſſione, aliud electione, ex Ordinum ac Principum conſenſu, conſtat: ſed eſſe tamen Occidentis Imperium, hoc eſt, primam illam in Chriſtiano Orbe dignitatem, qua Germaniæ nunc Rex & Francorum Regi, & aliis quibuſcunque Regibus, antecedit. Immò, ne aliunde, quàm a Germanis ipſis, argumenta petantur: Principes ipſi Electores, anno MCCLXXIX. Nicolao III. Papæ ingenuè profeſſi ſunt, ſe a Romano Pontifice qualecunque illud Imperatorium jus accepiſſe, ut ex publico illorum Inſtrumento patet, quod hodieque Romanâ in arce quam diligentiſſimè aſſervatur. Atque hoc ejus initium eſt. *Nos Principes Imperii univerſis præſentem paginam inſpecturis. Complectens ab olim ſibi Romana mater Eccleſia quadam quaſi germanâ charitate Germaniam, illam eo terreno dignitatis nomine decoravit, quod eſt ſuper omne nomen temporaliter tantùm præſidum ſuper terram: plantans in eâ principes, tanquam arbores præelectas, & rigans illas gratiâ ſingulari, illud eis dedit incrementum mirandæ potentiæ, ut, ipſius Eccleſiæ auctoritate ſuffulti, velut germen electum per ipſorum electionem, illum, qui frena Romani teneret Imperii, germinarent. Hic eſt illud luminare minus in firmamento militantis Eccleſiæ per luminare majus, Chriſti Vicarium, illuſtratum. Hic eſt, qui materialem gladium ad ipſius nutum exercit & convertit, ut ejus præſidio paſtorum paſtor adjutus, oves ſibi creditas ſpirituali gladio, protegendo, communiat, temporali refrenet & corrigat, ad vindictam malefactorum; laudem verò credentium & bonorum.* Nec immeritò Germani Principes ſic Imperatorum dignitatem, verbiſque adeò magnificis, deſcribunt. Nam vis ejus præcipua, & veluti [illegible] in eo poſita eſt, ut Chriſtianam Rempublicam, Romanam præſertim Eccleſiam, & quidquid ad Romanam Eccleſiam pertinet, ex officio tueatur: eâque de cauſſâ Apoſtolica Sedes Occidentis Imperium Francis, & poſtea Germanis, demandavit, ut ſuum haberet adverſùs tyrannos defenſorem. Unde etiam fit, quòd Romani Imperatores, cùm inaugurantur, ſolent debentque, ſolemni jurisjurandi formulâ patrocinium Eccleſiæ Romanæ Eccleſiæque rebus ſuum polliceri. Cujuſmodi ſanè formula extat apud Gratianum diſtinct. LXIII. can. *Tibi domino*, in volumine Sacrarum Cerimoniarum ſive Rituum Eccleſiaſticorum Sanctæ Romanæ Eccleſiæ lib. I. tit. V. atque in Clementinâ *Romani Principes de Jurejurando*, ubi hæc ſubdit Clemens V. *Ceterùm quin juramenta hujuſmodi fidelitatis exiſtant à retro Romanis Principibus, non fuit hactenus hæſitatum: immo tam quondam Albertus Rex Romanorum, immediatus prædeceſſor memorati Henrici, Bonifacio Papæ VIII. prædeceſſori noſtro, tempore approbationis ejuſdem Alberti; quàm Rodulphus pater ipſius, & alii prædeceſſores ejuſdem, Romanorum Reges, diverſis noſtris prædeceſſoribus juramentum fidelitatis & obedientiæ præſtiterunt. Idemque Bonifacius memoratum Albertum, juramento hujuſmodi ab eo recepto, de fratrum ſuorum conſilio, præſente prælatorum & aliorum multitudine copioſâ, auctoritate Apoſtolicâ recepit in ſpecialem ſuum filium & Eccleſiæ memoratæ; ipſumque in Regem Romanorum aſſumpſit, in Imperatorem poſtmodùm promovendum.* Henricum intelligit Lutzemburgenſem, quem Pontifex ipſe Clemens maturè eligi curaverat, ne Occidentis Imperium Francis reſtituere cogeretur; id enim Philippus Pulcher Francorum Rex a Clemente V. enixè poſtulabat: allato etiam aliorum Pontificum exemplo, qui Imperium, vacuâ, ut dici ſolet, ſede, ad alias gentes tranſtulerant. Sic autem de Henrico ſcribit Bernardus Guidonis Epiſcopus Lodevenſis in Vitâ Clementis V. *Eodem anno* [MCCCIX] *venerunt ſolemnes nuncii Regis Alamanniæ Henrici ad Papam apud Avenionem, confirmationem electionis & coronam Imperii petentes. Papa verò electionem admiſit & confirmavit in menſe Julii ſubſequente, volens ipſum nominari Regem Alamanniæ & Romanorum; & quòd poſſit agere, quæ Cæſaris erant.* Hæc, quanquam pro inſtituto noſtro longiùs, obiter tamen dicta eſſe intelligantur de Imperii jure, ſummâque Eccleſiæ Romanæ majeſtate: ut ſciant omnes, poſt illam Imperii in Occidente tranſlationem, mutatâ undique regnorum rerumque publicarum formâ, nos Græcorum ampliùs legibus non teneri; ſed, ubi per Canones licet, veteri tan-

tùm

tùm Romanorum Imperatorum jure, quod Occidentis reverentia conſecratum eſt, ſtandum eſſe: poſſeque adeò, ex veteribus legibus, a patrefamiliâs, pro inæqualibus partibus, inter filios filiaſque diſtribui, ſalvâ legitimâ portione, hereditatem.

C A P U T VIII.

Chriſtiana ad patresfamiliâs monita. Filiæ nubiles maturè elocandæ. Vitium in Carolò Magno ab Eginbardo notatum. Æquè meritis filiis æqua hereditatis portio honeſtè conferenda. Res alienæ reſtituendæ. Summum jus, ſumma crux. Coheres filiis Chriſtus inſtituendus. Auguſtini, Hieronymi, & Chryſoſtomi admonitio. Salvianus non probatus. Noſtrum de illo judicium. Ejus expoſita ſententia. Maximæ filiorum opes, optima diſciplina. Aliqua Salviani loca. Chriſtianâ liberalitate culpæ redimendæ. Maxima inde in filios emolumenta. S. Cyprianus laudatus. Aurea Cypriani præcepta. Salviani ſententia improbata Auguſtino. Falſa religio ſine pietate. Locus Paulli Chryſoſtomo explicatus. Egregium Auguſtini inſtitutum. Quàm hic ab hereditatibus alienus. Digna Epiſcopo vox. Patrimonium Chriſti, patrimonium pauperum. Gregorii Magni moderatio. Auguſtinus explicatus. Explicatus Hieronymus. Bona Eccleſiæ pauperibus, non filiis, danda. Cardinalis Tournonii ſingularis pietas. Ubi Chriſtianæ liberalitatis faſtigium. Explicatus Baſilius. Locus ex Actis Apoſtolorum de primo naſcentis Eccleſiæ inſtituto illuſtratus. Qui ſe Deo dicant, filii non exheredandi. Melior viventis, quàm morientis, in pauperes liberalitas. Memorabilis vox Titi. Teſtamentum Caroli Magni.

I. QUòd ſiquis tamen paullò æquior, & Chriſtianæ pietatis, quàm legum, ſtudioſior, me audire velit, longè utiliora atque honeſtiora ſuadentem: auctor in primis ſim, ut, ſiquas nubiles filias habet, maturè elocet. Illud enim ſcimus vitio datum Carolo Magno, cetera ſanctiſſimo & prudentiſſimo Regi, quòd filias, præ immoderato quodam erga illas ſtudio, plus domi ſecùm, quàm oportuerat, retinuiſſet. Quid inde ſubſecutum fuerit, tacitè ſubindicat Eginhardus: *Quæ quum pulcherrimæ eſſent, & ab eo plurimùm diligerentur; mirum dictu, quòd nullam earum cuiquam aut ſuorum aut exterorum nuptum dare voluit: ſed omnes ſecum uſque ad obitum ſuum in domo ſuâ retinuit, dicens ſe earum contubernio carere non poſſe: ac propter hoc, licet aliàs ſelix, adverſæ fortunæ malignitatem expertus eſt: quod tamen ita diſſimulavit, ac ſi de eis nunquam alicujus probri ſuſpicio exorta, vel ſama diſperſa fuiſſet.* Facto præterea teſtamento paterfamiliâs liberis, quos ex juſto matrimonio ſuſcepit, hereditatem ex æquo deſerat, ſi omnes æquè de ſe meritos expertus fuerit, juxta illud Ambroſii: *Jungat liberos æqualis gratia, quos junxit æqualis natura*: ſed, poſtquam reſtituendum curaverit, ſiquid alteri debet. *Si enim res aliena, propter quam peccatum eſt*, ut bellè Auguſtinus epiſt. LIV. ad Macedonium, *quum reddi poſſit, non redditur: non agitur pœnitentia, ſed fingitur. Si autem veraciter agitur, non remittetur peccatum, niſi reſtituatur ablatum.* Quòd ſi unam tantùm legitimam portionem alicui ex filiis relinquere velit, quod ei ſanè licet: ſit aliquantò etiam ſupra leges liberalior: hoc eſt, non ita agat, ut ad amuſſim videatur portionem illam perpendi voluiſſe, nihilque præterea filio ſuo attribui. *Nec ſanè eſt vindicandum nobis, quidquid licet. Nam ſummum jus antiqui ſummam putabant crucem*; egregium eſt, quanquam alium in rem, Columellæ monitum lib. I. de Re Ruſticâ cap VII. ex editione Aldinâ, quæ apud me eſt, an. MDXIV. Ita etiam heredes filios, ut par eſt, inſtituat, ut Chriſtum quoque filium ſuum exiſtimet, quod pulcherrime pluribus in locis admonet Auguſtinus. Serm. LII. ad fratres in eremo de vitâ Clericorum: *Sed planè ſic faciat, quod ſæpe hortatus ſum. unum filium habet. putet Chriſtum alterum, duos habet: putet Chriſtum tertium, decem habet: Chriſtum undecimum faciat, & ſuſcipio*, in Pſalm. XXXVIII. in eum locum: *Theſaurizat, & non cognoſcit, cui congregabit ea. Quum autem ſervaveris in terrâ, dic mihi, cui congregabis ea? Filios habes, unum plus numera: & da aliquid & Chriſto*: in Pſalm. XLVIII. ad illum locum: *Et relinquent alienis divitias ſuas. Ergo ſelices ipſi, qui relinquunt filios in poſſeſſione ſuâ, quibus ſui ſuccedunt. Habuit filios: non eſt mortuus. Quid filii ipſius? & ipſi ſervant, quod eis reliquerunt parentes ſui. Parùm eſt quia ſervant: & augent. Quibus & ipſi ſervant? filiis ſuis, & illi filiis, & tertii filiis. Quid Chriſto? quid animæ tuæ? Omnia filiis. Inter filios ſuos, quos habent in terrâ, computent unum ſratrem: cui totum dare debebant, vel dividant cum illo.* Et Auguſtino concinunt alii Patres. ut, Hieronymus epiſt. CI. ad Hedibiam quæſt. I. *Siqua autem vidua habet liberos, & maximè ſi nobilis familiæ eſt, egentes filios non dimittat; ſed, ex æqualitate eos amet: & ut meminerit primùm animæ ſuæ, & ipſam putet eſſe de filiis; & partiatur potius cum liberis, quàm omnia filiis derelinquat, immo Chriſtum, liberorum ſuorum faciat coheredem.* Et Joh. Chryſoſtomus homil. XVIII. in cap. XI. epiſt. ad Romanos: *His itaque collectis omnibus, adhæreamus diligenter ſaluti noſtræ, præſentiſque vitæ opportunitatem non prodamus. Licet enim, licet, inquam, ut ad extrema uſque ſuſpiria Deo gratias agas: licet ut & ab ipſo teſtamento commenderis, etſi non quemadmodum, ſi dum vivis, bene ageres; licet tamen. Quo pacto? ſi Chriſtum in ipſo cum heredibus tuis conſcripſeris, partemque illi totius ſortis tradideris. Non paviſti Chriſtum, dum viveres? ſi tamen abiturus hinc, quando jam non ampliùs eorum, quæ poſſidebas, uſum ac poteſtatem habes, tua illi contribueris; non erit, quemadmodum benignus eſt, curioſus aut difficilis erga te. Majoris quidem amoris ſignum fuerit, majoreque dignum mercede, ſi Chriſtum, dum vivis, paveris. Si verò iſtud non feciſti, vel, quod ſecundo loco licet, aggredere: nimirum, relinque illum filiis tuis coheredem. Quòd ſi iſtud quoque negligenter facis, cogita, quòd illius coheredem te pater effecerit!*

fecerit: atque ita vel hac ratione inhumanitatem iſtam tuam abjice. Quam enim habiturus es excuſationem, ſi neque filiorum tuorum coheredem Chriſtum feceris? quem is te cœlorum ipſorum conſortem reddiderit; immo & mortem propter te ſubierit.

II. Nec audiendus Salvianus, Maſſilienſis Epiſcopus, &, ſi Gennadio credimus, Epiſcoporum magiſter, qui lib. III. ad Eccleſiam Catholicam omnia Chriſto vult aut Eccleſiæ, nihil filiis relinqui poſſe. Nimis [quod cum doctiſſimi ſanctiſſimique viri veniâ dictum ſit] eloquentiæ ſuæ indulget Salvianus; &, ut declamatorio quodam dicendi genere concitatiſſimè fertur, ita ſe aliquando c⸗ ⸗entionis æſtu abripi ſinit, ut facilè aberret, niſi moderatiori aliquâ caſtigatione intra limites revocetur. Quòd enim patrifamiliâs filios exheredare, aut præterire teſtamento, permiſerit, ut omnia Chriſto relinquat: cuique patet, qui tres ejus ad Eccleſiam Catholicam libros, & præcipuè tertium, attentè perlegerit. Nam lib. I. inter alia plura docet, totum vel a moriente offerendum eſſe Deo ſuum patrimonium. *Sed dicit aliquis: totum ergo Deo oblaturus eſt, quod habet? Non afferat totum, quod habet, ſi non putat ſe debere totum, quod habet*, & infra: *Totum, inquit aliquis oblaturus eſt? At ego dico eſſe hoc totum parùm.* Filiis verò præmiſerat: majores melioreſque opes parari præſtarique non poſſe optimâ diſciplinâ, immortali bonn ac ſempiterno. Quanquam autem non ita ſe hæc dicere ſubdidiſſet, quaſi filios bonis & facultatibus paternis penitus excluderet; & hac de re ſe poſteà diſputaturum promiſiſſet: attamen, quæ ſit ſua ſententia, eo in loco, quo propriè iſtud verſat argumentum, manifeſtè oſtendit: ſcilicet lib. III. *Et ideò etiam ega minimus & indigniſſimus famulorum Dei, primum ac ſaluberrimum religionis officium eſſe duco, ut Chriſtianus dives, dum in hac vitâ eſt, divitias mundi hujus pro Dei nomine atque honore conſumat. Secundum autem, ut, ſi id vel metu, vel infirmitate, vel neceſſitate aliquâ præpeditus, fortè non fecerit; ſaltem moriens univerſa diſpenſet. Sed dicit fortaſſe: filios habeo. Jam de hoc principalis libelli pagina, & convenientia, ut arbitror, & non pauca memeravit. Sufficit dicens: qui amat filium aut filiam ſuper me, non eſt me dignus. Sed & propheticum illud, quod ait, neque patres pro filiis, neque filios pro parentibus, judicandos: ſed unumquemque hominum aut ſuâ juſtificatione ſalvandum, aut ſuâ iniquitate periturum. Ac per hoc quaslibet divitias homo filiis ſuis congerat; nequaquam hoc ei proderit in judicio, quòd divitem reliquit heredem. Sed, eſto ignoſci parentibus poſſis, ſi ex parte aliquâ hereditarias facultates filiis derelinquant: ſi tamen id ipſum bonis, ſi tamen ſanctis, eſto quoque ignoſci poſſit, ſi etiam malis quiddam atque vitioſis. Habere aliquam excuſationis ſpeciem videntur, dicentes: pietas vicit, vis ſanguinis compulit, natura ipſa, quaſi amoris manu, in jus ſuum traxit. Scivimus, quid juſtitia Dei poſceret, quid ſacra veritas poſtularet: ſed ſubacti, fatemur, ſumus jugo incarnatæ neceſſitudinis; & dedimus captivas manus vinculis charitatis: ceſſit ſanguini fides, & vicerunt devotionem religionis jura pietatis. Dici aliquid poteſt: tametſi ſalubriter dici non poteſt, eſt umbra excuſatiunculæ non excuſans, dans reo deprecatiunculæ ſpeciem, non reatûs ſecuritatem. Nequaquam enim id ulli ſpondeo, quòd poſſit cujuslibet rei firmum habere ſubſidium, qui aliquid plus amaverit, quàm Deum; ſecundùm illud, quod ſcriptum eſt: in hoc futurum eſſe judicium, quòd venerit lux in hunc mundum; & dilexerint homines magis tenebras, quàm lucem. Nemini enim duorum eſt, totum id tenebras futurum homini, quidquid divinæ prætulerit charitati. Hæc ergo ita ſunt. Sed, eſto ut dixi, indulgeri parentibus poſſit, naturæ inſalubriter indulgentibus: quid quòd nonnulli filios non habentes, a reſpectu tamen ſalutis ſuæ & remedio peccatorum penitus avertunt?*

III. Et infra: *Interim hoc ſpecialiter dico, & peculiari admonitione commoneo, ne nullum omnino aliquis, quamvis chariſſimum pignus, animæ ſuæ præferat, neque enim iniquum eſt, ut quilibet Chriſtianorum etiam legitimis heredibus in hoc ſeculo conſulat: dummodò ſibimet in æternitate ſuccurrat multis modis: quia & facilius eſt hîc deeſſe filiis quippiam, quàm parentibus in futuro. & multò eſt levior præſens tenuitas, quàm æterna paupertas: maximè quia quum illic non paupertas tantùm, ſed etiam mors ac pœna timeantur: facilius eſt utique hîc heredibus deeſſe quiddam de patrimonio, quàm illic teſtatoribus de ſalute: idque & ipſi, quibus hereditas derelinquitur, ſi modò pietatis aliquid in ſe habent, ſpecialiter velle debent, ne illi pereant, qui relinquuntur. Quod utique ſi nolunt; multò minùs digni ſunt, quibus aliquid relinquatur: quia non injuſtè teſtator ſapiens non relinquit, quod heres impius non meretur. Itaque optimum eſt, ut unuſquiſque ſibi conſulat; & animæ ac ſaluti ſuæ omnia derelinquat: ſint quamvis interdum non filii tantùm, quibus videtur naturaliter plus deberi; ſed etiam pignora alia ejus vel conditionis, ut eis ad impartiendum quiddam ac largiendum juſtitia ipſa ac Dei cultus patrocinetur: & quibus non ſolùm piè aliquid relinquatur; ſed etiam irreligioſè non relinquatur.* Quibus ex verbis conſtat, non damnare quidem Salvianum, ſi aliquâ ex parte heredes filii inſtituantur: ſed longe tamen concilium eorum præferre, qui, ut ſaluti conſulant ſuæ, omnia Deo relinquunt: quemadmodùm inferiùs: *Si quidem, ut dudum dicere ceperamus, jam non tantùm filiis aut nepotibus, quod ob naturæ neceſſitudinem ferri poteſt; ſed etiam adgnatis atque cognatis: neque ſolùm, ut aiunt, ex directo; ſed etiam ex obliquo & ex tranſverſo, immo potiùs ex averſo perverſoque venientibus, res propriæ facultatis, id eſt, pretium ſuæ redemptionis, addicunt.*

IV. Hæc, ne in ſingulis locis immoremur, Salvianus, qui, ſi coheredem tantùm liberis ſuis a patrefamiliâs fieri Chriſtum voluiſſet, libentiſſimè & nos aſſentiremur. Satis enim intelligimus, quantùm id non teſtatori ſolùm proſit, qui, promptâ hac in inopes largitione, culpas ſuas ab æquiſſimo judice redimit, juxta illud Proverbiorum XIII. *redemptio animæ viri, divitiæ ſuæ*, præſcriptumque a Daniele Nabuchodonoſori remedium Cap. IV. *peccata tua eleemoſynis redime, & iniquitates tuas miſericordiis pauperum:* verùm & filiis ipſis, quibus communis facta eſt cum Chriſto hereditas. Quapropter miri multique ſunt ſancti Patres in extollendo Chriſtianæ liberalitatis fructu, immenſâque, quæ inde profluit, divinorum humanorumque bonorum copiâ. Uberrimè inter ceteros atque elegantiſſimè, Afer primùm rhetor, deinde Carthaginenſis Epiſcopus, & beatiſſimus martyr, Cyprianus, cujus *ingenii*, auctore Hieronymo in Catalogo Scriptorum Eccleſiaſticorum, *ſuperfluum eſt indicem texere: quum ſole clariora ſint ejus opera.* Atque hujus utinam ſaluberrima præcepta, ex Serm. I. de eleemoſynâ, animo penitus ſuo patresfamiliâs inſcriberent! *Secundùm divinæ pollicitationis fidem, multiplicata ſunt viduæ & cumulata, quæ præſtitit, & operibus juſtis ac miſericordiæ meritis augmenta ſumentibus, farris & olei vaſa completa ſunt. Nec filiis abſtulit mater, quod Heliæ dedit: ſed magis contulit filiis, quod benignè & piè fecit. Et illa nondum Chriſtum ſciebat, nondum præcepta ejus audierat: non cruce & paſſione ejus redempta, cibum & potum pro ſanguine rependebat, ut ex hoc appareat, quantùm in eccleſiâ peccet, qui ſe & filios Chriſto anteponens, divitias ſuas ſervat, nec patrimonium copioſum cum indigentium paupertate communicat. Sed enim multi ſunt in domo liberi, & retardat te numeroſitas filiorum, quominùs largiter bonis operibus inſiſtas: atqui hoc ipſo operari ampliùs debes, quo multorum pignorum pater es, plures ſunt, pro*

quibus

quibus Deum depreceris. Multorum delicta redimenda ſunt, multorum precandæ conſcientiæ, multorum animæ redimendæ. Ut in hac vitâ ſeculari, alendis, ſuſtinendiſque pignoribus, quo major eſt numerus, hoc major eſt & ſumptus; ita & in vitâ ſpirituali atque cœleſti, quo amplior fuerit pignorum copia, eſſe & operum debet major impenſa. Sic & Job ſacrificia numeroſa pro liberis afferebat; quantuſque erat in domo pignorum numerus, tantus dabatur Deo & numerus hoſtiarum. Et quoniam quotidie deeſſe non poteſt, quod peccetur in conſpectu Dei; ſacrificia quotidiana non deerant, quibus poſſent peccata tergeri. Probat Scriptura divina dicens: Job, homo verus & juſtus habuit filios ſeptem, & filias tres & emundabat illos, offerens pro eis hoſtias Deo, ſecundum numerum illorum, & pro peccatis eorum vitulum unum. Si ergo verè filios tuos diligis, ſi eis exhibes plenam & paternam dulcedinem charitatis; operari magis debes, ut filios tuos Deo juſtâ operatione commendes. Nec cum liberis tuis cogites patrem, qui & temporarius, & infernus eſt: ſed illum pater, qui æternus & firmus filiorum ſpiritualium pater eſt. Illi aſſigna facultates tuas, quas heredibus ſervas: ille ſit liberis tuis tutor, ille curator, ille contra omnes injurias ſeculares divinâ majeſtate protector. Patrimonium Deo creditum nec reſpublica eripit, nec fiſcus invadit, nec calumnia aliqua forenſis evertit. In tuto hereditas ponitur, quæ Deo cuſtode ſervatur. Hoc eſt charis pignoribus in poſterum providere, hoc eſt futuris heredibus paternâ pietate conſulere. Secundùm fidem Scripturæ Sanctæ dicentis: Junior fui: etenim ſenui; & nunquam vidi juſtum derelictum, neque ſemen ejus egens pane. Totâ die miſeretur & commodat: & ſemen ejus in benedictione erit. Et iterum: Qui converſatur ſine vituperatione & juſtitiâ, beatos poſt ſe filios relinquet. Prævaricator itaque & proditor pater es, niſi filiis tuis fideliter conſulas, niſi conſervandis eis religioſâ & verâ pietate proſpicias. Qui ſtudes, terreno magis, quam cœleſti patrimonio, filios tuos diabolo magis commendare, quàm Chriſto; bis delinquis, & geminum crimen admittis: & quòd non præparas filiis tuis Dei patris auxilium; & quòd doces filios patrimonium plus amare, quàm Chriſtum. Eſto potiùs liberis tuis pater talis, qualis Tobias extitit. Da utilia & ſalutaria præcepta pignoribus, qualia ille filio dabat: manda filiis tuis, quod & ille filio mandavit, dicens. Et nunc, fili, mando tibi: ſervi Deo in veritate; & fac coram illo, quod illi placet: & filiis tuis manda, ut faciant juſtitiam, & eleemoſynas; & ſint memores Dei, & benedicant nomen ejus omni tempore. Et iterum: Omnibus diebus vitæ tuæ, fili dilectiſſime, Deum in mente habe, & noli præterire præcepta ejus. Juſtitiam fac omnibus diebus vitæ tuæ; & noli ambulare viam iniquitatis: quoniam, agente te in veritate, erit reſpectus operum tuorum. Ex ſubſtantiâ tuâ fac eleemoſynam: & noli avertere faciem tuam ab ullo paupere. ità fiet, ut nec a te facies Dei avertatur. Prout habueris, fili, ſic fac eleemoſynam. Si tibi fuerit copioſa ſubſtantia, plus ex illâ fac: &, ſi exiguum habueris, ex hoc ipſo exiguo communica. Et ne timueris, cum facis eleemoſynam: præmium bonum repones tibi in diem neceſſitatis. Quia eleemoſyna a morte liberat, & non patitur ire in gehennam.

V. Si ergò Salvianus ita Chriſtum inſtituendum eſſe heredem ſcripſiſſet, ut non propterea exheredarentur filii: & pietati ſimul egregiè conſuluiſſet & religioni. Verum, quod per illum exheredare filios liceat, ut tota ad Chriſtum hereditas transferatur: hoc eſt, quod neque nos probamus, neque olim probavit maximo vir judicio, Auguſtinus; cujus eſt vulgatiſſimum illud ſimulque celeberrimum: *Quicumque vult, exheredato filio, heredem facere Eccleſiam, quærat alterum, qui ſuſcipiat, non Auguſtinum.* Neque enim religio vera eſſe poteſt, quæ pietatem neſcit: pietas verò non eſt, quæ naturæ obliviſcitur & ſuorum. juxta illud Iſaiæ cap. LVIII. *Carnem tuam ne deſpexeris*, & Apoſtoli I. ad Timotheum cap. V. *Siquis autem ſuorum, & maximè domeſticorum, curam non habet, fidem negavit; & eſt infideli deterior*. quem in locum Pauli ſic præclarè Chryſoſtomus: *Curæ nomine, providentiam animæ corporiſque ſignificat: & hæc enim cura eſt. Qui verò ſuorum, & maximè domeſticorum, hoc eſt, generè ad ſe pertinentium, curam non habet, infideli, inquit, deterior eſt. Idem ferme Eſaias quoque, prophetarum eximius, admonet, dicens: Domeſticos ſeminis tui ne deſpexeris. Nam ſiquis propinquos genere, atque affinitate conjunctos aſpernetur, quo pacto erit in alienos clemens? Nonne vanitati, judicio omnium, erit obnoxius, ſi alienos beneficiis fovens, propinquos ſummâ immanitate deſpiciat? Quid item, ſi alios de fide inſtruat, hos in errore jacere permittat, quibus benefacere jure ſuo faciliùs & commodiùs poſſit, quantum iſtud immanitatis erit? Quàm latè patet detractionis locus, dicentibus gentibus, Chriſtianos ſinè affectione eſſe, qui deſpiciant ſuos? Et eſt, inquit, infideli deterior. Cur ita? quia ille, etſi alienos deſpicit; propinquos tamen nequaquam aſpernatur. Divinas planè leges violat, & jura naturæ, qui negligit ſuos.* Quare Auguſtinus Epiſcopus eo, quem non ſemel attulimus, Serm. LII. de vita Clericorum, ſe nullius hereditatem ſuſcepturum profeſſus eſt, qui filios ſuos iratus exheredaſſet. *Quid ergo*, inquit, *facio inter illos, qui parant me reprehendere, & dentes in me acuere, ſi ſuſcepero hereditates eorum, qui filios ſuos irati exheredant? Iterum quid ſum facturus iis, quibus canto, & non volunt ſaltare? qui dicunt: Ecce quare nemo donat Eccleſiæ Hipponenſi aliquid; ecce quare non eam faciunt, qui moriuntur, heredem: quia Epiſcopus Auguſtinus de bonitate ſuâ (laudando enim mordent; labiis mulcent, dentem figunt) donat totum, non ſuſcipit. Planè ſuſcipio: profiteor me ſuſcipere oblationes ſanctas. Siquis autem iraſcitur filio ſuo, & moriens exheredat eum: ſi viveret, non eum placarem? non ei filium ſuum reconciliare deberem? Quomodo ergo cum filio ſuo volo, ut habeat pacem, cujus appeto hereditatem?* Nec aliam ob cauſſam ſe Juniani cujuſdam hereditatem ſuſcepiſſe ſcribit, niſi quòd filios non haberet: ſummiſque ad cœlum laudibus Aurelium Carthaginenſem Epiſcopum extollit, quòd patrifamilias nec opinanti, natis filiis, reſtituerit, quæ ille, antequam filii naſcerentur, Eccleſiæ Carthaginenſi donaverat.

VI. Quàm alieno certè ab hujuſmodi hereditatibus animo fuerit Auguſtinus, teſtatur in ejus Vitâ Poſſidonius Epiſcopus Calamenſis: *Nam & aliquas eum hereditates recuſaſſe novimus: non quia pauperibus inutiles eſſe poſſent; ſed, quoniam juſtum & æquum eſſe videbat, ut a mortuorum vel filiis, vel parentibus, vel affinibus magis poſſiderentur: quibus ab iis deficientes dimittere noluerunt.* Jure autem illud de pauperibus notat Poſſidonius; quibus non inutilia eſſe poſſent, quæ Eccleſiæ relinquerentur. *Non enim eſt Epiſcopi, ſervare aurum, & revocare a ſe mendicantes manum*, ut ait ibidem Auguſtinus. Unde Arnulphus Epiſcopus Lexovienſis in Serm. quem in Concilio Turonenſi habuit: *Poſſumus itaque licitè divitias poſſidere: ſi tamen earum nos non reputaverimus dominos, ſed miniſtros: ſi intellexerimus, patrimonium pauperum eſſe patrimonium Chriſti: ſi proventibus Eccleſiæ, ſi pauperum neceſſitatibus erogentur. Alioqui fures & latrones nos ratio manifeſta convincet, ſi res alienas, invitis dominis, noſtro præſumpſerimus arbitrio contrectare.* Egregium Auguſtini exemplum imitatus quoque eſt Gregorius Magnus. Nam, vel Cypriano quodam diacono repugnante, domum quandam Caliceno puero reſtitui juſſit, quam Eccleſiæ avia ejus Ammonia olim obtulerat: *quia, ſicut diximus*, inquit epiſt. XXIII. lib. VII. *melius eſt in dubiis non diſtrictionem exequi; ſed ad benignas potius partes inflecti: præſertim dum ex par-*

ua rei ceſſione nec Eccleſia gravatur, & orphano atque pauperi miſericorditer ſubvenitur. Atque hinc facile intelligimus, quid ſibi Auguſtinus voluerit, dum ait in Pſalm. XLVIII. vel inter Chriſtum & filios dividendum eſſe, quod totum Chriſto dari debuerat. Hæc enim ejus verba non ἁπλῶς accipi debent: quaſi totum prorſus patrimonium Chriſto dari debeat, nihil filiis relinqui poſſit: ſed ſub conditione quadam, ſi nempe nulli eſſent patrifamilias filii, quo caſu, ex ſanctiori quodam conſilio, Chriſtus ex aſſe inſtitui heres deberet. Vel de iis omnino bonis loquitur Auguſtinus, quæ liberis nullâ ex lege debentur; ſed, quum legitimæ hereditatis portioni ſuperſint, liberæ teſtatoris poteſtati permittuntur. Hæc ergo bona, quæ, pro hominis arbitrio, diſtrahi in quamcunque partem poſſunt, &, ex honeſtate quadam, dari Chriſto omnia deberent; inter Chriſtum & filios dividi vult Auguſtinus; ita ut, ſi omnia non dantur Chriſto, pars ſaltem aliqua tribuatur, quæ adhibenda eſt interpretatio his S. Hieronymi verbis epiſt. CL. ad Hedibiam quæſt. I. *Vis eſſe perfecta, & in primo ſtare faſtigio dignitatis? fac, quod fecerunt Apoſtoli; vende omnia, quæ habes, & da pauperibus; & ſequere Salvatorem: & nudam ſolamque crucem nuda ſequaris & ſola. Non vis eſſe perfecta; ſed ſecundum vis tenere gradum virtutis? dimitte omnia, quæcunque habes, da filiis, da propinquis, nemo te reprehendit, ſi inferiora ſectaris: dummodò illam ſcias tibi jure prælatam, quæ elegerit prima.* Legitimam enim hereditatis portionem procul dubio excipi voluiſſe Hieronymum, non ſolùm ex ſuperioribus verbis patet, quibus egentes filios non dimittendos eſſe docet; ſed, ex æquabilitate eos amandos, Chriſtumque illis faciendum eſſe coheredem: verùm etiam ex eo, quod de noſtris Sacerdotibus ſcribit in cap. XLVI. Ezechielis: *ut ipſi quoque filiis ſuis, quibus paterna debetur hereditas, nil debeant derelinquere: niſi quod ſibi a parentibus derelictum eſt. Ergo, qui ditior eſt ſacerdos, quam venit ad ſacerdotium; quidquid plus habuerit, non filiis debet dare, ſed pauperibus & ſanctis fratribus & domeſticis fidei qui vincunt merita liberorum: ut reddas ea, quæ domini ſunt, domino ſuo*: quod Chriſtiani Sacerdotis immortale exemplum vidit ætas noſtra atque admirata eſt in Carolo Thomâ Cardinali Tournonio, acerrimo illo in ultimis terris apud Sinenſes Catholicæ veritatis defenſore: cujus ſingularem pietatem cum Clemens ipſe Undecimus oratione nuper Romæ habitâ variis ſibi de cauſſis celebrandam duxiſſet; tum etiam quòd, *in ſupremis ſuis tabulis, relictâ pauperibus pecuniâ, conſanguineis legata Cruce, Propagandæ Fidei Opus verè ſanctiſſimum, ex aſſe ſcripſit heredem: illuſtre nobis documentum relinquens, quæ & qualia eſſe debeant eorum teſtamenta, qui de Altari vixerunt, & Eccleſiæ miniſteriis ſe addixerunt.* Illud itaque diſcrimen eſt inter ſacerdotes profanoſque homines, quod ſacerdotes, ex Hieronymi mente, quidquid, præter avitum patrimonium, ex Eccleſiæ proventibus perceperunt; Chriſto dare debeant: quidquid verò cetera, præter legitimam portionem, &, quæ ex legibus eſt, hereditatem, habent, filiis tantum ſuis impertiri poſſint. Atque in eo ſitum eſt Chriſtianæ liberalitatis faſtigium, quòd ea, quæ ex paterno arbitrio, filiis relinquere licet, Chriſto paterfamilias, tanquam filiorum optimo atque amantiſſimo, largiatur. Sic explicari debet Baſilius homil. XXXVI. ad divites; *Num his, qui in matrimonio ſunt, Evangelia ſcripta non ſunt? Si vis perfectus eſſe; vende, quæ habes, & da pauperibus. Cum peteres a domino honorum liberorum procreationem, cum filiorum pater fieri cupiviſti; num & hoc addidiſti: da mihi filios, ut mandata tua negligam? da mihi liberos, ut ne in regnum cælorum intrem?* Sic denique explicanda, ſiqua ſimilia occurrunt, ſanctorum veterumque Patrum loca. Atque hoc ego fuiſſe puto primum naſcentis Eccleſiæ inſtitutum, quando, ut notat Lucas in Actis Apoſtolorum cap. II. omnia erant inter Chriſtianos communia, & *poſſeſſiones & ſubſtantias vendebant, & dividebant illa omnibus, prout cuique opus erat*: ut nempe, primis illis felicibuſque temporibus, patreſfamilias, qui ad Chriſti Religionem convertebantur, cetera quidem omnia ſua bona in commune conferrent: ſed hereditatis tamen legitimam portionem, quæ tunc quarta erat, filiis ſuis non auferrent, niſi & ipſi conſentirent, idemque vivendi genus profiterentur; quemadmodum Auguſtinus Serm. LII. de Vitâ Clericorum, commendaſſe ſe ait Eccleſiæ, ut non acciperet *ipſas portiunculas; quæ pertinent ad exheredatos, niſi cum ad legitimam ætatem pervenerint.*

VII. Quòd ſi nefas exheredare filios, ut heres Chriſtus inſtituatur quantò minus eos licebit, vel inofficiosè præterire, vel ex hereditate depellere, quòd, ſanctiori quodam vivendi genere, totos ſe divino cultui & religioni mancipaverint? atqui irreligioſi hujuſmodi impiique homines vetuſtis temporibus non defuerunt, atque utinam deſint noſtris! ad quos pertinere poteſt graviſſima Salviani invectio è lib. III. ad Eccleſiam Catholicam: *Siqui a parentibus filii offeruntur Deo, omnibus filiis poſtponuntur oblati; indigni judicantur hereditate, qui digni fuerint conſecratione: ac per hoc unâ tantum re parentibus viles ſunt, quia cœperint Deo eſſe pretioſi. Ex quo intelligi poteſt, quòd nullus penè apud homines vilior eſt, quam Deus: cujus utique ſit deſpectione, ut eos præcipuè parentes filios ſpernant, qui ad Deum cœperint pertinere.* Et infra. *Sunt enim, inquit aliquis, ſunt ex parentibus multi, qui æquales filiis ſuis faciant portiones: niſi quòd unâ tantùm eos conditione diſcernunt, quòd in iis ipſis partibus, quæ religioſis videntur adſcribi, uſum jubent ad eos; proprietatem ad alios pertinere. At verò hoc multò eſt pejus & infidelius, tolerabilioris quippe impietatis eſſe videtur, cum proprietate aliquem filiis ſuis minus relinquere, quàm proprietatem iis rerum penitus auferre. Poteſt enim aliquatenus ferri iſta conditio, ſi aut amicis, aut affinibus, aut propinquis, hac lege, aliquid relinquatur. Filiis verò qui proprietatem rerum non tribuit, nil relinquit.* Sed, quanquam hominis plurimùm ſaluti conferat, ut vel moriens offerat aliquid Deo, quod, poſt mortem, in pauperes liberaliter diſtribuatur; longè tamen præſtat, ut, dum vivit, aſſiduâ erga pauperes miſeroſque homines munificentiâ, quantum vires permiſerint, Divinam ſibi miſericordiam promereatur, quod è Patribus magno verborum pondere, præcipuè inculcat Baſilius homil. XXXVI. ad divites & Chryſoſtomus homil. XVIII. in epiſtol. ad Romanos Cap. XI. monueratque antea Eccleſiaſtici auctor Cap. XIV. *Fili, ſi habes, benefac tecum, & Deo dignas oblationes affer. Memor eſto, quoniam mors non tardat, & teſtamentum Inferorum, quia demonſtratum eſt tibi: teſtamentum enim hujus mundi morte morietur. Ante mortem benefac amico tuo: &, ſecundùm vires tuas, exporrigens da pauperi. Non defrauderis a die bono, & particula boni doni non te prætergrediatur. Nonne aliis relinques dolores & labores tuos in diviſione ſortis? Da, & accipe, & juſtifica animam tuam.* Neque Chriſtianum hominem pudeat, melioris ſpei cauſſa, imitari, quantùm poterit, Romanum Imperatorem Titum, amorem illum & delicias generis humani: qui, auctore Tranquillo, *recordatus quondam ſuper cœnam, quòd nihil cuiquam toto die præſtitiſſet; memorabilem illam meritòque laudatam vocem edidit: Amici, diem perdidi.* Denique, ſi magnis aliquando exemplis parva illuſtrare licet; præ oculis pater noſter familias habeat immortale illud religionis Chriſtianæque pietatis documentum in teſtamento Caroli Magni, quod ad poſteros

tranſmiſit

ed by Google

tranſmiſit Eginhardus. Quæ ſunt certè longè meliora ad Chriſtianos patres monita, quàm quæ conſervandæ augendæque rei familiari patrifamiliâs in libris Oeconomicorum ſtudioſè Ariſtoteles commendat. Quæ ſuperiùs, ex Romano jure, de patriâ in teſtamentis condendis poteſtate proſecutus ſum, licent alia quidem: ſed iſta tamen, quæ modò conſului, magis expediunt.

CAPUT IX.

Iterata ad Salvinum Conſulem allocutio. πάρεργα noſtra excuſata. Aliquorum in nos reprehenſio. Facile & breve Juriſprudentiæ ſtudium viſum Ciceroni & Laurentio Vallæ. Pauci vel ſine magiſtro menſes nobis ſufficere videntur. Alii obtrectatores caſtigati, & eorum damnata barbaries. Malè ab illis inſtituta ſtudia, & inducti in forum abuſus. Numeratæ nunc potius, quàm perpenſæ, auctorum ſententiæ. Optima veterum judiciorum ratio. Veteris cujuſdam Juriconſulti conſultatio. Ad fontes magis, quàm ad rivulos, recurrendum. E Digeſtis petenda Latinæ Linguæ elegantia. Per Juriſconſultos maximè Latina lingua reſtituta. Florentini Pandectæ ab Henrico Brenkmanno reſtituti. Pandectæ, quonam genere efferendi. Cauſſidicorum graphica deſcriptio. Juriſconſultorum veriſſima laus. Florentinorum ingeniorum præſtantia. Ab exteris gentibus teſtimonium. Aſſiduum ætatis noſtræ miraculum, Antonius Magliabechius V. Clar. Britannici Legati, Henrici de Novâ Villâ, erga Florentinos, & Florentinorum erga illum, mutuus amor & benevolentia. Hujus ad auctorem epiſtola. Auctoris epigramma.

I. NUnc in fine Operis qualiſcunque mei appellandus mihi iterum es, Florentine Conſul Salvine. Habes hic meum de patris noſtri familiâs conſilio judicium: habes obſervantiæ erga te meæ argumentum, meâ quidem ſententiâ exiguum; ſed perinde erit, ut acceperis. Quæ mihi utiliſſima factu, quæ honeſtiſſima viſa ſunt, quæ neceſſaria, quæ decora, quæque patri cuique familiâs uſui fore ratus ſum, longiùs forſan, quàm occupationes meæ atque inſtituti ratio ferebat, perſcripſi. Ubi ſentio, quàm multa veluti ἐν παρέργῳ intermiſcuerim, in quibus aliquid dandum fuit ingenio noſtro, aliquid legentium oblectationi. Nam, ut delicati maximâ ex parte homines ſumus: ſolent hæc moleſta nimis & ſpinoſa videri civilium cauſſarum argumenta, niſi aliquâ veluti antiquæ eruditionis amœnitate emolliantur. Sed adhuc tamen ignoro, qualia demum publica futura ſint meo de labore judicia, ac, niſi meus me fallit animus, erunt aliqui, qui me reprehendant, quòd homo ab jure civili alienus & penitus novus, ad ſcribendum de jure civili acceſſerim. Quibus eò difficilius eſt ut ſatisfaciam, quò me video doleoque, ſine aliquâ arrogantiæ notâ reſpondere non poſſe. Quid enim ſi dixero, quod non ſine auctore alii dicunt, ſummum in Juriſprudentiâ, & brevi tempore, evadere per ſe ipſum poſſe, hominem aliquo præditum ingenio atque aliquâ Latinarum Græcarumque Litterarum cognitione, non in Romanâ antiquitate peregrinum, non in Dialecticis diſputationibus inexercitatum, non Philoſophiæ optimarumque aliarum facultatum rudem, non denique Theologiæ, quæ prima eſt princepſque ſapientia? Hæc & alia horum ſimilia ſi reſpondero; ita forſan a quoquam accipientur, quaſi iſta omnia prædicari de me velim, qui ſentio, quàm in me exigua ſint & ferè nulla: atque ut eximia eſſe videantur, quorum publicè doctrinam, nec ſine diſcentium forſan aliquo fructu, profiteor; non ea tamen honeſtum hominem decet de ſe ipſo proferre. Verùm quid Marco Tullio & Laurentio Vallenſi obtrectatores iſti reponant? quorum ille, quum L. Murenam defenderet, libere profeſſus eſt, ſi homini ſibi vehementer occupato ſtomachum moviſſent, triduo ſe juriſconſultum fore; alter verò præfatione in III. librum Elegantiarum, auſus eſt dicere, ſe, etiam ſine ſtomacho, gloſſas in Digeſta triennio conſcripturum longè utiliores Accurſianis. Non ego quidem tam ſuperbè de me ipſo ſentire auſim; quàm illi verè forſan de ſe, maximi ingenii viri, æſtimarunt: ſed non adeò tamen difficilis videri debet civilis ſcientia, ut toti illi addiſcendæ pauci vel ſine magiſtro menſes non ſufficiant. *Omnia enim*, ut Ciceronis verbis utar e lib. I. de Oratore, *ſunt poſita ante oculos, collocata in uſu quotidiano, in congreſſione hominum atque in foro; neque ita multis litteris, aut voluminibus magnis continentur. Eadem enim ſunt elata primùm a pluribus: deinde, paucis commutatis verbis, etiam ab iiſdem ſcriptoribus ſcripta ſunt ſæpius.*

II. At aliis forſan non placebit, quòd genus ſcribendi adhibuerim à communi cauſſidicorum noſtrorum conſuetudine longiſſimè diverſum. Quorum tantùm abeſt, ut me moveat auctoritas, ut illos potiùs contra mihi acriter objurgandos exiſtimem. Nec enim, niſi barbarè, aut ſolent aut ſciunt forenſes cauſſas pertractare: &, quod multò intolerabilius eſt, tunc ſe rectè putant & laudabiliter de jure civili ſcribere, cum, ſubnotatis tantùm aliquorum legum capitibus, totas ſuas paginas nudis recentium auctorum, quorum unus ab alio exſcribit, nominibus impleverint. Quid inquam: ab illis legum aliquarum capita ſubnotantur? leges ipſæ Romanæ, inexhauſtus ille totius eloquentiæ, doctrinæ, atque elegantiæ fons, negliguntur: & noviciorum hominum, qui gothicè potius, quàm latinè, jus populo reſponſitarunt, unâ ſtatur auctoritate. Pudet, heu! dicendum eſt, pudet noſtrorum temporum: pudet conſuetudinis patriæ. Nam aliqui ex iis, qui ſe laureatos juris civilis doctores jactant & profitentur, nunquam Digeſta aut Juſtiniani Codicem perlegerunt; ac in bibliothecâ ſuâ ne habent quidem: ſed, dies noctesque in pervolvendis neſcio quibus concervatis cauſſidicorum conſiliis ſententiiſque occupati, aliquid ſe in civili ſcientiâ non vulgare conſecutos eſſe opinantur, ſi aliquas fori formulas & ſyllabarum compendia didicerint. Quum verò ad judicia ventum fuerit, ſiquis Ulpianum, ſiquis Paulum, ſiquis Papinianum, aut alium hujuſmodi ſummæ Juriſprudentiæ nomine, & graviſſimam Romanarum legum auctoritatem, in medium attulerit; vix ei ſtatim & explodunt; perinde ac ejus oratio inſiſ-

tuendis domi tironibus, quàm forenſi uſui obtinendæque cauſſæ, accommodatior videatur. Siquis verò alius integram recentium ſcriptorum Iliadem texuerit, quos ſæpe non legit, ſed laudatos apud aliquem reperit: triumphat hic in foro, excipiturque ab omnibus, tanquam novus e cœlo civilis juris interpres, cui quæcunque cauſſa adjudicari debeat. Ita, ut belle quidam dixit, numerantur potius ſententiæ, quàm perpenduntur. Sæpe enim plurimi, ut ſuo parcant labori, unum aliquem, cæcorum in morem, ſequuntur; qui ſi per oſcitantiam in legis intelligentia fortè aberraverit, ceteri omnes fallantur, neceſſe eſt; maleque judicet, qui ex plurium illorum ſuffragio ſententiam ferat. Quantò illa certior faciliorque veterum judiciorum ratio, in quibus, Cujacio teſte Obſervationum lib. VIII. Cap. XXVI. id moris fuit, ut litigatores integra legum verba, pro ſe quiſque, producerent, atque e legum verbis lites componerentur? ut vetus ille Juriſconſultus facit, cujus conſultationem, auctorum verbis propoſitis ex Codice Gregoriano, Hermogeniano, Theodoſiano & ex Paulli ſententiis, tanquam ſingulare quoddam ſuperioris ætatis exemplum, LX. ſuis Conſultationibus Cujacius ipſe præfixit. Hinc neque nos piguit, ipſa legum verba aliquantò etiam longiùs aliquando exhibere, explicare, ubi opus erat; unum cum alio locum conciliare; & veterum potiùs Juriſconſultorum Romanorumve Imperatorum auctoritate, quàm novorum Juriſprudentum numero, ſententias communire. Immo, ut ingenuè fateamur, pœnitet nos, quòd, congeſtis aliquando pluribus hujus farinæ auctoribus, hodierno mori paullò liberalius indulſerimus: non quòd iſtorum laudibus aliquid detractum velim, quibus etiam faveo, ſiqui rectè ſunt jus civile interpretati: ſed quòd turpe mihi videatur & liberali homine indignum, ubi puriſſimi fontes ſuppeditant, cœnoſos rivulos ſtudioſiùs conſectari.

III. Quòd ſi ad ipſos Romanæ juriſprudentiæ fontes recurrendum ſit; nonne imprimis ad quinquaginta Digeſtorum libros, quos nemo unquam ſine maximo fructu atque admiratione percurrit? Nam priſcorum, qui ante Ciceronem fuerunt, vix aliquid extat. E Digeſtis igitur maximè petenda civilis ſcientia, atque ipſa etiam, quod vix aliquis crederet, Romanæ linguæ elegantia. Quare Laurentius Valla, ſeveriſſimi, ſiquis alius, judicii vir, tantùm deberi putat *hujus facultatis libris, quantùm illis olim, qui Capitolium ab armis Gallorum atque inſidiis defenderunt: per quos factum eſt, ut non modò tota urbs non amitteretur; verum etiam ut tota reſtitui poſſet.* Itaque, inquit, *per quotidianam lectionem Digeſtorum, & ſemper aliquâ ex parte incolumis atque in honore fuit lingua Romana, & brevi ſuam dignitatem atque amplitudinem recuperabit.* Nec ſua doctiſſimum hominem feſellit opinio. Nam ſiquis nunc efflorеſcit Latinæ linguæ nitor, ſiqua Romanæ ſimilis eloquentia, ſiqua, expulſâ barbarie, in hominibus humanitas: id maximè per Juriſconſultos factum eſt, qui eam, quam ex aſſiduâ Digeſtorum lectione ipſi acceperant, veræ doctrinæ, ſine affectatione, elegantiam in Europam totam diffuderunt. Unde non parùm Litterarum reſpublica debet Juriſconſultorum ætatis noſtræ Clariſſimo, Henrico Brenkmanno Batavo, cujus operâ, poſt tot tantoſque doctiſſimorum virorum labores, ſua demum lectioni Florentinas Pandectas reſtitutas atque uberrimas in illas adnotationes ſeu commentarios, ſumus propediem viſuri. Virili enim genere, ut id obiter cum Grammaticis adnotemus, Pandectas efferri, poſt Antonium Auguſtinum, Henricum Stephanum alioſque, placet Antonio M. Salvinio noſtro, maximæ eruditionis viro: etſi aliter Huberto Giffanio & Iſaaco Caſaubono, nec ſine aliquâ probabilitate, videatur. At quia plerique Juriſprudentiæ, ut videntur, ſtudioſi, juris civilis periti, ex barbaris quibuſque Conſiliis, atque, ut vulgo vocant, *Deciſionibus*, quàm ex illo Romanarum legum theſauro, mutuari malunt: inde tota illorum illiberalis doctrina eſt; & fora jam omnia barbarie undique occupantur. Jam enim conſtat, eos hic tantùm a me reprehendi, qui πραγματικοὶ apud Græcos dicuntur, & mercedulâ adducti per forum undequaque diſcurſitant, juri æquè ac injuriæ patrocinaturi: nempe cauſſidicos, leguleios, rabulas, proclamatores, quid vis aliud potiùs quàm juriſconſultos: quorum Columella Præfat. in libros de Re Ruſticâ *caninum* deſcribit *ſtudium locupletiſſimum quemque adlatrandi, & contra innocentes ac pro nocentibus neglectum a majoribus, a nobis etiam conceſſum, intra mœnia & in ipſo foro latrocinium*: de quibus etiam illud eſt hujus auctoris: *ſine cauſſidicis olim ſatis felices fuere, futuræque ſunt urbes.*

IV. Juriſconſultis verò, qui verè Juriſconſulti ſunt atque appellantur, quis non plurimùm deferat? quales multos Etruria, atque Etruriæ urbs primaria Florentia habet, ſummos certè viros, & civilis ſcientiæ veluti antiſtites, quorum neſcias utrùm peritia rerum præſtet, an orationis elegantia: *qui, quum ingenio ſibi auctore, ut* Tullius ait, *dignitatem reperiſſent; perfecerunt, ut in reſpondendo jure, auctoritate plus etiam, quàm ipſo ingenio, valerent.* Valent autem plurimùm Etruſca, & Florentina maximè ingenia, quæ ad omnem artem videntur ab ipſâ naturâ comparata: &, ſi ſtudium admoveris, mirabiles faciunt in optimis quibuſque diſciplinis progreſſus. Quod de patriâ meâ dicere pudor prohiberet, niſi & aliarum omnium gentium certiſſimus conſenſus accederet. Exteros ſiquidem quoſque homines Florentinorum ingeniorum præſtantia in amorem ſimul rapit atque in admirationem; &, quos ad contemplationem ſui urbium pulcherrima non trahit; perducit incolarum doctrina. Id verò ætas noſtra aſſiduum in uno Antonio Magliabechio habet, quod aliquando Roma in Tito Livio, Romanæ Hiſtoriæ auctore, ut S. Hieronymus refert epiſt. ad Paullinum, tanquam inauditum omnibus ſeculis celebrandumque miraculum commendavit vetuſtas, ut urbem tantam ingreſſi, aliud extra urbem quærerent. Unde gratiſſimum ſibi præ cunctis in Orbe locis hoc habuit eruditionis Litterarumque domicilium, vir nobiliſſimus atque inter paucos doctus, Henricus de Novâ Villâ, Britannicus ad Magnum Etruriæ Ducem Legatus; quem quum non ſemel viſerem, dicere ſolitum audivi, nullibi civitatum in Italiâ, & fortè in Europâ, ſe majori frequentia doctos homines, quàm Florentiæ, reperiſſe. Quantùm ille porro Florentinam gentem amâret æſtimaretque; ipſeque viciſſim a nobis amaretur æſtimareturque: palam atque uberrimè teſtantur, quæ edi voluit, ſuæ aliorumque epiſtolæ & carmina. Quibus, ſi licet, addi velim epiſtolam, quam, cum Liburni ageret, mox in Britanniam reverſurus, ad me humaniſſimè ſcripſit, ampliſſimum ſanè teſtem ſui erga Florentinos cultûs, amoris, benevolentiæ.

V. Henricus de Novâ Villâ
Alexandro Polito a S. Sigiſmundo Schol. Piarum S.
Florentiam.

Si non aliud occurreret exemplum (quæ tamen ſunt plurima & ferme infinita) benignitatis in me, civium tuorum, Florentiæ; Tu ſolus, Reverende Pater, argumento eſſe poteris, quantùm & Tibi, atque, eo nomine, iis quoque, cum verbis tum rebus ipſis, debeam: cum non tantùm contentus, mea, qualiacumque demum ſint, legere; quin & in publicum etiam dare contenderis.

At

At iterum in hac quoque parte agnoſco doleoque fatum quaſi meum; qui pænè cuncta primò moleſta atque difficilia experior, quæ tamen poſtea plerumque felicem, qualemque initio optabam, exitum ſortiuntur. Verum ſanè eſt, quod ais, quoad binas Inſcriptiones, me ſolum in iis, unà cum juſtis auctorum laudibus, quorum alter (Dionyſius ſcilicet Halicarnaſſeus) de Antiquitatibus Romanis, pridem apud veteres; alter de Britannicis noſtris, recenti hoc ſæculo, benè meritus eſt, grati animi indicium, erga Coſmum Principem veſtrum optimumque, & Antonium Mariam Salvinum meum, atque apud vos pænè Litterarum principem, edere voluiſſe. Quantùm verò ad Rymeri Opus, ſeu potiùs, ut ipſe priùs ſcripſeram, Bibliothecam [nam ad undecim magna volumina ſe impræſentiarum extendit, & fortè viginti & ultra, ambitu ſuo olim complectetur] ut cenſoribus primùm exhibeatur ad formandum de libro judicium, nimis importunum fuerit exigere; cumque in eo præſertim, nihil ipſius auctoris videbunt, præter curam fidemque ejus; nihil de ſuo adjecit. Inſtrumenta ſola atque Acta ibi publica leguntur, ſecundùm temporum ſeriem, & prout res quæque acciderat. Sacra quidem, profana, civilia, militaria, libri argumentum. Sed in ſacris non alia reperies, quam quæ ad ſtabiliendam promovendamque Fidem Romano-Catholicam ſpectant: cum noſtri Majores, nulli alteri, per totam Europam, populo, cultu ſuo, vel erga ipſum Pontificem Romanum, vel Religionem, iis ſeculis, in Occidente prævalentem & obſervatam, unquam ceſſerint. Nihil aliud jam adjecerim, quàm quòd Clemens ipſe Undecimus, non minùs pietate & eruditione, quam Dignitate & Imperio præſtans, præteritâ modò ſeptimanâ in mandatis dederit, ut, ſuis ſumptibus, ex Angliâ Romam quamciuſſimè tranſmitteretur Opus, in ornamentum atque uſûs Bibliothecæ Vaticanæ. Ad mea demum revertor, quorum editionem impensè maturari velim, ut, ante meum ex Italia diſceſſum, videant Amici, quid de ipſis ſentiam; & ipſe, quid de meis illi: ut, ita fortè alia prioribus addam, aut penitus in futurum ſileam. Ea enim adhuc eſt Gentis veſtræ prærogativa, ita illa judicio præſtat, ut nunc ingeniis hominum non minus moderetur legeſque det, quàm olim in eorum corpora jus habuerit, quando rerum potiebatur. Vale. Liburni. VII. Cal. Apr. MDCCXI.

Quamprimum videris optimum atque eruditiſſimum ſenem, amicum noſtrum, Antonium Magliabechium; meo precor nomine, quam humaniſſimè ſalutes. *Hæc Legatus Britannicus.*

Adtexi quoque cupiam meos in tanti viri εἰκόνα verſiculos:

Henricum audaci Newton deſcribere cœlo
Artificis voluit fas bene culta manus:
Et retulit vultus & dignam Munere formam.
Mores atque animum fingere non potuit.
Ergo, quam ipſe ſuæ nobis virtutis, imago,
Inſcripſit; quantò dignior illa Viro?

C A P U T X.

Operis peroratio. Præſtantiſſimi Florentiæ Juriſconſulti. Aliqui indiſcriminatim enumerati. Plura a nobis ſuſcepta, & plura impedita ab aliis. Theologus Ordinis mei eximius, Januarius de Angelis a S. Philippo Nerio. Comes Fantonus, Florentinæ Academiæ ante Salvinum Conſul. Auctoris proteſtatio, & erga Romanum Pontificem reverentia.

I. HUc uſque, Salvine Conſul, excurrere me fecit non jucunda ſolùm humaniſſimi atque elegantiſſimi viri memoria; ſed & præcipuè patriæ amor: cujus patriæ laudes uberius aliquando proſequetur, eloquens valdè Orator & Eloquentiæ profeſſor, Ferrantes a S. Nicolao Florentinus, Cajetani Moniliæ frater, meus & ipſe ante aliquot annos Philoſophiæ auditor, at nunc collega: ſicut ex exteris aliquas etiam Florentiæ laudes attigit, cum Etruſcam Sapientiam proſâ verſâque oratione aliquando celebraret, alter collega meus, Julianus a S. Agathâ, ex Mutinenſi ditione, bonis Litteris, & eleganti noſtrorum auctorum; imitatione commendabilis. Cum verò bonæ omnes artes mirum in modum Florentiæ olim viguerint, & nunc vigeant, tum etiam civitas noſtra præſtantiſſimos in jure civili viros tulit, per quos ſuperiori ætate reparari atque eſſloreſcere cepit Juriſprudentia. Quòd ſi longinqua illa exempla videantur; & magis hodierna placeant: quis non tacita quadam admiratione ſecum ipſe recolat, ut, de Antonio M. Salvinio taceamus, Franciſcum Maria Corſignanium, dignitate præſtantem atque eruditione Anſaldum, Marcum Septimannium, Joſephum Averanium, Lazarum Benedictum Milioruccium, Petrum Andream Fortionium Accoltium, Rillium, ambos Equites, Julium Cæſarem Ricaſulium & Johannem Baptiſtam Cerretanum, Jacobum Lanfredinum, Johannem Antonium Baroncinum, Joſephum Ciampellium, Petrum Franciſcum Mormorajum, Negronium, Baldinuccium, Jacobum Agninium; alia hujuſmodi venerabilia nobis, toti, ut puto, poſteritati immortalia nomina? Nec enim alios omnes vacat recenſere Florentinos Juriſconſultos, quos, veteri raroque alibi exemplo, videmus ſummâ cum juriſprudentiâ eloquentiam ſimul conciliaſſe. His ſi qualeſcunque labores meos ſentiam non multùm diſplicuiſſe, nec improbatos etiam eſſe præclaro Benedictini Ordinis Theologo, atque in Piſano Lyceo publico Divinarum Litterarum Interpreti, amico meo, Virginiò Valſechio Brixienſi; erit, cur mihi gratuler, animuſque mihi ad ea, quæ præ manibus multa habeo, citiùs abſolvenda addatur. Etenim vel a puero ſacræ profanæque antiquitati illuſtrandæ multa aggreſſus ſum, quæ perficere nunquam potui, neſcio quo fato meo & quorumdam hominum injuriâ, qui mihi ſtudiiſque meis ſemper fuerunt hodieque ſunt maximo impedimento. Adeò, *poſtquam deſivimus facere laudanda, laudari quoque ineptum putamus.* Plura vidit, & pro ſingulari ſuâ humanitate non parùm probavit, ex collegis meis, Januarius de Angelis, *a S. Philippo Nerio*, Neapolitanus, publicus Philoſophiæ Profeſſor, cui Thomæ Aquinatis ſtudio & diligenti imitatione, neminem vel ex ipſo Dominicano Ordine prætuleris: quem unum honoris mihi cauſſâ nominandum exiſtimavi. Sed de his pluſquàm ſatis.

II. Tuum eſt, Salvine Salvini, officia ergo te mea æqui bonique conſulere, & cum familiari tuo, maximæ integritatis, prudentiæ, doctrinæ viro, Comite Johanne Baptiſtâ Bantono, Auguſti II.

Poloniæ Regis, & Saxoniæ Ducis, Aureæ Clavis Cubiculario, qui, proximè ante te, Florentinæ Academiæ Conſulatum ſummâ cum laude geſſit, laboribus meis ac voluntati patrocinari. Fuit enim hæc ſemper nobiliſſimæ Salviniæ gentis, eaque eximia, laus, litteras colere, & litterarum ſtudioſis hominibus favere; neque tu nomine tantùm, Salvine Conſul, ſed & re ipſâ, quanquam in diverſo ſtudiorum genere, ex Majoribus tuis refers celebrem illum, & Juris Canonici doctrinâ florentiſſimum, atque, ut tunc appellare mos erat, Decretorum Doctorem, virum communi hominum voce optimum, Salvinum Salvinium, Canonicum Florentinum: cujus operâ Archiepiſcopus ipſe Antoninus, vir ſanctiſſimus, plurimùm uſus eſſe fertur; & cujus immortalia in Florentinam Eccleſiam merita ſentit adhuc & ſentiet poſteritas. Te verò ob Faſtos Conſulares, tranſmiſſamque ad poſteros tot magnorum virorum memoriam, qui Florentinarum gloriam Litterarum pro dignitate ſuſtinuerunt amplificaruntque, veluti alterum parentem ſuum, Florentina Academia olim venerabitur.

III. Denique in ſcripta omnia mea meo & Chriſtianorum omnium Catholico Patri, Beatiſſimo Romano Pontifici, ſupremum jus poteſtaſque eſto, cui ſiquid minùs probetur ex iis, quæ ſcripta hîc ſunt, totum id damnatum velim. Nam, etſi exteras gentes, quæ doctrinâ maximè florent, valde amem & colam; atque in iis, quæ ad civilem vitam humanarumque rerum uſum pertinent; Germanus ſim ego. Hiſpanus, Gallus, &, quatenus licet, etiam Batavus & Britannus: ubi tamen de religione agitur, non niſi Catholicus ego ſim iſque Romanus.

CLARISSIMI, ET EXCELLENTISSIMI VIRI,

FRANCISCI M. CORSIGNANII

Juriſconſulti, & Advocati Florentini, in almâ Piſanâ Univerſitate Juris Canonici Lectoris Ordinarii, in Florentinâ Nobilium Academiâ univerſæ Juriſprudentiæ Publici Profeſſoris, & Sanctæ Inquiſitionis in almâ Florentiæ urbe Conſultoris.

Ad Reverendiſſimum Patrem

P. JOSEPHUM MARIA BALDRATI

Fidei apud nos Generalem Inquiſitorem

DE HOC OPERE JUDICIUM.

Reverendiſſime Pater.

INcredibili prorſus geſtientis animi ſenſu tractationem hanc de PATRIA IN TESTAMENTIS CONDENDIS POTESTATE perlegi; nihilque auribus meis non accidiſſe jucundum, ſcituque digniſſimum judicavi. Exquiſita omnis generis eruditio, virilis planè imperterritaque eloquentia, uberrima Sanctorum Patrum, Conciliorum, Canonum, & (quod penè fidem omnem exſuperat) Legum noſtrarum Civilium ſupellex, Græcæ, Latinæ aliarumque Linguarum recondita ac fidelis peritia, mirum dictu eſt, quo pacto in uno homine, Religionem a teneris annis profeſſo, totque & Clauſtri & Scholarum & prædicationum & cæterorum Munerum, quæ Viris Religioſis frequentiùs injungi ſolent, occupationibus diſtracto, efflorescat. Quàm acre ei eſt præterea atque ſolidum in difficilioribus Veterum Authorum ſententiis examinandis, perpendendis, illuſtrandiſque judicium! Quanta ubique & quàm plena boni ſucci ac ſanguinis Pietas! De hoc verè & ſine fuco dici poteſt, quod de ſuo Principe Claudianus.

—— Quæ ſparguntur in omnes,
In te mixta fluunt; & quæ diviſa beatos
Efficiunt, collecta tenes. . . . . . .

Atque hic in primis inter paucos illos cooptandus,

Quos æquus amavit
Juppiter, atque ardens evexit ad æthera Virtus.

Utinam ad effœtam uſque ſenectutem tam præclarus Auctor dies ſuos protrahat, ut novis ſubinde de Operibus Litterariam Rempublicam amplificet, ac per ora Virûm volitans, antè ipſos etiam cineres, ampliorem quotidie Nominis famam, &, quod rariſſimè uſuvenit, non ſeram, & quaſi præcocem gloriam adipiſcatur!

Franciſcus Maria Corſignanius.

Imprimatur.

Vicarius S. Officii Florentiæ.

Philippus Bonarota Senat & R. C. Auditor.

SYLLABUS

SYLLABUS

Auctorum, quorum hoc in Opere aliquis uſus:

A.

ABbas Antiquus.
Abbas Siculus.
Accurſius.
Ado Viennenſis.
Ærodius.
Atranius.
Albericus Gentilis.
Alciatus.
Alcinous.
Aldus Junior.
Aldus Manutius.
Alexander ab Alexandro.
Alexander Aphrodiſienſis.
Alexander de Nævo.
S. Ambroſius.
Ammonius.
Ancharanus.
Angelus.
Annales Francorum.
S. Anſelmus Cantuarienſis.
Antonius Auguſtinus.
Antonius Contius.
Antonius Mar. Salvinius.
Appulejus.
Ariſtophanes.
Ariſtoteles.
Arnobius.
Aſconius Pedianus.
S. Athanaſius.
Auctor ad Herennium.
Averſa.
S. Auguſtinus.

B.

BAldus.
Balſamon.
P. Barboſa.
Baronius.
De la Barre.
Bartolus.
S. Baſilius.
Bellarminus,
S. Bernardus.
Bernardus Guidonis.
Biblia Sacra.
Boëthus.
Bollandus.
S. Bonaventura.
Bonifacius VIII.
Boſſius.
Briſſonius.
Budæus.
Burchardus.

C.

CAjetanus.
Caius.
Calphurnius Longinus,
Cardinalis Bona.
Cardinalium Concilii Triden. Interpretum Declarationes.
Carolus Aldrich.
S. Carolus Borromæus.
Caſaubonus.
Caſſaneus.
Caſſianus.
Caſſiodorus.
Cato.
Centuriatores Magdeburgenſes.
Chryſippus.
Chryſoſtomus.
Cicero.
Clarus.
Claudianus.
Clemens Alexandrinus.
Clemens V.
Clemens XI.
Codex Juſtiniani.
Columella.
Concilia: Agathenſe, Aquenſe, Aquiſgranenſe, Aurelianenſe, Cabilonenſe, Cameracenſe, Carthaginenſe, Colonienſe, Conſtantienſe, Florentinum, Lateranenſe, Mediolanenſe, Meldenſe, Melodunenſe, Pariſienſe, Rothomagenſe, Toletanum, Triburienſe, Tridentinum, Turonenſe.
Coninchus.
Conrardus Uſpergenſis.
Coquæus.
Cornelius Tacitus.
Covarruvias.
Cujacius.
Cuſpinianus.
Cynus.
S. Cyprianus.

D.

DAmaſcenus.
Philippus Decius.
Decretales Epiſtolæ Gregorii IX.
Demoſthenes.
Dempſterus.
Diana.
Digeſta.
Dio.
Diodorus Siculus.
Diogenes Laërtius.
Dionyſius Carthuſianus.
Dionyſius Halicarnaſſenſis.
Duarenus.
Durandus.
Dynus.

E.

EGinhardus.
Emmanuel à Coſta.
Emmanuel à Schelſtraten.
Ennius.
Ennodius.
Epicurus.
Eraſmus.
Euripides.
Euſebius.

F.

FAchinæus.
Fagnanus.
Felinus.
Florentinus.
Florus.
Franciſcus Bonæ Spei.
Franciſcus Sylvius.
Freigius.

G.

GEllius.
Gennadius.
Giffanius.
Gloſſa in Corpus Civile & Canonicum.
Gomezius.
Gothofredus *uterque*.
Goveanus.
Gratiani Decretum.
Gregorius Magnus.
Gregorius Nyſſenus.
Jacobus Gronovius.
Joh. Fridericus Gronovius.
Gruterus.
Guillelmus Blancus.

H.

HAbertus.
Hadrianus.
Henricus Agyleus.
Henricus Brenkmannus.
Henricus Cornelius Agrippa.
Henricus Hoſtienſis.
Henricus de Novâ Villâ.
Henricus Stephanus.
Henſchenius.
Hermogenianus.
S. Hieronymus.
Horatius.
Hotomanus.
Hudſonus.
Huetius.
Hugo de S. Charo.
Hunnius.

I.

IDacius.
S. Ignatius Antiochenus.
Innocentius III.
Johannes Andreas Alerienſis.
Johannes Andreæ.
Johannes Tabienſis.
Johannes Criſpinus.
Johannes Tilius.
Iſidorus Hiſpalenſis.
Iſidorus Mercator.
Julianus.
Julianus patritius.
Julius Africanus.
Julius Capitolinus.
Julius Pacius.
Julius Paullus.
Ivo.
Juſtinianus.
Juvenalis.
Juventius Celſus.

L.

LActantius.
Lambinus.
Laymannus.
Leges XII. Tabularum.
S. Leo.
Leo Philoſofus.
Leonardus Aretinus.
Leſſius.
Leunclavius.
Lipſius.
Livius.
Lonicerus.
Lucretius.
Lupus.

M.

MAcrobius.
Marianus Tuccius.
Marius Victorinus.
Marſilius Ficinus,
Martialis.
Martianus
Martinus Laudenſis.
Martinus Navarrus.
Melchior Canus.
Menchaca.
Michaël Pſellus.
Modeſtinus.
Molſeſius.
Molina
Franciſcus Molinus.
Muſæus.
Muſculus.
Myſingerus.

N.

NAnnius.
Natalis Alexander.
Nemeſius.
Nicephorus Callixtus.
Nicolaus Faber.
B. Nilus.

O.

OCtavius Auguſtus.
Oldendorpius.
Optatus Gallus.
Origenes.
Otho Friſingenſis.

P.

PAchimerius.
Pacianus.
Paganinus Gaudentius.
Palao.
Pallavicinus.
Papebrochius.
Papinianus.
Pariſius.

Paullus Caſtrenſis.
Paullus Diaconus.
Paulus Manutius.
Petavius.
Petrus Faber.
Petrus de Ledeſma.
Petrus Lombardus.
Philiarcus
Philippus Paſchalis.
Philo.
Photius.
Pithœus.
Pius II.
Platina.
Plato.
Plautus.
Plinius Junior.
Plinius Senior.
Plutarchus.
Baſilius Pontius.
Porphyrius.
Poſſidonius.
Præpoſitus.

Q.

QUintilianus.

R.

REbellius.
Reginaldus.
Rhegino.
Rillius.
Riminaldus.
Robertus Stephanus,
Rodolphus Agricola.
Roſinus.

S.

SAlmaſius.
Salvianus.
Thomas Sanchezius.
Scotus.
Scribonius.
M. Annæus Seneca.
L. Annæus Seneca.
Sextus Empiricus.
Sextus Pomponius.
Sigonius.
Dominicus Soto.
Petrus Soto.
Spartianus.
Spencerus.
Suetonius.
Surdus.
Sylveſter Prieras.
Symmachus.
Synodus Auximana.

T.

TAurellius (*Lælius*).
Franciſcus Taurellius.
Terentius.
Tertullianus.
Thadæus Ugoletus.
Theophilus.
Theophylactus.
S. Thomas Aquinas.
Thuanus.
Tiraquellus.
Trebellius Pollio

V.

VAlerius Maximus.
Valla.
Varro.
Fernand Vaſquez.
Gabriel Vaſquez.
P. Victorius.
Viglius.
Viguerius.
Vinnius.
Virgilius.
Vives.
Ulpianus.
Gerardus Joh. Voſſius.
Iſaacus Voſſius.

X.

XIphilinus.
Xylander.

Z.

ZOnaras.

INDEX

Rerum & Verborum locupletiſſimus.

Adſcriptus Numerus Paginam indicat. Litteræ a. *primam*, b. *ſecundam*, *paginæ columnam indicant.*

A.

ABbates a cauſſis connubialibus prohibiti. . . . . . . Pag. 275. *a.*
Abbas Caſſinenſis exceptus. . . *ibid.*
Academicorum decretum. . . 307. *b.*
Accurſii hallucinatio. . . . . 348. *b.*
Actorum Apoſtobcorum locus illuſtratus. 324. *b.*
Adgnatorum & Cognatorum diſcrimen. 297. *a.*
Αδιαφορα explicata. . . . . 312. *b.*
Æneis comburi a Virgilio juſſa. . 279. *a.*
Ærodii bona fides. . . . . 299. *a.*
Ætas viri apta matrimonio. . . 256. *b.*
Afranius a Grutero emendatus. . 248. *a.*
Africani verba à Triboniano interpolata. 285. *b.*
Agninius laudatus. . . . . . 327. *b.*
Alberici Gentilis opinio improbata. . 248. *a.*
Alciati in Theophilum cenſura rejecta. 300. *b.*
Alexandri ab Alexandro confuſio. . 290. *b.*
Alexandri Aphrodiſienſis liber de Fato & Libertate. . . . . 263. *a.*
Almainus reprobatus. . . . . . 309. *b.*
Ambroſii de paternæ hereditatis diſtributione ſententia. . . . . . 309 *b.* 310. *b.*
Ambulatoria uſque ad mortem hominis voluntas. . . . . 278. *a.*
Angelorum nomine Epiſcopi denotati. 264. *a.*
Anſaldus laudatus. . . . . 327. *a.*
Anſelmus commendatus. . . . 261. *b.*
Αντιφάσιως lex. . . . . 292. *a.*
Antonii Goveani de Jure accreſcendi doctus liber. . . . . 305. *a.*
Antonius Auguſtinus, Juriſconſultus Hiſpaniæ doctiſſimus. . . . . . . 305. *a.*
Antonius Magliabechius, Litterariæ Reipublicæ princeps 299. *a.* ætatis noſtræ miraculum. 326. *b.*
Antonius Maria Salvinius laudatus. 245. *a.* 264. *a.* . . . . 327. *a.* 290. *a.* 327. *a.*
Apathiſtarum Academia. . . . 245. *b.*
Aphroniæ patientia. . . . . 279. *b.*
Aricini muncipii, poſteriori ætate, inopia. 300. *b.*
Ariſtoteles explicatus. . . . . 256. *b.*
Ariſtotelis Libri Oeconomicorum ab auctore illuſtrati. . . . . . 252. *b.*
Armeniorum barbara lex. . . . 297. *a.*
Auctor, Cardinalis nuper Medicei Theologus. 243. *b.* civili juri nunquam antea ſtuduit. 244. *b.* Voconiæ legis explanatione de Romana Antiquitate benemeritus. . . . 301. *a.*
Auctoris retractatio. 245. *a.* de corpore Juris civilis querela. 255. *a.* ſuâ in patriâ ſolitudo. 283. *b.* vaſtum de Philoſophiâ Peripateticâ Opus. 307. *a.* excuſatio. 325. *a.* ad reprehenſores reſponſio 325. *b.* epigramma. 327. *a.* plura Opera præmanibus. 257. *a.* proteſtatio & erga Romanum Pontificem reverentia. . . . . 258. *a.*
Auguſtini celebris ſententia. 246. *b.* ad Chriſtianos doctores monitum. 309. *a.* egregium inſtitutum. . . . . . . 223. *a.* 323. *b.*
Auguſtinus alienus ab hæreditatibus. 323. *b.* explicatus. . . . . . 324. *a.*
Aurelius Carthaginenſis Epiſcopus laudatus. 246. *b.* . . . . 323. *b.*
Authenticarum Conſtitutionum fida, ſed barbara, tranſlatio. . . . . . 304. *b.*

B.

BAroncinus laudatus. . . . 327. *a.*
Baſilius explicatus, . . . 324. *a.*
Bonaventura emendatus, 253. *a.* laudatus. 276. *b.*

C.

CÆſaris de corpore Juris civilis conſilium. . . . . 255. *a.*
Cajetanus Monilia Apathiſtarum princeps. 245. *b.*
Caligulæ avaritia. . . . . 280. *b.*
Canon Concilii Agathenſis Carthaginenſi a Gratiano attributus. . . . . 275. *b.*
Canonibus adjumentum a civilibus legibus. 264. *b.*
Canonum ſumma auctoritas. . . . 249. *b.*
Cardinalium Concilii Tridentini Interpretum declaratio. . . . . . . 274. *b.*
Caroli Cardinalis Lotharingi oratio. . 248. *b.*

Caroli

Caroli V. monitum. . . . 254. a.
Caroli Magni vitium ab Eginhardo notatum. 321. a. teſtamentum. . . 324. b.
Carolini regni fines. . . .320. a. 319. b.
Carolo Magno, Romani Pontificis auctoritate, delatum Occidentis Imperium. . 319. a.
Catonis dictum. 288. a. orationis fragmentum. . . . . . 290. b.
Cauſſæ connubiales ad forum tantum Eccleſiaſticum ſpectant. 273. b. Epiſcoporum duntaxat judicio commiſſæ. . . . 275. b.
Cauſſidicorum damnata barbaries & abuſus. 325. b. 326. a. deſcriptio. . . . 326. b.
Cenſi qui eſſent. . . . 287. a.
Cerretanus Eques laudatus. . . 327. b.
Chriſtianis nefas, vivente uxore, aliam ducere. . . . . . 272. b.
Chriſtianiſſimorum regum leges laudatæ. 260. a.
Chriſtus coheres filiis inſtituendus. . 321. a.
Chryſippi pulchra ſententia. . . 308. b.
Ciampellius laudatus. . . 327. a.
Ciceronis memorabilis ſententia de XII. Tabularum libello. 286. b. 307. a. locus ex Act. III. in Verrem reſtitutus, & adverſus Hotomanum explicatus. alius locus emendatus. 287. a. 300 b.
Clandeſtina conjugia, quo ſenſu ſtupra. 249. b. in Gallia valent. 271. a. cur ab Eccleſia reprobata. 251. b. punita. 260. b. in Galliâ etiam ſacramenta. 273. a.
Claſſici qui dicti. . . . . . 290. b.
Clementis III. mens explicata. . 249. a.
Clementis XI. oratio. . . . 324. a.
Codicillorum definitio. 284. a. origo. . ibid.
Codicis locus emendatus. . . 280. b.
Concilii Tridentini de clandeſtinis conjugiis decretum. . . . . . . 251. b.
Concilio Oecumenico tota Eccleſia repræſentata. . . . . 319. b.
Conjugium triplex ex Gratiano. . 249. a.
Connubiales cauſſæ ad Eccleſiam divino jure ſpectant. . . . . . . 259. a.
Conſuetudo, altera lex. . . 296. b.
Contractus, Græcis συνάλλαγμα. . 265. b.
Coronæ in Ethnicorum nuptiis. . 264. a.
Corſignanii Florentini Advocati laus. 245. b. 327. a. de hoc Opere judicium. . . 328. a.
Covarruvias laudatus. 246. a. defenſus. 256. a. confutatus. . . . . . 270. a.
Cujacius Juriſconſultorum maximus. 243. b. confutatus. 247. a. Ejus LX. Conſultationes. 326. a.
Cyprianus laudatus, atque ejus aurea præcepta. . . . . 322. b.

D.

DEclamationis definitio. 299. b. præcepta ibid. utilitas. . . . ibid.
Declamatorum inſcitia, corruptæ eloquentiæ cauſſa. . . . . . 300. a.
Demoſthenis pulchra de lege ſententia 308. a. 308. b.
Deo veritas, veriſimilitudo hominibus a Platone conceſſa. . . . . . 323. b.
Deus ἡσιωδῶς ἀναμάρτητος. . . 261. b.
Digeſtorum locus explanatus. 267. a. lectio reſtituta. 278. a. E Digeſtis petenda Latinæ linguæ elegantia. . . . . 326. a.
Dionis locus fusè diſcuſſus. . . 289. a.
Dio emendatus. 290. b. explicatus. . 298. a.
Dionyſii Halicarnaſſenſis Oxonienſis per Hudſonum editio. . . . . 245. a.
Dominici Soto in IV. Sentent. textus non idem ac Petri Lombardi. . . . 251. b.
Dominicus Soto laudatus. 268. b. a Natalis opinione vindicatus. . . . . 276. a.
Donatiani ab Auguſtino qua in re non reprehenſi. . . . . 265. a.
Donatio inofficioſa reſcindenda. . 246. b.
Donatio omnium bonorum vel futurorum non ſubſiſtit. præterquam ſi Deo fiat. . 281. a.

E.

ECcleſiæ bona pauperibus, non filiis, aut conſanguineis danda. . . 324. a.
Eccleſiæ in matrimonia poteſtas. . 248. a.
Ennii ἐπίλαφον. . . . 298. b.
Epicurus laudatus. . . . 262. b.
Epiſcopis nihil licet adversùs Canones. 266. a.
Evariſto canon ſuppoſitus. 248. b. 249. b. juxta corruptam lectionem explicatus. . 266. a.
Exheredandorum filiorum XIV. cauſſæ. 244. b. 245 a.
Exheredare filium non licet, ut heres Eccleſia inſtituatur. . 246. b. 323. a. 323. b. 324. a.
Exheredari olim ſine cauſsâ filii an potuerint. 245. a. ex Ephlaltis lege apud Lacedæmones potuerunt. . . . . 245. b.
Exheredari an ex aliis Juſtinianæarum ſimilibus cauſſis filii poſſint. . . 246. a.
Exheredari nequit filia, quæ divertere nolit à marito. . . . . 248. a.
Exheredationis leges. . 244. a. 244. b. 245. a.

F.

FAchinæus reprehenſus. . . 257. a.
Fagnani in Sanchezium animadverſio. 274. a 275 a.
Falcidia lex a Publ. Falcidia lata. 301. a. Duo ejus capita. . . . ibid.
Falcidia dicta quarta hereditatis pars. 302. a. Falcidiam deducere. . . . . ibid.
Falcidia, portio liberis debita. . 302. a. 302. b.
Falcidia, quæ jure inſtitutionis debetur. 302. b.
Falcidia aucta. . . . 302. b.
Falcidiæ triplex acceptio. . . 302. b.
Feminæ in Galliâ a regni ſucceſſione rejectæ. 297. a.
Feminarum major, quàm virorum, infamia. 256. b.
Ferrantes Moniba a S. Nicolao laudatus. 327. a.
Fideicommiſſariarum hereditatum prima origo. . . . . 291. b.
Fideicommiſſis per omnia legata exæquata. 284. b.
Filia quando exheredari poſſit. 255. b. 256. a. 256. b.
Filiæ nubiles maturè elocandæ. . 321. a.
Filii ſummam parentibus in contrahendis conjugiis reverentiam debent. . 250. b. 251. a.
Filii emancipari matrimonium vel ſine patris conſenſu per Romanas leges valet. . 267. a.
Filii ſecundis matris nuptiis offendi ſoliti. 315. a. ingrati a beneficio legis excluſi. 316. b. quinam digniſſimi. 316. b. qui ſe Deo dicant, non exheredandi. . . . . 324. b.
Filiisfamiliâs matrimonia injuſſu parentum contrahentibus an & quando pœna ſtatua. 255. a. 257 b. . . . . . . 258. a.
Filiis Deo ſacris qui minus relinquunt, a Salviano reprehenſi. . . 313. a. 314. b.
Filiis æquè meritis æqua hereditatis portio honeſtè conferenda. . . . 221 a.
Filiofamiliâs quando non licet a nuptiis abſtinere. . . . . . 252. a 252. b.
Filiorumfamiliâs conjugia, abſque parentum conſenſu, Romano jure irrita. 247. a. an veteribus olim canonibus irrita. 248. b. 249. a. nunc rata, 252. a. . . . 263. b. 267. a. 271. a.
Filiorum uxorem aliquam contra parentum voluntatem ducentium grave peccatum. 251. a. anathema in illos olim decretum. . ibid.
Filiorumfamiliâs matrimonia, ſine parentum conſenſu, Eccleſiæ improbata 254. a. 266. a.
Filiorum unum alteri in ſucceſſione, ex juſtis cauſis, præferre licet. . . 313. b.
Filiorum maximæ opes, optima diſciplina. 322. a.
Filios an ex inæqualibus portionibus liceat heredes inſtituere. . 309. b. 310. a. 311. b. 312. a.
Filiusfamilias non poteſt ad matrimonium cogi. . . . . 253. b.
Filius, ſordida muliere, parentum injuſſu, ductâ, an exheredari poſſit. . . . 256 b.
Filius emancipatus ob contractum matrimonium quando exheredari poſſit. . . 267. a.

Filiusfamilias quodammodo dominus. 285. *b.*
Florentiæ laus. 326. *b.*
Florentini Pandectæ ab Henrico Brenkmanno reſtituti. 326. *a.*
Freigii cum auctore conſenſio. 390. *b.*
Fructus an in legitimam portionem imputentur. 302. *b.*
Furia lex minus perfecta. 286. *a.*

G.

GAlliæ commendatio. 258. *b.*
Germaniæ aliud regnum, aliud Imperium. 320. *a.*
Germanicæ inclytæ nationis ſeptemviri Principes à Gregorio V. inſtituti. 320. *a.*
Germanis non regnum mundi delatum, ſed Occidentis Imperium. 319. *a.* non jure belli ab illis Occidentis Imperium comparatum, ſed Apoſtolicæ Sedis beneficio. 319. *b.*
Glicia lex incerta. 301. *b.*
Gratiano reſtitutum, quod ei abſtulit Sanchezius. 276. *a.*
Gratianos correctus. 249. *a.*
Gregoriæ feminæ ex Juſtiniano exemplum. 317. *a.*
Gregorii magni moderatio. 323. *b.*

H.

HEnricus Brenkmannus J. C. ob reſtitutos Florentinos Pandectas laudatus. 326. *a.*
Henricus de Novâ Villâ, Britannicus Legatus, laudatus. 245. *a.* 264. *a.* ejus erga Florentinos amor & cultus. 326. *b.* ad auctorem epiſtola. *ibid.*
Heredis pœna, qui teſtatori non paruerit. 279. *b.*
Heredis tantùm inſtitutio ad teſtamenti οὐσίαν ſpectat. 282. *a.* & *b.* 284. *a.*
Heredis inſtitutioni an neceſſaria aliqua verborum formula. 305. *a.*
Hereditas codicillis directo neque datur neque adimitur. 284. *b.*
Hereditatem inter & legatum quid differat. 298. *a.*
Hereditatis definitio. 283. *a.*
Heres ex quadrante verè inſtitutus. 292. *a.*
Herniones pulchra ſententia. 250. *b.*
Hieronymus explicatus. 246. *b.*
Hormiſdæ canon. 250. *b.*
Hoſii ad Conſtantium admonitio. 308. *a.*
Humanæ actiones aut vitioſæ aut laudabiles. 312. *b.* 313. *a.*

I.

JAcobi Patriarchæ erga Joſephum filium ſingularis benevolentia. 310 *b.*
Januarius de Angelis à S. Philip. Nerio, ſtudio S. Thomæ eximius. 327. *a.*
Ignatii Antiocheni Epiſcopi epiſtolæ genuinæ. 264. *a.*
Ignorantia juris quando proſit & quando obſit. 269. *a.*
Imperator inſtitutus poteſt exheredari. 280. *a.*
Imperatores jurejurando operam ſuam Eccleſiæ Romanæ addicere ſoliti. 320. *b.*
Imperatoria dignitas in Orbe Chriſtiano prima. 320. *a.*
Imperatoriæ dignitatis vis in eo ſita, ut Eccleſiam Romanam tueatur. 320. *b.*
Imperia Orientis atque Occidentis diviſa. 319. *a.*
Imperium Occidentis qua ratione à Græcis ad Germanos translatum. 319. *b.*
Imperium Occidentis ad Saxones ab Johanne XII. tranſlatum. 320. *a.*
Innocentii Papæ III. obſervatio. 278. *b.*
Inſtitutionis titulus olim non neceſſarius filio. 304. *a.* nunc verò neceſſarius. 304. *b.* & honorabilis atque utilis. 305. *a.*
Inteſtatorum parentum bona ex æquo inter filios dividenda. 303. *a.*
Johannes Baptiſta Comes Fantonus, Florentinæ Academiæ Conſul. 237. *b.* 328 *a.*
Joſephus Averanius laudatus. 327. *a.*
Iſaaci Haberti pro Ludovico rege reſponſum. 259. *b.*
Judiciorum veterum optima ratio. 326. *a.*
Juliæ vox impia. 280. *a.*
Juliani celebris admonitio. 246. *a.*
Julianus Sabbatinius à S. Agathâ patriâ Mutinenſis laudatus. 327. *a.*
Joris Canonici & Civilis ſocietas. 243. *a.*
Juris definitio. 306 *a.* præcepta. *ibid.*
Juris romani reprehenſores. 306. *b.*
Juris Sacerdotes, anteceſſores. 307. *a.*
Juriſconſulti Florentiæ præſtantiſſimi. 327. *a.*
Juriſconſultorum variæ quæſtiones. 255. *b* veriſſima laus. 326. *a.* 326. *b.*
Juriſprudentia Theologis neceſſaria. 243. *a.* 243. *b.*
Juriſprudentia *Media* quænam apud Juſtinianum. 293. *a.* 293. *b.*
Juriſprudentia, pars Philoſophiæ. 307. *a.*
Juriſprudentiæ definitio. 293 *b.* 294. *a*
Juriſprudentiæ Romanæ commendatio. 306. *a.*
Juriſprudentiæ & Philoſophiæ eadem definitio. 307. *a.* idem finis. 307. *b.*
Juriſprudentiæ breve ſtudium viſum aliquibus. 325. *a.* 325. *b.*
Juriſprudentum veterum aliqui enumerati. 294. *b.*
Jus Canonicum Theologis neceſſarium. 243. *a.* barbarè olim explicatum. 243. *b.*
Jus civile explicatum. 295. *a.*
Juſta ſententia quæ ſit. 283. *a.* Juſtum quid. *ibid.*
Juſtiniani mens expoſita. 257. *a.* lex correcta. 316. *a.*
Juſtinianus laudatus. 244. *a.* 244. *b.* illuſtratus. 279. *a.* explicatus. 284. *b.* 291. *b.* 294. *b.* 295. *b.*
Juſtitia duplex, *ἐπανορθωτικὴ καὶ διανεμητική.* 311. *b.*
Juſtitiæ definitio. 311. *a.* à liberalitate diſcrimen. 312. *a.*

K.

Καταλιπεῖν quid ſit. 298. *b.*

L.

LAbeonis Antiſtii doctrina. 284. *b.*
Lactantius, Chriſtianus Cicero. 278. *b.* ejus vera lectio. 279. *a.*
Lanfredinus laudatus. 327. *a.*
Legari iis poſſe, qui poſſunt heredes inſtitui. 285. *a.*
Legata teſtamento adveniunt. 283. *a.* codicillis relinqui poſſunt. 284. *a.* qua ratione valeant in codicillis. *ibid.* olim inutilia, pœnæ nomine relicta. 285. *a.*
Legati è Pontificis latere cauſſarum connubialium judicio abſtinere juſſi. 275. *b.*
Legatorum vetus licentia coarctata. 286. *a.*
Leges XII. Tabularum, carmen olim puerorum neceſſarium. 307. *a.*
Leges ſcire quid ſit. 257. *b.*
Leges Gallicanæ & Hiſpanæ. 258. *a.* 258. *b* quibuſdam improbatæ. 259. *a.* & *b.* defenſæ. 259. *a.* & *b.* 261.
Leges civiles, ubi per Canones licet, ſervandæ. 307. *b.* 308. *a.* Theologis probatæ. 309. *a.*
Legis definitio. 293. *b.* 294. *b.*
Legis paullò altior conſideratio. 292. *a.* *ἐτυμολογία.* 293. *a.* & *b.* conditiones. 307. *b.* 308. *a.* per Tullium definitio. *ibid.* munia. 312. *b.*
Legitima portio quo jure filiis debita. 269. *a.*
Legitima portio, Græcis *νόμιμον λάχος*, propriè quarta legitimæ portionis. 285. *b.* ante Juſtinianum quarta. 303. *a.* ad trientem vel ſemiſſem aucta. 304. *a.*
Legitima cur appellata liberorum portio. 303. *a.* quæ ex teſtamento, legitimæ portionis portio eſt. 303. *a.*
Legum & temerariæ conſuetudinis diſcrimen. 257. *b.*

Legum

Legum juſtarum violatores gravis culpæ damnati. . . . . 309. *a.*
S. Leo malè ab aliis citatus. . . 249. *a.*
Leonardus Aretinus notatus. . . 246. *b.*
Leonis Philoſophi Conſtitutio XIX. 281. *b.* ei reſponſum. . . . . 317. *a.*
Lex XII. Tabularum explicata. 279. *a.* dura 286. *b.* ab Juſtiniano revocata. . 297. *a.*
Lex ſpecies una Juris ſcripti. . 294. *a.*
Lex æterna ac naturalis. 294. *a.* διανοητικὸς *ibid.*
Liberalitas melior viventis, quam morientis. . . . . 324. *b.*
Liberalitate Chriſtianâ culpæ redimendæ. 322. *b.*
Liberalitatis Chriſtianæ faſtigium. . 324. *a.*
Liberalitatis debitum morale. . . 313. *b.*
Liberorum nomine & filia comprehenſa. 300. *b.*
Libertas in contrahendis nuptiis commendata. 258. *b.* quænam vera. 262. *a.* Juriſconſultis definita. . . . . , 263. *a.*
Libertas non eſt peccare poſſe. . 261. *a.*
Libertatis tria genera ex Bernardo. . 262. *a.*
Libertatis ratio. 263. *a.* malus uſus nunquam Canonibus probatus. . . . . *ibid.*
Licere aliquid quo ſenſu dicatur. 253. *b.* 288. *a.*
Liviana epitome corrupta. . . 286. *a.*
Livii locus a Sigonio emendatus. . 302. *b.*
Lucius III. cum Alexandro III. conciliatus. 268. *a.*

M.

MAglibechius. *vide* Antonius.
Martini Navarri interpretatio. . 254. *b.*
Matrimonia legitimè contracta, ex parentum poſtea voluntate, Romano jure non diſſolvuntur. . . . . 247. *b.*
Matrimonia Chriſtianorum quo ſenſu rata. 273. *a.* non jure fori, ſed poli reguntur. . 276. *a.*
Matrimonii & civilium rerum diſcrimen. 259. *a.* quæ ad matrimonii ὁσίαν ſpectant. 273. *a.*
Matrimonio Ethnicorum poſſunt a Principe impedimenta dirimentia præfigi, ſed non Chriſtianorum. 274. *a.* 274. *b.* 275. *a.* 275. *b.* De matrimonio apud Chriſtianos, etiam ut contractus eſt, irritæ Principum leges. 270. *b.* 271. *a.* &c.
Matrimonium ſolo viri & mulieris conſenſu perficitur. 254. *a.* res ſancta. 264. *a.* inter raptorum & raptam conſiſtere nunc poteſt. 269. *a.* apud Chriſtianos Sacramentum. 270. *b.* 272. *a.* 275. *a.* inter tutorem & pupillam, inter ſenatorem & libertam jure canonico ſubſiſtit. 295. *b.* Ad matrimonium quando quis cogi poteſt. 268. *a.* 268. *b.* An aliquod inter Chriſtianos poſſit eſſe matrimonium, quod non ſit Sacramentum. 271. *b.*
Matthiæ Illyrici inſulſa figmenta. . 319. *b.*
Mahumeto II. Imperatoria Orientis dignitas promiſſa, ſi Chriſtianus fieret. . . 319. *b.*
Melchior Canus laudatus, & in eum cenſura. . . . . 271. *b.*
Melioruccius laudatus. . . . 327. *a.*
Militis hereditas codicillis data. . 284. *a.*
Mixti generis cauſſæ ad quod tribunal pertineant. . . . . 276. *b.*
Monachis non licet teſtamentum conficere. 297. *a.* Leone Philoſopho facta facultas teſtandi 318. *a.*
Monachorum non eſt velle & nolle. . 282. *a.*
Monachus, qui pecuniam moriens dereliquit, a Patribus damnatus. . . . 318. *a.*
Monaſtica profeſſio ex Patribus commendata. . . . . 318. *a.*
Mormorajus laudatus. . . . 327. *a.*
Muſæi locus a nobis verſus. . , 250. *a.*

N.

NAtalis Alexander confutatus. : 274. *a.*
Natalium cauſſa Eccleſiaſtici eſt tribunalis. . . . . 271. *a.*
Nicolai I. decretum. . . . 250. *b.*
Novellæ Juſtiniani Conſtitutiones Authenticæ Accurſio dictæ. . . , 285. *b.* 286. *b.*
Novercæ fraudulentum mulierum genus. 305. *b.*
Nuptiæ juſtæ. . . . . . 247. *a.*
Nuptiæ injuſtæ ex Romano jure diſſolvendæ. 247. *a.* . . . . 247. *b.*
Nuptialia lucra communibus tantùm filiis reſervanda. 315. *b.* & alienari prohibita. . *ibid.*
Nuptialem bonorum ab hereditate diſcrimen. . . . . 316. *a.* 317. *a.* 317. *b.*

O.

OCtavii Auguſti de Æneide verſus. 279. *a.* . . . . 279. *b.*
Odium grave peccatum. . . 314. *a.*
Optati Galli liber proſcriptus . . 271. *a.*

P.

PAndectæ quonam genere efferendi. 326. *a.*
Pandectarum Florentinorum lectio. 245. *a.*
Pacta a civili lege improbata, ſi jurejurando firmentur, valent. . . 281 *a.* & *b.*
Pactum non valet, quo faciendi teſtamenti libertas coarctatur. . . . 281. *a.*
Papiniani inſignis lex. , 281. *a.* laus. 284. *a.*
Paradoxon Stoicum, ὅτι οἱ σοφοὶ ἐλεύθεροι καὶ οἱ μωροὶ δοῦλοι . . . . . 262. *b.*
Parentum conſenſus, ex Romanis legibus, filiorumfamilias conjugio neceſſarius . 247. *a.*
Pater ter filium vendere a Romulo permiſſus. 245. *b.*
Paterfamilias prodigentiæ accuſatus, qui ſine juſtâ cauſſâ minus dignum filium anteponit. 313. *b.*
Patres filiis uxores accipere juſſi. . 251. *a.*
Patrifamiliâs licet, ſalvâ juſtitiâ, filios ex inæqualibus partibus heredes inſtituere, legitimâ exceptâ. . . . . . 311. *b* 312. *a.*
Patrimonium Chriſti, patrimonium pauperum. . . . . 323. *a.*
Patris in dividendâ filiis, pro arbitrio, hereditate poteſtas. . . . 303. *a.*
Patris ultimæ voluntati proſpectum, ſi in teſtamento filii inſtitutionum prætermiſerit. 304. *b.* . . . . 305. *a.*
Patrifamiliâs iterum nubentis pœna. . 315. *b.*
Patrum, ex lege Romuli, in vitam necemque filiorum poteſtas. . . 244. *b.*
Patrumfamiliâs erga meliores filios benevolentia comprobata. . . . . 310. *b.*
Parochi ab Epiſcopis prohibiti filiosfamiliâs, invitis parentibus, matrimonio conjungere 266. *a.*
Paulli Apoſtoli ad leges civiles ſervandas adhortatio. . . . . 308. *b.*
Paullus Apoſtolus explicatus. . 264. *a.*
Paullus Juriſconſultus. explicatus 245. *b.* 258. *a* 294. *b.* 297. *a* ejus locus diligenter excuſſus. 293. *a.* locus depravatus. . . 296. *a.*
Paullus Manutius de Tullio optime meritus 287. *a.*
Permitti quo ſenſu aliquid dici poſſit. 266. *b.*
Petri de Soto non magna auctoritas 277. *a.*
Petrus Andreas Forzonius Accoltius laudatus. . . . . 327. *a.*
Petrus Victorius laudatus. . . . 246 *b.*
Philiarci animadverſio . . 314. *b.*
Philippi Pulchri ad Clementem V. de transferendo iterum ad Francos Imperio preces. 320 *b.*
Philippus Baldinuccius laudatus. . 327 *a.*
Philoſophiæ definitio . . . 262. *b.*
Philoſophiæ fontes in civili Romanorum jure. 307. *a.* definitio a Licentio improbata *ibid.* . . . . 307 *b.*
Platina Bartholomæus, non Baptiſta. 248 *b.*
Platonis celebre effatum. . . 307. *b.*
Pomponii locus reſtitutus a Goveano. . 295. *a.*
Poſtumus Junior declamator. . 299. *a.*
πραγματικοὶ leguleii, non Juriſconſulti. 243. *b.* . . . . . . 326 *b.*
προαίρεσις quid ſit . . . 263 *b.*
Principibus non licet impedimenta matrimonium dirimentia præſcribere. . . 270. *a.*

Principis boni munus 265. b. 280 a. 318 b.
Principis in infirmandis pactis humanis poteſtas. . . . . . 281 b. 318 b.
Principum ſummorum in rebus humanis ſumma auctoritas . . . 260. b.
Principum conſtitutiones, leges. . 296 b.
Prodigentia, levior culpa. . . 313. b
Proſper Fagnanus laudatus. . . 266. a.

Q.

QUadrantis hereditarii origo . 301 b.
Quarta accepta, deducto ære alieno & funeris impensâ . . . . 304 a.
Quartæ duæ an ex hereditate detrahi aliquando poſſint. . . . . . 302. b.
Quintiliani declamatoris locus emendatus 300 a. fides diſcuſſa 298 a. Quis ſit ille Quintilianus. . . . . 298 b.
Quintilianus rhetor, auctor Dialogi de cauſſis corruptæ eloquentiæ. . . . 300. a.

R.

RAptæ mulieri dos a raptore tribuenda. . . . . . 269. b.
Raptoris bona raptæ feminæ quando deferantur. . . . . . 269 a 269 b.
Regia poteſtas patria. . . 318. b.
Reipublicæ per feminas periculoſa adminiſtratio. . . . . . 297. b.
Religio falſa ſine pietate. . . 323. a.
Rerumpublicarum apud Græcos vitioſæ formæ . . . . 306. a.
Res alienæ reſtituendæ. . . 321. a
Rex veluti quidam inter homines deus. 318. b
Ricaſolius Eques laudatus. . . 327. a.
Rillii ſupplementum improbatum, & Rillii laus. . . . . . 283 a 283. b.
Rillius laudatus. . . . 327. a.
Robertus Stephanus laudatus. . 287. a.
Roma, Imperii olim, nunc Apoſtolici principatûs ſedes . . . . 306 b.
Romano Pontifici contractus tantùm civilis in matrimonio, non Sacramenti ratio, ſubjicitur. . . . . . . 275 a.
Romano Pontifici deberi quidquid eſt hodie in Occidente Imperatoriæ dignitatis . 319 a
Romuli de patriâ poteſtate leges inhumanæ. 245. b.

S.

SAcramentam, Græcis μυϛήριον. . 272 a
Salvianus non probatus. 322. a 323 b. de illo judicium *ibid* ejus expoſita ſententia 322. b. 323 b.
Salvinus Salvinius, Decretorum olim Doctor, & Canonicus Florentinus, laudatus. . 327. a.
Salvinus Salvinius Florentinæ Academiæ iterum Conſul 244 b. Faſtorum Academiæ Florentinæ Conſularium Scriptor. . . 328 a.
Sanchezius confutatus. . . 252. a.
Scævola Juriſperitorum eloquentiſſimus, eloquentium juriſperitiſſimus. . . 245. b.
Scotus laudatus. . . . . 252. a. 253. a.
Scholarum in declamitando conſuetudo. 299. b.
Septimannius laudatus. . . 327. a.
Sexti Peducei fides. . . . 291. a.
Sextus Ælius Juris civilis peritiſſimus. 243. b.
Sextus Cæcilius laudatus. . . 291. a.
Sigonius laudatus. . . . 302. a.
Solonis ἐπιτάφιον. . . . 298. b.
Spartanæ reipublicæ, ex nimiis mulierum opibus, maximum vitium. . . . 293. a.
Spiſſæi arrogantior oratio. . . 260. a.
Suaſoriæ & Controverſiæ. . . 300. a.
Suetonii locus à Sigonio emendatus. 302. a.
Summarum vulgaris inſcriptio. . 261. a.
Summum jus, ſumma crux. . 321. a.
Suprema hominis voluntas religioſè obſervata. . . . . . . 279. a.
Sylveſtri Prieratis confuſio. . . 246. a.

T.

TAbulæ ſupremæ quænam. . 279. b.
Tertuliani aurea ſententia. 250. a. illuſtrata. . . . . . 264. a.
Teſtamenta rupta per alia minùs ſolemnia. 280. a.
Teſtamenti leges. 244. a. definitio. . 278. b.
Teſtamenti definitio illuſtrata. . 283. a.
Teſtamento pias ob cauſſas duo teſtes ſufficiunt. . . . . . . 280. b.
Teſtamentorum a codicillis diſcrimen. 283. b.
Teſtamentum quando reſcindendum. 245. b. mutari poteſt. 278. a. 289. a. quando reſcinditur. 283. a. jurejurando confirmatum an revocari poſſit. 281. b. ut rumpatur, neceſſaria certa aliqua derogationis formula . . . 282 b.
Teſtamentum cur juſtum . . 283. b.
Teſtamentum per nuncupationem. . 305. a.
Teſtamentum Novum & Vetus. . 278. b.
Theologi Morales laudati . . 309. a.
Thomæi aliqui Thomæ aliquando deſertores 275 a.
Thomas Aquinas laudatus. 252 b 261. b 294 a. 313 b. ejus lectio reſtituta . . 253. a.
Thomas Aquinas legendi feſtinatione deceptus. 269. b. Natalis opinione vindicatus 274. a. ſummâ cum ſcientiâ latini ſermonis caſtitatem non conjunxit. . . . . 294. b.
Titi vox memorabilis. . . 324. b.
Tournonii Cardinalis ſingularis pietas. 324. a.
Trebellianica dicta & Falcidia, & commodum legis Falcidiæ. . . . . 302. b.
Tuſcum jurgium. . . . 265. a.
Tyrannidis & legitimi principatûs diſcrimen 318. b.

V.

VAlla, ſeveriſſimi vir judicii. . 326. a.
Veneris apud Appulejum querimonia. 277. a.
Verris improbitas. . . . 288. a.
Vidua, quæ intra luctûs tempus nubit, ab infamiæ notâ per Canones immunis. 264 b.
Viduæ iterum, poſt tempus, nubentis pœna. . . . . . 315 a 315. b.
Virginius Valſechius, præclarus Benedictini Ordinis Theologus . . . 327. b.
Virtutum vetus definitio imperfecta. 313 a.
Vives melior corruptarum artium reprehenſor, quàm inſtaurator. . . . 306 b.
Ulpiani ſententia interpolata. 284 a 284. b.
Ulpianus illuſtratus. . . . 257. a.
Voconia lex quando lata. 289 a Duo ejus capita. . . . . . 286 b. 287. a.
Voconia lex parùm probata Ciceroni 291 a præſentiſſimum coërcendis mulierum hereditatibus remedium 295 b in deſuetudinem abire cepta, per Juſtinianum abrogata . . 300. b.
Voconiæ legis magna olim auctoritas 297 b. juxta recens commentum ἀντίφασις. 288. b 292. a.
Voconiæ duæ leges apud quoſdam. 290 b.
Voconiana ratio. . . . . 295. a.
Voconius ad teſtamentarias tantùm mulierum hereditates reſpexit. . . . 295. b.

X

XYlandri in Dione vertendo & emendando cura. 289 b. vitioſa verſio. . 298 a.

Z.

ZEno Auguſtus explicatus. 302. a. 303. b.

TRACTATUS
SINGULARIS
DE
COMITIBUS
CONSISTORIANIS,
Ad Tit. X. Lib. XII. Codicis,

SUPER NOVA COOPTATIONE ILLUST. D.

JACOBI TALONII
Catholici fiſci Exadvocati, in Comitum Conſiſtor. numerum, à Rege Chriſtianiſſimo facta.

AUTHORE

JOANNE FILLEAU,

In Senatu Pariſienſi Advocato.

ILLUSTRISSIMO VIRO
D. DOMINO JACOBO TALONIO
EXADVOCATO FISCI CATHOLICO,
ET
CONSISTORIANO COMITI.

CUM te (*vir illuſtriſſime*) inter Conſiſtorianos Comites Principali oraculo renuntiatum accepi, laudavi fœlicitatem temporum noſtrorum, antiquæ Cæſarum conſuetudini non abſimilem, apud quos nihil erat ſanctius illuſtratione virtutis: Qui enim fide, diuturnæque obſervationis induſtria (*), vel probitatis, ac ſtrenuitatis merito ſpectabiles extiterant, completo ſuæ militiæ tempore, Comitivæ ſacri Conſiſtorii cingulo donabantur, hæc illis laborum adæratio, hoc fortiter geſtæ adminiſtrationis præmium. Neſcit Romanis Cæſaribus ſuperior Cæſar Gallicus condigna remuneratione ſuperari, ſunt & illi ſua præmia, ſunt non inferioris inſignia dignitatis. Vix enim ſudorem illum toti Galliæ perutilem è fronte deterſeras, quem extorſerant arduæ illæ ad Principem legationes, ad quem te in ſummis reipublicæ negotiis, bono publico, & fœlici Galliæ genio, auguſtiſſimus Senatus, Principi charum, patriæ non immemorem toties hoc anno demandavit. Vix egreſſus eras ſacra Conſiſtorii limina, vix te conſpectibus regiis referendus ad patres ſuſceptæ negotiationis exitus ſubduxerat, cum te iterum à forenſi principalis patrocinii adminiſtratione ad regium colloquium, novus in Senatum Principis adventus evocat. Quid hic eloquentiæ tuæ gravitate, quid prudenti ſermonis tui pondere præſtiteris, non eſt quod imparis ſtili commendatione confirmem: loquuntur ipſa Senatus acta, ipſi regni proceres teſtantur, Rex ipſe Chriſtianiſſimus fœlici eventu aperuit. Tui enim miratus ingenii præſtantiam, cæteraſque dotes tanquam regni præſidia in te ſuſpiciens, noluit amplius tuo carere conſortio, teque Gallico Senatui ſtatim, nec diffiſo die, collatis Comitivæ Conſiſtorianæ dignitatis inſignibus, ſubduxit, & quo facilius tuæ in eodem Senatu abſentiæ deſiderium leniret, ut virtutis & eloquentiæ, ita deceſſoriæ dignitatis heredem digniſſimum, fratrem tuum, alterum TALONIUM (quod dixiſſe ſufficiet) communi voto pronuntiavit. Silerem ego inter has publicas acclamationes? illis ſocianda mea non veniret oratio? tanti criminis reum nemo me ſua ſubſcriptione poſtulabit, quomodo enim te è Senatu diſcedentem toto animo non amplecterer, quem Advocatorum ſubſellia ingreſſum ſumma humanitate ſuſcepiſti, qui me & in publicis velitationibus, & privatis colloquiis, benigno affectu ſemper excepiſti, qui me etiam noviſſimè in Triumvirali Auditorio, (hortatus prius ut ab incœpto tanquam longè inferiora ſequuturus recederem) non ſolum probatorio calculo, ſed addita quoque plurima (licet indebita) mei laudatione commendaſti, cum ſuper addicendis mihi (ut jam ſatis probato) legalibus apud Pictavos ſtipendiis, Senatus ampliſſimus regium Triumviratus ſuffragium adhiberi voluiſſet. Hæc igitur tua inter Comites Conſiſtorianos nova cooptatio, ſubitaneæ huic expoſitioni tituli *de Comit. Conſiſto. lib.* 12. *Cod.* addixit, quam in tui gratiam ſuſceptam, ut non alienum munus à tuo munere, ſolita (qua minima non deſpicis) benevolentia ſuſcipe. Vale.

Tuæ Celſitudini addictiſſimus J. FILLEAU, *in Senatu Pariſienſi Advocatus.*

Datum Pariſiis, Prid. Non. Octob. anno 1631.

(*) L. *proximos Cod. de proxim. ſacro. ſcrinio.*

INDEX CAPITUM HUJUS TRACTATUS.

CAPUT I.

DE varia apud Juriſconſ. *Comitis* ſignificatione. . . . . . Pag. 338.

CAPUT II.

Unde Comites Conſiſtoriani dicti Comites, & de Comitatu Imperatoris quædam non vulgaria. . . . . 339.

CAPUT III.

Unde Conſiſtoriani Comites dicti *Conſiſtoriani*, & quid ſit Conſiſtorium Principis. . . 340.

CAPUT IV.

De origine Comitum Conſiſtorianorum. 341.

CAPUT V.

De *Cingulo* Comitum Conſiſtorianorum, quo geminæ *vacantium* & *honorariorum* ſpecies conſtituuntur. . . . . . . *ibid.*

CAPUT VI.

Utrum Comites Conſiſtoriani inter *illuſtres*, aut *ſpectabiles* tantum cenſeri debeant. 343.

CAPUT VII.

Quomodo tam Civiliter, quam Criminaliter Comites Conſiſtoriani convenire, vel etiam ipſi conveniri poſſint. . . . . Pag. *ibid.*

CAPUT VIII.

Comites Conſiſtorianos ſine Judicis juſſu conveniri non poſſe, eorumque cautioni juratoriæ ſtandum. . . . . 345.

CAPUT IX.

Comites Conſiſtorianos, eorumque familiam privilegio *ſportularum* gaudere. . . . . 346.

CAPUT X.

Secretaria judicum ingrediendi, cum iiſque ſedendi, facultatem conceſſam Comitibus Conſiſtorianis. . . . . *ibid.*

CAPUT ULTIMUM.

Conſiſtorianos Comites ſæpe in provincias cum *mandatis* Principum extra ordinem miſſos. 347.

TRACTATUS SINGULARIS DE COMITIBUS CONSISTORIANIS,

Ad Tit. X. Libri XII. Codicis.

CAPUT PRIMUM.

De varia apud Juriſconſ. Comitis *ſignificatione.*

SOLENT opus arduum agreſſuri, plura de rei tractandæ dignitate præfari, ut laudata argumenti præſtantiâ, novo curioſæ cupiditatis ardore operoſam legentium moroſitatem facilius ſublevent: Nobis de *Comitivæ Conſiſtorianæ* dignitatis ſpectabilitate acturis, non eſt quod talia quæramus auxilia, vel legentium comitatem ſtilo præambulone captemus, ſuo enim & genuino ſatis commendata lumine, alieno neſcit ſplendere fulgore, nec eſt quod extranei ſermonis illecebras in ſui conciliationem mutuetur oratio ſacrum principalis Conſiſtorii limen reſeratura.

Principis Conſiliarios, eoſque qui in partem curarum ac ſollicitudinum vocantur, conſtitutiones Imperatoriæ *Comites Conſiſtorianos* appellarunt, hoc nomine muneris excellentiam teſtatæ: Vox autem *Comitis* diverſas apud Juriſconſultos ſortitur ſignificationes; nam pluribus in locis Aſſeſſores Magiſtratuum Provincialium; quos ſecum in provincias adducebant, Comites nominantur, cujus rei exemplum præbet *l. legato §. Comites ff. de vacat. & excuſa. muner.* ubi Juriſc. reſpondit Comites Præſidum & Proconſulum Procuratorumve Cæſaris à muneribus & honoribus vacationem conſequi, de quibus quoque intelligenda, *l. 41. §. eorum ff. de excuſa tutor.* Cum Comites eorum qui Reip. cauſa abſunt (quales ſunt Magiſtratus Provinciales,) à tutela excuſari ſcribit Hermogenianus, ſic in *l. diem functo ff de officio Aſſeſſ.* Juriſperiti in Conſilium Proconſulis vel Legati Cæſaris delecti, Comites nominantur, eiſque ſalarium reſidui temporis diem functo legato deberi docetur. Nec mihi unquam arridere potuit quorundam interpretum ſententia, qui illo loci, *Comites*, non ſolum pro Juriſperitis, ſed etiam pro cohorte Prætoria, accenſis aruſpicibus, præconibus, & aliis ſumi docuerunt; repugnat enim huic interpretationi titulus ſub quo lex illa conſtituitur, qui concipitur de *Aſſeſſoribus*, quos excellentis vir ingenii, & ſcientiæ legalis theſaurus, Papinianus ipſe quondam Aſſeſſor, aut potius Conſiſtorianus Comes, ac deinde Præfectus Prætorio, non ita neglexit, ut turbæ militari, præconibus & aliis infimæ notæ hominibus ſociare voluerit; alioquin enim dicendum eſſet Ulpianum quoque de ſalario ſive honorario Comitum agentem, *in l. 1. §. ſed etſi Comites ff. de variis & extraord. cognit* ſub eodem nomine *Comites*, alios quam Aſſeſſores complecti voluiſſe: quod tamen nemo affirmaverit, cum Comites profeſſoribus eo loci comparari videat. Quod à nobis eo animo dictum non eſt, ut negare velimus alios præter Aſſeſſores & Juriſperitos fuiſſe Comites Magiſtratuum Provincialium, ſive Poteſtatum, (*Poteſtates* enim appellantur in jure Magiſtratus Provinciales ad differentiam Urbicorum, *l. eum qui ff. de juriſd. l. 1. ff. quod quiſque juris, l. 2. ff. de in jus vocando, l. qui furere 20. ff. de ſtatu hominum, & Suetonius in Claudio Cap.* 23) horum enim Magiſtratuum & Poteſtatum etiam Comites fuerunt, ſcribæ accenſi, medici, aruſpices, præcones, teſte Marco Tullio ad Atticum *lib.* 8. *epiſt.* 1. & *actione* 3. *in Verrem, Comites illi tui dilecti præfecti, ſcribæ, medici, accenſi, aruſpices, præcones, manus erant tuæ*, & de his Comitibus accipi poteſt *Senatuſconſulto ff. de offic. præſ.* in qua refert Juriſc. Senatuſconſulto cautum fuiſſe ut de his, quæ provincias regentes aut Comites contraxerant, parciſſimè jus diceretur, cum enim lex illa repoſita fuerit ſub titulo *de offic. præſ.* concedi poteſt de cæteris quoque intelligi poſſe qui Præſidem comitabantur.

De his etiam Comitibus inferioris generis intelligenda *l. in Comites ff. ad l. Juliam. repetun.* quæ in Comites judicum *l. Juliâ* judicium dari affirmat, licet id negent Accurſius & Bartolus, nam & Comites dicuntur qui alium comitantur tanquam majorem *in l. item apud Labeonem §. ſi quis virginis, ff de injuriis*, & hoc reſpectu miniſtri Magiſtratuum Provincialium *Comites* in legibus noſtris appellantur, propriè enim ſolos Aſſeſſores & Juriſperitos, quorum Comitatu & Conſiliis utebantur in provinciis, Magiſtratus jura prædicta complectuntur, cum reliqui non tam Comites quam *Aſſeclæ & Miniſtri Imperii publici Magiſtratus* dici debeant; ipſe etiam legatus Proconſulis olim dictus fuit *Comes*, cumque ita Ammiani Marcellini temporibus appellatum obſervavit Roſinus *antiquit. Roman. lib.* 10. *cap.* 7.

Erat quoque apud Romanos *Comitatus Maximus* de quo in veteri lege 12. tabul. fit mentio his verbis, *de capite Civis niſi per maximum Comitatum ne ferunto* ſed ibi *Comitatus maximus* nihil aliud ſignificat quam *Centuriata Comitia*, in quibus populus plus adhibebat conſilii, quam cum confuſè in tribus convocabatur & *Comitatum* Budæus explicat *conventum* in annota, *ad l.* 2. *ff. de judiciis.*

Comitis quoque nomen complectitur eos qui *Comitatus* & feuda ϛρατείας conſequuti fuerant, qui ideo *Comites* appellati, *cap.* 1. *de feudo Marchiæ in feudis*, quem titulum ita vir doctiſſimus Dominus Cujacius reſtituit, *de inveſtitura Marchiæ, ducatus aut Comitatus & ejus ſucceſſione & retentione:*

Digitized by Google

tentione, de quibus Comitibus agit Tacitus *lib. de moribus Germanor. Magna* (inquit) *Comitum æmulatio queis primus apud Principem ſuum locus, & Principis cui plurimi & acerrimi Comites.*

Comites etiam in jure appellantur qui variis officiis præfecti ſunt, vel varias adminiſtrationes ſuſcceperunt, ut *Comes* ſacrarum largitionum, *Comes* rerum privatarum *Comites* Orientis, *Comites* Iſauriæ, *Comites* Dioceſcos Ægypti & Ponticæ, & alii paſſim de quibus *lib.* 1. 9. 10. & 12. *Cod.* agitur, ſic apud Capitolinum legimus: Verum Imperatorem confecto bello Parthico *regna Regibus, provincias Comitibus ſuis regendas dediſſe.* Fuerunt enim quondam hæc nomina officii ac dignitatis non patrimonii, quod & in Gallia obſervatum legimus, uſque ad tempora Hugonis, qui ea hæreditario jure poſſideri permiſit.

Notandum etiam apud nos in Gallia Comites pro judicibus in legibus noſtris Francicis uſurpari, quemadmodum & in Ripuaria lege; ſic enim inter leges Caroli Magni, quæ totius juris breviarium complectuntur, lex extat quâ cavetur, *ut nullus Comes placitum habeat niſi jejunus*; ſic lex Ripuaria concepta eſt, *ſi quis judicem fiſcalem occideris quem Comitem vocant.*

CAPUT II.

Unde Comites Conſiſtoriani dicti Comites, & de Comitatu Imperatoris quædam non vulgaria.

QUÆ ſuperiori Capite à nobis relata ſunt, locum habuere ſtante adhuc Rep. Romana, verum ad Imperatores delata Summa Rerum, & lege regia, poſtquam populus omne Imperium ſuum & poteſtatem Imperatoribus ceſſit, immutari mos ille cœpit, mutata quoque forma Provinciarum. Auguſtus enim provincias quas annuis Magiſtratuum Imperiis regi, nec facile, nec tutum erat, ſibi reſervavit, cæteras Senatui Populoque Romano conceſſit, ideoque ſicut langueſcere cœpit Imperium Magiſtratuum provincialium, ſic etiam pro ratione aut conſilio Comitum Magiſtratuum, res provinciales plerumque adminiſtrari deſierunt, principis mentem ex facto conſulentibus deinde poteſtatibus, & prout reſcripti authoritas ferebat jura reddentibus, unde innumera quæ in Cod. extant Imperatorum reſcripta fluxere. Tunc igitur Comites dici cœperunt ii omnes qui *Principis Comitatum* obſervabant, vel alicui officio aut adminiſtrationi fuerant à Principe præpoſiti, quales ſunt ii Comites de quibus præcedenti Cap. dictum eſt. Verum cum rerum facies ita immutari nequeat, quin ſemper quædam antiquitatis ſuperſint veſtigia, Imperatores idem præſtare voluerunt, quod florente Reip. Romanæ ſtatu locum habuiſſe cognoverant, ideoque ſicut Magiſtratus tum urbici, tum provinciales Juriſperitorum conſilio uſi, nihilque grave ſine conſilio prudentum ſtatuiſſe videbantur, adeò ut ipſæ legis actiones coram conſilio exercerentur, in quod Romæ adhibebantur quinque Senatores, & quinque Equites, in provinciis viginti recuperatores, cives Romani, *teſte Ulp. in frag. tit.* 1. unde tam frequenter in libris noſtris hæc verba repetita legimus, *cauſa cum conſilio cognita, conſilium præbere, conſilium vocare, de conſilii ſententia*, ita etiam Imperatores hunc religioſum morem imitati, viros prudentes ſibi in conſilium adhibuere, quos ultimis temporibus *Comites conſiſtorianos* dici voluerunt, *tit.* 10. *lib.* 12. *Cod.*

Cur illis autem *Comitis* nomen relictum ſit diverſæ rationes in medium adduci poſſunt, ex puris & meris juris antiqui arcanis depromptæ. Prima ſumitur ex iis quæ de Magiſtratibus provincialibus dicta ſunt, *Cap.* 1. (Magiſtratibus enim provincialibus ut Proconſulibus Comites non ſolum comparatos ſed etiam exæquatos docet, *l.* 1. *Cod. hoc tit.* his verbis, *Eos ſpectabilibus Proconſulibus æquari generaliter decernimus*) ut quemadmodum qui conſilium præbebant Magiſtratibus municipalibus, ſoli proprie & præcipue Comites Magiſtratuum dicebantur; ita etiam iſtos Comites appellari oporteat, quod Principem ſemper comitentur quocumque ſit iturus, nec ex urbe regis vel Comitatu Principis illo inconſulto poſſent recedere; nec inanis conjectura dici poteſt, cum etiam apud Judæos, Princeps militiæ Regiæ, qui Regi perpetuo aſſiſtere cumque quocumque eſſet profecturus comitari tenebatur, *Comes Regis* per eminentiam dictus fuerit, hocque ſolo titulo ſæpe fuerit decoratus, quod colligere licet ex *libro ſecundo Regum, Cap.* 20. his verbis: *Ecce qui eſſe voluit pro Joab Comes David*, Joab autem fuiſſe principem exercitus & militiæ Iſraël, fidem facit, idem caput 20. in fine.

Secunda ratio eſt, quod illos quos, in conſilium ſuum adhibuerant Imperatores non minori titulo, neque minoris prærogativa dignitatis honorare voluerint, quam cæteros, qui non æque arduis præfecti negotiis, *Comitis* tamen nomine fuere inſigniti, quales ſunt Comites Sacrarum largitionum, & cæteri de quibus *Cap.* 1.

Comitis enim verbum, nomen eſſe dignitatis teſtantur Imperatores Gratian., Valentini., & Theodoſ. Fuſignio Præfecto Prætorio reſcribentes, *in l.* 2. *Cod. de mandat. Princip.* in qua non eſſe credendum ſtatuerunt iis qui aſſerunt ſe cum mandatis principalibus ſecretis veniſſe, ſive Tribuni, ſive Comitis præferant dignitatem, quod de Comite conſiſtoriano intelligendum eſſe cenſet vir doctiſſimus Dominus Cujacius, in explicatione *Novellæ* 17. & 71. Ipſi etiam Imperatores *in l. quicumque* 25. Cod. de Procurator. *conſiſtorianæ Comitivæ dignitatis inſignia nominant*, inſignia autem ſolæ dignitates meruerunt, appellantur enim ἡγεμονίας καὶ ἀξιώματα, & ita eſt dignitas ut ipſi Comites conſiſtoriani in Baſilicis ἀξιωματικοὶ id eſt dignitate clari appellentur, & in *l. ultima Cod. de officio diverſo. judicium, Honorati viri* nominantur. *Conſiſtoriana Comitiva* dignitas etiam appellatur *in l. ult. cod.* qui militare non poſſunt, quæ quidem conſtitutio apud nos deſideratur, ſed illius ſententiam ex *libro* 57. *Baſilicon* idem eruditus Cujacius retulit, hoc autem ea conſtitutione introductum eſt, *ut ſi quis militiam, & Comitis dignitatem habeat, militiam amittat, dignitatem autem Comitis primi ordinis retineat*, quæ vulgaris lectio reprobatur, nec *dignitatem primi ordinis*, ſed *Comitis Conſiſtoriani* legendum eſſe docetur ex Baſilicis, τὴν ἀξίαν τοῦ κόμητος τοῦ ὑψηλοῦ βήματος. quæ eadem verba in *Novella* 13. *Cap.* 3. pro Comite conſiſtoriano accipiuntur, ideoque dubium non eſt Comitivam Conſiſtorianam eſſe dignitatem, quàm Imperatores iis denegare noluerunt, qui conſiliorum maturitate imperii fines ſecum feliciter moderantur.

Tertia ratio in eo conſiſtit quod Principis aula vel auditorium, in quo verſari debent qui à conſiliis ſecretioribus ſunt *Comitatus* dicitur *in l. unic. Cod quando Imperator inter pupillos & viduas, &c.* prohibet enim in illa lege Conſtantinus viduas, pupillos, & alias miſerabiles perſonas, compelli *Comitatui Principis*, ſui copiam facere, hoc eſt evocari

evocari ad aulam Principis & terminos provinciarum ſuarum excedere, litis cauſa, uſque licentiam alios ad Principis Comitatum evocandi cum alicujus potentiam perhoreſcunt indulſit, quæ verba *Comitatui noſtro ſui copiam facere* D Cujacius in *Parat. Codicis* vertit evocare in aulam Principis, quaſi aula & Comitatus Principis ſint ſynonima, quod confirmat idem Cujacius exemplo deſumpto ex epiſtolis Theodorici Regis apud Caſſiodorum 4° variarum. Quod & nos pluribus quoque authoritatibus illuſtrare poſſumus, ſic enim apud Ammianum Marcellinum *lib.* 28. Comitatus Principis pro aulâ regia accipitur his verbis: *Poſt hæc progreſſo Leone acceptaque ſucceſſore ad Principis Comitatum Maximinus accitus, auctuſque præfectura prætoriana, nihilo lenior fuit*, ubi *Comitatum* Principis, *curiam* Principis *aulam* & *auditorium* Principis ſignificare non eſt qui negare poſſit; idem Ammianus Marcellinus *lib.* 14. loquens de Rufino apparitionis præfecturæ prætorianæ principe, eum *quaſi pennis alatum ad Principis Comitatum advolaſſe* ſcribit, & *libro* 22. cum hiſtoriam retexeret de Georgio Epiſcopo Alexandrino, & Conſtantii Imperatoris Conſiliario, *cum ex Comitatu Principis reverſum dixit*: Eodem modo eademque ſignificatione apud Lampridium in Severo Comitatus uſurpatur, Alexandrum enim Severum *Palatium ſuum Comitatumque omnem purgaſſe* ſcribit *abjectis ex aulico miniſterio cunctis obſcœnis & infamibus.* Cum in Africa convocatum fuiſſet Concilium Carthaginenſe, legatio ad Honorium Imp pro defenſione rerum Eccleſiæ adverſus Donatiſtas decreta eſt, ſancitumque fuit *ut illi legati ad Comitatum ituri formatas acciperent cum ad Romanum Pontificem, tum etiam ad Imperatorem*, quo in loco Comitatus nihil aliud ſignificat quam aulam Honorii Imperatoris. Ad quam profecturos voluit Concilium perferre *formatas*, id eſt, *litteras communicatorias* ex Divo Auguſtino *epiſt.* 165. Optato Milevitano *lib.* 2. *contra Parmenian.* Quarum formatarum ſive communicâtoriarum forma præſcripta fuit à Concilio Nicæno *cap.* 18. quæ etiam *pacificæ* dicuntur in Concilio Chalcedonenſi, *cap* 11 Unde factum eſt ut à Comitatu & Curia Principis quam ipſi perpetuò inhabitare tenebantur, Imperatoris neceſſitatibus præſto futuri, Comitum nomen fuerint conſecuti.

Neque tamen ſemper Comites tantùm, ſed & Senatores Conſiſtorianos etiam aliquando dictos legimus, exemplum ſuppeditat *l.* 12. *Cod. de excuſa.* munerum, ubi Imperator inter maximarum culmina dignitatum enumerat Conſiſtorianos Comites, quos author Synopſeos *libro* 54. *tit.* 6. *cap* 19. non ſimpliciter Comites Conſiſtorianos ſed & Senatores appellat, eoſque utroque nomine & Senatoris & Comitis illuſtrat, *συγκλητικὴς, καὶ τὴς κομήτας κονσιςωριανὴς* inſpecta nimirum prima origine Comitum Conſiſtorianorum, quos à Senatu primum lectos fuiſſe infra oſtendemus.

CAPUT III.

Unde Conſiſtoriani Comites dicti Conſiſtoriani, *& quid ſit Conſiſtorium Principis.*

QUemadmodum Comites à Comitatu & aula Principis dictos probavimus, ita etiam *Conſiſtorianorum* nomen illis impoſitum eſt à Conſiſtorio Imperatoris, cujus ingrediendi facultatem habebant, *l. ultima, Cod. de offic. diver. jud.* Quod *Conſiſtorium* nihil eſt aliud quam *συνέδριον*, ſive conceſſus intimus, in quo de rebus arduis ad imperii tranquillitatem pertinentibus diſceptatur, & legati admittuntur, ſic enim apud Virgilium 7. *Æneidos*, Rex Latinus Æneæ legatos in ſuo conſiſtorio quod intra tecta erat excepiſſe narratur,

—— Intra tecta vocari
Imperat, & ſolio medius conſedit avito.

Intra tecta, id eſt, in intimum conſeſſum, ubi augurato Imperium auſpicabantur:

—— Inde primos atollere faſces
Regibus omen erat, hoc illis curia templum.

Quod Conſiſtorium intra tecta regia ſitum, alibi ipſe Virgilius appellat penetrale regis, 2 *Æneid.*

Apparent Priami, & veterum penetralia regum.

Sic cum ipſe Jupiter Deos in conſilium vocat, non ſolum pandi domum dixit Maro, ſed Deos domum Jovis ingreſſos, in ſyderearn ſedem tanquam conſiſtorium fuiſſe inductos, *Æneid.* 10.

Panditur interea domus omnipotentis Olympi,
Conciliumque vocat divûm pater, atque hominum Rex
Sydeream in ſedem.

Ideò autem conſiſtorium ita appellatur, quod in eo ſolium imperatoris eſſet extructum, in quo deliberantibus conſiſtorianis ſuis ipſe conſideret, ut indicant illa verba Virgilii,

—— Et ſolio medius conſedit avito.

Sic etiam in illa ſyderea ſede ſive conſiſtorio Jovis ſolium fuiſſe, teſtantur quæ ſoluto Deorum concilio ab eodem Virgilio addita fuere:

Hic finis fandi, ſolio tum Jupiter aureo
Surgit, cœlicolæ medium quem ad limina ducunt.

Locum autem in quo de rebus imperii ejuſque prorogandis finibus tractari ſolebat, Conſiſtorium dictum fuiſſe, ſatis compertum habemus ex antiquis. Nam apud Ammianum Marcellinum (quem ut vetuſtatis curioſum obſervatorem ſæpe laudavimus) *libro* 14. legimus, *Gallum cum veniſſet Antiochiam, contempto Conſtantio Cæſare præſtrictis palatii januis, ad Prætorium cum pompa ſolemni perrexiſſe, & ad ultimum admiſſum in Conſiſtorium principis.* Idem quoque author *libro* 15. de Dinamio loquens, ſic ait, *Conſiſtorium ſolus ingreſſus intimum, lectaque in Conſiſtorio aſtu callido conſarcinata materia*, deinde ſubjungit, *hiſque cognitis ſtatuit Imperator deſpicientibus conſiſtorianis, & militaribus univerſis, in negotium præter inquiri.* Sic etiam apud eundem Ammianum eodem libro, ſcriptum notavimus, *primates omnes concilio ſecunda vigilia convocato properaſſe in regiam.* Cujus regiæ conſiſtorium fuiſſe intimam partem, intimum conſeſſum probant verba ſequentia. *Cumque nulli ad eligendum quid agi deberet, mens ſuppetere poſſet, aut lingua, ſummiſſis verbis ſit Urſicini mentio ut conſiliis rei bellicæ præſtantiſſimi, & per admiſſionum magiſtrum accito eodem, & ingreſſo conſiſtorium, offertur purpura:* Igitur idem author qui in regiam primates conveniſſe dixerat conſilii cauſa, eoſdem in conſiſtorium veniſſe memorat, ibique habitam deliberationem, ut indicant verba paulò poſt addita, *habita igitur deliberatione multiplici, potiſſimum tractabatur, &c.*

Ab

Ab eo igitur conſiſtorio dicti Conſiſtoriani Comites, & ita tum ab Imperatoribus, tum ab aliis etiam nominati: ſic enim Divus Ambroſius 5 *Epiſt.* 133. eoſdem Imperatoris conſiliarios, & qui à Secretioribus erant conſiliis, ita appellat, *Convenerunt me* (inquit) *Conſiſtorium Comites ut Baſilicam traderem, &c.* Quibus addenda *l. milites*, §. *ignominioſa*, *ff. de re milit.* ubi exautoratum ſacramento militem neque *in ſacro Comitatu*, neque Romæ agere poſſe reſpondit J. C.

CAPUT IV.

De origine Comitum Conſiſtorianorum.

QUoniam Imperatorem etiam abſolutiſſimum ſuâ ſcientiâ non poſſe cuncta complecti, nec unius mentem eſſe tantæ molis capacem rerum experimenta docuerunt, teſte *Tacito* 1. & 3. *Annalium*, magnaque negotia magnis adjutoribus egeant, neceſſe fuit graviſſimos principis labores, queis orbem terræ capeſcit, egere adminiculis, cum plura in ſumma fortuna conſiliis, quàm telis, & manibus gerantur, multaque quæ natura impedita ſunt, conſilio expediantur, Principibus opus fuit parare viros, quorum conſilio adjuti decus ſuum ad majora proveherent. Cumque, ut aït Cicero in *Oratione pro domo ſua: Summum & pop Romani, populorumque, & gentium omnium, ac regum conſilium Senatus ſit:* Non ex alio fonte ſalutares illi rivuli, non ex alio conceſſu quam è Senatu deduci potuerunt: Ideoque prima Conſiſtorianorum Comitum origo à Senatu fluxit. Si quidem primi quos Imperatoris Conſiliarios novimus, quique ad ardua imperii onera unà cum Cæſare vocati ſunt, fuere quindecim illi Senatores quos Cæſar Auguſtus primò ſingulis ſex menſibus elegit, deinde cum ſeneſceret, viginti annuos à Senatu accepit, quibus convocatis, & in conſilium ſuum adhibitis, unaque Tiberio & nepotibus ſuis conſidentibus orbem Romanum cum tranquillitate regebat, quod ita ſe habuiſſe teſtatur Joannes Xiphilinus in Epitome Dionis, cum agit de Cæſare Auguſto, καὶ γὰρ καὶ πεντεκαίδεκα τῶν βουλευτῶν τοὺς κλήρῳ λαχόντας συμβούλους ἐς ἑξάμηνον παρελάμβανε, καὶ ἔτι ὅτι καὶ ἐδίκαζε μετ᾽ αὐτῶν. *Id eſt, nam & forte quindecim Senatores adhibebat in conſilium in ſex menſes, cum quibus nonnumquam jus reddebat.* Idem etiam Xiphilinus in Epitome Dionis eundem Auguſtum viginti conſiliarios annuos à Senatu accepiſſe ſcriptum reliquit, licet de numero menſium non ita conſtet, cum Xiphilinus *in ſemeſtre*, καθ᾽ ἑξάμηνον, Dio vero (cujus breviarium fecit Xiphilinus) καθ᾽ ἕκαστον μῆνα, *ſingulis menſibus* ſcripſerint, cujus Xiphilini ſententia confirmari poteſt authoritate Suetonii in *Auguſto*, *Cap.* 35. qui illum conſilia ſemeſtria ſortiri inſtituiſſe refert, cum quibus de negotiis ad frequentem Senatum referendis ante tractaret.

Quod poſtea imitatum Tiberium refert idem Xiphilinus in Tiberio, *de minimis quibuſque rebus* (inquit) *referebat ad Senatum, cum eoque communicabat omnia, & conſiliarios, ut Auguſtus conſueverat, capiebat.* Tantam autem ſuis Conſiſtorianis Comititibus licentiam reliquerat, ut poſſent, cum ipſe Imperator ſententiam dixiſſet, ire in contrariam opinionem, principiſque mentem impugnare contrario judicio, ideoque ita ſæpe profari conſueverat, *ſi mihi ſtatuendum aliquid fuiſſet, hæc aut alia expoſuiſſem.* Suetonius eundem Tiberium viginti è numero principum civitatis, velut conſiliarios in negotiis publicis aſſumpſiſſe teſtatur *cap.* 55. quos tamen poſtea male ab eodem affectos fuiſſe narrat.

Idem quoque in eligendis viris prudentibus, & in conſiſtorium ſuum inducendis, uſitatum ab aliis Imperatoribus qui Auguſtum & Tiberium habuere deceſſores, docent Hiſtorici. Adrianum enim Imperatorem in conſilium ſuum optimos Senatores adhibuiſſe notavit *Ælius Spartianus in Adriano.* Alexandrum etiam Severum *Herodianus lib.* 6. refert initio ſui Imperii ſexdecim ordinis Senatorii viros, ætatis gravitate, vitæque ſanctimoniâ præcellentes, Aſſeſſores & Conſiliarios habuiſſe, nihilque actum fuiſſe, niſi illorum accedente ſuffragio. Sed ſi quis unquam Imperatorum, conſiliis prudentum fortunatum Imperium reddidit, ſi quis eos in penitiorum curarum ſollicitudinem ſociavit, hic ille eſt Alexander quem *Lampridius* in Conſiſtorio ſuo excellentis ingenii & primarii nominis Juriſconſultos habuiſſe commemorat, *Julium Paulum* ſcilicet, *Pomponium*, *Alphenum*, *Africanum*, *Martianum*, *Ulpianum*, *Modeſtinum* & alios quos non tantum ut Conſiliarios, ſed ut familiares, & ſocios coluiſſe narratur, quibus proſperam Imperii fortunam feliceſque eventus, idem Lampridius aſſignat, *his* (inquit) *tot atque aliis talibus viris, quid mali potuit cogitari, vel fieri, quum ad bonum conſentirent, hi ſunt qui bonum Principem ſuum fecerunt.* Cumque inter eos omnes præcipuè Domitii Ulpiani conſiliis uteretur, idcirco ſummus Imperatur fuiſſe creditur, quod ſummi viri & juris peritiſſimi operâ, principatum regere voluerit. Antoninum Pium ſelectos quoque graves viros habuiſſe à conſiliis, ſcribit *Julius Capitolinus*, ſine quibus nihil unquam tentabat, hoc ſæpe repetens, melius eſſe, tot præſtantium ſibique fide devinctorum amicorum ſententias ſequi, quam eos omnes unius hominis mentem.

Longum eſſet de ſingulis recitare, dixiſſe ſufficiat, nullum felici principatu clarum Principem hujuſmodi Conſiliariis caruiſſe, quos ita rebus ſuis neceſſarios ipſa labentium rerum & ſapientibus conſiliis in melius reſtitutarum fortuna notavit, ut poſtea non immerentes ad maximarum culmina dignitatum evexerint, & ut fidos Comites ſua ſemper latera ſtipare, nec unquam à ſacro Comitatu, regiaque urbe ſecedere voluerint, adhibitis in majus decus honorum titulis, & Comitum Conſiſtorianorum illuſtri prædicatione decoratis.

CAPUT V.

De Cingulo *Comitum Conſiſtorianorum, quo geminæ* vacantium & honorariorum *ſpecies conſtituuntur.*

ITa eſt ſpectabilis, ita illuſtris Comitum Conſiſtorianorum dignitas, ut verè & ſine invidiâ dici poſſit, maximarum culmen dignitatum, cum Imperatores, eos qui maximis perſuncti fuerant honoribus, & præcipuas ſortiti adminiſtrationes, quoſque fides ac diuturnæ obſervationis induſtria, literataque vel armata militia conſpicuos reddiderant, completo tempore ſuæ adminiſtrationis non alio dignarentur præmio, quam Comitis Conſiſtoriani cingulo, ad quem conſequendum, (*glorioſiorem enim & diuturniorem cingulum, dixit* Juſtinianus *Novella* 17. *Cap. fin.*) cæteræ Imperii dignitates quaſi ſamulabantur, & prævio gradu ad tantæ gloriæ faſtigium ancillabantur: Hujus veritatis vindicem habeo Imperatorem in *l. proximos Cod. de prox. ſacro. ſcrini.* in qua *proximos ſcriniorum quos*

 fides,

fides, induſtria, probitas ac ſtrenuitas commendabant, completo tempore ſuæ militiæ ſacri Conſiſtorii Comitivæ cingulo in diem potiri decrevit, & ut quale ſit illud præmium, ac Imperatoriæ liberalitatis ſupremum oſtendat, hæc addit, *quibus enim pietatis noſtræ arcana merito committuntur, his pietas noſtra vitam, cingulo ſupradictæ Comitivæ ornandam decorandamque decrevit.*

Sed maximè notandum Imperatorem non ſimpliciter illo loci Comitivam Conſiſtorianam conceſſiſſe, ſed cingulum Comitivæ Conſiſtorianæ; cingulus enim erat inſigne iſtius dignitatis, ideoque in *l. quicumque Cod. de procur.* Imperatores *inſignia Comitivæ Conſiſtorianæ dignitatis*, dicunt, quæ nihil ſunt aliud præter cingulum. Multum enim inter ſe differunt & dignitate & excellentiâ Comitivâ Conſiſtorianâ donari, vel cingulum Comitivæ Conſiſtorianæ conſequi, iſti enim maximis, illi minoribus honoribus perfruuntur.

Qui cingulum Comitivæ Conſiſtorianæ conſecutus eſt, cui cingulo in diem vitæ potiri Imperator conceſſerat, ille vere & ſolus erat Conſiſtorianus Comes, alii cingulum non conſecuti imaginarii tantum & ficti Conſiſtoriani dicebantur. Duo enim erant ordines Comitum Conſiſtorianorum, *vacantes* ſcilicet & *honorarii*, vacantes ii vocabantur qui cingulo donati, inter agentes & in actu poſitos erant, & arduis Conſiliis vacabant, merito ante geſtæ adminiſtrationis hunc honorem conſecuti, neque enim verbum *vacare* vel *vacans* apud Juriſconſultos ſemper ſumitur pro otioſo, & non laborante, qualiter ſumitur in *l. 5. ff. de vi publica, ubi viduam mulierem vacantem Juriſcon.* nominavit; ſed ſæpiſſime verbum illud uſurpatur in jure noſtro, pro eo qui laborat, qui eſt in actu, qui intendit & operam dat alicui rei, ut in *l. non diſtinguemus §. Sacerdotio ff. de receptis arbitris, id enim non tantum honori perſonarum ſed & Majeſtati Dei indulgetur, cujus ſacris vacare Sacerdotes oportet.* Quo loci vacare nihil eſt aliud quam operam dare, unde & vacans Conſiſtorianus Comes, qui operam dat, qui intendit, qui incumbit negotiis in Conſiſtorio diſpiciendis. Quo ſenſu etiam ſæpe apud Grammaticos uſurpatur, ut cum Plinius *epiſt.* 49. ſcripſit *ſolutus cæteris curis huic uni vacabat*, ſic Ovidius 3. *de Ponto Eleg.* 3.

In nullum mea mens grande vacabat opus.

Quæ ideo annotaſſe ſufficiet, ne quis in ſignificatione nominis *vacantis* Comitis decipiatur, dum contra mentem Imperatorum vacantem exiſtimet, non cum qui verè occupatur & intendit principalibus negotiis, ſed illum qui liber eſt, & omni vacuus negotio. Nec eſt quod in his immorati cenſoria virgâ notemur, cum ipſe Juriſconſultus in *l. 4. ff. de penu legata*, cujus generis ſit Penus inquirat, & ad Grammaticorum caſtra orationem ſuam deflectat. *Honorarii* verò, qui ſine cingulo & adminiſtratione codicillos tantum honorariæ dignitatis adepti fuerant. Quam diviſionem, vacantium & honorariorum, Theodoſ. & Valent. conſtituunt in *l. 2. Cod. ut dignita. ordo ſervetur*, & vacantes honorariis anteponunt, ſic etiam in *l. 9 Cod. de metatis*, fit mentio eorum, quibus hæc illuſtris dignitas ſub cingulo, & illorum quibus citra cingulum pro ſuo ſolo honore delata eſt, quos honorarios tantum Conſiſtorianos, metata & hoſpitia ſupervenientibus militibus præbere jubent. Vacantes ab honorariis ſolo cingulo diſtinguuntur, quia vacantes cingulo donati fuerant, honorarii vero ſine adminiſtratione Imperatoriis tantummodo fuerant decorati codicillis, *lib. 3. Cod. ubi Senat. conven.* Eandem differentiam vacantium, & honorariorum introduxit *Novella* 70. quæ *cingulum* interpretatur *adminiſtrationem, & actum*, ἐμπρακτον τιμην, ſic in *l fin. Cod. de injur.* cingulum pro actu & adminiſtratione ſumit Zeno Imperat. his verbis, *ſeu ſine cingulo conſtitutis*, & in *l. 2. Cod. ubi de ratiocin. agi oportet:* cingulum depoſitum pro finita adminiſtratione uſurpat Imperator; ſic in Baſilicis, & apud Harmenopulum reperies in actu poſitos opponi honorariis, qui quidem vacantes ζωστοι, honorarii ἀζωστοι à Græcis dicuntur, & in *l. 3. Cod. de conſul.* eos tantum patricios fieri poſſe declarat Zeno Imp. qui in actu poſiti adminiſtrationem aliquam geſſerint, ſic etiam apud Ammi. Marcellinum *Tribuni vacantes* reperiuntur, ad differentiam eorum qui non erant in actu, ut in fine *libri* 16. *Ceciderunt*, inquit, *in hac pugna* 243. *& Vacans quidam Tribunus*, & *libro* 31. *in hac multiplici virorum illuſtrium clade, Trajani mors eminuit & Sebaſtiani, cum quibus triginta quinque oppetivere Tribuni vacantes & numerorum rectores.* Vacantes pluribus in locis dicuntur, & in aliis legibus inter agentes nominantur, ut in *l. 1. de novo Cod. faci. & in conſtitutione de Cod. confirm* & *l. 1. Cod. de ſilentio* unde manifeſtum eſt *vacantis* verbum nihil aliud ſignificare quam eos qui laborant & ſunt inter agentes, & operi incumbentes: licet non ignorem pleroſque, vacantes his locis interpretari qui ceſſarunt ab aliqua adminiſtratione, ſed meæ interpretationis propugnatores habeo ipſos Imperatores locis à me ſupra laudatis.

Honorarios autem Comites Conſiſtorianos, *imaginarios* vocavimus, freti authoritate dictæ *Novellæ* 70. *quæ* eos tantum figuram habere declarat, his verbis: *Novimus enim quia antiquitus erat quædam præfecturæ figura quam honorariam vocabant codicillis ab Imperatore ſuper ea collatis.* Unde confirmari debet quod ſupra propoſuimus, honorarios ſolis codicillis, vacantes cingulo conſtitui. Sic etiam in Gallia alii ſunt comites Conſiſtoriani vacantes & in actu poſiti, alii tantum honorarii, vacantes, perpetuo principem comitantur, principi ſemper adſunt, principis Comitatum non deſerunt.

Et circa Regem, atque ipſa ad prætoria ſemper Miſcentur.

In quorum vacantium & in actu poſitorum, numerum Rex Chriſtianiſſimus Ludovicus Justus, Illuſtriſſimum Virum Dominum *Jacobum Talonium* in primario Galliarum Senatu Advocatum Regium Catholicum, poſt exantlatos in hoc Regio munere Herculeos labores, ad maxima quæque & regia natum noviſſimè cooptavit, dum interim ipſe deceſſor fratrem ſuum Dominum *Odomarum Talonium*, quaſi hæreditario jure publicæ tranquillitati debitum, auguſtæ qua fungebatur dignitatis ſucceſſorem reliquit, ut quem jam à pluribus annis palmarem cauſarum patronum, inter forenſes velitationes conſpicuum Senatus ſuſpexerat, eundem publicæ quietis, ac Regiæ Majeſtatis vindicem, fraternæque eloquentiæ & integritatis hæredem, tota poſtmodum Gallia miraretur.

Multum autem inter ſe differunt duæ illæ Comitum Conſiſtorianorum ſpecies, ſi quidem qui honorarii tantum dici meruerunt impetratis à principe codicillis, ſolam dignitatem conſequuntur, nec fiunt conſortes cæterorum privilegiorum quibus vacantes donati ſunt, & (ut verbis Imperatorum utamur,) *nihil aliud illis niſi purum honorem hujuſmodi codicilli præbuere, dicta Novella* 70. Ideoque nec in criminalibus cauſis ſolùm principem cognitorem habent, ſicut vacantes *l. 3. Cod. ubi ſenat.* & vacantibus honorarii ſemper poſtponuntur *l. 2. Cod. ut dignitatum ordo ſervetur*, vacantes ſedere poſſunt in Secretariis judicum etiam accuſati, honorarii non item *l. fin. §. viros Cod. ubi Senatores.*

CAPUT

Digitized by Google

CAPUT VI.

Utrum Comites Conſiſtoriani inter Illuſtres, *aut* ſpectabiles *tantum cenſeri debeant.*

DIgnitatum ordinem ſervari voluerunt Imperatores promulgatis ſuis conſtitutionibus, quæ ſub *tit.* 8. *lib.* 12. *Cod.* referuntur, adeò ut ſacrilegii pœnas incurrat qui indebitum locum, vel titulum ſibi temere uſurpaverit, ideoque quænam honoris prærogativa, quis titulus Comitibus Conſiſtorianis relictus fuerit inveſtigandum eſt, ne aut detrahentes eorum dignitati, invidi, aut nimium adjicientes ſacrilegi dicamur.

Dubium movent *l.* 1. & 2. *Cod. hoc titulo de Conſiſt. Comit.* in quibus Imperatores ſpectabiles tantum, non etiam illuſtres Comites Conſiſtorianos appellant. Nos tamen eoſdem nec ſpectabiles tantum, ſed & illuſtres dici debere ex jure reſpondemus.

Quod ut oſtendatur, notandum eſt nomen *illuſtris*, omnibus pene antiquis juriſperitis fuiſſe incognitum, dixi *Pene*, quia in *l. ultima*, *ff. de Senatoribus*, Ulpianus Senatores Illuſtriſſim. nomine decoravit, quæ tamen verba & multi interpretum ſpuria eſſe, & ex poſt-facto addita cenſuerunt, & nos ex his quæ inferius dicturi ſumus demonſtrabimus, enm tempore priorum Imperatorum ſolius clariſſimi nomen Senatoribus relictum eſſet; ſic enim Juriſconſulti qui ſub Tiberio, Antonino Pio & aliis primis Imperatoribus floruerunt, clariſſimas perſonas Senatores dixerunt, ut in *l.* 5. *ff. de curator. furioſ. l.* 18. *ff. de jure fiſci l. ſpecioſas ff. de verbor. ſignif. l. fœminæ ff. de Senator. l. cum te Cod. de nuptiis.* Adeo ut teſtetur *Lampridius Alexandrum* Præfectus Prætorio Senatoriam addidiſſe dignitatem, ut eſſent viri clariſſimi. Cumque Senatoria dignitas olim fuerit omnium dignitatum culmen & faſtigium, teſtimonio Adriani Imperatoris, qui cum Tatianum ex Præfecto Prætorio feciſſet Senatorem, dixiſſe fertur nihil ſe ampliùs majus habere, quod in eum conferret, certe exiſtimandum non eſt *illuſtris* nomine caruiſſe Senatores ſi tunc ille honoris titulus in uſu fuiſſet, nec credendum utique Plinium Juniorem juris peritiſſimum, eo non fuiſſe decoraturum conſulares viros, ſi illud honoris nomen ſuo tempore cognitum fuiſſet, qui tamen *epiſtola ultima lib.* 7. *conſulares viros non alis quam clariſſimorum nomine* honeſtat.

Verum cum Conſtantinus ſicut novos Comites, eorumque primum, ſecundum ac tertium ordinem, novum quoque dignitatis genus exeogitaſſet, quod *Patritiatum*, nominavit, teſte Zoſimo *lib.* 2. his verbis: *Optate quoque cum hoc interfici juſſo, qui Patritii dignitatem adeptus à Conſtantino fuerat, cum honoris titulum primus Conſtantinus excogitaverat latâque lege ſanxerat, ut qui hanc conſecuti fuiſſent ſupra ipſos Præfectos Prætorio ſeſſitarent.* Qui patritiatus alius erat ab eo quo olim Senatores alii ab aliis diſtinguebantur, cum patritii dicerentur, nobiles Romani, qui à primis Senatoribus, quos Romulus conſcripſerat, oriundi erant, *teſte Suetonio in Auguſto.* Excogitata igitur à Conſtantino illa patriciatus dignitate, patricii illuſtres dici cæperunt, ex *Iſidoro lib* 9. *orig. cap.* 4. Quorum quidem conſilio quoniam in arduis negotiis Imperatores utebantur, patres communes rei publicæ dictos reperies apud Suidam, πατρίκιος ὁ πατέρες τῦ κοινῦ, tantiſque decorati fuerunt honoribus, ut nexibus paternis liberarentur, ſi filiifamiliâs ad tantum decus fuiſſent evecti, *l. ultima cod. de conſulibus*, verum licet nulli eſſent patritii qui non in conſilium Imperatoris admitterentur, tamen quia non omnes, qui à conſiliis erant, patritiatus dignitate gaudebant, nondum ante tempora poſteriorum Imperatorum receptum fuerat ut paſſim Conſiſtorianis Comitibus, *illuſtris* appellatio competeret, licet alii plerique hoc titulo eſſent decorati, qui referuntur in *l. ult. Cod. ubi Senats. vel clariſſimi*; ideoque Imperatores Arcadius, Honorius & Anaſtaſius, quos anthores duæ leges hujuſce tituli præferunt, ſpectabiles tantum, non etiam illuſtres, Comites Conſiſtorianos dixerunt. Quam tamen honoris prærogativam ut *illuſtres* appellari poſſent, authoritatem præbente Juſtiniano poſtea meruerunt; ſi quidem Juſtinianus, *Tribonianum*, *Theophilum*, *ac Dorotheum* à Secretioribus conſiliis viros, illuſtres appellat, *tum in proœmio inſtitutionum*, *tum etiam in conſtitutione ad Anteceſſores emiſſâ.* Neque enim credendum eſt tam eximiorum hominum opera & conſiliis, aliis in rebus Juſtinianum uſum non fuiſſe, præterquam in enucleando jure, eum illorum fidem circa Imperatorias juſſiones ex multis rerum argumentis acceptam ibidem ipſe teſtetur, quos (ut antiquos anteceſſores) Comites fuiſſe Conſiſtorianos, & ideo illuſtres, mens non vana conjectura aſſequitur, tum quia in conſtitutione *de novo Cod. faci.* Theophilus Comes ſacri Conſiſtorii dicitur, tum etiam quia profeſſores poſt annum vigeſimum comitiva donari ſolitos probat *tit.* 15. *hujus libri* 12. *Cod.* ſic conceptus, *de profeſſoribus qui in urbe Conſtanti. docentes ex lege meruerunt comitivam.*

Imo etiam & paulo ante tempora Juſtiniani Comites Conſiſtor. dictos illuſtres reperio, in *l. ultima Cod. ut dignitatum ordo ſervetur*, his verbis, *& inter adminiſtratores, illos etiam numerari decernimus quibus illuſtribus in ſacro noſtro Conſiſtorio cinctis aliquid ordinariæ dignitatis commiſimus*, quæ verba ad Conſiſtorianos Cnmites proprie pertinere dignoſcuntur, quos cingulo donatos ſupra oſtendimus, cum non alii in ſacro Conſiſtorio *cincti*, præter Comites Conſiſtorianos vocentur, non quod alii non ſint *cincti*, & cingulo donati præter Comites Conſiſtorianos, ſiquidem plures alios novimus, ſed illi in Conſiſtorio *cincti* non dicuntur, cum hoc tantum ad Conſiſtorianos vacantes pertineat.

CAPUT VII.

Quomodo tam Civiliter, quam Criminaliter Comites Conſiſtoriani convenire, vel etiam ipſi conveniri poſſint.

DUobus modis quis alios convenire, vel ipſe conveniri poteſt, Civiliter, ſcilicet, vel Criminaliter, & his duobus modis jurgium infertur, vel refertur, ut verbis Imperatorum utamur, ideoque ne Comitum Conſiſtorianorum dignitas ad principalis colloquli faſtigium ſublimata, frequentibus impetita jurgiis yileſceret, & inferioris poteſtatis tribunalibus ſæpiùs expoſita, ſupplici præſentia ſordeſceret, multa ab Imperatoribus prudenter conſtituta legimus, quibus proſpectum eſt ut tanti decoris fulgor, nulla poſſet actionis temerariæ licentia perſtringi, ita tamen

ut eoſdem juri, & actionibus à jure introductis ſubſtrahere noluerint, cum ipſa *regnantis majeſtas legibus ſe alligatam profiteatur, imperioque majus exiſtimet ſubmittere legibus Principatum.*

A Civilibus cauſis exordium faciemus, in quibus regula juris certiſſima eſt, invitum aliquem per Procuratorem agere cogi non poſſe, cum liceat unicuique ſuis rebus ſupereſſe, uſuſque Procuratorum ad hoc ſolum inductus fuerit, ut qui rebus ſuis ſupereſſe vel nolunt, vel non poſſunt, per alios agere poſſint, *l. 1. ff. de Procurato.* ita ut in negotii ſui jura Procuratoris perſonam ſubſtituere, nulla coactæ voluntatis neceſſitas adſtringat.

Hanc tamen regulam in Comitibus Conſiſtorianis ob dignitatis excellentiam pati exceptionem jura voluerunt, impoſita honoraria neceſſitate ſua ſemper per alios & Procuratorio nomine negotia exercendi, ſive ipſi jurgium inferant, ſive illis inferatur, quod non alicui duritati, ſed benignæ propenſæque in Comites Conſiſtorianos Imperatoriæ benevolentiæ aſſignandum eſt, quos hac judiciorum forma, velut ſingulari privilegio honeſtare voluerunt. Hujus autem benignæ conſtitutionis authores fuere *Imperatores Valent. Theodo. & Arcad. quæ extat in l. Quicumque 25. Cod. de Procurato.* cujus aurea verba hic attexere neceſſe eſt. *Quicumque Prætorianæ, vel urbanæ præfecturæ ſublime faſtigium, vel magiſterium militare, vel Conſiſtorianæ Comitivæ inſignia meruerit dignitatis, vel Proconſulare jus dixerit, aut vicarii fuerit adminiſtratione ſuffultus, ſi quod ab eo, vel infertur jurgium, vel refertur, Procuratoris perſonam in negotii ſui jura ſubſtituant.*

Hujus conſtitutionis arcana ratio colligitur *ex Novella 71. Cap. 1.* his verbis: *Ne cogantur ſi præſentes litigaverint aut ſedere cum judicibus dum judicant, aut ſtare rurſus tanquam litigantes, cum utraque cauſa videatur incauta, aut dignitatibus injuriam ſuſtinentibus, aut judiciali ſchemate indigné procedente.* Voluerunt igitur Imperatores prohibere, ne qui Principum Conſiſtoria ingrediendi facultatem fuerant conſecuti, ipſi in minori auditorio ſtare cogerentur, qua eadem de cauſa Plinius 1. *epiſt.* ſcripſit, *in Tribunatu abſtinui cauſis agendis, quod deforme arbitrabar, cui loco cedere omnes oporteret, hunc omnibus ſedentibus ſtare.*

Opponi poſſet, hanc conſtitutionem antiquatam fuiſſe noviſſimo jure Novellarum, *Dicta Novella 71. & auth. hoc jus. Cod. eodem tit. de Procurato.* quibus locis dicitur, hoc jus ſtare tantum uſque ad illuſtres ſolos, cæteros commune jus amplecti, ſed in favorem Comitum Conſiſtorianorum hanc poſitionem tueri licebit, (repugnantibus licet quibuſdam Interpretibus) *Novellam ſcilicet* 71. Comites Conſiſtorianos non complecti, neque illos ad jus commune fuiſſe reductos, fundus hujus opinionis eſt in ipſis laudatæ Novellæ viſceribus, quæ ſolos clariſſimos non etiam illuſtres excludit, & in illuſtribus non etiam in clariſſimis, antiquas conſtitutiones locum habere denotat. At juris eſt explorati Comites Conſiſtorianos, utpote Patritiatus honore conſpicuos, inter illuſtres reputari, quod pluribus exemplis & authoritatibus ſupra à nobis probatum eſt. Ergo ſi illuſtres perſonæ hoc privilegio gaudere debeant, quis illud Comitibus Conſiſtorianis denegandum putet. Moveor inſuper ex eo quod ipſe Juſtinianus *dictâ Novellâ* 71. mentionem tantum faciat clariſſimorum; & in ſolis clariſſimis legem antiquandam ſcripſerit, his verbis: *Multos autem conſpicimus dignitatem quidem adeptos, & inter clariſſimos inſcriptos, ſubſtantiæ vero minoris Dominos, ut penitus non ſufficiant ad Procuratores ordinandos, & propter hoc agendas expenſas*, inter clariſſimos autem ſoli minorum gentium Senatores, non etiam Comites Conſiſtoriani reputabantur, cum clariſſimatus nomen, titulus fuerit Senatoriæ dignitatis, ut pluribus authoritatibus à nobis ſupra elucidatum eſt *Cap. 6.* hujuſce Tractatus

Quod ſi quis urgeat Juſtinianum dictâ Novella expreſſis conceptiſque verbis Comites fuiſſe complexum, reſpondere licebit, hic non de Comitibus Conſiſtorianis, ſed de aliis inferioris ordinis Comitibus infinitis propemodum, Imperatorem loqui voluiſſe, cum nemo ſit qui docere poſſit Comites Conſiſtorianos in jure clariſſimos dictos fuiſſe, vel ſub clariſſimatus titulo comprehenſos. Et ſi non illuſtres primis temporibus dicebantur, ſaltem nec clariſſimos, ſed ſpectabiles dictos legimus, ſpectabiles autem gradu anteibant clariſſimos, cum omnes Senatores olim clariſſimi dicerentur, ſoli autem ii clariſſimatui ſpectabilitatem adjungerent, qui e Senatu lecti, Comitivæ Conſiſtorianæ fuerant dignitatis inſignia conſecuti; unde & duplex erat Senatorum ordo: clariſſimorum & illuſtrium. A civilibus ad criminalia judicia progrediendum eſt, in quibus ſingularia quoque beneficia, ſive privilegia Comitibus Conſiſtorianis indulta fuiſſe, teſtantur innumera principum reſcripta, quibus omiſſis, ne in immenſum volumen labor noſter excreſcat, unum inter cætera referre ſufficiet. Eſt autem conſtitutio Imperatoris Zenonis quæ extat in *l. finali, Cod. ubi Senatores, vel clariſſimi, &c.* in qua omnes illuſtres (quibus jungendos Comites Conſiſtorianos docuimus,) hanc conſecuti prærogativam dicuntur, ut ſi quod illis crimen publicum ingeratur, nullum alium ſortiantur judicem præter ipſum Imperatorem, vel eum cui Imperatoria ſerenitas hujuſmodi negotii audientiam vice ſuâ ſacris apicibus mittendis mandaverit, cujus quidem cognitoris, & Vicarii Principis nullæ aliæ partes eſſe poſſunt, quam ut crimine patefacto ad Principem referat, ultionis inferendæ modo ſolius commiſſo Principis arbitrio, quos tamen illuſtres viros idem cognitor Imperialis, etiam inconſulto Principe abſolvere poteſt, damnare nequit.

Quod ſumma prudentia Imperatorum authoritas induxit: cum non minori debeant Comites Conſiſtoriani privilegio illuſtrari, quam *principales Civitatum*, quos Imperatores pluribus reſcriptis ad Præſides emiſſis, condemnari noluerunt inconſulto Principe, *id teſtante Caliſtrato in l. Divi fratres §. 1. & 2. ff. de pœnis*, ſic enim reſpondet, *De decurionibus & principalibus Civitatum qui capitale admiſerunt mandatis cavetur, ut ſi quis id admiſiſſe videatur propter quod relegandus extra provinciam in inſulam ſit, Imperatori ſcribatur, adjectâ ſententiâ à Præſide*, & §. ſequenti hæc addit: *Alio quoque capite mandatorum in hæc verba cavetur, ſi quis ex principalibus alicujus Civitatis, aliquod facinus ut capitalem pœnam meruiſſe videantur commiſerint, eos cuſtodies & mihi ſcribes*, quod igitur principalibus Civitatum viris conceſſum fuerat, cur illud principalibus viris Comitatus ſui Princeps denegaſſet. Cumque Procurator in criminalibus cauſis accedere non poſſit, ſive ad perſequendum crimen, ſive ad defendendum, *teſte Papiniano in l. penult. ff. de publi. judiciis*, cui adſtipulantur, *l. 1. ff. an per alium cauſæ appell. red. poſſ. l. miles §. ea quæ ff. ad l. Jul. de adult.* ſolaque abſentiæ cauſa per Procuratorem, tanquam excuſatorem proponi poſſit ex Senatuſconſulto, ut ipſe ſenſit *Alexander Imperator in l. 3. Cod. de accuſat.* quæ lex vulgò ab interpretibus ut contraria dictæ legi penultimæ opponi ſolet, ſed quæ ſecundum eandem diſtinctionem in d. lege penultima propoſitam explicari debet, ad proponendas ſcilicet juſtæ abſentiæ cauſas. Cum inquam regulariter per Procuratorem

rem in cauſis criminalibus nemo defendi poſſit, tamen ſingulari jure hoc perſonis illuſtribus ut cauſam injuriarum in quocumque judicio per Procuratorem criminaliter ſuſcipere vel movere poſſint, *l. ult. Cod. de injuriis*, *Novella* 71. & §. *in ſumma. inſtit de injuriis*, in quo fit mentio conſtitutionis Zenonianæ, hoc eſt *dictæ legis ultimæ Cod de injuriis*. Quale privilegium poſtea Epiſcopis & Presbyteris conceſſit *Valenti. Novella ſua conſtitutione de Epiſc. jud.* Cum alias injuriarum cauſa per Procuratorem tractari nequeat, & ſit regula juris antiqui, *injuriarum non niſi præſentes accuſare poſſe*, apud *Paulum* 5. *ſentent. tit.* 4. §. 12. Cui non obſtat quod pluribus in locis à Juriſconſultis ſcriptum legimus, poſſe quem vel per ſe, vel per Procuratorem injuriarum agere poſſe, ut in *l. non ſolum* §. *agere ff. de injuriis*, & *l. licet* §. 1. *ff. de Procurato.* Agitur enim in his legibus de civili injuriarum actione, quæ per alium ut Procuratorem proponi poteſt, non autem de criminali, quam, alii, præter illuſtres, per ſe & non per Procuratorem perſequi tenentur, & ſic conciliandæ leges, quæ ſimulata repugnantia, inter ſe diſſidere videbantur, quæ diſtinctio deſumpta eſt *ex dicta Novella* 71. his verbis, *nec non etiam injuriarum per Procuratorem criminali modo movere.*

CAPUT VIII.

Comites Conſiſtorianos ſine Judicis juſſu conveniri non poſſe, eorumque cautioni juratoriæ ſtandum.

CONſiſtoriana Comitiva dignitas tantæ venerationis fuit apud Imperatores, ut contra juris communis formulam, Comites Conſiſt. in jus vocari non poſſent ſine juſſu & ſententia judicis: Cujus propoſitionis veritas firmari poteſt. Primò ex *l. ultima Cod. hoc titulo.* in qua Imperator Anaſtaſius voluit Comites Conſiſtorianos iiſdem gaudere privilegiis, quibus Principes agentium in rebus, fuerant decorati. At eoſdem Principes agentium in rebus ſine juſſu & ſententia judicis vel Magiſtratus, in jus vocari non poterant, *l.* 8. *Cod. de Princip. agentium in rebus*, in hæc verba, *hoc etiam adjiciendo, ut numquam niſi ex ſententiâ in ſcriptis prolatâ penitus moveantur*, quæ ſententia in ſcriptis prolata, nihil eſt aliud quam juſſus judicis, quem nos forenſi & vulgari nomine appellamus, *Une Commiſſion*, libelli admonitio alibi dicitur apud Juriſconſultos, Græci *ὑπομνηστικὸν* appellant.

Secundò probatur ex *l. quoties penult.* §. *fin. Cod. de dignitatibus*, ubi Imperator illuſtrium privilegiis hoc etiam adjiciendum cenſet, ut hujuſmodi perſonæ nullam ex cujuſlibet judicis ſine ſcriptis habita ſententia conventionem, neque in civili, neque in criminali cauſâ ſuſtineant, inter illuſtres autem perſonas reputandos eſſe Comites Conſiſtorianos ſatis ſuperque ſuperioribus capitibus probatum eſt

Non autem temerè hujuſmodi privilegium ab Imperatoribus indultum fuiſſe credendum eſt, imò in eo maximè elucet Imperatorum prudentia ſagaxque conſilium, nam aliter Conſiſtorianorum Comitum authoritati conſultum nequaquam fuiſſet, eoſque paſſim etiam à plebecula impune lædi contigiſſet. Quod ut intelligatur referanda ſunt antiqui juris arcana, cujus ignorantia tanti beneficii prærogativam minueret.

Qui igitur aliquem convenire volebat, aut juris experiundi causâ ad Prætorem vel Magiſtratum vocare, ipſe adverſarium in jus vocare ſine ullo apparitore, ac judicis præcepto poterat, eumque ita quis vocatus fuiſſet, ni ſequeretur, vel fidejuſſores ſe judicio ſiſtendi daret, actor anteſtabatur, palamque teſtato faciebat adverſarium ſequi nolle, quâ anteſtatione factâ, licebat invitum in jus obtorto collo, & pugnis in ventrem adactis, trahere ad tribunal, unde Plautus in Perſa:

Age, ambula in jus leno,
Quid me in jus vocas?
Illic dicam apud Prætorem.

Et Horatius Satyra verſ. 9. 75.

——— *Et quò tu turpiſſime? magnâ*
Exclamat voce: & licet anteſtari? ego vero
Oppono auriculam, rapit in jus.

Qui mos in jus vocationis ex legibus decemviralibus fluxit, quibus ita cautum erat, *ſi in jus vocat, ni it anteſtatus manum injicito, aurem anteſtati capito.* Et ita actorem in jus vocantem reus ſequi debebat, ut ex iiſdem legibus duodecim Tabularum nec morbus quidem ætaſve excuſaret, ita alibi diſponentibus, *ſi morbus ævitaſve vitium eſcit, qui in jus vocaſſit jumentum dato*, adeò parendi, ſequendique neceſſitas incumbebat, unde tituli lib. 2. Pand. *in jus vocati ut eant*, & *ne quis eum qui in jus vocatus fuerit vi eximat.*

Cumque hoc ita ſe haberet, quid turpius contingere potuiſſet, quid ipſi Principi magis injurioſum, quam Comites ſuos Conſiſtorianos, & Secretiorum Curarum depoſitarios, in publicum dedecus, ad Tribunal Magiſtratus à quocumque ignobili, vilique capite, rapi invitos, obſtrictâ cervice, pugniſque in ventrem adactis, ideoque quod indecorum & inverecundum in parentibus ac patronis ipſa reputabat antiquitas, illud ad Conſiſtorianos Comites Imperatoris patres, patricioſque viros porrectum eſt, juxta legem *generaliter ff. de in jus vocando*, in quâ regulâ proponitur Comites Conſiſtorianos complectens, ſcribit enim Juriſconſultos, generaliter eas perſonas quibus reverentia præſtanda eſt, ſine juſſu Prætoris in jus vocari non poſſe, reverentiam autem deberi Comitibus Conſiſtorianis, declarat Imperator in *l. ſimuli Cod. de offic. diverſ. jud.*

Quod autem juratoriæ eorum cautioni ſtandum ſit, nec ſatisdare cogantur, in iiſque ſola *ἐξωμοσία* deſideretur, leges ſupra laudatæ ſatis teſtantur, *l. enim, multis*, 8. *Cod. de Princip. agentium in rebus.* Eoſdem Principes agentium in rebus quorum privilegia Imperator Anaſtaſius ad Comites Conſiſtorianos porrexit, nullâ ſatiſdatione onerari voluit, *ſed ſolum cum immobiles facultates, vel in ſacratiſſima urbe, vel in provinciis otinebnt, juratoriæ cautioni, & ſuæ ſubſtantiæ credi, vi & tenore generalium Edictorum.* Idem quoque ſtatoerunt Imperatores in l. *quotiens Cod de dignitat. Quotiens* (inquiunt Imperatores) *ex privata cujuſlibet interpellatione civili, vel criminali, viri illuſtres conveniendi ſunt, nullâ dandæ fidejuſſionis concuſſione vexentur, ſed per ſpeciale privilegium ſuæ committi fidei conſequantur, juratoriâ ab his cautione tantummodo exponendâ.* Idem privilegium indultum fuiſſe œconomis Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ, teſtatur *l. cum Clericis* §. *ipſe vero Cod. de Epiſc. & Cleric.* ita enim ſe habet, *ipſe vero Reverendiſſimus œconomus almæ hujus urbis Eccleſiæ, lite pulſatâ, fidejuſſorem per ſe non præbeat, utpote qui & aliorum Clericorum fidejuſſor futurus eſt, ſed fidei ſuæ committatur*, quâ ratione & ipſi Comites Conſiſto-

riani excuſandi ſunt à danda fidejuſſione, cum ipſi publicæ tranquillitatis, quam ſuis conſiliis promovere tenentur, apud Principem fidejuſſores exiſtant.

Miniſterianis quoque idem beneficium conceſſum fuit, ſed non ita generale, ut Comitibus Conſiſtorianis, uno enim tantum caſu eorum juratoriæ cautioni, ſtatur, cum in provinciis conſtituti fidejuſſoribus caruerint, *l. finali §. ult. Cod. de Caſtrenſianis.* Sic etiam militantes in ſacro Palatio, qui ab Imperatoribus *ſcholares* appellantur, eandem gratiam idemque privilegium conſecuti ſunt poſt quintum commeatus menſem (cum prius conveniri nequeant) & ne in exigendis fidejuſſoribus aliquod detrimentum ſentirent adjuratoriæ eorum cautioni committi Imperatores juſſerunt. Cumque fidem ſuam Comites Conſiſtoriani, publicæ utilitati impendant, in hoc reipublicæ aſſimilati ſunt, à qua ſatiſdatio quoque exigi non debet, *l. 6. ff. ut legato. cauſa caveatur.*

CAPUT IX.

Comites Conſiſtorianos, eorumque familiam privilegio ſportularum *gaudere.*

ADmonet nos Imperator Anaſtaſius *l. 2. hoc tit.* ut ſportularum privilegium Comitibus Conſiſtorianis conceſſum, intactum non relinquamus, ideoque inter eorum privilegia, hoc infimi non erat ordinis, ut ipſi eorumque conjuges, liberi, coloni, & ſervi, iiſdem privilegiis gauderent, tam intentiones ab aliis proponendas excipiendo, quam ſuas contra alios exercendo, quibus perfruuntur viri clariſſimi Principes ſcholæ agentium in rebus, cujus privilegii præcipua pars erat in modo ſportularum, quod privilegium à Zenone per pragmaticam ſanctionem ſolis Principibus agentium in rebus indultum *d. l. Cod. de Princip. agentium in rebus*, Anaſtaſius ad Comites Conſiſtorianos eorumque familiam porrexit. Quod privilegium ut quale quantumque ſit facilius intelligatur, notandum eſt ſportularum nomen deſcendere à *ſporta*, vel *ſportella*, quæ ſunt nomina utenſilium ruſticæ familiæ, in quibus conjecta cœna dari ſolebat clientibus, ut ex Alciato *in diſpunction. refert D.* Cujacius *ad tit. de ſportulis Cod.* quod ſportularum nomen poſtea porrectum eſt ad *ſalaria, diaria, & honoraria*, quæ vel judicibus, vel decurionibus, vel executoribus litium dari conſueverunt; ſportulas enim ab eo qui novum Magiſtratum inibat dari ſolitas, multis authoritatibus probatur, ut *Suetonii, Plinii in paneg. Apuleii in apolog.* Sportulas quoque judicibus datas teſtatur *Suidas*, cum ſportulam interpretatur eam pecuniam quam actor & reus, cum lis eſſet conteſtanda, deponebant, eo pacto, ut qui à cauſa cecidiſſet, integram pecuniam penderet, quæ poſtea judicibus honorarii loco addicebatur, nec minor erat decimâ parte pecuniæ ab actore petitæ.

Sportulas autem hic intelligimus ſalaria, quæ reus conventus præſtare executoribus litium tenebatur. Executoribus autem, hoc eſt iis qui reos conveniebant & commonebant, hæ ſunt ſportulæ in quarum modica præſtatione ſtabat privilegium Comitibus Conſiſtorianis conceſſum, ad exemplum Principum agentium in rebus, quarum modus qualis fuerit conſtitutus, qualiſque præſtatio fieri deberet, definitum eſt à Zenone *dicta l. ult. Cod. de Principibus agentium in rebus*, cujus privilegii non ſolos Comites Conſiſt. ſed & eorum conjuges, liberos, ſervos, & colonos Anaſtaſius Imperator conſortes eſſe voluit.

Neque novum in jure videtur ut à Principibus indulta beneficia, ſeu privilegia perſonis illuſtribus, ad eorum quoque familiam porrigantur, exemplum enim non tantùm ſumi poteſt à Principe agentium in rebus, vel à Comitibus Conſiſtorianis, ſed etiam a *Memorialibus*, qui alias *militantes in ſacris ſcriniis* dicuntur, vel *Chartophilaces*, quæ enim illis conceſſa fuere privilegia, eadem eorum conjugibus, liberis, ſervis, ac colonis, indulta quoque fuiſſe teſtantur *l. 9. & 12. Cod. de proxi. ſacro ſcrinio.* ubi ſportularum privilegium toti familiæ, æque ac ipſis *memorialibus* conceſſum, videre licet. Sic etiam *l. 4. Cod. de Caſtrenſianis.* Idem ſportularum privilegium non ſolis *miniſterianis*, ſed & *miniſterianorum* matribus & uxoribus conceſſum docet, *§. hæc autem*, alioquin enim fuiſſet quaſi inutile hujuſmodi Comitum Conſiſtorianorum privilegium, ſi conjugibus & familiæ communicatum non fuiſſet, cum perraro litigarent ipſi Comites arduis Imperii negotiis intenti, nec facile ab adverſariis conveniri poſſent, lites autem ſæpius conjuges, coloni, liberique illorum exercebant.

CAPUT X.

Secretaria *judicum ingrediendi, cum iiſque ſedendi facultatem conceſſam Comitibus Conſiſtorianis.*

ILlud etiam inter ſingularia Comitivæ Conſiſtorianæ dignitatis jura referendum eſt, quod Secretaria judicum illis patere debeant, ut quando voluerint ingrediendi, & cum judicibus ſedendi habeant facultatem, impoſitâ pœnâ ternarum librarum auri, adverſus prohibentes; ſic enim Imperatores in *l. finali Cod. de offic. diverſ. judi.* voluntatem ſuam ſolemni reſcripto teſtati ſunt. *Sciant Principes, & cornicularii, & primates officiorum, & judices, etiam ternas libras auri à ſuis facultatibus eruendas, ſi honoratis viris, quibus etiam Conſiſtorium noſtrum ingrediendi facultas præbetur, Secretarii judicum non patuerit ingreſſus, aut reverentia non fuerit in ſalutatione delata, aut ſedendi cum judice ſocietas denegata.* Quod ita firmum Imperatores eſſe voluerunt, ut una cum cæteris illuſtribus, etiam accuſati, vel rei nuntiati, eadem tamen prærogativa eſſent damnati, ità edicente Zenone in *l. 3. Cod. ubi Senatores. Eo qui in crimen vocatus erit, (ne quas ante probationes injurias patiatur) ſedendi quoque in aliqua Secretarii parte, quæ judicibus inferior, altercantibus vero ſuperior eſſe videatur, habitura licentiam.*

Illud autem privilegii loco conceſſum fuiſſe Comitibus Conſiſtorianis, vel inde colligere licet, quod omnibus ad hujuſmodi *Secretaria* judicum ingreſſus non pateret, *l. 1. Cod. de offic. civil. judic.* prohibente Edicto judiciario adiri judices, vel cum illis reſidere eo tempore, quo cauſarum merita vel fata panduntur, quod confirmat *Salvianus Maſſilienſis* lib. 3. de gubernat. Dei. *Intra januas nonmodo illuſtrium poteſtatum, ſed etiam Præſidum, aut præpoſitorum, non omnes paſſim intrare præſumunt, niſi quos aut judex vocaverit, aut negotium traxerit, aut ipſa honoris proprii dignitas in-*

troire

troire permiſerit. Ratio autem præcipua conceſſi illius privilegii Comitibus Conſiſtorianis deſumi poteſt ex *l. 2. Cod. de proxi. ſacro ſcrinio.* quæ iiſdem fere verbis concepta eſt, ac *l. ult. Cod. de offic. diverſo. judic.* ubi proximis ſacrorum ſcriniorum eandem facultatem competere declarant Imperatores. Ex eo ſcilicet quod Principis Conſiſtorium ingrediantur. *Si Conſiſtorium noſtrum ſæpe ingredientibus, Secretarii judicum non patuerit ingreſſus*, quaſi vellent dicere inhoneſtum fore, eos qui in ſacrum Principis Conſiſtorium admittuntur, ab ingreſſu Secretarii judicum arceri, ut quibus major honor conceſſus fuerat minor non denegaretur, maximè cum à judicibus inferioribus, ita honorari debeant Comites Conſiſtoriani, ut ne quidem eos in præſcriptionibus ſuis *fratres* nominare audeant, prohibente Imperiali reſcripto, in *l. 2. Cod. eod. tit. de offic. diverſ. jud.* eamque illis exhibere debeant reverentiam, ut etiam ſi ſedeant pro tribunali, tamen ſalutationem Comitibus Conſiſtorianis impertiri teneantur, *d. l. ult.* quos ideo *honoratos viros* Imperatores dici voluerunt.

Secretarium autem judicum erat locus ille, ſive aula in qua jus reddebatur, & pro tribunali ſedebant, litigantium controverſias ſuis ſententiis dirimentes, ita enim author paſſionis Divi Cypriani, Secretarium appellat aulam & auditorium judicis. Hanc autem aulam juri dicundo accommodatam, ſoli Imperatores Secretarium dixere, & Secretarii vox in Cod. tantum uſurpatur, Juriſconſulti enim non Secretarium ſed Auditorium appellant, ut in *l. lecta ff. de rebus cred.* Auditorium Papiniani Præfecti Prætorio nominatur, non Secretarium, *lecta eſt in Auditorio Æmilii Papiniani Præfecti Prætorio Juriſconſulti, cautio hujuſmodi, &c.* ubi notandum inter honorum titulos Æmilii Papiniani, nomen *Juriſconſulti* adjici titulo Præfecti Prætorio, quo talem dignitatem magis illuſtrari Paulus exiſtimavit, cum nomen Juriſconſulti, ille fuerit gradus, quo ad tantum honoris faſtigium Papinianus fuerat ſublimatus. In his autem judicum Auditoriis ſive Secretariis diverſos ſedendi gradus fuiſſe, obſervavit ex *Symmacho* D. *Cujacius* in explicatione *Novellæ 71.*

Secretarii autem vox apud ſcriptores Eccleſiaſticos aliter ſumitur, ſignificat enim apud illos *Paſtophoria*, de quibus apud *Clementem lib. 2. conſt. Cap. 61.* quæ à *Paulino epiſt. 12.* Secretaria nuncupantur.

CAPUT. XI.

Conſiſtorianos Comites ſæpe in provincias cum mandatis *Principum extra ordinem miſſos.*

NEmo eſt antiquitatis Romanæ peritus, qui veterem Imperatorum morem ignoret, quo ſoliti fuerant provinciarum Præſides de adminiſtrandis rebus provincialibus, datis codicillis monere, ad eoſque mandata dirigere, quibus tanquam præceptis, adminiſtrationes feliciter gubernarent. Iſtis autem mandatis fines juriſdictioni provincialium præſcribebantur, quos tranſgredi impunè non liceret, nec unquam ordinarii vel extra ordinem miſſi provinciarum adminiſtratores, ſine *mandatis* provincias regebant, unde factum eſt ut Præſides gladio animadvertere poſſent, deportandi autem poteſtatem non haberent, eo quod mandatis Principum unum conceſſum, alterum autem denegatum foret, & tale, tantumque ſortiebantur Imperium, quale mandata Principum præſcripſerant, etiam in minimis juriſdiction, mixtique Imperii partibus, adeo ut ii ſoli Magiſtratus in provinciis multam dicere poſſent, quibus mandatis permiſſum fuerat, *l. aliud. §. fin. ff. de verb ſignif.* fines autem mandatorum tranſgredi, nec fas nec licitum erat, unde juris periſſimus Tertulianus ad Scapulam. *Videtis ergo quomodo vos contra mandata faciatis, ut confeſſos negare cogatis*, quorum principalium mandatorum ſæpe etiam meminit in *Apologetico.* Quod non ignorant quibus Author ille graviſſimus, (ſola facilis credulitatis cenſura in ruinam præcipitatus) familiaris eſt. Plinius quoque ipſe provincialis Præſes, mandata Principis Rectores provinciarum tranſgredi non poſſe oſtendit, Trajano reſcribens de relegatis à Servilio Calvo, & Julio Baſſo, his verbis: *Nam ſicut mandatis tuis cautum eſt ne reſtituam ab alio aut à me relegatos.*

Hinc eſt quod ſæpiſſime in libris noſtris mandatorum principalium fit mentio, atque aliquid mandatis contineri dicitur, ut in *l. ſolent §. & quod ff. de offic. Proconſ mandatis contineri*, ſcripſit juriſconſultus, *ne donum vel munus Proconſul acciperet*, ſic in *l. 3. ff de off. Præſ. In mandatis Principum eſſe.* Reſpondit Paulus: *Ut curet is qui provinciæ præeſt, malis hominibus provinciam purgare.* Ita etiam in *l. 27. §. de pœnis*, duobus in locis fit mentio mandatorum Principis, & *Mandatis caveri* reſpondetur. Item in *l. divus. §. 1. ff. de jure patron.* notat Modeſtinus, *Mandatis Imperatorum caveri, ut in provinciis Præſides de querelis patronorum jus dicentes ſecundum delictum admiſſum patronis, pœnam irrogent.* De his mandatis agit Juſtinianus *Novella* 17. & Imperatores *lib. 1. Cod. tit. 15.* a Græcis vocantur ἐντάλματα, dictâ *Novellâ* 17. illa autem præſidibus cæteriſque ordinariis poteſtatibus, vel etiam miſſis extraordinem (quales erant Comites Conſiſtoriani) cum eſſent profecturi, dabantur, vel ab Imperatoribus per *Referendarios*, hoc eſt eos qui principi ſupplicum deſideria recitabant, & judicibus voluntatem Imperatoris inſinuabant, mittebantur, cujus rei exemplum habemus ex Epigraphe *legis 2. Cod. de offic. ejus qui vic. alt. jud. obtinet*, quæ continet mandata Imperatorum Theodoſ. & Valent. *Antiocho miſſa per Referendarium.*

Licet autem regulariter ſolis Præſidibus, & provinciarum rectoribus, mandata à principe dari conſueviſſent, tamen aliquando etiam ipſis Comitibus Conſiſtorianis dari ſolebant, cum nimirum illos extra ordinem in provincias mitti contingeret, hujuſmodi extraordinariam miſſionem aliquando expoſcentibus imperii negotiis, quæ per ſolum Præſidem expediri facile non erat. Cujus extraordinariæ miſſionis Comitum Conſiſtorianorum cum mandatis principalibus exemplum habemus in *l. 1. Cod de mand. princip.* in qua *nullius dignitate commoveri debere provinciales*, admonet Imperator, *ſive Tribuni notarii, ſive Comitis Conſiſtoriani præferat dignitatem, ſeque cum mandatis principis veniſſe affirmet, ea enim in ſcriptis eſſe debere, nec cujuſquam affirmationi credendum.* Unde duo colliguntur, primum Comites Conſiſtorianos miſſos aliquando fuiſſe cum principalibus mandatis in provincias, verbum enim Comitis quod in dicta *lege* 1. reperitur pro Comite Conſiſtoriano repoſitum fuiſſe docet D. *Cujacius* in explicatione *Novellæ* 71. Alterum notatu dignum ex eadem lege, eſt, mandata ſemper in ſcriptis data fuiſſe, ideoque ut provincialibus nota forent ipſi Præſides vel extra ordinem miſſi Comites Conſiſtoriani, ſub Edicto proponebant, cujus antiqui inſtituti veſtigium

gium extat in *l. Divus* §. 1. *ff. de cuſtod. & exhibit. reorum*, ubi Divum Pium dum Aſiæ præeſſet mandata ſub Edicto propoſuiſſe narratur.

Maximæ autem gloriæ magnæque commendationis opus erat hujuſmodi extrà ordinem in provincias miſſio, cum etiam Præfectos Prætorio aliquando ita miſſos legamus, quod indicat *l.* 2. *Cod. de offi. ejus qui vic. alt. jud.* ex cujus inſcriptione patet mandata per referendarium miſſa fuiſſe Præfecto Prætorio, ſic etiam apud Tacitum *lib.* 1. *Annal.* cum Pannonicas legiones gravis ſeditio inceſſiſſet, miſſus eſt à Tiberio, extra ordinem Druſus, unaque cum illo Ælius Sejanus Præfectus Prætorio, *nullis ſatis certis mandatis, ex re conſulturus*: aliud exemplum hujuſmodi extraordinariæ miſſionis, extat in *l. ſpadonem* §. *ult. ff. de excuſat. tuto.* in qua Divus Adrianus Vitraſio Pollioni Legato Lugdunenſi, reſcripſiſſe fertur, quem Vitraſium Pollionem ex Dione *lib.* 57. Præfectum Prætorio fuiſſe certum eſt, atque ita Lugdunenſi legatione, miſſus extra ordinem, fungebatur, cum legatus ordinarius eſſe non potuiſſet, alia ſupremaque togatæ militiæ dignitate conſpicuus; & de hac Comitum Conſiſtorianorum, vel præfecti Prætorio, in provincias extraordinaria miſſione, conceptus potiſſimum fuit *tit.* 50. *lib* 1. *Cod.* Illi enim tantum vicem alicujus Præſidis obtinere proprié dicuntur, qui præceptione principali locum Rectorum provinciarum tuentur, & ab Imperatoribus extra ordinem miſſi ſunt; defunctis enim Præſidibus, vel abſentibus, aut male adminiſtrantibus, vice Præſidum viri illi honorati, & Principi fidi mittebantur, quod ſatis compertum habemus ex *l.* 1. *ff. de tuto. & curato. datis ab his*, in qua non ſoli Proconſules vel Præſides, inter provincias regentes numerantur, ſed etiam ii quibus aliqua ex cauſa provincia regenda commiſſa fuit, licet non ignorem etiam in caſum abſentiæ vel mortis Præſidis, Imperatores, Comites Conſiſtorianos non ſemper miſiſſe in provincias, ſed Procuratores ſuos, ad id munus regendæ adminiſtrationis, ſubſtituiſſe, ut de *Pontio Pilato* Syriam vice Præſidis adminiſtrante, ſacræ litteræ teſtantur, & pluribus notavit *D. Cujacius obſ.* 19. *cap.* 15.

Tunc autem extra ordinem Comitum Conſiſtorianorum in provincias cum *mandatis Principum* fiebat miſſio, quando ſcilicet, pro neceſſitate temporum ita ardua emerſerant negotia, ut iis Principem præſentem adeſſe oporteret; hos enim mittebat vicarios, cum non eſſent in orbe Romano, præter Conſiſtorianos Comites vel Præf. Præt., quibus tantæ molis negotia credi expediret. Unde pro coronide notare licebit Conſiſtorianos Comites fuiſſe ſemper rei deſperatæ vindices, principalis authoritatis reſtauratores, ſacramque in extremis turbati Imperii naufragiis anchoram; ad quam qui confugere Principes, facile concitatos ſuorum fluctus, tumenteſque exterorum procellas, omnibus ſemper caſibus majores, felici vicariæ ſolicitudinis virtute ſuperarunt. O te igitur felicem Galliam, tantis ſuccenturiatam Conſiſtor. Comit. præſidiis! O felicem *Taloniorum* familiam, quæ geminos duo regni præſidia fratres, ambos principalibus curis, regiæque authoritatis tuitioni (diſcreto licet munere) addictos, generoſo partu, & amico ſidere eduxit.

Fortunati ambo, ſi quid mea carmina poſſunt,
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.

F I N I S.

EXCERPTA QUÆDAM
EX
ADVERSARIIS
PETRI PITHOEI JC.
QUÆ AD
JUS ROMANUM
PERTINENT,
EX EDITIONE
CAROLI ANNIBALIS FABROTI JC.

Digitized by Google

EXCERPTA QUÆDAM EX ADVERSARIIS
PETRI PITHOEI JC.
QUÆ AD JUS ROMANUM PERTINENT.

CAROLUS ANNIBAL FABROTUS Jc.
LECTORI.

QUANTUS vir fuerit Petrus Pithœus quantumque de litteris meritus, omnibus compertum eſt qui bonam mentem amant. Opera vir clariſſimus emiſit, quibus à mortalitate ſe aſſeruit; & licet hominum etiam eruditorum lucubrationibus malevolus animus neſciat ignoſcere, in Pithœi tamen ſcriptis nemo genuinum fregit. Præter ea quæ in manibus ſunt, pleraque idem enotaverat polienda poſtea limandaque, quorum pars à præſtantiſſimo viro Nicolao Fabro ad Puteanos fratres pervenerat, qui paucos habent virtutibus pares & gloria. Ea ne malo publico jacerent velut neglecta effecerunt iidem viri clariſſimi. Cum enim intellexiſſent Pithœi vitam, cujus auctor V. Cl. Antonius Loiſellus, publicari, ut eorum animis litterarum cura inſidere ſolet, continuo quæ apud eos erant protulerunt, & cum erudito viro Joly Canonico Eccleſiæ Pariſienſis communicarunt. Cum autem ea fere ad jus civile Romanorum pertinerent, & nullo ordine ſcripta eſſent, ut fieri adſolet, idem rogavit me, ut colligerem, &, ſi per otium liceret, notas adſpergerem: quod ego non invitus ſuſcepi cum illius gratia, tum Pithœi merito. Equidem precioſæ veſti viliſſimum pannum adtexere non debui, ſed hæc ſegmenta fortean illuſtriorem veſtem reddent; ut decentior eſſe ſolet facies, cui nævus ineſt.

SENTENTIÆ QUÆDAM JURIS DE VERITATE.

FIdes veritatis verborum adminicula non deſiderat. l. 1. C. ſi minor ab her. abſt.

Non dicta ut dicta interdum accipiuntur. l. 23. de man. vind.

Veritas rei majores vires obtinet, quam ſcriptura. l. 10. C. de donat.

Veritas potius ſpectatur quam ignorantia noſtra. l. 7. de contr. empt. vel quod quis ſibi finxit. l. 8. de caſtr. pecul.

Errore veritas non amittitur. l. 6. ad municipal. nec ei error præjudicat. l. 5. C. de jur. ign. l. 1. C. de err. calcul. l. 2. de error. Advoc. l. 29. de probat.

Plus eſt interdum in opinione quam in veritate. l. 15. de adq. hered.

Nec in totum falſum videtur quod veritatis primordio adjuvatur. l. 76. §. 3. de legat. 2.

Quædam ad illuminandam veritatem in lucem emergunt. l. 10. §. pen. de quæſt.

DE VERBIS ET EORUM VI.

VErba imperativa, inflexa. l. 15. C. de teſtam. Directa & precaria. l. 2. C. Com. de leg.

Verborum ambiguitas. l. 24. C. de teſtam.

Verba quatenus mutuâ vice fungantur, & quæ tantundem præſtent. l. 6. de reb. cred.

De verbis propriis & verborum ſubtilitate. l. 20. D. de reb. cred.

Non mutat ſubſtantiam rerum non neceſſaria verborum multiplicatio l. 32. §. 6. de aur. & argent. leg.

Non eſt recedendum à verborum ſignificatione, niſi aliud ſenſit teſtator. l 69. de legat. 3.

Senſus teſtatoris interdum alius eſt, verborum alius. l. pen. de trit. vin. & ol. leg.

Non jus uxorium ſequendum, ſed verborum interpretatio facienda. l. 29. in princip. de legat. 3.

VERBA DEPONENTIA, QUÆ PATIENDI HABENT SIGNIFICATIONEM.

EXequi, paſſive. l. pen. de juriſd. l. 2. D. de re jud. impertiri. l. 7. de feriis.

Elocuta. l. 13. § 4. de his qui not. inf.

Arbitrandus eſt. l. 8. de tranſact. Arbitrari. l. diem 27. §. ſi quis litig. de recept. l. 12. §. ſumptus. D. de religioſ. A. Gell. lib. 1. c. 13.

Moderatur. l. 5. de negot. geſt.

Tuens, pro defendens. l. 17. de nox. act. & l. 7. de curat. furioſ. l. 17. de injuſt. rupt. &c. teſtam.

Fatebitur. l. 39. §. 5. de legat. 1.

Calumniari. l. 19. ad exhib.

Stipulari. l. 26. §. 13. de cond. indeb. l. ſancimus. C. de fidejuſ. Cic. pro Roſc. Comœdo. ſtipulata pecunia.

Pollicetur. l. 50. §. 3. de pecul. l. 1. §. eſt autem. de exercit. act.

Comitati. l. 6. C. de legationibus.

Complecti. l. 30. §. 4. de fideic. lib. l. 3. ad leg. Pomp.

Mutuati. l. 50. §. 3. de pecul.

Noceri. Pallad. 12. c. 1.

FORMÆ LOQUENDI IN PAND. FL.

Se petitorem defenſum iri. l. 31. de pet. hered.

Traditum iri. l. 47. de rei vind.

Reſtituari. l. 6. de uſuf. ear. rer.

Metuiri. l. 26. de pignorib.

Præſtatum iri. l. 25. §. ult. ſol. mat.

TAUTOLOGIÆ.

IN. l. decem 116. in fine, de verb. oblig. l. in quartam 91. in pr. ad leg. Falcid. l. 2. §. illud poteſt, de hered. vel act. vend.

Tractatus qui ſolet tractari l. ſi fundi. §. huic vicinus, de uſufr.

Indictiones indictæ. l. quæro 29. de uſ. & uſufr. leg.

Ex ſua parte quæ ei debetur. l. 3. §. ult. D. ſi quis à par. man.

Scriptis heredibus inſtitutis. l. 10. de bon. poſſ. cont. tab.

Uſufructu uti. l. 78. verſ. quod ſi alien.

Reſcriptum quod reſcriptum eſt. l. 26. de excuſat. tut.
Virus veneni infundere, l. 1. C. de emendat. ſerv.

Græcismi, et novæ locutiones.

Conſtitutos, pro ὅλως, *præf.* 2. *Pand. Fl. l.* 39. *de minor.*
Majus imperium omnibus. l. 8. de offic. Proconſ.
Non tamen quam. l. 12. de off. Præſ.
Evidentiſſime locuples. l. 5. qui ſatiſd. cog.
Quælibet injuria. d. l. 5.
Spatio à judice ſtatuendo. l. 8. eod..
Dolo compenſando. l. ult. de eo per quem factum erit, &c.
Non ſic quam. l. 27. de pactis.
Tunc ut, pro, *tunc cum. l. 34. de negot. geſt.*
Minor quam XXV. annis natum. l. 1. de minor.
Niſi ſolum, pro *niſi. l. 18. eod.*
Minui caput pro capite. l. 2. de cap. min.
Uſque eo ut. l 5. eod.
Atque ſi, pro, *perinde atque ſi. l. 17. ex quibus cauſ. maj. l. 5. ſi pars her. pet.*
Legendi curarent, pro *legi*, *aut legendos. l. 35. eod.*
Nemo unus. l. 17. de recept.
Compellatum judicium accipere quam invenire. l. 2. de jud. l. 65. eod.
Spem obtinere non haberent. l. 1. de inoff. teſt.
Præcedentes eum perſonæ. l. 25. eod.
Utilius eſt quam ipſos dedi, pro, *quam ſi ipſos dediſſem. l. 39. de petit. heredit.*
Adire qua proxime poſſum. l. 11. comm. prædior.
Non ducere impediunt, i. *ducere impediunt. l. 10. ſi ſervit. vind.*
Hic demonſtrans quod remotius eſt. l. 29. in pr. ad l. Aquil.
Noxiam nocere. l. 4. de nox. act.
Servitutem ſervire l. 28. eod.
Pecuniam quam. l. 53. fam. erciſc. l. 36. de reb. credit.
In genere ſuo functionem recipiunt quam ſpecie. l. 2. §. 1. de reb. credit.
Paratus alterum conveniri. l. 7. commod.
Sibi imputaturo. l. 1. §. 2. de exerc. act.
Non ſuſcipere quam decipere. l. 7. de poſ. l. 20. de hered. vend.
Invitum fore ſolutionis. l. 11. depoſ.
Contra pactionem accipit, committit, pro *quam accipit. l. 17. pro ſoc.*
Dum ſibi ſequuntur. l. 49. de contr. empt.
Obligatio ex contractu obligatur. l. 23. de pignor.
Manifeſtiſſimus eſt inferre. l. 22. §. 9. ſolu. matr.
Expedit quam habere V. C. l. 5. de ſuſp. tut.
Ea enim qua diſtractus eſt. l. 5. §. 2. de reb. eor. qui ſub tut. &c. Nota l. 20. de adq. hered.
Hypothecariam agere. l. 57. de leg. 1.
Non voluit. l. 83. de legat. 2.
Sibi pœnituiſſe. l. 32. de leg. 3.
Concidendo deſtinatum. l. 55. §. 15. de leg. 3.
Sempronio repellendo. l 3. §. 1. de adim. legat.
Inſtrumentorum deſcribendi. l. pen. in fin. ad l. Falcid.
Annis XX. eſſe. l. 78. §. 10. & 13. ad Trebellian.
Ne decipiat profiteri volentis. l. 16. §. 5. de publican. & vectigal.
Nihil eſt gratum his præſtari poſſe, quam libertatem. l. 39. de fid. lib.
Satis quam. l. 45. §. 1. eod.
Non paterna voce, ſed hac communi & Græca, ut omnib. ſit nota. Novel. 7. c. 1. in fin. πατρίαν φωνὴν *ſolet appellare Juſtinianus Latinam linguam, Diataξ.* in prin. ἡ γὰρ πατρίῳ (φωνῇ) τύχοι (τῆς Ἰταλῆς ταύτης φωνῆς) *Novella.* 146. *cap.* 1.
Literis utrum Græcis an Latinis. Puto ſecundum loci conditionem ne quis cauſari poſſit ignorantiam literarum. l. 11. §. 2. de inſt. act.

Latina, Græca, Punica, Gallicana lingua. l. 11. de leg. 3.
Aſſuetus ſermo. l. 1. §. ult. de verb. oblig.
De voce & oratione, not. l. 7. de ſupell. leg.
Ratio recti ſermonis. l. 8. de aur. arg. leg.
Solicitus cunctationi. l. 40. §. 4. de ſtatu liber.
Acceſſioni eſt. l. 27. §. ult. de adq. rer. dom.
Inſulam in mari ædificaverim. l. 30. §. ult. eod.
Sequitur dicere. l. 4. in pr. de uſurpat. & uſuc.
Conſilium receperit fraudare. l. 25. de reb. auctor. judic. poſſid.
Nec fundi mei mutaveris. l. 22. §. 3. quod vi, aut clam.
Peccari ſtipulatione. l. 4. §. 1. de verb. oblig.
Pœnam committere. d. l. 4. §. 1.
Ne exigatur, prodeſt, ubi prodeſt ἀπροσώπως. *l. 21. rem. rat. hab.*
Præbuiſſet fieri ſtuprum. l. 9. ad l. Jul. de adult.
Audiri deſideretur, prohibetur. l. 4. de appell. recip.
Inhabiles Remp. tueri. l. 11. de decurion.
Major annûm ſeptuaginta. l. 8. in pr. de vacat. & excuſ. mun.
Impoſſibilia dari. l. 135. de reg. jur.

Declinatio varia.

Domi meæ. l. 60. §. 1. Mand.
Uſu nobis eſſe poſſunt. l. 35. §. 2. de contr. empt.
Ob vectigale Reip. l. 9. de reſcind. vendit.
Menſum, pro *menſium. l. 7. in pr. ſol. matr.*
Patriſfamiliai. l. 9. §. 13. de hered. inſtit.
Domo meæ l. 39. §. 1. de aur. leg. ſic Auguſtus.
Domos genitivo caſu ſingulari, pro domus, Sueton. Auguſt. c. 87. vid. Caton. de re ruſt. c. 134.
Ex delegato pupilli. l. 4. §. 23. de dol. except.
Alio, pro *alii l. 137. §. 5. de verb. obligat.*
Specieb. l. 43. de ſolution.
In alii locum. l. 156. de reg. jur.
Conditionem meam nihil delinquentis. l. 2. quod vi aut clam.
Neque in pecuniariis quam in capitalib. Paul. 5. ſentent. tit. 16.

Enallage Personæ et modi.

L. 29. fam. erciſc. l. 51. §. 1. eod.

Enallage temporis.

Solutorum, pro *ſolvendorum. l 13. §. 2. de pignor.*
Damnatus, pro *damnandus, l. 21. de evict.*
Peregerint, pro *peragant. l. 2. C. ut dignit. ordo ſervetur.*
Redditæ, pro *reddendæ. l. 26. de ſtatu lib.*
Reſtitutæ, pro *reſtituendæ. l. 1. §. 3. uti poſſid.*
Habendæ, pro *habitæ, l. 21. de quæſtion.*
Eſt, pro *erit. l. 123. de verb. ſign.*

Enallage casus.

Moram factam, pro *mora facta. l. 14. in pr. D. de uſuris & fructibus, &c.*
Legi conceſſæ portionis. l. 62. de condit. & demonſtr.
Super pecuniæ tutelæve, l. 53. de verb. ſig.

Enallage numeri.

L. 13. de pign. act.
His caſibus, pro *hoc caſu, l. 41. de evict.*
Fratribus, pro *fratri. l. 123. de leg. 1.*

Defectus vocis ἕνεκεν.

L. 5. §. 115. de inſtit. act. ejus rei contractum eſt. l. 9. de ſer. ex port. l. 6. quib. mod. pign. ſolu.

Defectus nominis.

AGi poſſit etiam cum domino cæterorum, l. 3. §. 1. ſi familia furt. feciſſe dic.

Defectus κατά.

L. 53. in fi. de act. empti. quam quiſq. diem conductum habet.

ἐφ ἕν.

NOn militiæ. l. 2. C. de re milit.
Male contractu l. 52. de re judic.

Defectus antecedentis.

SUcceſſor qui locavit, l. 3. §. 1. de admin. rer. ad civit. pertinent.
Liptoto. l. 1. de pact. dot. non profit. i. noceat. non admitti. i. repelli, l. 77. §. 25. de leg. 2.

Syllepsis

INter maritos. l. 52. de donat. inter vir. & ux.
Adjectivum plurale cum duob. ſingularib. l. 11. & ibi Accurſ. de leg. 1.

Defectus relativi.

VIrg. 1. Æneid.

Urbs antiqua fuit, Tyrii tenuere coloni.

Defectus Potius, vel magis.

L. 7. depoſ. l. 21. de her. vend. Terent.

Si quiſquam eſt, qui placere ſe ſtudeat bonis quam plurimis.
Plaut. in Rud.
Certum eſt mori quam hunc pati lenonem in me graſſari.

Negatio ad proximum relata.

QUod fugitivus, vel ſanus non fuerit. l. 16. de ædil.

Hic illic.

VIrg. 1. Æneid.

Hic illius arma; hic currus fuit.

Affirmans negans oratio.

VEreor ne, l. 45. §. ult. de rit. nupt. vide ibi Bud. l. 76. §. 2.
Cod. l. 9. §. 1. de jur. dot.
Vereor non l. 59. §. 1. eod.
Nihil neque l. 64. §. 2. ſol. matr.
Prohibere ut faciat, pro ne faciat l. 13. de re judic.
Quamdiu rationem habuerit, i. non habuerit l. 46. §. 1. de jur. dot.
Non poteſt dici, non tolli καταφατικῶς. l. 95. §. 2. de ſolut.
An geminatum. l. 40. de aq. hered.

Verba ἀντιπτωτικῶς accepta.

NOcet, pro nocere poſſit. l. 21. de ſtatu lib.

Thesis.

CIrcum in hoc venta eſt. l. 12. de jur. dot.

πρόληψις.

PActum æſtimatio, de ſervitute l. 76. de leg. 2.

ἐκ παραλλήλου.

DEinde poſtea. l. ult. de caſtr. pecul.

Antiqua flectendi ratio.

EM pro eum. l. 20. §. Neratius, D. fam. erciſc. l. ſi fidei com. D. ut in poſſ. legat. ſervand. cau. eſſe liceat.
IN pro eam. l. 18. de probat.
An pro eam. l. 83. de adq. hered. l. 29. in fi. de ſtatu lib.
Uni conſenſus, pro uno l. 8. de leg. 2.
Aliæ converſationis l. 12. §. 2. de religioſ.
Uxorei l. 31. de uſufr. leg.
Ex mare. l. 59. de adq. rer. dom.
Intellegeris l. 3. §. 6. quod vi aut clam.
Inficta navis. l. 7. de incend. rui. naufr.
Deſiſteris. l. 1. §. 6. ad Turpillian.

INDEX

Gloſſarum quarumdam & vocum rariorum, quæ in Juris Romani libris occurrunt,

ET IN EAS CAROLI ANNIBALIS FABROTI JC.

NOTÆ.

A.

Actio recreata. l. 1. §. 1. de ann. except. Renaſci actio dicitur in l. 10. §. 6. D. de in rem verſ.

Agere in ſuo nomine, l. 18. §. 2. in fin. de injur.
Sic legitur in Florentinis. Aliæ editiones habent, quod & vir ſuo nomine agat: & ita Græci: ἐπειδὴ καὶ ὁ ἀνὴρ αὐτῆς ſuo nomine κινεῖ; ut gallice, *en ſon nom.*

Aleam ludere, l. 26. de injur.
Gloſſæ Lat. Gr. aleam ludit, κοττίζει, κυβεύει. item Gr. Lat. κοττίζω, aleam ludo.

Animadverſus l. 3. de cadaver. punit.
Punitus pro facinore, τιμωρηθεὶς. Ulp. in l. 3. de juriſd. animadvertendum facinoroſos homines. Paſſio S. Cypriani: Cyprianum gladio animadverti placet. Sueton. in Ner. c. XVI. Multa ſub eodem animadverſa ſeverè, & coërcita. Lampridius in Alexandro Severo: Nam & Severus eſt appellatus à militibus ob auſteritatem, & in animadverſionibus aſper in quibuſdam fuit. Codex Palatinus: & in animadverſibus quibuſdam aſper fuit. Animadverſus, inquit Salmaſius, pro animadverſione. Quid ſi legamus, in animadverſis quibuſdam, τιμωρήθεισι τισὶν, aſper fuit? non improbabilis emendatio eſt. Si tamen vulgata magis placeat, dic Severum, cum animadverteret, in quibuſdam aſperum fuiſſe. B. Auguſtinus ſermone III. ex novis: Judices in convictos reos ſententiam proferentes, animadvertere dicuntur.

Auctionalia, l. 1. §. 2. de tut. & rat. diſtrah. pour les procez verbaux de la vente à l'encant.
Græci τραπεζιτικοὺς λόγους interpretantur, menſarias rationes, videntur legiſſe, rationalia, ut habent libri quidam.

Auctoritas, l. 1. Cod. Th. de Metallar. l. 8. Cod. Th. de Pagan. Caſſiod. IX. var. 33.

Servii auditores, l. 1. §. ſed apud 6. D. de aq. & aq. plur.

B.

Barbaricum, l. 2. C. de commerc. ut hoſticum, &c.
Beneficio ejus, pro, per eum, vel ejus facto, l. ex damni. 40. §. 1. de damno inf. Beneficio furis rem abeſſe, l. 46. de furt.

Beneficiis, pro, malis meritis, l. 27. C. de inoff. teſt.
Beneficio, culpa & opera, Cicero de Univ. Niſi quatenus ipſe beneficio ſuo ſibi aliquid miſeriæ quæreret. Sic locum emendavit & expoſuit Andræas Schottus Nodor. Ciceron. lib. III. cap. 9.

Benevolentiæ eſt, l. 62. D. de heredib. inſtit.

Bono modo, Cato lib. 1. de re ruſt. cap. 5. pro noxa bono modo vindicet. Plaut. in Mercat. Quod bono fiat modo.

C.

Capital ei ſit, l. 3. de term. mo.
Q. Curtius lib. VIII. cap. 4. illis enim in ſella Regis conſediſſe capital (ſic quidam Codices) foret; alii, capitale. Gloſſæ, κεφαλικὴ τιμωρία, capitale.

Caput, pro ſorte, græco more. l. 1. cod. Th. de uſur.
Gloſſæ: κεφάλαιον, ἐπὶ δανείου, ſors, ſumma. Aliæ: ſortes: αἱ κεφαλαὶ δανεισμάτων.

Collega, pro conſorte vel coherede, l. 5. C. de ædific. priv. l. Paulus 101. de ſolut.

Collocare ſe, l. 6. §. 2. ad Munic.
Larem collocaſſe.

Commotio imperialis, l. ult. C. de Adſeſſ. l. 7. C. de off. mag. official. Caſſiod. lib. 2. var. aut motus, l. 6. C. de Cur. publ.

Competere dicitur in quo adipiſcendo alieno facto opus non eſt. Sic directa libertas competit, fideicommiſſaria præſtatur. l. 13. C. de inoff. teſtam.

Condemnavit, pro fecit condemnari, l. 2. de admin. tut. Sueton. in Tiber. cap. 8.
Ut in l. 6. §. 3. Mandati. te ſi condemnavero: καταδικασθῆναι σὲ παρασκευάσω. ſi effecero ut condemnareris. V. Petr. Fabr. Semeſtrium lib. II. cap. 23.

Conferre cum I.C. Plinius lib. IV. Epiſt. 10. contuli cum Prudentibus.

Conferre pecuniam l. 37. §. illud 4. de verb. oblig.

Conſortio, l. pupilli. 96. §. 3. de ſolution.
Velleius Paterculus lib. II. cap. 103. ut & Tribunitiæ poteſtatis conſortionem Neroni conſtitueret. vide Nonium in Conſortium.

Crimen illatum, l. 12. ad leg. Cornel. de Falſ.

Curator, pro tutore. l. Tutores 39. §. rerum 7. de admin. tutor.

D.

Decet tantæ Majeſtati. l. ex imperfecto 23. de leg. 3.
Plautus in Captiv. Act. 11. ſc. 2. *Ne patri dicere videatur magis.*

Decidere verberibus, coercitione transfigere, l. 1. & 2. de termmot.
Græci ἄρχει τὸ μαστιγωθῆναι αὐτούς. Baſil. lib. IX. tit. 31.

Decreta cognitionalia, & cum conſilio prolata, l. 6. C. de uſuc. pro empt. l. 38. D. de fideic. libert. l. 1. C. de appellat. l. 7. C. de Epiſcop. & Cler. l. 6. C. qui bon. ced. poſſ. l. 3. C. de quæſtion.

Deſtricte, l. 7. §. quæſitum, de minorib. l. licet, de recep. arbit. l. 1. §. cum quis latrones 18. de quæſt.
Tertullianus adverſus Marcion. lib. 1. *Sed veritas Chriſtiana deſtricte pronunciavit.* Ut deſtringi in l. 27. §. ſi quis 5 de pecul. & in Gloſſis, deſtricti συνεχόμενοι, & deſtrictus, ἀσχοληθεὶς, occupatus.

De plano interlocutus, ut in l. 1. C. de ſentent. paſſ. l. 1. C. de Veteran. l. 3. ult. C. de legib.

Dicere

Dicere ſidem pro aliquo, *l. ult. Mand.*
V. quæ. dixi ad tit. de Fidejuſſ. Inſtit.
Dimittere creditorem, *l. 16. qui potiores in pign. Dimittere debitorem*, *l. 4. de decret. ab ord. faciend.*
Dominus tutoris, *pro pupillo*, *l. 37. §. Sciam*, *& §. Codicillos de legat. 3. ſed liberti tutores patronorum accipiendi ſunt.*

E.

Efficacia, *l. 3. C. de execut. & exact. pro opere*, *ſive pro eo quod quis effecerat.*
Cujac. ibid. quid effecerit. Gloſſæ, ἐνέργεια, efficacia, efficacitas, actus.
Emolumentum ſententiæ, *l. 3. C. qui potior. in pign. l. 2. C. de execut. rei judic. l. 10. §. 1. D. de in rem verſ.*
Excuſſati tutores, *pro excuſſi*, *l. Lucius 46. §. 4. de admin. tutor.*
Exitus, *pro conditione*, *l. 1. ſi à par. quis manum. ſit.*
Liberti patiatur exitum. ἔχειν ἀπελεύθερον.
Ex Patribus, *i. præter Patres*, *l. 20. de adulter.*
Baſilica: καὶ οὐδεὶς ἕτερος τῶν γονέων εἰ μὴ μόνος ὁ πατὴρ ἔχει τὸ δίκαιον.
Nec ullus alius parentum præter ſolum patrem hoc jus habet.
Ex ſtatura conditio, *l. 18. de cond. indeb.*
Ut aſtatum & aſtitum, ab aſto, præſtatum & præſtitum, à præſto. Priſcianus lib. IX. cap. de primâ conjugatione, & ibi exempla adfert.
Exter, *l. 15. §. 2. de caſtrenſi pecul. & l. 69. §. prædium, de legat. 2.*
Gloſſæ: ἐξωτικός, exter, extraneus, externus. Priſcianus lib. III.
Exter quoque invenitur, ut Statius XI. Thebaid. *Exter bonos.*
Extraneus à bonis, *l. ult. C. quor. bonor.*
Tertullianus Apolog. cap. 31. in fine, *extranei à turbis.*

F.

Fideicommitti ei dicitur qui rogatur alteri reſtituere: ſed & ei cui alius reſtituere rogatus eſt, *l. proprias C. de legat. l. ſi tibi 28. ut legat. nom. cav. qui fiduciarius*, *l. Seius*, *D. ad Trebell.*
Finitiones, *ſive* ὅροι, *regulæ*, *eutematica*, *ſive de jure ſingulari*, *quæſtiones ſive dubitationes*, *ambiguitates*, *opiniones*, *ſive veriſimilia.*
Formale pretium, *l. in lege 62. §. 1. ad leg. Falcid.*
Fuſiones, *refuſiones*, *l. 27. §. 3. de uſufr. l. 2. C. de apoch. publ. l. 6. C. Theod. de indulg. debit.*
Gloſſæ: Fuſiones, συντέλειαι, εἰσφοραί. Item, fuſio: εἰσφορὰ δημοσίων. Quidam libri habent, functiones præſtare, non malè Gloſſæ: functio, τέλεσμα. Item: functionum, εἰσφορῶν: ſequere Florentinam.

G.

Genere novationis, *l. 60. de fideic. & genere venandi*, *l. Pomponius. 44. de adquir. rerum domin. quodam genere*, *l. quarumdam 51. in fin. de adquir. poſſeſſ. l. quod ſervus 36. de ſtipul. ſerv. Paulus 11. Sentent. tit. de furt. fortè & in l. 23 de mort. cauſ. donation. Trebel. Pol. in Lolliano. genere quodammodo*, * *l. ſervus 10. pro empt.*
* V. Cujac. Obſervat. lib. IV. cap. 8. & nullo genere, id eſt, nullo modo. Firmicus de errore profanarum religionum. *Sed nullo genere matris dolor vincitur; nec muliebris impatientiæ tormenta curantur.*
Gradus, *pro conditione*, *l. ult. de teſtament. milit. junctâ l. 1. de bonor. poſſeſſ. ex teſtam. milit.*

Gratia. Agrætius: Gratia & bonæ & malæ rei cauſa: nam ſic dicimus amicitiarum & beneficii gratiâ. Ita Salluſtius: opprobrii gratiâ; & Cicero: religionis ac ſupplicii gratiâ.
Idem adfert hoc Terentii: *Quî referam ſacrilego illi gratiam?*

H.

Habere laborare. l. 15. §. de adulter. l. 10. §. 1. de pœn. habere operari.
D. Cyprianus Epiſtolâ XXVII. *Reſcribere habeam.* Lactantius de div. pr. cap. 6. *Quid enim habeat dicere.*

I.

Indevotio, *l. 1. in fine de penu legat. l. 15. C. de teſtam. manumiſſ. l. ult. C. de fideicomm. libert.*
Contumacia, ἀγνωμοσύνη.
Ineptum & vitioſum eſt, *l. liber homo. 59. §. 1. D. de hered. inſtit.*
In facultatibus eſſe, *l. 5. §. 7. de agnoſc. liber. l. cum hi. §. ſed & perſonarum 6. de tranſact. Cicero in Catone: in re eſſe.*
In patrimoniis amplis eſſe. l. 3. §. 1. ubi pupill. educ. deb.
In necem, *pro in damnum l. 1. §. utrum autem*, *4. ſi quid in fr. patr. l. 5. §. dolum*, *ut in poſſeſſ. legat.*
In nomen ſuum eruere, *l. 2. quand. ex facto tutor.*
Integritudo animi, *l. 1. de teſtam. milit.*
Ut ſanctitudo, pœnitudo.
Interæſtimatio l. pen. de ædilit. ed.
V. Cujac. Obſerv. XVI. c. 4.
Interprecium, *Caſſiod. var. II. C. 26.*
Interpretatione depulſâ, *l. 1. C. de emendat. ſerv.*
Interſcalium, *intercolumnium*, *intertignium*, *Vitruv. interfemineum*, * *Apul. apol. 1.*
* Natura, γυναικεῖον.
Interuſurium.
Uſuræ medii temporis, l. debitor. 82. de leg. 2.
in ventrale, *l. 6. de bon. damn.*
Ventrale, crumena. In excerptis ex vett. gloſſ. ventrile legitur. v. Cujac. Obſerv. X. c. 26.
Judex Jus repræſentat, *l. 1. C. ſi pig. pignor. dat. ſit.*
Omnis Judex, *arbiter*, *l. quiſquis*, *C. de poſtul. l. 4. C. de recept. arbit. l. 1. C. Th. de offic. civ. jud.*
Judex pro Prætore, *l. 7. §. 1. de heredit. petit. Paul. V. ſentent. tit. 16.*
Judex religioſus, *l. denuntiaſſe 17. §. 1. in fi. D. ad leg. Jul. de adulter.*
Juris auctores juris auctoritas. l. 1. 2. & 4. C. de verbor. ſignific. l. 17. D. de jur. patronat. Juris conditores, *l. 25. C. de nupt. l. nulla 23. C. de procur. Jura conſtituentes*, *l. verbis*, *120. de verb. ſignif. Prudentium reſponſa*, *l. ult. C. quorum bonor.*
Juris eſt, *l. 1. §. 1. D. nihil innov. app. interpoſ. Juris definitio*, *l. 8. C Theod. de diverſ. reſcript. ſerpit*, *l. 4. §. 2. D. ſi quis omiſſ. cauſ. teſtam. Juris civilis ratio*, *l. 33. D. de condit. & demonſtr.*
Jus conſtitutum, *l. cum ita 94. D. ad leg. Falcid.*
Jus publicum, *l. 1. ad leg. Falcid. l. licet 12. D. ut legat. ſerv. cau. l. 7. §. ſi uxor à marito*, *in fi. D. de donat. int. vir. & uxor. Jus commentitium*, *l. 20. D. de pœn. Jus ordinarium*, *l. 2. D. de furt. baln. l. ult. de privat. delict. l. 1. ſi ventr. nom. mul. in poſſ. Jus commune*, *l. 12. de minor. & ſæpe ſub tit. de excuſat. tut. Jus vetus*, *l. 2. §. & cum placuiſſet 13. de orig. jur. Plinius lib. VIII ad Ariſton. Aul. Gellius l. XII. c. 17. Jus publicum*, *privatum*, *antiquum*, *recens*, *rarum*, *aſſiduum*, *vetus*, *novum*, *receptum*, *controverſum*,

conſtitutum, ambiguum, l. 94. D. de condit. & demonſtr.

Juvenior, l. 2. de term. mo.

Chariſius lib. 1. *Sunt quidam qui primum & ſecundum gradum recipiunt tantummodò, ut juvenis, juvenior, junior.* Apuleius Metamorph. VIII. *Ætate juvenior, & corpore validior* Interpres S. Irenæi II. adverſ. hæreſ. cap. 24. *Quomodo autem & juvenior aliquis, aut ſenior in ipſis, &c.*

L.

LEgatum, pro vectigali, l. Julianus, 13. §. idem Julianus 5. de act. emp. Græci ad l. 2. de Salu. interd.

Sic enim Baſilic. auctores vertunt: ὁ πράτης εἰδὼς διαφόροις ὑποκεῖσθαι τέλεσι:

Sciens fundum diverſis tributis obnoxium.

*Lex pro edicto * Prætoris, l. 1. §. 1. unde cogn. l. qui cœtu, ad leg. Jul. de vi publ. l. ſi cui. §. ult. ex quib. cauſ. maj. Pro Senatuſconſulto, l. lex quæ 22. C. de adminiſtr. tutor. l. 9. §. ult. ad SC. Macedonian. l. 13. de public. in rem action. l. 5. §. ult. de injur. juncta l. is cui §. ult. de teſtam.*

* M. Tullius in Verr. lex annua. apud Varron. lex Prætoria. apud Paulum III. Sententiar. tit. 3. lex Fabiana, & l. 1. §. 1. D unde cogn. Pro Senatuſconſulto, l. tutelas 7. D. de capite minutis, l. 16. D. de pignerat. action. Pro conſtitutione Imper. vel reſcripto, l. ſi portio 21. de legat. præſtand.

Liberare creditorem, l. 1. §. non autem 5. verſ. ſed ſi ab alio, de exercit. act.

Plinius lib. 2. Epiſt. Quod alias dimittere, l. Claudius 16. qui pot. in pign.

Liquerit, pro apparuerit, l. 2. §. 3. teſtam. quemadm. aper.

Locus, pro areâ ad diſtinctionem inædificati, l. 16. §. 1. de pign.

M.

MAgis facilior, l. 67. §. ſi rem tuam 6. de leg. 2. magis potior, l. 9. C. de jur. dot. melius eſt poſſidere, potiùs quàm, l. 1. de ſuperficieb.

Priſcianus lib. III. *Magis adverbium, non ſolùm poſitivo, ſed etiam comparativo jungitur, quando ipſe comparativus, vel ad ſe vel ad alium comparatur, ut, Achilles Æneâ fortior magis quam juſtior: & Ajax Ulyſſe fortior magis quam Diomede.* Vopiſcus in Caro, Carino & Numer. *Declamationi tamen magis quàm Tulliano accommodatiora ſcito* ſic vetus editio Salmaſio teſte. Tertullianus de reſurrect. carn. cap. 45. *Magis illud prius eſt, ſine quo priora non poſſunt.*

Magiſter, l. qualem 19. §. unde videndum, D. de recept. qui arbitr. veteris juris magiſtri qui ſapientes appellati ſunt: A. Gell. lib. IV. Cap. 1.

Malâ ratione, l. 40. D. de ſtatu. liber.

Mali exempli, l. 38. §. qui abortionis, D. de pœn.

Malo more, improbato more, l. 1. §. ult. D. de act. empt. l. 19. §. 1. D. de negot. geſt. l. 2. §. ſi cui, verſ. litis causâ, D. de extraord. cognit.

Tacitus lib. 1. Annal. *factum id malique moris etiam furentibus viſum.*

Malum meritum, l. 2. de his quæ in teſtam. del.

*Medietas, * pro mediocritate, l. 3. §. 1. ſi pars heredit. petat. Pro communione: Eutropius lib. II.* Ager ex mediocritate ſublatus * μεσότης, medium, media via.

Mediocritate multæ in jure controverſiæ definiuntur, l. 3. D. ſi pars hereditat. l. filio, D. ut legator. nom. l. 25. in fin. D. de pignerat. action. l. 25. §. alioà autem, in fi. D. de petit. heredit.

Minor magiſtratus ſine imperio, l. 32. D. de injur.

Vide l. 5. in fi. D. de Cap. minut.

Motus judicis, l. 20. D. communi divid. l. 12. C. de teſtib. l. 12. C. de officio Rector. prov. l. 1. C. de ſumma Trinit.

Munificium, pro beneficio, l. 4. §. 1. D. de publican.

Cujacius exponit, vectigali obnoxium.

N.

NAnctus pro nactus, l. 9. in fi. de adquir. rer. domin.

Gloſſæ. Gr. Lat. δραξάμενος nanctus.

O.

OBligatio obligatur, l. 23. §. 1. de pignorib.

Orerentur, pro orirentur, l. 2. §. 10. de orig. jur.

Oſpratura, pro aſpratura, l. 18. §. patrimoniorum 2. de muner.

Alii interpretantur minutarum frugum publice coemendarum curam, ex Græco ὄσπρια, quod varias fruges minutas & legumina ſignificat.

Oſſuarium, l. 2. de ſepulcb. violat. ab oſſium, pro os. Auguſtinus in Pſalm. 138. & in veteri Epitaph. Oſſua cum cernis.

Vide Cujacium Obſervat. lib. X. c. 37.

P.

PAreri, l. Municipibus 97. de condit. & demonſtrat.

Partitudo, pro parturitione, l. 10. C. Theod. de bon. proſcriptor.

Pater, pro avo, l. 16. §. 1. de cur. fur.

Patratum judicium, l. 1. C. Theod. de uſur. rei judic.

Peculium, pro parapbernis, Gallis, l. 9. §. 3. D. de jur. dot. l. 31. §. 1. D. de donation.

Peculium quod præſidii causâ ſepoſitum eſt ruſticis, l. ſi chorus 79. §. 1. de legat. 3.

Varro: *peculium ſemper maximum præſidium eſt.* Plautus in Perſa: act. 1. *ſce.* 3.

Marſupium habeat, mihi paululum præſidii.

Petebam nec obtinui, l. quæſitum 78. §. cum vir. 6. de legat. 3.

Perfuſorie dicere, l. 5. §. 1. quod vi aut clam.

Perinde ſubauditur in l. 5. de divort. & l. 30. de recept. qui arbitr. receper.

Ut in l. 4. in fi. D. de pactis. *l.* 5. D. ſi pars heredit. petat. Plautus in Bacchid. Ac. III. ſc. 6.

Sicut eſt hic, quem eſſe amicum ratus ſum, atque ipſus ſum mihi.

Poſt Magiſtratus, l. 36. §. Titius, ad Municip.

Poteſtas, pro Magiſtratu, l. 3. §. 1. de reb. eor. qui ſub tut. l. 26. de pig.

Suetonius Julii cap. 17. *Quod compellari apud ſe majorem poteſtatem paſſus eſſet.* Juvenalis Sat. X. Verſ. 100.

An Fidenarum, Gabiorumque eſſe poteſtas?

Præſtavit, l. 36. de hered. pet.

Vide ſuprà not. ad verb. Exſtatura.

Pretioſior, l. 4. §. non omnis 8. de re milit.

Privatus, pro pagano, ad differentiam militis, l. 19. C. de pact.

Gloſſæ ἰδιώτης, ὁ κοινός, privatus, paganus.

Privilegiarii, l. 3. quod cum eo qui in alien. poteſt.

Profligare, pro exigere, l. 11. C. de annon. & trib. l. 4. C. vectig. no. inſt. non poſſe. l. 3. C. de execut. & exactor. l. 7. C. de off. Rect. prov.

Publicum pro balneo, l. 13. §. 7. de injur.

Græci ibid. δημοσίῳ λουτρῷ λούσασθαι: *in publico balneo lavare.*

Putatio perſonæ, l. 18. §. 3. de injur.

δόκησις.

Quæſtio

Q.

QUæſtio, viſio, inſpectio, ſive inſpectatio, notio, tractatio, ſpecies, locus, articulus, dubitatio, expoſitia, propoſitum.

Quod ad, pro quo ad, l. 19. §. 2. de caſtrenſ. pecul. d. interdum additur, ut in ted, pro te, & ſed, pro ſe, id eſt, ſine.

Quod traditum eſt, l. 87. D. de condit. & demonſtrat. quod dicitur, quod vulgò dicitur, l. 12. D. de liber. & poſtum. l. in rationem. §. quod vulgò. D. ad legem Falcid.

R.

REciſius tempus, l. 2. de term. mot.
Baſilica εἰς χρόνον ἥττονα: *in brevius tempus.*

Religio Judicis, l. illicitas. §. 2. D. de offic. Præſid. l. magis §. in primis 7. D. de bon. eorum qui ſub tut. l. 79. de judic. l. 13.
D. de teſtib. l. ult. C. ſi ex falſ. inſtrum. Plinius lib. VI. epiſt. 2. Reliquari, l. 46. de admin. tut.

Reliquari & reliqua trahere dicitur, qui ſolidum quod debet non exoluit. Tertullia. de animâ, c. 35. *Totiens animam revocari habere, quotiens minus quid intulerit, reliquatricem delictorum.* Reliquo in Gloſſis, exponitur λοιπογραφῶ: & reliqua ſunt, λοιπογραφία.

Remittas, id eſt, permittat, l. 5. §. inprimis. D. de reb. eor, qui ſub tut. Reſcriptum generale, l. 3. §. Divus. D. de ſepul. viol. l. 9. D. de bered. inſtit. Reſcribere generaliter. l. ult. D. de accuſat. vide l. 6. de excuſat. tut. Epiſtola generalis, l. 1. §. 2. D. de fugitiv. Generale caput, l. 32. de uſu & uſufr. leg. l. 34. §. pen. de leg. 2.

S.

SApientes, pro Juriſconſultis, lib. 11. Feudor. tit. 17. Radevicus lib. 1. cap. 27. & lib. 11. cap. 5.

Satis agere, pro ſatagere, l. 10. de cond. & demonſt. ut apud Tertullianum initia lib. 1. ad uxor. Gellius lib. XIX. c. 1.

Lucifer Caralitanus lib. 11. pro Athanaſio: *Si te heretico ſatis agente damnarem innocentem, tecum eſſem futurus in gehennam.*

Sceleritas facti. l. 3. de bon. eor. qui mort. ſibi conſc. Alciatus lib. VI. Par. c. 27.

Gloſſæ: ἀνομια, ſcelus, ſceleritas, iniquitates, ut malitas, κακια, in exerptis ex vett. gloſſ. & in l. 5. D. quod met. cau.

Scriptura Sabini, l. 1. §. ult. de verbor. obligat.

Scrupuloſitas & nimia ſubtilitas jur. l. Poſtumus 12. D. de ini. rup.

Seditio pro ſede, l. 2. C. de offic. Præfect. urb. & in paſſione Abdom. Tunc Decius juſſit ſeditionem ſibi in amphitheatro parari.

Se & ſuos, pro eum & eos, l. Prætor 4. de edend. junctâ, l. 9. §. 3. eod. l. 5. §. maximè, de Carbon. edicto. l. cùm Patronus 28. de legat. 2. l. 28. de furt.

Ex vice verſâ, eum pro ſe. Suetonius in Caligulâ, Cap. 24. in fine: *De juris quoque conſultis, quaſi ſcientiæ eorum omnem uſum abolíturus ſæpe jactavit, ſe mehercle effecturum, ne quid reſpondere poſſint præter eum.* Quem locum Janus Rutgerſius ſic emendarat e veteribus editionibus, *præter æquum. dicebat ille quidem,* inquit, *æquum, verum ita, ut facile prudentiores intelligerent, eum eccum pronuntiare, innuebat enim ſe effecturum, ne reſponſa ab alia quàm à Principe exſpectari poſſent:* cujuſmodi emendatio conſiſtere non poteſt: ſic enim æquitatem in Juriſconſultorum reſponſis deſiderare viſus eſſet, quod alienum eſt ab eius propoſito. Volebat enim iuris ſcientiam abolere, ut ipſe per ſe Jus conſtitueret ſine ullo Juriſperito.

Stipulari ſtipulationem, l. 3. §. 1. judic. ſol.

Studioſi juris, l. 1 D. de off. Adſeſſ. l. 4. D. de extraord. cognit. l. moris eſt, §. 1. D. de pœn. Suetonius in Nerone.

Superficiem, l. 1. de ſuperſ-
Sic etiam ſcribitur in libro Notarum, & in veteri inſcriptione apud Antonium Auguſtinum, de legibus, num. 5.

Suppetere, l. ſi quis uxori 52. §. apud 5. de furt.
Juvenalis Sat. 1. ——————n-
Suppoſitus venias, ac falſo nomine poſcas.
Id eſt, ne ſuppetat, ut loquitur Ulpianus, l. ſi quis uxor. &c. Nicolaus Rigaltius ibidem in Notis.

Supremum moriens, l. qui duos, 9. de rebus dub.
Pro ſuptemo morienti, ſupremum, adverbium eſt.

T.

TAntundem ſummam, l. 10. §. 5. D. de in rem. ver.

Territia, l. 15. §. quæſtionem, 30. de injur.
Levis territio. Baſilica: ἡ μετρία κατάπτηξις: Gloſſæ: πτόησις, territus, trepidatio, pavor: territus, pro territione; ut ſtipulatus, pro ſtipulatione, obligatus pro obligatione.

Teſtamentarius, l. 1. ſi quis aliq. teſt. prob. l. impuberem 22. §. 7. l. Divus 15. ult. de lege Cornel. de fal.

Gloſſæ: διαθηκογράφος teſtamentarius.
Teſtamentum facere alicui, quem ſcilicet teſtamento heredem facit, l. 7. C. qui teſtam. facer. poſſ.

Teſtamentum pro ſucceſſione, ſive hereditate ex teſtamenta, l. ult. de bonor. poſſeſſ. ſecund. tabul. l. illud. 76. de adquir. hered. l. 2. C. de bon. matern. l. 1. in fin. de inofficioſ. teſtam. l. 42. §. caſtrenſium, de bon. libertor. Suetonius in Neron. ut teſtamenta ingratorum ad Principem pertinerent.
Vide Cujac. Obſer. l. VII. c. 18.

Tolliſſe, l. 23. §. 4. de accept.
v mutatum in o, ut in veteri Epigrammate, *protulit.*

V.

VAcans mulier, non nupta. l. 5. §. ult. ad leg. Juliam de vi publ.

Baſilica: μὴ γεγαμημένη, innupta.

Vacua bona, pro vacantia, l. 1. de ſucceſſ. ed.
Ut vacua mulier, pro vacante, Tacitus Annal. Lib. XIII. cap. 44. *ſed ubi mulier vacua fuit,* pro innupta.

Valide ſtulta eſt conſultatio tua, l. 27. D. qui teſtam. fac. poſſ.

Vera ratio, l 3. D. ad leg. Falcid.

Verè, pro bonâ fide, l. 40. §. 62. de ſtatu lib.

Verè, pro ſinceriter, apud Ciceron. Epiſtolar. ad familiares lib. VI. 22. *Magna conſolatio eſt, quum recordere etiamſi ſecus acciderit, te tamen rectè vereque ſenſiſſe.* Græci tamen, ἀληθῶς & κατὰ ἀλήθειαν vertunt.

Verum, pro tamen, l. 11. § 4. de injur.
Baſilica: ὁ μέντοι ἀνὴρ, maritus tamen.

Veteres, qui XII. Tab. interpretati ſunt, & ex eis actiones compoſuerunt, l. veteribus 39. D. de pactis: §. 1. Inſtit. de legit. patron. tut. l. ſi ſervus ſervum 27. §. inquit lex, 9. D. ad leg. Aquil. l. ſervi 17. D. de furtis. l. veteres. 19. & l. 39. D. de action. empt.

empt. l. ſi ſervum 91. §. *ſequitur*, *D. de verbor. obligat. l.* 1. §. *veteres* 10. *D. de adquir. poſſeſſ. l. ſi ut certo* §. *quod vero* 4. *D. commod.*

Vinacea, *l. ſi quis* 52. §. *ſi quis maſſam* 8. *de furtis.* Pro vinacia. vetus Onomaſtic. Vinacea, στεμφυλα, ſic etiam ſcribitur apud Columell. & alios.

Vixiſſet, *l.* 49. §. 1. *de legat.* 3.

Ut creari, *in l.* 1. *D. de offic. Quæſtor.*

Sic legi teſtantur in archet. Florent. more Græco. Juſtinianus in l. nuper 11. C. de natural. liber. ut ſive non progeniti fuerint &c. filios juſtos haberi. Sic legitur in veteribus codicibus virorum clariſſimorum Juliani, Brodei, & Ægidii Menagii.

Uti aliquid. l. 20. *de ſervit.*

Uti exceptionem, *abuti dotem*, *l.* 7. §. *procurator* 9. *pro empt. l.* 22. §. *ſin autem* 9. *ſolut. matrimon. Id uſus eſt*, *Gellius lib.* 7. *Cap.* 15. ſi id uſus eſt.

Diomedes lib. 1. *ſed & hanc rem utor*, *veteres dixerunt:* & Terentius Heautont. Act. 1. Sc. 1. verſ. 81.

Quod illa ætas magis ad hæc utenda idonea eſt.

Idem in Andr. prolog. verſ. 5.

Nam in prologis ſcribendis operam abutitur.

Nec debuerunt quidquam mutare qui Terentium ediderunt, tametſi ſcripti codices, ut ipſi aiunt, habeant *operâ*. Flavius Soſipater lib. V. *Utor hâc re*, *nos dicimus: apud veteres autem & utor hanc rem dictum eſt.* Veteres etiam dixerunt: fruitus ſum illam rem, non fruitus ſum illa re, ut ait Caper de Ortographiâ.

Vulgaris ſubſtitutio: vulgaris modus legandi, *l.* 4. *D. de dote præleg. Vulgares actiones*, *l.* 1. & 2. *D. de præſer. verb. l.* 46. *de hered. inſtit. Vulgaris ſtipulatio. Græci ad l.* 1. *C. de rei uxor. action. Vulgaris cautio in legatis*, *l.* 114. §. 9. *de legat.* 1. *Vulgare pactum*, *l.* 4. *C. de pign. act. l.* 30. *de pact. dotalib. Vulgaris formula*, *l.* 42. *de furt. Vulgaris clauſula*, *l.* 30. *de legat.* 1.

D. Gothofredus publicavit ann. 1602. cum Auctoribus linguæ Latinæ, aliud quoddam Gloſſarium P. Pithœi ſub hoc tit. EXCERPTA PYTHOENA EX VETERIBUS GLOSSIS.

VII.

VIE
DE P. RUTILIUS RUFUS,
JURISCONSULTE STOÏCIEN,
ET LE
SOCRATE ROMAIN,
PAR
ANTOINE LOISEL,
AVOCAT EN PARLEMENT.

Digitized by Google

A
MONSIEUR
LE
FEVRE.

MONSIEUR, ayant autrefois pris plaiſir à la lecture de ce qui a eſté remarqué par les Aucteurs Grecs & Romains de P. Rutilius Rufus, je fus ſoigneux d'en recueillir une ſi grande partie, que j'en dreſſay comme une eſpece de vie, laquelle je vous envoyay alors. L'eſtime que vous me teſmoignaſtes par vos lettres que vous en faiſiez; & le contentement ſingulier que je prens en l'admiration des perfections d'un ſi grand Perſonnage, m'ont obligé de repaſſer par deſſus ceque j'avois premierement ébauché, & de vous le renvoyer un peu plus paré qu'il n'eſtoit. Que ſi je vous l'addreſſe pluſtoſt qu'à aucun autre; c'eſt que je ne cognois perſonne en noſtre ſiecle, qui approche ſi près, que vous faites, des vertus de ce Romain. De ſorte que ce n'eſt pas ſans raiſon que vous avez eſté choiſi pour l'inſtitution des mœurs, non ſeulement de M. le Prince de Condé, premier Prince du ſang, mais auſſi en ſa perſonne, d'une grande partie des hommes de la France, ainſi que diſoit le Roi Antigonus eſcrivant a Zenon le Stoicque. Vous avez rendu en l'exercice de cette charge, tant de preuves de voſtre integrité, prudence & erudition, que nous vous pouvons donner à bon droit l'eloge de ce Marcellus, Precepteur de l'Empereur Arcadius, dont parle Suidas Κόσμος τῆς ἀρετῆς ἁπάσης, ou Ἀρετή τις ἔμψυχος, *le monde, ou l'ornement de toute vertu*, ou bien, *la vertu meſme vivante & animée.* Je vous ſupplie donc de prendre derechef la peine de relire ce petit ouvrage, & d'en faire voſtre ſecond & dernier jugement. Cependant je prie Dieu qu'il vous donne en ſanté bonne & longue vie.

ANT. LOISEL.

A Paris en l'Année 1600.

VIE

VIE
DE P. RUTILIUS RUFUS
JURISCONSULTE STOÏCIEN, ET LE SOCRATE ROMAIN.

VEu que les Romains & les Grecs qui ont veſcu ſous leur Empire, ont eſté ſi ſoigneux de mettre par eſcrit les vies des hommes excellens d'entre eux, je me ſuis autrefois étonné, comme ils avoient oublie P. Rutilius Rufus; car apres avoir bien penſé à ce que j'en ay leu çà & là, je ſuis demeuré perſuadé que c'eſtoit un des plus grands Perſonnages, non ſeulement de ſon temps, mais qui ait jamais eſté entre les Romains, & conſequemment de tous les hommes du monde; tenant ces vers pour tres-veritables,

Cive (*) Romano per orbem nemo vivit juſtius.
Quippe malim unum Catonem; quàm trecentos Socratas.

Toutesfois je ne me ſuis pas pluſtoſt ſouvenu de ce que Tacite nous teſmoigne en la vie de Julius Agricola, que Rutilius avoit luy meſme eſcrit pluſieurs livres de ſa vie; que je me ſuis imaginé, que comme il avoit parlé de luy-meſme tres-rondement & tres-veritablement: auſſi perſonne n'avoit depuis oſé entreprendre de mettre la main à la plume pour travailler apres luy ſur le meſme ſujet. Mais cette piece eſtant perduë par l'injure du temps, & ne nous reſtant rien de luy, que ce qui en eſt eſpars en pluſieurs Aucteurs; j'ay pris plaiſir à le r'amaſſer piece à piece & eſſayé de luy dreſſer ce dernier monument dix-ſept cens ans après ſa mort.

Je trouve donc que P. Rutilius Rufus Romain eſtoit de la noble & ancienne race des Rutiliens, dont la maiſon a donné pluſieurs Conſuls à la ville de Rome, & entre autres celuy qui fut tué en la guerre des Italiens, comme eſcrivent Vell. Paterculus au liv. 2. Florus au liv. 3. ch. 18. de leurs Hiſtoires, & Appian en ſon prem. liv. des guerres civiles; duquel auſſi Ciceron fait mention en ſon prem. liv. de la Divination. Il fut fils de M. Rutilius, & frere de Lucius Rutilius; & de Rutilia mere de Caius Cotta, dont il ſera parlé cy-apres. Dés ſa jeuneſſe il acquit la cognoiſſance des lettres Grecques, qui n'eſtoient lors entenduës que de peu de gens, & pareillement de la Philoſophie; & cela tant ſous Panætius, qui tenoit le premier rang entre les Stoiciens Romains, que dans la hantiſe & frequentation ordinaire de Poſſidonius ſon compagnon d'eſchole. Quant à la ſcience de droict, il s'en inſtruiſit ſemblablement dans la converſation familiere de Q. Mutius Scævola, le premier Juriſconſulte de ſon temps: car Ciceron en parle ainſi au 2. liv. de ſes Offices. P. Rutilii adoleſcentiam, ad opinionem & innocentiæ, & juris ſcientiæ, P. Mutii commendavit domus; *qui eſt une des premieres leçons que les jeunes gens doivent apprendre pour ſe duire à la vacation à laquelle ils ſe deſtinent. Auſſi j'en fais ici mention tout exprés, afin qu'on en face plus de compte, & que les jeunes hommes s'accouſtument à frequenter, deviſer & conferer ſouvent, & le plus familierement qu'ils pourront, avec ceux auſquels ils deſireront reſſembler.*

Or comme la jeuneſſe Romaine ne s'appliquoit pas tellement aux lettres, quelle ne s'appliquaſt encore avec plus de ſoin au maniment des armes, ou que du moins elle faiſoit une eſgalle profeſſion des deux: auſſi-toſt qu'il fut en aage de les porter, il ſuivit P. Scipion qui eſtoit lors (par la confeſſion meſme de Hannibal ſon ennemy) le plus grand Capitaine, ou General d'armée de tout le monde; & ayant commandé ſous luy à mille Legionaires, il rédigea ſes faicts & proüeſſes par eſcrit, ainſi que Suidas le rapporte d'Appian, en ces mots. Ρουτίλιος Ρούφος, &c. Rutilius Rufus (*) tempore Scipionis fuit, qui cum ipſo militavit. Conſcripſit res tùnc geſtas. Et tunc fuit Tribunus militum, ut ait Appianus in Romanâ hiſtoriâ. *Depuis il fut Tribun du peuple, ſans avoir eſté Ædile: & pendant ſon Tribunat, il fut cauſe de ce jugement tant renommé & celebré par Ciceron en ſon premier livre de l'Orateur qui merite d'eſtre icy repreſenté.* C. Mancinum nobiliſſimum atque optimum virum ac Conſularem, cùm propter invidiam Numantini fœderis Paterpatratus ex Senatuſconſulto Numantinis dedidiſſet, eumque illi non recepiſſent, poſteaque Mancinus domum reveniſſet, neque in Senatum introire dubitaſſet, P. Rutilius M. Filius Tribunus plebis, de Senatu juſſit educi, quòd eum civem negaret eſſe: quia memoria ſic eſſet proditum, quem pater ſuus, aut populus vendidiſſet, aut Paterpatratus dedidiſſet, ei nullum eſſe poſtliminium: *ce qui eſt ſuivy & confirmé par nos Juriſconſultes modernes en la loy 4. au Dig.* de captivis, & poſtliminio reverſis, *& en la loy derniere* de legationibus. *D'ailleurs nous liſons en la Divination de Ciceron contre Verres, qu'il fut ayde & ſouſcrivant avec P. Lentulus, en l'accuſation du crime de peculat contre M. Aquilius. Voire meſme il oſa attaquer & accuſer Tib. Gracchus & C. Claudius Cenſeurs du crime de perduellion, ou leze-Majeſté, comme eſcrit Valere Maxime liv. 6. chap. 5. Enfin c'eſt encore en la meſme qualité qu'il fut Aucteur de la loy que rapporte Feſtus en ces mots,* Rufuli, appellabantur Tribuni Militum, quos Conſul faciebat, non populus: de quorum jure, quòd Rutilius Rufus legem tulerat, Rufuli ac poſt Rutuli appellati ſunt.

Je ne ſçay pas s'il fut Preteur non plus qu'Ædile, ny ſi ce fut luy qui introduiſit l'Edict de operis & ſocietate bonorum liberti, *dont il eſt fait mention au §. 1. de la loy prem. au Dig.* de bonis libertorum: *mais il eſt bien certain qu'il fut creé Conſul avec C. Mallius (†) l'an de Rome* DC. XLVIII. *& ce principallement à la recommandation de Scipion, ainſi que nous apprenons du liv. de l'amitié de Ciceron. Pendant ſon Conſulat, il introduiſit en la diſcipline militaire ce que perſonne n'avoit fait auparavant luy, qui eſt d'apprendre aux ſoldats & Legionaires Romains à tirer des armes.* Armorum tractandorum meditatio, *dit Valere liv. 2. ch. 1.* à P. Rutilio Conſule Cn. Mallii collegâ militibus eſt tradita. Is enim nullius ante ſe Imperatoris exemplum ſecutus, ex ludo C. Aurelii Scauri doctoribus gladiatorum accerſitus, vitandi atque inferendi ictus ſubtiliorem rationem legionibus ingeneravit, virtutemque arti, & rurſus artem virtuti immiſcuit; ut illa impetu hujus fortior, hæc illius ſcientia cautior fieret. *Il fut*

Lieutenant

(*) Lipſe en ſon 4. liv. *de magnitudine Rom.* ch. 5. dit que ces vers *ſunt incerti, ſed Romani Scriptoris.*

(*) Cette verſion a eſté icy inſerée au lieu du Grec de Suidas, & a eſte priſe de l'interpretation de Æm. Portus, dans l'édition de Geneve de l'année 1619.

(†) Julius Obſequens, & Caſſiodore l'appellent Manilius, mais mal, comme remarque M. I. Bertrand Preſident de Toulouſe, livre 1, de ſon Bionomicon, en la vie de ce JC. d'autres encores l'appellent Manlius.

Lieutenant de Metellus en la bataille qu'il livra à Jugurtha, en laquelle il deſit Bamilcar chef des Elephans, & fut choiſi par le meſme Metellus pour remettre ſon armée entre les mains de Marius, ainſi que Saluſte le raconte en la guerre de Jugurtha, & Plutarque en la vie de Marius.

Si noſtre Pomponius merite d'en eſtre creu au §. 40. *de la loy deux.* de origine juris, *il fut depuis Proconſul en Aſie:* ab his profecti ſunt, *dit-il*, P. Rutilius Rufus qui Conſul Romæ, & Aſiæ Proconſul fuit. *Mais ce qui eſt capable de faire doubter de la qualité de l'employ qu'il eut en cette Province-là, & du rang auquel il l'exerça: c'eſt ce que dit Aſconius Pedianus ſur la Divination de Ciceron* in Verrem, *qu'il y fut Queſteur: & l'Auteur de l'Epitome de Tite-Live au liv.* 70. *dit qu'il y fut Lieutenant du Proconſul,* Legatus Proconſulis; *ſi ce n'eſt toutesfois qu'il y euſt exercé ces trois charges là en divers temps. Tant y a que ce fut en un temps auquel l'Aſie eſtoit extremement affligée par les exactions & pilleries des publicains ou partiſans; & il s'oppoſa ſi vertueuſement à ces deſordres là, qu'il encourut l'indignation & l'envie de la nobleſſe & Chevalerie Romaine: ſi bien que pendant les quereles & diviſions d'entre le Senat d'une part, & les Chevaliers & le peuple d'autre, pour le faict & reglement des jugemens, ils luy firent faire ſon procez ſous pretexte de ſon pretendu mauvais gouvernement. Voicy les termes de l'Epitome de Tite-Live,* P. Rutilius, vir ſummæ innocentiæ, quoniam Legatus C. Marii Proconſulis à publicanorum injuriis Aſiam defenderat, invitus Equeſtri ordini, penès quem judicia erant, repetundarum damnatus, in exilium miſſus eſt; *où Conradus, Sigonius & Aſconius ſur l'une des oraiſons de Ciceron liſent* Q. Mutii *au lieu de* C. Marii. *Surquoy eſt à noter ce que P. Victorius homme de tres-exacte literature, & qui a eſté ſoigneux de s'enquerir de noſtre Rutilius, a remarqué d'Athenée, que ce fut un Apicius parent de ce grand gourmand tant renommé, qui l'accuſa; accuſateur certes tres digne de la vertu & intégrité de l'accuſé. Neantmoins il fut encores une autrefois accuſé du crime d'ambition par M. Æmylius Scaurus, ainſi qu'il ſe lit en deux lieux de Ciceron qui en fait un aſſez plaiſant conte au 2. liv. de l'Orat. en ces mots,* Cùm Scaurus accuſaret Rutilium ambitûs, cùm ipſe Conſul factus eſſet, ille repulſam tuliſſet, & in ejus tabulis oſtenderet literas A. F. P. R. idque diceret eſſe, Actum fide P. Rutilii: Rutilius autem, Antè factum, pòſt relatum: C. Cannius Eques Romanus, cùm Rufo adeſſet, exclamat neutrum illis literis declarari. Quid ergo? inquit Scaurus. Æmylius fecit, plectitur Rutilius; *& ce, d'autant que Scaurus ayant premierement eſté accuſé de ce crime par Rutilius, & abſous par menées & factions, Scaurus l'en accuſa luy-meſme par apres. Mais toutes les fois que les Auteurs touchent quelque choſe de ces deux accuſations & condemnations; les uns ſemblent en rougir de honte, & les autres en parlent avec un ſi grand honneur du condamné, qu'ils font, par maniere de dire, le procez à tout le peuple, & au Senat Romain; & font, comme faire amende honorable par ceux qui le condamnerent. Ce qu'ils en ont eſcrit merite d'eſtre recueilly en cet endroit: & premierement Ciceron és fragments de l'oraiſon pour M. Æmylius Scaurus en parle ainſi,* Cùm judicia penès Equeſtrem ordinem eſſent, & P. Rutilio damnato, nemo tàm innocens videretur, ut non timeret illa &c. *& pour M. Fonteius,* P. Rutilius, qui etſi damnatus eſt, mihi videtur tamen inter viros optimos & innocentiſſimos eſſe numerandus. Ille igitur ipſe homo ſanctiſſimus & temperantiſſimus multa audivit in ſuâ cauſâ, quæ, &c. *& contre Piſon,* damnatio iſta, quæ in te flagitatur, obtigit P. Rutilio: quod ſpecimen habuit hæc civitas innocentiæ: major mihi Judicum, & Reip. pœna illa viſa eſt, quam Rutilii, *& au 3. liv. de la nature des Dieux, Cotta exagerant le peu de ſoin que les Dieux ont des affaires humaines, dit,* Cur avunculus meus vir innocentiſſimus, P. Rutilius in exilio eſt? *à l'exemple dequoy Minucius Felix en ſon dialogue intitulé Octavius, introduit le payen Cæcilius, niant la providence de Dieu, en partie pour ce ſujet; voicy ſes mots,* Si mundus divinâ providentiâ, & alicujus numinis auctoritate regeretur, numquàm mererentur Phalaris & Dionyſius regnum numquàm Rutilius & Camillus exilium: numquàm Socrates venenum. *Velleius Paterculus au 2. liv. de ſon Hiſt, ch.* 13. *le dit ainſi.* Cùm M. Livius Druſus Senatus priſcum reſtituere cuperet decus; & judicia ab Equitibus ad eum transferre ordinem, (quippe eam poteſtatem nacti Equites, Gracchanis legibus cùm in multos clariſſimos ſæviſſent, tùm P. Rutilium, non ſæculi ſui, ſed omnis ævi optimum, interrogatum lege repetundarum, maximo cum gemitu civitatis damnaverant.) &c. *Et Florus comme il eſt elegant en ſon parler, faiſant par maniere de dire le procez à tout le peuple & au Senat Romain, eſcrit au liv.* 3. *de ſon Epitome ch.* 17. Senatus exilio Metelli, damnatione Rutilii debilitatus, omne decus Majeſtatis amiſerat.

Tant y a qu'ils conviennent tous en ce poinct, que s'il euſt voulu s'aider le moins du monde, jamais cet accident ne luy fuſt advenu. Mais il eſtoit de ſi grand cœur, & ſe ſentoit ſi innocent en ſa conſcience, qu'il ne daigna jamais ſe defendre. Ciceron deſcrit cela excellemment au 1. liv. de l'Orateur, où Craſſus ayant diſputé de la force de l'eloquence, & des moyens qu'il faut quelquesfois pratiquer pour obtenir la faveur d'un peuple, Antoine dit que Rutilius s'en mocquoit; ſouſtenant que c'eſtoit choſe indigne d'un homme de bien & de vertu, de s'aider de ces moyens. Hæc P. Rutilius Rufus, *dit-il*, homo doctus, & Philoſophiæ deditus, &c. valdè vituperabat, & huic humilitati dicebat vel exilium fuiſſe, vel mortem anteponendam. Neque verò hoc ſolùm dixit, ſed ipſe & ſenſit & fecit. Nam cùm eſſet ille exemplum, ut ſcitis, innocentiæ; cùmque illo nemo neque integrior eſſet in civitate, neque ſanctior, non modò ſupplex Judicibus eſſe noluit, ſed ne ornatiùs quidem, aut liberiùs cauſam dici ſuam, quàm ſimplex ratio veritatis ferebat: paulum huic Cottæ tribuit partium diſertiſſimo adoleſcenti ſororis ſuæ filio. Dixit item cauſam illam quâdam ex parte Q. Mutius more ſuo, nullo apparatu, purè & dilucidè. Quòd ſi tu tunc, Craſſe, dixiſſes, qui ſubſidium Oratori ex illis diſputationibus, quibus Philoſophi utuntur, ad docendi copiam petendum eſſe paulò antè dicebas: & ſi tibi pro P. Rutilio, non Philoſophorum more, ſed tuo licuiſſet dicere; quamvis ſcelerati illi fuiſſent, ſicuti fuerunt peſtiferi cives, ſupplicióque digni: tamen omnem eorum importunitatem ex intimis mentibus evelliſſet vis orationis tuæ. Nunc talis vir amiſſus eſt, dum cauſa ità dicitur, ut ſi in illâ commentitiâ Platonis civitate res ageretur. Nemo ingemuit, nemo inclamavit patronorum, nihil cuiquam doluit, nemo eſt queſtus, nemo Remp. imploravit, nemo ſupplicavit. Quid multa? pedem nemo in illo judicio ſupploſit; credo, ne Stoicis renunciaretur. Imitatus eſt homo Romanus, & Conſularis veterem illum Socratem, qui, cùm omnium ſapientiſſimus eſſet, ſanctiſſiméque vixiſſet, ità in judicio capitis pro ſe ipſe dixit, ut non ſupplex aut reus, ſed ut magiſter aut dominus videretur eſſe Judicum. *Et en ſon Brutus*, Cum Scaurus & Rutilius unà Conſulatum petiiſſent, non ille ſolum qui repulſam tulerat, accuſavit ambitûs deſignatum competitorem, ſed Scaurus etiam abſolutus, Rutilium in judicium vocavit; multâque operâ, multaque induſtriâ Rutilius fuit, quæ erat propterea gravior, quòd idem magnum munus de jure reſpondendi ſuſtinebat. *Et puis apres*, quamquàm innocentiſſimus in judicium vocatus eſſet (quo judicio convulſam peni-

tus

tùs ſcimus eſſe Remp.) cùm eſſent eo tempore eloquentiſſimi viri C. Craſſus & M. Antonius Conſulares, eorum adhibere neutrum voluit; dixit ipſe pro ſeſe, & pauca C. Cotta, quòd ſororis erat filius, &c.

Jay, d'autant plus volontiers tranſcrit cecy tout au long, que l'on y voit le naturel de noſtre Rutilius peint au vif, & la comparaiſon formelle de luy avec Socrate. Que ſi quelqu'un le veut encore mieux comprendre, qu'il prenne la peine, ou pluſtoſt le plaiſir de conferer ce paſſage-là, avec ce que Platon, Xenophon, & les autres ont eſcript de la defenſe ou Apologie de Socrate; il trouvera qu'il n'y auroit qu'à changer ſeulement un nom, pour leur appliquer fort juſtement ces vers de Martial.

Si Romana forent hæc Socratis ora: fuiſſent,
Publius in ſeptis qualia Rufus habet. (*)

Jadjouſterois encores volontiers icy l'eſtime & les diſcours, que le meſme Ciceron en faict, tant au 3. liv. de la nature des Dieux, ſous la perſonne de Cotta ſon nepveu, que depuis luy-meſme en ſon Brutus, où il raconte une partie de ce qui a eſté dit cy deſſus: mais il y en a un autre au 6. liv. de Valere-Maxime ch. 4. qui me ſemble ne devoir pas eſtre obmis, P. Rutilius, *dit-il*, magis ordinum diſſentione, quàm ullâ culpâ ſuâ reus factus nec obſoletam veſtem induit, nec inſignia Senatoris depoſuit, nec ſupplices ad genua Judicum manus tetendit, nec dixit quidquam ſplendore preteritorum annorum humilius; effecitque ut periculum illud, non impedimentum gravitatis ejus eſſet, ſed experimentum.

Au ſurplus il y eut trois choſes ſingulieres & remarquables en ſon exil; La premiere que les villes d'Aſie par où il paſſa, luy firent de ſi grands honneurs que les entrées qu'il y faiſoit, reſembloient pluſtoſt à des triomphes, qu'au refuge ou au paſſage d'un banny: ce que Valere-Maxime recitant en ſon 2. liv. ch. 5. s'eſcrie de cette façon. Quid damnatione, quid exilio miſerius? Atqui P. Rutilio conſpiratione publicanorum perculſo auctoritatem adimere non valuerunt: cui Aſiam petenti omnes provinciæ illius civitates, legatos, ejus ſeceſſum opperientes, obviàm miſerunt. Exulare aliquis hoc loco, an triumphare juſtiùs dixerit? *La ſeconde, que pendant ce temps il fut tant honoré par les Smyrnéens, où il s'eſtoit arreſté, qu'ils le firent leur citoyen, ainſi qu'il ſe lit tant en l'oraiſon de Ciceron* pro L. Cornelio Balbo, *qu'au 4. liv des Annales de Tacite ch. 43. & dans les vers d'Ovide que nous rapporterons cy-apres. Et la troiſieſme, que quoy qu'il luy fuſt loiſible de retourner à Rome, toutesfois il meſpriſa auſſi bravement le r'appel de ſon ban qu'il avoit vertueuſement ſupporté ſon banniſſement: Valere Maxime, Seneque & Quintilian nous le teſmoignent ainſi; Valere Maxime au l. 6. ch. 4. que nous avons cy-deſſus allegué*, Atque etiam cùm ei reditum in patriam Syllana victoria præſtaret, in exilio, ne quid contrà leges faceret, remanſit. Quapropter Felicis cognomen juſtiùs quis moribus graviſſimi viri, quàm impotentis armis aſſignaverit. Quod quidem Sylla rapuit, Rutilius meruit, *Seneque au ch. 37. du liv. 6. des Bienfaicts*, Rutilius noſter animoſiùs, quàm Calliſtratus. Cùm enim quidam illum conſolaretur, & diceret inſtare arma civilia: brevi futurum, ut omnes exules reverterentur: Quid tibi, inquit, mali feci, ut mihi pejorem reditum, quàm exitum optares? Malo ut patria exilio meo erubeſcat, quàm reditu mœreat. Non eſt iſtud exilium, cujus neminem non magis, quàm damnatum pudet. *& en la 24. de ſes Epiſtres*, Damnationem ſuam Rutilius ſic tulit; tanquam nihil illi moleſtum eſſet aliud, quàm quòd male judicaretur. Exilium Metellus fortiter tulit, Rutilius etiam libenter; alter: ut rediret, Reipub. præſtitit; alter reditum ſuum Syllæ negavit, cui nihil tunc negabatur; *& finalement au livre de la Providence ch. 3.* Infelix eſt Rutilius quòd qui illum damnaverunt, cauſam dicent omnibus ſæculis? quod æquiore animo paſſus eſt ſe patriæ eripi, quam ſibi exilium? quod Syllæ Dictatori ſolus aliquid negavit, & revocatus non tantùm retrò ceſſit, ſed longius fugit? viderint, inquit, hoc iſti, quos Romæ deprehendit felicitas tua; videant, largum in foro ſanguinem, &c. *Quintilian au l. 11. de ſes Inſtit. Oratoires.* Niſi fortè P. Rutilius, vel cùm illo penè Socratico genere defenſionis eſt uſus, vel cùm revocante eum P. Syllà manere in exilio maluit, quid ſibi maximè conduceret, neſciebat. *De meſme & avant ces trois, Ovide au 1. liv.* de Ponto *Elegie* 4.

Et grave magnanimi robur mirare Rutili,
Non uſi reditûs conditione dati.
Smyrna virum tenuit, non Pontus, & hoſtica
tellus.

En ſomme il ſe recueille de tous ces paſſages, que la honte & vergongne de ſon banniſſement ne tomba point ſur luy, mais ſur ceux qui le condamnerent; & qu'il fut perpetuellement accompagné de cette magnanimité de courage qui lui eſtant naturelle, s'eſtoit roidie & augmentée par l'inſtruction de la Philoſophie, qui le rendoit content de ſoy-meſme, & aſſeuré par tout, & en quelque lieu qu'il ſe rencontraſt. Ce qui fut bien capable de luy aider à ſe conſoler en cette diſgrace, c'eſt le ſecours, & la conſolation de la compagnie du Philoſophe & Rheteur Aurelius Opilius; car la profeſſion qu'il faiſoit alors des lettres à Rome, luy ayant donné entrée en la cognoiſſance d'un tel Seigneur, il ne voulut point l'abandonner, ſed dimiſſâ ſcholâ, P. Rutilium Rufum damnatum in Aſiam ſecutus, ibidem Smyrnæ ſimulque conſenuit, compoſuitque variæ eruditionis aliquot volumina, *ainſi que nous liſons au livre des Grammairiens de Suetone; & c'eſt de celuy-là que Symmachus ſe doit entendre en l'epiſt. 14. de ſon 1. liv. où au lieu d'Opillo, il faut lire* Opilio. *Il y a grande apparence que noſtre Rutilius employa lors le loiſir que luy donna ſon exil, d'eſcrire, tant une partie de ſa vie, que ſes oraiſons, & l'Hiſtoire Romaine celebrée & alleguée par Velleius Paterculus, Tacite, Athenée, & Soſipater. Et c'eſt poſſible de luy qu'eſt cet eſchantillon rapporté par Aulu-Gelle liv. 7. ch. 14.* Violenta & rapida Carneades dicebat, ſcita & teretia Critolaus, modeſta Diogenes, & ſobria; *au moins s'il avoit eſcrit en latin; car Athenée liv. 4. dit, qu'il eſcrivit l'Hiſtoire Romaine en langage Grec. Il ne faut pas oublier, que pendant le temps de ſon banniſſement, il eſtoit viſité de tous les Grands, qui paſſoient, à Smyrne. Ciceron entre les autres ne manqua pas de luy rendre cet honneur, & il prend bien la peine d'eſcrire en ſon Brutus un compte qu'il entendit de luy, de l'honneur que Lælius fit à Galba, & de la profonde meditation où ſe plongeoit le meſme Galba, quand il eſtoit chargé de parler de quelque affaire d'importance. Le peril auquel il ſe trouva expoſé durant ſon exil, & la prudence avec laquelle il s'en garentit, ſont notables. Chacun ſçait la conjuration que le Roy Mithridate avoit ſecretement braſſée en ce temps-là contre les citoyens Romains, eſpars par les villes d'Aſie, & comme en un jour il en fit maſſacrer trente mille. Mais le bon homme ſe trouvant lors à Mitylene ne fit point difficulté de changer d'habit, c'eſt à dire de quitter la robe ou toge Romaine, & de prendre le manteau à la Grecque; voicy comme en parle Ciceron en l'oraiſon pour C. Rabirius Poſthumus*, Facilius certe P. Rutilium Rufum neceſſitatis excuſatio defendit, qui cum a Mithridate Mytilenis oppreſſus eſſet, crudelitatem Regis in togatos, veſtitûs mutatione vitavit. Ergo ille P. Rutilius, qui documentum

(*) Liv. 10. Epigr. 99.

cumentum fuit hominibus noſtris virtutis, antiquitatis, prudentiæ, Conſularis homo, ſoccos habuit, & pallium; nec vero id homini tum quiſquam, ſed tempori aſſignandum putavit. *Pour le dernier poinct je diray que l'authorité de ce Perſonnage fut ſi grande, & pendant ſa vie, & apres ſa mort, que chacun faiſoit eſtat, & tenoit quaſi pour oracle, ce qu'il avoit fait, dit ou eſcrit. Car outre que nous liſons en Ciceron, que Lucilius redoubtoit en ſes eſcrits le jugement de Rutilius, Auguſte luy fit bien cet bonneur que voulant auctoriſer les deſſeins qu'il avoit d'embellir la ville de Rome, il recita luy-meſme quelques oraiſons de Rutilius, & particulierement celle qu'il avoit faite* de modo ædificiorum, *ainſi que Suetone r'apporte en ſa vie. Et Ciceron voulant donner plus de poix aux diſcours de ſa Republique, le fit l'un de ſes Interlocuteurs. Auſſi toutesfois & quantes qu'il rencontre l'occaſion d'en faire quelque conte, il ne manque jamais de l'embraſſer. L'on ne peut oublier, ſans faire tort à ſa mémoire, la ſévere & hardie reſponſe qu'il fit à un traict de flatterie, qui eſtoit eſchappé à M. Craſſus, en defendant la cauſe du Senat devant le peuple, rapporté par Ciceron au liv. 1.* de Oratore, *& au 6. de ſes Paradoxes: car M. Craſſus ayant uſé de ces termes,* Nolite ſinere nos cuiquam ſervire, niſi vobis univerſis, quibus & poſſumus & debemus: *Rutilius dit au contraire,* Hæc non tantùm parum commodè, ſed etiam turpiter & flagitioſe dicta eſſe, *d'autant qu'encores que le peuple fuſt ſouverain, & maiſtre de l'Eſtat, toutesfois, puis qu'il s'eſtoit commis à la conduite & gouvernement du Senat, le mot* de ſervire *eſtoit mal ſeant à ce propos. Et l'Apophtegme r'apporté de luy par Valere Maxime en ſon liv. 6. ch. 4. eſt ſingulier,* Cùm amici cujuſdam injuſtæ rogationi reſiſteret, atque is per ſummam indignationem dixiſſet: Quid ergò mihi opus eſt amicitiâ tuâ, ſi quod rogo non facis? Imò reſpondit, quid mihi tuâ, ſi propter te aliquid inhoneſtè facturus ſum? *Comme auſſi cette comparaiſon r'apportée par Ciceron au 3. liv. des Offices eſt de luy,* Ut nemo pictor eſt invectus qui Coæ Veneris eam partem, quam Apelles inchoatam reliquiſſet, abſolveret, (oris enim pulchritudo reliqui corporis imitandi ſpem auferebat;) ſic ea quæ Panætius prætermiſiſſet, & non perfeciſſet, propter eorum quæ perfeciſſet, præſtantiam, neminem eſſe perſecutum. *Bref il n'y a rien de ce grand homme, qui n'ait eſté recueilly & remarqué, comme très-ſage, tres-vertueux, & bien ſeant. La ſeule choſe que quelques-uns ont trouvée à redire en luy, c'eſt qu'il eſtoit un peu trop entier en ſon opinion, & que* verſabatur in quodam triſti & ſevero genere dicendi, *ne ſe ſouciant pas beaucoup de bien dire. Mais outre qu'ils diſent qu'il eſtoit d'un naturel aſpre & vehement, il y eſtoit encores plus confirmé par la doctrine des Stoïques, & par la profeſſion de la Juriſprudence, qui rendent ordinairement les hommes plus libres: joint l'inſtruction qu'il en avoit puiſée dans la diſcipline domeſtique. Car nous liſons meſme de ſa ſœur Rutilia, qu'elle eut le courage & la vertu de ſe bannir volontairement, pour faire compagnie à ſon fils* C. Cotta, *lors qu'il fut pareillement exilé de Rome, ainſi que r'apporte Seneque en ſon livre de la Conſolation à Helvia ſa mere ch. 16. Il avoit eſpouſé Livia, dont Pline eſcrit cecy de ſingulier au liv. 7. de ſon Hiſt. natur. ch. 48. qu'elle veſquit juſques à l'aage de quatre-vingt-dix-ſept ans.*

Or ſi ce qui s'eſcrit de la cauſe de la mort de noſtre Rutilius eſt veritable, elle fut aſſez eſtrange: car Ciceron au 4. liv. de ſes Tuſculanes, & Pline au ch. 36. de ſon 7. liv. rapportent que cet homme, qui eſtoit ſi vertueux à ſupporter les adverſitez de ſa mauvaiſe fortune, ſe laiſſa emporter au deſplaiſir qu'il receut de la diſgrace de ſon frere Lucius, cujus tam ægrè tuliſſe fertur repulſam Conſulatus, ut eam ob cauſam à vitâ receſſerit, *ainſi que rapporte Ciceron de Fannius au 4. de ſes Tuſculanes, & Pline en ſon 7. liv. ch. 36. & toutesfois ne nous auroit pas tant donné en cela une exemple de l'infirmité humaine, que d'une inſigne pieté fraternelle.*

Il laiſſa apres ſon decez les livres, dont nous avons cy-deſſus fait mention, que le temps nous a enviez: mais encores Juſtinian nous a-t'il ſauvé trois de ſes deciſions qui ſont notables, l'une en la loy Si habitatio 10. §. utrum 3. D. de uſu & habitatione, *où il decide,* Habitatione relictâ, non unius anni, ſed donec quis vivat, habitationem competere; *l'autre en la loy* 3. Qui penum. §. ligna 9. D. de penu legatâ. Ligna & carbones, quæ non vendendi causâ parata ſunt, legato contineri, *& la troiſieſme eſt,* Si arbor alienis ædibus impendeat, non modò id quod ſuper ædes excurrit, ſed etiam ex ſtirpe arborem exſcindendam l. 1. §. 2. D. de arboribus cædendis. *En chacune deſquelles on luy a porté ce reſpect, que l'on a en tout & partout ſuivy ſon opinion contre l'advis des autres Juriſconſultes, comme en effect, noſtre Pomponius luy donne un rang tres-honorable.*

Le principal de ſon bien, fut une maiſon qu'il avoit in Formiano, *qui fut confiſquée par ſon banniſſement, de laquelle C. Cotta ſon nepveu ne fait pas grande eſtime, quand il en parle au 3. liv. de la nature des Dieux de Ciceron.*

Voilà tout ce que j'ay pû trouver de la vie de ce grand Perſonnage. Je deſire que ceux qui en ſçavent d'avantage, le communiquent au public; car tout merite d'eſtre remarqué, meſme ce que Gaſpar Schoppius a eſſayé de faire en l'une de ſes epiſtres, alleguant & remettant ce paſſage de Diomede Grammairien, Publ. Rutilius de vitâ ſuâ, Quod ſi me invitum abire ſiviſſet, &c.

Pour clorre ces obſervations, je ne puis endurer que ce nom ſoit donné à un farceur ou joüer de comedies dont il eſt fait mention en Ciceron au 1. liv. de ſes Offices. Car au lieu que les exemplaires imprimez portent, ſemper Rutilius quem ego memini, Antiopiam, &c. *il faut lire Rupilius* (*) *conformement aux livres eſcrits à la main. Ce n'eſt pas à dire que nous n'en trouvions d'autres de ce nom dans les Anciens. Appian en ſon 1. liv. des guerres civiles, & Oroſe au 5. liv. de ſon Hiſtoire chap. 18. font mention d'un P. Rutilius Lupus, qui fut Conſul avec L. Ceſar l'an de Rome DCLXIII. Juvenal parle d'un Rutilius Gallicus P. V. Ulpian en la loy* 1. de veteri jure enucl. *d'un Rutilius Severus. Il y a encores une loy qui nous reſte d'un autre J. C. Rutilius Maximus ſur la loy Falcidie, qui eſt la* 125. de legat. 1. *L'Autheur de la Comedie moderne intitulée* Querolus *addreſſe ſon Ouvrage à un nommé Rutilius. Et enfin il nous reſte encore l'Itineraire* (†) *de Rutilius Numatianus qui vivoit ſous l'Emp. Honorius, ſans une infinité d'autres qui ſe liſent aux Faſtes Romains.*

DEpuis la compoſition faite par noſtre Autheur de la vie precedente, l'on a imprimé à Toulouſe en l'année 1617. *in* 4.° un livre intitulé, *Binomicon, ſive de Juriſperitis* compoſé par Meſſire Jean Bertrand Preſident au Parlement de Toulouſe, contenant les vies des anciens Juriſconſultes, ou eſt auſſi celle de P. Rutil. Rufus deſia citée en la Note qui eſt en la page 361. du preſent livre; laquelle vie mérite d'eſtre leuë & conferée avec celle-cy, contenant l'une & l'autre beaucoup de choſes communes, & auſſi quelque choſe de particulier.

(*) Auſſi a-t'il eſté ainſi corrigé dans l'edition de Leyden de l'année 1642.

(†) M. P. Pithou l'a fait imprimer dans ſon recueil intitulé *Poemata vetera*, &c.

NICOLAI

NICOLAI RIGALTII

DE LEGE

VENDITIONI DICTA

OBSERVATIO DUPLEX,

Ad Leg. Curabit Præſes, V. Cod. de action. empti.

EJUSDEM

DE MODO PROPOSITO FOENORI

OBSERVATIO,

Ad Conſtitutionem Regiam Anni M. DC. XLIII.

DE LEGE VENDITIONI DICTA

Ad l. Curabit Præſes. V. Cod. de Actionib. empti & vend.

OBSERVATIO I.

Diocletianus & Maxim. AA. Decimæ.

CUrabit Præſes provinciæ, emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit, partem precii quam penes ſe habet, cum uſuris reſtituere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis favor, licet nulla mora interceſſerit, generavit.

HUIC reſcripto Vivianus caſum ſic adſcribit. Minorem xxv. annis vendidiſſe prædium Sempronio: emptorem fructus percepiſſe, precii parte tantum ſoluta. Quo certe caſu, nulla ſuberat conſultandi materia, neque dubitandi, quin jure Sempronius cogi debuerit precii partem, quam penes ſe habebat, cum uſuris reſtituere; quia ſcilicet eodem tempore penes ſe habuit prædii fructus & precium. Quod æquitatis ratio, etiam in alio quam minore, non patitur, niſi aliter in ipſo contractu convenerit. Itaque vana eſt illa Viviani conjectura, & minime convenit Imperatoris reſcripto. Verba reſcripti ſatis arguunt, emptorem nactum eſſe poſſeſſionem, & fructus percepiſſe prius quam poſſeſſionis capiundæ dies cederet. Etenim *nanciſci* dicitur, qui alicujus rei ant juris fit compos præter ſpem, aut contra legem contractus. Puta: Titius Calendis Aprilibus vendidit prædium Sempronio, ea lege, ut in ipſo contractu dimidium precii ſolveret, reſiduum Calendis Decembribus proximis numeraret, quo die poſſeſſionem iniret. Sub ipſius Aprilis finem Titius moritur. Heres Decima, ſive Decimus, minor annis viginti quinque, Sempronio poſſeſſionem indulget in anteceſſum, exindeque Sempronius occaſiunem apiſcendæ poſſeſſionis nactus utitur fruitur prædio. Appetente autem die, pridie Cal. Decembres, cum reſiduam precii quantitatem, uti ſtipulante Titio convenerat, offerret, Decima poſcit uſuras, ſinge ſemeſtres, ratione fructuum anticipata poſſeſſione perceptorum. Sempronius negat, uſuras deberi pecuniæ condicta die abſque ulla mora perſolvendæ. Hæc figura cauſæ comprehenſa fuiſſe videtur libello, quem obtulit Decima Diocletiano. Et propoſitæ quæſtioni convenientiſſime reſcriptum eſt, compellendum à Præſide provinciæ emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit, partem precii, quam penes ſe habet, cum uſuris reſtituere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis favor, licet nulla mora interceſſerit, generavit. Ratio decidendi æquiſſima. Etenim fruſtra Sempronius pacti cum Titio initi formulam citabat, quam ipſe, anticipandæ poſſeſſionis occaſione arrepta deleverat. & merito contra pactum venditionis ad uſuras cogitur, qui contra pactum ad poſſeſſionem venit, non expectata die pacto conſtituta. Immo ſecundum pacti legem compellitur, quæ non aliam poſſeſſioni diem eſſe voluit, quam precio perficiendo. Nec eſt quod queri poſſit emptor præfeſtinari ſibi precii ſolvendi diem, quando ipſe diem poſſeſſionis adeundæ prævenerit. Denique in mora fuiſſe dicendus eſt, ex quo fructus ante cepit, quam precii reliqua diſſolvit Pro mora igitur uſuras fructuum vicarias præſtabit.

Longe diverſa fuit ratio cauſæ nuper in Senatu Mediomatricorum agitatæ, pro Cullecti cujuſdam liberis adverſus tutores, & pro tutoribus adverſus emptorem dimidiæ partis fundi Hordalis in Germanico limite præfecturæ Vicenſis. Hujuſce prædii partem dimidiam Collectus reliquerat ſenis portionibus pro numero liberorum indiviſe poſſidendam cum alio alterius tanti poſſeſſore. Tutores, Germanico tumultu jam circa hæc Franciæ finitima ſremente, pupillis ſuis cautum fore cenſuerant, ſi non injuſto precio pars illa prædii venderetur, uſuris pecuniæ, ſecundum provinciæ morem, fundi proventum ampliſſime ſuperaturis. Adeunt magiſtratum Vicenſem. Is auctoritatem uſurpabat prope ſupremam. Aperiunt quid conſilii pro pupillis ceperint, & convocati agnatos atque gentiles poſtulant. Ex eorum ſententia pars illa dimidia prædii licitantium calori permittitur: adjecta quæ emptorem alliceret conditione, precii quatuor intra proximum triennium portionibus æquis perſolvendi. Haſta proponitur. Auctiones fiunt ad quadraginta millia librarum Barrenſium. Nemine ſupra licente, cum inſtaret decretoriæ vocis momentum, Hillemeres adjicit ſena millia librarum & quadringentas. Huic igitur ut poſtremo ac ſupremo licitatori dimidium fundi Hordalis addicitur. Is continuo quartam precii partem ſolvit tutoribus; dein alias dicta die ſingulas adnumerat. Apochas ſive Securitates accipit. Tutores ab ſingulis penſionibus precii ſic exſoluti proprias cujuſque ſummæ uſuras ex officio tutelæ pupillorum rationibus inferunt. Interea mala merx imprudentiam emptori exprobrat. Toto quippe illo Germanici confinii tractu tanta belli rabies exarſit, nt Hordalis prædii poſſeſſio diutino ſitu iners & infructuoſa permanſerit. Nec malorum finis. Tranſacto tam infeliciter emptionis negotio ſubrepſere lites. Etenim labente triſti ac miſero decennio unus & alter de Collecti liberis facti majores, urgere ſuos incipiunt tutores ad uſuras alias, quas nimirum exigi debuiſſe aiunt, ab Hillemere pro parte precii quam penes ſe habuit ab ipſo addictionis die per intervalla penſionum, uti ſupra narravimus, ſolutarum. Tum certe tutores, ne emptorem inquietarent, indebiti conſcientia repreſſit, & propria ſecuritatum chirographa pudorem impoſuerant. Itaque procaci litigantium inſtantia ſive colluſione damnantur tutores quaſi tutelæ negligentius adminiſtratæ judicio. Duobus autem Senatus conſultis damnati, tandem repoſcunt ab Hillemere quas abs ſe

peti uſuras cauſſantur. Et jam adverſus Hillemerem torquent quod in cauſa Decimæ reſcriptum ab Imperatoribus fuiſſe diximus. Interea tamen clam Hillemere cum heredibus Collecti perſcripta tranſactione paciſcuntur. At Hillemeres pacti ſive doli adverſum ſe concepti neſcius, quaſi rebus adhuc integris, Senatu ſic etiam cenſente, adeſſe jubetur, dicturus in jure ſi quid habeat in cauſa tutorum. Tandem igitur agnita fraude, opponit ſeſe tutoribus Hillemeres, ipſiſque aden Collecti heredibus & Imperatorii reſcripti verba, modo recte conjiciatur hypotheſis, nullas adverſum ſe habere vires demonſtrat. Apud Diocletianum egiſſe Decimam; filiam Titii venditoris, qui rei venditæ fructus ad certam uſque diem ſibi ſervaverat, partemque precii in eandem diem differri voluerat: poſtmodum Titio rebus humanis exempto, Decimæ conſenſu fructuum percipiendorum tempus anticipatum emptori, qui nihilominus precii partem penes ſe habuerit in uſque diem a Titio dictam; eoque certe caſu totam contractus ſub Titio compoſiti cauſam corruiſſe. Itaque ſecundum ea, quæ proponebantur, reſcriptum ab Imperatore, compellendum emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus perceperat, partem precii quam adhuc penes ſe habebat, cum uſuris reſtituere. Hujuſce autem facti ſpeciem ab illa valde eſſe diverſam. Nam in addictione facta Hillemeri prædium quidem pupillorum ſub haſta poſitum, ſed ex propinquorum conſilio, auctoritate tutorum, prætoris edicto, venditionem publice, ſtantibus ad auctionem compluribus, celebratam: Fundum adjudicatum Hillemeri ſupra cunctos alios notabiliter licitanti, ſecuto fidem haſtæ civilis & legem ſive conditionem programmate comprehenſam, precii propter emptoris commodum quatuor penſionibus æqualibus per triennii ſpatium perſolvendi. Pupillorum curatorem & principales tutores dictam venditioni legem ſatis habuiſſe perſpectam: ab iis datas Hillemeri ſecuritates decennali ſilentio confirmatas, ſæpius interea diſpunctas rationes abſque ulla uſurarum, de quibus nunc agitur, querela: poſt longi temporis quietem, ſummarum tam probe ac fideliter exſolutarum uſuras lege venditionis minime comprehenſas nimis inverecunde repeti. fidem publicam violari. Quod ſi quis urgeat ex *l. 3. C. In quib. cau. in integr. reſt. n. neceſ.* cujus eſt appendix & ſequela lex noſtra *Curabit*, in minorum perſona, re ipſa & ex ſolo tempore tardæ precii ſolutionis, recepto jure moram fieri; rectiſſime quidem, in his videlicet quæ moram deſiderant, id eſt in bonæ fidei contractibus & fideicommiſſis & legatis atque etiam libertatibus, ſi non aliud tamen ſuggerant tabulæ, ſive pacta inter emptorem & venditorem compoſita. At ſi tutor, ex auctoritate prætoris, pupilli prædium ſub ea conditione vendiderit, ut ſolutio precii certas in ſummas & tempora differatur, poſſeſſio nihilo tardius ad emptorem tranſeat, abſque ulla mentione uſurarum: talis conditio, quantum ad emptorem, partem precii facit, non alias empturum tanti, multoque minoris, ſi de uſuris interea præſtandis dictum quid fuiſſet. Itaque venditione ſic peracta, precio dudum exſoluto, uſuræ, quarum in venditionis contractu mentio nulla fuerit, ſi petantur, emptor exceptione doli ſubmovebit agentem venditorem, in cujus erat poteſtate legem apertius conſcribere. Nam in venditionibus ſemper legem dicit venditor rei ſuæ. Venditor igitur, ſive major, ſive minoris tutor, poſteaquam precium rei ſuæ fore dixit tot millia, tot penſionibus, tot annorum ſpatio ſolvenda, eo preciu abſque mora ſoluto, ſi quid ultra petat, in dolo verſatur, quem nec minoris ætatis favor excuſat. Etenim dolum malum eſſe aiunt juris auctores *l. Ea quæ. de contrab. emp.* non tantum in eo qui fallendi cauſa obſcure loquitur, ſed etiam in eo qui inſidioſe obſcure diſſimulat. Et quis non omnibus diris devoveat ſive prætorem ſive tutorem, qui ut emptores in venditionis lege ſive pactione alliciat, ambigue, obſcure, perſuſorie loquitur? Omnis autem hujuſmodi pactio tendicula eſt, quam potius ei qui tetendit fraudi eſſe debere docet Cujacius ad *l. Veterib. De pactis.* & *l. Labeo. De contrab. emp.* Si cujus itaque damno ſalva res pupilli eſſe debeat, ſit ſalva damno verſuti prætoris, damno fraudulenti tutoris: minime autem emptoris, qui tanta quantitate precii ſingulis penſionibus abſque mora ſoluti, pro ratione fructuum perceptorum etiam uſuras penſitaſſe videtur. Neque conturbari debemus, quod emptor aliquandiu precii partem & fundi fructus penes ſe habeat, cum id actum ſit inter partes, & hujuſce commodi contemplatione ſeſe emptor magnis penſiunibus obligaverit. Nam id ſane actum eſt ut precium in diverſas penſiones proferretur: At non id actum eſt, ut prolatarum interim penſionum uſuræ ſolverentur. Quare, potius id quod actum, quam id quod non dictum ſit, ſequendum eſſe apparet ex veterum juris Anctorum ſententia in legibus ſupra citatis & *l. ſed Celſus. §. 1. De contr. empt.* & *l. 6. C. de pactis inter empt. & vend.* Hæc fuit primarii Senatoris ſententia, & ſecundum eam ceteris conſentientibus factum Senatusconſultum pridie Cal. Aug. M. DC. XLIII.

OBSERVATIO II.

IN Haloandrina Juſtinianei Codicis editione pleriſque locis Jacobi Cujacii manum & notas videre eſt penes Illuſtr. & Rever. S. Nicolai Andeg. Abbatem, Henricum Arnaldum. Eo volumine hæc ad præcedentem obſervationem pertinentia ſic habentur, ſub titulo C. *In quib. cau. in integ. reſt. neceſ. n. ſ. Lex. III. Diocletianus & Maximianus, AA & CC. Decimo. In minorum perſona, re ipſa & ex ſolo tempore tardius precii ſoluti, recepto jure moram fieri creditum eſt. In his videlicet, quæ moram deſiderant; id eſt in bonæ fidei contractibus, & fideicommiſſis, & legatis. PP. XII. Cal. Oct. AA. CC.* Hæc item ſub titulo *De actionibus emp. & vend. L v. Iidem AA. Decimæ. Curabit Præſes provinciæ compellere emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit, partem precii, quam penes ſe habet, cum uſuris reſtituere; quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis favor, licet nulla mora interceſſerit, generavit. PP.* XII. *Cal. Octob. Ipſis* IV. & III. *AA. Coſſ.* In eodem libro Cujacius hæc adnotavit, minuta quidem, ſed minime ſpernenda. IN MINORUM PERSONA.) *Hæc lex pendet ex l. Curabit. De actionib. emp.* IN BONÆ FIDEI CONTRACTIBUS) *l. Uſuræ. De uſuris.* ET LEGATIS) & *in libertatibus, l. Cum vero, §. Certe. De fideicom. libertatib.* DECIMÆ.) *al. Decimio.* CURABIT PRÆSES.) *Hic conjungenda eſt l. 3. In quib. cauſ. in integr. reſtit. neceſſ.* NULLA MORA.) *Ex perſona.*

Ambo iſthæc Imperatoria reſcripta ad ejuſdem perſonæ libellum reſpondere declarant Inſcriptiones & Subſcriptiones, eadem Imperatorum & Conſulum nomina, ejuſdemque menſis idem dies. Quinimmo, unicum primitus fuiſſe reſcriptum haud immerito videatur, verum Triboniani manu diviſum: ac priorem ejus partem, qua generatim traditur, in minorum perſona re ipſa & ſolo tempore tardius precii ſoluti moram fieri, fuiſſe diſtractam, collocatamque ſub titulo, *In quibus cauſis reſtitutio neceſſaria non ſit*, quo facilius ſtudioſi juris adverterent emptorem fundi pupillaris in mora eſſe cenſendum ipſo tempore precii tardius ſoluti,

quamvis

quamvis interpellatus à minore non fuerit, neque eſſe neceſſariam minori reſtitutionem adverſus defectum interpellationis. Alteram vero reſcripti partem ab eodem Triboniano ſervatam fuiſſe titulo, *De actionibus empti & venditi*, quæ ſane exemplum continet ſive caſum, juris illius recepti regula dijudicandum; fundi ſcilicet pupillaris poſſeſſorem, partem precii quam penes ſe habet, cum uſuris reſtituere compellendum, etſi nulla minoris interpellatione in mora conſtitutus videatur. Etenim uſuras, & perceptorum fructuum ratione, & minoris ætatis favore, licet nulla mora ex perſona, hoc eſt, ex interpellatione minoris interceſſerit, generari. Nempe quoties emptor præter ſpem aut legem contractus poſſeſſionem rei venditæ ſic nanciſcitur, ut fructus percipiat precii tantum parte ſoluta, tunc precii partem, quam penes ſe habet, cum uſuris reſtituere cogitur. Etenim eo caſu lege venditioni dicta non adjuvatur, immo damnatur. Hoc vero fit maniſeſtiſſimum in ſpecie quam præcedenti obſervatione, in locum illius à Viviano propoſitæ conſtituimus. Aberraſſe autem a ſcopo Vivianum non mirabitur, qui perſpexerit, quanto ſit facilius deſcriptas in Pandectarum libris ſpecies explicare, quam conjicere quid ſupplicantium libellis, qui in Codice non exſtant, contineretur. Nam reſcripta tantum habemus, ex iiſque eruenda nobis eſt & arguenda ſupplicatio. Ceterum, haud inutile fuerit Imperatorii reſcripti paginam uno conſpectu integram exhiberi. Sic igitur ordinatam fuiſſe arbitramur. *Diocletianus & Maximianus AA. & CC. Decimæ. In minorum perſona re ipſa & ſolo tempore tardius precii ſoluti recepto jure moram fieri creditum eſt: in his videlicet, quæ moram deſiderant; id eſt in bonæ fidei contractibus, & fideicommiſſis, & legatis. Curabit igitur Præſes provinciæ compellere emptorem, qui nactus poſſeſſionem fructus percepit, partem precii quam penes ſe habet, cum uſuris reſtituere, quas & perceptorum fructuum ratio, & minoris ætatis favor, licet nulla mora interceſſerit, generavit PP. XII. Cal. Oct. Ipſis IV. & III. AA. Coſſ.*

OBSERVATIONIS I.

ARTICULI.

I. *Prava conjectura Viviani circa l. Curabit Præſes.*
II. *Alia conjectura.*
III. *Hypotheſis. Precii, quod emptor ex lege venditionis aliquandiu penes ſe habuit, uſuras fructuum perceptorum ratione non deberi.*
IV. *Legem venditioni dictam omni privilegio potiorem eſſe.*
V. *Obſcuritatem pactionis nocere potius venditori.*

OBSERVATIONIS II.

ARTICULI.

I. *Adnotationes Jac. Cujacii in Leg.* In minorum 3. *Cod.* in quib. cauſ. in integr. reſt. neceſ. non eſt, *& in Leg.* Curabit Præſes *Cod.* de act. empti.
II. *Auctoris conjectura, ambas illas Leges unicum duntaxat olim Reſcriptum confeciſſe, ſed Triboniani manu fuiſſe diviſas.*

M O D U S

P R O P O S I T U S F E N O R I.

O B S E R V A T I O
A D
C O N S T I T U T I O N E M R E G I A M
A N N I M. DC. XLIII.

LEcta eſt nuper in Senatu Conſtitutio regia præclaro in ſpeciem beneficio valde laudabilis. Etenim ſenebri malo remedia promittit: trium Epiſcopatuum populos, Mediomatricos, Leucos, Virodunum, omnemque adeo Lotaringiam gravibus æris alieni nexibus abſolvit: debitorum inopia poſt multiplices fatalium dierum prolationes nihil extricante; belli videlicet furoribus indies exaſperantibus ad extremam egeſtatem prolapſa. Et Conſtitutio quidem articulis explicatur omnino quinque. Debitorem uſurarum ultra ſemiſſem appellari vetat. Uſuris in poſterum agitandis, ſortem, anno prius quam ſupra decimum octavo, adæquari prohibet. Solutas ultra dictum ſemiſſem uſuras imputat ſorti, vel ſequentium annorum uſuris. Fundum decreto prætoris infra precium quod periti æſtimando præſtituerint, addici non patitur. Denique, annum intra tertium poſtquam regni hoſtibus data pax fuerit, ſi debitor, quondam fundi dominus, ſive ex ceteris ipſius creditoribus antiquior, addictionis precium reddere ſuit parati, addictionem irritam fore pronunciat. Hujus edicti rumor hominum mentes in iſto Galliæ limite, ut ſunt diverſa creditorum ac debitorum vota, varie commovit. Ac primo quidem ea ſedit multorum animis opinio, per favorem præpotentium in aula feminarum indultas fuiſſe Lotaringis novas quaſi tabulas adverſus Mediomatricos, quorum in calendariis nomina vicinorum perſcripta frequentius, avidam lucri civitatem circumpoſitis urbibus invidioſam eo facilius reddiderant, quod pecunias ſuas fenore multo graviore quam eſſet ullibi locorum in Gallia conceſſum exerceret. Itaque, veniunt Tullum ex præcipuis ordinibus civitatis ad Senatum legati, orantes, uti ne prius edictum ex Senatus conſulto proponeretur, quam rationes ipſi ſuas libello comprehenſas obtuliſſent judicibus. Suſtinuit Senatus aliquantiſper. Ac paulopoſt, datis utrinque libellis, nam & venerant interim & ejuſdem civitatis plebe, qui beneficium Principis integrum intactumque ſervari ſibi contenderent, haberi deliberatio cepit. Non defuere, qui feneratores, ut improbiſſimum genus profligarent. Fenebre negotium rem eſſe crudelem & inhumanam, nedum Chriſtianam. Philoſophos, etiam alienos a Chriſto, ſenus inter & homicidium non poſuiſſe diſcrimen: & oſtentis adnumerari pecuniæ partum verius quam mulæ; quæſtuoſam fenore ſegnitiem animos ab honeſtis & innocentibus agriculturæ ſtudiis avocatos ad turpes & effeminatas urbium laſcivias traduxiſſe: rerum exoticarum damnoſa frugi parentibus inſtituiſſe commercia; omnem de moribus ſugaſſe pudorem; & preciis, quæ vix, niſi ſcelere, parari queant, ingentibus extorſiſſe debitas probatiſſimis virtutibus dignitates. Denique Conſtitutioni regiæ quæ talem generis humani peſtem, ſi non omnino tollit, ſaltem infringit ac debilitat, adſcribi oportere Bonum factum. Hujuſce ſententiæ impetum laudavere etiam diſſentientium plerique, adfirmantes, haud alios ſibi animos olim fore navigantibus tranquillo. Sed incidiſſe tempora, quæ navem allidant, niſi ventis aliquando cedat. Alio jure finitima cenſeri, quam in regni meditullio ſita: alio regna multis jam ſeculis continuo regnata, quam occupata nuper, aut recepta non ita pridem: aliam eſſe Mediomatricorum conditionem, aliam Lotaringiæ. Populos confines miſcuiſſe commercia quidem, atque etiam connubia, ſed utrimque tamen ingenia tam eſſe diverſa quam ab reipublicæ magiſtratu diſtat unius Principis dictatura. Etenim Mediomatrici, ni Senatus cohiberet, ad plebiſcita ſua Scabino citante recurrerent: & famoſæ illius Equitum proſapiæ nepotes ad Aſſiſias ſuas cum ipſo Duce de nobilitate certarent, ſi non etiam hodie ſabulam, regnaturientis in ſolio Gallico, ſomniarent. Mediomatrici mercimoniis emendis vendendiſque ſollertes, arte ſua trapezitica devinxerant ſibi Nancianos & Sannicolaitas & Montiopontanos & Vicenſes; nam & uſuras agitaverant certe graviores, ſed eo fenore creverant opes civitatis imperii Gallici rebus oportuniſſime; nec erat intolerabile debitori fenus, quando rem familiarem pro arbitratu quiſque ſuo componeret, agris & poſſeſſionibus ſuis frueretur; ſed poſteaquam truci ac barbaro milite completi cuncta, vaſtari diripi inflammari ceperunt, illico diſturbata debitorum fides ipſos etiam creditores evertit, nequicquam ſua repetentes ab debitore, cui jam ſui nihil ſupereſſet, proindeque nec alieni; nam quicquid æris alieni ſumpſerat, quo ſcilicet in proceſſus ſuos uteretur, id omne periit, intercepto militari manu commercio; quin & ipſo debitore crebris latrociniis exhauſto, abacto pecore, agris deſolatis, nulla prorſus creditori ſpes relinquitur recipiendi æris ab debitore, qui jam nullus eſt; adeoque miſeria debitoris ipſum creditorem involvit; ut in ambiguo ſit, uter ſavore ac miſericordia dignior: & quod a M. Valerio Martiale per jocum de Sexto quodam dicebatur,

Sexte nihil debes, nil debes, Sexte, fatemur:
Debet enim, ſi quis ſolvere, Sexte, poteſt;

hoc ad verum & ſerio dici debeat in cauſa debitoris, cui latro ſive miles eripuit, quod creditori ſolutum ibat. Matrifamilias viduæ creditor inſtabat Judæus; nec ſuppetebant paupercule facultates unde ſolveret; ſuum ille repoſcebat; hæc quod alienum data fide ſumpſerat, non reddebat; Propheta, divinæ beneficentiæ diſpenſator, ſubvenit primum creditori, ſupplevitque oleo cadum latentibus incrementis abundante quantum deplebatur; atque inde confecta pecunia viduam jubet ſolvere

quod

quod debebat, ac de reliquo vivere. Sic apud Deum creditoris dimittendi cura prior ac potior fuiſſe videtur. Certe, ſi non præcipua, ſaltem creditori ſimul & debitori profuit; nam oblatis unde ſatis creditori daret, ſuperfuit quod ipſa ſibi debitrix impenderet. Dicat heic aliquis, regia Conſtitutione cautum etiam fuiſſe ſimul ambobus: nam ſæpenumero fieri, ut qui Titium debitorem urgeat, ipſe interim a Sempronio perurgeatur: itaque ſi quam apud Titium ex indulgentia principali jacturam fecerit, eadem ipſe apud Sempronium levabitur; & qui dimidium tantum a Titio ſervavit, ipſe quoque niſi dimidium Sempronio ſuo non numerabit; ſic fieri de communi jactura commune lucrum. Talem Theodoriciani temporis prudentiam Caſſiodorus Senator deſcribit, edicto, Ne quis intra biennium debitorem conveniret, hoc ſolo beneficam, quod parta pace juſtitiæ Gotthicæ triſtitia publicæ tranquillitatis dulcedine temperaretur: *ut per has*, inquit, *velut inducias reparari pecunia poſſet, ac debitorum reſpirare ſubſtantia. At iſto jam prope decennali bello in horas recrudeſcente, ubi reſpiria ſubinde a creditoribus aut ab judicibus indulta, diris per mala quotidie graviora ſuſpiriorum interpreſſa ſingultibus, miſerarum tota paſſim Europa gentium animas elidunt, quam incivilis & inhumana videatur hoc rerum ſtatu miſericordia, ſi joculari ſolatio doloribus morientium illudat? qualis clementia, quæ jubet, uſurarum ſemiſſe levari debitorem, cui mox nec unciam miles relinquet? Depelle rapacem militis manum; redde boves agricolæ ſuos; & labore ſuo deparſis paulatim unciolis aſſem reficiet, quem bona fide reddat creditori. Quis ferat, prætorem de marſupio creditorum erga debitores liberalem?* Cæſaris Tiberii conſilium laudavit Tacitus, ex ærario publico privatorum ruinas fulcientis: *Feneratores*, inquit, *omnem pecuniam mercandis agris condiderant, copiam vendendi ſecuta vilitate, quanto quiſque obæratior ægrius diſtrahebant, multique fortunis provolvebantur: everſio rei familiaris dignitatem ac famam præceps dabat; donec opem tulit Cæſar, diſpoſito per menſas millies ſeſtertio, factaque mutuandi copia ſine uſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum prædiis caviſſet.* Nec abſimile pietatis exemplum in Antonino Capitolinus obſervat, trientarium ſenus, certe non minimum, at modeſtiſſimum, exercente, quod & Alexandrum Severum factitaſſe narrat Lampridius, & pauperibus pleriſque ſine uſuris pecunias dediſſe ad agros emendos, reddendas de fructibus. Verum hæc etiam de fiſco ſive de publico remedia, niſi bella poſuerint, ſatis intempeſtive proponi, vel ex eo diſcimus, quod fruſtra Cæſar adhibeat hodie ſomenta populis quos perendie miles impius ſpoliabit. Sed & belli negotia miniſtrantibus nec fiſcus nec ærarium ſufficiant quotidianis impenſis, nedum ad munificentiam extraordinariis. Denique, ſi quam oporteat à nobis adſignari Conſtitutioni regiæ rationem, ea veriſſima videatur, quod miſeram plebem gravibus diuturni belli moleſtiis vexatam, hoc velut caſtigati ſenoris ſolatio mulceri, & importuna creditorum perſecutione remota, tributis ad militares copias alendas in poſterum penſitandis faciliorem haberi non parum interſit publica negotia tractantium, queis ſalus regni ſuprema lex ſemper eſſe debeat; ſic privatorum incommoditates utilitate publica ſarciri ac reпенſari. Ea certe ratio permovit Senatum, ut Conſtitutioni regiæ ſubſcriberet, niſi quà cenſuit adhibendum miſericordiæ modum, ex cujus deinceps formula debitores inter & creditores jurgia finiantur; uſquedum Pacis exoptatiſſimæ beneficio, malis communibus, immo publicis, remedia præberi queant efficaciora. Non propterea tamen uſuras auctoritate Senatus excultas adeo fuiſſe quis arbitretur, quaſi Chriſtianis conveniant inſtitutis. Nam ab Chriſti præceptis & Paulina charitate, haud multò minus quam bella, diſſident; ſed Chriſtianitas, ab ævo Conſtantini facta ſecularis, tantopere divina terrenis implicuit, ut Chriſtiano liceat eſſe Cæſari; liceat eſſe bellatori; & cur non etiam feneratori? quando ſub tempora adhuc prope Apoſtolica ne Chriſtiani Romanis inepti negotiis dicerentur. *Navigamus*, aiunt, *& nos vobiſcum, & militamus, & ruſticamur, & mercatus proinde miſcemus.* Hæc ſunt à Septimio quidem Chriſtianis apologeticis inſerta, non quod ipſe perfecte Chriſtianos eſſe crederet, quibus erant cordi tam ſecularia, ſed quod etiam iſtos vel ſolo nomine Chriſtianos, cum Ethnicis converſari & conſueſcere gauderet, ut pedetentim, admiſſo vocabulo, perſonis etiam toto Chriſto perfectiſſime tinctis pacem impetraret. Inſunt apologeticis ad prœliandum impetus, ut panegyricis ad placendum exceſſus.

P. CHRYSOLOGUS.

Uſura mundi, unum ad centum.
Uſura Chriſti, centum ad unum.

D E C R E T A

Fenori Coërcendo apud Romanos Varia.

Ex T. Livii lib. VII.

NOn eadem domi quæ militiæ fortuna erat plebi Romanæ; nam etſi unciario fenore facto levata uſura erat, ſorte ipſa obruebantur inopes nexumque inibant.

Eodem libro. *Otium domi foriſque manſit, T. Manlio Torquato, C. Plautio ſecundum Coſſ. ſemunciarium tantum ex unciario fenus factum, & in penſiones æquas triennii; ita ut quarta præſens eſſet, ſolutio æris alieni diſpenſata eſt; & ſic quoque parte plebis affecta, fides tamen publica privatis difficultatibus potior ad curam Senatui fuit.*

Eodem libro ſub finem. *Præter hæc invenio apud quoſdam L. Genuncium trib. pl. tuliſſe ad populum Ne fenerari liceret.*

Ex Corn. Taciti lib. VI. Annal.

INterea magna vis accuſatorum in eos irrupit qui pecunias fenore auctitabant adverſum legem dictatoris Cæſaris, qua de modo credendi poſſidendique intra Italiam cavetur; omiſſum olim, quia privato uſui bonum publicum poſtponitur. Sane vetus urbi fenebre malum, & ſeditionum diſcordiarumque creberrima cauſa: eoque cohibebatur antiquis quoque & minus corruptis moribus. Nam primo duodecim Tabulis ſanctum, ne quis unciario fenore amplius exerceret, cum antea ex libidine locupletium agitaretur: dein rogatione tribunicia, ad ſemuncias redacta: poſtremo vetita uſura; multiſque plebiſcitis obviam itum fraudibus, quæ totiens repreſſæ, miras per artes rurſum oriebantur. Sed tum Gracchus Prætor, cui ea quæſtio evenerat, multitudine periclitantium ſubactus, retulit ad Senatum; trepidique Patres, neque enim quiſquam tali culpa vacuus, veniam a Principe petivere: & concedente, annus in poſterum, ſexque menſes dati, quis ſecundum juſſa legis rationes familiares quiſque componerent. Hinc inopia rei nummariæ, commoto ſimul omnium ære alieno; & quia tot damnatis, boniſque eorum divenditis, ſignatum argentum fiſco vel ærario attinebatur. Ad hoc Senatus præſcripſerat, duas quiſque fenoris partes in agris per Italiam collocaret. Sed creditores in ſolidum appellabant: nec decorum appellatis, minuere fidem. Ita primo concurſatio, & preces; dein ſtrepere Prætoris tribunal; eaque quæ remedio quæſita, venditio & emptio, in contrarium mutari; quia feneratores omnem pecuniam mercandis agris condiderant: copiam vendendi ſecuta vilitate, quanto quis obæratior, ægrius diſtrahebant; multique fortunis provolvebantur: everſio rei familiaris dignitatem ac famam præceps dabat; donec tulit opem Cæſar, diſpoſito per menſas millies ſeſtertio, factaque mutuandi copia ſine uſuris per triennium, ſi debitor populo in duplum prædiis caviſſet. Sic refecta fides, & paulatim privati quoque creditores reperti; neque emptio agrorum exercita ad formam Senatuſconſulti, acribus, ut ferme talia, initiis, incurioſo fine.

Lamprid. in Alex. Severo.

SEnatores, ſi fenerarentur, uſuras accipere primo vetuit, niſi aliquid muneris cauſa acciperent; poſtea juſſit ut ſemunces acciperent; munus tamen ſuſtulit.

Digitized by Google

PARALIPOMENON
ET
ELECTORUM
JURIS CIVILIS
SELECTARUMQUE ANTIQUITATUM

TOMUS I.

IN QUO DIKÆOLOGIA, VARIAQUE DIALEXI Juris Civilis gnoſis diſquiritur, invenitur, & libratur; ejuſque monumenta antiqua aperiuntur, evolvuntur, & illuſtrantur: opus utile rectam Jurisprudentiam amantibus, ſalutantibus, & colentibus.

AUCTORE

ATHANASIO OTEYZA ET OLANO,
Juris Utriuſque Doctore in celebri Vallis-Oleti Academia, & in ea poſt varias Cathedrarum victorias Primario nunc Legum Anteceſſore, & in Regali Cancellaria cauſarum Patrono.

Google

JESU-CHRISTO CRUCIFIXO.

In ipſo colaſterio regnatori: triumphatori in Cruce: Victori in morte: Potentiſſimo Domino noſtro, Deoque Optimo Maximo.

LYTROSEOS BENEFICII MEMOR.

Quod genus humanum culpa priorum Parentum collapſum ſanguine redemerit ſuo, & reſtituerit.

Suus ſervus Athanaſius oblatiunculam hanc ex vovitate, & tota mente devota, Dicat, & Conſecrat.

APOSTROPHE ALLEGORICA.

QUÆ eſt iſta voti exponſio & exſolutio, inter ſuſpenſos graſſatores Crucifixo homini votum figere? *Ecce homo:* cujus hamatum diadema triſtiſſime regnat: cuique

Pro molli viola, pro purpureo Narciſſo
Carduus & ſpinis ſurgit Paliurus acutis.

Traballes umbellati duo, dum polum ſibi quiſque rapit, diripiunt corpus, cum alter bipedis crudeliſſime ſuffulciat illud. Hinc purpurei fontes feliciſſime errant, & ambiunt murice ſaturare, quos impia ſitis invaſit, carnifices. Sed pro hominum fides! commixta ſanguine, & aqua flumina duo volvuntur ab imo pectore. Quis iſte pendens Neptunus, qui tridente, ſeu triclavo inſignis undantem pectoris urnam aperuit? En

Mixtum ſpumis vomit ore cruorem.

Exſudant ſanguinem artus, qui per candida membra fumans it: imbrium cruenta tempeſtas perdit tellurem, & ditat, torpenſque gliſcente tabo reſtagnat horribilis palus. Cui tantum de te licuit? quæ iſtæ ſuppliciorum leges, aut exleges vindictarum rabies? quæ ultrices diræ tantam ſtragem in uno invenerunt homine? Eſto, *Quod cum iniquis reputatus ſit*, ſed proh nefas! longe exſuperant humana crimina inhumanæ pœnæ. *Sed vere hic homo filius Dei erat:* conteſtantur diſruptio Templi, defectus Solis, Meridiana nox, pavida conquaſſatio Telluris, Orbis cuncti contremens ruina, & præcipue in eximiis cruciatibus piiſſimus, & conſtantiſſimus animus, atque præſaga divinorum vatum oracula undique expanſa, & impleta.

Tantæ molis erat mortalem condere gentem.

Cui ergo juſtius, *Clementiſſime Pater*, primores literarum fructus ſacrabimus, niſi tibi, cujus in morte reviviſcimus, cujus in ſanguine abluimur, cujus in pectore tanquam in ara ſolis ardemus humanitatem Phœnices, ut juveneſcamus divini? tibi, inquam, qui in ea trabe aëreus dum roras hominibus gratias, grandinas beneficia; fulminas incontumaces ſpiritus trifidam & rubentem haſtam. Tibi centies, qui in ipſa morte glorioſum Patri trophæum ſacras (cujus ductu & auſpiciis generis humani provinciam in poteſtatem ejus redegeras) a quo ſuſpendis rorantes coronæ criſtas, horrentia ſpicula, thoraca

 perfoſſum

PRO AUCTORE ET SCRIPTO,

THEATRUM EXORAT, OPUS COMMENDAT, LECTOREM ALLICIT.

LICENT. DOM. MARTINUS SARABIA,

In inclyta Pintiana Academia I. V. Profeſſor, & vitrici lauro a Regiis ſupremiſque Senatoribus in decretalium promotus Cathedram: in Regalique Curia cauſarum Patronus.

PULCHERRIMA Juriſprudentia illa quæ triumphante Roma quotidie in melius producebatur, & undique miris artibus ornata floreſcebat, cum felicitate Imperii, & ipſa ruere cœpit, ſuiſque avulſa ſedibus, deformis, horrida, inculta, & omnis bonæ literaturæ expers lugebatur. O miſera conditio rerum! uſque adeo volubilis, & inconſtans incertoque divagaris exitu, ut nec divæ Juriſprudentiæ ſua conſtet auctoritas. Quid olim antiquitatis penitus non ignorabatur? cum quæ optima ratione priſcis temporibus placuerant quiſque pro ſuo libito pernicioſa Juris interpretatione, & ſub cujuſdam æquitatis imagine immutabat. In omni autem quod legum Senatus-Conſultorum, cæremoniarum, ſacrorum, titualium, rerum militarium, ſolemnitatum, officiorum, actionum, formularum, juriſpontificii, juriſdictionum, & magiſtratum erat, Cimeriis (ut ajunt) tenebris involuti interprêtes *noctes inglomerabant*, *voluminaque tenebroſa torquebant*, quos & ſi venerabiliores penuria ſcribentium fecit, tamen audeo parum inſtructos Juris Romani nominare magiſtros, qui cum tam alte recondita in intimis Jur. C. reſponſis, & Impp. oraculis abdita abſque lumine *Antiquæ lectionis* eruere, & percipere non poſſent, humili ſententia, & in ſubtili ſenſu fœdarunt: & ſi ſint plures, qui meditantis cogitationibus, & doctrinis veterum prorſus dediti, ab bumanioribus ſtudiis ita abhorrent, ut Neotericorum, qui elegantioribus literis jura illuſtrarunt ſcripta funditus explodant, quorum pauci in ſcholiis, ceteri in judiciis verſantur. Votis hominum ſors compotivit, ſucceſſit naſcendi ætas ſelicior, illuxit clariſſima Juriſprudentiæ dies.

Solemque ſuum ſua ſydera norunt.

Et ipſa *Per obſtantes catervas*
Explicuit ſua victrix arma.

Fuerunt è meliori luto, cæloque meliori diſertiſſimi viri, qui velut jure honorario decernere vindicias cœperunt, ſecundum libertatem Juriſprudentiæ, eamque manu aſſertam liberare: & veritatem, diu tenebris obumbratam, & conſopitam nebulis, a caligine excutere. Ex eis imprimis, quos una ſerie reperies magno numero, Budeum, Briſonium, Alciatum, Petrum Fabrum, Connanum, Duarenum, Ant. Auguſtinum, Petrum Gregorium, Andream Tiraquellum, Ant. Goveanum, & doctiſſimum Iacobum Cujacium, qui biſtoriæ veteris, ac maxime Romanæ notitiam in pretio habentes, ea, ut aureo hamo, in Jure Civili piſcabantur, multaque è tenebris in lucem traxerunt. Glorioſe hos ſequitur, propenſe imitatur, & altius inventione excellit auctor noſter, *& elegantia eruditioneque bujus ſæculi non contentus, cum priſcis Jureconſultis de Juriſprudentia contendit*, totam illam veterem, & ſqualentem ſylvam legum, tenebraſque vetuſtatis illuminat, multivariiſque eruditionis floribus, & imbribus Romanos Juris veſtit, & irrigat campos: ita in utramque facem ſplendet, ut queat cultorum Cenſura excipere, quæ Conſultorum prudentia deamat, unitiſque utrorumque gemmis, tam criſi, quam jure edocet. Quid ni? ipſa Romana Juriſprudentia quaſi rediviva tranſanimatione in totum reſpirat: & quæ adbuc ei renaſcenti, nec ſatis adultæ, deſunt; unus hic inſtaurabit, faxit Deus, ut reliqua *Paralipomena*, jam pridem perlimata publico Muſarum gaudio, literarum honore lucem reſpiciant, & quæ de *recta Juris Civilis ſcientia*, non minori Ingenii dexteritate, & inventionum elegantia quotidiè parat, perficiantur, actum erit jam de Juriſprudentia, magna edit, plura editurus, quoniam nunquam optimarum artium ac literarum intermittit ſtudia, ut confidenter cum Stoïcis dicere valeat, *nos ſumus qui nullis annis vacationem damus*, *nos ſumus apud quos nibil otioſum eſt.*

En ſtat argumentum nobile, & ſi quod aliud in jure ſubtile, varium, operoſum, vix in eo difficilior ulla materia non tractatur: quandoque reconditæ, & priſcæ eruditionis non pauca, nulli adducta. Titulus nobis *Paralipomenon*, id eſt *prætermiſſorum*, non minus elegans, quam alii, qui inſcribuntur, *Variarum, novarum, antiquarum lectionum, obſervationum, miſcellaneorum, adverſariorum*, immo præclarior profatur magnifica, & adimplet.

Hic ſtudioſi omnes, maximè politioris, & reconditioris literaturæ, uſum, & delectationem invenient: quia cum auctor excurrit, viſus interdum integris capitibus

Itinere decedere, non intempeſtivis quibuſdam amœnitatibus, & quaſi juris relicto ſcopo faciliores diſciplinas pertractat, tunc magnarum artium, ſeveritatem dulcedine caſtigat, & intervernantes *eruditionis, & antiquitatis* floſculos, obſcuriora Juris C. reſponſa cum miſcet, illuſtrat, inſtat eenſio imperitorum linguis, quid humaniores litteræ in ſacris legibus? quaſi non liccat manſuetiores Muſas ſeverioribus copulare, & ex illarum viridariis, & hortulis aliquando decerpere, quibus jura condecorentur noſtra: in quos eleganter, & grafice irruit D. Gregorius Nazianz. *Non contemnenda eruditio eſt, quia quibuſdam ita videtur, ſed cenſendum lævos, & imperitos illos ſic affici, qui vellent, omnes ſui ſimiles eſſe, ut in communi illo grege deliteſcerent & inſcitiæ reprehenſionem effugerent*, & quaſi non ita, & ipſi Juriſprudentes Jus tractaverint, qui cum Juris Civilis diſciplinam principali ſtudio exercuerint, cæterarum quoque artium non expertes ſuerunt: grammaticam, dialecticam Litteras antiquioreſque altioreſque penetrarunt, latinarumque vocum Origines rationeſque percalluerunt, eaque præcipue ſcientia ad enodandos pleroſque Juris laqueos utebantur, ſic, *invenire præclare, enuntiare magnifice interdum etiam barbari ſolent, diſponere apte, figurare variè niſi eruditls negatum eſt*, ex Pliniano ſcito, ſed ut inquit Naſo.

Nihil juvat, ad ſurdas, ſi cantet Phemius aures,

Cum plenis habenis per hunc criminationis circum diſcurritur, quorſum hæc ſtudiorum novatio? quid nobis cum Græca lingua? oganniant licet, diffiteri non poſſunt Juris noſtri Originem, & Reipublicæ inſtituendæ formas, Romanos à Græcis petitas inſtituiſſe, aſpiciant quæ ſunt ante pedes Juris cunabula & ejus diviſionem offendent, *ſcriptum, & non ſcriptum*, ad imitationem Græcorum: ipſi denique majorum gentium Jureconſulti cum utriuſque linguæ peritia, & omnium diſciplinarum genere exculpti eſſent, neminem ad hanc religioſiſſimam artem accedere exiſtimabant, niſi, & ipſe Græca eruditione inſtructus eſſet, ſubinde è Græcorum theſauris proſerunt, quibus in reſpondendo utuntur voces, & ſententias Græcorum Philoſophorum, Poetarum, Oratorum, tanquam gemmas, & lumina, ad res ſignificantius exprimendas in quibus interpretandis uſque adeo operæ pretium ſuit doctiſſimis viris hujus linguæ incumbere ſtudio, & ejus penetrare arcana, ut & aliter Juris præcipua pars dignoſci nequîret, cum Roma barbarorum incurſibus occupata, Beryto terræ motu diruto, ſola Conſtantinopolis, & Imperii ſedes, & Juriſprudentiæ ſchola fuit, & juris ſtudia in Græciam translata, ſaporem illum Romanum peregrino miſcuerunt, unde a Juſtiniano Græco Principe, ſi Procopio credimus, Græce editæ ſunt Novellæ, & Juriſconſultorum reſponſa in Græcam linguam transfuſa. Quid rogo, ſupereſſe poteſt ad incorruptum Juris ſtudium Primario noſtro? Qui cum ad ſummum hanc veram, & antiquam Juriſprudentiam a barbarie illa retrahere in priſtinumque nitorem inſtituto Academico, reducere curaverit, ut id exacte adipiſci valeret, ſe in Græcis literis, nullo edocente, erudiit, in hocque communem ſortitus eſt ingenli fortunam cum inclytæ famæ Juriſconſulto, Jacobo Cujacio, qua in re quantum profecerit, teſtimonio non indiget alieno, licet labor iſte noſtro authori infeliciter accidit in hoc opere, cum hujus urbis Typographi nullos haberent caracteres Græcos, ita ut aliunde emendicaret aliquos, qui quidem antiquis formis, & ſine accentibus & adſpirationibus compacti eſſent: præcipue cum compoſitores omnino expertes, & barbari exiſterent linguæ literarumque Græcarum. Nec perinde advocationis deeſt glorioſo muneri, imo ſolidiſſimis in Jure fundamentis jactis non voragine allegationum confiſus ſub Papiniano, & aliis optimis Juris noſtri ducibus militat, vincit, coronatur, & primi gradus in ſoro munia abſolvit.

Quodcumque recedit
Litibus, incumbit ſtudiis; animuſque viciſſim
Aut curam imponit populis, aut otia muſis.

Meris tamen non ſcribit cauſidicis, nec proclamatorem aut rabulam hoc ſermone conquirit, illum dico, cui ſi Juris volumina oſtenderis, ut Sycanorum jam diu leges cum Evandri matre ab hinc ſæculis obrutas multis, ridebit inſanus, vos qui Juriſprudentiam colitis, qui veram Juris Philoſophiam amatis plaudite.

Linguis omnibus, & favete votis.

Oram ſolventi: viro, inquam, ingenii acumine, dicendi facundia, docendi peritia, ſuaviſſimis moribus, ſingulari probitate, omnifariarum litterarum, omniumque cohærentium undequaque virtutum decore ornato, quem *ut in ſtudiis ſic, & in vita pulcherrimum, & humaniſſimum veneramur*, & nobilitatis decore non minus conſpicuum: cum originem antiquiſſimam duxerit ex Olanorum præclara familia, quæ nunc apud Vaſcones Cantabros ferè cum ipſis concertat ſæculis: ſic conteſtante Marineo Siculo graviſſimæ fidei auctore. *Fuit in Italia quondam vir potens, & prædives, cui nomen erat Olanus, qui Medi-Olanum condidit; & nunc apud Vaſcones domus eſt Olanorum, de qua mihi diſcipulus fuit Joannes Olanus, qui nunc eſt Jureconſultus.*

DISERTO

DISERTO ADMODUM

VIRO

DOCTORI ATHANASIO OTEYZA ET OLANO,
PRIMARIÆ CATHEDRÆ IN JURE CÆSAREO
MERITISSIMO ANTECESSORI;

D. SEBASTIANUS MONTERO DE ESPINOSA, D.C.Q.

DOCTa Sophoclæos Cumulet ſapientia Rivos,
Omnis nectareo Rore madeſcat ager.
Orbita, quâ niveis Aſcræa inceſſibus Errat
Terphſichore, referet Interiora jugi.
Rex ſacer Aönidum Tanti in præconia Olani
Egregiæ modulos Æquet Appollo lyræ.
(Abſit amor) qua Phæbus Hiat nitidiſſimus; Adſtat
Illi quis ſimilis? Jure adhibenda fides.
Tincta novos vix illi Edit lanugo Nitores,
Comereque intendit Nobilis ora charis
Hinc juvat & ſeſe Doctis miſcere Theatris
Amplectique choros Inde Minerva tuos.
Atque ita Pontificum, Regumque ita juribus Extat
ET legum, & canonum Volvit utrumque genus.
Nullus ut in ſæclis, Ævique propagine Compar
Obtineat gemini Regia ſigna gradus.
Abdita Olane ergò Produc gloſſemata, Edaxque
Livor per cunctas Efferat illa manus.
Stetque opus in flammas, Rodenſque injuria Sæcli
Audeat haud rigidis Commaculare notis.
Inſuper & varia hæc Juris reſolumina Sacri
Noſcat uterque orbis, Æther & ipſe canat.
Vivas Pintiaci Muſæi Primus Olane!
Ut nova des magnis Scripta legenda viris.
Scribe agedum! ſtudioſa Ambit facundia Rorem;
Suggere mentis aquas, Arceat unde ſitim.

PANEGYRIS GRATUITA

DE HOC LIBRO AD CONSULTISSIMUM PRIMARIUM

ATHANASIUM OTEYZA, ET OLANO,

Juris Utriuſque Doctorem, omnigenæ litteraturæ doctiſſimum.

SCRIBEBAT.

D. JOANNES DE VILLASANTE LASSO DE LA VEGA,

Poſt utramque Inſtitutionum Cathedram primæ Cathedræ Codicis Juſtinianei Anteceſſor.

QUÆ tandem electa prodis, lecta te produnt ſtatim: te enim ſapiunt protinus doctrina, locutio, diſpoſitio, copia denique, & humanarum litterarum amœnitas; ſane materia omnis tuis æqua viribus, criſis tuo digna ingenio, eruditio tuo propria labori, totum ſane opus te ore ferens. Non tantum expectabat auctorem, nec librum electis refertum ævum illud Rethoricorum; qui ſcribentibus conſulebant, ut ea ſe gerent methodo, ea diſtributionis ſerie; ut poſtquam ſelectiora in exordio, & coronide collocaſſent, quæ non eſſent ſeu materia pondere, ſeu ingenii ſubtilitate vehementia, medium caperent. Ædepol mirarentur egregie opus, cujus quælibet pars, quantumvis ordine poſterior, eſt tamen prima propter altiſſimum Juriſprudentiæ tractum; propter æquabilem, uberrimam, ſubtiliſſimam ingenii aciem; propter ingens, genuinum, cultiſſimum ornamentum. Venerarentur herclè librum undique electum, ſeu inſigni verborum cognatione electrum undique: eſt ſiquidem puriſſimo Juris-prudentiæ auro; & ſolido eruditionis compactum argento. Genitum ergo habes omni corruptione ſecurum; filium cum ipſa Aſtrorum ætate victurum, quem ubi manu mittas, in ſuam adoptans vindicabit fama familiam. Hinc tamen nulla tibi genuinæ doctrinæ propagandæ quies, nec quod clari nominis obtineas indelebile pignus, ulla feliciſſimi nominis conniventia; imo ut nobiliſſima mentis progenies publicæ rei literariæ bono producatur vegetior, arduam aditam ſcribendi provinciam proſequere novo percitus œſtro divino, ut legibus, rationibuſque omnibus Primariæ dignitatis inſervias, ut qui ſudoribus magiſteriæ poteſtati factus es clarus, dum authoritatem dignitatis ingenio tuo augeas altiore calamo per omnium ora volites clarior. Iterum te erunt primi juſtitiæ ſacerdotes, vera doctrina Manibus ipſorum parentantem. Iterum te ſitiunt Romanæ prudentiæ fontes, veram diſciplinam ducentem, & docentem; non ad aquæ ductus ſpecimen, ut eorum facto qui ob eruditionis defectum quaſi per ſubterraneos cuniculos invitam, ſine luce trahunt Juriſprudentiam, aut eorum qui malignante diſſentiendi ambitu arcuato opere ducentes, (ſeu potius educentes) obliquam faciunt rectam Juris Civilis ſcientiam. Iterum ergo te provocet in opere iſto alta gloriæ congeries. Accendat ergo ſe magis glorioſa virtus, & ingenuum animum uſque ad culmem efferat, & faſtigium: ut qui ſanguine nobilitatis egregio, Guipuzcoana glorieris regione oriundus; ut qui juvenilia tempora heroïca lyrica, habuiſti, ò quoties! hedera redimita virenti; ut qui florentiſſimam noſtram gymnaſticam ingreſſus Palæſtram, ſi cum fortiſſimis antagoniſtis tibi offert memoria Palæſtritam, ſæpe ovans ſæpius reminiſcaris triumphator; ut qui poſtquam Juris Utriuſque reſerans penetralia in utroque fuiſti Anteceſſor, & utriuſque corona donatus, nunc legum primarius tot adſpicias ſub tua diſciplina merentes, tot, tantoſque reſpicias ſub tua militia emeritos; & qui è numero eorum, inter quos advocationum eſt munus, græcè, & latinè diſertiſſimus eloquentia es nulli ſecundus; ut qui eum quotidie propter clientum frequentiam aſcendens tribunal, ſemper oras corporis elegantia viſendus, ingenti ingenii facundia, & fœcunditate mirandus, ſolida Juſtitiæ demonſtratione prædicandus, ſemper populi plauſu, procerum voce, ſenatoria laude deſcendis elatus; ut tandem qui tanta vides in tuis eminere præconiis, ad eam præcipuam gloriam nitaris impenſius, quæ ex ſcriptorum fama creatur; ut tibi potiſſimum indulgeat, optimis ſtudiis ornaſſe patriam, excoluiſſe diſciplinas, & artes, cum glorioſo fructu, apud præſentes ſiquidem erit gratia, & apud Poſteros nominis tui erit cura perennis.

CONSULTISSIMO

CONSULTISSIMO

VIRO

D. ATHANASIO OTEYZA, ET OLANO,

Pontificii, & Cæſarei Juris Doctori, Primo in munere civilis peritiæ conſpiciendo. Omni denique Scientiarum genere ornatiſſimo.

DON GABRIEL DE CORRAL,

Eccleſiæ Collegiatæ Civitatis Taurenſis Abbas, ipſi addictiſſimus.

HOC ELEGIACUM CARMEN DICAT.

Singula, quæ plures poterant diſperſa beare,
In te, perpetuo fœdere, juncta manent.
Seu Phœbo indulges, latialis plectra Maronis,
Mæoniique melos, cum canis ipſe, tacent.
Diverſas uno ore ſonas promptiſſime voces,
Incolæ erunt reliqui, ſolus es orbicola.
Ambiguos cœli tractus, & ſydera noris,
Et quotquot vitreo ſtemmate ſigna micant.
Abdita naturæ, & niveum virtutis amorem,
Quæ fugienda ſimul; quæque ſequenda doces.
Aſſiduus ſæcli luſtras monumenta prioris,
Et repetis noſtri temporis acta memor.
Te duce, ſceptra diu ſtarent fœlicia, reſque
Publica, conſiliis erudienda tuis.
Summorum decreta Patrum, præcepta reſolvis
Cæſarea, & primo in culmine munus habes.
Pelluces duplici circum tua tempora laurus
Fronde, tegitque caput, mixta virore, roſa.
Curia te ſpectat, venerandique ora Senatus,
Quæ loqueris, tacitis plauſibus excipiunt.
Auguſti Paytanis decus immortale lycei,
Facundis juvenes imbuis eloquiis.
Quid facilem referam vultum, frontemque benignam,
Quæ mentes mulcet, conciliatque tibi?
Cunctorum, ad te animi, lepido, ut magnete, trahuntur,
Alliciens oculos vel quaſi Philtra dares.
Nunc vario chartas ornas emblemate, & uno
Caudice; ſub tenui pondere, jura vigent.
Negligant aſſertos numeroſa volumina juris;
Hic brevibus capiet dogmata ſacra votis.
Hoc omnes de fonte bibant, alit unda tepentes,
Educat, & nutrit; nec erit ultra ſitis.
Quæ fortuna jugi negat invidioſa labori,
Exhibet ultro (abſint tædia longa) liber.
Ergo qui fieri vult conſultiſſimus, unum
Pro cunctis, tantùm hoc nobile volvat opus.

IN OPERIS INSCRIPTIONEM FRANCISCI DE GANDIA

E Societate JESU Carmen utrinque Acroſtichon. Sic opus inſcribitur.

DOCTOR ATHANASIUS OTEYZA, ET OLANO.

D	*Doctoris inter doctos celeberrime, quidquid*	D
O	*Optet honoris apex, hoc te ſtupefactus in uno*	O
C	*Contemplor. Ne vana fides, tu ſingula produc,*	C
T	*Teque ultrò ſcrutandum eſſer: tu ſolus, oportet,*	T
O	*Oſtendas, quàm digna pares monumenta cothurno.*	O
R	*Rerum igitur, quæ juris erant, cum devius error*	R
A	*Afforet & paſſim volitarent ſomnia, fruſtra*	A
T	*Tentavere alii (nec adhuc maleſuada receſſit*	T
H	*Hoc iiſdem tentare fames) ceu ſomnia Joſeph*	H
A	*Aſſequitur, Phariaque famem propulſat ab ora,*	A
N	*Non ſecus hæc eadem pro jure capeſſere, lumen*	N
A	*Aſt illis, operumque deeſt cum lumine fama,*	A
S	*Solus ades, pro jure notes qui ſomnia: ſolus*	S
I	*Ingenitam qui mente famem procul eſſe, Joſephi*	I
U	*Undique ad exemplum, cogas, Mens Juris, ab ortu*	U
S	*Sic datus, è cerebro qualis Jovis edita Pallas.*	S
O	*Omnia ſolus eris, quo Jus penetralia ſolo*	O
T	*Tentat adire Duce, & cœcis penetralibus haurit*	T
E	*Exhauſtas propè Juris opes: dùm lucis abunde*	E
Y	*Y quoque Pythagoræ, te jam capit Auſpice. Ne, phy*	Y
Z	*Zoylus arma paret: nam tu, velut altera Booz,*	Z
A	*A te juris habes qui robora, firmior extra*	A
E	*Exitium ſtabis. tempus quoque facta per omne*	E
T	*Talia, jure ſuo, cumulatis laudibus, ibunt.*	T
O	*Olano exoriente novo, ceu purus Apollo,*	O
L	*Lumine qui ſplendet, ne jam gemat ampliùs exul*	L
A	*A patria lux alma domo: cùm, juris abacta*	A
N	*Nocte procul, terris unus ſpectabile lumen*	N
O	*Oſtentet, non ævo ingens Athanaſius uno.*	O

M. T. CICERO, lib. 1. de Natura Deorum.

NOn tam auctoritas in diſputando, quam rationis momenta quærenda ſunt. Quin etiam obeſt plerumque iis, qui diſcere volunt, auctoritas eorum, qui ſe docere profitentur: deſinunt enim ſuum judicium adhibere, id habent ratum, quod ab eo quem probant, judicatum vident. Neque vero probare ſoleo id, quod de Pythagoricis accepimus, quos ferunt, ſi quid affirmarent in diſputando, cum ex his quæreretur, quare ita eſſet, reſpondere ſolitos: ipſe dixit, ipſe autem erat Pythagoras.

LIBER PRIMUS
PARALIPOMENON
ET
ELECTORUM
JURIS CIVILIS.

CAPUT I.

Exordium Alternativarum rerum Vox alternativa *ex aliquorum ſententia barbara eſt.* 1. *Sic &* alternatio 2. *Aliqui contra.* 3. *Et autor.* 4. *Verbum* alterno, as, *receptum Conſultis, & eruditis.* 5. Τὸ. Alternatio *ſimiliter, & emendatur Alcuin.* 6. *Græci inter maximas virtutes habebant* ὀνοματοποιεῖν *latinis vix permiſſum: & quare.* 7. *Alciati judicium expenditur.* 8. *Profeſſores artium ſuis peculiarib. vocibus utuntur, & ſic noſtri interpretes.* 9. *Alternativa aliud ſubintelligit per* ὑπαλλαγὴν *ſeù* ὑπαλλακτικὸν. 10. Τρόπος *iſte agnitus à Jureconſultis, remiſſive.* 11. *Subſtantive* τὸ alternativa, *ſeù* alternus, *acceptum fuit à Poetis, & ſolutis: & in excurſu Higyno, & Symmacho lectiones corriguntur.* 12. *Theocriti verſio explicatur.*

ORDIOR *Alternativa legata.* Legata
alternativa non ſolum; ſed contra-
ctus. Proh Deus quantus extet tra-
ctus, quam difficilis! ſed audio,
plures voce *alternativa* offendi: non
1 Latinam, imò barbaram eſſe, aſſerentes. Budæus
in *l.* 1. *D. de Juſtitia, & Jure, fol. mihi* 20. dum
meritis laudibus antiquorum Juriſprudentum ele-
gantiam effert cum Laurentio Valla *in præfatione
ad* 3. *librum elegant. & alibi ſæpius in eodem libro:*
dolet leguleiorum barbariem, qui abortivis voci-
bus Juriſprudentiæ fædarunt pulchritudinem: qua-
ſi magna iſta Regina, præter munditiam Philoſo-
phiæ, prudentiæ, artiumque aliarum cognitio-
nem, non ornaretur verborum elegantia, & noti-
tia eruditionis antiquæ. Longius progreſſa, aut
prolapſa peſtis iſta eſt, qua contabuerunt Juriſpru-
dentiæ ſacerdotes (ipſius interpretes dico) præ-
cipue Aborigines illi, & concervatores Pragmatici.
Budæus ergo, inter alias, *alternativam* vocem dam-
nat, barbaramque dicit: cui convenit Marius
Nicolius, *qui in ſuo appendice Barbararum vocum Tullii
obſervation. ſuppoſito*, barbaram eſſe, ſcribit, vo-
cem *alternatio*, elegan terque latine verti, *viciſſi-*
2 *tudo*: idem ſentit Barrientos *in ſua lima Barbarica*,
qui ſcribit, vocem non eſſe receptam, quamvis
verbum *alterno* legatur. Nec miror equidem, nam
cum Civile Jus, & claſſicos eruditionis, elegantiæ-
que autores, ſeu parentes, non indiligenter evol-
viſſem, nunquam receptam vocem inveni, reci-
3 pit tamen, & latinam confitetur eſſe Viglius *in* §.
ſi plures, inſtit. de hered. inſt. num. 3. & noſter do-
ctiſſimus Gregorius Lopez Madera *cap.* 20. *ani-
madverſ. num.* 4. & ante omnes Bonifatius 8. *in
reg. in alternativis* 70. *de reg. juris lib.* 6. Ego ta-
4 men latinam, grammaticeſque legibus compoſi-
tam eſſe affirmo: nam derivatio, ſeu denomina-
tio nominis regulis conſimilium conſtitit: verbum
enim *alterno, alternas*, Virgilio, Statio, Cicero-
5 ni, & elegantiſſimis quibuſque Antiquorum rece-
ptum fuit tam frequenter, ut nec comprobatione
indigeat, undè eleganter Ulpian. *in l. quæ ſub
conditione* 8. §. *ſed ſi* 5. *D. de condit. inſt. alterna-
tam conditionem*, dixit: provenit inde *alternatio* ver- 6
bale nomen: quod quamvis M. Nizolius dehone-
ſtet, & in cenſu barbarorum referat, non ita eſt,
cum comprobaverint doctiſſimi latinitatis, & ele-
gantiæ. Feſtus probat, & Ulpian. *in l. Prætor*
7. §. *quod autem* 4. *D. de injuriis, & in l.* 2. §. 2.
*alias l. non utique, D. de eo quod certo loco, & in l.
ſi quis ſervum* 9. *D. de ſervo corrupt.* & Pontifex *in
cap. unico de plus petitionib.* Robert. Stephan. *in
ſuo Theſaur.* P. Cerd. *ad Virg. eclog.* 5. *verſ.* 15. *lit.
D. in explicatione*, Flacc. Albinus, ſeu Alcuinus
ſuæ ætatis eruditiſſimus vir, *in Homilia de natali S.
Vuilibordi*, ibi: *Beatius ſæcunda Pictavia beati Hi-
larii Pontificis reliquiis exultat, quam venditionum &
emptionum alterationem, in quibus ſæpe verſatur ini-
quitas* (reſtituo *alternatione*, & bene, ex forma
contractus). Verbale enim nomen eſt, regula
ordinaria deductum: ſic ſimiliter derivatur *alter-
nativus*, adjectivum nomen à ſupino *alternatum*,
ex aliorum lege, quam præfixit Priſcian. *lib.* 4.
inſt. Grammaticarum, ſic *donativus, accuſativus, ado-
ptivus, votivus, fugitivus, tranſmutativus*, & cen-
tum alia claſſicis elegantioribus recepta: cur &
non *alternativus*? ut argumentatur Viglius, *ubi
ſupra.* Latinum ergo nomen eſt, & ſic ſentio;
ſed non tamen receptum à Claſſicis: propter quod
Budæus barbarum dixit: non ſic in Græcis, qui
ὑπαλλακτικὸν, id eſt, *alternativum* ab ὑπαλλάττω, *ſu-
balterno* derivant, & accipiunt: teſtibus peritiori-
bus linguæ Græcæ in ejus lexicis Henrico Ste-
phano, & Criſpino: forte inde diſcrimen, quia 7
Græci inter maximas habebant virtutes, ὀνοματο-
ποιεῖν *nomina facere*, Latinis vero vix permiſſum, ut
ſcribit M. F. Quint. *lib.* 6. *Horat. in arte poet.* In
quo latè Interpretes, & ante Cic. *in Academ.* Vi-
dendus eſt Gul. Budæus *in commentario ling. Græ-
cæ, fol. m.* 1017. cum ſeqq. nam Latini, niſi ex-

poſtularet neceſſitas, nomen non recipiebant no-
vum, aut *ferebant*, ut inquit Horat. *de arte poet.*

In verbis etiam tenuis, cautuſque ſerendis,
Dixeris egregie, notum ſi callida verbum
Reddiderit junctura novum: ſi forte neceſſe eſt,
Indiciis monſtrare recentibus abdita rerum,

Et ex Cic. probat multis Budæus, *ubi ſup. fol. mi-
hi.* 1016. & Lambin. Brocenſis, & alii *ad proxi-
mum Horatii locum.* Latè Edmund. Richer. *de arte
figurar.* Sic ergo τὸ *alternativus*, tanquam minus
elegans, nec neceſſarium, cum τὸ *alternus*, ele-
8 gantius ſignificaret, receptum non fuit. Undè
ſuſpicor doctiſſimum A. Alciat. *in l. hæc verba* 144.
num. 2. *D. de V. S.* non omnino barbaram vo-
cem *alternativam* eſſe, ſcripſiſſe: latina enim eſt,
fonteque cadit Latino; licet non recepta. Ego
autem vocem iſtam probo, quia legitimis ſuis ſtat
regulis, ac ſimilia centum (ut hic præſervi) &
cum Latinæ linguæ ubertas tanta ſit, ut Cic. *lib.* 1.
de finib. num. 8. *mihi* locupletiorem Græca dijudi-
caſet, quod nec Henricus Steph. (infra referen-
dus) diſſitetur: quæ tanta dementia noſtra eſt,
ut in egeſtatem miſerrimam doctiſſimam linguam
detrudamus? contra ſententiam Henrici Stephani
in præfatione Theſauri linguæ Græcæ, & Guliel. Bu-
dæi, *ubi ſup. fol. m.* 1016. cui ſi repreſentarem ſui
ipſius loci ſententiam, ſine dubio, non improba-
ret *alternativus*, vocem. Et quomodocumque ſit
à verbo Latino, cur non derivationes legitimas fa-
cere permittetur? Priſcian *lib.* 8. *Gramm. in C. de
figura ad finem*, & eruditè Henr. Stepha. ſup. ſed
apte atque perclare Quintil. *lib.* 8. *Orat. cap.* 3. ſic.
Nam cum ſint eorum alia (ut dicit Cic.) *nativa, id
eſt, quæ ſignificata ſunt primo ſenſu: alia reperta,
quæ ex his facta ſunt, ut tam nobis ponere alia, quam-
que illi rudes homines primique fecerant; fas non ſit;
at derivare, flectere, conjungere, quod natis poſtea con-
ceſſum eſt, quando deſiit licere?* Ex Quintiliani er-
go ſententia, cum τὸ *alterno*, verbum receptiſſi-
mum ſit, legitime juſteque derivationes permit-
tentur, ut pote *alternatio*, & *alternativa.* Et quan-
do acerbior derivatio, ſeu compoſitio nominis eſ-
ſet, id condonandum Juris Civilis Interpretibus,
qui ſuis peculiaribus vocibus utuntur, ut ſuis alia-
9 rum artium profeſſores, Cic. *in Academ. quæſtionib.
lib.* 1. *num.* 19. ex editione 2. *qualitates* (inquit)
igitur, quas ποιότητας, *Græci vocant, quod ipſum apud
Græcos non eſt vulgi verbum, ſed Philoſophorum; at-
que id in multis Dialecticorum quoque verba nulla ſunt
publica: ſuis utuntur: & id quidem commune omnium
fere artium: aut enim nova ſunt, rerum novarum fa-
cienda nomina: aut ex aliis transferenda: quod ſi Græ-
ci faciunt, qui in his rebus tot tam ſecula verſantur,
quanto id magis nobis concedendum eſt, qui hæc nunc
primum tractare conamur.* Concludo denique cum
Quintiliano *dict. lib.* 8. *cap.* 3. *Orat.* Latinos ad-
verſus ſe ipſos eſſe iniquos judices, *ideoque pauper-
tate ſermonis laborare*, quod Henr. Stephan. non de
Latinis priſcis intelligit; ſed de eorum poſteris: &
ego de noſtris poſterioribus ſuperſticioſa nimium
religione non excedentibus antiquorum voces:
priſci enim, utpotè Lucretius, Q. Ennius, Lu-
cilius, & alii luxuriarunt nimis in elegantia Latina,
audacique derivatione, vel compoſitione. Valeat
ergo ſcrupuloſa nimis obſervantia Budæi in Roma-
no, & antiquo idiomate: præcipue metas ipſius
tranſcendendi licentias præbentis, & alibi tran-
ſcenſiones caſtigantis. Nec per hoc barbara ad-
mitto; ſed illa, quæ ſuis regulis conſtant rectiſſi-
mis quamvis non recepta ab Antiquis, cum & æta-
te dicendi genus varietur, & in eo ſuum etiam
imperium fortuna obtineat, ut ex Quintiliano
lib. 4. *cap.* 2. Budæus ſcribit *ubi ſup fol. mi-
hi* 1015.

Nec reſiſtat aliquis, quod ſubſtantive Interpre-
tes *alternativam* dicant, quo durior apparebit bar- 10
baries: nam ſemper ſubintelligitur aliquid, per
ἔλλειψιν, ſeu ἀποσιώπησιν. i. *Reticentia* (quam latè do-
cteque explicat noſter Sanchez Brocenſis *in ſua Mi-
nerva lib.* 4. *de eclipſi*) ut potè, *alternativa conditio,
legatum, inſtitutio, forma, modus, &c.* τρόπος enim 11
iſte, & antiquis Jureconſultis receptus fuit, ut
A. Alciat. prædocuit *tom.* 6. *de V. S. lib.* 4. *n.*
7. & *tom.* 3. *ad rubricam ejuſdem tit. n.* 15. &
16. ut & figuræ aliæ, quatenus longe probavimus
ad l. 1. *D. de leg.* 1. Sed quamvis vera ratio ſit;
majora ſuſpicor: ſubſtantive ſcilicet hoc adjecti-
vo, *alternativus*, uti interpretes noſtros: quia pri-
mævæ authores elegantiæ invenio multoties ſub-
ſtantivare (liceat mihi ſic loqui) adjectivum *al-
ternus*, utpotè majeſtatis latinæ Principem, *eclog.* 12
3. *v.* 59.

Alternis dicetis, amant alterna Camænæ.

Sic ſentiunt ibi Mancinell. & Aſcenſ. idem 1.
Georg. verſ. 71. Ubi bene Aſcenſius, & ſup.
v. 79.

Sed tamen alternis facilis labor.

Statius Papinius 1. Theb.

Paulatim alternis in verba minaſque.
Cunctantur.

Horatius Lib. 1. Satyr. 8.

——— *Quo pacto alterna loquentes.*
Umbræcum ſagana reſonarent triſte, & acutum

Martial. lib. 5. Ep. 39.

——— *Alternis Callidiore ſede.*

Sic fatentur J. Calvin. in *Lexico Juris*, & Rober-
tus Stephan. *in ſuo Theſauro*, ſed poëticum eſſe:
receptam tamen loquendi formam invenio apud
noſtrum elegantiſſimum Senecam, Epiſt. 120. ibi:
*Quidam alternis Vatinii, alternis Catones ſunt, & mo-
do parum illis ſeverus eſt Curius*, Plinius lib. 5. Epiſt.
ad Apollinarem, ibi: *Alternis metulæ, alternis in-
ſerta ſunt poma*, C. Plin. lib. 25. natural. hiſt. Cap.
13. ibi: *Sane ſi ferro circumſcripta effodiat aliquis,
tangatque eadentem, & alternis ter deſpuat: at repo-
nat in eumdem locum, ita ut vivat herba.* Sym-
mach. *lib.* 1. *Epiſt.* 86. *Et ideò Jure ambo cavimus,
ne alternis vinceremur.* Ex quibus adſtruitur ei-
dem lectio *lib.* 3. *Epiſt.* 26. *Quoties minatus ſum
per ſilentium, ſi alternis temperaſſes?* Cum τὸ *alter-
nis*, apud alios legatur *à literis*, (non male) apud
alios, *ſi alterius*, uti placuit Jureto in miſcellan.
ad eum locum. Eodem filo alia emendatio duci-
tur Hygini *lib.* 3. *de deſcriptionibus formarum cæ-
leſtium*, in princip. *Ut alterius unaquæque earum
reſupinata caput alterius tegere videatur.* Fran. Mo-
dius *novant. lect. Epiſt.* 121. ex libris veteribus le-
git *ut alternis unaquæque.* Sic & interpres Theo-
critum vertit. *id.* 8.

Ἔστα δ' ἀμοιβαίαν ὑπολαμβάνε Δάφνις ἀοιδάν.
Deinde alternis excepit Daphnis cantinelam.

Sed minus proprie, verius ſic *alternam*, concor- 13
da ἀμοιβαίαν ἀοιδάν. Subſtantive ergo τὸ *alter-
nus*, accipitur, & ſic ſimiliter *alternativus*, ab il-
lo derivatum: ut ſic grammatuli ſuperſtitioſi, quos
in iſtam & ſimiles noſtrorum loquendi formulas
gannire ſcio, commuteſcant, & attentius deinde,
quæ reprehendenda ſint reſpectent.

CAP. II.

C A P. II.

Copulativæ Conjunctionis *cognitio.* 1. *Ejus virtus in genere.* 2. *Quæ ſpecialiter ſit copulativa.* 3. *Tranſitus ad* disjunctiones copulativas, *quæ earum vis, & poteſtas.* 4. *Disjunctivam formans, ex duobus enunciatis alterum ſolum vult.* 5 *Illuſtratur hæc disjunctia exemplis.* 6. *Et expenduntur Virgilius Statius, & alii ſcriptores antiqui Græci, & Latini.* 7. *Disjunctive, ἢ, remiſſive.* 8. *Disjunctiva directa, & propria quando accipiatur.* 9. *Georgii Pachymerii locus adducitur inſignis.* 10 *Et duo alii A. Gellii.* 11. *Quid* διεζευγμένον ἀξίωμα. 12. *Et M. Tullii Cic.* 13. *Commendatur attentio ad cognitionem disjunctivæ.* 14. *Priſciani error circa disjunctivam in duplici Virgilii loco.* 15. *Unus eſt 7.* Æneid *quem recte interpretamur.* 16. *Et alter* 2. Æneid. 17. *Notatur P. Fonſeca & P. Joa. Pont. ad eumdem locum.* 18. *Accedimus ad celebre J. C. Proculi reſponſum in* l. hæc verba 124. D. de V. S. *Cujus disjunctivam illuſtramus.* 19. *Exemplum Proculi* aut dies, aut nox, *exornamus multis.* 20. *Inde reſtituimus antiquam vocem Propertio adverſus Douſam, & Scaligerum.* 21. *Circa disjunctivam propriam interpretamur Ulpian.* in l. ubi autem 75. §. qui illud 8. D. de V. O. 22. *Et Juſtin.* in princip. Inſt. de jure perſon. 23. L. plane 34. §. ſi ita 14. D. de leg. 1. 24. L. quæ ſub conditione 8. D. de cond. inſt. 25. διαζευκτικῶς, *apud Theoph.* 26. *Explicatur Alex.* 3. in cap. inter cæteras 4. de reſcript. 27. *Disjunctive Juriſconſultorum diverſa non eſt à disjunctivis Grammaticorum, & Philoſophorum, contra doctiſſimum Greg. Lop. Maderam.*

1 Disquiſitionis alternativarum exordium ſit copulativæ conjunctionis cognitio: & disjunctivæ, & ſubdisjunctivæ: harumque vis, & virtutis: ad illuſtrationem acutiſſimi Juriſconſulti. Utraſque conjunxerunt cum aliis, & latè doctèque tractarunt Priſcian. *Lib.* 16. Sanctius Brocenſis *Lib.* 2. *Cap.* 18. *Minervæ*, Alphonſus Palentinus *de Synonomis in tractatu de conjunctione, ad fin.* Godeſcalcus Stewechius *toto libr.* 1. *de particulis linguæ Latinæ: & in indice primo ejuſdem lib.* Græcas autem Petrus Joannes Nunneſius, 1. *part. inſtitutionis Grammaticæ Græcæ* & multorum latiſſimè Franc. Vergara lib. 3. *C.* 28. & Theodorus Gaza *Lib.* 4. *C. de conjunc-*
2 *tione.* Conjunctionis autem virtus propria eſt conjungere, ſeu (ut inquit Aurelius Caſſiodorus *Lib.* 1. *de Arte Grammatica*) annectere, ordinareque ſententiam: & Brocenſis *dict. C.* 18. D. Iſidorus *Lib.* 1. *Etymolog. Cap.* 11. Alphonſus Palen. *ubi ſup.* nec ſolum ſententiam, *ſed diverſa nomina, vel quaſcumque dictiones caſuales, vel diverſa verba, vel adverbia,* ex Priſciano *Lib.* 2. ex Vergara *in Scholiis dict. Cap.* 18. & Theodoro Gaza ſup. *Hæc enim per ſe nihil valet* (verba ſunt Iſidori ubi proxime) *ſed in copulatione ſermonum, quaſi quodam exhibet glutinum.*
3 Quod de conjunctione in genere diximus, copulativæ accommodare poſſumus, quæ nihil aliud valet, quam verba, ſententiaſque connectere: ſive copulent abſolutè, ſive ex conditione, ex Brocenſe ſup. Græcas autem, & Latinas præſcripti referunt, de his autem ſermo noſter, aut diſcrimen non erit.

4 Accedo ad disjunctivas, & ſubdisjunctivas, in quibus cunctus noſter labor, noſterque conatus inſiſtet. Et primo de disjunctivis. *Disjunctivæ ſunt* (ſecundum Priſcianum dict. lib. 16.) *quæ quamvis dictiones conjungant; ſenſum tamen disjunctivum habent, & alteram quidem rem eſſe, alteram vero non eſſe ſignificant*, aptè Theodor. Gaza, αἱ δὲ διαζευκτικοὶ τὰ διεζευγμένα συντιθέασι καὶ ἢ πρᾶγμα ἀπὸ πράγματος ἢ πρόσωπον ἀπὸ προσώπου διαζευγνύντες τὴν φράσιν συνδέουσιν. *Disjunctivæ vero ſunt, quæ disjuncta componunt: & vel rem à re, vel perſonam à perſona ſejungentes, orationem copulant:* conveniunt D. Iſidor. Palent. Nunneſius, Brocens. Ad formam, qua conjunctum apud Rhetores dicitur: ita ut de duobus unum prius habeat: uti optime explicat antiquus Rethor Marius Victorinus *ad* 1. *Rethor. Cic. n.* 33. Sic eſt disjunctio copulativa, quæ de duobus, aut pluribus unum amat, unumque requirit, Latinæ ſunt *aut, vel, ve, ſive, ſeu, an, ne,* & aliæ apud Godeſcalcum. Græcæ, ut potè ἤ, ἤτοι, καὶ, εἰ, quas omnes explicant iſti, ſed præcipue more ſuo illuſtrat Palentin. *d. n.* 17. A. Alciat. *in l. ſæpe* 53. *de V. S.* F. Hotom. *dialect. Lib.* 2. *C.* 10. P. Gilken. in *l. generaliter* 6. C. *de inſtit. & ſubſtit.* Alber. Gentilis *in l. alienationis* 18. §. 1. D. *de V. S.*

Disjunctivam formans, ex duobus enuntiatis alterum ſolum eſſe vel futurum eſſe credit, quærit, & proponit, quantumvis propter incertitudinem illud, aut illud non diſcernat; diſcernit tamen in voluntate alternativa: ita ut alternata, ſeu disjuncta nullo modo convenire poſſint: aut enuncians velit. Quod præ maxime animadvertendum eſt ad 5
diſtinctionem perdiſcretam ſubdisjunctivæ, (de qua infra) illuſtrare tamen exemplis aliquibus neceſſarium duxi. Saluſt. in Conjurat. *Publicam miſerorum cauſam pro mea conſuetudine ſuſcepi, non quin æs alienum meis nominibus ex poſſeſſionibus ſolvere poſſem; ſed quod non dignos homines honore honeſtatos videbam.* Cicer. ad Atticum *Lib.* 4. *Epiſt.* 4. *Non quo haberem, quod tibi, præſertim jam prope præſenti, ſcriberem; ſed ut hoc ipſum ſignificarem, mihi adventum tuum ſuaviſſimum expectatiſſimumque eſſe,* alios plures locos dat Godeſcalcus Stewechius *Lib.* 1. *de particulis Ling. Latin.* in particula, *non quo, ſed non quo non, ſed, ſol. mihi* 828. 6
cum ſequentib. de disjunctiva tamen capio Virg. Eclog. 8. 7

Nunc ſcio quid ſit amor, duris in cotibus illum
Iſmarus, aut Rhodopen, aut extremi Garamantes.

& lib. 2. Georg.

Frigora, nec tantum cana concreta pruina.
Aut gravis incumbens ſcopulis arentibus æſtas.

Eleganter Stat. Papin. I. Sylvarum. in equo Maxim.

Cælone peractum
Fluxit opus? Siculis an conformata caminis.
Effigies, laſſum Steropem Brontemque reliquit?
Antea Palladiæ talem Germanice nobis
Effinxere manus?

En disjunctivam expreſſam, quorum alterum ſtare, non omne; alternative datum eſt, ut potè Propertius *Lib.* 2. *Eleg.* 8.

Vinceris, aut vincis? hæc in amore tota eſt.

Expreſſe Æſchil. Ad finem ſept. ad Thebas.

Δράτω ἢ πόλις, καὶ μὴ δράτω
Τὰς κλαιούσας Πολυνείκην.
Afficiat, aut non afficiat malis civitas.

Flentes Polynicem.

Euripid. Rheſ. v. 722.

Εἴτ' οὖν Ὀδυσσεὺς εἴτε μη, φόβος μ' ἔχει.

Sive igitur (hoc ſit facinus) *Ulyſſis, ſive non, metus me tenet.*

Homer. Iliad. A. V. 117.

βούλομ' ἐγὼ λαὸν σῶον ἔμμεναι, ἢ ἀπολέσθαι.

Volo ego exercitum ſoſpitem eſſe, potius quam perire.

& v. 144. εἷς δέ τις ἀρχὸς ἀνὴρ βουληφόρος ἔστω.

Ἢ Αἴας ἢ Ἰδομενεὺς ἢ Ὀδυσσεύς.

——— *Unus vero aliquis vir Princeps præſit.*

Aut Ajax, aut Idomeneus, aut nobilis Ulyſſes,

Sophocles in Ajace v. 814.

Καθ' ἡμέραν τὴν νῦν ἔτ' αὐτῷ θάνατον ἢ βίον φέρει.

Secundum vulgatam, *quod hæc dies.*

Ajaci, vel mortem eſſet allatura, vel vitam.

& ante v. 480.

Ἀλλ' ἢ καλῶς ζῆν ἢ καλῶς τεθνηκέναι

Τὸν εὐγενῆ χρή

Sed vel honeſte vivere, vel honeſte mori;

Generoſum oportet.

8 De quorum carminum disjunctiva ἢ, conſule Theodorum Gazam *dict. Lib. 4. adverſus Georgium Trapezuntium:* conſule etiam Nunneſium, & Fran. Vergaram in relatis locis. Præter Henricum Stephanum in ſuo Theſauro. Ex præſcriptis ergo conſidera disjunctivam directam, propriamque,

9 tum accipiendam eſſe, quando alternativa disjunctive copulata ſimul ſtare non poteſt; nec enuntians voluit; ſed alterum ſolummodo, ut apte Vergara his declarat exemplis ἢ νὺξ, ἢ ἡμέρα, *vel nox, vel dies,* ἤτοι ἀγαθὸν ἢ φαῦλον. ideſt. *Aut bo-*

10 *num, aut malum,* ſed præcipue Georg. Pachimerius *in Epitome ad univerſam Ariſtotelis differendi artem in Cap. de ratiocinationibus connexis,* ſic noſtram ſententiam illuſtrat. Τρίτος καὶ τέταρτος ὁ διὰ τοῦ διαζευκτικοῦ συνδέσμου διὰ τῶν ἀμέσων, ἢ γὰρ ὑγιαίνει ἢ νοσεῖ· ἀλλὰ μὴν οὐχ ὑγιαίνει, νοσεῖ ἄρα. ὅτι τοῦ ἑνὸς ἀναιρέσει θάτερον κατασκευάζει· καὶ αὖθις ἢ νοσεῖ, ἢ ὑγιαίνει· ἀλλὰ μὴν νοσεῖ οὐχ ὑγιαίνει ἄρα, ὅτι τοῦ ἑνὸς κατασκευῇ θάτερον αἱρεῖ.

Tertia & quarta fiunt in conjunctionibus disjungentibus; atque iis, quæ medio vacant: nam vel valet; vel ægrotat, ſed non valet, ægrotat igitur: ita enim fit, ut ſi unum infirmetur, aliud confirmetur. Contra vel ægrotat, vel valet, ſed ægrotat, ergo non valet: unius confirmatio alte-

11 *rum refutat.* Sic refert A. Gellius *Lib. 5. Noct. Att. Cap.* 11. *non ratum id, neque juſtum, disjunctum eſſe ait: quoniam non neceſſarium eſt alterum ex duobus, quæ disjunguntur verum eſſe:* ergo in alternativa alterum ſubſiſtere debet: imò cum altero propoſito pugnare, ut acrius idem Autor ſcripſit *Lib. 16. Cap.* 8. In quo cum antea conjunctionem copulativam ſcripſiſſet (quam dicunt Græci συνημμένον ἀξίωμα) ſubjicit.

12 *Eſt item alíud, quod Græci,* διεζευγμένον ἀξίωμα, *nos disjunctum dicimus, id hujuſmodi eſt: aut malum eſt voluptas, aut bonum, aut neque bonum, neque malum; omnia autem quæ disjunguntur pugnantia eſſe interſeſe oportet: eorumque oppoſita, quæ* ἀντικείμενα *Græci dicunt, ea quoque ipſa inter ſeſe adverſa eſſe, &c.* Veniat jam in comprobationem graviſſimus Marcus

13 Tullius Cicer. *Lib. 2. Academ. Quæſtion.* qui ex Dialecticorum ſententia ſic ſtatuit. *Omne quod ita disjunctum ſit, quaſi aut etiam, aut non, non modo verum eſſe, ſed etiam neceſſarium, &c.* ut in illo, *aut vivet cras Hermachus, aut non vivet;* & *de Fato, n.* 28. & *De Natura Deorum Libr.* 1. *num.* 48. In eorum diſſertatione diutius infra immorabimur. Videte Hotoman. ſupra *Dialect. Lib.* 2. *Cap.* 10.

14 Hæc disjunctiva attentiſſime penetranda eſt, tam in Poetis, & Hiſtoricis, quam Jure Conſultis, & aliis cujuſcunque doctrinæ Autoribus: præducta exempla præferant ſtudioſo facem, in quibus alternativæ ſolummodo alterum ſubſiſtere poteſt, non utrumque; id enim ſubdisjunctivum eſt, quod frequentius invenitur (ut ſubjiciam infra) ea de cauſa monitum tam late volui. Unde indi- 15
co (ni vehementer fallor) Priſciani Grammatici doctiſſimi errorem, qui cum in noſtra fuiſſet ſententia comprobat eam duplici Virgilii loco, conjunctioni disjunctivæ inepto: primo enim 7. 16
Æneid. Verſ. 199.

Sive errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti.

Aut ſubdisjunctiva eſt, utrumque Rex Latinus conſideravit ratione juſta, cum utrumque error, & tempeſtas circumagant miſere navigantes, & in errores convolvant. Audi ſubſequens carmen Virgilii, & judicium noſtrum comprobabis.

Qualia multa mari nautæ patiuntur in alto.

Conſentiunt nobis Servius, & Pontanus hic, atque Aſcenſius his verbis: (errore viæ,] *quia in obſcuro Cœlo, in quo via eſt navigantibus, ab illa errare poſſint, vel vi tempeſtatis inde abſtrahi,* aut Poeta intelligendus eſt de conjunctiva expoſitiva, ſive rationali (de qua utiliter infra agemus). Al- 17
ter Priſciano locus eſt 2. *Æneid. verſic.* 45. in quo Laocoon in miſeros exclamat Troas, fatalem equum intra Pergama recipientes.

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi:
Aut hæc in noſtros fabricata eſt machina muros:
Inſpectura domos: venturaque deſuper urbi:
Aut aliquis latet error.

Quis ſanæ mentis ſubintelliget in his disjunctivam carminibus? nam aut conjunctiva expoſitiva eſt, aut ſubdisjunctiva, quæ parum ab expoſitiva diſtat: nam cum antea exclamaſſet Sacerdos.

Creditis avectos hoſtes? aut ulla putatis,
Dona carere dolis Danaum? Sic notus Ulisses?

Subdisjunctiva ad utrumque reſpondet: non avecti hoſtes: quia hoc ligno incluſi: non carent dolis dona, quia hæc machina fabricata eſt in muros. Notus eſt Uliſſes: quia aliquis latet error, ut præclare doctiſſimus Pater L. Cerda obſervavit *loco iſto lit. D. in explicatione.* Subdisjunctiva ergo eſt: nam Laocoontis tribus partibus conſtans enuntiatum, totum fuiſſe verum ſcribitur, nam Græci latebant in ligno: machina fabricata erat in muros: & error, ſeu dolus (qui errare facit) latebat in Equo. Sentit difficultatem carminis hujus Pater 18
Fonſeca *Dialect. inſtit. Libr. 3. Cap.* 17. & Pater Joann. Pontan. *in Symbolis ad hunc locum,* qui tamen disjunctivam in his carminibus ſubeſſe affirmant (eam ex recentiorum opinione admittentes) quamvis omnes partes veræ ſint (ego autem infra ἀξίωμα, id latius diſquiram) ſed disjunctivam à ſubdisjunctiva diſcrimino oppoſitione alternativæ: & an utrumque enunciatum ſimul conſiſtere, vel non poſſit; nec novos Dialecticæ magiſtros curo, quos in contraria eſſe opinione ſcio, dum ſequor antiquos Philoſophos, & Jure Conſultos totum contrarium conſentientes: multa enim illi parum firma argutiola, multumque futilia ſcripſerunt.

Hæc omnia non in caſum præſcripta judices, ſed (ni fallor) eleganter deducta ad illuſtrationem 19
Juris Conſulti Proculi *Lib. 2. Epiſt. in l. hæc verba* 124. *D. de verbor. ſignification.* In qua doctus Juriſconſultus disjunctivam graviter diſquirit, docteque accipit. De disjunctiva verba iſta ſunt. *Hæc verba, ille, aut ille, non ſolum disjunctivæ, ſed etiam ſubdisjunctivæ orationis ſunt: disjunctivum eſt, veluti cum dicimus, aut dies, aut nox eſt: quorum poſito altero, neceſſe eſt, tolli alterum: item ſublato altero, poni alterum:* disjunctiva ergo repugnantiam habet in alternativo enuntiato, ut perſpicuo exemplo Proculus docet: veluti, cum dicimus *aut dies, aut nox eſt,* quod exemplum, & placuiſſe Vergaræ prædocuimus capite iſto, N. 9. Atque receptiſſimum fuiſſe, & in formulam, proverbiumque abiiſſe, ad demonſtrandum, quod disjunc- 20
tum

tum eſſe volumus; & intelligimus, pro certo habeo. Propert. lib. 1. Eleg. 8.

Sive dies, ſeu nox venerit, illa mea eſt.

Sophocles in Elect. v. 781.

Ὡς' οὔτε νυκτὸς ὕπνον, οὔτ' ἐξ ἡμέρας
Ἐμὲ στεγάζειν ἡδύν.
Ut nec de nocte, nec interdiu
Suaviter dormire poſſem

& verſ. 365.

—— Τῶν δ' ἐμῶν λόγων
Πολλαὶ κυλοῦν ἂν νύκτες ἡμέραι τ' ἴσαι.
Nam ſermones reliquos
Multæ volvent noctes, & dies pariter.

P. Virg. Mar. 6. Æn.

Noctes atque dies patet atri janua Ditis,

In quibus locis Paſſeratius Paterque Ludovicus Cerda, ſic obſervarunt, & aliis comprobant: tamen pro noſtro Proculo accipe à me iſta.

Terent. in Eunucho act. 1. ſcæna 2.

Dies noctesque me ames, me deſideres,

Silius Ital. Lib. 7.

—— *Dum ſidera Cœlo*
Lucebunt, dum Sol inde ſe littore tollet.

Politian.

Dumque in tacito vaga ſydera Cœlo
Fulgebunt, dum Sol nigris orietur ab Indis.

Inde Lucan. 1.

Unde venit Titan & nox ubi ſydera condit.

Stat. Pap. 4. Sylv. de via Domitiana.

Ultra ſydera flammeumque Solem,

& 7. Theb. verſ. 398.

Interea Danaï noctemque diemque ſub armis
Noctem iterum, rurſusque diem (ſic ira ferebat).
Ingeminant.

Eleganter Seneca in Hercule Furente v. 36.

—————— *qua lucem premit,*
Aperitque Tethys, qua ferens Titan diem,
Binos propinqua tingit Æthiopas face.

Stat. 5. Theb.

Exuit implicitum tenebris humentibus Orbem.
Oceano prolata dies: genitoque corruſca,
Lucis adhuc hebetem vicina levabat.

Sophocl. in Electra, v. 16.

Ὡς ἡμὶν ἤδη λαμπρὸν ἡλίου σέλας
Ἑῷα κινεῖ φθέγματ' ὀρνίθων σαφῆ
Μέλαινά τ' ἄστρων ἐκλέλοιπεν εὐφρόνη.
Nam nobis jam ſplendidum ſolis jubar.
Excitat matutinos avium cantus:
Et nox atra reliquit Aſtra.

Undè S. Althelm. de laud. Virg. n. 26.

Sic ſamulabantur jugiter noctesque dieſque.

& ſup. num. 29.

Ut Pſalmiſta canit noctesque dieſque libellos,

Semper tamen in his, quamvis ſubdisjunctiva aliqua appareat, tamen disjuncta, & contraria ex parte rerum conſiderantur, velnti *dies aut nox: lux aut tenebræ:* & alia omitto infinita pene, quibus proverbium Proculi illuſtrare poſſem: ſed cum prædicta ſaturare cujuſque valeant animum, & veritatem proverbii, ſeu formulæ, ſubſiſto; non tamen ut his non movear ad aſſerendam lecturam
21 Propertii lib. 3. Eleg. 6.

Ultima quæ Pæto noxque dieſque fuit.

Cum in aliquibus codicibus *nox* legeretur. Conſule tamen doctiſſimum Propertii Interpretem Paſſeratium: nam maculavit Janus Douſa pater, quem poſtea ſequutus fuit Scaliger, reponens τὸ *nox* cum antea, *nox* legeretur ex formula data.

22 De expreſſa etiam disjunctiva Ulpianus intelligendus eſt *in l. ubi autem 75. §. qui illud 8. D. de verb. oblig.* in ſtipulatione illa, *illud, aut illud*, veluti ſi ego ſtipulatus fuerim (exemplum Juriſconſulti eſt) *decem aut ſtichum hominem, utrum ego velim*, ex ſententia Proculi, cum τὰ *utrum ego velim*, demonſtrent, non utrumque; ſed alterum ſolummodo in ſtipulatione fuiſſe comprehenſum, propter quod dubitat Conſultus *utra earum potius præſtanda ſit.* Ad quod referenda illa ſunt, *cum ei liceat, vel hominem tantum, vel decem tantum, intendere; ſibi darè oportere*, τὸ enim *tantum*, Juriſconſulto repetitum, disjunctivæ cognitionis ratione tantum eſſe poſitum à Jureconſulto exiſtimo, cum parum ad principalem reſponſi quæſtionem attineret. Cui mire convenit *l. ſi ex toto 8. §. fin. de legat.* 1. ibi: *Quia unum in alterutra cauſa legatum ſit, l. ſi ſic legatum* 75. *§. ſi quis* 3. *l. plane* 94.
§. 2. eod. tit. Nec minus elegans illa disjunctiva 23
eſt Cæſaris Juſtiniani *in princip. de jure perſonarum*, ibi: *Quod omnes homines, aut liberi ſunt, aut ſervi*, & infra in *§. fin. ejuſdem tituli*, ibi: *In liberis autem multa, aut enim ſunt ingenui, aut libertini.* Quibuſque convenit principium, *tit. Inſt. de his qui ſunt ſui, vel alieni Juris*: nam διαζευγμένων, *ſive disjunctum*, incompoſſibile, eſt disjunctio iſta, ſeu diviſio Juris perſonarum: nullo enim modo ſervi cum liberis, ingenui cum libertinis convenire poſſunt: verbum enim *diviſio*, (ſive differentia,) quo Juſtinianus in præſcriptis locis uſus eſt, tantum valet, quantum disjunctio, cum per diviſionem, & differentiam ſtatus hominum disjunguntur, probat *dict. l. ſi ex toto* 8. *§. fin.* Eandem 24
disjunctionem habet *l. plane* 34. *§. ſi ita* 14. *D. de legatis* 1. in legato illo: *Fundum Sejanum, vel uſumfructum ejus ſibi habeto*, nam uſuſfructus formalis intelligi non poteſt, niſi in abſtracto à proprietate, *principium Inſtit. de uſufructu l. recte dicimus* 25. *D. de uſufructu.* Inde eſt, quod legato alternative fundo, & uſufructu, alterum ſolummodo relictum credatur. Quid illa *l. quæ ſub conditione* 8. *D.*
de condition. & demonſtrat. inſt? ibi: *Ne vel hi, vel* 25
illi, aut conſequerentur, aut perderent, quod relictum eſt, & infra. *Ita enim homines, aut facientes admitterentur, aut non facientes deficerent conditione*, & in *§. 5. ejuſdem legis, alternata conditione*, id eſt, *disjuncta*, ſic hæ voces Juris Interpretibus receptæ, & promiſcuæ ſunt Alciat. *in l. 29. de V. S.* Madera *Cap. 20. animad. num. 4.* Cujac. *in l. hæc verba, de V. S.* De hac noſtra disjunctiva, etiam expreſſa ſunt jura in *l. ſi is qui* 13. *D. de reb. dub. §. ſi plures* 11. *inſt. de hæred. inſtit. L. 5. D. de hæredib. inſtit l. cum pupillus* 78. *§. 1. de conditionib. inſt.* In quibus jam ſeparata: jam alternata: jam disjuncta, dicitur res, *§. fin. inſt. de hæred. inſt.* quod recte expreſſit Theophil. διαζευκτικῶς ταῦτα ἐγγεγράφθαι εἰπών, 26
bene, διαζευκτικῶς, ex recepto verbo in disjunctivis, ex à me datis.

Expreſſior omnibus eſt deciſio Alex. 3. *in cap.*
inter cæteras 4. de reſcriptis. Nec perturbet ali- 27
quem verſiculus ille, *cum aliqua ſub disjunctione mandantur*, ut exiſtimet, de ſubdisjunctiva loqui; quia τὸ *ſubdisjunctione*, ſolummodo eſt præpoſitio, quæ regit caſum, quaſi ſcriberet, *cum aliqua ſub iſta disjunctione mandantur*, &c. Conſentiunt ſic Panorm., A. de Butrio, Henricus Bocer., Baldus, Phil. Decius, Gregor. Lopez Madera *Cap. 20. animad.* & alii. Exemplum à Pontifice ſubjunctum convincit expreſſe: ſi vera ſunt, quæ in hoc integro capite diſpoſuimus. Infinitus campus reſponſorum eſt, quo disjunctivas diſcurrere poſſemus: prædocta ſatis ſuperque mihi viſa ſunt, ut concludamus caput: concludentes disjunctivam, ſeu alternatam copulativam componi, cum alternatur adverſa res: aut enuncians alternativam, alterum maluit, quam utrumque; tamen commodiori loco, id eſt, poſtquam disjunctivarum altius ſedem, ſeu naturam penetraverimus: difficilium reſponſorum diſquiſitionem, & interpretationem reſervo. Qua noſtra ſententia diſcimus plane à doctiſſimo Gregorio Lopez Madera, *dict. Cap.* 20.
diverſas, prædocente, disjunctivas eſſe Juriſcon- 28

 ſultorum

ſultorum à Grammaticis, & Dialecticis, cum contrariam doctrinam veriorem eſſe comprobaverimus: imò ni Grammaticorum ſcite percalleamus, non prudentum pernoſcemus alternata. Pendet utique iſta à primæva illorum cognitione. Specta, & audi libenti aure, & animo ſequentia.

C A P. III.

Subdisjunctivæ Conjunctiones quæ ſint. 1. *Qualiter conſiderentur eodem tempore.* 2. *Ad id expenditur A. Gellii locus.* 3. Παραδιαζευγμένον *eleganter dicuntur.* 4. *Aſſeritur lectio* παραδιαζεῦξιν in l. cum quidam 4. C. de verb. ſignific. 5. *Error Alciati notatur volentis reponere* συναφεια, 6. *Illuſtratur Proculus* in l. hæc verba 124. D. de verbor. ſignific. *Subdisjunctiones iſtæ variis exemplis, & autoritatibus eruditorum comprobantur.* 8. (*Particulæ*, ſed, ſed etiam, ſed quoque, verum etiam, *ſubdisjunctivæ ſunt*). 9. *Elegans Heliodori locus inducitur.* 10. *Tituli Platonis ſubdisjunctivi.* 11. (*Error Vergaræ*). 12. *Inſignis etiam Perotti Sypontini error in exemplis ſubdisjunctivæ.* 13. *Diſcretum ſubdisjunctivum quod?* 14. *Hujus ſubdisjunctivi altera ſpecies, quando oppoſita ejus non pugnant.* 15. *In hac* παραδιαζευγμένῳ *ſpecie explicatur Proculus* dict. l. hæc verba. 16. *Et adaptatur Phavorini Philoſophi interpretatio apud A. Gellium* lib. 5. Noct. Attic. cap. 11. 17. *Georgii Pachymerii inſignis locus expenditur.* 18. *Baptiſtæ Roſarii ad eum verſio notatur.* 19. *Sed adhuc variis locis eruditorum hoc genus disjunctivi illuſtratur.* 20. *Denique nucleus Capitis datur.* 21. *In quibus omnibus varii Scriptores antiqui interpretantur, & illuſtrantur.*

1 SUccedunt Subdisjunctivæ conjunctiones: in quibus periculum faciamus ad noſtrum Proculum *in l. hæc verba* 124. *de verbor. ſignificat.* Sed priuſquam accedamus ad eum, perquiramus eas ab antiquis, & novis Grammaticis: atque Philoſophis, quorum apud me magna eſt autoritas: utpotè Peritorum in arte. Primo primum inter omnes Priſcianum audiamus ſcribentem iſta. *Subjunctivæ ſunt, quæ voce disjunctivarum, utrumque tamen eſſe ſignificant: vel ſimul, ut copulativæ, vel diſcretæ ſimul, ut Terentius in Eunuc., vel Rex ſemper maximas mihi gratias agebat: pro etiam Rex. Idem in Phorm. vel oculum excludito,. eſt ubi vos ulciſcar locus: & Alexander, ſive Paris: pro Alexander, qui & Paris dicitur: ſimiliter Mars, ſeu Mavors gradivus, vel Marſpiter, præſul eſt bellorum. Diſcretæ utrumque tamen eſſe, ſignificant: ut tota die, vel legit iſte, vel cogitat: ſignificat enim & legere, & cogitare: ſed non ſimul utrumque facere, ſed aliis horis legere, aliis cogitare. Similiter remex, vel expellit remum, vel attrahit: cum ſimul pene utrumque fieri intelligo, ſed diſtincto: alius eſt enim motus pellentis, alius trahentis*, quem refert, & ſequitur Alphonſus Palentinus de conjunctione. Subdisjunctiva ergo ſecundum Priſcianum eſt, quando utrumque eodem tempore admitto, vel diverſo; eodem tempore, (cujus explicationem nunc ſu-
2 mimus) ſubdisjunctivum cum Priſciano explicamus ex Terentio in Eunuch (qui locus *Act.* 3. *Scena.* 1.) in quo cum paraſitus Gnato jactabundo, & impenſe vano militi referret, meretricem, pro dono illi dato, ingentes gratias agere, elatus reſpondit.

Vel Rex ſemper maximas
Mihi agebat, quicquid feceram: aliis non item.

Quaſi miles diceret, & alii, & Rex ſimul gratias mihi agunt: utpotè doctiſſimus Donatus ibi advertit: qui apte probat eodem Terentio *in Hecyra Act.* 1. *Scena.* 1. *v.* 3.

Vel hic Pamphilus jurabat, quoties Bachidi
Quam ſancte, ut quivis facile poſſet credere.

Et advertit Eugraph. *in illo Actu.* 3. adducitque verſum elegantem Maronis Eclog. 8.

Carmina vel Cælo poſſint deducere Lunam.

In quo P. Cerda, & Antiqui ſententiam noſtram comprobarunt: quamvis Pierius ſcribat, in aliquibus exemplaribus legi.

Carmina & è Cælo poſſunt deducere Lunam.

Sed etiam Pontanus in noſtra fuit ſententia, quam illuſtravit Cicerone, & aliis. Perapta in hoc primo genere ſubdisjunctivæ alia exempla Priſciani ſunt, qui ſolum hujus primi generis disjunctivi
meminit. De quo tamen ſubintelligo A. Gellium 3
Lib. 16. *Cap.* 8. qui poſtquam disjunctum expreſſerat, ſubſcribit. *Quod ſi aut nihil omnium verum; aut omnia plurave, quam unum, vera erunt: aut quæ disjuncta ſunt, non pugnabunt: aut quæ oppoſita eorum ſunt contraria interſe non erunt: tunc id disjunctum men-
dacium eſt & appellatur* παραδιαζευγμένον, *vicioſe* 4
disjunctum. En disjunctivam eleganter expreſſam: quando disjuncta non pugnant: aut inter ſe contraria non ſunt, quod eleganter παραδιαζευγμένον vocatur, cum disjunctum vicioſum ſit, ut recognoſcit ex A. Gellio. G. Budæus *in Comment Ling. Græcæ fol.* 146. & H. Steph. *in Theſauro*, & Nomenclator Harmenop. ver. παραδιαζεῦξις, & διάζευξιν. Et antequam ad ulteriora procedamus, aſſerimus ex his receptam, & antiquam lectionem, *l. cum
quidam* 4. *C. de verbor. ſignific.* ibi: *Melius itaque no-* 5
bis viſum eſt, omni hujuſmodi verboſitate exploſa, conjunctionem aut *pro*, & *accipi, ut videntur, copulativo modo eſſe prolata: & magis ſit* παραδιαζεῦξις, *ut & primam perſonam inducat, & ſecundam non repellat*,
in quo loco A. Alciat *lib.* 9. *Parerg. Cap.* 18. *& ad* 6
l. 29. *D. verb. ſignific.* legit συναφεια contra quem, acrius quam par eſt, ivit J. Cujacius *in l. ſi unus* 27. *§. ſed ſi ſtipulatus* 6. *D. de pact. & in l. ſi ſic ſtipulatus* 133. *D. de verb. oblig.* & D. Gothofred. *in notis ad dict. l. cum quidam.* Edmund. Merillius *ad deciſiones Juſtin. d. l. pen.* Fran. Raguell. *ad eaſdem dec. Juſtiniani in lib.* 6. *ad l. generaliter, C. de inſtit. & ſubſt.* retinentes antiquam lecturam. Quibus omnibus mire illuſtratur noſter Proculus *dict.*
l. hæc verba 124. Qui ſubdisjunctivorum duplex 7
genus aſſervit: quorumque alterum ſic aperuit: *Alterius generis eſt, cum ex propoſitis finibus, ita non poteſt neuter eſſe, ut poſſit utrumque eſſe: veluti cum dicimus, omne animal aut facit, aut patitur: nullum eſt enim, quod nec faciat; nec patiatur: at poteſt ſimul & facere, & pati.* Varia ergo autoritate conſtat, conſtare ſubdisjunctiva, quando conjuncta in disjunctione non repugnant: ſed ambo admittuntur: aut ex natura ſua, aut voluntate enuntiantis. Placet pro clariori doctrinæ effatum illu-
ſtrare iſtud, ſive ἀξίωμα, aliquibus locis, quæ 8
multum doctrinæ proderunt, & eruditioni. Et primo

mo ſe offert Virgilius, in duplici loco expenſus præcedenti capite: ſubdisjunctivéque reſtitutus adverſus Priſcian. unus 7. Æneid. eſt.

Sive errore viæ ſeu tempeſtatibus acti.

Alter 2. Æneid.

Aut hoc incluſi ligno occultantur Achivi.

(Reſpice nos ibi n. 16. & 17. & 18.)

Idem Virg. 1. Georg. v. 356.

Continuo ventis ſurgentibus, aut freta Ponti
Incipiunt agitata tumeſcere: & aridus altis
Montibus audiri fragor: aut reſonantia longe
Littora miſceri: & nemorum increbeſcere murmur.

Deſcribit Poëta prognoſtica tempeſtatis, ſumpta ab experientia. Planum eſt, Virgilium voluiſſe utrumque prognoſticum marinum: tumeſcere freta Ponti: & littora reſonantia miſceri: utrumque accidit, ventis ſurgentibus. Hac ſimili conſideratione, tu ſequentia libra, & diſcerne. Idem Virgil. 1. Georg. verſ. 125.

Ante Jovem nulli ſubigebant arva coloni.
Nec ſignare quidem: aut partiri limite campum,
Fas erat.

Et verſ. 332.

Aut Atho: aut Rhodopen: aut alta Ceraunia telo.

Sic Theocrit. (cui inſtitit Virgilius,) ut Interpretes conſentiunt.

ἢ Ἄθω, ἢ Ῥοδόπαν, ἢ Καύκασον ἐσχατόωντα.

Aut Atho: aut Rhodopen: aut Caucaſum extremum.

Idem Virg. 2. Georg. verſ. 120.

Quid nemora Æthiopum molli canentia lana?
Velleraque ut foliis depectant tenuia Seres?
Aut quos Oceano propior gerit India lucos,
Extremi ſinus Orbis?

Cic. *lib.* 4. *Ep.* 1. *Servio Sulpicio* miſſa. *Itaque mihi venire in mentem nihil poteſt, non modo, quod ſperem, ſed vix jam, quod audeam optare,* & Lib. 10.
9 Ep. 25. Planco. *Mihique, ſi ita oppreſſus eſſem, remque publicam mecum perdidiſſem, mortuo non modo honorem, ſed miſericordiam quoque defuturam* (plerumque enim particulæ, *ſed, ſed etiam, ſed quoque, verum etiam,* quamvis disjunctivæ ſint, acci-
10 piuntur ſubdisjunctive. Vide Godeſcalcum Stewech. *de particul. Linguæ Latinæ f.* 1171) Heliodor. lib. 1. Æthiop. Hiſt. Ην δὲ οὐ πολέμου καθαρὰ τὰ φαινόμενα σύμβολα, ἀλλ' ἀνεμέμικτο καὶ εὐωχίας οὐκ εὐτυχοῦς ἀλλ' εἰς τοῦτο ληξάσης ἐλεεινὰ λείψανα. *Cæterum non fuerant juſti prælii notæ, ac indicia, quæ apparebant; ſed mixtæ fuerant infelicis, & infauſti convivii, ac ejuſmodi finem ſortiti, miſerabiles reliquiæ.* Nullum elegantius perquiri locum poteſt: cum in oratione triplex inſerta ſit disjunctiva, quæ conjungit ſem-
11 per. Ejuſdem virtutis eſt titulus Platonis ſecun-
12 dum Vergaram, Μίνως ἢ περὶ νόμου, id eſt. *Minoe vel de legibus.* (licet errore plano autor iſte ſubdisjunctivis addat orationem ſimilem δός μοι χρυσὸν, ἢ ἄργυρον, *da mihi aurum, vel argentum,* cum proprie disjunctiva ſit: cum alterum intelligatur ex dictis à nobis hoc, & præcedenti capite) Ἵππαρχος, ἢ φιλοκερδής. *Hipparchus, vel de lucri cupiditate,* Ἐρασταί, ἢ περὶ φιλοσοφίας, *amatores, ſive de Philoſophia* Θεάγης περὶ σοφίας, id eſt, *Theages ſive de ſapientia,* & cuncti Platonis tituli: quæ exempla ad demonſtrandam ſubdisjunctivam, ſufficiant: quibuſque ducibus, ſi neceſſe fuerit, alius alia perquirere, & penſitare facile poterit. Videndus eſt J. Cujacius *dict. l. hæc verba,* & Madera, *dict. cap.* 20. *animadverſ. num.* 12. quæ omnia inſcitiam Bartoli coarguunt *in l. ſi quis ita* 30. *D. de aur. & arg. legat.* contra quem ſuo tempore fortius ibimus.
13 Ex his refellitur intolerabilis Sypontini error, qui *in ſua Cornucopia Epig.* 5. *ad Domitianum fol. mihi* 482. ſubdisjunctivas disjunctiones appellat, quia res, vel perſonas disjungunt: ut *hoc, vel illud: meum, vel tuum erit: hodie, vel cras:* quæ vera disjunctio eſt: ut ex datis ſupra evidentiſſimum eſt.

His omnibus maxime illuſtrari poterat, & vindicari à Criticorum audacia Juſtin. *in l. pen. C. de verbor. ſignific.* qua nulla in toto Jure Civili lex, ad comprobandum hujuſmodi ſubdisjunctivæ genus, elegantior eſt (ut in hoc C. inſinuavi,) ſed ne Proculum: & alterum ſubdisjunctivæ genus referemus: relinquamuſque in ſuſpenſo: & commodius, utiliuſque, conſtituto altero ſubdisjunctivo, divagemur ad illuſtranda varia reſcripta, & reſponſa, quorum intellectus ab utroque genere pendent: accedo libentiſſime ad alterum. Diſcretum 14
Priſcianus dicit conjunctum, cum utrumque intelligitur; ſed non ſimul eodem tempore, ſed diverſo; & interſe contrarium eſt: ut exemplis perſpicue docet Priſcian. & Procul. *Ut tota die, vel legit iſte, vel cogitat:* legit equidem iſte, & cogitat: ſed non ſimul eodem tempore, ſed diſcreto: ſed aliis horis legit, aliis cogitat. Similiter illud: *remex aut expellit remum, aut attrahit:* non utrumque ſimul eodem, ſed diſtanti tempore: alius eſt enim motus pellentis alius attrahentis. Sic Cujacius, *aut cauſam agit, aut judicat,* non ſimul: impoſſibile de Jure eſt: aliud eſt munus Advocati, aliud Judicis; Julian. in difficili *l. ſi is qui ducenta* 14. §. *utrum de reb. dub.* ibi: *Nam ſimul ea poſſunt eſſe vera, quamvis inter ſe contraria ſunt.* Sed alterius παρα- 15
διεζευγμένου, diſcreti exemplum eſt apud A. Gellium *dict. lib.* 16. *Cap.* 8. *Aut curris, aut ambulas, aut ſtas: nam ipſa quidem inter ſe adverſa ſunt: ſed oppoſita eorum non pugnant: non ambulare enim, & non ſtare, & non currere, contraria inter ſeſe non ſunt: quoniam contraria ea dicuntur, quæ ſimul vera eſſe non queunt: poſſis enim ſimul eodemque tempore, nec ambulare, nec ſtare, nec currere, ſed quieſcere.* (Vide P. Taubman *ad Plaut in Sticho Act.* 1. *Scen.* 1. *fol.* 1058. ibi: *e malis multis.*) Ut ſub eodem 16
exemplo Proculus noſter hoc ſubdisjunctivum docuit: verba ſunt. *Subdisjunctivi autem genera ſunt duo: unum, cum ex propoſitis finibus, ita non poteſt uterque eſſe, ut poſſit neuter eſſe: veluti cum dicimus: aut ſedet, aut ambulat: nam ut nemo poteſt utrumque ſimul facere; ita aliquis poteſt neutrum: veluti is qui accumbit.* Congruit his interpretatio Phavorini 17
Philoſophi, quam reſponſo Biantis dedit: dixerat enim iſte apud *A. Gellium lib.* 5. *Noct. Atticarum cap.* 11. ἤτοι καλὴν ἕξεις ἢ αἰσχράν, καὶ εἰ καλὴν ἕξεις κοινήν, εἰ δὲ αἰσχρὰν ἕξεις ποινήν· ἑκάτερον δὲ οὐκ ἀγαθόν· οὐ ληπτέον ἄρα. 1. *Aut Pulchram duces; aut deformem: ſi pulchram, habebis communem; ſi non turpem, habebis furiam: neutrum autem bonum: non eſt igitur ducenda uxor.* Audi verba A. Gellii, & interpretationem Phavorini, conſtituentis diſcrimen inter disjunctum, & ſubdisjunctum. *Sed Phavorinus noſter, cum facta eſſet forte mentio ſyllogiſmi iſtius, quo Bias uſus eſt, cujus prima πρότασις, eſt* ἤτοι καλὴν ἕξεις ἢ αἰσχρὰν (an pulchram habiturus ſis uxorem an deformem) *non ratum id, neque juſtum, disjunctum eſſe ait: quoniam non neceſſarium eſt, alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum eſſe, quod in proloquio disjunctivum neceſſarium eſt. Eminentia enim quadam ſignificari formarum turpes, & pulchræ videntur: eſt autem* (inquit) *tertium quoque, inter duo iſta; quæ disjunguntur. Cujus rationem, proſpectumque Bias non habuit: inter enim pulcherrimam fœminam & deformiſſimam* (adverte disjunctivum noſtrum) *media quædam forma eſt, quæ à nimiæ pulchritudinis periculo, & à ſummo deformitatis odio vacat: qualis à Q. Ennio in Menalippa perquam eleganti vocabulo ſtata dicitur, quæ neque* κοινὴ *futura ſit, neque* ποινή. Hujus ſubdisjunctivi generis meminit Georgius 18
Pachymerius, *reſolutionum priorum cap. de ratiocinationibus connexis,* & perapto illuſtrat exemplo τρίτος δὲ ὁ διὰ πλειόνων διεζευγμένων ἀναποδείκτος, οἷον ἢ ψυχρόν ἐστιν ἢ θερμὸν ἢ τὸ μέσον αὐτῶν χλιαρόν· ἀλλὰ μὴν οὔτε ψυχρὸν οὔτε θερμὸν· χλιαρὸν ἄρα. *Quinta efficitur in multis,*

multis, atque disjuncta eſt: hoc vel frigidum eſt, vel calidum, vel horum inter medium tepidum; ſed nec frigidum, nec calidum eſt, igitur tepidum. Sic vertit Baptiſta Roſarius: ſecundum cujus verſionem Pachymerius confundit, quæ hucuſque aſſerta reliquimus, diſtinctaque, & diſcreta: nam quæ proprie ſubdisjunctiva ſunt, disjunctivo attribuit.

19 Sed non ita eſt, contrarium Pachymerius voluit & hujuſmodi errorem potuit inferre (ut multoties accidit) iniqua verſio: illa enim πέμπτος ὁ ἐν πλείσταις διαζευκτικαῖς ἀναπόδεικτος (in quibus eſt difficultas) proprie ſic verto. *Quintus* (ſcilicet τρόπος *ſeu demonſtratio*) *eſt in multis disjunctis* ἀναπόδεικτος, id eſt, *indemonſtrabilis*, & qui non recte demonſtrari poteſt: quod proprium eſt ſubdisjunctivi generis: nam utpotè ſubdisjunctum παραδιεζευγμένον vocatur, id eſt viciosè disjunctum, ſic eleganter Pachymerius, eleganter quidem διεζευγμένον ἀναπόδεικτον, dixit, id eſt, disjunctum indemonſtrabile. (Unde faciliter ferrem, ſi legeretur ἀναποδεικτῶν) cum enim ſubdisjunctum non proprie demonſtret & non plene, (ut cum Proculo, & aliis probavimus) disjunctum ἀναπόδεικτον Pachymerius vocavit: & ſenſus eſt. *Quintus tropus, ſeu demonſtratio eſt indemonſtrabilis in multis disjunctis*, vel ex mente Pachymerii, *quinta demonſtratio eſt in ſubdisjunctivis.*

20 Sed præter iſta, demus ex Poëtis exempla alia: à Terentio iſta perapta in Andria. Act. 1. Scen. 1.

Obſervabam mane illorum ſervúlos
Venientes: aut abeuntes.

Quid ſtantes? Et in Eunucho Act. 2. Scen. 3.

Quid tu es triſtis? quidve alacris?

Quid ſi neutrum? & expreſſius Propert. Lib. 1. Eleg. 11.

Seu triſtis veniam, ſeu contra lætus amicis.

Idem *Lib. 2. Eleg. 25.*

Tu mihi vel ferro pectus, vel perde veneno.

Quid ſi ligno? Et Lib. 2. Eleg. 3.

Digna quidem facies, pro qua vel obiret Achilles,
Vel Priamus: belli cauſa probanda fuit.

Hoſtes erant, & diverſi homines, quid Agamemnon, & Ajax? Martial. ſpectac. Epig. 26.

Quis tantas liquidis artes invenit in undis?
Aut docuit luſus hos Thetis, aut didicit?

Quid ſi neutrum ut verum eſt? Ariſtophan. in Nubibus, Act. 1. Scen. 3.

Εἴτ' ἄρα Νείλου προχοαῖς ὑδάτων χρυσέαις ἀρύεσθε πρόχοισιν
Ἢ Μαιῶτιν λίμνην ἔχετ' ἢ σκόπελον νιφόεντα Μίμαντος.

Sive ad Nili oſtia limpham nunc hauritis aqualibus aureis.
Sive Paludem Mæotim, ſive Mimanta niveſum habitatis.

Quid alia freta, & flumina? Alia plura, quæ ad manum nobis, tu facillime colligere poteris, conſule Edmun. Merill. *in expoſis. ad 50. decif. Juſt. Cap. 39. ad l. 4. C. de V. S. fol. mihi* 429. Franc. Raguell. *ad eaſdem dec. Juſt. Lib. 6. ad d. l. 4.* Alb. Gentil. *ad l. hæc verba* 124. *D. de V. S.* Marc. Anton. Muret. *Lib. 8. variar. Cap. 7. & 8.* 21
Concludo igitur disjunctum ſeu διεζευγμένον alternatæ rei, ſive alternativæ partem unam ſolam admittere: ſeu veram dicere, ſeu effectum ſortiri; contrarium eſt in ſubdisjunctivis, ſeù παραδιεζευγμένων, in quibus aliquando utrumque eodem tempore; aliquando diſcreto admittitur: utpotè in Capite iſto longe datum eſt. Quibus tanquam ſubſtruimus fundamenta, quæ ſuper faciemus quod ad Civile noſtrum Jus ſpectat: infra enim ſeriem dabimus longam legum de ſubdisjunctione loquentium: quas ſuis propriis locis reſervo, ut rectam ſubdisjunctionum naturam pernoſcamus.

CAP. IV.

Diſquiritur late, an in disjunctivis ſufficiat alteram partem eſſe veram, à Num. 1. Autores aliqui referuntur, qui in ea fuerunt ſententia affirmativa, quam ſequitur Autor. 2. Et qui contrariam tenuerint. 3. Et quæ fuerit doctiſſimi Greg. Lop. Maderæ. 4. Fundamenta proponuntur pro parte affirmativa, & expenditur locus Ariſt. Lib. 1. de interpret. Cap. 6. Num. 5. *M. T. Cic. in noſtra fuit ſententia, & aliqua ejus loca adducuntur. 6. Et alia A. Gellii. 7. Et aliud I. Sirenii* de fato, *præter plura in excurſu. 8. Nova lux datur Proculo* in l. hæc verba 124. D. de V. S. 9. *Nove etiam expeditur* l. Prætor edixit 7. juncto §. quod autem 4. D. de injuriis. 10. *Et Ulpian.* in l. ubi autem 75. §. qui illud, aut illud. 8. D. de V. O. 11. *Alternativa conſideratur; Etſi una res eximatur ab obligatione.* 12. *Conſideratur* l. ſi duo 128. D. de V. O. 13. *Atque* l. cum quærebatur 13. D. judicatum ſolvi. 14. *Ex prædictis illuſtratur*, Cap. inter cæteras 4. de reſcript. 15. *Gregorii Lop. Maderæ fundamenta pro ſua ſententia referuntur. 16. Quibus longe ſatisfit à num. 17. Disjunctiva contrarietatem continet, ſi non ex natura rei, ex voluntate diſponentis. 18. Conſtituens enunciationem alternativam in ipſo conceptionis inſtanti unum ſolutioni excogitavit. 19. Enunciatio alternativa qualiter ex formatione verborum conſtet. 20. Locus celebris* Ariſtotelis Lib. 1. *de* Interpret. Cap. 4. *interpretatione excurritur. 21. Liberum eſt unicuique orationem enunciativam circa vera, ſeu falſa componere. 22. Alius Ariſtotelis locus expenditur* Lib. 8. Topicorum Cap. 5. 23. *In disjunctiva oratione forma, & materia voluntas, cauſa efficiens qualiter conſiſtat. 24. Quodammodo in disjunctiva neceſſario requiritur, ut altera pars falſa ſit. 25. Qua ratione disjunctiva disjunctior erit. 26. In quibus omnibus à recta Philoſophia, & Juriſprudentia certa principia deducuntur, & illuſtrabuntur: quibus eleganter iſta ditatur ab illa.*

1 SIc differunt disjuncta, & ſubdisjuncta, ſed aliter etiam; maximè in eo, ſcilicet, an in disjunctivis ſufficiat alterum eſſe verum: quæſtio quidem, quæ, à Pragmaticis plerumque, jam in proverbium abiit; ſed à Criticis aliquibus, non ſolum negatum, ſed irriſum. Utrique tamen feliciter

lieiter minus veritatis album; alte poſitum, contigere: non contingit qui forte magis, quam certo jactu deprehendit. Hoc de Pragmaticis ſententio, quorum ſententia mihi vera eſt, non tamen juſtis rationibus, rectaque Philoſophia, aut ab eis inventa, aut defenſa. Tamen referamus aliquorum ſententias, ut prævideas, Lector, quam crudeliter, ab Antiquis utique, in campo iſto con-
2 flictum ſit. Præeat Bart. *in l. ſi quis ita ſtipulatur. D. de V. O.* Alex. *in l. ſi ita quis, D. eodem.* Albericus Gentilis *in l. ſæpe de V. S.* Baldus *in l. ea lege ad finem, C. de condict. ob cauſam, & in cap. cum inter cæteras, de reſcript.* ubi Panorm., A. de Butrio, H. Bocerus, Felin. Philippus Decius, idem Decius 4. *part. conſ.* 530. *num.* 6. Guid. Pap. *ſing.* 703. Roder. Suarez *alleg.* 27. Gregor. Lopez *in l.* 3. *tit.* 4. *part.* 6. *gloſ.* 3. J. P. Surd. de alimentis *tit.* 4. *quæſt.* 15. *n.* 59. Everard. *loco à natura alternativæ, ex num.* 8. Gratian. Diſceptat. For. *lib.* 2. *cap.* 288. *n.* 3. & 5. Caſtillus *lib.* 5. *cont.* 2. *part. cap.* 136. *num.* 60. & *num.* 80. alios dat Velaſco *in axiomat, lit. A. num.* 238. A. Gomez *in l.* 70. *Tauri, num.* 3. Matienço *in l.* 7. *tit.* 11. *lib.* 5. *Recop. gloſ.* 1. *num.* 50. P. Peckius *in reg. in alternativis, num.* 5. *de reg. jur. in* 6. Fran. Hotom. *libr.* 3. *obſervat. cap.* 2. Robertus *receptæ lect. lib.* 2. *cap.* 22. Cujacius *in l. hæc verba* 124. *de verb. ſignific.* Fonſeca *dialect. inſtit. lib.* 3. *cap.* 17. J. Pontan. *In commentariis ad* 2. *Æneid. Virg. verſ.* 45. Ariſtoteles, Cicero, A. Gellius, J. Siren., Priſcian. in locis infra referendis, & relatis ſuperioribus capitibus. Quorum ſententiam receptam, indubitabilem noſtris Juriſprudentiæ Sa-
3 cerdotibus fuiſſe, probabo multis. Contrarium tamen ſenſerunt alii, quibus præivit dux Epicurus (apud Ciceronem deſignandus infra) cujus partis conſequuti fuerunt Petrus Ramus *lib.* 20. *Animadverſ. Ariſt.* (qui nimis petulanter à tantis tamque graviſſimis viris deſcivit) & Calepius *in repetitione l. ſi is qui, §. cum ita, D. de rebus dubiis*, A. Perſius *lib. novarum poſitionum contra Jus Civile poſſit.* 656. Marius Salomon. *ad l. Gallus in diviſione operis,*
4 *ſ. mihi* 8. Doctiſſimus Gregorius Lopez Madera *cap.* 20. *animadver. Juris Civilis, num.* 6. *cum ſeqq.* Mediam quodammodo viam ingreſſus eſt; in qua (ſi verum profiteri licet) non longe ab Epicuro, & ſequacibus iter fecit: à quibus tamen ſententiam ſuam diſtare immenſis intervallis exiſtimat: dijudicat enim, alternativam enunciationem conſiſtere non poſſe, niſi utraque pars vera ſit; at vero in concreto cum ſolutionis effectu commixtam non deficere, ſi altera ejus pars vera deficiat.

Sic prænominati contendunt, ſed ut ego quaſi ἔφεδρος in arenam deſcendam, prima ab origine ſententiam iſtam deducam: & commixtus an-
5 tiquioribus diſcurram campum. Primo Ariſtoteles *lib.* 1. *de interpretatione, cap.* 6. reſolvit contradictiones, quæ univerſalium univerſaliter ſunt, ita ſeſe habere, ut altera pars earum neceſſario vera ſit, altera falſa: & idem in ſingularibus: nam, ut ipſe *in ejuſdem Lib. Cap.* 6. antea retulit, ſi quiſpiam univerſaliter quidem de univerſalibus enunciat, competere inquam, aut non competere quippiam; erunt enunciationes iſtæ contrariæ: nam affirmationem & negationem ex diametro opponi, neceſſarium eſt. Convenire enim nullo modo poſſunt, & ſic de ſingularibus, utpotè Socrates eſt albus, Socrates non eſt albus, & in exemplis jam à nobis datis ſupra *Capit.* 2. & bene Proculus noſter *dict. l. hæc verba* 124. *de verborum ſignification. aut dies, aut nox eſt; quorum poſito altero, neceſſe eſt tolli alterum, item ſublato altero, poni alterum.* Disjunctiva enim iſta, cum expreſſe contradictionem contineat, utrumque admittere non poteſt, patet. autem (ut inquit Ariſtoteles *dict. Capit.* 6.) & unius affirmationis unam eſſe negationem: idem enim oportet negationem negare: quod affirmavit affirmatio ipſa: & ab eodem, ſive ſingulare ſit, ſive univerſale; aut univerſaliter aut non univerſaliter ſumptum; neceſſario ergo in disjunctiva contraria alteram partem falſam eſſe, aſſerere debemus. In eadem eſt ſententia Marc. Tull. Cicer. 6
Libr. 2. *Academ. quæſtion. num. mihi* 88. Apud quem *Dialectici* (verba ejus ſunt) *ſic ſtatuunt, omne quod ita disjunctum ſit, quaſi aut etiam, aut non, non modo verum eſſe, ſed neceſſarium*, & infra *Cum igitur* (ſcilicet Epicuro) *Dialectici pugnent*, id eſt, *Antiochus, & Stoici: totam enim evertit Dialecticam: nam ſi è contrariis disjunctio (contraria autem ea dico, cum alterum ait, alterum neget) ſi talis disjunctio falſa poteſt eſſe, nulla vera eſt.* Epicurus equidem (ut in loco iſto Cicero ſcribit,) contemnebat, irridebat, & evertebat totam Dialecticam: hoc principio (apud omnes certiſſimo) negato. Quæ Epicuri temeritas, ſeu temerarius error tam alte Ciceronis animo inſedit, ut cum alia *ἀξιώματα*, ſeu Epicuri effata tractet convincere: ad promovendos in Epicurum animos, referat disjunctionem noſtram negaſſe: ac per conſequens totam evertiſſe Dialecticam, ut ejus exinde autoritatem extinguat. Sic *in hoc Libr.* 2. *Academ.* facit, & *Libr.* 1. *de Natur. Deorum num.* 48. cujus (tua venia lector) tranſcribam verba. *Idem facit*, (de Epicuro loquitur) *contra Dialecticos, à quibus cum traditum ſit, in omnibus disjunctionibus, in quibus aut etiam, aut non poneretur, alterutrum verum eſſe: pertimuit, ne ſi conceſſum eſſet hujuſmodi aliquid, aut vivet cras aut non vivet Epicurus; alterutrum fuerit neceſſarium: totum hoc, aut etiam, aut non, negavit eſſe neceſſarium: quo quid dici poteſt obtuſius?* Probat argumentandi genus Cicero idem *in Topicis ad Trebatium*, & proprium Dialecticorum eſſe, & neceſſario concludere, concludit *quod in disjunctione plus uno verum eſſe non poteſt* (verba Tullii ſunt) in disjunctiva ergo contraria neceſſario altera pars vera debet eſſe. Quod 7
ἀξίωμα tantum apud Phavorinum prævaluit in A. Gellio *Libr.* 5. *Noct. Atticarum, Capit.* 11. ut non alia de cauſa Biantis ſyllogiſmum reprobaverit, quam ea, quod non ratum disjunctum ſit in quo neceſſarium, non ſit alterum ex duobus, quæ disjunguntur, verum: docet idem A. Gellius *Libr.* 16. *Capit.* 8. ea fortiſſima ratione: nam ſi quæ disjuncta ſunt, pugnant, ſi contraria ſunt: alterum verum neceſſario eſſe debet: nam ſi utrumque: nulla repugnantia, & contrarietas dari poſſet. Contrariorum enim alterum eſt privatio, Ariſtoteles *Libr.* 1. *Phyſicorum, Capit. ſeptimo*, latè Jul. Cæſar Scaliger. *de ſubtilitate ad Cardan. exercitation.* 18. & ſemper quæ contraria ſunt, longiſſimis ſpaciis diſſita ſunt, Ariſtotel. *de partibus animalium, Cap.* 3. quæ ratio apud omnes maxima eſt, & præcipuam dicit Jul. Sirenius de fato, *Libr.* 1. *Cap.* 7. cui addit aliam perelegantem, & eleganter explicat, eam ſcilicet: *quoniam ex Stoïcorum de-* 8
creto (quibus noſtri Conſulti inſtiterunt) *certa cauſarum ſeries ad extremi unius eventum tendit, non alterius: & ita tendit, ut non poſſit in illud non tendere & extremum illud ex ea, non evenire, non queat: alterum autem contra ab eadem evenire valeat nequaquam.* Semper ergo altera pars in repugnantibus vera eſſe debet, in extremumque id certus cauſarum ordo ſemper decurrit. (Quæ docta ratio obſervanda erit ad ea, quæ ſubjiciemus infra in hac quæſtione) quibus quidem ex Dialecticorum ſententia, & in ejus confirmationem argumentis adductis, nihilo faciendi ſunt Epicurus, Ramus, Calepius, Perſius ſupra relati, numero 3. defendentes, in disjunctione alternata utrumque debere eſſe certum, verumque, aliter disjunctionem non poſſe ſubſiſtere.

vel ut proprius *in dict. §. cum ita explicatur*. 12. *Acceditur ad terribile Juliani reſponſum* in §. utrum, dict. l. ſi is qui ducenta. 13. *Sententia aliquorum ad eum refertur*. 14. *Late laboratur ſuper verſ.* Animadvertendum. 15. *Accurſii & antiquorum ſententia datur ad eum*. 16. *&* 17. *Hotomani, & Cujacii emendationes*. 18. *Acriter defenditur Florentina lectio*. 19. *Proprius acceditur ad veram ejuſdem*, §. interpretationem. 20. τὸ ille, *ad remotiora*; hic *ad proximiora ex communi uſu refertur*. 21. *Sed non ſemper acceptus hic uſus ab Antiquis*. 22. *Multis exemplis probatur*. 23. τὸ ille, *pro* hic. 24. *Formula recepta loquendi*, ille ego. 25. *Aliquando* τὸ hic *ſolum accipitur relative ad diverſas perſonas*. 26. *Laborioſum Caput pro rei ſubtilitate, & reſponſorum, quæ defenduntur*.

SIC rapimur rationis vi, & virtute, non auto-
ritatis reverentia, aut horrore; perſeverabi-
mus ſemper in hoc recto curſu, ut in hoc trami-
te videbitis. Cum enim proximiori capite defen-
derimus, in disjunctione alternata alteram partem
eſſe veram: in præſentiarum perquirimus, an axio-
ma, ſeu effatum iſtud trahendum eſſet ad disjun-
1 ctiones negativas? Cuncta enim noſtra contentio
fuit in ſuperioribus affirmativas ſuper. Ominor
inde dubium, quia plura (ni humane fallor) Con-
ſultorum reſponſa convenire video, in quibus ne-
gativa disjunctio utrumque alternatum verum eſ-
ſe, requirat. Sed quæ iſta fatalis diſcordia inge-
nerans ſententiarum diſcordias, aperta pugna, in
ipſos Juriſprudentiæ interpretes! Negant enim
2 plurimi, in negativis disjunctionibus utrumque al-
ternatum neceſſarium eſſe: accipe aliquos magni,
receptique nominis apud noſtros. Imo *l.* in *Cap.
inter cæteras de reſcriptis*, ubi Decius *num.* 26. Fe-
lin. *numer.* 16. Socinum, Dyn. Ran. *in l. ſi is qui
ducenta* 11. *§. cum ita, & in §. utrum de rebus du-
biis*, Andream *in Mercurial. in regul. in alternativis
de regulis Juris Lib.* 6. ubi Dyn., Nicol. Everard.
in loco à natura alternativorum, *num.* 8. Franciſ-
cum Hotoman. *Lib.* 3. *obſervation. Cap.* 1. Do-
nel. *in l. ſi ita quis* 63. *de verb. oblig.* ubi Alex.
Gregor. Lopez Maderam *Cap.* 24. *Animadverſ.* Fa-
teor communiorem interpretibus noſtris ſenten-
3 tiam iſtam fuiſſe, ſed & in contrariam alii magni no-
minis iverunt, qui in negativa adimplendum eſſe
utrumque dijudicarunt, fuerunt Angelus *dict. l. ſi
quis ita ſtipulatus*, Marian. *conſ.* 52. Panormita-
nus, Cardinalis, & Butrius *dict. Cap. inter cæteras*,
Baldus *in l. generaliter, C. de Inſtit. & ſubſtit.* Iaſ.
in l. penul. de verbor. ſignificat. Sic ſuſpicor ſenti-
re Cujacium *dict. §. cum ita & §. utrum, & Lib.* 5.
obſerv. Cap. 3. A. Govean *Lib.* 2. *variarum, Cap.* 22.
Atque Oſvald. *ad Don.* 15. *comm. Cap.* 12. *lit.* K.
A. Fabr. *Libr.* 17. *con. Cap.* 18. circa finem, Go-
tofred. *in dict. l. generaliter* 6. in notis ad eam. A-
lii ſe diſtinctione communierunt: nam Jaſon *dict.
4 l. ſi quis ita, Num.* 7. Generalem regulam pro-
bans, in disjunctiva negativa ſufficere alterum:
alium ſubintrat tramitem, illum ſcilicet diſſecans,
quod ſi exordium ſtipulatio à conventione pænali
habuit, veluti *promittis centum ſi hominem, aut
fundum non dederis?* tunc ſufficiat, alterum factum
eſſe; ſi vero incipiat ſtipulatio à conditione nega-
tiva, veluti *ſi illud, aut illud non dederis, centum
dare ſpondes?* utrumque efficiendum eſſe: in qua
fuit P. de Bellapertica, Rainer, & Albericus *in
eadem lege*, & poſtea Alciat. *Nu.* 16. & ante hos
Accur. & Bart. *dict. §. cum ita.* Nam cum vide-
rent quædam Juriſconſultorum reſponſa perſpicue
utrumque alternatum adimplendum eſſe, demon-
ſtrare; quædam contrarium innuere: præſcriptæ
diſtinctionis fœdere pacem imaginariam pacti ſunt.

Sic ſuper quæſtione iſta vario eventu hucuſque
decertatum eſt: quid nos? Quorum partes ſeque-
mur? Incertus mehercle apparet eventus belli, &
fortunæ: & ſine timiditate, aut temeritate nulli
partium nos committere poterimus. Sed aliud
ſentio, imò ſecuriſſime commiſcebimur eorum ca-
ſtris: ſub eorum ſignis merebimus, qui in negati-
va disjunctione defendunt utrumque, aut neutrum
faciendum eſſe. Hujus indagatio ſententiæ per 5
rectas rationes, per civilia reſponſa procedere de-
bebit: nos ſic etiam ſcrutabimur tantis ducibus qui-
bus ſuperiora ſuperantur, & abſtruſiora inveniuntur.
Diſtendo manum ad leges: ad altiſſima Juriſcon-
ſultorum reſponſa: quæ alite ingenio ſupervolare
Icareum nefas oſtenditur: pro Deus! quanta eſt
crepido illa Juliani *Lib. ſingulari de ambiguitatib. in
l. ſi is qui ducenta* 13. *§. cum ita* 2. *§. utrum* 3. *&
ſeqq. D. de rebus dubiis*, apud quam excellentiſſimi
Heroes naufragium fecerunt, aut ingenii conſe-
crarunt tabulas. Præcipuè Fran. Hotoman, qui
Lib. 3. *obſervat. Cap.* 1. Diſrumpere variis icti-
bus, incaſſum datis, ſcopulos conatur iſtos: ſed
adhuc ſtant, æternumque ſtabunt: audi *[illegible]*
reſponſorum Juliani, ex quibus ſecura noſtræ
ſententiæ fundamenta ſubjicio. Scripſit Conſul- 6
tus. *Cum ita ſtipulationem concipimus ſi hominem,
aut fundum non dederis, centum dare ſpondes? Utrum-
que eſt faciendum, ne ſtipulatio committatur, ideſt ſive
alterum ſive neutrum factum ſit, tenebit ſtipulatio.*
Quid expreſſius pro noſtra ſententia? Nam quam-
vis disjunctio alternata altera parte contenta ſit,
id recipimus ſi affirmative ſit enuntiata; ſecus
quando negative concepta. Quæ verba tantam 7
Fran. Hotomano offuderunt caliginem, ut con-
feſſione expreſſa non erubuerit longe de Jure Ci-
vili bene meritus vir profiteri, ſe non intelligere,
quid ſit, quod in disjunctivis enunciationibus
utrumque verum eſſe oporteat, contra *l. hæc verba
124. de verbor. ſignificat.* & alias, quas præcedenti
Capite dedimus. Unde verba illa reſtituenda judi-
cat, ut disjunctivæ loco, *aut*, reponatur conjun-
ctiva *Et*, motus aliqualiter ex Accurſii gloſ. qui
in verbo. *Non dederit: aut*, pro *&* accipiendum
eſſe ſcribit. Sed hoc non eſt remedium, ſed cru-
deliſſimum vulnus infligere. Conſtabit per me
Florentina lectio: nec id repetiturus erat Julianus
in ejus §. contextura, cum inferiori loco copulati-
vam negativam tractet, *ſi Stichum & Damam & He-
rotem non ſtiteris, decem dari?* Ergo in principio
disjunctivam egit. Sed quid? neceſſarium eſt Ho-
tomano pro ſua emendatione tuenda, alia plura
emendare Jura à nobis ſubdenda: nam quamvis
non fuerit veritus corrumpere ſubſequentem §.
utrum, turpiſſimum judicabit quicunque, fore ſæ-
danda, & ſciſſionis remedium neceſſarium eſſe in
aliis quibuſcumque reſponſis, admittentibus in dis-
junctione alternata negativa utrumque. Tribua-
mus ergo intemperantiæ, & luxuriæ emendandi,
emendationem; quam neceſſitati, rectæque do-
ctrinæ.

Procedit Conſultus. *Idemque eſt evidenter, cum
propoſitis ſpecialiter pluribus rebus, quas fieri volumus,
ita ſtipulamur. Si quid eorum factum non erit, veluti
Stichum, & Damam, & Herotem ſiſti: ſi quis eorum
non ſteterit, decem dari? Neceſſe eſt enim omnes eſſe
ſiſtendos, ut ſtipulationi ſatisfiat.* Recte *evidenter*,
nam in prima ſtipulatione urgebat disjunctionis
natura, ut alterum aſſereremus, non utrumque;
at in ſtipulatione iſta per copulativam conjuncta,

& compoſità, evidentius utrumque eſſe faciendum
apparet, cum ea ſit conjunctionis vis, & natura,
ut utrumque copulatum requirat *l. 5. D. de condit.*
8 *inſt. l. ſæpe de verbor. ſignificat.* cum vulgatis (quod
graviter declarat, & docet vere doctus, & vere
Juriſconſultus Academiæ decor, & tribunalis ſa-
pientia, doctiſſimus D. D. Joan. Baptiſta Larrea
*in Centur. 2. deciſ. Granatenſ. deciſ. 61. Num. 10. 11.
& ſeqq.*) A quo Interpretum illuſtratione & reſpon-
ſorum veritate donaberis. Præcipuè cum Conſul-
tus àddiderit, *propoſitis ſpecialiter pluribus rebus*: qua-
ſi diceret, ſtipulationem fuiſſe conceptam primo:
Promittis Stichum, & Damam, & Herotem ſiſtere?
& poſtea additum, *ſi quid eorum factum non erit,
&c.* Tunc enim planius eſt, ſtipulantem voluiſ-
ſe omne in ſtipulatione deductum adimplendum
eſſe: id eſt *Stichum, & Damam, & Herotem ſiſten-*
9 *dos eſſe.* Hinc damus lucem Ulpian. *in l. ſi ſervus
9. §. 1. D. ſi quis cautionibus*, ibi: *Si plurium ſervo-
rum nomine judicio ſiſtendi cauſa, una ſtipulatione pro-
mittatur: pœnam quidem integram committi, licet u-
nus ſtatus non ſit, Labeo ait, quia verum ſit; omnes
ſtatos non eſſe*, ſtipulatio ergo celebrata fuit, ut
plures ſiſterentur ſervi, copulative ex Juliani for-
mula *in noſtro §. cum ita*, id eſt *una ſtipulatione pro-
mittatur* propterquod, quamvis unus ſtatus non
ſit, pœna committetur integra: quia verum ſit,
omnes ſtatos non eſſe, ideſt non ſatisfactum copu-
lativæ, ſiſtendi ſervum illum, & illum (circa hoc
Ulpiani reſponſum expecta à me graviora retra-
ctanda infra) ex his merito probo Cujacium *in
notis ad noſtrum*, §. *cum ita*, notantem Accurſii in-
terpretationem, intelligentis in principio hujus §.
10 in illa ſtipulatione. *Si hominem aut fundum non dede-
ris, centum dari ſpondes?* Conceptam fuiſſe ſtipulatio-
nem priorem. *Promittis mihi hominem, & fundum*, &
poſtea deſcenſum fuiſſe ad pœnalem ſtipulationem,
ſi hominem, aut fundum non dederis, &c. Suppoſitio
enim iſta gloſſatoris parum recta, minuſque ſubtilis,
& omnino falſa, quæ enim difficultas inde prodi-
ret? Quæ res dubia ad titulum? Quod illud ejuſdem
retractationis involverunt inſipidum, barbarum, ex-
terminatum à doctrina, elegantia, brevitate Ju-
riſprudentum? (ut in Hotomanum injecimus pro-
xime ſupra) quid reſpondendum eſſet illis? *Cum
ita ſtipulationem concipimus.* Quæ ſignate certoque
indice demonſtrant quæſtionis dubium Juriſconſul-
tum hæſitaſſe inde, quia nullis aliis præmiſſis ſtipu-
latio celebrata fuerit ſub conditione illa pœnali:
indeque ſubjicit Conſultus in proxima ſtipulatio-
ne, *idemque eſt evidenter, cum propoſitis ſpecialiter
pluribus rebus.* Quia evidentia oritur ex eo, quod
ſub copulativa, & propoſitis pluribus rebus, con-
cepta fuerit ſtipulatio (ut enucleavi proxime) de-
buit enim Accurſius conſiderare, formam ſemper
11 ſtipulationis variari: incipiendo aliquando à con-
ditione; aliquando à diſpoſitione, & petitione;
elegans tex. *in l. ita ſtipulatus* 115. §. *item* 2. *verſ.
itaque de V. O.* imò formula certiſſima ſtipulatio-
num erat, cum pœnam ſtipulabatur aliquis, ut
aliquid fieret, ſic concipere ſtipulationem. *Si ho-
minem, aut fundum non dederis*, vel ſic, *ſi ita fa-
ctum non erit*, noſter §. *cum ita*, §. *utrum*, *l. cum
quid* 71. *l. continuus* 137. §. *Si ut aliquid* 7. *D. de ver-
bor. obligat.* §. *fin. inſt. eod.* ut conditionaliter pro-
poneretur ſtipulatio. Manebit ergo in noſtro §.
cum ita ſub conditione conceptam ſtipulationem
fuiſſe, eamque diſquiſiſſe Julianum. Quibus clau-
do interpretationem verſiculi, tantam negativæ
vim eſſe, ut pariaret Conſultus disjunctionem ne-
gativam, & copulativam, arg. *dict. l. ſæpe de ver-
bor. ſignificat.*

12 Hæc cuncta præclariora ſubſequens verſiculus
reddit: ſubdit enim Julianus. *Vel* (*ut proprius ac-
cedamus*) *fingamus, ita ſtipulationem factam, ſi Sti-
chum, & Damam, & Herotem non ſtiteris decem
dari? Nec enim dubitabimus, quin æque omnes ſiſti
oporteat.* τὸ *ut proprius accedamus*, nota: quæ ma-
gis inſultant Accurſianæ interpretationi prænotatæ
proxime: nam cum Julianus formam ſtipulationis
duplicem propoſuiſſet, primam, *ſi illud, aut il-
lud non dederis*, ſecundam, *ſi quid eorum factum non
erit, &c.* & cum in hac ſecunda ſtipulatione va-
riatum fuiſſet à prima, quia ante pœnalem ſtipu-
lationem propoſita ſtipulationis petitio fuerat:
nunc ſe accedere proprius, ait; qui proprius?
quia à conditione initium ſtipulatio habuit tertia,
ut & prima ipſa, quod in ſecunda non fuit. Quæ
certa conſideratio evertit radicitus Accurſii con-
jecturam, propugnatam ſupra in principio noſtri
§. *cum ita*, aliam ſubintelligendam interpretatio-
nem. Quæque recte animadverſa confundunt al-
tius Hotomani emendationem ſuo loco condem-
natam: & aliorum, reponentium in principio §.
noſtri *ſi hominem, & fundum*, vel ſic *ſi hominem,
ac fundum*, qui cum ingenii alis apprehendere reſ-
ponſi altitudinem nequirent, vi & violentia cape-
re, quem virtute non potuerunt, conati ſunt.
En mi Lector, ita me docti ament, veram ſubti-
liſſimi Juliani interpretationem, docentis, nega-
tivam disjunctionem eundem operari effectum,
quem copulativam negativam.

Timidius in paleſtram §. *utrum*, deſcendo. 13
Proh Deus! quanta in eo monumenta horroris, &
ſtragis cruenta ſigna! quanta, quamque altiſſima
Juliani arx eſt, quamque inſuperabilis! tamen ten-
tabimus, faxit Deus! ne incaſſum ſuperare, &
oppugnare rationis ariete, & ingenii ſcalis: ſed
hæ fragiles, & graves, & accedo tamen. Ver-
ba Juliani ſunt. *Utrum ita concipias ſtipulationem,
ſi illud, aut illud factum non erit, an hoc modo, ſi
quod eorum factum non erit, quæ ut fierent comprehen-
ſa ſunt, hoc intereſt.* Sunt qui dixerint, in *hoc* §. 14
revocare Julianum, quam in §. *antecedenti*, ſen-
tentiam, dixerat, quos merito notant Cujacius in
commentario ad hanc legem, & antiqui plures: ſo-
lum enim Conſultus hic agit conſtituere ſubtiliſſi-
mam differentiam inter ſtipulationes iſtas, ut be-
ne advertit A. Govean. *Lib. 2. variarum, Cap.* 20.
nam cum in §. *cum ita*, proximo tractaſſet Con-
ſultus ſimul ſtipulationes iſtas, *ſi illud, aut illud
factum non erit*, & *ſi quid eorum factum non erit*, &
eundem ambabus attribuiſſet effectum: ſcilicet
utrumque faciendum eſſe (ut ediſſerui latè) nunc
ſubtiliſſimam rimatur differentiam, qua ſtipulatio-
nes, quæ eundem effectum ſortiuntur, diſcrimi-
nentur: id indicat τὸ *hoc intereſt*, Juliani: atque
ſequentia demonſtrant evidenter. Quam diffe-
rentiam prudenti attentione Conſultus ſubſcripſit:
nam cum ſtipulationum formæ diſtarent, & ra-
tio, qua disjunctiones negativæ ſic operarentur,
in abdito eſſet: nondum ſibi ſatisfactum Julianus
animadvertit: nondum ſibi ſatis propugnatam, de-
fenſamque ſatis ſui ſubtibiſſimi reſponſi ſententiam,
viſum fuerat, ni diſcrimina, & latebras rationis
indagaret. Quæ ſine dubio in cauſa fuerunt Ju-
liano, ut ſubjiceret reſponſum iſtud, & ſeqoen-
tia. Iſta cuncta præ maxime conducunt ad illu-
ſtrationem §. *cum ita*, & ab eo dependent. Quæ
conſideratio juvat maxime Hotomani ſententiam
dict. L. 3. Cap. 1. illam ſtipulationem *ſi quid eo-
rum* copulative factam fuiſſe: quodque adſtruunt
ſatis illa, *quæ ut fierent comprehenſa ſunt.*

Sed hæc omnia, ſatis conſona, cujuſcumque
demulcerent aures, niſi everteret funditus omnia
verſiculus *animadvertendum* noſtri §. audi verba,
& perpende. *Animadvertendum igitur eſt, quid ſit* 15
de quo quæritur, nam cum ita concipio, ſi illud, aut
illud non fuerit, *quæri debet, an aliquod factum non
ſit, illius effectus hic eſt, ut neutrum fiat; hujus au-
tem,*

(in qua non immoror, dum majorem præbere illuſtrationem paramus). Quæ omnia axioma iſtud perſpicue produnt, receptum fuiſſe apud noſtros Conſultos Juris Juſtinianei Autores: à quibus do-
15 ctiſſimè accepit Alexander Tertius *in Capit. inter cæteras* 4. *de reſcriptis*, & ſua deciſione probavit: conſtare poſſe disjunctivam, quamvis ejus altera pars falſa ſit.

Hæc maxime fidem maximam faciunt pro communi, noſtraque ſententia. Sed parum in palæſtra conſecuti ſumus dum fortiſſimus ſiſtit in ea victor, inſuperabilis pene, Gregor. Lopez Madera *dict. Capit.* 20. *ſuarum animadverſionum:* defendens enunciationem alternativam nullatenus conſtare poſſe, niſi ejus utraque pars conſtet ve-
16 ro, veroque nitatur. Adſtruit ſententiam ſuam *ex dict. l. ſi duo rei, D. de verbor. obligation.* & *Authen. ſi quando ad finem, C. de conſtitut. pecun.* & quia terminorum habilitas non datur, niſi ex æquo unus, aut alter verus eſſe poſſit, ſecus autem eſſe, quando alternativa enunciatio in concreto conſideratur commixta cum effectu, ſive ſolutione: tunc enim quamvis alterum non præſtetur, alterum tamen præſtatur: & disjunctio fuit alternativa, cum utrumque à principio in obligatione fuit.

Nec obſtare huic reſolutioni Proculi reſponſum *dict. l. hæc verba.* & A. Gellii, Ciceroniſque ſententias, quia loquuntur de proprio Dialecticorum disjuncto: cujus ea natura eſt, ut ſi in eo ſit alterum verum, erit alterum falſum: quia ex contrariis terminis debet confingi: hæc in ſumma doctiſſimi Maderæ ſententia.

17 Sed nos, qui nullum admittimus diſcrimen inter disjuncta Grammaticorum, Dialecticorum, & Juriſprudentum (ut longe, lateque docuimus Capitibus ſuperioribus) graviſſimi viri renuemus voto: darem manus, ſi Juriſconſulti alicujus præberet reſponſum in ſuæ ſententiæ fidejuſſionem, comprobationemque diſcriminis; imò contra reſponſa, & argumenta hoc Capite digeſta, aut concluſa fidem tradunt contrariam. Quis quantumvis audacis, & repugnantis animi non acquieſcet Proculi autoritati, & reſponſo *dict. l. hæc verba.* Pandectarum volumini inſerto: in quo magnus explicat Conſultus Juriſconſultorum disjuncta ex Dialecticorum effatis, & axiomatibus, (ut feliciter judicio meo hoc Capite altius penetravi reſponſum) & utrumque commiſcet: etſi Dialecticorum disjuncta diſcriminantur (ſecundum Maderam) à Juriſprudentum, quia illa ex contrariis terminis conſtant, non idem in iſtis reperimus? ita eſt. Quid in illa disjunctione principii, *de Jure perſonarum*, ut omnes homines, aut liberi ſint, aut ſervi: aut ingenui ſunt, aut libertini *in fine ejuſdem tituli:* nonne omnino disjuncta ſunt, & contraria? Quid in *l. plane* 34. §. *ſi ita de legat.* 1. in legato fundi, vel uſusfructus? quod duo legata continere reſolvit Conſultus, quia omnino adverſa ſunt ex *lege* 1. & 2. *D. de uſufructu.* Quid in *l. ſæpe* 53. *D. De verborum ſignification.* in quo disjuncta, & ſeparata à conjunctis ſeparatur, cum disjuncta omnino adverſa contineant: utpotè in illa, *Agnatorum, Gentiliumque*, quidquid reclamet Budæus: & in illa, *quod eum dare, facere opportet:* quæ nihilo disjunguntur à Dialectico illo, *aut dies, aut nox*, aut ab aliis à me conjunctis. *Cap.* 2. Quid de *lege ſi is qui ducenta*, §. *utrum.* dicemus? in qua tota Conſulti difficultas, an illa ſtipulatio *ſi illud, aut illud factum non erit*, contraria contineat, an ſubcontraria. Inde eſt, quod contrarietatis ratione propric Conſulti vocent hujuſmodi legata, ſtipulationes, atque conditiones disjunctas, ſeparatas: Theophilus, διαζευκτικὰς, *lege ſi quis* 13. *D. de rebus dubiis*, §. *ſi plures* 11. *Inſtit. de heredib. inſtituend. l.* 5. *D. eodem, l. cum pupillus* 76. §. 1. *D. de condition. & demonſtrat. inſtitut.* (uti ſupra latius explicui, *Cap.* 2. cum disjunctivam tractavi) & regulariter cum promitto Stichum, aut Pamphilum (ut in juribus datis) hæc disjunctiva contrarietatem continet: ſi non ex natura rei, ex vo- 18
luntate diſponentis; cum à Jure eam diſponendi poteſtatem obtinuerit, unum enim ſolummodo ſolutioni deſignat, ut fatetur idem Madera *dict. Cap.* 17. *num.* 20. aliàs enim deberetur utrumque alternatum (nec nunc quæſtione alia involvar: an ſi utraque res in alternativa contenta obnoxia obligationi ſit, ut Madera *dict. Cap.* 20. *Numer.* 17. ſcribit, & fundamentum facit ſuæ ſententiæ, quod aptius utiliuſque infra diſcutiam) cadit ergo præcipuum doctiſſimi viri fundamentum diſcriminis: quo ſublato, campus aperitur planus, in quo concurrunt æqualiter Dialecticorum, & Juriſprudentum disjuncta, ac per conſequens in omni enunciatione alternativa alterum ſufficere eſſe verum, cum id Dialecticorum certiſſimum effatum fuerit.

Nec invenio, quò tendat diſcrimen illud alternatæ enunciationis, aut ſolutionis, ut in illa utrumque verum adeſſe, ſit neceſſe; ſecus in iſta, cum imò, eo ipſo quod ego alternatam enunciationem conſtituo, in ipſo conceptionis momento enunciationis admitto, aut deſigno alterum ſolutioni ſolummodo; alias copulative, & con- 19
junctive enunciarem, & deberetur utrumque, *dict. l. ſæpe* 53. *de verborum obligation.* Quod de media Philoſophia Ariſtoteles ducit *Libr.* 1. *de interpretat. Cap.* 6. ut eleganter in ſimili argumentatur Fab. *Lib.* 17. *Con. Cap.* 18. cum eo animo alternativa poſita ſit, ut ſi altera ejus pars defecerit, altera præſtetur, & adimpleatur (ut Capite iſto multis comprobavimus reſponſis) non ergo alternata enunciatio utrumque requirit, potius autem excludit. Opponit graviſſimus vir in habilitatem terminorum, quoties enunciamus *illud, aut illud.* Quorum utrumque verum non eſt: cum ſi alterum falſum ſit, jam non *illud, aut illud erit*: id magis in ſolutione obſtaret, cum jam non poſſet *illud, aut illud* ſolvi: quod tamen ipſum non comprimit; ſed in enunciatione alternativa, ut enunciatio alternativa eſſet, non requireretur: cum ea 20
conſtet ſolummodo ex formatione verborum: & quamvis *illud, aut illud* falſum ſit, enunciatio illa per verba disjunctiva compoſita, alternativa erit. Quæ ratio tantum apud me valet, ut perſuadear nulla alia contraria ſuperari. Sane enim enunciatum eſt *illud, aut illud*, quod ad ejus formam nihil amplius deſiderat, & an ſi utrumque, aut alterum falſum, vel verum ſit. Enunciatio enim ex Maderæ ſententia in abſtracto à ſolutione conſideratur, & tunc remanet in nudæ orationis terminis, quæ ipſis rebus, ideſt ſolutioni anteit, Ariſtotel. *in Epiſtol Rhetorica ad Alexandrum:* oratio autem conſtat ſolummodo nominibus, & verbis, ut ipſa res ſatis demonſtrat, & dixit idem Ariſtotel. *Libr.* 3. *Rhetoricorum ad Theodectem Cap.* 2. Quid ergo prohibebit, ut confingi enunciatio poſſit de *illo, aut de illo:* quamvis utrumque, vel alterum falſum ſit? Hæc valde commovent, ut levi percurram pede Ariſtotelis *Lib.* 1. *de interpretatione Caput* 4. Quod integrum diſquiſitionem no- 21
ſtram maxime illuſtrat, & portas huic veritati aperit. Inquit enim Magnus Philoſophus, *orationem*, vocem eſſe ſignificativam, quæ in affirmatione, vel negatione conſiſtit; non autem omnem orationem enunciativam eſſe, ſed eam tantum, quæ vera eſt, aut falſa. Hæc autem enunciativá oratio conſtat ex verbo, aut caſu verbi: & aut eſt una, ideſt, quæ unum ſignificat, aut ſunt plures, quæ plura, & non unum ſignificant. Aut eæ, quæ carent conjunctione (id eſt disjunctæ, de quibus noſter ſermo) dividit ſtatim enun-

*tem, ut utrumque fiat; nec in illo prodeſt, aliquid
non feciſſe, ſi aliquid factum ſit; nec in hoc aliquid
feciſſe, ſi aliquid factum non ſit.* Julianus autem in
hoc verſiculo in principio præpoſitam quæſtionem
reſolvit, & diſcrimen deſignat ſtipulationum illa-
rum, *ſi illud, aut illud factum non fuerit, & ſi quid
eorum factum non fuerit, quæ ut fierent comprehenſa
ſunt.* Effectum autem, inquit, illius (ſecundæ)
ſtipulationis eſt, ut neutrum fiat: propter id enim
pœna conſtituitur; hujus autem ſcilicet *ſi illud,
aut illud, &c.* ut utrumque fiat, nam ſi Stichum,
aut fundum promiſſor non tradiderit, centum
dabit. Quæ quidem evidenter demonſtrant
contrarias ſtipulationes à Juliano in §. iſto
propoſitas, faciendi unam, non faciendi al-
teram, propter quod reſolvit Julianus, quod
in ſtipulatione non faciendi, neutiquam ſuffi-
ciat aliquid factum non eſſe, ſi aliquid factum
ſit: & ſimiliter in ſtipulatione faciendi, ali-
quid factum eſſe, ſi aliquid factum non ſit. Quæ
ſic animadverſa nullatenus convenire poſſunt
præpoſitis ſtipulaionibus, quæ ambæ faciendi
ſunt, ut illa, *ſi illud, aut illud factum non erit* &
illa: *ſi quod eorum factum non erit, quæ ut fie-
rent, &c.*

16 Ab Accurſio, & Antiquioribus uſque ad noviſſi-
mos conſenſum eſt in hac difficultate, quæ indiſ-
ſolubilis cunctis fere viſa fuit: nec ſalubre adhibe-
ri poſſe remedium ſine reſciſſione: quid autem
parvulus ego ſenſerim, nullius fere ingenii, &
doctrinæ? Licebit ergo profiteri mihi, dies ali-
quot è faſtigio reſponſi Juliani inhumane nimis
ſuſpendiſſe mentem, & intellectum: & quaſi bac-
chantem hinc inde variis ambagibus, & Labyryn-
tis traxiſſe, ſi forte tanquam Ariadnæ filo, victor
ab illis emergere poſſem. Nam quod, ab anti-
quis excogitatum eſt, ſine periculo notæ nemo
17 audebit probare. Rogerius enim, & Accurſius in
noſtro §. quos ſequuntur Bart., Alber., P. de Caſ-
tro, ſtipulationem illam, *ſi illud, aut illud factum
non erit*, accipiunt de conventione non faciendi,
ut ſic caverentur à verſiculo *Animadvertendum.* Mi-
ſerabili errore, contra expreſſum §. *cum ita*, &
evidentem rationem, & veritatem, quæ ex con-
ditionali illa ſtipulatione deducitur, *ſi illud, aut il-
lud factum non fuerit, &c.* præſupponentem fa-
ciendi ſtipulationem fuiſſe: nam propter id poni-
tur pœna, veluti *ſi hominem, aut fundum non dede-
ris, centum dabis?* quod & ipſi agnoſcunt in hac
ſtipulatione, & in illa, quæ ejuſdem effectus eſt:
*ſi quid eorum factum non erit, quæ ut fierent compre-
henſa ſunt:* præcipue cum (ut jam probaverimus)
illa ſtipulatio *ſi illud, aut illud factum non fuerit*, à
conditione ipſa, non ab alia conventione exor-
dium habuerit.

18 Hotomanus *Lib.* 3. *Obſervat.* Cujacius *in Com-
mentario ad hunc text.* & *Lib.* 5. *Obſervat. Cap.* 3.
Florentinam correxerunt lectionem in bujus text.
principio, tranſpoſitione negativæ: nam cum vul-
gariter legeretur ſic: *ſi quid eorum factum non fue-
rit, quæ ut non fierent, comprehenſa ſunt*, reſtitue-
runt, *ſi quid eorum factum fuerit, quæ ut non fierent
comprehenſa ſunt:* ut duas ſtipulationes conſtitue-
rent faciendi unam, ibi: *ſi illud, aut illud factum
non fuerit*, non faciendi alteram, ibi: *ſi quid eo-
rum factum fuerit, &c.* ex formula legis *continuus*
137. §. *ſi ut aliquid* 7. *D. de verbor. obligat.* qui-
bus eleganter verſiculum *Animadvertendum* adap-
tant, ſcilicet *illius effectus hic eſt, ut neutrum fiat*
(in ſtipulatione non faciendi) *hujus autem* (ſtipu-
lationis faciendi) *ut utrumque fiat.* Juvat maxime
emendationem, ſeu tranſpoſitionem, quod in an-
tiquis codicibus (teſtibus Rogerio, Py. Placen-
tino) legebatur ſine negativa: *ſi illud, aut illud
factum fuerit*, quod non diſplicet Accurſio, & Bar-
tol. hic. Albericus affirmat, ſine negatione litte-
ram Piſanam exiſtere: quos, Cujacius *dict. Cap.* 3.
Obſervat. mendum vidiſſe, animadvertit, ſed non
locum. Quomodocumque ſit, pro emendatione
iſta maxime facit, unam harum ſtipulationum
non faciendi fuiſſe: adſtipularique antiquiſſimos
Codices: antiquiſſimos Interpretes, vulgaris le-
ctionis uſque ad ſuperſtitionem religioſiſſimos, &
peraptam verſiculi *Animadvertendum* conſonan-
tiam.

Hæc cuncta quemcumque commovere in ean-
dem ſententiam poſſent: nec ego contumaciter
deſpicio; ſed tamen veriorem Florentinam, quæ
receptior fuit, judico: probant, ſequunturque
cum Accurſio, Bartol., Albericus, Paulus de Ca-
ſtro *in noſtro lex.* A. Govean. *dict. Cap.* 20. *varia-* 19
rum Robert. 2. *recep. lect. Cap.* 22. qui invehitur
contra Cujacii emendationem: quæ quidem lectio
cum congruentem interpretationem poſſit accipe-
re, non temere abrumpere debemus. Præter
quod, pro certo habeo, Julianum eaſdem retractaſ-
ſe ſtipulationes in §. *utrum*, quas antea in §. *cum
ita*, tractaverat, ut jam ſcripſi. Et cum ambæ
faciendi ſtipulationes fuiſſent, ſubtiliſſimam inter
utramque formulam differentiam diſquirit, ut bene
A. Govean. animadvertit; aliter enim ſi altera fa-
ciendi, altera non faciendi fuiſſet, in vanum, imò ri-
diculum foret, diſcrimen rimari per tam varias cau-
ſas, per tot diſcrimina rerum: quæ reſponſum red-
diderunt famoſum, & celebre. Credi ergo debet,
inde difficultatem proveniſſe, quia cum ejuſdem
eſſent effectus ſtipulationes; tamen variis, aut fe-
re contrariis producerentur cauſis, utpotè per diſ-
junctivam, & copulativam omnino contrarias.
Ex quo ſubtiliſſima prodit elegantia Juliani. Ad-
de his (quæ magni facio) Julianum in verſic. *Ani-
madvertendum*, poſtquam ſubtiliter multum diale-
ctis profeciſſet effatis, ſic reſponſum concludere,
& reſolvere. *Animadvertendum igitur eſt, quid ſit
de quo quæritur. Nam cum ita concipio: ſi illud, aut
illud non fuerit:* tractat ergo ſolummodo ſtipula-
tionem faciendi in principio, ſub duplici forma pro-
poſitam. Si autem & *non faciendi*, tractaſſet, cum
tam longis intervallis ambæ diſtarent, deberet ad-
dere: *nam cum ita concipio, ſi illud, aut illud non
fuerit:* & ita *ſi illud, aut illud fuerit*, vel per co-
pulativam (ut infra dicam) quatenus enim Julia-
nus poſſet ſtipulationem non faciendi reſolvere,
axiomate conſtituto ſtipulationis faciendi? Ergo
neceſſario aſſerere debemus, Conſultum reſpexiſ-
ſe ſtipulationem faciendi, quia in principio ſola
illa ſub forma verborum varia præpoſita erat: ali-
ter enim non concludenter quæſtioni propoſitæ
reſponderet. Ad idem tendit conſideratio ſubſe-
quentium verborum in eodem verſ. ibi: *Quæri de-
bet an aliquid factum non ſit:* id ideò, quia utraque
ſtipulatio faciendi fuit, aliàs ſi non faciendi fuiſ-
ſet alia: quærere etiam deberet Conſultus, an ali-
quid factum ſit: quod pertinet ad ſtipulationem
non faciendi: ut ſi factum fuiſſet, committeretur
pœna. Pro certo ergo habeo, nullam hic fuiſſe
non faciendi ſtipulationem. Quæ ſi Cujacius, &
Hotoman. animadverterent, forte crudele emen-
dationis remedium non decernerent.

Hæc omnia quantum improbant tranſpoſitio-
nem negativæ, tantum probant Florentinam le-
ctionem, quam nos ſequimur. Quem ergo ap-
prehendemus portum, ſæviente tam horribili tem-
peſtate? Sed proh Deus! Primus ego conclamo
terram, & inſulam ſecuriſſimam, in eo, ubi graſſa-
batur tempeſtas, loco video: forte inviſam aliis, 20
ea eſt *animadvertendum* verſiculus, in quo ſedes re-
ſponſi Juliani, & reſolutio. Proponit iſte, ani-
madvertendum eſſe, de quo quæratur: nam cum
ita concipio: *ſi illud, aut illud non fuerit, quæri de-*

bet, an aliquid factum ſit: & quæſtionis hujus ſubdit rationem, & cauſas his verbis. *Illius effectus hic eſt, ut neutrum fiat: illius* (ſcilicet *an aliquid factum non ſit*) id eſt, non facti effectus eſt, ut neutrum fiat: nam ſi in ſtipulatione faciendi aliquid factum non ſit, effectus naſcitur, ut neutrum videatur factum, quamvis aliquod factum ſit (ut in ſequentibus magis Conſultus explicat). Subdit Julianus: *hujus autem, ut utrumque fiat τὸ hujus* (ſcilicet propoſiti *ſi illud, aut illud non fuerit*) effectus eſt, ut utrumque fiat. En elegantem, & fortem ab effectibus deductam rationem: quaſi diceret, ſtipulationis effectus eſt, ut utrumque fiat: & cum aliquid factum non ſit, eo efficitur, ut neutrum ſit factum, quamvis aliquid factum ſit: merito ergo committitur ſtipulatio, quia neutrum factum fuit: & committetur pœna, quæ in caſu utriuſque non facti propoſita fuit. Advertas, precor, Julianum fere per eadem verba quæſtionem eandem reſolviſſe, *dict.* §. *cum ita.* ibi: *Utrumque eſt faciendum, ne ſtipulatio committatur*, id eſt *ſive alterum ſive neutrum factum ſit, tenebit ſtipulatio*, ut in *l. ſi quis ita* 129. *de verb. obligat.* ibi: *Exigendum erit, ut neutrum factum ſit:* quæ ſi recte animadvertantur, ſane quiſque judicii probabit interpretationem noſtram, cum in eadem quæſtione idem Conſultus uſurpaverit eandem ſententiam, & verba. Magiſque ſe Conſulto explicat in ſequentibus. *Nec in illo prodeſt, aliquid non feciſſe, ſi aliquid factum ſit*, attende reſpectum, quem conſervat Conſultus ad illa: *quæri debet an aliquid factum non ſit:* nam cum ibi non facti quæſtio eſſet, replicat Conſultus, non prodeſt aliquid non eſſe factum, quamvis aliquid factum ſit. Redarguere poteras: planum eſſe, in ſtipulatione faciendi non prodeſſe poſſe non factum: id tam perſpicuum eſſe, ut commendatione non egeret. Sed attende tamen reſpectum à me conſideratum: nam cum non facti quæſtio eſſet propoſita, ut aptiſſime reſponderet Conſultus: non facti mentionem facit, ſed eum ea qualitate, quamvis aliquid factum ſit: in quo nitebatur quæſtio, ſi in ſtipulatione *ſi illud, aut illud non fuerit*: ſufficeret aliquid factum non eſſe, ſi aliquid factum ſit, & ſic verſiculum: *nec in illo prodeſt*, ut (recte æſtimes) integrum conſiderare, & perpendere debes. Imò hæc attentiſſime à Conſulto ſubſcripta fuerunt, nam à principio contra ſtipulationem iſtam hæc difficultas urgebat, in exordio Capitis propoſita, nec concludenter diſſoluta ibi: *Quod quamvis altero facto verum ſit, hoc aut illud vere factum eſſe, non ideò tamen verum erit, hoc aut illud non eſſe.* Quod quidem argumentum in disjunctione negativa fortiſſimum erat (ut latius infra explicabo) videbatur enim ſatisfactum disjunctioni negativæ, ſi alterum factum non eſſet, cum alterum factum eſſet: ei ſatisfacit Julian. in verſ. *nec in illo prodeſt:* quia cum quæſtio contrarietatem perplexam contineret, an ſufficeret in disjunctione negativa faciendi, aliquid factum eſſe, vel aliquid factum non eſſe (ut in d. verſ. *quod quamvis* recte animadverſum eſt à Juliano) eam perplexitatem reſolvit in fine hic per omnium caſuum comprehenſionem, ſive aliquid factum non ſit, vel aliquid factum ſit; & ſic concludit Conſultus. *Nec in hoc aliquid feciſſe, ſi aliquod factum non ſit:* cum relatione ad illud, *nam cum ita concipio, &c.* Nam utpotè non prodeſt, aliquid factum non eſſe, ſi aliquid factum ſit; ita eodem modo non proderit, aliquid factum eſſe, ſi aliquid factum non ſit: ita ut integer verſiculus *illius effectus*, referatur, (ſingula ſingulis referendo,) ad illa, *nam cum ita concipio, ſi illud, aut illud non fuerit, quæri debet an aliquid factum non ſit:* movet aliquid relativorum genus, neutrum enim Conſultus accepit, *nec in illo, nec in hoc.* Si ex ſententia Cujacii, & Hotomani referretur ad ſtipulationes, ad illa ſcilicet, *utrum ita concipias ſtipulationem. Nec in illa, nec in hoc* Juriſconſultus ſcriberet; & quia relationem fecit ad verba, à me conſiderata in verſ. *animadvertendum*, in genere prolata (dixit enim, *nam cum ita conſpicio*) ſcripſit Conſ. *nec in illo nec in hoc.*

Supereſt, ut ſatisfaciamus, & ejiciamus ſcrupulum, qui aliquem pungere poſſet, & commovere in interpretationem noſtram, nam ſi τὸ *nec in illo* referimus ad τὰ *quæri debet an aliquid factum non ſit*, pervertitur grammatices regula, quæ relativum *illud* ad remotiora refert, *hoc* ad proximiora: & ſic, ſi ſecundum eum τὸ *nec in hoc*, 21
damus illis *quæri debet, &c.* & τὸ *nec in illo*, illis: *nam cum ita concipio:* evertitur noſter labor. Sic docet, & probat Calepinus ſive Theſaurus Paſſeratii, *dictione Hic.* Priſcian. *Lib.* 17. & pro quo faciliter tota Grammaticorum cohors arma diſtringet. Quo fundamento Cuja- 22
cius hic Rogerii tranſpoſitionem negativæ corrigit.

Sed quam incerta, quam falſa ſit hæc regula, cognoſcet quicumque (leviter quamvis attigerit, ſeu libaverit elegantiæ, ſeu eruditionis autores) Laurentius Valla *Lib.* 2. *eleg. Cap.* 4. Priſcianum impugnat. Vide fundamenta, quæ pro noſtra ſententia adaptari poſſunt: fortiora erunt ſane: nam (ut noſtri dicunt) in terminis terminantibus antiquorum elegantiores multoties *hic* ad remotius; *ille* ad proximius retulerunt. Sex. Propertius Lib. 23
3. El. 1.

Theſeus infernis, ſuperis teſtatur Achilles,
Hic Ixionidem, ille Menœtiadem.

Quis in fabuloſa hiſtoria primis labiis tinctus dubitare poterit Ixionidem ad Theſeum; Mœnetiadem ad Achillem eſſe referendum: uti agnoſcit M. Ant. Muret. & Paſſerat. ibi: qui & difficultatem agnoſcit, datque eundem Propertium Lib. 3. Eleg. 12.

Qualis & Eurotæ Pollux, & Caſtor arenis.
Hic victor pugnis, ille futurus equis.

Nam quamvis Polluci equos tentaverint attribuere aliqui, receptius contrarium eſt: & quomodocumque Pollucis ſemper pugni, & cæſtus fuerunt: dat & Ovidium 1. Metamorph.

Ut canis in vacuo leporem, cum Gallicus arvo
Vidit, & hic prædam pedibus petit, ille ſalutem.

Planum eſt, *ille*, ad leporem: *hic*, ad canem reducendum: idem Ovid. Libr. 1. Triſt. Eleg. 2.

Quocumque aſpicias, nihil eſt niſi pontus & aer.
Fluctibus hic tumidus, nubibus ille minax.

Et in Epiſtol 1. ad Uliſſem.

Retulit & ferro Rheſumque Dolonaque cæſos:
Utque ſit hic ſomno proditus, ille dolo.

Dormiens ſane Rex Thracum intra ſua caſtra peremptus fuit, Dolon autem ultra fidem promiſſam, ut Homerus, & omnes enarrant.

Si hæc ita: mirabiturne quis eandem regulam à pereleganti Jureconſulto obſervatam: & ratio 24
eſt, quia ſive relative, ſive demonſtrative, *ille*, accipiatur, quid vetat ut per τὸ *ille*, proximior demonſtretur, & ad proximiorem referatur! hæc eſt recta hujus uſus ratio, per quam proximior aliquando, remotior aliquando demonſtratur: unde aliquando *ille*, non vulgariter refertur ad perſonam illam pro τῷ *hic* demonſtratam. Plaut. in Prolog. Captiv.

Hos quos videtis ſtare hic captivos duos,
Illi qui aſtant, hi ſtant ambo, non ſedent.

Quin neceſſarium ſit *illi* pro *illic* intelligi, ut mavult ibi Lambin. & Taubmanus, quaſi diceret *illi captivi, qui aſtant, hi* (demonſtrative) *ſtant ambo*, non autem *ſedent*, uti ipſe Taubman. explicat in *Sticho. Act.* 1. *Scen.* 2. Ex quo principio prove- 25

nit

nit illa recepta loquendi formula *ille ego*, uti Virgil. in princip. Æneid.

Ille ego qui quondam gracili modulatus avena.

Propert. Lib. 4. Eleg. 10.

Audiſtiſne aliquem, tergo qui ſuſtulit orbem,
Ille ego ſum.

Ovid. Lib. 4. Triſt. El. 5.

Ille ego ſum, cuperes dicere, poſſe palam.

Cic. ad Atti. *ego ille ipſe vindex æris alieni*, quo nihil apud ſolutæ, & preſſæ orationis autores frequentius eſt. Multa alia facillimo negotio oſtentarem, quæ ſatis pronominum horum uſum varium fuiſſe aſſererent; ſed ſuperfluunt pro defenſione noſtra iſta. At prætermittere non poſſum, nec ſolum præfatum Antiquos obſervaſſe reſpectum, ut *hoc*, & *illo* ad demonſtrationem duo-
26 rum uterentur; ſed aliquando τὸ, *hic* uſurpant ſolum: aſſerit ſine controverſia Princeps Latinæ elegantiæ, jam apud me altus, audax feliciter, & incomparabilis Statius Papin. *Lib. 1. Theb* (de Furia loquitur.)

Tum geminas quatit illa manus, hæc igne regali
Fulgurat, hæc vivo manus aëra verberat Hydro.

Et ſic in pronomine, *ille*. Euripid. in Hecub. verſ. 1151.

Πολλαὶ δ᾽ ἦ χεῖρες, αἱ μὲν ἐπ᾽ ἀριστερὰς, αἱ δ᾽ ἔνθεν
Multæ vero manus, illæ quidem ad ſiniſtram, illæ vero inde.

Heliodor. Lib. 2. Ætiop. Cap. 6. loquitur de calamitatibus inopinatis, & prævisis. *Τὰ γὰρ μὴ ἡ διάνοια φόβῳ προληφθεῖσα καθίστησι. Τὰ δὲ ἡ συνήθεια τοῦ λογισμοῦ οἰκειοῖ. Has enim animus metu occupatus reformidat, & ægre fert, has autem conſuetudo rationis ſamiliares reddit*, & alibi eodem capite.

Procedunt hæc omnia à ratione præſcripta, quia cum τὸ *hic* & *ille*, relativa ſint, & demonſtrativa, liberum demonſtranti erit τὸ *hic*, vel *ille*, referre promiſcue ad remotam, vel proximam rem. Hæc voveo doctis pro Juliani reſcripti Sphynge, cui reviviſceret, neceſſarium erat, Oedipus ipſe. Vereor, an ſi certus ænigma ſolverim candidi interim votum accipiant, & pulchrum animum vera dicendi. Subſiſto interim tamen, dum alter forte propitiori reſurgat Apolline. Quæ omnia ſic ſudore ingenti quæſita probant latè, negativam disjunctionem utrumque requirere, quod noſtri laboris quæſitum eſt: à quo quieſcam, dum validior animus aggreditur alteram Juliani, & quæſtionis partem.

C A P. VI.

Adbuc inſiſtitur ſuper Juliani reſponſo dict. l. ſi is qui ducenta, §. utrum, D. de reb. dub. 1. *Objicitur Juliano incuria ſui reſponſi.* 2. *Oratio particularis.* 3. *Oratio univerſalis.* 4. L. ſi ſervus 9. §. 1. D. ſi quis caut. *declaratur.* 5. *Argumenta fortiſſima retorquentur in Julian.* 6. *Negativæ vis, & virtus, & quantum ſuperat affirmativam.* 7. *Inde explicatur* l. quidquid, §. 1. D. de verborum obligation. 8. *Et* l. veluti 27. §. 1. D. eodem. 9. *Et* l. hoc genus 106. D. de condition. & demonſtration. 10. *Satisfit* l. boves, § hoc ſermone, D. de verbor. ſignificat. 11. *Interpretamur etiam* l. luminum 4. D. de ſervit. urbanor. prædior. 12. *Negativa malignantis eſt natura, & qualiter.* 13. *Negativa disjunctio ſubdisjunctiva eſt, quod valde notandum eſt.* 14. *Illuſtratur* l. ſi is qui ducenta, §. ſi quis autem 5. D. de reb. dub. 15. *Et Scævolæ reſponſum in* l. ſi quis ita 129. de verbor. obligat. 16. & 17. *Sententia aliquorum ad eam l. refertur, & refellitur.* 18. *Vera interpretatio* 19.

1 APprehendimus iterum Juliani arcem, quorum altitudo verborum à nobis ſuperanda erit: Sequentia ſuo ordine ſunt. *Quod quamvis altero facto verum ſit hoc, aut illud vere factum eſſe; non ideò tamen verum erit, hoc aut illud factum non eſſe: nam ſimul ea poſſunt eſſe vera quamvis inter ſe contraria ſint, quia cum ſignificatio non ex univerſo, ſed ex aliquo ſumitur, ſi veri aliquid inde ſit, veram efficit totam orationem: ſicut è contrario duæ orationes pugnantia continentes ſimul falſæ ſunt: veluti ſi qui liberorum partim puberes, partim impuberes deceſſerint: nam & hoc falſum erit omnes impuberes deceſſiſſe, & illud, omnes puberes deceſſiſſe; id accidit quia ſignificatio ſumitur ex univerſo, in quo ſi aliquid falſum eſt, totam orationem falſam efficit.* Hic non minor ſuper Juliano crudeſcit conflictus: utpotè in quibus quædam reſponſi ratio è viſceribus Dialecticæ deſumpta: ſed à qua noſtræ quæſtionis recta ratio non prodit; quare ſcilicet utrumque in disjunctione alternativa requiratur. Antiqui fere, & cum eis Cujac. præſcriptis locis (*Cap. ſuperiori*) ſcilicet *in Comment. ad hanc legem*, & *d. Lib.* 5. *Obſerv. Cap.* 3. Hotom. *d. Lib.* 3. *Obſerv. Cap.* 1. exiſtimarunt, Juriſconſultum tradidiſſe rectam rationem, propter quam disjunctio negativa utriuſque
2 ad implementum requirat: non tradidit mehercle Conſultus, debuit ſane (ſi libere mihi licet loqui) reddere, in re præmaxime perdifficili, quam ſumma lætitia acciperem. Sed pro aliquali Conſulti excuſatione ſufficiat, Julianum in §. *utrum*, in animum ſolummodo induxiſſe, diſcrimina harum ſtipulationum conſtituere, ideò *hoc intereſt*, dixit, ot P. de Caſtro ſentit, & animadvertit A. Govean. *dict. Lib.* 2. *variarum*, *Cap.* 20. & ego ex eo proximo aſſerui Capite.

Diſcrimen (ut accedamus ad Julianum) conſtituit ipſe ex oratione particulari, atque univerſali: quod in illa res ambæ poſſunt eſſe veræ, quamvis inter ſe contrariæ ſint; ſecus in univerſali: utrumque dialecticæ Princeps Ariſtoteles explicat *de interpretatione Lib.* 1. *Cap.* 5. & 6. & Hotoman. *in ſua dialectica Lib.* 2. *Cap.* 11. & paſſim Dialectici omnes. Nam ſi oratio particularis 3
ſit, veluti non omnis homo albus eſt, aliquis homo albus eſt: quidam contractus ſcripturam deſiderant, emphyteoſis ſcripturam non deſiderat: quidam tutor à tutela non excuſatur, quidam tutor à tutela excuſatur: quidam accuſare, vel teſtis eſſe non poteſt, quidam accuſare, vel teſtis eſſe poteſt: hæc omnia quamvis inter ſe contraria ſint, reapſe vera tamen eſſe poſſunt: quia cum ſignificatio, non ex univerſali, ſed ex aliqua parte ſumitur: verum quodcumque in ſua parte conſtituere poſſumus, & quaſi in abſtracto conſiderare à reliqua parte. Id voluit Julianus hic, *ſi veri aliquid inde ſit, veram efficit totam orationem*, &

& ſic in illa ſtipulatione, *ſi Stichum aut fundum
non dederis, centum dabis?* Sticho ſolummodo da-
to, verum eſt Stichum, aut fundum datum eſſe:
& tamen verum erit, nec fundum, aut Stichum
datum. Utrumqne igitur verum eſt, quamvis
contrarium ſit: ſumitur enim ſignificatio à parte,
ſcilicet aut à traditione Stichi, ant à fundi non
traditione. Explicant Antiqui, & Ariſtoteles,
A. Govean., Cujac., Hotoman. locis proxime re-
4 latis, & ſic de aliis præpoſitis exemplis. Secus
autem eſt in univerſali oratione, in qua ſi aliqua
pars falſa ſit, reddit ſalſam integram orationem,
quia tunc ſignificatio non ex parte, ſed ex univer-
ſo ſumitur; & ceſſat proxima ante dicta ratio:
veluti omnis homo albus eſt, nullus homo albus
eſt: vel aliquis homo albus eſt: & in exemplo Ju-
liani, quando aliqui impuberes deceſſerunt, &
aliqui puberes: ſalſum erit dicere, omnes impu-
beres deceſſiſſe, vel omnes puberes deceſſiſſe: id
efficitur, quia ſignificatio, cum ex univerſo ſuma-
tur, & quaſi in concreto cum oratione tota: ſi fal-
ſum inde aliquid ſit, reddit totam orationem ſalſam.
Contradictiones igitur (cum Ariſtotele loquor) *quæ
univerſalium univerſaliter ſunt: ita ſeſe habent, ut
altera pars earum ſit neceſſario vera, altera falſa; ut
ea quæ univerſalium non univerſaliter ſunt, non ita ſe
habent, ut ſemper altera pars ipſarum ſit vera, alte-
ra falſa: hæ namque ſimul ſunt veræ*, ſic condocent
relati, & eleganti exemplo Julian. *dict. l. ſi is
qui ducenta*, *§. proinde.* Nam ſi quis interrogatio-
ni hujuſmodi *eorum quid, quæ objiciuntur tibi, fe-
ciſti?* Reſpondeat: *eorum quid, quæ objiciuntur, non
feci*: nihil ſe feciſſe reſpondet: quia ex univerſo
ſignificatio ſumitur: & interrogatio nihil excludit.
Idem probat *l. ſi neceſſarias* 8. *§. annua.* 3. *D. de
pignorat. action. l. hoc articulo* 29. *D. heredib. inſti-
5 tuend.* in quibus locis Interpretes obſervant. Ex
quibus interpretor certo jactu *l. ſi ſervus* 9. *§.* 1.
D. ſi quis caut. ibi: *Quia verum ſit, omnes ſtatos
non eſſe*, quaſi diceret, ut optime intelligit Faber
in Rationali., quod qui promiſit, plures ſervos ſi-
ſtere, ſi aliqui ſtati non ſint, replicare poſſet, ſer-
vos ſtatos eſſe, & ſatisfeciſſe ſtipulationi; ſed non
tamen verum eſt id, cum ſignificatio ex. univerſo
ſumitur: & ſic intelligendus Surdus, nimis abſo-
lute & generaliter loquens *de alimentis Lib.* 9.
quæſt. 35. *num.* 51. & Cravetta per eum relatus.
His præjactis, diſcrimen harum ſtipulationum *ſi
illud, aut illud non dederis, & ſi quid eorum factum
non erit*, apertum eſt: iſta enim ex univerſalibus
procedit, in quibus ſignificatio ex univerſo ſumi-
tur, *τὸ ſi quid eorum*, quidquid in ſtipulatione de-
ductum eſt, complectitur, nihilque excludit: &
ſic, quidquid factum non fuerit, committitur ſti-
pulatio. At vero illa, ex particularibus procedit,
in quibus utraque pars vera eſſe poteſt, quamvis
contraria ſit (ut dixi) hæc ergo harum ſtipula-
tionum differentia, quia quamvis effectu eædem
ſint, tamen à cauſis diſtantibus omnino proce-
dunt: quod ſolum Julianus demonſtrare curavit.

Sed libenter ab Interpretibus perquirerem, un-
de in Juliano rationem eruant, propter quam dis-
junctio negativa, utrumque faciendum eſſe, re-
quirat? quia Conſultus hic (ut ſatis patefactum
eſt) harum ſtipulationum tantum differentias de-
monſtravit: nec in verſic. *animadvertendum*, ra-
tionem dedit; ſolummodo nudam deciſionem il-
lius ſtipulationis, *ſi illud aut illud non fuerit*, reli-
6 quit: & effectum eſſe, ut utrumque adimpleatur,
nec ſatisfieri altero ſolummodo adimpleto, imò
liceret in Julianum eundem hujus ſtipulationis
Dialecticam, ſeù cauſam retorquere, propter quam
utrumque verum eſſe poſſe, aſſeruimus, quam-
vis contrarium ſit. Nam utpotè verum eſt, Sti-
chum aut fundum non datum; ita verum eſt,
Stichum aut ſundum datum, quod quidem pro-
miſſori ſufficeret, ut evitaret pœnam, ut ſentit
Paul. de Caſtro *dict. §. utrum, num.* 4. & quia ad
hoc procliviores debemus eſſe *ex l. interpretatione*
42. *D. de pœnis, l. quæret aliquis* 135. *D. de verb.
ſignific.* (ex intellectu Cujacii *ad Paul. Lib.* 4. *ſen-
tentiarum tit.* 9. *§. mulier*, Alberico Gentili *in ea-
dem lege*, illuſtrato à diſertiſſimo Alphonſo Car-
rança, eheu quondam meo! *de partus deſignatione
Cap.* 17. *num.* 35. nam quamvis monſtroſi partus
liberi non habeantur ex *l. non ſunt liberi* 14. *D. de
ſtatu hominum*, tamen proficiunt ad l. Juliæ, &
Papiæ pœnam evitandam, quia ut evaneſcant pœ-
næ, Juris Civilis pietas attentiſſima eſt, convenit
interpretatio, & ſententia Donelli *Libr.* 8. *com-
ment. Cap.* 33. *ad l. ita ſtipulatus* 115. *§.* 1. *de
verb. obli.*) Quidni in noſtra ſtipulatione? in qua
verum eſt, *illud, aut illud* datum eſſe. Præcipue
cum in dubio eam promiſſoris voluntatem fuiſſe,
credere debeamus, extenuandi ſcilicet obligationem
ſuam: & ſic cum duæ ſummæ disjunctim promittun-
tur, minor ſolum in obligatione eſt aut ſi ſub diver-
ſis temporibus, poſt annum, aut poſt biennium:
biennium deſignatum eſt, quia minor eſt ſumma,
quæ differtur in longius rempus, *l. ſi ita* 43. *§. fin.
D. de leg.* 2. explicat Donel. *Lib.* 8. *com. Cap.*
19. cur non & in disjunctione negativa, qua par-
te ei ſatisfactum eſt, verum eſſe idem aſſerere
debeamus? En quantum abeſt ut ſui reſponſi Ju-
lianus rationem reddiderit; ſed imo fortiſſimum
argumentum oſtenderit, quo facillime quicumque
doctus pervertere auderet impune: conſule J. Ro-
bert. *Lib.* 2. *recept. lect. Cap.* 22.

Obſeſſi terris, & undis manemus: nullus ad ra-
tionem præluxit Conſultus, nec Interpres (quem
ego viderim) nam quod certum eſt in illa ſtipu-
latione *ſi quod eorum factum non erit* ex Juliani ra-
tione, quod ex univerſo oratio ſumatur incertiſſi-
mum, & pene invium eſt in altera ſtipulatione *ſi
illud, aut illud.* Cum omnino diverſa ſit ratio, &
urgeant proxime conſiderata. Ego autem diſcri- 7
men auſpicor inter affirmativam & negativam dis-
junctionem à vi, virtuteque ingenti negativæ:
quæ ſuperat magnà potentià affirmativam: & præ-
ter quod ſententia receptiſſima ſit apud noſtros
Interpretes (quorum Antiquos more ſuo A. Ti-
raquellus collegit) *in l. boves, §. hoc ſermone* 7. *li-
mitatione, D. de verbor. ſignificat.* Menchaca *Lib.*
1. *controverſ. Cap.* 30. *num.* 16. *cum ſequentibus*,
ſequitur P. Martin. del Rio *diſquiſit. Mag. Lib.* 4.
Cap. 4. *q.* 5. *ſect.* 2. *f. mihi* 259. A. Faber. 2. *tom.
err. Pragmat. decad.* 27. *err.* 9. *num.* 12. *&* 14. &
noviſſime noſter Perez de Lara de anniverſ. & ca-
pellan. *Lib.* 2. *Cap.* 5. *num.* 23. (qui plures alios
dat) certiſſima eſt in Jure noſtro. Ad quod Cel- 8
ſi reſponſum induco *in l. quidquid, §.* 1. *de verbor.
obligat.* in qua ſi ſtipulatus fuero *ſi intra biennium
Capitolium non aſcenderis, dari?* non committetur
ſtipulatio, niſi præterito biennio: cum tamen in-
tra biennium ſtipulationis tempus intercluſum eſ-
ſet. Nec id tranſcendere, valuit efficere quod
autumavit Don. *in commentario ad l. iſtam*, ſed vis
magna negativæ, quæ, quocumque accedit, ex-
tollit id: ſentit expreſſe Celſus, dum iſta ſubjicit:
*Nam etſi ambigua verba ſint, ſic tamen exaudien-
tur, ſi immutabiliter verum fuit, te Capitolium non
aſcendiſſe.* In eadem ſententia fuit Pomponius in 9
l. veluti 27. *§.* 1. *eod. tit.* in quo non felicior quam
Don. J. Corraſius ſcripſit. Non multum abeſt à
deciſione *dict. l. quidquid*, noſter Julian. in *l. hoc
genus* 106. *D. de condit. & demonſtration.* in con- 10
ditione illa legati *ſi Titio non nupſerit*, in qua ob-
ſervandum eſt ut intelligatur, quaſi poſt mortem
Titii legatum relictum, nec ſatisfactum, quamvis
alteri cuicumque nupſerit: quia in infinitum nu-
ptiæ

ptiæ cum Titio prohibitæ ſunt : quod quamvis
Donel. *Lib.* 8. *Com. Cap.* 33. & ibi Oſvald. *lit. T.*
teneant, mulierem adepturam ſtatim legatum, ſi
Titius vivat, & alio nubat: quia prohibitio hu-
juſmodi ad primas dumtaxat reſtringatur nuptias;
ſed in contrariam ab omnibus antiquis Interpreti-
bus itum eſt ſententiam, quos refert Tiraquellus,
& Menchaca ubi ſupra, quibus acceſſerunt Ema-
nuel Coſta *in l. cum tale*, *§. ſi arbitratu*, *D. de
cond. & demonſtrat.* 5. *limit. numer.* 2. Covarr. *Lib.*
1. *variar. Cap.* 13. *numer.* 7. Cujacius *in commentar.
ad eandem l.* A. Fab. in *Rational. ad l. Juris Gentium*,
§. pactorum, *D. de pactis*, quem intellectum ver-
ba legis, & evidens comprobat ratio. Deſignat
enim Julianus mortem Titii, quaſi aliter æſtimari
non poſſit, adimpletam fuiſſe conditionem: &
quia poſt primas nuptias morte, vel divortio diſſo-
lutas, Titio legataria nubere poterat contra pro-
hibitionem teſtatoris negative conceptam, quæ
omnes caſus propria excludit virtute, nec ad
unum tantum reſtringit A. Fab. 2. *Tom. err. Pragm.
decad.* 27. *err.* 9. *num.* 13. 14. nam quod arguere,
11 contraria ſentientes, poſſunt, ex *l. boves*, *§. hoc
ſermone*, *D. de verbor. ſignificat.* non convenit ex
noſtræ diſcrimine ſententiæ, cum ibi affirmative
loquutus fuerit Conſultus ex communi omnium
12 Interpretum voto. His quæ proxime diximus,
affine eſt reſponſum in *l. luminum* 4. *D. de ſervit.
urban. prædior.* Nam cum imponitur ſervitus *ne
luminibus officiatur* hoc autem eſt, ut non poſſit
ædificiis ſuis vicinus, altius ædificando, lumina
noſtrorum ædificiorum minuere: nam ſi decem
haberem feneſtras, duabuſque tantum officeret
vicinus, cæteraſque illæſas, plenaſque luce relin-
queret, & ego, ut demoliretur, quo, duas fe-
neſtras caligabat, ædificium agerem: excipere
poſſe videbatur vicinus, ſe non officiſſe fene-
ſtris, cum plures, octo ſcilicet, non obſcuratæ
fuiſſent; & tamen contrarium Paulus reſpondet
dict. l. luminum, quia ex vi negativæ *ne luminibus
officiatur*, colligitur inter partes hoc conventum
fuiſſe, ut cunctæ decem feneſtræ remanerent il-
læſæ. Undè Conſultus ſcribit, *atque ita minuere
lumina noſtrorum ædificiorum*, uti ſic graviter conſi-
derat Meochaca *dict. Cap.* 30. *num.* 13. Tanta
eſt ergo oegativæ vis, ut mirari non deberemus
in disjunctione negativa *ſi illud*, *aut illud non dede-
ris*, quamvis natura disjunctionis attenta, *ſi ali-
quod factum ſit*, poſſit dici, *illud*, *aut illud factum
fuiſſe*, & ſic ſtipulationi ſatisfactum eſſe; tamen,
conſiderata maxima negativæ poteſtate, dicendum
eſt, adhuc noo eſſe ſatisfactum, niſi utrumque
factum ſit, ut voluit Julian. *dict. §. utrum*, in
verſ. *animadvertendum*, ibi: *Hujus autem*, *ut utrum-
que fiat*, ad formam hujus argumenti, quod de fe-
13 neſtris probavimus. Negativa namque, ut Mar-
tin. del Rio ſup. & Lara *Lib.* 2. *de capellan. c.* 5.
num. 15. ſcripſit, malignantis eſt naturæ, & quid-
quid ſubſequitur, deſtruit. Quotieſcumque enim
negativa alicui interſeritur ſubjecto, quamvis ejus
partes diſtantes ſint, commiſceri facit orationem,
& omnes partes in eundem finem deducit, utpotè
in disjunctione negativa medio impoſita (quia ſi in
principio eſſet, minor difficultas obſtaret, ut
Hotoman. ſcripſit *Lib.* 3. *Obſerv. Cap.* 1.) nam
utraque pars (id eſt *illud*, *aut illud*) adimplenda
eſt, alias committetur ſtipulatio. Hoc ſatis evi-
denter probant *dict. §. cum ita*, *§. utrum*, & alia
reſponſa à nobis præbita, docetque Titelman.
Lib. 3. *dialectic. Cap.* 8. quæ ſententia apud noſtros
Interpretes receptiſſima fuit, quorum plures re-
fert, & ſequitur Covarr. *Lib.* 1. *variar. Cap.* 13.
num. 7. ex qua vera negativæ inveſtigatione ex-
cellentes confirmantur effectus, quos paſſim DD.
condocent, quidquid irrideat Menchaca *dict. C.*
30. *n.* 12. quem cuncta à nobis tradita evertunt.
Et ſic quamvis altero facto ſatisfactum à promiſ-
ſore videretur (ex rationibus à nobis ſupra pon-
deratis) tamen ex vi negativæ contrarium actum
eſſe inter contrahentes intelligitur, P. de Caſtro
dict. §. utrum, *numer.* 4. & ſubdisjunctive ſtipu- 14
lationem factam fuiſſe, Calvin. *Lexico Juris*, par-
ticula, *aut*, Alberic. Gentilis *dict. l. hæc verba* 124.
D. de verborum ſignificat. optime J. Robert. *dict.
Lib.* 2. *receptar. lect. Cap.* 22. quod dignum ani-
madverſione eſt. Inde provenit, quod quamvis
graviſſimi viri affirment, particulas *nec*, *neque*, dis-
junctivas eſſe, verius tamen eſt, eſſe copulativas:
aut ſaltim copulative operari, ex vi, & virtute
negativæ, ut ſequenti Capite latius dabo.

Vide, quanta ſit virtus & potentia negativæ,
quis mirabitur deinceps graviores negativam dis-
junctionem operari effectus, quam affirmativam? 15
Sed inter tanta fundamenta auturitatis, & ratio-
nis, magni feci expreſſiſſimum Juliani illud in
dict. l. ſi is qui ducenta §. ſi quis autem 5. *D. de rebus
dubiis*, reſpicias, mi Lector precor, qualiter in
§§. antecedentibus (uti nos explicuimus) reſponde-
rit Julianus, negativam disjunctionem utrumque
complecti, & ad effectum ambire: dubitat ergo
dict. §. quis autem, quibus debeat verbis concipi
ſtipulatio, in qua ſub disjunctione proponimus fa-
ctum unum: nam ſub negativis, jam certum
erat, id effici non poſſe: quia & ſcribit ſic, *ſi
quis autem plura in ſtipulatum deducat*, *quorum unum
fieri velit*, *ita comprehendere debet*, *illud*, *aut illud
fieri ſpondes? Si nihil eorum factum fuerit tantum da-
bis?* En qualiter affirmativam Conſultus deſignat,
& ut pœnam addat, addit: *ſi nihil eorum*, quod
alterum ſolum reſpicit, & ut committatur pœna,
neutrum erat faciendum. Sine pace ergo Con-
ſultus diſcrimen conſtituit inter disjunctionem ne-
gativam, & affirmativam: nec expreſſius aliter
demonſtrare quivit. Cui quidem convenit conſi- 16
derationi reſponſum Scævolæ *in l. ſi quis ita* 129.
de verbor. obligation. ibi: *Huic ſimilis ſcriptura eſt*,
ſi neque navis venit, *nec Titius Conſul factus eſt: at
ſi ſic: dabis*, *ſi navis venit*, *aut Titius Conſul factus
ſit?* In prima autem ſtipulatione negative con-
cepta utrumque faciendum eſt; ſecus in ſecunda
affirmative celebrata, quæ languida eſt, minori
robore plena, & continetur terminis disjunctio-
nis, nec impellit virtus aliqua limites ejus tran-
ſcendere, probat etiam Julianus *d. l. ſi is qui du-
centa*, *§. fin. D. de rebus dubiis*, de cujus vera in-
terpretatiooe Capite ſequenti agemus.

Ut hæc omnia firmiter ſubſiſtant, ad interpre- 17
tationem *dict. l. ſi quis ita* 129. accedamus: quæ
ſola Juris Interpretes, quaſi immanis tempeſtas, in
varias partes disjecit: nam in finalibus verbis vi-
detur Scævolam cuncludere, disjunctionem nega-
tivam altera parte tantum conteotam eſſe: verba 18
ſunt, *dabis*, *ſi navis non venit*, *aut Titius Conſul
factus non eſt? ſufficit unum non factum* propter quod
plures noſtrorum in principio præcedentis Capitis
relati amicitiam Scævolæ cum Juliano *dict. §. cum
ita*, *§. utrum*, inde dabant diſtinctionem, ſcilicet,
ſi ſtipulatio inciperet à conditione, aut non, ut in
illo caſu utrumque faciendum eſſet, *dict. §. utrum*,
ſecus in iſto; *dict. l. ſi quis ita.* Sed ab ipſis, aut
ab aliquo, qui in eorum iverit ſententiam, liben-
ter quærerem, unde diſcernant diſcrimen inter
has ſtipulationes, *dabis ſi navis non venit*, *aut Ti-
tius Conſul factus non eſt?* & ſic, *ſi Stichum*, *aut
fundum*, *non dederis*, *centum dabis?* utroque enim
caſu à conditione inceptum eſt: non enim deſinit
conditio, quod petitio ſeu τὸ *dabis* anteponatur,
vel poſtponatur: cum aliter non poſſet, ſine pe-
titione concipi ſtipulatio: ſi autem conciperetur
ſic, *Pamphilum dare ſpondes? ſi non dederis*; *centum
dabis?*

dabis? tunc non exorditur ſtipulatio à conditione, textus celebris in *l. ita ſtipulatus* 115. §. *item ſi quis* 2. *D. de verborum oblig.* & quomodocumque ſit, nullam mihi Interpretes aperiunt rationem, nec ego video, propter quam tam longe diverſa ſit ſtipulatio, ut utrumque, vel alterum præſtetur, ſi a conditione incipiat, vel non: cum non inde id proveniat, ſed à negativæ virtute (ut longe lateque dedimus) nam diſtinctio Papiniani *dict.* §. *item* 2. ad effectum, ut aut ſtatim ſtipulatio adimpleatur, vel non; longe diſſimilis eſt: cum conditionis effectus ſit ſuſpendere actum; ad præſtationem vero alterius, vel utriuſque nihil efficere conditio poteſt, ſed voluntas contrahentium; quæ ſatis ſub negativa explicatur *l. ſi is qui ducenta* 13. §. *fin. D. de reb. dub.*

19 Ego autem pro certo habeo, Scævolam, idem quod Julianum reſpondiſſe, ſcilicet, in disjunctione negativa utrumque faciendum eſſe, ut pœna non committatur: & committi altero non facto. Scævola enim varios caſus diſquirit *dict. l. ſi quis ita*, primo copulativam, in qua utrumque faciendum eſt ut non detur. Secundo ſi ſic concepta eſt ſtipulatio, *dare ſpondes, ſi nec navis venit, nec Titius Conſul factus eſt* (quæ an ſit copulativa, vel disjunctiva infra videbitis) & in hac ut detur, neutrum faciendum eſt. Et idem eſt, ſi pro τῷ *neque* concepta eſſet. Procedit Conſultus ultra, quid erit ſi ſic? *dabis, ſi navis venit, aut Titius Conſul factus ſit?* Quæ cum disjunctio affirmativa ſit, ſufficit unum factum, id eſt, ſi vel navis venit, aut Titius Conſul factus, ut detur, & ſolvatur quantitas promiſſa in ſtipulatione. Subdit Scævola, *& è contra dabis, ſi navis non venit, aut Titius Conſul factus non eſt? ſufficit unum non factum:* & merito, quia ſi ſtipulor ſub disjunctione negativa factum aliquod, ut committatur pœna; ſufficit unum non factum *d.* §. *utrum*, *verſ. animadvertendum*; effectus enim eſt, ut utrumque fiat, nec ſufficit aliquod factum, ſi ex duobus deductis aliquod factum non ſit (ut nos Capite iſto multis enodavimus). Sic ſimiliter in ſtipulatione iſta, *ſi navis non venit, aut Titius Conſul factus non eſt:* ſufficit quod unum non factum ſit, ad hoc ut pecunia ſtipulata, ſive pœna præſtetur. Nam ut non daretur, utrumque accidere, vel effici debebat. Animadvertere debemus, Scævolam in lege iſta agere, quando detur, & debeat ſolvi pecunia promiſſa ſub formulis, ſeu conditionibus præſcriptis, & ſic incipit: *decem aureos das? dare ſpondes? dabis?* unde promiſſa decem ſub conditione negativæ disjunctionis faciendi, *ſi navis non venit, aut Titius Conſul factus non eſt*, debebuntur, & præſtabuntur, uno non facto, quod ſufficit ut committatur ſtipulatio: τὸ *ſufficit*, reſpectum ſubtilem habet ad id omne, quod ſubtiliſſime Julianus diſcuſſit, dict. verſ. *Animadvertendum.* Quæ reſponſa maximam connexitatem, ſeu vicinitatem habent: cum in utroque Juriſconſulti conjungant copulativas, & disjunctiones negativas. Nam ut Julianus reſpondet, *nec in illo prodeſt aliquid non feciſſe*; ſic Scævola, *ſufficit unum non factum*: ſimiliter enim dabitur, & committetur ſtipulatio. Sic docet, breviſſime quamvis, Cujacius *in commentario ad dict.* §. *cum ita*, *&* §. *utrum*, & multo ante ac perdocte Panormitan. *dict. Cap. inter cæteras. num.* 2. Butrius *num.* 8. *de reſcript.* qui §. *utrum*, *& dict. l. ſi quis ita*, conjungunt. En quantum juvat, & ad Jus Civile antiquos Canonici Interpretes evolvere.

C A P. VII.

Difficillimum Juliani reſponſum in l. ſi is qui ducenta, §. fin. D. de reb. dub. *nova interpretatione explicatur à num.* 1. Geno, *receptum verbum.* 2. *Dubitandi ratio* ad §. fi. *proponitur.* 3. *Aliquorum ſententia refertur.* 4. *Et refellitur.* 5. *Judicium Bartoli.* 6. *Novius doctiſſimi Gregor. Lop. Maderæ.* 7. *Argumenta in eum.* 8. *Quando disjunctiva in conjunctivam transformetur.* 9. *Inde explicatur* l. Lucius Titius, D. de hered. Inſtit. 10. *Latè notatur A. Faber in emendatione*, §. fin. 11. *& ſeqq. Paraphraſis ad* §. an. 12. *Argumenta pro ſubſtituto, ut commiſceretur cum filio.* 13. *Si clauſula incipit ab affirmativa, an negativam vincat?* 14. *Clauſula præcedens majoris roboris eſt ad ſequentium determinationem, quam ſequens ad præcedentium.* 15. *Parentes in ſuis inſtitutionibus poſthumorum non unius, ſed plurium mentionem faciebant*; 16. *Explicatur verſ.* non ſatis voluntatem, dict §. fin. 17. *Interpretatio Fab.* 18. *Acriter oppugnatur & acceditur ad verſic.* 19. Hoc enim modo. 20. *Particulæ* nec, neque, *copulativæ.* 21. *Et qua ratione.* 22. *Error Cujacii.* 23. *Argumentum Fab. ad dict. verſ. convincitur.* 24. *Latè explicatur*, *verſ.* Poteſt autem. 25. *Et verſ.* Sed proclivior. 26. *Receptiſſimum fuit, de uno poſthumo cogitare parentes.* 27. *Quæſtio* l. ſi antiqui, D. ſi pars hereditatis petatur *libatur.* 28. *Supervenienti à liberorum ſubſtitutiones, donationes excluduntur.* 29. *Dicta* l. Lucius Titius 85. *reſumitur.* 30. *Disjuncta quando in copulativam reſolvatur.* 31. *Sententia* l. ſi ita 14. D. de injuſt. rupt. 32. *Et* l. uxorem 41. §. teſtamento 6. D. de leg. 1. 33. *Inſtitutio affirmativa ſeparata eſt à ſubſtitutione negativa.* 34. *Verſ.* Ut ſive filius, dict. §. fin. n. 35. *Reprehenditur A. Faber*, n. 36. *Et aliis numeris.*

1 NOndum Julianus negativæ disjunctionis tractatum disjunxit, & reliquit. In §. enim *fin. dicta l. ſi is qui ducenta* 13. elegantem proponit ſpeciem: quam apprehendere multi fuerunt conati, ſed (ni fallor) in caſum, & infeliciter. Tam arduus in his reſponſis apparuit Conſultus. Objicit enim patrisfamilias inſtitutionem poſthumi, & ſubſtitutionem extranei, ſub forma verborum iſta. *Si quis mihi filius, aut filia genitur, heres mihi eſto: ſi mihi filius, aut filia heres non erit, Titius heres eſto*, nec reponere cum Haloandro neceſſarium eſt (*gignetur*)
ſed *genitur*; ab antiquo verbo *geno* receptiſſimo: *l.* 2
qui filiabus 17. §. 1. *D. de legat.* 1. *Si qua mihi filia genitur*, ubi bene Dyon. Gotofred. *illuſtrat lit. C.* (quæ accepit à Calepino) Joſeph. Scaliger. *in appendice Virg. in Ætnam fol. mihi* 398. (qui hujus formu-
læ

læ meminit) J. Calvin. *in lexico Juris.* Dubium
3 inde, quando admittendus eſſet extraneus: utrum
ſi filius, & filia nati fuiſſent, & alter fuiſſet he-
res: an expectandum, ut neuter ſit heres, adhoc
ut ſubſtitutioni locus ſit: quod vario diſcrimine à
noſtris Interpretibus conſenſum eſt: in tantum,
quod non defuerit, qui in miſerum Tribonianum
reſponſum iſtud impegerit. Liceat mihi, bona
Doctorum venia, ſenſum prodere meum. Cui
acre, & ſuperbum videbitur, modeſte profiteri
verum? id enim eſt, Interpretes, quos ego vide-
rim (vidi plures, & graviſſimos) non feliciter
plenam, amplamque Juliani mentem comprehen-
4 diſſe, aut penetraſſe. Vivianus, Accurſius: qui-
bus, præter antiquorum alios, inſtiterunt Pariſ.
1. *volum. conſ.* 44. *Num.* 11. & 12. Alciat. *in l. ſæ-
pe* 53. *de verborum ſignificat. Num.* 21. Mantica (qui
alios dat) *de conjecturis ultimarum voluntatum Lib.* 3.
Tit. 5. *Num.* 5. & *Lib.* 4. *Tit.* 12. *Num.* 29. to-
tum hoc referunt reſponſum ad parentis votum,
ut quamvis aliàs propter disjunctivæ naturam vi-
deretur admittendus, & commiſcendus extraneus
nato, & heredi filio: tamen in dubio parentis
contrariam fuiſſe voluntatem, exiſtimandum eſ-
ſe, ſcilicet ut non aliter ſubſtituto ad hereditatem
oſtium pateat, quam ſi neuter, filius videlicet, & filia
nati fuiſſent, & heredes eſſent. Quorum ſententiis
Doctiſſimus J. Cujacius adhæret *in commentario*, &
5 *notis ad hunc text.* Sed toto cœlo à Juliano aber-
rarunt iſti, & ſequaces eorum: ut quamvis in ſe
doctrina veriſſima ſit, non ſatis ſubtiliſſimæ diſcre-
tioni adaptatur Conſulti, & eleganti judicio, ne-
que contexturæ reſponſi, filis ſubtiliſſimis, inau-
ratiſque conſtanti. Pendet utique præcognitio
ejus ab iis, quæ præcedentibus Capitibus prætexui-
mus circa affirmativam, & negativam disjunctio-
nem, & infra ſubtexenda: quæ dum noſtra for-
tiſſime aſſerent, fortiſſime etiam iſta repellent;
6 & convincent. Repellit etiam hic Bart. horum
ſententias, probans (ut inquiunt) in abſtracto,
ſed non in concreto cum reſponſo, audetque aſ-
ſerere, in extraneis idem eſſe dicendum: ut ſi
duo extranei inſtituti ſub disjunctione alternativa
eſſent, & alter ſub præſcripta forma ſubſtitutus:
neutrum extiturum heredem, ut detur locus ſub-
ſtituto. Quod inde infeliciter ominatur, quia
cum diſpoſitio alternativa præcedit, & ſtipulatio
ſubſequitur pœnalis ſub conditione, ut ſit locus pœ-
nali ſtipulationi, deficere utraque diſpoſitionis al-
ternativa debeat, quia limitatur ſecundum præce-
dentem diſpoſitionem: & ſic ſimiliter in ſubſtitu-
tione, cui patefieri debet, cum uterque inſtitutus
non fuerit heres. Sed præterquam hujuſmodi Bar-
toli axioma proximis disjecimus Capitibus, quæ-
rerem libenter humaniterque ab eo: unde augura-
retur in ſubſtitutione pœnam? nam ſubſtitutio ni-
hil aliud eſt quam ſecunda inſtitutio, prudenti
cautione, ne ab inteſtato decedat, à teſtatore con-
fecta *l.* 1. & *per totum tit. D. de vulgari:* & quali-
ter idem Bartolus verbis Juliani ſatisfaceret con-
ſtruentis ſui reſponſi rationem in præſumta patris
voluntate, qua viſum fuit, & peræquum eſt, non
aliter admittendum eſſe extraneum, quam ſi uter-
que natus decederet; aut repudiaret hereditatem;
ut in *verſ. fin.* ſe prodit evidenter Conſultus. Cum
a contrario, ſi ea non commoveretur ratione, vir-
tute disjunctivæ, uno heredum mortuo, alteri
ſubſtitutus commiſceretur, ut per totum reſpon-
ſum ſatis Julianus declarat: malo ergo omine iſte,
apud omnes Anteſignanus Juris, noſtri Juliani reſ-
ponſum ingreſſus fuit: & ſic, præter alios multos
improbat noſter Gregor. Lopez Madera, *C.* 12.
Animadverſ. licet poſtea quodammodo probet.

Ardet pugna utrimque, & multi pro victoria,
7 gloria, & veritate concidunt. Conſidero perple-
xum judicium in magno viro, noſtro ſcilicet Ma-
dera *dict. Cap.* 25. & doleo: quem apprehendere
ſatis nequeo, nec ſatis (ut cum Juliano loquar)
voluntatem ſuam declaravit. Inde ergo Julianum
ducit, quia ſubſtitutio regulari debet ad inſtitutionis
normam, & formam: & in propoſita ſpecie, ve-
re filius, aut filia inſtitutus fuit, & propter vir-
tutem alternativæ alter tantum inſtitutus reperi-
tur, propter quod dum alter heres eſt, non po-
teſt ſubſtitutus ſuccedere in parte, vel in totum.
Etquamvis dubitationem faceret ſubſtitutionis for-
ma, tamen æquitati magis conſonum eſt, ſubſti-
tutum excludi, dum uterque non deficiat. Et de-
nique in extraneis idem admittit cum Bartolo, nec
in favore liberorum ſiſtit. Fateor ſubtiliter do- 8
ctiſſimum virum proceſſiſſe, ſed falſo ad Julianum,
& infirmiter ad ſuam interpretationem; nam qua-
liter unum ſolum inſtitutum ponit, ſi duo vocati
ſub disjunctione ſunt? & ſi unus inſtitutus fuit
tantum, eo mortuo, aut non adeunte, neceſſario
admittendus erat ſubſtitutus, nec aliter, qui vo-
catus non fuerat, ſubſtitutum quibat excludere,
cum Conſultus ſatis evidenter innuat, filiorum al-
terum, aut mortuum, aut non adiſſe (in quo hæ-
ſitantia reſponſi fuit) & ſi duo inſtituti ſunt (quod
verum eſt) ſub alternatione, ex vi ſubſtitutionis
ad alternativam, *ſi ille, aut ille heres non erit*, ſub-
jectæ, ſubſtituto locus erat, altero non herede:
& ſi hoc alternativæ virtuti tribuendum eſt, (uti
ipſe Madera non renuit) quare non donat id ju-
ſtiſſimo parentis voto, & præſumptioni piiſſimæ?
& ſi non ex parentis voto, & æquiſſima interpre-
tatione: cur reſponſum ad æquitatem refert, &
inſtruit in ea? etſi ex æquitate, quare ad extra-
neos, ex ſententia Bartoli antea deſpecta, nec
admiſſa ab ipſo? & unde æquitatem deducit, ſi
non refert ad præſumptam pietatem patris? & ſi
Julianus theſim fixit inter patrem, & filios inſti-
tuentem, & inſtitutos, & deciſionem reſponſi fun-
det in æquitate, & pia interpretatione, quæ cau-
ſa poteſt efficere, ut eam non referamus ad amo-
rem, ad pietatem, ad propenſionem parentis in
filios celebrem, vulgarem, receptiſſimam paſſim
in noſtro Jure? (ut infra dabo) in extraneis Æ-
depol! ignoro, quæ cauſa vigere poſſet, ut tem-
peraremus disjunctionis robur, & rigorem; cum
imò idem Conſultus in reſponſo noſtro, etiam in-
ter filios jam natos admittat, ex vera interpreta-
tione verſiculi (hucuſque ſine luce manentis) *po-
teſt autem.* Ut enim ſi disjunctiva in conjunctam 9
transformetur, juſta interpretatio mentis diſpo-
nentis, pietas, & æquitas aliqua id conficere va-
let, *l. peaul. C. de verbor. ſignificat. l. ſæpe, D. eo-
dem, l. generaliter, C. de inſt. & ſubſtitut* (ex ſen-
tentia Interpretum) Joan. Robertus *Lib.* 1. *Ani-
madv. Cap.* 9. quæ ad extraneum nullatenus trahi,
niſi violentiſſime, & reluctante Juriſprudentia,
poteſt; aliàs ſemper alternativæ periret natura,
quod abſurdiſſimum eſt. Sed quid reſpondendum
erit *verſiculo finali*, in quo ſine hæſitanti quæſtione
aſpectum fixit Conſultus in æquitate, pro filiis
ſemper conſideranda, & voto pro filiis parentis
ſemper præſumpto, & præſumendo? Ad id enim
contendunt illa, *ſed proclivior* (aut *proclivius*, &c.
ut mavult Haloander, & Faber infra referendus)
*eſt ſententia teſtatoris ſic eſſe interpretanda, ut ſive fi-
lius, ſive filia nati ei fuerint, extraneus non admit-
tatur, &c.* nam quod Madera infert ex *l. Lucius* 10
Titius, D. de hered. inſtit. longe diſſimile eſt (ut
ſcribam ad eam ſtatim legem) in ea enim expreſſe
ex aſſe inſtituit teſtator heredem, ibi: *Quem aper-
te ex aſſe heredem inſtituit.* Hic autem alternative,
filius, aut filia inſtituti ſunt, & dubitabatur, an
cum duo nati eſſent, & alter non eſſet heres ſub-
ſtitutus, commiſceretur hereditati. Unde Conſ.

Non ſatis voluntatem ſuam declaravit. Ultra: ibi expreſſe filii prælati fuerunt ſubſtitutis, ut in fine legis concludit Scævola: hic ingens dubitatio fuit, cum præceſſiſſet alternativa inſtitutio, & ſubſtitutio (quod magis erat) *ſi filius, aut filia heres non erit, Titius heres eſto.* Quæ omnia disjunctivæ ratione repetita in ſubſtitutione, & inſtitutione, & negativæ virtute commonſtrare videbantur, ſubſtitutum commiſcendum in hereditate: oi præſumpta voluntas adſtaret pro filiis, & alia fundamenta, quæ cum dubiam diſpoſitionem redderent id ſufficit filiis, ſeu filio, ad excludendum ſubſtitutum (ut ſtatim ſubjiciam) non ergo recte hæc reſponſa pariantur. Sic veritatis prolabor amore in graviſſimum virum, quem magni ſemper feci, & faciam, dum fatalis claudat lumina ſopor: hæc enim eſt libera litteraturæ facultas.

11 Si hæc humaniora non ſuſtinemus, ſufferemus minus Sabaudiæ Præſidem; ſcilicet A. Fabrum, crudeliter dilaniantem Julianum, tanquam ira percitum in ſubtiliſſimum reſponſum, & omni ex parte elegantiam, prudentiam, & Juſtitiam ſpirans, & redolens. Is ergo audaciſſimus vir in Conſultos, aliàs ingenio valens, & cognitiooe Juris præpollens, ſæpius ab ipſo infamato, Triboniano imponit principalem hujus reſponſi partem, & infamat ſuo graviſſimo authore dehoneſtatam, *Lib.* 12. *conject. Cap.* 17. *& Lib.* 13. *Cap.* 20. *& Lib.* 17. *Cap.* 18. ſed uno impetu ooſtrum reſponſum procurram, & ipſum proteram, ut vitium repetitionis, & faſtidium ſugiam. Et ut aptius argumeotis, proximitate fortioribus, liberem Conſultum ab iſto acerrimo cenſore.

12 Ut ſecurius penetremus reſponſum, ejus ſigillatim partes apprehendamus, & diſcutiamus. Orditur ergo ſic ſuum reſcriptum Julianus, & primæ, & ſecundæ inſtitutionis formulam præfigit. *Item ſi paterfamiliàs in teſtamento ita ſcripſerit: ſi quis mihi filius, aut filia genitur, heres mihi eſto; ſi mihi filius, aut filia heres non erit, Sejus heres eſto.* Non conſiderant interpretes §. *iſtum* ab antecedentibus dependere; cum enim antea in illis disjunctivam negativam tractaſſet Conſultus, & in ea utrumque faciendum eſſe reſolviſſet, poſteaque tranſitum feciſſet ad affirmativam, in qua tantum unum adimplendum eſſe reſponderit, utpotè in §. *ſi quis autem plura* tandem tractatum claudit per quæſtiooem, quid futurum eſſet ſi diſpoſitio affirmativa, & negativa conſtaret, ut in præſcripta ſpecie affirmativæ (elegans equidem quæſitum) cui diſpoſitioni cedat altera, an affirmativa negativæ, vel è contra; videlicet an ſubſtitutus, altero ex filiorum non herede, admitteretur: & commiſceretur alteri, vel an oterque filius decedere deberet, ut ingreſſus daretur ſubſtituto. Adſunt utriuſque petitioni fundamenta.

13 Pro ſubſtituto, ut natorum non expectet mortem, ſed cohereditatem cum altero eorum habeat, non leve fundamentum eſt affirmativa diſpoſitio, *ſi quis mihi filius, aut filia genitur heres eſto*: nam cum antea diſcriminaſſet Conſultus disjunctivas affirmativas à negativis, quod illæ altero ſint contentæ, ſecus iſtæ; ſic cum hujuſmodi diſpoſitio fuiſſet affirmative præſcripta, ex virtute, & certa ejus natura alterum ſolum exiſtere debebat, & capere occaſionem ſubſtitutus cohereditatis; nec aliquid impedire negativam in ſub-
14 ſtitutione comprehenſam, *ſi mihi filius, aut filia heres non erit*, & quia cum affirmativa primum locum diſpoſitionis obtineat, ea debet attendi, tanquam principalis forma voluntatis teſtatoris, & fortioris virtutis ad conſiderandam diſponentis meotem: propter quod qoaſi corrigitur vis, & fortiſſima negativæ virtus, quod in terminis (ut inquiunt) obſervat noſter Perez de Lara *de anniverſariis, & capellan. Lib.* 1. *Cap.* 5. *Num.* 27. in diſpoſitione conſtituentis capellaniam ſub clauſula, *præſentetur ſacerdos, & non alius*, propterquam admittetur ætate idoneus, & non alius, quamvis in actu non ſit ſacerdos, cum numeris antecedentibus reſolviſſet contrarium, ſi incepiſſet à negativa diſpoſitio. Et hoc inde, quia majo- 15
ris roboris eſt clauſula præcedens ad ſequentium determinationem, quam ſequentis ad præcedentium, *l. Avia* 77. *D. de cond. & demonſtrat. cum aliis*, à D. Gotofredo ibi datis, *l. filium* 37. *D. quando dies legat.* ad quod extat celebre *ſingulare* 150. Matheſillan. multis ab additionatoribus ibi illuſtratum, probatumque à Lara noſtro *ubi proximè*, ergo parum æſtimanda eſt negativa in reſponſo noſtro, ſuperata præcedentia loci. Adde his pro ſubſtituto, & perpende inſtitutionis formulam *ſi quis mihi filius, aut filia genitur*, meminit igitur teſtator filii, & filiæ: nec inconſiderantiæ attribuere poſſumus, quod de duobus filiis non cogitaverit, ut ſic ex præſumpta ipſius voluntate, & voto utrumque filium admitteremus ad hereditatem, excluſione juſta ſubſtituti, ſed cum utriuſque teſtator memoriam ſecerit, & tamen disjunctive inſtituti ſint, videtur unum ſolummodo teſtatorem vocaſſe: cum enim teſtatores meote concipiebant ſuorum poſthumorum inſtitutiones, plurium, quam unius, naſciturorum præſumptionem ſumebant, utpotè in formulis variis inſtitutionum apud Jureconſultos non raro reperimus.
Apud Africanum præcautiſſimi teſtatoris formula 16
eſt *in l. ſi ita ſcriptum* 47. §. 1. *D. de hered. inſtit.* ibi: *Titia filia mea heres eſto ſi quid mihi liberorum me vivo mortuove naſcetur; tunc qui virilis ſexus, unus pluresve naſcentur ex parte dimidia & quarta: qui fœminini ſexus, una pluresve natæ erunt ex parte quarta mihi heres ſit*; oec minor fuit Clementis Patroni cautio, apud Paulum in *l. Clemens* 81. *D. eod. tit.* ad id tendit illa quæ refertur *in l.* 1. §. *fin. D. de condit. & demonſtration.* ibi: *Quod ex Areſcuſa natum fuerit, &c.* quæ omnem numerum ſexumque omnem comprehendit. Apud Varronem *in ſatyra, teſtamentum, inſcripta*, ſcribitur *ſi quis mihi filius unus pluresve in decem menſibus genuntur*, & refert A. Gell. *Lib.* 3. *Noct. Attic. Cap.* 16. unde & Jureconſulti in poſthumorum ſucceſſionibus præſervarunt ad hereditatem plurium naſciturorum numerum, nec reſtrinxerunt ad unum *l.* 1. §. *fin. l. antiqui* 3. *l.* 4. *D. ſi pars hereditat. pet. l. ſed & ſi* 28. §. *fin. D. de judiciis*, cum plurib. aliis quas accurate eruditiſſimus Alphonſus noſter Carrança conjungit *de partus deſignatione Cap.* 18. *Num.* 1. *per totum Caput*: ergo pro ſubſtituto non inferimus inique, commiſcendum alteri filiorum heredi, quia quamvis præſumi poſſit propter amorem in filios, parentis votum contrarium fuiſſe, non tamen admittimus in expreſſa voluntate, quæ omnem præſumptionem excludit, ut infra deſignandus A. Faber ſentit, & in fine ſubjicit Julia *l. Niſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſerit*, ut dicemus ad verſ. *poteſtatem*, in quo non alia fuit ratio, ut admitteretur ſubſtitutus cum filio: hic enim expreſſa videbatur voluntas teſtatoris, qui filium, & filiam præcogitavit, nec dubitavit filium, & filiam, & ſimul plures uno poſſe oriri partum, & forte tanquam paterfamilias non ignoravit ſuo ævo Juriſprudentes in ſucceſſione poſthumorum præcavere, naſcituros plures.

His præjactis facillime aperiuntur noſtri reſpon- 17
ſi ſequentia: *non ſatis voluntatem ſuam declaravit, ſi non aliter extraneum heredem eſſe volet, quam ſi neque filius, neque filia heres ſit*, cum enim præſcripta, & conſiderata (quæ præcogitaſſe Julianum perſuadeor) urgerent fortiſſime pro ſucceſſiooe ſubſtituti, ut filiorum alteri in hereditate commiſceretur:

miſceretur: ſcripſit Julianus, *non ſatis voluntatem ſuam declaraſſe* patremfamiliâs teſtatorem in præpoſita inſtitutionis, & ſubſtitutionis formula, ſi eam habuerat voluntatem, & mentem; ut non aliter admitteretur ſubſtitutus, quam ſi uterque filius, aut deceſſiſſet, aut heres non fuiſſet, contrarium enim voluiſſe conjiciebatur ex illa, ut nos eduxi-
18 mus non inepte. In tantum ut A. Faber *Lib. 12. conject. Cap. 17. & Lib. 13. Cap. 20.* in his verbis ſui reſponſi deciſionem fixiſſe Conſultum pro certo habeat, & demonſtraſſe, ſubſtitutum futurum coheredem alteri filiorum: quæque verba non ſatis percaluiſſe Tribonianum: propter quod ſcripſerat, quæ in verſu, *ſed proclivior* continentur, eum non Conſultus hæc verba conjecturæ loco ſcripſerit, ſed deciſionis: ſentiens Faber, non ſcripſiſſe Julianum teſtatoris mentem perſpicuam non eſſe, nec voluiſſe ſubſtitutum admittere, ſed è contrario dixiſſe *non ſatis voluntatem ſuam declaraſſe*, ſi in eo animo, & voluntate teſtator fuit, ut extraneus non admitteretur, niſi filius, & filia heredes non eſſent. Nam cum pro ſubſtituto expreſſa eſſent verba, in dubio ab eorum non erat re-
19 cedendum poteſtate. Hoc primum fundamentum Fabri ſeu lapſus, ut celeberrimum perverteret reſponſum, & aſſereret, per formulam ſubſtitutionis præſcriptæ ſubſtitutum extraneum coheredem futurum eſſe filio. Sed levem cauſam ex his verbis arripuit, & ex ſequentibus (ut ſuo loco impugnabimus); nam Julianus conjecturam, ſeu dubitationem dedit in verbis iſtis, ut extraneus admittendus videretur: quis recti judicii formula verborum perſpecta non ita judicabit? cum Conſultus dicat, *non ſatis voluntatem ſuam declaravit*, quæ plene planeque demonſtrant conjecturam, ambiguitatem, dubitationem, hæſitantiam, ut videretur commiſcendus hereditati ſubſtitutus: ſi enim non ſatis voluntatem ſuam declaravit teſtator, ergo aliquo modo repellendus, aliquo modo admittendus extraneus apparebat, ex inſtitutionis, & ſubſtitutionis verbis: nam ut moris Juriſconſultorum fuit, & *in §. utrum antecedenti* videmus, præponitur dubitatio primo, quæ obſtare videbatur, ſententiæ rectæ reſponſi: qua non obſtante, contrarium poſtea reſolvitur, ut Julianus in *§. iſto facit*, in verſ. *ſed proclivior*, qui reſpondendi modus doctiſſimus, & elegantiſſimus eſt. Nihil enim aliud in his verbis Julianus ſcripſit, quam teſtatorem non ſatis voluntatem ſuam expreſſiſſe, ut repelleretur ſubſtitutus, ſi non aliter admittendum voluerat, quam ſi uterque filius heres non eſſet. Sed non ea dubitationis hæſitantia, aut ambiguitas verborum tantum efficere poterat, ut filium unice dilectum à ſucceſſione repelleret, ut extraneus admitteretur, ſemper minus diligendus. Quis primis labiis in Juriſprudentia tinctus talia credidit? cum imò non dubia ſolum, ſed expreſſa verba, ſi aliquis conjecturæ locus eſt, abrumpuntur, aut temperantur, ut filius ad debitam ſucceſſionem patris ab ipſa natura dedicatam admittatur, ut ſuo loco infra longe lateque probabimus. Remanet ergo adverſus Fabrum, Julianum in his verbis ſolummodo præpoſuiſſe conjecturam; qua videretur ſubſtitutum coheredem filio futurum, ex argumentis à me pro ipſo conſideratis ſupra.

Cum enim ſcripſiſſet Conſultus, dubitationem, & perplexitatem inſtitutionis, & ſubſtitutionis formulam continere, ad hoc ut videretur rejectus ſubſti-
20 tutus, ſubjicit *hoc enim modo concipi oportet ſi mihi neque filius, neque filia heres erit:* quia ſic expreſſum eſt, ſubſtitutum non admittendum, niſi neque filius, neque filia heres ſit: id eſt, uterque aut deceſſerit, aut repudiaverit. Ratio eſt, quia prima inſtitutionis formula per disjunctivam, *aut*, concepta fuit, iſta autem ſecunda per copulativam; particula enim iſta *nec*, *neque*, copulativa eſt, licet antiqui Grammatici apud Feſtum *dictione iſta*, Di-
vuſque Auguſtin. *in ſua Grammatica*, & noviores 21
alii, utpotè Chariſius, Victorius, Donatus, Diomedes, Probus, Auſonius, disjunctivam eſſe putaverint; nam contraria ſententia verior eſt, & receptior: ut tenet Feſtus *dictione iſta*, Priſcian. *Lib. 16.* Brocenſis *Lib. 2. Min. C. 18.* ſentit Laurent. Vall. *Lib. 2. Eleg. Capit. 18.* Alex. *in l. ſi quis ita 129. D. de V. Obligat.* ubi Jaſ. & Alciat. & iſte etiam *in l. ſæpe, D. de verbor. ſignificat.* Cujacius *in l. 133. D. de verbor. Obligat.* Jacobus Gotofred. *Cap. 11. Animadverſ.* plurimos refert alios I. Anton. Bellon. *Conſ. 74. Num. 47.* ad quod expreſſa Juriſprudentum reſponſa habemus *in l. cum filius familias 49. §. 2. dict. l. ſi quis ita, l. Julianus 131. l. quidam 132. l. ſi ſic ſtipulatus ſim 133. D. de verbor. Obligat. l. harum actionum 7. D. ſi ſervit. vind. l. Mutianæ cautionis 7. D. de condit. & demonſtrat. l. 1. C. de ſervis fug.* nec alibi meo judicio expreſſior inveniri poteſt locus, quam præſens Juliani reſponſum: cum disjunctivam, *aut*, longe differre Conſultus affirmet à conjunctione, *nec*, *neque*: cum in primo caſu ſtricte, niſi alia conjectura ſubeſſet, ſubſtitutus admitteretur cum filio per virtutem disjunctivæ: in ſecundo, niſi utroque non adeunte, id non fieret, quia co-
pulative fratres fuerunt inſtituti. Vario tamen 22
itinere in particulis, *nec*, *neque*, copulationem invenerunt antiqui, & noviores. Sinnius Capito (quem refert, & ſequitur Feſtus) inde trahit, quia τὸ *nec*, idem importat quod, *non*: & quamvis ſatis non explicet, id procedit ex vi negativæ, quæ in copulativam reſolvitur (ut longe probavimus ſuperiori Capite) quam rationem pereleganter confirmat Priſcian. *dict. Lib. 16.* in his verbis: *invenitur etiam* ne *pro* neque, *quæ copulativa eſt conjunctio: ſub una enim abnegatione copulat res, quomodo & nec.* Tenet A. Fab. *Lib. 17. conject. Cap. 18.* quo nova lux datur Feſto, hucuſ-
que deſideranti. Unde Cujac. *dict. l. 133.* diſpli- 23
cet, dum particulam iſtam docet, etiam disjungere, quia negativa ſit; cum eo magis conjungat negationis virtute, ut plene planeque jam egimus. Alciat. *in l. duobus 288. Num. 4. D. de verbor. ſignific.* id procedere innuit per repetitionem, quæ per has particulas fit. Quomodocumque enim ſit, nunquam inveni, nec inveniri poteſt harum particularum uſus, qui in copulativa per eas non contrahatur, vide exempla apud Godeſcalcum Stewech. *Lib. 1. de part. ling. latin fol.* 187. Vide elegantiæ antiquæ autores, poëtas, & ſolutos: ſemper copulative dictiones iſtæ operantur. Cum ergo copulativa ſit, aut ſi disjunctiva (quod diſplicet) in copulativam reſolvatur, mirum non eſt, imò neceſſarium, quod ſi ſubſtitutus vocatus eſt ſub hac conditione *ſi neque filius, neque filia heredes ſint*, non admittatur, niſi eo caſu quo uterque heres non ſit. Sub conditione enim copulativa ſubſtitutus eſt, cujus parti utrique ſatisfaciendum prius erat, quam daretur locus ſubſtitutioni *l. ſi heredi 5. cum*
vulgatis, D. de condit. inſtit. Movet pro ſua ſen- 24
tentia hinc A. Fab. argumentum, voluiſſe Julianum, extraneum in primo caſu ſub disjunctione ſubſtitutum alteri filiorum in hereditate commiſcendum: cum ad hoc ut id non fieret proponat Conſultus, per particulam *neque* ſubſtitutionem faciendam fuiſſe. Et ſane verum eſt, longe aliam fuiſſe Conſulti mentem, & ratiocinationem non aliam, quam prædiſertam: ſcilicet quod cum in prima ſubſtitutionis ſpecie non ſatis teſtator ſuam declaraſſet mentem, an excludi voluiſſet ſubſtitutus à filii cohereditate, infert inde, debuiſſe teſtatorem ut nullum ſupereſſet dubium excluſionis,

concipere ſub hac formula ſubſtitutionem, *ſi neque filius, neque filia heres erit*, aliter enim Juriſconſultum intelligere, nihil aliud eſt, quam inhumaniter trahere, & ſub iniqua tortura ejus verba comprimere.

25 Expectet Faber æquis oculis ſubſequentia verba, quæ Juliani fatetur eſſe, & errorem apud doctos judices cantabit: cum, quamvis ex eis fundamentum ſubſtruat ſententiæ ſuæ, non aliud erit, niſi caſus, & gravis ruina: ſcribit ergo Julianus. *Poteſt autem interdum ſuperior ſcriptura eſſe neceſſaria, ſi quis, cum filium aut filiam habeat, utrunque heredem inſtituere velit, ſed ſive alter heres futurus ſit, extraneum miſcere; ſive neuter, extraneum ſubſtituere.* Hæc verba expreſſe refert Julianus ad primam ſpeciem inſtitutionis, & ſubſtitutionis. Τὸ *ſuperior ſcriptura* probat: ſuper cujus enodatione totum contextum fuit reſponſum. Dixerat enim Conſultus, non ſatis ad excluſionem ſubſtituti teſtatorem voluntatem ſuam declaraſſe: & cum ſentiret, excludendum eſſe ſubſtitutum, ut in fine reſpondet, addit ad majorem comprehenſionem ſubſtitutionis, poſſe locum eſſe ſubſtitutioni, retenta disjunctionis natura, & vi: quando pater filium, aut filiam natos haberet, & vellet utrumque heredem inſtituere, ſed cum ea ſubſtitutionis qualitate, ut ſi filiorum alter heres futurus ſit, alterque aut repudiet, aut moriatur: tunc ſubſtitutus heredi commiſceatur: & ſi neuter filiorum heres ſit, integram extraneus adeat hereditatem: in quo caſu disjunctionis vis recte ſe obtinet: quia caſus ſeu ſpecies iſta diſſimilis longe eſt à ſuperiore: in hac filium, & filiam tempore teſtamenti habebat: & ſic cum certò haberet utrumque, & nihilominus ſubſtitutionem ſub disjunctione fecit: credibile magis, aut ſaltim magis ſubſtinendum, teſtatorem voluiſſe uni filiorum exiſtenti heredi extraneum commiſcere, cum nulla ignorantiæ, aut oblivionis cauſa afferri poſſit, aut amoris præſumptio. Vidit, cognovit parens natos, & tamen fecit eam ſubſtitutionis formulam: ergo credendum eſt, non aliam fuiſſe voluntatem ejus, nec ultra dilexiſſe natos: at in prima ſpecie ſolummodo ſperabat natos, non viderat, non dilexerat; fecit inſtitutionem, *ſi quis mihi filius, aut filia genitur*, incertum erat, plures, quam unum exituros, prodituroſque in lucem; hic major dubitandi cauſa: an voluerit pater filio commiſcere extraneum, quia ſubſtitutionis formula urgeat: urget contra amor naturalis parentis in filium, quem extraneis cunctis credendum eſt anteferre voluiſſe (ut ad finem hujus text. latius dicam). Et quamvis pater filium, & filiam natos habuiſſet: tanta eſt præſumptio pro paterno amore: tantum iſti condonandum eſt: ut adhuc dubitari poſſet, an voluerit pater, æquos facere in ſucceſſione filium, & extraneum *arg. l. generaliter*, *C. de inſtit. & ſubſtitut.* propterquod addit, obtinere locum inter filios prædictam ſubſtitutionis formam: quando adeſt patris voluntas ſic voluiſſe inſtitutionem, & ſubſtitutionem componere: uti expreſſe probant illa verba. *Utrumque heredem inſtituere velit: ſed ſive alter heres futurus ſit, extraneum miſcere, ſive neuter, extraneum ſubſtituere*, & ea de cauſa ſcripſit Julianus. *Poteſt autem interdum*: quaſi unum ſingularem potentiæ caſum præfixerit, in quo ſubſtitutio ſtricto disjunctionis Jure poſſit obtinere locum; non ſemper, non regulariter, qui tantum abſurdum, tantam iniquitatem, impietatemque adverſus filios prudentiſſimus aſſereret Conſultus? aliàs enim indefinite reſponderet, non tam ſtricte *poteſt autem interdum*: ad unum caſum. Ergo ex iſta Juliani limitatione ſatis inferri poteſt adverſus ſententiam Fabri, ſubſtitutum non fore filiorum alteri coheredem, niſi cum filios natos heredes inſtituit, & voluit per ſubſtitutionem disjunctivam formæ præſcriptæ extraneum miſcere. Ex quibus aperte audaciſſimus A. Fabri error convincitur, præſumentis Julianum ſui reſponſi deciſionem poſuiſſe in verſ. *Poteſt autem*, quem præ manibus habemus: & ſuam confirmaſſe ſententiam, aut ſomnium, ſubſtitutum una cum filio ad hereditatem admittentem. Unde infert verſiculum finalem, *ſed proclivior* finxiſſe Tribonianum, deceptum verſiculo *non ſatis*, ac non percalentem huoc verſ. *Poteſt autem*, in eoque jam Julianum dubitationi præſcriptæ reſpondiſſe: quod cum totum contrarium ſit, & verba coarguant evidenter, tranſitum ad alium caſum feciſſe Conſultum in hoc verſiculo, quam illum, qui præpoſitus erat: ut luce clarius probatum relinquo: parum Faber, Fabrique ſententia curanda eſt.

Cum ergo ad propoſitam, de qua in principio, quæſtionem docte, & graviter per varios caſus, & varia diſcrimina diſcurriſſet Conſultus; non ſatis, dicendo, teſtatorem ſuam voluntatem declaraſſe ad excludendum ſubſtitutum: ad id enim ſubſtitutionem fieri debere per copulativam *neque*: poſſeque tamen aliquando obtinere inter filios natos ex voluntate teſtatoris ſuperioris ſpeciem ſubſtitutionis: claudit pia, prudentique ſententia reſponſum in his verbis. *Sed proclivior eſt ſententia teſtatoris, ſic* 26
eſſe interpretanda, ut ſive filius, ſive filia nati ei fuerint: extraneus non admittatur, niſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſerit. Nemo æqui, piique animi ſententiam iſtam abnegabit, aut audacter deſpiciet, qua tantum juſtæ ſucceſſioni filiorum ſuccurſum eſt: cum & fundamenta ſolidiſſima ſint, quibus ſubſtineatur ea. Paterfamilias inſtitutionem fecit, *ſi quis mihi filius, aut filia genitur, heres mihi eſto*, ex formula ſuo tempore receptiſſima, præcogitans 27
unum tantum, vel unam naſciturum: quod votum, & cogitatio (ut experientia docemur) fere cunctorum fuit *l. qui filiab.* 17. §. 1. *D. de leg.* 1. ibi: *Si qua filia mihi genitur, ei heres meus centum dato*, Cicer. Lib. 2. de Orator. *Si mihi filius genitur, is qui prius moritur, &c. tum ut mihi ille ſit heres ſi natus filius non ſit, videatur ne is, qui filio mortuo inſtitutus heres ſit, heres eſſe*, *l. commodiſſime* 19. *l. ſi ita* 13. *l. Gallus* 29. & in §. 2. & 3. *D. de Lib. & poſthum. l. ſi ita facta* 14. *D. de injuſt. rupt. l. cum in teſtamento* 37. *D. de hered. inſtituen. l. cum ex filio* 39. §. 1. *D. de vulgar. l. Titius* 6. *cum lege ſeq. D. de ſuis, & legitim. hered.* Quibus omnibus, utque in multis aliis, parentes ſolum ſibi unicum filium, aut filiam naſciturum animo conceperunt: frequentiſſime enim mulieres uniparæ ſunt, & quaſi portentoſum (quamvis natura accidere poſſit) admiramur cum trigeminos: aut videmus, aut audimus unam edidiſſe, *l. cum quidam* 30. §. *ſuum heredem*, *D. de acquir. hered.* ad quæ adeundus eſt doctiſſimus noſter amicus Alphonſus Carrança *de partus deſignatione*, *Cap.* 18. *ad num.* 5. *cum ſeqq.* doctiſſime, & prudentiſſime tractans celebrem quæſtionem illam *l. ſi antiqui*, *D. ſi pars hered. petat.* an propter poſthumum, qui 28
ſperatur, filio nato quarta hereditatis, vel dimidia reſervetur pars: in qua contrarios Juriſconſultos fuiſſe reſolvit cum A. Fab. in rationali *ad l. & ſi reſtituatur* 28. §. *fin. D. de judiciis*, probatque Ulpiani, & aliorum ſententiam reſpondentium, poſthumo reſervandam dimidiam: frequentius enim, & quaſi certum eſt, unum tantum edituram eſſe mulierem (cujus quæſtionis nunc me periculo libero, cum mihi hæc adnotaſſe ſufficiat, ut appareat unius filii partum frequentiorem ordinariumque eſſe) propter quæ merito teſtatores reſpectum illius habuerunt, & mente præceperunt; niſi qui cautiores ſua diſpoſitione præcaviſſent.

ſent, quod accidere poterat, id eſt, geminos vel trigeminos naſci poſſe, de quibus intelliguntur ea, quæ ſupra prædiximus. Nam quamvis in prima Juliani ſpecie pater filii, filiæque mentionem feciſſet, non tamen inde probabimus, utrumque geminum partu eodem fuiſſe edendum, cogitaſſe; ſed alterum ſolummodo, quia ſub disjunctione ad hereditatem vocavit, & inſtituit. Et ſi hæc cuncta (ut ſane ſunt) vera ſunt, & pater unum ſibi naſciturum poſthumum præſumpſit, nati eique fuerunt duo, juſto errore ductus; quis extranei ſubſtitutionem unius in caſu naſcituri factam admittet, ut filiorum alteri commiſceatur in hereditate: & ad credendum adducetur, eum fuiſſe patrisfamilias voluntatem, quæ diſpoſuerat ſolummodo vulgarem ſubſtitutionem unico filio, quem mente ſolum præceperat, ſi heres non eſſet. Nihil autem in noſtro Jure celebrius eſt, quam perfectas ſubſtitutiones, donationes, & alias diſpoſitiones, quamvis principali autoritate vallatas,
29 ſupervenientibus excludi liberis, & extingui *l. generaliter 6. C. de inſtit. & ſubſtit.* (ſi ejus verus intellectus eſt ex communi voto noſtrorum) *l. cum acutiſſimi 30. C. de fideicom. l. ſi unquam 8. C. de revocand. donat. l. ex facto 43. D. de vulgar. l. cum avus 102. D. de condit. & demonſtrat. Cap. fin. 17. quæſt. 4.* minus enim ſcriptum, quam dictum cenſetur fuiſſe, nec tanta Juris iniquitas debebat eſſe, ut cum in eo æqui bonique juſtitiam profiteamur, incogitantia patrisfamilias excludamus filios à cuncta hereditate paterna, quam naturalis ratio, pietas, amor parentum, votum, & civilia, barbarorum etiam gentium, Jura addixerunt, & conſecrarunt: pro qua piiſſima, & æquiſſima ſententia paginas ipſas congerie multorum, quæ ſuis locis præcogitarunt Interpretes, onerare poſſem, ſed ipſa per ſe veritas ſufficit, & peraptum Scæ-
30 volæ reſponſum *in l. Lucius Titius, D. de her. inſtituen.* in ſubſtitutionis ſpecie minus digna ſavore, quam Juliani: quando fratri, & ejus filiis ſubſtituti ſervi fuerunt: ſi filius aut filia ex fratre natus heres non ſit, & ſubjicit: *Apparet quidem non eam mentem fuiſſe ut quemquam heredem adhiberet fratri, quem aperte ex aſſe heredem inſtituiſſet* (de quo in ſeqq. Capitib. latius agemus) cum enim ex juſta præſumptione voluntatis disjunctiva in copulati-
31 vam reſolvatur: ita ut copulativa illa *παραδιαζευκτικὴ* ſit *l. pen. C. de V. S. l. ſæpe D. eod. tit.* ut notat Cujac. *ad noſtrum* §. (& nos ſup. *C.* 3.) & disjunctiva transformetur in ſubdisjunctivam *l. hæc verba 124. D. eod. tit.* in qua utrumque fieri debet (ut diximus *d. C.* 3.) cui caſui elegantius, æquius, digniuſque hæc adaptari vera doctrina poteſt, quam præſenti? in quo fortiſſime obſtant extraneo ſubſtituto æquitas, parentis votum, amor, & civile, & naturale Jus. Intrepide equidem affirmo, inſtitutionem ſubdisjunctivam patrem feciſſe, & ſub eadem disjunctione ſubſtitutum vocaſſe, ex Proculi reg. *in d. l. hæc verba 124. D. de V. S.* & ex illis omnibus quæ dicemus infra, *C.* 11. quibus longe probamus, frequentiſſimam ſubdisjunctionem eſſe Jure Civili: quam in præſentiarum arguunt rationes hic conſideratæ, adjunctis his quæ dicemus *d. C.* 11. Sed apprime conducit 32
Pauli ſententia *in l. ſi ita 14. D. de injuſt. rupt.* (rejecta Haloandri emendatione, jam deſpecta ab A. Aug. *Lib. 4. emendation. C. 17.*) qui Conſ. in illa exheredatione *ſi filius natus, natave filia ſit, exheres eſto*, reſpondit, utriſque natis non rumpi teſtamentum, quia exheredatio ſubdisjunctiva fuit ex utriuſque mentione, & quod magis mirari debemus, quod id in odioſis obtineat. Sique intelli- 33
gitur *l. uxorem 41. §. teſtam. 6. D. de leg. 3.* ibi: *Morieris nullo filio filiave ex eo relicto.* Quæ omnia non inepte verſ. *Sed proclivior*, confirmant: quæ ut ſic reſponderet Julianus, in cauſa fuerunt: & convincunt A. Fab. hæc omnia concedentem, quando teſtatori non adeſt expreſſa voluntas: nam id non abnuit Julian. in ultimis verbis ibi: *Niſi ſpecialiter hoc teſtator expreſſerit*, & è contra idem Julianus ſupponit, teſtatoris verba ambiguitatem continere, & expreſſius ibi: *Non ſatis voluntatem, &c.* & ſatis perſpicua ſunt quæ hic conſideravimus.

Nec levis argumenti judico negativam, ſub qua 34
ſubſtitutio concepta fuit: quod quamvis inſtitutio primo loco affirmativa fuerit; ſubſtitutio, & ſecunda inſtitutio, licet ab ea dependeat, quodammodo res ſeparata eſt: unde cum concepta fuiſſet per verba negativa *ſi ille, aut ille heres non ſit*, ex vi & virtute negativæ, ut ſubſtitutus admittatur, debet uterque non eſſe heres (ex illis quæ diximus ad §. *utrum*) aut ſaltim fortiſſimum argumentum eſt, ex formula negativa à teſtatore uſurpata, voluiſſe utrumque inſtitutum non eſſe heredem ut locus eſſet ſubſtituto.

Dubitat Fab. verba hujus verſ. *ut ſive filius, ſive* 35
filia nati ei fuerunt, quæ ſuſpicionem augent, integrum verſiculum Triboniani eſſe: inquit enim, non eſſe conceptam inſtitutionem, *ſi mihi filius, aut filia non naſcetur*, ſed ita, *ſi mihi filius, aut filia heres non erit*, quod quidem perquam falſum eſt, ſic enim fuit *ſi quis mihi filius, aut filia genitur, heres mihi eſto*, & cum inſtitutione *τὸ genitur*, uſurpaſſet, reſolvit, *nati ei fuerunt*, quod in ordine generationis neceſſarium erat ad ſucceſſionem. Ut mirer valde A. Fabri judicium reſecantis pru- 36
dentiſſimam reſponſi partem, & juſtiſſimam ſucceſſionem filiorum.

C A P. VIII.

In acrem palæſtram deducitur l. generaliter 6. C. de inſt. & ſubſt. à *n. 1. cum ſeqq. Verba disjunctivarum conditionum, à quibus certamen oritur,* n. 2. *Argumentum, & difficultas contra Juſtinian.* 3. *Cyni ſententia.* 4. *Rejicitur.* 5. *Bartoli, & ſequacium, quæ communis.* 6. *Oppugnatur G. L. Maderæ.* 7. *De media Juriſprudentia receptum, quod disjuncta favore filiorum reſolveretur in copulativam.* 8. *Non ſolum favor liberorum in hac conſtitutione attenditur.* 9. *Copulæ connexio efficit, quod utrumque adimpleatur.* 10. *Disjunctiva ſemper inter diverſa ponitur.* 11. *Res una diverſo Jure cenſeri non debet: qualiter intelligatur.* 12. *Ad extraneos hæc conſtitutio extenta fuit.* 13. *Accedimus ad verſ.* Cui enim ferendus. 14. *Exempla non reſtringunt regulam.* 15. *Adaptatur* l. fin. C. de verbor. ſignific. 16. *Verba noſtræ conſtitutionis*, tam patribus, quam liberis gratam, *explicantur.* 17. *Filiorum favor quando conſiderandus ſit.* 18. *Donelli ſententia ad hanc legem.* 19. *Et Gothofredi.*

fredi. 20. *Alberici, Cujac., Alciati, Gilkenii.* 21. *Refellitur.* 22. *Novior Maderæ.* 23. *Rejicitur.* 24. *&* 25. *Incertitudo quæ viciet.* 26. *Toleratur deciſio Juſtiani.* 27. *Omnia fere humana in certos caſus expectant: ubi Ruſſardi emendatio ſubjicitur.* 28. *Sententia autoris.* 29. *Suſpicio conſtitutionem ſuppoſitam eſſe.* 30. *Deſideratur in Noricis Pandect.* 31.

VEreor, ne alius ſuccenſionem, quam ego in Fabrum proximo Capite habui, in me retorqueat; ſed pacem inde requiro, ut cenſor, ſive ſuccenſor diſcriminet, an ego juſtius, quam Faber auſim, & tentaverim veritatis viam. Anxium, & dubium per varias Interpretum ſententias, & in certos tramites conſtitutio, quæ Juſtiniano inſcribitur, me traxit reluctantem, & vi-
1 cit denique (nunquam verum profiteri pudeat, aut dedeceat) ea eſt *l. generaliter 6. C. de inſt. & ſubſtit.* in qua ab antiquis & novioribus Practicis, & theoricis protervè inſudatum eſt: nec hucuſque feliciter (ni infeliciter ipſus ego cenſeo.) Juſtinianus, ſeu quicumque hujus conſtitutionis autor, reſcribit: quod ſi teſtator ita verba ſua compoſue-
2 rit, & edicat *ſi filius, vel filia, inteſtatus, vel inteſtata, vel ſine liberis, vel ſine nuptiis deceſſerit*, quod non aliter admittatur ſubſtitutus, ſub disjunctionibus iſtis vocatus, quam ſi omnes defecerint conditiones; cum tamen ſi disjunctivæ introſpicimus naturam, defectus cujuſque conditionis ape-
3 riebat locum ad ſucceſſionem ſubſtituto *l. ſi heredi 5. D. de cond. inſt. l. cum pupillus* 78. §. 1. *D. de cond. & demonſt. §. ſi plures* 11. *inſt. de hered. inſt.* in alternativis enim ſufficit, quod alterum adimpleatur, cum inde diſcrimen inter copulativas, & disjunctivas procedat, quod in illis, omnibus; in iſtis cuicumque parendum ſit, ut leges iſtæ commonſtrant, & interpretes infra referendi. Quid autem in cauſa fuerit Juſtiniano, ad eam condendam conſtitutionem, attentiſſimè rimantur Interpretes, & dum certas requirunt vias, ineunt invias, aſperas, & deſertas.

4 Cyn. id conſtitutionis apprehendit iter, eamque rationem: quod Imperator ſcilicet commotus fuerit, ne nimis gravaretur inſtitutus: cum enim ſi disjunctio in ſua ſtaret natura, cujuſque defectus ſubſtitutum, vel fideicommiſſarium admitteret ad ſucceſſionem, factum eſt, ut adimplemento cujuſque excluderetur ſubſtitutus: quo ſuccurſum inſtituto maxime eſt, quique maximo ſic conditio-
5 num onere levatus eſt. Sed hæc antiquiſſimi magiſtri ſententia repulſa à cunctis fere Interpretibus jacet: longe enim alia Juſtiniani fuit, apud ipſumque prævaluit (ut aperiemus infra) heu quantum crudele, & fere tyrannicum eſſet, in tantum imperii exercere poteſtatem in teſtatores, ut nec liceret ſub honeſtiſſimis conditionibus ſuarum rerum ſubſtantiam relinquere: fracta, ab antiqua *l.* 12. *tabul.* deſcendente, poteſtate, uti quiſque voluiſſet legandi! verum eſt, quod variis legib. ea poteſtas reſtricta fuerit; ſed non in his caſibus, qui æqui bonique dijudicati ſunt: inter quos connumerari non patietur iſtum, quicumque aliquali Juriſprudentiæ notitia tinctus fuerit, contra *d. l. ſi heredi 5. & alias*, jam à me datas, quæ enim in diſpoſitione iniquitas indagari poterit, quod ſub pluribus disjunctis conditionibus prægravatus inſtitutus foret, ſi non turpes, & à recta ratione abhorrentes ſint?

6 Bart. quem conſequuti fuerunt cum tota Pragmaticorum cohorte, Jaſ., Paul. de Caſtr., Alex. Philip. Fulgos. *in noſtra lege*, referunt totam eam ad liberorum favorem: propter quem diſrumpitur disjunctionis natura, aut in copulativa convertitur, ut ſic vocatus ſub pluribus conditionibus ſubſtitutus, niſi adimpletis omnibus, non admittatur, tanquam ſi copulativæ fuiſſent. Quod ego non abnegarem, utpotè ille ego, qui adverſus A. Fabr. *proximiori Cap.* acriter eam defenderim ſententiam; *ex l. ſi is qui ducenta* 13. *§. ſi. D. de reb. dub.* cum aliis, ſed non congruit Cæſareæ noſtræ conſtitutioni. Tanquam Sirenarum cantus demulxit, impegitque in eos ſcopulos verſ. *Cui enim ferendus*, & verba illa, *tam patribus, quam liberis gratam*, quæ ſane incautum quemcumque commovere poſſent, ut crederet, propter multis conſtitutionibus repetitum filiorum favorem, transformaſſe alternativæ naturam, eorumque in ea conſtitutione reſpectum habuiſſe, ex illis comprobari verbis, & ex verſ. *eis autem*, in quo illationem facit ex ante dictis ad Papiniani reſponſum, totum in filiorum favore conſiſtens, quod ſubjicit in confirmationem ſuæ deciſionis: quod ſane certum
eſt. Sed in iſtorum ſententias impetum fecit 7
noſter Greg. Lop. Mad. *C.* 33. *animad.* cujus par-
tibus libentiſſime adhæreo. Favore enim libero- 8
rum de media Juriſprudentia jam receptum erat, ut disjunctiva reſolveretur in copulativam (ut plene dixi *C. interiori* ad interpretationem *d. l. ſi is qui ducenta* 13. *§. ſi.*) & facit *tx. in l. Lucius Titius* 85. *D. de hered. inſt. l. ex facto* 43. *D. de vulgar. l. cum avus* 102. *D. de cond. & demonſt.* utpotè idem Juſtinian. inſinuare videtur *d.* verſ. *cum autem*, quid ergo noſtri Cæſaris Juſtiniani novavit deciſio, & generaliter ſancivit, ut in ejus principio præſcripſit? non enim ſolum (ut acute argumentatur Madera *d. C.* 33.) poſita fuit conditio, quæ favorem liberorum reſpiceret, ſed aliæ peni-
tus ab eo alienæ; veluti *ſi ſine nuptiis, ſi ſine teſta-* 9
mento deceſſerit, quibus ſubjicit Imperator, *quod ſi ipſe, vel ipſa, liberos ſuſtulerit, ſive nuptias contraxerit, ſive teſtamentum fecerit, firmiter res poſſideri, & non eſſe locum ſubſtitutioni eorum, vel reſtitutioni:* en qualiter cujuſque conditionis ad implementum firmiter facit res poſſideri, & ſubſtitutum excludit: cum aliàs, cujuſque defectus admittere eum deberet: in tantum, quod addat Imperator, ut omnis difficultatis removeatur ſcrupulus, *ſi enim nihil ex his fuerit ſubſecutum: tunc valere conditionem, & res ſecundum verba teſtamenti reſtitui*, non ergo conſtitutio favorem liberorum reſpexit cum quæcumque ad ſcriptarum conditionum adimpleta ſubſtitutum excludat, & faciat firmiter res poſſideri. Tò enim *ſi nihil ex his fuerit ſubſecutum* terminus generaliſſimus eſt, quo Julianus in ſimili disjunctione uſus fuit, in *l. ſi is qui ducenta, §. ſi quis autem 5. D. de reb. dub.* ut ex multis propoſitis aliquid evenire ſufficiat ad effectum ſtipulationis, ſeu fideicommiſſi, vel ſubſtitutionis, ut latius Madera conſiderat *d. C.* 33. & multis relatis D. D. Joan. Baptiſt. Larrea deciſ. Granat *diſp. 61. à num.* 10. *cum ſeqq.* nam quod Bartol., Jaſ., Alexander., Paul. de Caſtr., Dec. & alii cum eis ſuſpicantur, conditionem *ſi ſine liberis deceſſerit* inter alias inſertam conditiones impertiri aliis eundem favorem, & eandem qualitatem, ne una eademque res diverſo Jure cenſeatur, prorſus indignum eſt tantis viris, & inviſum, inauditumque in noſtra Juriſprudentia: noſtra enim conſtitutio ſolummodo reſolvit, ſubſtitutum ſeu fideicommiſſarium ſub variis disjunctis conditionibus vocatum admittendum eſſe, quaodo omnes adimpletæ fuerint; non quamvis una, vel altera. Moveturque Juſtinianus ratione illa, *ut incertus ſucceſſionis morientis exitus videatur certo ſubſtitutionis, vel reſtitutionis, fine concludi*

chæli (de qua inſra agemus) nullus crgo inde libe-
rorum favor autori conſtitutionis in cauſa fuit, ut
ſic copularet disjunctas conditiones. Hæ enim
omnes in cuncto noſtræ Juriſprudentiæ campo,
quoad earum adimplementum, non pariantur: ſed
unaquæque earum per ſe ſtat, & adimpleri deſide-
rat: ſi copulate, una & ſimul; ſi disjunctim, una-
10quæque. Nec id facit conditionum qualitas; ſed
copulæ connexio, quæ ſic voluiſſe teſtatorem de-
monſtrat, *d. l. 5. D. de condit. Inſt. d. l. cum pupil-
lus 78. §. 1. D. de cond. & demonſtr. d. §. ſi plures
11. Inſt. de hered. inſt.* præcipue cum conditiones
11per disjunctivam conſtitutæ fuerint, cujus natura
eſt ut ſemper inter diverſa ponatur, & ſaltim diſ-
ſimilia *l. ubi pactum 4. C. de tranſ. l. pen. C. de pact.
tit. ut ager vectigalis ſeu emphyteut. eſſe dicatur.* Alex.
in rub. D. de vulg. n. fi. Jaſ. *in auth. qui rem, C. de
Sacroſ. Eccl.* Alciat. *reſpon. 15. n. 2. & in rub. C.
unde liber. n. 4.* A. Fab. *lib. 14. conject. C. 6.* quod
acrius defendit noſter Madera *C. 23. animad.* nam-
que ſi ſic non diſtarent disjunctivæ, heu quam ri-
dicule, & reprobe disjungeretur, quod idem
unumqoc eſſet! ſic ergo adverſus Bart. & ſequaces
antiquos, ſemper in uno Bart. jurantes, & con-
ſpirantes ſentimus. Si enim conditiooes ſubſtitu-
tionis disjunctæ ſint, & conſequenter diverſe,
& diſſimiles: qui fieri poteſt, ut unam eandem-
que naturam omnibus infundant? nam quod di-
cunt, non deberi eas diverſo Jure cenſeri (quod
jam evolavit in proverbium) pene inſipidum eſt:
12cum id verum ſit in una re, quæ ex recta Philo-
ſophia, & Juriſprudentia diverſimode dijudicari non
debet, *l. eum qui ædes 23. D. de uſucap. C. cognovimus
12. q. 2. C. quia circa 22. de privil.* uti pluribus noſter
Velaſco illuſtrat *in ſuis axiomatib. lit. I. nu. 157.*
ſed pro Deus! quis id audebit aſſerere in pluribus
rebus nec ſolum pluribus, ſed diſtantibus, diverſis, &
diſſimilibus? abhorret à judicio hominum. Patet
ergo præ oculis, noſtræ conſtitutionis autorem
13ſingularem liberorum ſavorem non habuiſſe: qui
haberet, ſi ſuam conſtitutionem ad extraneos ex-
tendit? ut omnes agnoſcunt, & Fran. Raguell.
Lib. 6. ad deciſ. Juſt. in hac l. & exorditur eam
ſub verbis, quaſi in hujuſmodi interpretationem
præpoſitis: ſcilicet *generaliter ſancimus τὸ* enim *ge-
neraliter* (ut ſubjecta ſatis evidenter demonſtrant)
ad quaſcumque conditiones, & diſpoſitiones dis-
junctive compoſitas, reſerendum eſt, ut jam
prævidit Madera *d. C. 33.* cujus veſtigiis in hac
parte libentiſſime inſiſtimus, & ſuccedimus.
14 Moveotur autem Interpretes ex verſ. *cui enim fe-
rendus*, & ex illis, *tam parentibus, quam liberis gra-
tam:* quæ ſuaviſſime quemcumque allicere poſſent
ad credendum, filiorum digniſſimum favorem
cauſam huic præſtitiſſe deciſioni. Sed non ita eſt,
nec id autor legis potuit facere, cum generaliter
antea contrarium ſtatuiſſet, ſed ab una, ex tri-
bus præpoſitis conditionibus, exemplum deſum-
pſit, quod efficacius pro ſua ſententia urgeret: &
argumentum ab abſurdo, id enim eſt liberorum.
15Multoties enim ſimile videmus, & apud Jure-
conſul. & Cæſares: in quibus præbita exempla
non reſtringunt regulam, ſed potius adducuntur
ad præcognitionem doctrinæ, & illuſtrationem
ſententiæ ſuæ, ut ipſimet animadvertunt *l. 1. §.
quod vulgo 25. D. de vi, & vi armat.* & optime Paul.
in. l. pen. §. ult. D. de Juris, & fact. ign. ibi: *Li-
cet municipum mentio in hac epiſtola fiat, tamen & in
qualibet perſona idem obſervabitur, ſed nec quod in
opere aquæductus relicta eſſe pecunia proponitur, in hunc
ſolum caſum ceſſare repetitionem dicendum eſt.* Sub-
jicit Conſultus perdoctam rationem, qua duce per-
noſcetur ſemper exempli cauſa, & effectus: ea
eſt, *nam initium conſtitutionis generale eſt*, tunc
enim ſubjectis exemplis potius illuſtratur, quam
limitatur, & reſtringitur generalitas illa; unde
cum in noſtra *lege generaliter* ſancitum eſſet, ad
omnes disjunctas conditiones (ut proxime di-
xi) ex ejus principio ſubjectum liberorum exem-
plum præfixam generalitatem non reſtringet: quia
initium conſtitutionis geoerale fuit. Sed quid 16
aptius? in eiſdem disjunctivis copulandis, prodi-
dit novam conſtitutionem Juſtinianus *in l. pen. C.
de V. S.* & cum inſtitutionis, legati, libertatis,
tutelæ meminiſſet longe, in confirmationem ſuæ
ſententiæ argumentum, ſeu exemplum pietate
plenum, deſumità commiſeratione pupillorum, ibi:
Et major providentia pupillis inſeratur nè dum dubi- 17
*tatur, apud quem debeat eſſe tutela, in medio res pu-
pillorum depereant.* Sic idem autor (cujus hic eſt
mos) idem fecit in noſtra conſtitutione. Nec
τὸ tam patribus, quam liberis gratam his noſtris con-
tradicit quidquam: nam ad inſtitutos patres refe-
rendum non eſt, ſed inſtituentes, & inſtitutos
filios; cum enim ſub conditionibus disjunctivis in-
ſtitutus, & cui alter ſub eiſdem ſubſtitutus extat,
ab implemento cujuſque firmiter res poſſideat, &
bona conſequenter relinquere ſuis poſſit, conſti-
tutiooem, inquit Imperator, ſe proferre gratam
parentibus, quibus magnum fati ſolatium eſt, ad
libitum de bonis diſponere *l. 1. C. de Sacroſ. Eccl.*
filiiſque relinquere, *l. ſcripto 7. §. fin. D. ſi tabul.
teſtam. nullæ extabunt, l. cum ratio 7. D. de bonis
damnat.* & gratam etiam ipſis filiis, excluſo ſub-
ſtituto, perfruituris bonis, ut jam præſenſit noſter
Madera *d. C. 33.* nam ſi ad extraneos hæc con-
ſtitutio refertur, in evitandam contradictionem
admittemus, ſi patribus inſtitutis hæc verba ac-
commodemus. Nec contra me retorqueat aliquis,
quod *proximo Cap.* dixi, io dubio ſpecialem con-
ſtitutionem, in qua liberorum mentio fit, ad eo- 18
rum ſavorem referendam eſſe; id enim nec ab-
nuo, ſed non admitto, cum ſanctionis expreſſiſſi-
ma verba liberorum ſavorem deſpiciunt, nec at-
tendunt, ut io noſtra lege, ſecus, quando nihil
tale invenitur, imò totum contrarium, ut *in §.
fi. d. l. ſi is qui ducenta, D. de reb. dub.* Hæc in
acie procincta extabunt contra Antiquorum, Prag-
maticorumque cohortem, conſpirantium in ſavo-
rem liberorum, dum alius magis ingenio ſtrenuus,
fortiſque doctrina noſtra debellaverit.

Non poſſum non quodammodo laudare Hugo- 19
nis Donelli inſignem reſolutionem *in noſtra l. n. 4.*
qui vera rectaque Juriſprudentia ductus, ſcribit:
deciſionem Juſtinian. ad alias non extendi condi-
tiones, ſi inter alias ſcripta nun fuiſſet illa *ſi ſine
liberis deceſſerit*, nam tunc ſecundum regulas Juris
omnes conditiones pro disjunctis accipiendæ ſunt.
Secundo colligit, quod ſi extraneus ſcriptus fuiſ-
ſet heres, & rogatus hereditatem reſtituere ſub
iſtis conditiooibus *ſi inteſtatus, vel ſine liberis,
aut ſine nuptiis deceſſerit*, pro disjunctis omnes ac-
cipiendæ, & interpretandæ: *quia ceſſat* (verba
Dooel. ſuot). *conjectura poteſtatis*, (lego *volunta-
tis*) *propter quam conjunctio conditionum admittitur*,
cum tamen reſolutiones iſtæ, quamcumvis doctiſ-
ſimæ ſint, cadantque præclarè è media Juriſpru-
dentia, obveniunt expreſſis deciſionis verbis, cum
Juſtinian. generaliter ad omnes conditiones ſanxiſ-
ſet, & protendiſſet ad extraneos conſtitutionem
ſuam. Tantum apud doctos prævalet amica veri-
tas, rectaque ratio, ut ſancientem Imperatorem
non audiant, niſi quatenus iſtæ patiuntur.

Dyon. Gothof. *ad noſtram l.* ſine dubio cir- 20
cumventus ejus immanitate, non alium invenit
portum, ad quem ſe reciperet à tempeſtate, quam
negativas eas eſſe conditiones dicendo, & ideò
omnes adimplendas eſſe, quæ ſub verbis negativis
conceptæ fuerunt per *d. l. ſi is qui ducenta, §.
utrum*, ego autem non invenio, negativa quo lo-

co poſita ſit, aut unde deduci poſſit, ut ſic ſtatuamus. Præcipue cum de media Juriſprudentia id apertum eſſet. *d. l. ſi is qui ducenta*, §. *utrum* (de quo non pauca à me accepiſti.) Sed jam eam ſententiam impugnavit A. Fab. *d. C.* 18.

21 Albericus hic, Alciat. in *l. ſæpe*, *de V. S. n.* 21. J. Cuj., P. Gilkenius in *noſtra l. n.* 4. quibus & annuit A. Fab. & Raguellus, *ubi ſup.* referunt diſpoſitionem legis noſtræ ad conjecturatam teſtantis mentem: immane enim iſtis viſum eſt, disjunctas in copulatas reduci, niſi potens cauſa ſubſit, quæ tantam rem poſſit efficere, quia non aliter à propria verborum ſignificatione recedendum eſt, quam cum aliud ſenſiſſe teſtatorem pateſieri poſſit, *l. non aliter* 69. *D. de leg.* 3. quorſum enim verba, niſi per ea intelligamus voluntatem dicentis, & ipſe explanet voluntatem ſuam, *l. Labeo* 7. §. *ult. D. de ſupellect. leg.* ut late proſequitur A. Faber. *ubi ſup.*

22 Perplaceret mihi ſententia, nam disjuncta in copulatam convertitur, aut ex voluntate diſponentis *l. hæc verba* 124. aut ex cauſa neceſſaria, *l. ſæpe* 53. *D. de V. S.* ſed quæ indagari voluntas poteſt, quando nulla præcautione voluntatis Legiſlator generaliter conſtituit, disjunctam in copulatam convertendam eſſe, ſive inter ſuos diſpoſitum, ſive inter extraneos, fuerit? ut ſentit Don. & quæ urget cauſa neceſſaria in conditionibus omnino disjunctis, & ſeparatis? certe nulla: de qua neceſſitate cauſæ videndus eſt Alciat. *d. l. ſæpe*, *n.* 15. & Cujac. in *l. conjunctionem* 29. *de V. S.* & forte nos infra aliqua.

23 Gregor. Lop. Madera pro intellectu noſtræ legis ſtatuit, *quod quando conditiones illæ, quarum defectus locum tribuit ſubſtitutioni, referuntur ad ſucceſſionem inſtituti, tunc etiam ſi varii ſucceſſionis exitus comprehendantur, disjunctiva illa ſit in copulam reducenda: injuſtum enim eſſet, aliud obſervare.* Verba doctiſſimi viri ſunt: quem adaptat intellectum verbis illis noſtræ legis, *ut incertus ſucceſſionis morientis exitus, videatur certo ſubſtitutionis, vel reſtitutionis fine concludi*, injuſtum enim inquit, eſſet aliud obſervari. Sed unde injuſtitiam graviſſimus vir ſpeculetur, non invenio: nam regulare in Jure eſt, imò neceſſarium, quod quotieſcumque ſub diverſis conditionibus ſubſtitutus vocatur, vel quibuſcumque, ſemper conditiones ad inſtitutum

24 referantur: veluti *Titius heres eſto, & ſi Titius ſine liberis, vel teſtamento, vel ſine nuptiis deceſſerit, hereditatem reſtituat Sempronio: l. Lucius Titius* 85. *D. de hered. inſt.* in qua ſine dubio admitterentur ſubſtituti, niſi ex aliſe Titium heredem inſtituiſſet, ut docet Jureconſul. (& nos infra agemus) facit *d. l. ſi is qui ducenta*, §. *fin. D. de reb. dub.* in qua ſpecialis liberorum favor, juſtaque præſumptio effecit, ut ſubſtitutus non commiſceretur alterius hereditati: conducunt *l. in ſubſtitutione* 31. §. 1. *D. de vulgar. l. cogi* 16. §. *cum quidam* 7. *l. quidam* 25. *l. à filia* 62. *cum aliis*, *D. ad S. C. Trebell.* in quibus neceſſario conditiones, ſub quibus ſubſtitutus, ſeu fideicommiſſarius vocatur, ad inſtitutum referuntur, nam cum conditiones aperiant, vel claudant viam ſubſtituto ad ſucceſſionem inſtituti, neceſſario ad iſtum referri debent, & quaſi inter utrumque pendere: nullum ergo in hac ſubſtitutionis forma reperio myſterium, nec cauſam, ut virtus (ſi apertis conſpiciamus oculis) & natura disjunctivæ transformetur in copulativam: adhuc ſemper disjunctio pendet, & voluntas teſtatoris expreſſa eſt ſic disjungentis, & ſubdisjunctione ſubſtitutum vocaſſe. Nec aliqua poteſt indagari voluntas, voluiſſe copulare: nec ulla neceſſitas urget, nullumque abſurdum inde datur. Poteſt enim deficere aliqua conditio, & ſubſtitutus admitti: & ſi ea fuit teſtatoris voluntas, quæ reſultat iniquitas? quæ injuſtitia, ſuccedente ſubſtituto ex voluntate teſtatoris, cui à lege libera ea diſponendi facultas conceſſa fuit?

Dum adipiſci laboro, in Juſtinianea ratione, 25
ad quam ſuam interpretationem refert Madera, rectam legis ſententiam, excrucior: & ejus dignitati diffido: non recte capio incertitudinem illam, quam exulare facit Juſtinianus, disjunctionis: perquirerem à quocumque æqui bonique animi viro, unde auſpicaretur in disjunctione indignam Teſtatoris voluntate & conſervatione disjunctionem? quid poteſt magis certum eſſe in rerum natura, quam quod ſubſtitutus ſubdisjunctione vocatus admittatur aliqua deficiente, aut excludatur, omnibus adimpletis: incertitudo au- 26
tem, quam merito expulerunt noſtri Conſulti, ea eſt, quæ omnino voluntatem teſtantis, ſeu contrahentis confudit, nec quiſquam, quid voluerint, rimari aut ſtabilire poteſt: plurima exempla ad calamum contendunt, ſed vide *l. item* 9. §. *ſi cum quatuor ſeqq. D. de ſtipul. ſervor. l. duo ſunt Titii* 30. *l. tutor.* 20. *de teſtam. tut. l. ſi fuerit* 10. *l. ſi quis* 27. *D. de reb. dub. cum aliis plurib.* quibus noſtrum Civile Jus inundat. Unde facilè tolero novam 27
deciſionem noſtri Juſtiniani *in l. pen. C. de V. S.* in disjunctiva omnino incerta, & inſuperabili: quæ in varias noſtri Juris autores exegit ſententias, & opiniones, quas doctiſſime librat Cuj. *in Commentario ad eandem legem*, veluti *ille, aut ille heres mihi eſto: illi aut illi do, lego: illum aut illum liberum, aut tutorem eſſe volo.* Heù quam juſtiſſima cauſa permovit noſtrum Imperatorem, ut disjunctivam in copulativam reduceret! fœdavit ſua conſtitutione crudeles Interpretum tempeſtates, & clamoroſi fori perpetuas voces, quas incertitudo inſuperabilis in perpetuum offerret, non ſic in noſtra *l. generaliter*, quia quamvis incertus exitus eſſet, quo disjunctivæ conditio deficeret: certus tamen erat modus, certa regula; certaque lex à teſtatore præſcripta ſubſtitutionis: ſtandum ei ergo erat. Etſi incertitudinem ducit ab exitu (quod conſtitutionis indicant verba) etiam conditionum copulativarum incertus exitus eſt. Sed quid mo- 28
ramur? cum quæcumque conditio, inſtitutio, legatum, teſtamentum, & denique humana omnia incertos exitus habeant: & ſubjaceant varianti conditioni fortunæ: quod quia perquam notum eſt, obvium omnibus, non illuſtro, nec duco per pulcherrima litterarum prata. Quid eſt, quæſo per Deum immortalem, quod ſub hoc involucro verborum nobis indixit Juſtinianus, aut quicumque autor conſtitutionis fuit? quod ni inſipidum, & ineptum dicam; plane indiget Tireſia vate, aut OEdipo altero. Rogo, ſi Teſtator ſub præſcripta verborum forma ſubſtitutionem conciperet, & vellet ſubſtitutum admitti, defecta altera disjunctivæ conditione, ſub qua ſubſtitutum vocavit (ut in ſimili quæſivit Julian. *d. l. ſi is qui ducenta* 13. §. *ſi quis autem* 5. *D. de reb. dub.*) cum ea ſit formula receptiſſima, ſic volentium ſubſtituere, (nec aliter poſſit, niſi inuſitatam, & barbaram formulam ſuæ diſpoſitionis fecerit) quiſquam æquum ducet, quod voluntas non obſervetur? & ſufficiens cauſa cenſeri poterit exitus incertitudo, ut in eam tam ſuperbè eatur contra voluntatem ultimam? ſemper enim ut libera teſtandi voluntas reſtringeretur prææſtimata fuit ratio æqua ad id, & cauſa juſta, ut multis legibus, & Senatus Conſultis docemur (ut jam dixi) hic autem nulla fuit autori ſanctionis cauſa: quæ ſi tradita prævaleret, eadem poſſet, horribili noſtræ Juriſprudentiæ ruina, ab imis ſedibus evertere Jus Civile: cum quidquid in ea ſtabilitum ſit, ſemper fere incertos, varioſque caſus expectet: & tam in contractibus, & ultimis voluntatibus

luntatibus disjunctionum formulæ frequentiſſimæ ſunt.

Denique L. Ruſſard. *in notis ad hanc legem* expungenda judicat verba *ſine teſtamento*, ex recenſione meliorum Codicum. Sed adhuc remanet difficultas, ut præſcripta docent.

29 Quid ergo nos in tanto diſcrimine rerum? abſolvemus facile quæſtionem per disjunctivam:
30 quod aut hæc conſtitutio ſuppoſita eſt, aut nimis dura: ſuppoſitionem coarguunt tela, & tormenta in ipſam contorta, quibus ruinam, ſi non minatur, jam facit apud doctos, & amatores veritatis; indigna enim Juſtiniano, aut alio Imperatore eſt. Sed pro hac conjectura non leve funda-
31 mentum eſt, quod ſcribit A. Auguſt. *in collectione conſtitutionum Græcarum Codicis Juſtiniani in notis ad hanc legem fol. mihi* 139.ª hanc conſtitutionem in *Norico Lib. deſiderari:* nec parum adjuvat inſcriptio hucuſque incerta omnino, utpotè quæ *Juſtiniano* inſcribitur, & *Valer. & Gallien. A. A. ad Senatum.* Quæ omnia mihi valde ſuſpectam reddunt conſtitutionem, & diffamant valde. Si autem hæc fallit conjectura, ſeù imago: ſententia legis (uti explicui) plana apertaque eſt: ejus latorem generaliter ſanxiſſe, ſub multiplici disjuncta conditione fideicommiſſarium, ſeu ſubſtitutum vocatum non admitti ad ſucceſſionem, niſi omnibus defectis conditionibus, quod quidem perquam durum eſt, ſed ita lex ſcripta eſt *l. Proſpexit* 12. *D. qui & à quib.* Hæc pro ratione, & veritate in medium propoſuiſſe ſufficiat, dabo manus, & victoriam illi, qui meliora attulerit. Sic rationem, & veritatem amo, quarum autoritas apud me præ cunctis aliis, prævalet, & cæleſtis eſt.

C A P. IX.

Diſcutitur longe lateque l. Lucius Titius 85. D. de hered. inſt. à numer. 1. *cum ſeqq. Prima Dubitatio ad reſponſum.* 2. *Vulgaris ſubſtitutio aditione inſtituti expirat.* 3. *Nec fieri poteſt in caſum aditæ hereditatis.* 4. *Conditio* ſi ſine liberis deceſſerit *ad tempus aditæ hereditatis non refertur, ſed mortis.* 5. *Secunda dubitatio ad reſponſum.* 6. *Qui non admittitur ut ſubſtitutus, nec ut adjectus.* 7. *Tertia dubitatio.* 8. *Dubitatio quarta.* 9. *Liberi poſiti in conditione an cenſeantur poſiti in diſpoſitione, remiſſive.* 10. *Cujac. & Fabr. opinatio* ad dict. l. *refellitur.* 11. *Explicatur* l. cum pater 77. §. pen. D. de legat. 2. 12. L. inter ſocerum 26. §. cum inter, D. de pact. dotalib. l. 1. C. de condit inſert. 13. *Quintam dubitationem movit A. Fab.* 14. *Caſtigatur ejus ſententia.* 15. *Verſ.* Non enim *noſtræ legis explicatur.* 16. *Vulgaris ſubſtitutio duplicem caſum comprehendit.* 17. *Quibus omnibus illuſtratur Scævolæ reſponſum* dict. l. 85.

1 CElebre eſt quoad alternativas Scævolæ reſponſum in *l. Lucius Titius* 85. *D. de heredib. inſtituen.* in cujus campo non ſine ſanguine debellatum eſt: ſed præcipue ab omnibus illis qui fortunam tentarunt ſuper, adhuc reluctanti quæſtione, an filii poſiti in conditione cenſeantur poſiti in diſpoſitione. Ego autem, dum claritatem requiro, in animum induxi, noſtrum penetrare reſponſum ea diſtinctione, quæ nos, veritatem, & rationem ſecuriſſime in portum transvehat: illa ſcilicet, ut propoſitis quæſtionis verbis, explicemus diſcrete, quæ volutavit, & emiſit Conſultus dubia. Lucius ergo Titius fratrem ſuum hac verborum formula inſtituit. *Titius frater meus ex aſſe mihi heres eſto: ſi mihi Titius heres eſſe noluerit, aut (quod abominor) prius morietur, quam meam hereditatem adierit; aut filium filiamve ex ſe natum, natamve non habebit: tunc Stichus, & Pamphilus ſervi mei liberi, & heredes mihi æquis partibus ſunto.* Tres igitur disjunctæ conditiones in inſtitutione fuerunt propoſitæ: *ſi heres eſſe noluerit: aut prius morietur, quam hereditatem adierit: aut filium filiamve ex ſe natum natamve non habebit:* ſub quibus Stichus, & Pamphilus liberi, & heredes ſubſtituti fuerunt. Ex qua inſtitutionis, & ſubſtitutionis hypotheſi dubia varia, variaque quæſita Scævola, & Faber extulerunt (infra deſignandus.)

2 Prima dubitatio inde. *Quæro cum Titius hereditatem adierit, & liberos aditæ hereditatis tempore non habuerit: an Stichus, & Pamphilus ex ſubſtitutione liberi, & heredes eſſe poſſint.* Dubitavit enim Conſultus, videri, Lucium Titium Teſtatorem voluiſſe, tempore aditionis hereditatis exituros fuiſſe fratris ſui liberos: unde cum disjunctive conditiones iſtæ propoſitæ fuiſſent, ſufficere ſubſtitutis ad ſucceſſionem, ſi tempore aditionis orbus liberis frater adiret: cum in disjunctivis defectus unius conditionis faciat locum ſubſtitutis. Cui difficultati non ſubſequenter reſpondet, ſed dubitationem ſecundam præmittit: reſpondet tamen infra: nos tamen perſpicuitatis gratia ſub ordine ſatisfaciemus ex ipſius Scævolæ ſententia, & rectis principiis Juris. Negat Conſultus, admittendos fore ſubſtitutos propter defectum liberorum aditionis tempore: quia, cum ſervi Stichus & Pamphilus
vulgariter ſubſtituti fuiſſent, aditione inſtituti ex- 3
piravit vulgaris ſubſtitutio: *l. poſt aditam.* 5. *C. de impuber. & aliis ſubſtit. l. verbis civilib.* 7. *D. de vulgar.* ſentit ibi magnus Scævola. *Igitur ſi frater adiit, Stichus, & Pamphilus heredes non erunt*; & ibi: *Item quæro ſi ex ſubſtitutione, neque liberi, neque heredes eſſe poſſint*, ducens, aditione fratris
ſubſtitutionem vulgarem finitam: directa enim 4
vulgaris ſubſtitutio (ut bene docet Faber ſuper reſponſo iſto *Lib.* 17. *Cap.* 19.) fieri non poteſt in caſum aditæ hereditatis: nec ſub ea conditione *ſi ſine liberis deceſſerit:* cum id proprium fideicommiſſariæ ſubſtitutionis ſit: cum qui ſemel fuerit heres directe, non poterit amplius de-
ſinere eſſe heres *l. ais Prætor* 10. §. *ſed quod Papinianus* 10. *D. de minoribus*, *l. ei qui ſolvendo* 88. *D. de heredib. inſt.* Non enim hujuſmodi conditio *ſi ſine liberis deceſſerit*, ad tempus aditæ hereditatis refertur, ſed ad mortem; id adeò certum eſt, ut fere nulla frequentior formula in Jure noſtro inveniatur, *l. filiusfamilias* 114. §. *cum erit* 13. *D. de leg.* 1. *l. ex facto* 17. §. *ſi quis* 4. & 5. *fin. l. mulier* 22. §. *cum proponeretur* 4. *l. quidam* 25. §. *ſi quis* 2. *l. Balliſta* 32. *cum aliis plurimis D. ad S. C. Trebell. l.* 1. *C. de condit. inſert.* mortis enim tempus juſta cauſa conſiderat teſtator, ut ſi hic inſtitutus non habeat liberos, pertineant bona ad eum, 5

quem magis ſua voluntas duxerit, cum jam certum ſiat, inſtitutum amplius non habiturum eos; ſecus autem eſt in aditione: quo quidem tempore filios requiri, impertinentis, aut nullius effectus appareat. Quorſum enim iſta conditio, ſi poſtea haberet? nec dubiis verbis ſententiam iſtam expreſſit Scævola, ibi: *Deceſſiſſet liberis relictis*, innuens in formula inſtitutionis id voluiſſe Lucium Titium, quod aditio, & liberi ad mortem inſtituti referrentur. Ex qua veriſſima interpretatione infertur, in dubitatione iſta ſubſtitutos admitti non poſſe, cum eorum ſubſtitutio aditione expiraverit: nec liberi in conſideratione fuerint aditionis hereditatis tempore. Qualiter enim admitterentur? quia cum inſtitutus directe heres ſit, & aditione permaneat: invenirentur heredes inſtitutus, & ſubſtituti ei contra principia notiſſima ſubſtitutionis vulgaris *l.* 1. *D. de vulgar.* & illius regulæ, qua præfinitum eſt, uni duos in ſolidum heredes eſſe non poſſe *l. quod contra* 141. §. 1. *D. de reg. Jur.* & hæc de dubio primo.

6 Secundam dubitationem in illis reſponſi verbis præfigit Conſultus. *Item quæro, ſi ex ſubſtitutione neque liberi, neque heredes eſſe poſſint: an in partem hereditatis videantur adjecti.* Parum apud me quæſtio iſta difficultatis haberet, multa enim obſtant ſubſtitutis, ut in partem hereditatis admittantur, videlicet, expreſſa teſtatoris voluntas, quæ Titium fratrem ſuum ex aſſe heredem inſtituit: non ergo voluit, ut ſubſtituti in hereditate fratri commiſcerentur, ut optime reſpondit Scævola in his verbis. *Apparet quidem, non eam mentem Teſtatoris fuiſſe, ut quemquam heredem adiiberet fratri quem*
7 *aperte ex aſſe heredem inſtituiſſet.* Certiſſima enim regula eſt, ſecundum Papinianum *d. l. verbis civilib.* 7. *D. de vulgar.* ut qui non admittitur ut ſubſtitutus, nec ut adjectus heres admittatur: lege verba tanquam pro ſententia Scævolæ præciſſa. *Sed qui non admittitur ut ſubſtitutus, ut adjectus heres quandoque non erit, ne fiat contra voluntatem, ſi filius non habeat totum interim, quod ei teſtamento pater dedit.* Sed quod ad noſtram hypotheſim attinet, huic dubitationi ſatisfacimus ex proxime dictis dubitationi præcedenti. Servi enim iſti ſubſtituti fuerunt: & non alio quam ſubſtitutionis jure admittendi erant: quæ cum aditione expiraſſet, omnis aditus ad ſucceſſionem ſubſtitutis obcluſus fuit: vel quoad totum, vel quoad partem; ut expreſſus eſt ibi Scævola. *Igitur ſi frater adiit, Stichus & Pamphilus heredes non erunt*, nullus enim disjunctivæ caſus ſucceſſit, ex quo frater adiit, ut admitterentur ſubſtituti: nam disjunctivæ conditiones, quæ aditionem reſpectabant; ſi noluerit frater adire, vel non potuerit: ſimul ac frater adiit, completæ fuerunt: & nutantem ſucceſſionem inſtituto aſſeruerunt ſine ulla ſpe ſubſtitutorum.

8 Tertia dubitatio elicitur inde, *aut filium filiamve ex ſe natum, natamve non habebit.* An ſi inſtitutus frater poſt aditam hereditatem deceſſiſſet, ſine filio, aut filia, admitterentur ſubſtituti? Pro quibus adſtare voluntatem teſtatoris videbatur (qui ſine filiis fratre decedente, vocavit ad ſuam ſucceſſionem ſubſtitutos) & inſtitutionis formam (triplici compoſitam disjunctione) quarum fuit una, *ſi ſine liberis deceſſerit*, quæ cum ſic adveniſſet, pro ſe ſubſtituti expreſſum habere videbantur caſum. Sed ſi recte prædicta animadvertantur: jam huic quæſito reſponſionem præmiſimus: non enim in reſponſo Scævolæ L. Titius ſubſtitutionem fecit fideicommiſſariam, ſecundum quam inſtitutus quandocumque ſine prole decederet, poſſent ſubſtituti ex disjunctivæ vi, & conditionis defectu ſucceſſionem petere, *dict. l. filiusfamiliàs* 114. §. *cum erit* 13. *D. de leg.* 1. cum aliis (infra dedimus Jura) ſed ſubſtitutionem fecit vulgarem, quæ ipſa aditione inſtituti enervatur, ut docet A. Fab. *dict. Lib.* 17. *con. Cap.* 19. & I. Cujac. *in commentario ad hanc legem.* Stephan. Forcat. *Dial.* 50. *Necyomant. Dialog.* 3. ſic ergo ſemel ab inſtituto adita hereditate, ex defectu liberorum non admittentur ſubſtituti.

Quarta dubitatio difficilior eſt, & ipſis Interpre- 9
tibus gravius faceſſivit negotium. An ſi L. Titius hereditatem non adiverit, ſubſtituti præferrentur inſtituti liberis? Nam cum in cæteris dubiis ex aditione, reſolveremus, alternativæ, & ſubſtitutionis peremptam eſſe virtutem, hic autem ea ratio nihil diſſolvet, atque permanebit alternativæ ſua vis, ſuaque natura, propter quod defecit inſtitutionis conditio; & caſus ſubſtitutionis advenit: quod ſolum ſufficit ſubſtitutis ad ſucceſſionem. Contrarium tamen prudentiſſime noſter Conſultus reſpondit in extremis ſui reſponſi verbis, ibi: *Quos eo amplius noluit heredes eſſe, ſi frater priuſquam hereditatem adiret, deceſſiſſet liberis relictis, nam prudens conſilium teſtantis animadvertitur: non enim fratrem ſolum heredem prætulit ſubſtitutis, ſed ejus liberos.* Nam quamvis disjunctivæ ratione, & unius conditionis defectu admitterentur ſubſtituti; voluntate tamen Teſtatoris expreſſa prælati ſubſtitutis inveniuntur liberi. Id enim operatur, quod liberi in conditione poſiti eſſent. Sed heu quantus apparet in armis conflictus! an liberi in conditione, cenſeantur poſiti in diſpoſitione: cujus certaminis cruentus cam- 10
pus noſtrum reſponſum eſt, conjurant A. Faber. *dict. Cap.* 19. & ante *Cap.* 18. & acrius majori conamine *decad.* 26. *error.* 1. *errorum pragmat.* Cuj. *in noſtra l.* non levius Cardinalis Mantica *de conject. ultimarum volunt. Lib.* 11. *Tit.* 2. *per totum.* qui negant, in conditione poſitos, eſſe in diſpoſitione, congerit alios Broſſeus *in remiſſionibus ad noſtram legem:* (qui & alterius partis, ſeu factionis duces refert.) Reſiſtunt illis plures ab hoc relati, inter quos eſt Stephan. Forcat. *dict. dialog.* 50. l. Corr. *Miſcellean. Juris Civilis Lib.* 2. *Cap.* 15. & noviſſime noſter Alphonſus Carrança *de part. deſignat. Cap.* 2. §. 1. *à Numer.* 283. *ad* 300. qui ſtrenue horum partes reſtituit, & defendit (quibus addere, faciliimum mihi foret, ingentem Interpretum manum; at intempeſtive facerem). Sed prudenter cruentiſſimo commiſceri bello præcaveo, incautus fere, & inermis ad tantos impetus, declino ergo ab eis, cum ut ut ſit, noſtri Scævolæ reſponſum ſatis conſtet, & quod prudenti conſilio concludat, Teſtatorem ſubſtitutos poſtponi voluiſſe inſtituti liberis, ut docet Mantica *dict. Titul.* 2. *Num.* 12. non ut computarunt Cuj. 11
& Faber, disjunctivam *aut* in hac parte in copulativam reſolvi, qui unde reſolutionem illexerint ex reſponſo Scævolæ, ignoro: contradicitque Forcat. ſup. Conſultus namque nititur ſolum in voluntate Teſtatoris, quæ ut vincat disjunctivæ virtute vocatos, quis ignorat? cum in noſtro Jure Civili *à l.* 12. *tab. uti quiſque, &c.* tantum Teſtatorum voluntatibus attributum, & condonatum fuerit. Imò præſumpta ſufficit voluntas, *dict. l. ſi is qui ducenta*, §. *fin. D. de rebus dub.* (ex noſtra ad illum tx. interpretatione) pro qua ſententia non inconcinne annumerabimus tex. *in l. cum pater* 77. §. *pen. D. de leg.* 2. in quo cum ex alternativæ vi electio 12
à marito data videretur in fideicommiſſo, nihilominus tamen ordo ſcripturæ ſervatur, quod efficit charitatis ordo, & ex iſta præſumpta voluntas. Mirabimur ergo, apud Scævolam idem obſervatum eſſe, ut expreſſa voluntate, & ſcripturæ, & charitatis ordine (ſive abinteſtato, vel ex Teſtamento) fratris liberi præferantur ſervis in ſucceſſione patrui? nemo ſani judicii abnegabit. Conducunt *l. inter ſocerum* 20. §. *cum inter, D. de*

pactis

pactis dotalib. l. 1. C. de condit. inſertis, eum ſimilib.
13 quæ in hac prælatione nituntur. Sentit ergo Scævola ſubſtitutos ad ſucceſſionem admittendos fore ex conditionis defectu, ni Teſtatoris reſiſteret voluntas, ſubſtitutis liberos præferens: non equidem in copulativam reſolvitur alternativa, ſed ſtat in diſpoſitione hujus legis, compreſſo ejus effectu in conditione liberorum à Teſtatore.

14 Quintam dubitationem movit mihi A. Faber citato loco, qui reſolvit (meo judicio non æquè) ſubſtitutos admittendos eſſe ad ſucceſſionem, ſi inſtitutus repudiet hereditatem: quim poſſint prælationem liberi prætendere, eo quod in conditione poſiti fuerint. Movetur disjunctivæ ratione ab eo, & à nobis hîc ſæpius conſiderata: & ultra, quia tunc in præjudicium ſervorum liberi admittuntur, ſi inſtitutus non adivit morte præventus hereditatem; ſecus autem ſi repudiaſſet. Pro qua confirmanda ſententia, Scævolæ noſtri inducit verba, parum ipſi fida & conſtantia; ea ſunt: *ſi frater, priuſquam hereditatem adiret, deceſſiſſet li-*
15 *beris relictis:* non ergo ſi repudiaſſet. Sed mihi perſuaſum habeo, nullum tam temerarium fore, nec tam iniquum judicem (parcant Fabriani manes) qui æqui bonique judicium Sabaudiæ Præſidis faciat. Quis faceret invita Juriſprudentia? Scævola reluctante? voluntate Teſtatoris violata? & omni pietate atque æquitate exulante? hæc omnia (uſque ad religionem ſemper veneranda) violabit, qui voce aut calamo in talem ſententiam iret.
16 Quorſum illa Scævolæ ducis Faber? *Non enim fratrem ſolum heredem prætulit ſubſtitutis; ſed & ejus liberos.* Prælati ergo ſunt ſubſtitutis ſervis liberi fratris inſtituti caſu, quo frater hereditatem non haberet, ſive morte non aditam, vel repudiatam. Hæc eſt plena horum verborum interpretatio, & intellectus capax, quim æquum ſit, ut reſtringamus patentiſſimam verborum rationem ad unum tantummodo caſum. Et ſi per conditionem illam *ſi filios non habebit*, liberi ſervis prælati ſunt, in quocumque prælationem obtinebunt. Duo enim caſus in inſtitutionis formula comprehenſi fuerunt, ſi inſtitutus noluerit heres eſſe, aut morte præventus non potuerit, quo reſpectu reſpondit Scævola. *Igitur ſi frater adiit, Stichus, & Pamphilus heredes non erunt, quos eo amplius noluit heredes eſſe, ſi frater priuſquam hereditatem adiret, deceſſiſſet liberis relictis.* Τὸ autem *hereditatem adiret* acuta brevitate Conſultus retulit ad utrumque caſum, ſi non adiret; vel ex voluntate repudians, vel ex neceſſitate moriens. Audebit quis negare, non adire repudiantem? nemo equidem; imò apud noſtros Interpretes vulgatiſſima ſententia eſt, vulgarem ſubſtitutionem utrumque caſum ſemper comprehendere; ſi inſtitutus noluerit, aut non potuerit adire, *l. 3. C. de hered. inſt. l. 1. §. uſus, D. de* 17
procurat. l. Pater Severinam 101. *D. de cond. & demonſtr. l. 2. §. ſed & ſi quis, C. commun. de leg.* quæ ſententia Antiquorum fere fuit, quos accurate congeſſit P. Gilkenius *in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, Num. 46. D. de lib. & poſthum.* explicat bene A. Matheacius *de via, & ratione Juris Lib. 2. Cap. 13. Num. 19. & ſequen.* ergo hîc caſus duo comprehenduntur in verbis, *ſi non adierit hereditatem*, multoque magis quando in ſui reſponſi formula diſtinctos dedit Scævola, quos reſpexiſſe pluſquam certum eſt. Et qui non? cum ſi in caſum non aditæ hereditatis morte prætulit Teſtator fratris filios, cur non credemus voluiſſe idem, repudiata hereditate? cum non alia Teſtatoris mens fuerit (ni nimis ſuſpicor) quod conditionem poſuerit liberorum, *ſi aut filium filiamve non habebit*, poſt conditiones præcedentes, ſi noluerit, aut non potuerit adire: quaſi inſinuaſſet Teſtator, admittendos eſſe filios ejus ſi frater noluerit, aut non potuerit heres eſſe: prudens enim conſilium fuit Teſtatoris, quod non ſolum fratrem, ſed ejus liberos prætulit ſubſtitutis: quod parum prudenter faceret, imprudenterque laudaret Scævola, ſi in caſum utrumque non præferret. Mihi ſane fortiſſime repugnat, conjunctos ſibi ſanguine, quando duxit, ad ſuam hereditatem vocare, non amplè id feciſſe: & in unum ſolum caſum induxiſſe eos: in dubio ſaltim huic conſiderationi ſtandum eſt ex affectu ſanguinis, & pietate ſemper in ſuos obſervanda. Si ita ferret Teſtator, non dubito, quim exprimeret expreſſis verbis. Concludo ergo admittendos eſſe liberos in ſubſtitutorum præjudicium, ſive pater eorum repudiet, ſive non adita hereditate præmoriatur: nam ut ad cætera dubia reſpondi, alternativa ſucceſſio ſubſtitutis delata, prævenitur ex Teſtatoris voluntate à liberis, qui prælati ſunt. Quibus rectè comprehenſum, enucleatum, & diſtinctum celebre Servius. Scævolæ reſponſum putamus, ni noſtrorum nimis favemus amori: tu judica.

C A P. X.

Tota quæſtio, qualiter interdictum, quod vi aut clam ſubdisjunctivum ſit. *Verba, & locus Juſtinian. afferuntur.* 1. *Accurſii, Cujac., Gothofred. ſententia rejicitur.* 2. *&* 3. *Notatur, & caſtigatur reſolutio audax A. Fab.* 4. *Argumenta contra Juſtinian.* 5. τὸ vis à τῦ clam *diſtat.* 6. L. is qui in puteum 11. §. interdictum, D. quod vi, aut clam *explicatur.* 7. *Platonis locus commendatur.* 8. *Dolus, fraus, aſtus, differunt.* 9. *Autoris ſententia.* 10. *Interdictum quod vi, aut clam παραδιαζευκτικόν.* 11. *&* 12. *Id ſane voluit Prætor.* 13. *Dolus ineſt in ipſa vi.* 14. *Sententia Pichard. laudatur.* 15. *Adducitur Virg. locus.* 16. *In dolo vis etiam ſubeſt.* 17. *Aptatur Cicer. ſententia.* 18. *Dolus, & fraus pro vi uſurpatur ab antiquis Scriptoribus.* 19. *Statii Papinii locus laudatur, & in comprobationem adducitur.* 20. *Et alter Virg.* 21. *Et J. Barclaii.* 22. *Nova ex his lux datur Ulp.* in l. 2. §. doli 8. D. de vi bon. rapt. 23. *Error Accurſii ad eum.* 24. *Plauti locus.* 25. *Nova & eleganti interpretatione donatur Paul.* in l. ſi vi me 15. D. de vi, & vi arm. 26. *Interdictum* uti poſſidetis *per copulativam* nec *legitur, & aliquando* aut *apud graves Autores.* 27. *Utiliſſimum Caput, quo novè aſſeritur Juſtiniani ſententia in interdicto*, quod vi, aut clam, *huc uſque (ut putamus) aut irriſa, aut nimis reſtricta.*

SI quod contraxi antea odium ex Juſtinianeæ interpretatione conſtitutionis in *l. generaliter, C. de inſt. & ſubſt.* abjiciant precor docti, & audiant nunc ipſum Cæſarem Juſtinianum defenſum à petulanti Fabri audacia, faciliter in eas iras proni. Ferebat animus ſtylum ad *l. pen. C. de verb.*

ſignificationem. ſed inveni præoccupatam arcem à do-
ctiſſimis Cujacio, & Merillio longa gravique do-
ctrina illuſtrantibus, ſed cum inſtituti mei non ſit
retractare tractata: morem enim cum Pragmati-
cis, & antiquis relinquo: ejus legis partem ap-
prehendo minus defenſam, & magis oppugnatam.
Ut nullus novitate rei ſuam deſpiceret conſtitutio-
nem, qua in copulativam disjunctivam reſolvit;
1 Imperator infert exemplum *interdicti*, *quod vi,
aut clam*, in his verbis: *quemadmodum enim* (*verbi
gratia*) *in interdicto quod vi*, *aut clam*, aut *conjun-
ctio pro*, &, *apertiſſime poſita eſt: ita & in omnibus
hujuſmodi caſibus*, &c. Sentit ergo Juſtinianus dis-
junctionem interdicti *quod vi*, *aut clam* in copula-
2 tivam reſolvi, idque apertiſſimum eſſe. Accur-
ſius, Cujacius, & Gothofredus *dict. l. pen.* refe-
runt ſententiam iſtam ad *l. is qui in puteum* 11. §.
interdictum 5. *D. quod vi*, *aut clam*, de quo egerunt
Donell. *Libr.* 15. *com. Cap.* 35. & P. Faber *in reg.
quo tutela* 73. §. *vi factum* 2. *D. de reg. Jur.* re-
ſtringentes ampliſſimam Juſtiniani ſententiam ad
eam hypotheſim, *quando vi & clam*, aliquid fa-
3 ctum eſt, *ut dict.* §. *interdictum* videri poteſt. Quæ
interpretatio (tantorum Herorum pace) non ſatis
congruit Juſtiniani verbis, & menti, atque gene-
ralitati: abſolute enim Cæſar reſcripſit interdi-
ctum, *quod vi aut clam* copulativum eſſe; aut ejus
disjunctionem copulari: non ergo adſtringere pa-
tentiſſimam ſententiam debemus actui unico, &
ſpeciali. Latius meo judicio patet Juſtinianus, &
comprimeremus nimis, ſi Accurſii, Cujacii, &
aliorum ſubſequeremur ſententiam. Nam ſi Im-
perator hujuſmodi aſſumpſit exemplum, ad con-
firmandam conſtitutionem generalem, disjunctio-
nes copulandi perſonarum; indocte, & impruden-
ter ab ſpeciali exemplo fundamentum ſubſtrueret,
cum tam longe diſtent generalia ab ſpecialibus, *C.* 1.
4 *de reſcript. reg. generi de regul. Jur. Lib.* 6. Sed
ſolita audacia A. Faber à Juſtiniano Cæſare, tan-
to, tamque gravi Imperatore diſceſſit, & ſuavi-
ter ſcribit *Lib.* 17. *conj. Cap.* 18. (quod & alibi
aſſirmavit) ſuavem fuiſſe Imperatorem, dum ex
Jure veteri tale exemplum deſumeret (qui & fun-
5 damentum Accurſianorum, ex *d.* §. *interdictum* 5.
dirnit, ſentitque ſpeciale eſſe, nec adaptari am-
pliſſimæ Imperatoris ſententiæ). Volui hic reſer-
vare in Juſtinianum, quæ deſumptæ ab eo ſimili-
tudini obſtant argumenta, partim noſtra, partim
à Fabro prævifa, ſed & à nobis præcogitata ante-
quam recenſuiſſemus eum. Primo obtutu disjun-
ctio in *interdicto quod vi*, *aut clam*, clara appare-
6 bat: nam τὸ *vis*, *à clam* diſtat equidem, & diſ-
crimen agnoverunt Conſulti, & nos agnoſcimus.
Ulpianus equidem *in l.* 1. §. *quid ſit vi factum* 5.
D. quod vi aut clam, diſtinguit inter utrumque, &
dict. §. 5. *cum ſeqq.* & *in l.* 3. *uſque ad* §. 6. nihil
aliud agit, quam perfectam cognitionem, & per
notionem deſcribere verbi, *vis*: poſtea in *l.* 3. §.
clam 7. Ulpia. & Venulejus tractant, quid ſit *clam*
cum §§. & *leg. ſeqq.* diſcrimen ergo inter utrum-
que interpoſuerunt, & alternativa inter diſſimilia
poſita, nihil obſtat, quominus vera alternativa per-
maneat, nec hac cauſa, quæ in copulativam reſol-
7 vat, apperet. Sed & acute idem Fab. *d. C.* 18. in fine
adverſus Juſtinianum conſideravit §. *interdictum* 5.
dict. l. is qui in puteum 11. ibi: *Hoc Jure utimur, ut
& ſi vi, & clam factum ſit, interdictum hoc ſuffi-
ciat*, τὸ *ſuſſiciat* animadverte: quaſi expreſſe Con-
ſultus inſinuaret copulativam hoc in interdicto non
ineſſe, niſi quando vi, & clam opus factum ſit,
& tunc ſufficere interdictum dicit, utpote illud
quod disjunctive compactum fuit, unde dubitandi
ratio *dict.* §. *interdictum* fuit. Convenit optime *l.*
3. *D. nequis eum qui in jus vocat.* in verbis infra
tranſcribendis. Aliud eſt ergo *vi facere*, aliud
clam; aliud *vi & clam*, audi peraptum Magni
Platonis locum de legib. *Lib.* 9. *τὸ μὲν διὰ βιαίων* 8
*ἢ ξύμφορον πράξεων πρατιθέμενον ἑκασόλε τὸ ἢ μεταισκό-
τοις ἢ ἀπατηλὰ θραίως γιγνομένων ἰσιδ' ὅτι ἢ ἀξύμφορον
τούτων πεχχθῆν οὐδὴ ἢ νόμοι τεχχύταλαι γίγνοιτο ἂν ἐὰ
τὸ σπεσμὸν μενῷ ἔχειν.* *Alterum quod vi & aperte
committitur; alterum quod clam, & cum deceptione in
tenebris; at nonnunquam utroque agitur: quod ſi Ju-
re tractabitur, aſperiſſimis legibus coercetur*, Appian.
Libr. 1. *de bello civil.* ibi: *Itaque quidam vi*, *non-
nulli clam; qui ſibi ſtatim eriperentur, invaſere agros.*
Quæ ergo excogitari poteſt copulativa, aut ratio
in tam diſtantibus rebus, imò contrariis? contra
l. hæc verba 124. *D. de verbor. ſignific.* Inde eſt 9
etiam, quod & reapſe dolus, fraus, aſtus diffe-
rant à vi: id aſſero *ex l.* 2. §. *doli* 8. *D. vi bono-
rum rapt.* ibi: *Non tamen qui dolo malo facit*, *utique
& vi facit: d. l.* 3. *in fin. D. nequis eum qui in jus
vocabitur.* ibi: *Vi*, *an dolo malo? ſufficit vi*, *quam-
vis dolus malus ceſſet*: ergo interdictum quod vi,
aut clam disjunctivum eſt, cum aliud ſit vi face-
re, aliud clam. Hæc ſunt quæ in Juſtinianum re-
torqueri poſſunt; ſed ſpecta adhuc, & fide veritati.

Si licuit unquam in ſententiam noſtram jurare, 10
ſuſpicor (ni miſerrime fallor) licuiſſe pro deciſione
iſta Juſtiniani. Miror tantos, tam graviſſimos vi-
ros (non abſit modeſtia precor) non percaluiſſe,
nec mentem, nec Juſtiniani verba. Imperator 11
enim de ſubdisjunctivo genere agit, quod recte
παραδιαζευκτικὸν vocat (de quo nos latè, nec inele-
ganter egimus. *C.* 3. à quo quidquid hic afferá-
mus, dependet) ſecundum enim Proculum, in *l.
hæc verba* 124. *D. de verbor. ſignificat.* (ſatis jam
à nobis expenſa illic) ſubdisjunctivum unius ge-
neris eſt, quando utrumque ſub disjunctione pro-
poſitum exiſtere poteſt, & volumus exiſtere, ut-
potè omne animal, aut agit, aut patitur (quod
nos variis exemplis, & autoritatibus illuſtravimus
dict. Cap. 3.) unde Juſtinianus disjunctionem il-
lam *in d. l. pen. ille*, *aut ille παραδιαζευκτικῶς* Capit.
1. ſubdisjunctive, tanquam ſi diceret, *ille*, &
ille, vel *illi*, & *illi: vel ſit heres*, *vel tutor: vel do*,
lego. Ad cujus confirmationem exemplum infert
perelegans, peraptum (hactenus ab Interpretibus
non intellectum, niſi ſolum ab ipſo Juſtiniano)
interdicti *quod vi*, *aut clam*, quod ſine dubio, &
apertiſſime ſubdisjunctivum eſt, & in quo *παρα-* 12
διαζευξις ineſt: uti (frigide tamen) explicat Meril-
lius ad 50. *deciſ. Juſt. C.* 39. *ad l.* 4. *C. de verbor.
ſignific. Num.* 13. & Franc. Raguell. ad eaſdem
deciſ. & in eadem *leg.* Nam cum Prætor interdi- 13
ctum propoſuit *vim*, & *dolum*, ideſt, *clam* com-
prehendit: & utrumque voluit: quis dubitat?
quamvis enim vis, & dolus ſtricte conſideratus dif-
ferant, & aliud ſit fraus, aliud vis; ſecundum
quod intelligitur *dict.* §. *doli*, *dict. l.* 3. tamen ple-
rumque in ipſa vi dolus ineſt, & clam, & fraude
committitur, *l. item* 14. §. *eum qui* 13. *D. quod me-
tus cauſa*, in quo, qui metum intulit, de dolo te- 14
netur *l.* 2. *D. de vi bonorum rapt.* ibi: *Dolo malo ho-
minibus coactis*, & in §. *doli* 8. ibi: *Doli mali men-
tio*, & *vim in ſe habet*, *nam qui vim facit*, *dolo ma-
lo facit*, *l.* 4. §. *hoc autem edicto* 6. *D. eod.* §. 1.
inſt. eod. l. 7. *D. ad l. Cornel. de ſicariis*, Conſt.
Harmenop. *in Prochir. Juris Lib.* 6. *tit.* 6. §. 2. Undè 15
belle Pichard. *in* §. 1. *inſt. de vi bonor. rapt.* conju-
rare dolum, & vim dixit. Explicant Donel. *Lib.*
15. *com. Cap.* 4. & ibi Oſvald. Iliger. *litter. M.*
cum aliis ab eo relatis, Pichard. *ubi proxime.* Nul- 16
li diſplicebit Virg. 1. Æneid. verſ. 354. graviter
Pygmalionis parricidium, & infelicitatem Sichæi
deſcribens.

Impius ante aras, atque auri cæcus amore,
Clam ferro incautum ſuperat, ſecurus amorum
Germanæ, factumque diis celavit.

Sed

Sed faſtidium ingenerarem Lectoribus, ſi mortes, & violentias clam, & dolo factas, & perpetratas referrem: ſcatent his facinoribus Hiſtoriæ, & re-
17dundat orbis, & triſtiſſimè ad oculum valent. Sed & è contra, quodammodo in ipſo dolo vis ſubeſt, & aperitur violentia: quò enim ſubtendit dolus, niſi ad inferendam vim voluntati alterius per ſimulationem, & fraudem? Vis enim (ſecundum Senecam *Lib.* 4. *controverſia* 26.) eſt, *ubi velim, nolim ſuccumbendum eſt*, id conſequitur doloſus per fraudem, qui ita latenter ſubtexit retes, ut velit, nolit innocens, & ſyncerus incidat, & contineatur.
18Unde Cic. 1. *Offi.* prudenter ſcripſit, *vim leonis, eſſe fraudem vulpeculæ*, ſentit enim prudentiſſimus vir, operari eandem violentiam leonem aperta vi,
19quam vulpeculam ſubdola fraude. Hinc ſuſpicor elegantiſſimos Linguæ Latinæ pro vi uſurpaſſe dolum, & fraudem: teſtem certum, & ingentem hujus veritatis (qui mihi ſolus ſufficeret)
20produco Statium Papinium, qui *Lib.* 2. *Thebaid.* dum ſupra omnes pereleganter ſylvam deſcribit, in quavis quinquaginta hominum infamis Tydeo ſuppoſita erat, ſic concinit.

Fert via per dumos proprior, qua calle latenti
Præcelerant: denſæque legunt compendia ſylvæ.
Lecta dolis ſedes: gemini procul urbe malignis
Faucibus urgentur colles, quos umbra ſuperni
Montis, & in curvis claudunt juga frondea ſylvis.
Inſidias natura loco, cæcamque latendi
Struxit opem, &c.

Compone hiſtoriam violentiæ, & illa *lecta dolis ſedes*, & illa, *Inſidias natura loco*, atque cætera: & nullum violentiæ verbum reperies, imò per dolum, & inſidias ſignificatam; ſed expreſſior eſt
21pro nobis Virgilius 11. *Æneid.* verſ. 522. quem præ oculis habuit Statius.

Eſt curvo anfractu vallis accommoda fraudi.
Armorumque dolis, quam denſis frondibus atrum
Urget utrimque latus, tenuis quæ ſemita ducit.
Anguſtæque ferunt fauces, aditusque maligni.

22Peraptè τὰ *accommoda fraudi*, *armorumque dolis.* His duobus J. Barclaius inſtitit. 1. Argen. *Sylva erat in conſpectu, raris quidem, ſed in ingens ſpacium effuſis arboribus ſubter quas tumuli, fruticum, dumorumque caligine velut ad inſidias ſurrexerant* (de quorum locorum præſtantia adveniet tempus, Deo volente, quo noſtrum audiatis judicium). Redeo ad me: in dolo & fraude vis ineſt, rectè attenteque perpenſa. Ex quibus lucem præfero Ulpiano *Lib.* 50. *ad edictum d. l.* 2. §. *doli* 8. *D. de vi bonorum*
23*rapt.* qui in edicto Prætorio reſpondet, doli fieri mentionem, quia dolus vim in ſe contineat, nam qui vim facit, dolo malo facit. Unde reſolvit Conſultus: *Ita dolus habet in ſe, & vim, & ſine vi, ſi quid callide admiſſum eſt, æque continebitur*, non in dolo: (ut exiſtimavit Accurſius) frigeret
24ridicule Conſultus: iſte enim ab utroque luſit, & commutavit utrumque: vim ſcilicet ineſſe dolo, & dolum in vi, ut in principio præfixit: & ex edicto Prætorio colligitur omnibus reſponſis ſupra à me præpenſis, quibus probavimus in ipſa vi dolum ineſſe. Nec obſtant illa *dict.* §. *doli*, *non tamen qui dolo malo facit, utique & vi facit*, caute enim inſervit Conſultus, ut ſignificaret, non ſemper dolum pro vi accipi, id enim abſurdiſſimum in noſtro Jure eſſet, in quo adverſus dolum, & vim, utroque in ſua ſpecie contento, disjunctæ ſunt actiones, & diverſa remedia, ut ſupra diximus *ex dict. l.* 3. *D. neque eum qui in Jus vocatur*, & ex Donel. *Lib.* 15. *commen. Cap.* 40. & Oſſvald. ibi *lit. M.* A. Pichard. *dict.* §. 1. *inſt. de vi bonorum rapt.* quamvis iſte, & alii antiqui, & noviores non exacte interpretationem *dict.* §. *doli* conceperint. Mirabimur ergo, ſi ſubdisjunctive interdictum quod vi aut clam compoſitum ſit, cum tam proxime vis, & dolus cohabitent? verum enim eſt (ut dixi) quod in ſuo genere utrumque differt, ſed non longe, imò multoties conjurant ex Pichardo, & quamvis omnino diſſimilia eſſent, dum tamen omnino contraria non ſint, ſubdisjunctive componere potuit Prætor, & compoſuit, ut puniret quidquid vi factum eſſet, & quidquid clam: vel vi, & clam ſimul, *ex dict. l. is qui in puteum* 11. §. *interdictum* 5. *D. quod vi . aut clam.* Ad hoc enim ut ſubdisjunctio ſit, ſufficit quod utrumque deductum poſſit exiſtere eodem, vel alio tempore, & voluerimus amplecti; licet ſub alternativa ſignificetur, *ex dict. l. hæc verba*, & quæ diximus *dict. Cap.* 3. à quo iſta omnia illuſtranda ſunt. Quæ quidem fortiter concludunt, ſubdisjunctiones ineſſe in interdicto, quod vi, aut clam, cum utrumque Prætor prohibere ſuo edicto decreverit. Quid enim aliud eſt interdictum quod vi aut clam, quam illud Plauti? *Fallere minis, & dolis inceſſere*, in quibus dolus, & vis copulantur.
Sed acceptio noſtra, & Juſtiniani ſententia, quæ 25
eadem eſt, aſſeri poteſt à Paulo *in l. ſi vi me* 15.
D. de vi & vi armata, in principio. *Si vi me de-* 26
jeceris, vel vi aut clam feceris: quamvis ſine dolo malo, aut culpa amiſeris poſſeſſionem, quo tendit autem repetitio illa, ſi vi me dejeceris, vel vi, aut clam feceris, niſi ad demonſtrandum, duos Paulum propoſuiſſe caſus, ſi vi unum, ſi vi aut clam alterum? iſte autem ſubdisjunctione capiendus eſt, ideſt, ſi vi & clam; aliàs ſi disjunctionem rectam admittimus, ſcriberet Conſultus, ſi vi aut clam; ex formula ordinaria, & ſolita Juriſprudentibus; non ex inſolita repetitionis; ſi vi, vel ſi vi, aut
clam. Convenit autem his, quod interdictum *uti* 27
poſſidetis, per copulativam, *nec* apud aliquos legatur (de qua copulativa vide noſtrum *Cap.* 7.) *l.* 1. *D. uti poſſidetis*, ibi: *Nec vi, nec clam, nec precario alter ab altero poſſidetis*, & in §. *perpetuo* 5. §. *quod ait Prætor.* 9. *ejuſdem legis*, Feſtus Pompeius, verbo, *poſſeſſio*, Cicero. *pro Cæcina.* Et quando hoc ita ſe habet; disjunctivis *aut*, *vel*, utuntur elegantiſſimi, & prudentiſſimi Autores, utpotè Terentius *Eunuch. Act.* 2. *Scen.* 3.

Hanc tu mihi, vel vi, vel clam, vel precario
Fac tradas

Ubi obſervat Donatus, ſecundum Jus loquutum fuiſſe. Cicero *in eadem oratione pro Cæcina*, alternat in eodem interdicto conjunctiones, jam copulativas, jam disjunctivas: nam cum antea pro *nec* loquutus fuiſſet, ſubjicit ſtatim iſta: *vincit tamen ſponſione, ſi planum facit ab ſe illum, aut vi, aut clam, aut precario poſſediſſe.* Unde iſta, niſi ex eo principio procedunt, quod in interdictis uti poſſidetis, & huic affini, quod vi aut clam, alternativa illa, *aut* ſubdisjunctivè accipienda ſit, & idem operetur, quod *nec*?

C A P. XI.

Laboratur ſuper recto veroque intellectu l. ſi quis ita 30. D. de auro, & argento legato, à *Num.* 1. *cum ſequentibus. Difficultas reſponſi.* 2. *Accurſii, Rogerii, Cyni interpretatio.* 3. *Bartoli, quæ receptior fuit.* 4. *Sed eam impugnant Bald. & alii.* 5. *Quæ fuerit Didaci Covarruvias.* 6. *Refellitur, Numer.* 7. & 8. *In legato*, lego vina, quæ in urbe habeo, ſeu in portu, *quid contineatur.* 9. *Quid in illo.* Mundum, ornamenta, ſeu quæ ejus cauſa paravi, do, lego. 10. *Genus quid.* 11. *Tertullianus explicatur.* 12. *Interpretatio Gregorii Lopez Maderæ ad eandem legem.* 13. *Hugonis Donelli.* 14. *Refellitur utraque* dict. Num. 13. 15. 16. τὰ ſive, ſeu *disjungunt.* 16. *Non inducunt conditionem, quamvis rebus, ſeu verbis apponantur.* 17. *Intellectus* l. ſi quis ita 63. D. de verborum obligation. 18. Si *pro* ſive. 19. *Interpretatio Authoris* à Numer. 20. *Cum ſequentibus, Bartoli error.* 21. *Subdisjunctio eſt in legatis relatis.* 22. *Colligitur ea ex conjecturata mente teſtantis.* 23. *Et Cujacius antea prædocuit.* 24. *Subdisjunctio iſta per* ſeu, ſive, *& loquendi formula illuſtratur, ubi feliciter prodit emendatio Terentii.* 25. *Celebris locus Alexandri ab Alexandro de ſimili legato producitur.* 29. *Covarruvias, & alii ſententiam Alexandri Neapolitani reprobarunt.* 27. *Sed defenditur Alexandri ſententia.* 28. *Hoc ſubdisjunctivum genus per alias disjunctiones acceptum fuit.* 29. *Nec id proprium fuit* τῶν ſeu, ſive. 30. *Sed aliarum alternativarum.* 31. *Explicatur* l. ubi pactum 40. C. de tranſaction. 32. *Et* l. 41. eodem tit. 33.

Alternativarum Provincia gravior eſt, quam
noſtris Interpretibus fuit viſa: cum difficul-
tatum onere fortiſſimos ſuccubuiſſe (ni fallor gra-
viter) autumo: ſatis ſuperque præaſſerta ſufficе-
rent, ſed pro noſtra Juriſprudentia, & ſancta ve-
ritate doctrinæ locum addo alium eorum caſus,
1 aliumque errorem judicii eorum. Contendimus
ad reſponſum Pauli in *l. ſi quis ita* 30. *D. de auro,
& argento legato*, & ad disjunctiones *ſeu, ſive*,
quas in copulas transformant, & quaſi Læteo me-
dicamine varia monſtra aboriuntur. Juvat Pauli
verba tranſcribere: iſta ſunt. *Si quis ita legaverit
uxori meæ:* mundum, ornamenta, ſeu quæ ejus
cauſa paravi, do, lego: *placet omnia deberi, ſicuti
cum ita legatur.* Titio vina, quæ in urbe habeo,
ſeu in portu, do, lego, *omnia deberi, hoc enim ver-*
2 *bum, ſeu ampliandi legati gratia poſitum eſt.* Con-
tentio inde evadit, & diſcordias diſpergit, quia
alternativa, *ſeu* ſua natura, & vi propria disjun-
git legatum, & alteram ſolùm rem in eo conten-
tam reapſe promittit, & præſtat. Unde ergo
Paulus legatario deberi reſpondit, quæ in urbe
3 habet vina, & quæ in portu? Primi omnium Ac-
curſius, Rogerius, & Cynus, rumpere obſtantes
muros conati ſunt, ſed incaſſum; utpote protri-
4 vis eos Bart. *in hac lege.* Nec iſti felicius fuit te-
lum, certiorve jactus, diſtinguenti inter alterna-
tivas, ſimpliciter disjunctivas, & alias non ſim-
pliciter disjunctivas; utpote dictio *ſeu*, quæ natu-
ram copulæ retinet, propter quod efficitur, ut
utrumque debeatur: quem ducem conſequuntur
Paulus de Caſtro, & Albericus, Jaſo, Alexander,
Alciatus, Archidiaconus, Ludovicus Luſitanus
(relati in ſuis locis à Covarruvia *Libr.* 2. *variarum
reſolutionum, Capit.* 5. *numer.* 10.) & Nicol. Eve-
rardus *in locis legalibus loco à natura alternat. numer.*
12. reſolventes dictionem, *ſeu, ſive*, copulativam
ampliativam, & coaugmentativam eſſe, & ſic per
eam utramque concurrere rem in legato compre-
5 henſam. Sed hæc communis ſententia communi-
ter rejecta eſt à Baldo, Decio, Socino, & aliis à
Covarruvia conjunctis *dict. Capitul.* 5. *numer.* 10.
cum quibus, & ipſe militat, quibuſque adjungitur
Gregorius Lopez Madera *Capit.* 22. *Animadverſion.*
quorum fundamenta non transfero, dedecet enim
ſtylum noſtrum, qui deſpicit vana librorum vo-
lumina, & dolet Siſyphoeos labores (non poſſum
non admirari pleroſque noſtri temporis ſacræ Ju-
riſprudentiæ cultores, qui ſuis vigiliis adornare
eam, & illuſtrare ſatagunt, curare ſolum Interpre-
tum acervos, non vetæ Philoſophiæ micantes lu-
ces, quaſi non illis magis obrueretur, quam orna-
retur hæc litterarum humanarum, & divinarum
Præſes. Sed quia tanti juſtique doloris quætelam
ad doctos ſua peculiari ſede propono, ſiſto libens:
tunc forte his curis liberabor, hoc tortore me
exolvam, cum intonaverim in hæc mala noſtri
judicii rationes, noſtrique animi cauſas, &
motus.)

Propter quod Didacus Covarruvias (*ubi proxime*)
aliam viam apprehendit inviam ſane, & intutam.
Ea de cauſa utrumque deberi in reſponſo Pauli,
quia alterum ſub altero continetur, & disjunctio
inter genus, & ſpeciem collocata fuit, quæ in
copulativam reſolvitur: nam electa ea parte, quæ 6
utrumque complectitur, virtus alternativæ ſerva-
tur, & utrumque expreſſum legatarius aſſequitur.
Hæc in ſumma noſtri Præſidis Covarruviæ ſenten-
tia eſt, quæ multis ante ætatibus Rogerii fuit,
quamque poſtea improbavit Bartol. *dict. l. ſi quis
ita*, ea ratione, quia urbs, & portus non conſti-
tuunt genus, & ſpeciem, ſed faciunt ſpecies ſe-
paratas: nec hoc dubitabile eſt, verum enim ſit,
quod portus, & ſuburbia veniant appellatione ur-
bis aliquando, *l. Cæſar* 15. *D. de publican. & vecti-* 7
gal. l. urbana prædia, D. de verborum ſignification.
& ſic vino legato, quod in urbe eſt, intelligitur,
& accipitur legatum de vino, quod in portu, &
ſuburbio eſt, ut cum Baldo, Covarruvias reſol-
vit *ubi proxime*, accipimus id autem per extenſio- 8
nem legati, & rei relictæ naturam; non quod
idem ſit portus, & urbs; longe enim differunt re
ipſa, nomine, & loco, *l.* 2. *D. de verborum ſigni-
fication.* notat Joann. Calvin. *in lexico Juris*, ver-
bo, *urbs.* Undè in legato iſtu *lego vina, quæ in
urbe habeo, ſeu in portu*, cum potuiſſet in utraque
parte condidiſſe vina, & à disjunctione compona-
tur legatum, quæ diſſimilibus aliqualiter accedit
(ut jam probavi) potuit videri teſtatorem vo- 9
luiſſe, ut alterum vini in ſolutione legati veniret
ſolum:

ſolum: id enim facit vis, & natura disjunctionis,
quæ non patitur extenſionem legati de urbe ad
portum: quamvis aliàs, ſimpliciter relictum lega-
tum vini, quæ in urbe habeo, ad conditum in
portu extenderetur: propter quod non compre-
henditur, ſecundum Covarruviam, nua in altera
res, nec ratio, nec verba compatiuntur. Si enim
ea interpretandi ratio daretur, quod legatum ſpe-
ciei unius extenderetur ad diverſam, & aſſerere
auderemus unam in altera re contineri: heu quam
facilis nodorum diſſolutio daretur, ſeu noſtri Ci-
vilis Juris interpretatio: vel potius inde quam
turbidè ultimæ defunctorum jactarentur volun-
tates!

10 Quid de altero Pauli legato? *mundum, ornamen-
ta, ſeu quæ ejus cauſa paravi, do, lego*, nonne mun-
dus, & ornamenta differunt? quis abnegavit? ni
cæcis oculis in ipſam veritatem irruat, & autori-
tatem Conſultorum, eruditorumque. Varro *Lib.* 4.
de Lingua Latin. I. Paul. *Libr.* 3. *ſententiar. Cap.*
6. *l. argumento* 35. §. *ornamenta* 10. *D. de auro, &
argento legato:* Tertullian. *de habit. mulieb.* Joan.
Calvin. verbo, *mundus*, non ergo alterum in al-
tero continetur, nec invenio, in quo genus, &
ſpeciem conſtituat Covarruvias in legato iſto:
11 cum ſi genus illud dicatur, quod de pluribus præ-
dicatur ſpecie differentibus, ut multis probat,
noſter ſemper, D. Nicolaus Fernandez de Caſtro
ad *princip. inſtit. de emption. & vendition. numer.*
150. mundus, & ornamenta de multis ſpecie dif-
ferentibus prædicantur, uti enumerat Jul. Paulus
ubi proxime, & *dict.* §. *ornamenta*, Tertullian. *ſu-
pra*, & cum τὸ *quæ ejus cauſa paravi*, generalia
ſint, unde disjunctiva inter genus, & ſpeciem?
12 nec turbet aliquem Tertulli. in *libro de habitu mu-
liebri*, ſupra dato, verba ſunt. *Habitus fœminæ
duplicem ſpeciem circumfert, cultum, & ornatum:
cultum, dicimus, quem mundum muliebrem vocant:
ornatum, quem immundum muliebrem convenit dici:
ille in auro, & argento, & gemmis, & veſtibus de-
putatur: iſte in cura capilli, & cutis, & earum par-
tium corporis, quæ oculos trahunt.* τὸ *ſpecies*, apud
Tertullianum pro pulchritudine ſumitur, quod
vulgare eſt. J. Barclaius 1. *Argen.* in principio,
ingentis ſpeciei juvenem peregrina navis expoſuit, &
paſſim apud alios. Quod expreſſe ex ipſa Tertul-
liani contextura colligitur. Sed quid, ſi alia eſſent
ornamenta, quæ uxoris cauſa non paraverat teſta-
tor? nutat Covarruvias, & non eſſe locum re-
ſponſo Pauli reſpondet, quia unum in altero non
comprehenditur. En claudicat interpretatio, di-
vinat ad Paulum, alternumque facit pedem (ut
cum Statio loquar) quod iniquum eſt ad plenum,
& abſolutum Conſulti reſponſum. Apud iſtum
autem ea fuit ſola ratio, quia verbum, *ſeu*, am-
pliandi legati gratia poſitum eſt: non ergo Con-
ſultus disjunctionis qualitatem à genere, & ſpecie
reſpexit.

13 Non tutus Covarruviæ interpretatione noſter
Gregorius Madera tentat viam aliam ad arcem
Pauli *Capit.* 22. *Animadverſionum* (ſic indico) præ-
ruptam magis, & in præcipitium magis declivem:
aſcendit inde, quia disjunctio inter res varias le-
gatas interpoſita non fuit; ſed inter demonſtratio-
nes: vina ſcilicet, quæ in portu, ſeu in urbe Te-
ſtator habebat: & cum demonſtratio falſa, aut
vera, non perimat legatum, nihil mirum, ſi de-
beatur omne illud, quod legatum eſt. Mirabor
ſemper doctiſſimi viri exitum: nonne quando le-
gavit Teſtator vina, quæ in urbe, ſeu in portu
habebat, duplex legatum conſideravit, vini ur-
bis: portuſque vini: expreſſius hoc invenimus in
altero, primoque exemplo Pauli. *Lego uxori meæ
mundum, ornamenta: ſeu quæ ejus cauſa paravi*: non
diſſimilia longe ſunt mundus, ornamenta (ut jam
dedi) & alia ornamenta, quæ uxoris cauſa para-
verat? ſi forte alia non uxoris cauſa paraſſet (ut
Covarruvias agnovit) & conſequenter legata di-
verſa? expreſſit hoc Paulus, & expreſſe Maderæ
interpretationem excluſit, cum dixit, *omnia debe-
ri:* qui omnia? ni utrumque legatum, & vinum
quod in portu habebat, & in urbe, & ſimiliter
mundum, & ornamenta quæ uxoris cauſa, vel
non, parata erant: & ex ratione ſua in nihilo de-
monſtrationes reſpiciente. Tam certa in his eſt
victoria, ut pudeat digladiari diutius: res duæ in
utroque legato conſiſtunt, indeque hæſitantia In-
terpretum eſt apud Paulum, quid iſti in cauſa fue-
rit, ut reſponderet, utramque rem legatam de-
beri.

Hugo Donellus *ad l. ſi ita quis* 63. *D. de verbo-* 14
rum obligationib. numer. 6. compreſſus difficultate
Pauli in lege noſtra, & Africani in illa: poſt lon-
gam diſputationem reſedit fatigatus ad inſuavem
fontem, quem arida ſitis horreret ſane. Quis
enim guſtabit diſtinctionem, qua disjunctiones *ſeu*,
& *ſive* componit? docet ergo disjunctiones iſtas
adjunctas verbis disjungere, veluti *ſive navis ve-
nerit ex Aſia, ſive Titius Conſul factus fuerit*; at ve-
ro ſi conjungantur rebus, veluti *vina, quæ in ur-
be, ſeu in portu habeo:* ſeu cum enumeratione plu-
rium rerum inter eas ponuntur: veluti *mundum,
ornamenta, ſeu quæ ejus cauſa paravi:* tunc potius
disjungendi habere ſignificationem, non tam in-
terpretatione voluntatis, quam recti ſermonis ra-
tione. Hæc ſententiæ ſumma Donelli, ſed li- 15
benter diſcerem ab eo, undè recti ſermonis ratio-
nem auguraretur? mihi ſane mediocriter in eò
verſato, & diligenter perquirenti, ignota eſt:
τὸ enim, *ſeu, ſive*, apud Jure Conſultos, & eru- 16
ditos ſemper ſine diſcrimine receptum in disjun-
ctiones fuit, & disjungit, extet quamvis rebus
conjunctum *l.* 1. §. *ſublata* 3. *D. ad Senatuſcon-
ſul. Trebellian.* ibi: *Seu metu litium, ſeu prætextu
metus conſuerint* (ſic in hoc §. disjunctionem agno-
ſcit Madera *dict. Cap.* 22. *n.* 2. *animadverſ.* & Co-
varruv. *dict. num.* 10.) *l. in venditionibus* 9. *D. de
contrahend. emption. l. ſive* 9. *D. de publiciana in rem
actione, l. cum quidam, C. de verbor. ſignificat. l. ſi
quis* 6. §. *ſive* 2. *D. de injuſt. rupt.* Columel. *Lib.*
11. *ſive vera, ſeu falſa ratio eſt, litteris Aſtrologiæ
concedatur*, Virg. 1. Æneid.

Seu vos Heſperiam magnam, Saturniaque arva,
Sive Erycis fines, Regemque optatis Aceſtem.

Et Eclog. 10.

Certe ſive mihi Phyllis, ſive eſſet Amyntas.
Seu quicumque furor, &c.

En rebus τὸ *ſeu*, *ſive* adſcriptum disjungens
(Cujus veritatis comprobatio poſſet in immenſam
molem exereſcere) & verbis adpoſitum; non
ideò disjungit (ut ad libitum ſancit Donellus) quia
conditionem inducit, id enim facit voluntas, &
diſpoſitio teſtatoris, non natura dictionis *ſeu*, cu-
jus proprium officium eſt disjungere: & ſic ſive
rebus, ſive verbis appoſitum dividet, ſejungetque
diſpoſitionem, ſive puram, ſive conditionalem;
contraria Donelli ſententia imaginaria tota eſt, &
φαντασίας cogitationis hinc inde pro veritate di-
vertentis. Sequeretur enim quod verbis appoſi- 17
tum ſemper conditionem induceret, quod falſiſſi-
mum eſt, & ipſe intellectus repugnat *l. ſi in lege*
24. §. *colonus* 4. *D. de locat. & cond. l.* 4. §. *hoc
autem interdicto, D. vi bonorum rapt. l.* 1. §. *remo-
vet, D. de poſtulando, l. ſunt & aliæ* 3. *D. de pu-
blician. in rem action.* exempla pro nobis ſine fine
transferre, & congerere poſſemus à Cicerone,
Virgilio, aliiſque contractæ & ſolutæ orationis,
& à Godeſcalco Stewechio, qui plura offert *Lib.*
1. *de particulis linguæ Latinæ, fol. mihi* 348. cum
ſequentibus, non ergo dictiones iſtæ verbis ad-

junctæ conditionem firmant, ſed Teſtatoris volun-
tas: unde movet animum (fas mihi ſic ad iſta lo-
qui) incogitantia Donelli, conditionem formare,
non tam voluntatem teſtatoris, quam recti ſer-
monis rationem à dictionibus iſtis, cum earum na-
tura ferat ſolum diſtinguere, non conditionem fa-
18 cere præſcriptis ſatis coarguentibus. Nam quod
ipſe Donellus addit in illis conditionibus, (*d. l. ſi
ita quis* 63. *D. de verborum obligation.*) *ſive navis
ex Aſia venerit*, *ſive Titius Conſul factus fuerit*, ſub-
intelligi τὸ *ſi* conditionale, inſipidum plane eſt,
nam ſequeretur neceſſario utramque conditionem
adimplendam fore, *l. ſi hæredi* 5. *D. de conditionib.
inſtitutionum*, *l. cum pupillus* 78. §. 1. *D. de condi-
tion. & demonſtrationib.* cum Africanus contrarium
reſolvat, *dict. l.* 63. alteram ſolum adimplendam
ex eo, quod per rectam disjunctionem conditio-
19 nes ſancitæ fuerint, tantum enim abeſt, ut τὸ *ſive*
reſolvatur in *ſi*, ut imò *ſi* in *ſive* convertatur, &
in expreſſam disjunctionem. Habeo peraptum,
& doctum Magni Senecæ locum in *Octavia Actu.*
5. verſ. 884.

Si mihi vitam fracta remittit,
Tot jam noſtris evicta malis,
Si cæde mea cumulare parat
Luctus noſtros

Id eſt, ſive vitam tyrannos remittat, ſive mortem
inferat, obſervante ibi in 2. com. P. Martino del
Rio.

Plaut. Captivi Act. 1. ſcen. 2.

Sinito ambulare, ſi foris, ſi intus volent.

Et Curcul. Act. 1. ſcen. 1.

Si media nox eſt, ſive eſt prima veſpera.
Si ſtatus condictus cum hoſte intercedit dies.

& aliis plurimis locis ſic uſurpat poëta in quibus
omnibus F. Taubmanus obſervat Q. Ennius *ſi,
vivimus*, *ſive morimur*, optime Janus Gulielm. *in
quæſt. Plaut. Aſin. Cap.* 9. Receptum fuiſſe pro-
bans τὸ, *ſi* pro *ſive*, *ni* pro *nive*, in formulis, &
locutionibus antiquis. Sed docti, precor, in-
quirant, quam aliena, quamque incogitata Donel-
li ratio à Conſulto fuit? Qui inde aſſignat, debe-
ri utrumque legatum, quia augendi cauſa *vel ſive*
poſitum fuerit: neceſſariò inſinuante, ſic fuiſſe
Teſtatoris voluntatem, & non quia disjunctio re-
bus, aut verbis fuerit appoſita, ut Donellus
ſentit.

20 Noſtra autem ſententia, poſt tantas, tantòque
variantes, originem ducit à Proculo *in l. hæc ver-
ba* 124. *D. de verbor. ſignification.* disjunctionum
duplex aſſignante genus, disjunctivum, & ſub-
disjunctivum (quod non incuria jam antea nos il-
luſtravimus *ſupr. Cap.* 2. & 3. è fonte enim illo
Proculiano aquam haurimus irriguam ad varia Ju-
riſprudentum prata, & Imperatorum imperia, ſeu
reſponſa, & reſcripta.) Non autem alia fuit
Paulo cauſa, *d. l. ſi quis ita*, ut reſponderet de-
beri utrumque legatum: quam quod ſubdisjuncti-
vè fuerit Teſtator locutus, & voluerit præſtare
utrumque: vinum portus, & urbis: atque mun-
dum, & ornamenta, ſeu quæ ejus cauſa paravo-
rat: ad quod quæcumque ſufficiebant disjunctio-
nes, *ſeu*, *ſive*, *aut*, *vel*; quin myſterium præci-
puum aliquod *ſeu ſive* habeant, uti exiſtimarunt
Interpretes: cum ſubdisjunctio ſub quibuſcumque
disjunctionibus poſſit relinqui *dict. l. hæc verba.*
Agnoſcimus ſententiam Pauli ex ejus reſponſi ra-
tione, concludentis deberi utrumque: quia ver-
bum *ſeu* ampliandi legati gratia poſitum ſit in dis-
junctione legati. Quæſo à doctis, quid ſit *lega-
tum ampliare*, niſi ſubdisjunctivum? nam cum ex
vi disjunctionis unum deberetur tantum, ex vo-
luntate Teſtatoris utrumque debetur, quia amplia-
vit illud, & ſubdisjunctivum fecit. Undè Inter-
pretum multorum doctrinæ ridiculæ ſunt, con-
ſcribentium, propria natura disjunctiones, *ſeu*,
ſive, ampliativas eſſe: ſic reſolventium ex reſpon-
ſo Pauli, perverſè capto, & ab eis perverſo: cum
disjunctiones iſtæ ſua natura non amplient, ſed
disjungant ſolum. Cujus erroris primus autor fuit 21
Bartol. *dict. l. ſi quis ita* (jam rejectus) errorem
probans ex alio: ex illo ſcilicet, *Alexander, ſeu
Paris*; cum hic ſubdisjunctio ſit expoſitiva (ut
ſequenti Capite exponemus) & alii plures tituli Pla-
tonis, qui ſubdisjunctionem admittunt expreſſam:
cum utrumque titulum Autor voluerit, & ſimul
conjunxerit, quod proprie ſubdisjunctivum eſt
(quatenus & multis exornavimus, *ſupr. Capit.* 3.
& Priſcianus apte in loco ibi deſignato). Formu-
la enim indefinita legati, *lego mundum, ornamen-
ta, ſeu quæ ejus cauſa paravi: lego vina quæ in urbe,
ſeu in portu habeo*: ſatis coarguunt liberalem Teſta-
toris animum, nulla limitatione mundum uxori,
& ornamenta relinquentis. Quod ingens conje-
ctura eſt ad Teſtatoris animum indagandum, &
penetrandum: nam ut inquit Cujacius *dict. l. hæc
verba*, Edmund. Merillius *deciſ. Juſtinian. ad l. pe-
nul. C. de verborum ſignification.* quæſtio eſt non 22
Juris, ſed voluntatis an disjunctivum, ſeu ſub-
disjunctivum ſit legatum: quod à variis cauſis,
& qualitatibus augurari poterimus. Quod cum
conſideraſſet Paulus, & alia plura longius ipſi re-
lata, & forte à Triboniano mutilata in reſponſo
(reliquit enim nobis Tribonianus mutilas, & ac-
ciſas Pandectas) Duaren. *in l.* 5. *D. de pactis*, Bu- 23
dæus *in l.* 1. *D. de Juſt. & Jure*, Ferdinan. Men-
doza *diſputat. Jur. Civ. Lib.* 1. *Cap.* 4. *num.* 12. *ad
fin. & Libr.* 2. *Cap.* 9. *num.* 2. docte Matth. Gri-
bald. *de ration. ſtud. Lib.* 1. *Cap.* 15. Hermanus
contractus *in Chronic. anno* 548. Joann. Paſerat.
in ſuis orationibus præfatione ad Ciceron. pro Cæcina,
ibi: *Sartis à Triboniano centonibus*, & in præfatio-
ne *ad Topica Cic.* (quidquid affirmet Robert. *Lib.*
2. *ſentent. Cap.* 23. cujus veritatem aperimus ex
Codice Theodoſiano, cujus multa reſcripta in Ju-
ſtiniano acciſa, imperfecta videmus) quæ Teſta-
toris voluntatem patentiorem facerent, ut videbi-
mus in judicio Alexan. ab Alex. infra referendo.
Concludit doctiſſime Conſultus, ut in ejus reſponſo
videmus. Poſt quæ ſcripta, inveni fuiſſe in ſenten- 24
tia noſtra Cujacium *Lib.* 26. *Obſervation. Cap.* 34.
(quod ſemper mihi fauſtiſſimum lætiſſimumque erit
cum tanto Juris magiſtro convenire) [illegible]
agnoſcentem, id eſt, ſubdisjunctionem in Pauli
reſponſo. Adducitque apte legatum teſtamenti
Perſii, qui Cornuto ſuo reliquit Chryſippi libros
circa ſeptingentos, ſive Bibliothecam omnem:
quod ſubdisjunctivum expreſſe eſt, & augendi le-
gatum ſubdisjunctio relicta. Quod & eruditis fre-
quentiſſimum eſt. Martial Libr. 3. Ep. 5.

Eſt illi conjux, quæ te manibusque, ſinuque 25
Excipiet, vel ſi pulverulentus eas.

& Lib. 7. Ep. 71.

Seu lances ferat, aut ſcyphos Avorum.
Aut grandes reus, aut potens amicus.
Seu quod te potius juvat, capitque.
Sic vincas Noviumque, Publiumque

Terent. in Eunuch. Act. 3. Scen. 1.

—— Vel Rex ſemper maximas
Mihi agebat, quidquid feceram, aliis non item.

& in Hecyr. Act. 1. Scen. 1.

Vel hic Pamphilus jurabat quoties Bacchidi.
Quam ſancte.

Undè Janus Mellerus Palmer. *in ſuis ſpicileg. in
Andr. Terentii Act.* 1. *Scen.* 3. carmina illa.

*Ad hæc mala hoc mi accedit etiam. Hæc Andria,
Sive iſta uxor, ſive amica eſt, Gravida è Pamphilo
eſt*, emendabat *hæc Andria iſta uxor, ſive amica
eſt*, qui & receptiſſimam elegantiæ formulam
eſſe probat ex Cicer. & aliis. Sed ego probo

receptam

receptam locutionem ſubdisjunctivam, ſed non
emendationem; potius legerem, *hæc Andria,*
ſive juſta uxor, ſive amica eſt, docti jam vi-
dent. Scio Janum Gulielmum in quæſtionibus
Plaut. *Aſin. Cap.* 9. ad finem aliter correxiſſe *ſi*
iſta uxor: exiſtimo infeliciter, nam *juſta uxor* op-
time reſpectu amicæ dicitur, quod omnes ſciunt,
Virgil. 8. Eclog.

Carmina vel cœlo poſſunt deducere Lunam.

& 3. Georg.

Belgica vel molli melius feret eſſeda collo

Cicero, Libr. 1. Epiſt. ad Brut. & *quod te tantum*
amat, ut vel me audiat provocare, & Libr. 2. Offic.
Contraque benevolentia fidelis, vel ad perpetuitatem
valet, & pro S. Roſc. Amerin. *L. Sylla, quem*
honoris cauſa nomino, duobus millibus nummum ſeſe
dicis emiſſe adoleſcens, vel potentiſſimus hoc tempore
noſtræ Civitatis.
(Quorum aliqua jam dedimus *Cap.* 3.) in quibus
disjunctiones iſtæ poſitæ rem augendi cauſa ſub-
disjungunt, quia non eo animo fuerunt inſertæ,
ut disjungerent, ſed ut augerent, propter quod
neceſſarium eſt, ut in copulam ſubdisjunctivam
convertantur.

26 Sed controverſum magis eſt legatum à Teſtato-
re Romano relictum filiæ, in hæc verba, apud
Alexan. ab Alexand. *Libr.* 2. *Dierum gen. Ca-*
pit. 3. *T. Sempronium filium honeſtiſſimum ex aſſe*
mihi heredem volo: Septitiæ vero filiæ meæ impuberi,
cum viripotens erit, fundum ſuburbanum, ſeu ædes
meas, quæ in via lata ſunt, do, lego, ut hac dote con-
tenta Ælio Campano nubat; cum Septitia & ſubur-
banum fundum, & ædes peteret, fortiter adver-
ſabatur Sempronius heres, altero ſororem debere
contentam manere: cumque multis jurgiis apud
tribunalia, & altercationibus ferretur lis, poſt
innumerabiles contentiones Conſultus Alexander à
judicibus, utrumque præſtandum Septitiæ reſpon-
27 dit. Quem percallentes nullatenus Covarruvias,
Madera *ubi ſupr.* & A. Tiraquellus *ad eum*, reje-
cerunt doctiſſimi viri doctiſſimam ſententiam in
ſubdisjunctione totam nitentem. Relegit enim
teſtamenti tabulas Alexander, & ejus attente pen-
ſitatis verbis, invenit utrumque parentem legaſſe
filiæ: non quod exiſtiment aliqui, innixum fuiſſe
Alexandrum, ideò utrumque deberi quia legatum
dotis relictum fuerit filiæ in teſtamento; multò
28 enim diverſiorem ſelegit viam; ſed quia perlecto
teſtamento, & mature diſquiſitis verbis, cogno-
vit parentis arbitrium fuiſſe, & voluntatem,
utrumque relinquendi filiæ. Probant verba illa,
teſtamentum & tabulas mihi exhiberi juſſi. Quo prola-
to, cum poſtulata cognoviſſem, diſcuſſo Jure, quod in
controverſiam venit, & teſtamenti verbis mature pen-
ſitatis, utrumque Septitiæ deberi, & tam ad ſuburba-
num fundum, quam ædes Jure legati admitti poſſe,
reſpondi. Cognovit ergo peritiſſimus Vir, lega-
tum ſubdisjunctivum eſſe, in eaque fuiſſe volun-
tate parentem, ut utrumque apiſceretur filia. Nec
levis deſpicienda præſumptio erat, cauſa, favor-
que dotis, & paternus affectus atque (ut conje-
cturari poteſt) non exceſſiva dotis quantitas ad
unum ſuburbanum disjunctivè reſtricta, aut ad
ſolas ædes: quæ cuncta, aliis tabularum verbis
confirmarunt merito Neapolitanum Alexandrum,
ut ſic dijudicaret: reſolvens, τὸ *ſeu* in præſcripta
hypotheſi non disjunctivum eſſe, ſed magis coaug-
mentativum; potiuſque in effectu copulare, quam
disjungere; adducens doctiſſimè reſponſum Pau-
li, quod in quæſtione vertitur. Quæ interpreta-
tio recta veraque ad Neapolitani conſilium, ſeu
reſponſum eſt.

Non autem ſubdisjunctivum genus inſolitum eſt 29
Juriſprudentibus noſtris, nam præterquam id de-
monſtret Proculus *in l. hæc verba* 124. *D. de verbor.*
ſignificat. qui ex eo disjunctivum ibi, & ſubdis-
junctivum egit, quod frequentiſſimum utrumque
ſciret, haberetque apud Conſultos eſſe (ut jam de-
di, & recte penetravi, *Cap.* 3.) probant mihi Ju-
riſprudentum præclara reſponſa, quæ ſtylo ſe of-
ferunt: quæque non aliter perfectè percipi poſ-
ſunt, relictis aliquorum Interpretum nugis, ad ea
colludentibus, *l. ad protegendum* 3. *C. de in litem*
dando tutore, ibi: *Tutor ſive curator, l. fi. §. hæc*
omnia 28. *D. de muneribus, & honoribus,* ibi: *Civi-*
lia ſeu publica appellantur, l. 1. *D. de his quæ, ut*
indignis auſer. ibi: *Indignum carere legato, ſeu fidei-*
commiſſo libertum (qua Bartol. dedit in noſtra *l. ſi*
quis ita) *l. cum pater* 77. *§. pen. D. de leg.* 2. ibi:
Tuis ſive meis, l. hac conſultiſſima 8. *C. qui teſta-*
ment. facer. poſſ. ibi: *Ut carentes oculis, ſeu morbo*
ſeu ita nati, l. cum donationis 34. *C. de tranſaction.*
ibi: *Cum donationis, ſeu tranſactionis cauſa.* Et
alia ſine numero, quibus congeſtis, faſtidirem in
illuſtratione animos. Pendent hæc autem omnia
(ut dixi) ex *dict. l. hac verba,* &, ejus autoris,
Proculi doctrina. Nec inferat inde aliquis, pro- 30
prium eſſe τῷ *ſeu, ſive,* ſubdisjungere: in qua ſen-
tentia, ſeu errore cum Bartolo plures Antiquorum
fuerunt, qui ſupra dati ſunt: nam præterquam
præfirmaverimus contrarium adverſus Donell. *ſup.*
& alios: idem ſubdisjungendi effectus in disju- 31
ctionibus aliis invenitur, ut in disjunctione, *aut*
l. Lucius Titius 88. *de leg.* 2. *dedi aut donavi,* jun-
cta *l. ſæpe* 53. *D. de verbor. ſignification. l. pen. C.*
eodem titulo. interdictum, quod vi aut clam (ut
præſudavi ſup. *Cap.* 10.) *l. ſi ita* 14. *D. de inju-*
ſto rupt. l. ſi is qui ducenta, §. fin. D. de reb. dub.
in disjunctione *ve, dict. l. ſæpe ſuper pecunia tutela-*
ve ſua, l. actione, §. ſi poſt, D. pro ſocio, quod pro
ſocio communiterve geſtum ſit. l. uxorem 41. *§. codi-*
cillis 2. *D. de leg.* 3. ibi: *Niſi ſi quos quaſve,* & in *l.*
ubi pactum 40. *C. de tranſact. ubi pactum vel tranſactio,*
uti recte hanc legem explicant Bald., Salycet., Ful- 32
goſ. & Iaſon, (qui hos refert, & ſequitur *n.* 2.)
& Alciat. ibi, idemque Alciat. *dict. l. ſi quis ma-*
jor, num. 10. Gilkenius *num.* 1. & 5. Donell. *num.* 33
1. ſic & in *l.* 41. *ſeq.* ubi pactum, & tranſactio
comprehenſa fuerunt expreſſe, & probat *l.* 8. *C.*
Theod. de pactis & tranſactionib. à qua iſta deſumpta
fuit; nam cum ibi titulus pertineat ad pactum, &
tranſactionem, lex ad utrumque reſpectum ha-
bens, ſub illo collocatus fuit: & cum à Triboni-
no ad Juſtiniani codicem transferretur ſuppoſuit
tit. de tranſactionibus, uti ipſa erat & de pacto, &
tranſactione ſtabilita. Harmenop. in *Promptuar.*
Jur. lib. 1. *tit.* 10. *§.* 11. ſic etiam *l.* 40. de utroque
præſcripta eſt, & merito, cum eadem ratio ſimilis
ſit in utroque, & commoverit ad ſanciendum: &
ex contextura legis probatur, uti bene explicat
Don. Ad me redeo, probat enim ſubdisjunctionem
vel, d. §. codicillis, ibi: *Et mancipiis ruſticis, vel*
urbanis. Conſtat autem ſubdisjunctio iſta ex aliis
quam plurimis locis, qui facillime ex ante datis Ca-
pitulis colligi poſſunt. Ut concludamus Pauli reſ-
ponſi rationem *d. l. ſi quis ita,* pendere à ſubdisjun-
ctivo genere legati; non vero à natura dictionis
ſeu, ſive, uti computarunt Interpretes.

C A P. XII.

Attente inveſtigantur disjunctiones expoſitivæ, à *num.* 1. *cum ſeqq. Quæ ſint.* 2. *Ubi exemplis Eruditorum declarantur,* & *n.* 3. *Datur optimus locus Georgii Trapeſuntii.* 4. *Error hujus.* 5. *Expoſitivam voluntas loquentis format.* 6. *Exempla hujus è media Juriſprudentia ſumuntur.* 7. *Illuſtratur* l. 2. D. ad l. Aquil. 8 *Notatur ad eam emendatio.* 9. *Tit.* de exceptionib. ſive præſcriptionib. 10. L. inſtrumenta 5. C. de probat. 11. L. Jus Civile 6. D de l. & I. 12. *Longa diſputatione aggredimur* l. Quintus Mucius 10. D. de aur. & arg. leg. 13. *Disjunctio inter genus,* & *ſpeciem an reſolvatur in copulativam.* 14. *Communis ſententia ad* dict. l. Quintus, *refellitur.* 15. *Et alia Luſitani,* & *Emanuelis Coſtæ.* 16. *Et alia Cujacii.* 17. *Tradit Autor novam interpretationem.* 18. *Paraphraſis* dict. l. 10. *à numer.* 19. *Cum ſeqq. Expoſitiva disjunctio fuit* dict. l. 20. *Illuſtratur Paul.* in l. ea tamen 46. D. de leg. 3. 21. *Disjunctio inter genus,* & *ſpeciem reſolvitur in expoſitivam.* 22. *Species generi additur expoſitionis gratia.* 23. *Expenditur* l. in toto 80. D. de reg. jur. 24 *Generis univerſalitas per ſpeciem ſubſequentem reſolvitur.* 25. & 26. *Inde explicantur noviter reſponſa,* & *formula* dedi, aut donavi. 27. *Et* l. uxorem 41. §. codicillis 2. D. de leg. 3. *cum aliis.* 28. *Longe examinatur interpretaturque,* l. 1. D. de reb. dub. *quæ nova interpretatione donatur à n.* 29. *Disjunctio inter parum diſtantia collocatur.* 30. *Nec ſemper inter genus,* & *ſpeciem poſita expoſitiva erit,* & *quando.* 31. *Utiliſſimum ſane caput ad disjunctivarum cognitionem.*

1 JUvat, & expoſitivas disjunctiones attingere, quæ ad ſubdisjunctionem pertinent: & his, quæ proximo Capite peregimus, affines ſunt. Expoſitivæ namque frequentiſſimæ, tam Juriſprudentibus ſunt, quam Poëtis, & Hiſtoricis: ab earumque cognitione pendet cognitio elegantium lo-
2 corum utriuſque literaturæ. Disjunctio autem expoſiva illa eſt, quæ magis exponendi & declarandi, quam disjungendi eſt poſita; ita ut in ſubdisjunctivum genus cadat, cum utrumque in expoſitione comprehendatur, & copuletur: ut præclare ſubſequentia exempla declarant, Platonicique tituli (jam a nobis dati *Cap.* 3.) *Minos, vel de legib. Hipparchus, vel de lucri cupiditate: Amatores, ſive de Philoſophia: Theages ſive de ſapientia: Lyſis vel de amicitia: Theatus, ſive de ſcientia: Parmenides, ſive de ideis* & alii ſimiles, in quibus interſeritur disjunctio, ut magis exponatur, & declaretur præcedens verbum, ſeu titulus: ad quorum formam compoſuit alios Cicero, ſcilicet *Lælius ſeu de Amicitia: Cato ſeu de Senectute*, uti obſervat Donell. *in l. inſtrumenta 5. C. de probationib. Num.* 12. ad eandem expoſitivam pertinet *Alexander, ſeu Paris* (quod male Bartolus retulit ad augmentativam disjunctionem *in dict. l. ſi quis ita 30.*
3 *D. de auro, & argen. legato*) *Mars ſive Mavors.* & Cicero de Senectute in principio ſic intelligendus.

O Tite, Si quid ego adjuro, curamve levaſſo adjuro, pro adjuvero, uti Langius, A. Manutius, & alii ibi exponunt: ex quo expoſitiva eſt, *curamve levaſſo:* idem optimè *Lib.* 1. *Epiſtol.* 1. ad Q. Fratrem, *quapropter hoc te primum rogo, ne contrahas, aut demittas animum, neve te obrui tanquam fluctu, ſic magnitudine negocii ſinas: contraque erigas, ac reſiſtas, ſive etiam ultro accurras negotiis:* in quibus omnes disjunctiones expoſitivæ ſunt, & indicavit ibi Joan. Tiſſius. Et idem ad eundem fratrem: *nihil perturbatius hoc ab urbe diſceſſu; ſive potius turpiſſima fuga*, & pro Quinct. *O fortunatum hominem, qui hujuſcemodi nuntios, ſeu potius Pegaſos habet.* Sophocles in *Ajace v.* 178.

Ηὶα κλυτῶν ἐνάρων
Ψευσθεῖσα δώροις εἴτ' ἐλαφαβολίαις

Indignans forte victoriæ cauſa gratiam non eſſe relatam.

Vel ex inclytis ſpoliis eſſe.

& Verſ. 759.

ποῖον, τίν' οἶδας τοῦ ᾗ πράγματος πέρι.

Quid hoc eſt? aut quid ille hac de re ſcit?

Cultiſſimus Heliodor. *Lib.* 1. *Ætiop. Cap.* 2. (in loco aliàs difficili) ὅσον ἐπὶ ὁ πρυμνῆς τοῦ σκάφους ἢ τῆς καλίας προβαίνειν ἐπέτρεψε. *Ad extremum tantum navigii, ſeu domus procedere permittit.*

Sed inſignis pro noſtra ſententia eſt illa Georgii Trapeſuntii, tranſcripta ab Alphonſo Palentino *de conjunctione*, *Num.* 7. docte adſtruentis, & defendentis contra Grammaticos veritatem iſtam. Firmat ergo disjunctionem expoſitivam tunc habere locum, quando poſt interrogationem reſpondetur, quia tunc nihil aliud eſt, quam ſolutionem dare, ut in exemplis his, ab eo datis. *Cur cœna ſuperſediſti? Vel quia crudior adhuc eram: cur quotidie novos authores legis? Vel ut plura diſcam: cur hæc ſcribis? Vel ut invidos deprimam meos: Quare Cicero pro Milone cauſam dixit? Vel quia erat amicus Milo: vel quia occidit inimicum:* ſed perapto Ciceronis confirmat exemplo, cujus hæc ſunt verba. *Mirum me, inquit, deſiderium tenet verbis, incredibile meorum, atque imprimis ſocietas ante Provinciæ, vel quia videmur eam famam conſecuti, ut non tam acceſſio quærenda ſit, quam fortuna metuenda: vel quia totum negotium non eſt dignum viribus noſtris, quia majora onera in republica ſuſtinere, & poſſim, & ſoleam: vel quia belli magni timor impendet, quod videmur effugere ſi ad conſtitutam diem decedemus.* 4

Ciceroni addo Stat. Papinium 1. ſylvar. in equo Maximo.

Quæ ſuper impoſito moles geminata Coloſſo,
Stat Latium complexa forum? cælone peractum
Fluxit opus? Siculis an conformata caminis
Effigies, laſſum Steropem, Brontemque reliquit?
An te Paladiæ talem Germanice nobis
Effinxere manus?

Vera hæc ſunt, ſed Trapeſuntius errat, dum expoſitivam interrogationi, & reſponſioni reſtringit 5
contra ſuper præmiſſa exempla, & autoritates: format enim eam loquentis voluntas, & ſermonis 6
ratio, diſpoſitioque: utque ex ſequentibus apparebit, & prædocuit P. Gilken. in *l. ubi pactum* 40.

C. de

C. de tranſaction. Num. 8. *l. ſæpe, D. de verb. ſi-
gnific.*

7 Si vera, utiliaque ſunt iſta ad vinctos, & ſolu-
tos autores, non minus reperiemus apud Conſul-
tos noſtros, à cujus expoſitivæ cognitione cogni-
tio pendet multorum Jurium, & rectæ ſententiæ
penetratio. Dabo exempla, ſi non multa, diffi-
ciliora forte, & quæ lucem imò facem præferent
8 reſponſis aliis. Caput primum Legis Aquiliæ, a-
pud Gajum in *l.* 2. *D. eod. tit.* illuſtrabitur ex do-
ctrina noſtra in verbis illis. *Qui ſervum ſervamve,
alienum alienamve, quadrupedem, vel pecudem, in-
juria occiderit.* Nemo in quæſtionem reducere po-
terit, in illis *quadrupedem, vel pecudem*, disjunctio-
nem expoſitivam non eſſe, alias in primo Capite
legis Aquiliæ omnes quadrupedes comprehenderen-
tur, contra *dict. l.* 2. *§. fin.* uti prædocuit Alciat.
in *l. ſæpe de verb. ſignificat.* P. Gilken. *ſup. dict. l.
ubi pactum*, & præſenſit Accurſius, & alii Antiqui
9 cum eo. Undè non ſero emendationem eruditi
viri D. Joan. Suarez in novo proſtanti Commenta-
rio, docto ſane, *ad l. Aquil. Lib.* 1. *Cap.* 1. *à
Num.* 3. nam præter quod recepta lectio ſit apud
Calvinum, A. Auguſtinum, Hotomanum, & alios
collectores legum. Τὸ *quadrupedem vel pecudem*,
nihil aliud operari quam τῷ *quadrupedis* expoſitio-
nem: quaſi diceret, *quadrupedem*, ſcilicet *pecu-
10 dem.* Eadem inſeritur expoſitiva in *tit. C. de ex-
ceptionibus, ſive præſcriptionibus*, nam cum excep-
tio, & præſcriptio idem ſit: expoſitionis cauſa τὸ
præſcriptio, adjectum fuit, prævidente J. Cujacio
11 *in Paratit. ad illum titul.* Quid illa reſcripti? in *l.
inſtrumenta* 5. *C. de probationibus*, perſpicua eſt,
inſtrumenta (Cæſares reſcribunt) *domeſtica, ſeu pri-
vata teſtatio, ſeu adnotatio, &c.* idem eſt privata
teſtatio, & adnotatio *l. exemplo* 7. *C. eod. tit. l.
fin. C. de conveniendis fiſci debit. Lib.* 10. & non a-
lia de cauſa eadem res duplici verbo geminata eſt,
& interpoſita disjunctio, quam expoſitionis majo-
ris gratia, uti graviter *in Commentario ad eandem le-
gem* expoſuit Hugo Donellus *Num.* 12. & ejus
12 ſententiæ adhærens P. Gilken. *Num.* 1. Ad ean-
dem redigo normam Ulpiani reſponſum in *l. jus
civile* 6. *D. de Juſtitia, & jur.* ibi: *Jus civile eſt
quod nec in totum à naturali, vel gentium recedit*,
disjungit à naturali jus gentium Conſultus, cum
naturale jus gentium ſit, & è contra, *§. ſingulo-
rum, Inſt. de rerum diviſion. l. cum amplius, §. is
natura, D. de reg. Jur. l. omnes* 9. *D. de Juſtitia,
& Jur.* Quæ ſententia Donelli fuit, qui eximie
elaboravit eam, & inſtruxit *Lib.* 1. *com. Cap.* 6.
& alii ab Oſvald. ibi congeſti. Præcipuè, ſi ani-
madvertamus Conſultum ibi per comparationem
Civilis, & naturalis Juris non proponere brutorum
naturale jus (ſi id jus eſt) ſed naturale hominum.
Neceſſario ergo disjunctio illa expoſitionis gratia
adjecta fuit, ut fecit Juſtinianus *dicto §. ſingulorum*,
ibi: *Quod, ſicut diximus, appellatur jus gentium*,
& Conſultus *dict. §. is natura.* Nam quod opponi
poteſt *de l.* 1. *§. jus naturale* 3. *D. de juſt. & jur.*
ample docteque ſatisfactum à Donello eſt *dict.
Cap.* 1. & aliis hujus opinionis Autoribus. Quid
illa ſubdisjunctio Ulpian. *in l.* 3. *D. de legitim. tu-
torib.* ibi: *Specialiter, vel nominatim*, cum idem
utrumque ſit? latè alibi obſervavi.

Cuncta iſta permovent multum, ut difficile ag-
grediar reſponſum Pomponii, notantis, aut inter-
13 pretantis Q. Mutii Scævolæ ſententiam *in l. Quin-
tus Mutius* 10. *D. de auro, & argent. legat.* tenta-
tum valde ab Interpretibus noſtris. Tentarunt
equidem Interpretum aliqui noſtrorum, & gra-
viſſimi, certam facere concluſionem: disjunctivam
genus interpoſitam & ſpeciem reſolvi in conjun-
14 ctam: hi fuerunt Accurſius, & Bart. *dict. l. Quin-
tus Mutius*, Paulus de Caſtro *in l.* 1. *D. de reb.
dub. Num.* 4. & ibi Joannis Legionenſ. *Num.* 5.
Covarr. *Lib.* 2. *var. Cap.* 5. *Num.* 10. Alciat. *in
l. ſæpe, de verbor. ſignificat. Num.* 10. *& in l. ſi
quis major, Num.* 10. *C. de tranſact.* Nicol. Eve-
rard. *Topicorum, loco à natura alternat. Num.* 11.
qui pro ſua ſententia hoc Pomponii reſponſum in-
ſerunt. Nulla via, ni imaginaria; talem ſenten- 15
tiam adiſcemur à Pomponio, nam ſi judicium
ſuum librant in illis verbis, *vas, aut veſtimenta,
aut quæ uxoris cauſa parata ſunt:* cadit judicium, &
falſum inſerunt, cum verba iſta ex parte omni
genus contineant, in quo fundamentum fecit
Pomponius, æque veram eſſe Quint. Mutii ſen-
tentiam, reſolventis, quod in hoc legato veni-
rent ſolum vaſa, & veſtimenta, non communis
uſus filiorum, aut teſtatoris, & uxoris quæſita;
ſed ipſiuſmet uxoris ſolummodo. Τὰ autem *quæ
uxoris cauſa parata ſunt*, abnegabit nemo genera-
liſſima eſſe. Expreſſus eſt idem Pomponius in verſ.
nam ſi generaliter, & Ulpian. *l. hoc legatum* 45. *D.
de leg.* 3. Ubi autem, libentiſſimus rogarem, do-
ctiſſimi viri inveniant ſpeciem in legato iſto? Cui
nec via aliqua, obliqua quamvis, accomodari po-
teſt, imo obruit, & confundit verborum genera-
litas, & quod præcipuè in conſideratione eſt,
quod ſi disjunctio in hac *lege Q. Mutius* in con-
junctam reſolveretur, neceſſario reſponderet Pom-
ponius, in ea ſpecie legati Q. Mutii ſententiam
conſiſtere non poſſe: nam copulativa adjecta il-
lis, *quæ uxoris cauſa paravi* legatum auget *l. ea ta-
men* 46. *D. de leg.* 3. & ſic venirent veſtimenta
communia uxori, & liberis, atque ipſi patrifami-
liàs, quod negant Pomponius, & Mutius, nam
(ſi attente videmus) expoſitiva diſtat à copulati-
va. Merito ergo ſententia, & Interpretatio So-
cinn diſplicuit in *l. ſi is qui ducenta, §. utrum, D.
de reb. dubiis*, & Ludovico Luſitano *in l.* 1. *eod.
tit.* & Emanueli Coſtæ *Lib.* 1. *ſelect. Cap.* 4. quid-
quid adverſus Luſitanum conetur Covarr. *ſup.* de-
ferens defenſionem Pomponii *d. l. Q. Mutius.*

Luſitani, ſcilicet Ludovicus, & Emanuel pro- 16
xime dati, in aliam conveniunt ſententiam verſic.
Plane, dict. l. Q. Mutius, verba Pomponii eſſe,
non Teſtatoris; quia cum Conſultus ad Q. Mutii
Scævolæ ſententiam ſubdidiſſet reſtrictionem, &
Interpretationem, per varios caſus, pro majori
enodatione concludit, Mutii ſententiam obtine-
re, quando aut vas legatum eſt uxori, aut veſti-
menta legata ſunt: aut legatum continet, quæ
uxoris cauſa parata ſunt. Subtiliter equidem in-
ventum, ſed falſum; & quod littera reſponſi ex-
pellit longe. Juvat formæ diverſitas litteræ (quam
nos *baſtarda* dicimus) omnibus Codicib. recepta,
ſignum, aut demonſtratio verborum teſtantium,
aut contrahentium, non Juriſconſulti, ut Taurel.
& alii notarunt. Sed roborant maxime verba illa,
ſi ita legatum fuerit, quæ convincunt verba Te-
ſtatoris eſſe, cum formula receptiſſima Conſultis
fuerit, dum verba legati referunt, ut ſupra in eo-
dem Pomponii reſponſo ſcriptum eſt: & in toto
noſtro Jure Civili frequentius nihil. Nec minus
juvat particula *tunc*, ejuſdem verſic. *Tunc æque
erit vera Q. Mutii ſententia*, quæ dictio caſum di-
verſum à primis, & ſpecialem demonſtrat: & id
certiſſimum eſt, & ſequendum, cum legati for-
mula longe alia ſit à præpoſitis: præcipuè ſi con-
ſideramus Pomponium notare Q. Mutii ſenten-
tiam, & per varias theſium ſpecies enucleare eam,
inter quas credere debemus iſtam in verſ. *plane*,
propoſuiſſe: ego ſane ſic credo.

Liceat mihi, carmen proverbiale Naſonis in 17
doctiſſimum virum I. Cujacium retorquere, *incidit
in Scyllam cupiens vitare Carybdim*, qui dum *Lib.* 10.
Obſervat.

Obſervat. Cap. 17. percurrit reſponſum noſtrum,
emendat verſ. *plane*, delet disjunctivam, & au-
get, *vaſa*, ne utique rationem legandi ſuper va-
cuo Pomponius inculcare videretur (ut ipſe in-
quit) genera enim diſtinguit diverſa Cujacius:
unum conſtituit ſummum, *quæ uxoris cauſa parata
ſunt*, aliud limitatum, *vaſa aut veſtimenta quæ u-
xoris, &c.* primum genus ſummum ad legis prin-
cipium refert: ſecundum ad finem, id eſt verſicu-
lum *plane*, ut utroque caſu Mutii ſententia conſi-
ſtat ex Pomponii interpretatione. Nunquam in
feliciore ave Cujacii prorupit acumen, nam præ-
terquam ſit emendatio nimis cruentum remedium,
& nunquam approbandum, niſi ad mortales
morbos, non congruit Cujacii mens, aut opinio
Pomponii verbis: non enim ſummum genus in
exordio reſponſi proponitur, ſed ὑπαλλον ſcilicet
vas, aut veſtimentum, aut quippiam aliud ita lega-
tum, *quod ejus cauſa emptum, paratumve eſſet.* Ani-
madverte integram legati contexturam, & relati-
vum, *quod*, & quod Pomponius ſubſequenter
ſubdit ibi: *Sed quod Q. Mutius demonſtrat, vas,
aut veſtimentum, aut quid aliud*, & admiraberis
tanti viri incuriam, cum pluſquam certum ſit,
tractaſſe Mutium legatum vaſis, aut veſtimenti,
uxoris cauſa parati. Quod cum ita ſit Cujacii
emendatio inculcat reſponſum, & frigide Pom-
ponium repetere, & reſolvere reſolutum dat:
qui quidem dum tacite corrigit, & fugit Luſita-
ni & Coſtæ intellectum, incidit in eundem.
Jam enim Pomponius prædixerat, ad ſententiam
Mutii ſufficere, quod generaliter legaretur, in
verſ. *Sed quod* cum reſpectu ad legatum vaſis, &
veſtimenti, uxoris cauſa parati, ad quid ergo ſub-
volveret conſtanter reſolutum? decet, utileque
eſt, aliorum errores patefacere: quamvis labo-
rem iſtum non probet A. Govean. *Libr.* 1. *de Ju-
riſdictione in principio adverſus Baronem*, nam aliter
in eos, nondum apertos, tanquam in latentia re-
tia incidunt incauti, quæ quidem jam prævisa
non fallent.

18 Poſt tam diſcrepantia judicia, æquum erit ut
noſtrum offeramus, an forte felicius, an certius,
judices nonnos doctos. Judico mehercle disjun-
ctionem, *aut*, *quæ uxoris*, &c. verſiculi. *Plane*
in expoſitivam reſolvi, non quia inter genus, &
ſpeciem ſit, quia non ſane eſt (ut tantum erro-
rem jam repuli) ſed quia ſic Teſtatoris arbitrium
tulit, & Interpretatoris Pomponii judicium re-
ctaque ratio Juriſprudentiæ. Quibus cunctis ſi
intellectum noſtrum conſtare probavero, actum
erit de Pomponii reſponſo, ſama & re difficili: in
abdito enim ejus veritas, aut ſopita, aut ſepulta
19 jacebat. Libemus totius reſponſi contexturam.
Q. Mutius reſpondit, legatum uxori relictum ſic,
*lego uxori vas, aut veſtimentum, quod ejus cauſa
emptum paratumve ſit*, ſolummodo complecti va-
ſa, aut veſtimenta uxoris cauſa quæſita, empta-
ve, non alia communis uſus, & Teſtatoris, &
liberorum. Subintrat Pomponius Mutianum reſ-
ponſum, & dirigit regula iſta, quod procedat
in legato generali, *quæ uxoris cauſa parata ſunt*:
ſecus in ſpeciale, veluti, *lego uxori purpuream il-
lam veſtem, quæ ejus cauſa empta, paratave ſit*, quam-
vis ea demonſtratio falſa ſit, nec veſtis empta,
vel parata ſit uxoris cauſa, ſuſtinebitur nihilo-
minus legatum, quia cum de re certa conſtet, de-
monſtratio falſa non legatum abſorbet. Addit
Pomponius in verſ. *Plane*, ſpeciem aliam longe
diverſam, per alternativæ interpoſitionem, ſci-
licet quod ſi ita legatum fuerit, *vas, aut veſtimen-
ta, aut quæ uxoris cauſa parata ſunt*, æque vera ſit
Q. Mutii Scævolæ ſententia, ut in hoc legato
veſtimenta comprehendantur, ſoluſmet uxoris
cauſa parata. Voluntas autem Teſtatoris prælu- 20
cet, disjunctivam iſtam expoſitivam eſſe: nam
credendum eſt, τὸ *quæ uxoris cauſa*, per disjun-
ctionem ſeparaſſe ab aliis, in legato comprehen-
ſis: tanquam decernentem, cætera in legato con-
tenta, in illis per disjunctionem ſeparatis reſolvi:
quod proprium expoſitivæ eſt. Nec minor eſt
Juriſprudentiæ ratio, nam quotieſcumque τοῦ *quæ
uxoris cauſa, &c.* disjunctiva additur, cenſetur
factum minuendi legati gratia, & ut totum lega-
tum in id, quod uxoris cauſa paratum ſit, reſol-
vatur. Teſtem omni fide majorem produco Julium
Paulum in *dict. l. ea tamen* 46. *D. de leg.* 3. tran-
ſcribo verba *ex Lib.* 2. *ad Vitellium*, certant om-
nino pro noſtra, & in aliorum ſententias. *Ea* 21
*tamen adjectio legatum aliàs exiguius, aliàs plenius
efficiat; augetur, cum ſic ſcriptum eſt, quæque ejus
cauſa parata ſunt, id enim ſignificat, & ſi quid præ-
terea quæ dicta ſunt ejus cauſa paratum eſt; minuitur,
detracta conjunctione, quia ex omnibus ita comprehenſis
ea ſola definiuntur, quæ ejus cauſa parata ſunt.* Pla-
ne mihi perſuaſum habeo, percelebrius nullum
reſponſum in cuncto Jure Civili inveniri poſſe,
pro Pomponii reſponſo confirmando, nec non
recta Interpretatione noſtra. Quotieſcumque
enim (inquit Paulus) disjunctiva huic legato ad-
ditur, factum eſt, ut ex omnibus in legato com-
prehenſis, ea ſola intelligantur diffinita, & reli-
cta, quæ ejus cauſa parata ſunt. En expoſitiva
disjunctio: videat doctus, quam merito primæ
ſpeciei Pomponius iſtam addiderit: nam ſi in pri-
ma, ſine conjunctione, & disjunctione propoſita
veniunt veſtimenta, aut vaſa ſolummodo uxoris
cauſa parata: multo magis quando disjunctio in-
tervenit: quæ in disjuncta, propria penetrata na-
tura, perficit, ut integra legati verba exponan-
tur, & reſolvantur, ut perelganter inquit Pau-
lus. Inde Pomponius, *Plane*, ſcripſit: id planum
atque indubitabile eſſe, verborum, & alternati-
væ natura perſpecta: & illationem ad ſpeciem
ſecure fecit, quando disjunctio clauſulæ *quæ uxo-
ris cauſa, &c.* appoſita eſt. Quæ ſpecies longe diſ-
ſimilis eſt à præſcripta à Mutio in principio le-
gis, & ad quam ſic merito Pomponius illationem
fecit, utpotè ille, qui ſententiam Scævolæ tracta-
bat, diſentiebat, & perdocto intellectu donabat.
Non ergo disjunctio iſta in copulativam converti-
tur, quia inter genus, & ſpeciem jaceat, ſed in
expoſitivam; quam diſponit ipſa tacita volun-
tas Teſtatoris, ipſaque recta Juriſprudentiæ
ratio.

Hæc omnia non contendere præcaveo, ut ne- 22
gem, inter genus, & ſpeciem disjunctivam poſi-
tam in expoſitivam reſolvi: id libenter fateor,
nam præcipue expoſitiva ſic obtinet. Si enim ge-
nus continet totum, pluresque ſpecies ſub ſe, ut
perquam notum eſt, ſi generi addimus ſpeciem,
non alia mente facere videbimur, quam ut to-
tum genus in ſpeciem illam reſolvatur, inepte
aliàs ſubderetur ſpecies, jam in ipſo genere com- 23
prehenſa, niſi expoſitionis gratia: nam ut docuit
Quintil. *Lib.* 8. *orator. C.* 6. *genus cum dividatur
in ſpecies, nihil habeatur proprium*, & ſic cum ſpe-
cies per disjunctivam additur, quæ efficit, ut
genus nihil proprium operetur; ſed tota illa ſub-
ſtantia, & generalitas ſejungatur, & reſolvatur
in ſpeciem proximam: voluiſſe ſpeciem, creden-
dum eſt, diſponentem enim à genere eximere,
P. Gilken. in *l. ubi pactum* 40. *num.* 8. *C. de
tranſact.* ultima autem ſpecies continet cauſam
ſecundum eundem Quintilian. *Lib.* 7. *Cap.* 2.
Orat. Nam cum à genere per disjunctionem per-
venimus ad ſpeciem in legato, ſpecies illa cau-
ſam legati continet, quod valde illuſtrat Papinia-
ni

24 ni ſententiam *Lib.* 33. *quæſt. in l. in toto* 80. *D. de reg. Juris, in toto Jure generi per ſpeciem derogatur, & illud potiſſimum habetur, quod ad ſpeciem directum eſt*, illud ergo quod dirigitur ad ſpeciem, & ſpeciem continet, ſemper ſpectandum eſt; quamvis ampliſſimum genus præcedat, & inſtet, uti innumerabilibus exemplis præter ordinarios regulam iſtam illuſtravit P. Faber ibi, & non minus erudite P. Peckius in *reg. generi* 34. *de reg. Jur.* 25 *Lib.* 6. *quia generis univerſalitas* (ut verba P. Greg. uſurpem *Lib.* 2. *art. mirab. Cap.* 9.) *per ſpeciem reſtringitur in ſpeciali ut de alia ſpecie quam de propoſita non fiat mentio: & fit quædam generis in eo limitatio.* Et ſic reſolvit idem *ubi proxime Cap.* 8. *num.* 8. quod reſtringitur genus ratione idoneæ materiæ, quæ ſubdita eſt generali pronunciationi *arg. l. ut gradatim* 11. *D. de muneribus, & honor.* 26 Bald. *in l.* 1. *C. de fide inſtrum. num. fi.* Semper enim niſi omnino contrarium conſtet, exiſtimandum eſt, perventum eſſe ad ſpeciem, ut totum in ea genus concludatur, reſolvaturve. Hoc axiomate pervenimus ad notionem tex. in *l. ſæpe de* 27 *verbor. ſignificat.* ibi: *Quod dedi, aut donavi utraque continemus, l. Lucius Titius* 88. *de legat.* 2. *Lucius Titius teſtamento ita cavit. Si quid cuique liberorum meorum dedi, aut donavi: aut in uſum conceſſi*, bene Gotofred. *dict. l. ſæpe. Hæc disjunctiva cauſam dationis exprimit, quaſi diceret, quod ob cauſam donationis dedi.* In τῷ *dedi*, genus continetur, quod reſolvitur in expoſitionem, donavi, aut in uſum 28 conceſſi. Nec minor elegans expoſitiva eſt in *l. uxorem* 41. *§. codicillis* 2. *D. de leg.* 3. ibi: *Niſi ſi quos quaſve ad uxorem meam teſtamento pertinere volui, vel ei nominatim legavi, legavero:* en disjunctiva, *vel*, inter genus, ſcilicet *pertinere volui*, & ſpeciem, *ei nominatim legavero* poſita, in expoſitivam legati nominatim facti reſolvitur, ſic & in *§. Agri.* 9. *ejuſdem legis*, ibi: *Eam agri plagam, partemve ejus, l. quidam* 30. *de leg.* 2. ibi: *Si non apparet aliam fuiſſe voluntatem, aut ex magnitudine ejus pecuniæ; aut ex mediocritate facultatum.*

29 Hinc neceſſariam præſtamus lucem Papiniano in *l.* 1. *de rebus dubiis*, credo conſtanter, apud Interpretes noſtros ſemper delituiſſe. Hotomanus *Libr.* 1. *Obſer. Cap.* 3. & 1. *Amicabil. Cap.* 10. emendat: contra quem cuncta ſcholaſticorum ſchola conjuravit, Cujacius 8. *Obſerv. Cap.* 25. Angel. Matthæac. *Lib.* 2. *de via & rat. Jur. C.* 4. *n.* 11. Donel., Æguinar. Baro., Roſard., J. Legionenſis, Gothofred. ad iſtam legem, & antea J. Robert. *Lib.* 2. *recept. Cap.* 6. Oſvald. ad Donel. *Lib.* 8. *com. Cap.* 19. *litt. N.* præter alios antiquos à Legionenſi relatos, neſcio quid comminiſcuntur fundi duplicis Mæviani, quorum unus ſpecialis erat: & alter ſub ſe alios continebat fundos, contra expreſſam reſponſi contexturam ſuppoſitum. Papinianus enim proponit legatum fuiſſe Mævianum fundum, aut Sejanum Titio: naſcitur inde difficultas, quia *univerſa poſſeſſio plurium prædiorum ſub appellatione fundi Mæviani rationibus demonſtrabatur.* Non ergo alia fuit difficultas, ſi Teſtator ſcilicet haberet ſpecialem fundum Mævianum, & univerſalem: cum ſtatim nullo alio propoſito Papinianus reſpondeat, *non videri cætera prædia legato voluiſſe defunctum cedere.* Quæ verba ſatis ſuperque exprimunt, non aliud à Papiniano quæſitum fuiſſe, quam ſi per ſpeciem præſcripti legati univerſalis illa prædiorum poſſeſſio legatario cederet; an ſolummodo Sejanus fundus, qui etiam ſub univerſa prædiorum poſſeſſione fundi Mæviani comprehendebatur, ut demonſtrant illa verba legati ſpeciei ſubjecta, *cum univerſa poſſeſſio plurium, &c.* cujus rei incogitantia in varios errores disjecit Interpretes, & compulit, ut alium ſpecialem fundum Mævianum excogitarent; cum Conſultus unum ſolum proponeret Mævianum univerſalem. Non cedunt ergo cætera prædia in Mæviano contenta, *ſi fundi Sejani pretium à fundi Mæviani pretio non magna pecunia diſtingueretur.* In hoc equidem cum Hotomano convenio, fundum Mævianum, qui in his poſtremis verbis refertur, univerſalem eſſe, non illum ſpecialem, ſpurium, & falsò ſuppoſitum Papiniano. Neceſſariò enim ſic percipere debemus, ſi antecedentia verba reſponſi expendimus, & metimur. A quo quidem ultimo verſiculo rectam noſtram interpretationem elicio: ea eſt, quod cum per disjunctionem legaſſet Teſtator fundum Mævianum generalem, & univerſalem; aut Sejanum fundum, iſta disjunctio potius expoſitiva judicari debet, quam recta disjunctiva; quaſi diceret Teſtator: lego fundum Mævianum, eam ſcilicet partem, ſeu fundum, qui Sejanus dicitur, & ſub appellatione Mæviani comprehenditur, ex regula ante data. Nam regulariter cum ſpecies generi additur per disjunctionem (ut in hoc caſu, & aliis à me præſcriptis) univerſale, ſeu genus in ſpeciem reſolvitur: ut merito, & ſubtiliſſime Papinianus reſpondeat, cætera prædia non venire in legato, niſi tantummodo ſpecialem fundum Sejanum, ſpecialiter deſignatum, & ſpecialiter ab illa univerſitate prædiorum fundi Mæviani exemptum; & quod ſic voluerit Teſtator, elegantem conjecturam Conſultus quærit, & proponit: ſi pretium fundi Sejani tantum erat, ut non magna pecunia ab univerſo fundo Mæviano diſtingueretur. Nam cum disjunctio collocatur, ſemper inter parum diſtantia, & in æqualia, ut Gothofred., Cujac., Oſvald. & alii ſupra relati affirmant, & antea prædocuerunt Jaſ. *in l. quominus* 30 *de fluminib. num.* 100. & *in l. qui filiab. num.* 4. *de leg.* 1. Gratus. 1. *vol. reſp.* 13. *num.* 36. Decius *part.* 2. *conſ.* 317. *num.* 5. & *part.* 3. *conſ.* 410. *num.* 27. Alciat. *reſponſ.* 491. *n.* 5. & Cujac. *in l. hæc verba* 124. *de verbor. ſignificat.* Madera *Cap.* 20. *animadv.* Juſta Teſtatoris voluntatis conjectura Conſulto fuit, fundum Sejanum addidiſſe per disjunctionem expoſitivam Teſtatorem, ut ille ſolus, & non cætera prædia ſub appellatione fundi Mæviani comprehenſa, in legato veniret: æqualitas enim illa pretii inducit maxime, ut Teſtatorem voluiſſe credamus, ſolum Sejanum legaſſe: quid enim aliud eſt, *lego fundum Mævianum, aut Sejanum:* quam illa, *Alexander, ſeu Paris: Cato ſeu de Senectute, Lælius ſeu de Amicitia.* Elegantiſſimus loquendi modus quem alte præcaluerunt Juris noſtri Autores, ſic legare, fuit: *fundum Mævianum, ſeu Sejanum lego*, cum Sejanus & alia prædia ſub appellatione Mæviani venirent: cum ſcilicet, qui Sejanus dicitur, lego. Aliàs enim ſi univerſitas prædiorum Mæviana, & Sejanus ſpecialis, pretio longe diſtarent, non recte perſuaderemur per expoſitionem disjunctivam fundum Sejanum addidiſſe Teſtatorem; qualiter enim exponeretur genus, ſeu univerſitas per aliud longe diſſimile, diverſum, & inæquale. Nec ideò ſemper inter genus, & ſpeciem poſita expoſitiva erit, ut *in l. ibi pactum* 40. *cum ſeq. C.* 31 *de tranſaction.* (uti diximus *Cap. præcedenti ad finem*) id enim procedit ex ſententia, jam à nobis aſſerta Capite iſto, & tradita ab ipſo P. Gilkenio *dict. l. ubi pactum* 40. qui cum ſenſiſſet legem illam de pacto, & tranſactione loqui, movit *n.* 2. difficultatem, de quo pacto lex intelligenda foret, & ſolvit *n.* 8. quod quamvis verum eſſet inter genus, & ſpeciem disjunctionem poſitam in expoſitivam reſolvi, id tamen accipiendum,

dum, modo appareat de voluntate proferentis, qui voluit ſpeciem à genere eximere: iſta enim totam hanc machinam ſurſum deorſumque fert, & trahit. Et hæc de expoſitiva conditione, huc uſque, quod ſciam, non plene ab Interpretibus noſtri Juris nec feliciter tentata.

C A P. XIII.

Tota diſquiſitio, qualiter utraque res alternata in obligatione ſit, una autem ſola in ſolutione à num. 1. *cum ſeqq. Dux quæſtionis Paulus* in l. ſi duo 128. D. de V. O. 2. *Utraque res in obligatione, & 3. & ſeqq. Hinc explicatur Ulp.* in l. cum quærebatur 13. D. judicatum ſolvi. 4. *Et latius* in l. miles 6. §. 1. D. de re judicat. 5. *Noxæ deditio ex facultate legis deſcendit.* 6. *Noxali judicio condemnatus deditione noxæ non poteſt officio Judicis liberari.* 7. *Inde interpretamur reſponſum Juliani* in l. non quocumque 82. §. fin. D. de leg. 1. 8. *Et Papiniani alterum* in l. illud, aut illud 25. D. de conſtit. pecun. 9. *Et aliud Venuleii* in l. eum qui 138. D. de V. O. 10. *Damas alternative promiſſus, & qui offerebatur, ſi mortuus fuerit, non poteſt agi ex ſtipulatu.* 11. *Aliud quando nulla mora, aut culpa ſtipulatoris fuit.* 12. *Idem ſi tempore ſtipulationis fuiſſet.* 13. *Idem admittimus in legato.* 14. *& in emptione.* 15. *Ex his illuſtratur Julian.* in l. cum is qui 32. D. de condit. indeb. 16. *Recte varia diſcutiuntur reſponſa, quæ in alternativis aliquando duo legata conſiderant, aliquando unum.* 17. *Sed quando omnia præſcripta limitentur.* 18. *A quibus omnibus graviſſima Juris reſponſa certam lucem accipiunt.*

CUM disjunctiva, & ſubdisjunctiva: ea quæ
ſcilicet mihi viſa ſunt electa, & Paralipo-
mena, non negligenter (ut mea fert opinio) diſ-
cuſſerimus: juvat agere qualiter disjunctæ res in
1 disjunctione ſint, & obligatione ligatæ: inde va-
ria pertranſibimus reſponſa, inter multa ſetiemus
pacem: & tanquam ſub certo regulæ duce mere-
2 bunt multa. Multus mihi ad conficiendum iter
dux ſit J. Paul. *Lib.* 10. *q. in l. ſi duo* 128. *D. de
V. O.* in illis verbis: *quia utraque res ad obligatio-
nem ponitur, non ad ſolutionem*; axioma conſtituens,
in disjunctiva obligatione utramque rem conne-
cti obligatam, ſed unam tantum ſolutioni deſtina-
3 ri. Quis recedet ab iſto ſecuro itinere? Quis
transfugiet à tanto duce? Neutiquam ego ſane,
ſed proſequens viam, & vexillum defendam: pro
eo concitabo in manum Juriſprudentum præclara
aliorum reſponſa. Eſt ſane utraque res in obliga-
tione, una vero ſola in ſolutione. Sub quo prin-
cipio Ulp. intelligendus *in l. cum quærebatur* 13.
D. Judicat ſolvi, ibi: *Altera cauſa enim, non utra-
4 que inhæret ſtipulationi*: præloquitur autem Conſul-
tus de effectu ſtipulationis illius, *ſi navis ex Aſia
venerit, aut ſi Titius Conſul fuerit*: Undè reſolvit,
quod ſi ex priori cauſa committatur ſtipulatio, ex
altera quamvis exiſtat conditio, amplius non com-
mittetur: nam quamvis à principio ambæ condi-
tiones comprehenſæ in ſtipulatione fuiſſent, ta-
men cum reſpicimus ſtipulationis effectum ſolu-
tionem, una ex disjunctivis conditionibus in con-
ſideratione eſt, non utraque. Sed majorem lu-
cem offeret huic quæſtioni reſponſum aliud Ul-
5 piani *in l. miles* 6. §. 1. *D. de re judicata*, in-
quit: ptimo condemnatum, *decem, aut noxæ de-
dere*, in decem ſolummodo teneri judicati actio-
ne; cur ita, ſi per disjunctionem in ſententia de-
cem, & noxa conjuncta ſunt? ex regula enim
noſtra utrumque eſt in obligatione, cum utrum-
que in ſententia ſit: ergo in ſolutione alterum de-
6 bebat eſſe diſpoſitum; non decem ſolum. Vera
mehercle eſſent iſta, ſi noxa, & decem ex ſen-
tentia venirent, veniunt autem ex judicato de-
cem ſolum, & noxa ex facultate legis: *faculta-
tem enim noxæ dedendæ ex lege accipi*, dixit Ulp.
dict. §. 1. *Actionis enim noxalis poteſtas hæc eſt, ut
ſi damnati fuerimus, liceat nobis deditione ipſius cor-
poris, quod deliquerit, evitare litis æſtimationem*,
verba Caji ſunt *in l.* 1. *D. de noxa ib. act.* præſtat
enim lex facultatem eam, ut noxalis deditio ſub-
ſidiaria ſit litis æſtimationis: quod in tantum ve- 7
rum eſt, tamque religioſe à prudentibus obſerva-
tum, uſque in ſuperſtitionem eſt, (ſit mihi fas
ita loqui) ut noxali judicio condemnatus dedi-
tione noxæ non poſſit officio Judicis liberari:
quid majus? rationem præbuit Ulp. in *l. item ve-
niunt* 20. §. *idem recte ait* 5. *D. petit. hered. Quia
tandiu quis habet noxæ dedendæ facultatem, quandiu
judicati conveniatur*, ut per noxæ deditionem, exe-
cutionem judicati fugiat. En quantum abeſt
noxæ deditio à ſententia! ſic ergo non mirum
eſt, Ulp. *in d. l. miles*, §. 1. ſcripſiſſe, judica-
ti in decem ſolum teneri, quamvis disjunctive de-
cem, & noxa in ſententia fuerint comprehenſa,
quia tunc utrumque alternatum in obligatione eſt,
quando ex poteſtate diſponentis in actum, &
obligationem utrumque poteſt deduci; quod defi-
cit in noxali condemnatione. Unde elegantiſſi-
me infert Ulp. in *noſtro* §. 1. quod ſi quis ſtipu-
latus ſit, *decem, aut noxæ dedere*, non poterit de-
cem petere, quia noxa, & decem per contra-
ctum, & contrahentium poteſtatem in obligatio-
nem fuerunt deducta, *quia* (verba Ulp. ſunt) *in
ſtipulatione ſingula per ſe veniunt, eaque ſingula ſe-
paratim ſtipulari poſſumus*, quaſi diceret, ſingula
obligantur, & obligare poſſumus: *at judicium*
(procedit Conſultus) *ſolius noxæ deditionis nullum
eſt, ſed pecuniariam condemnationem ſequitur, & ideò
judicati decem agitur: his enim ſolis condemnatur:
noxæ deditio in ſolutione eſt, quæ è lege tribuitur*,
quod reſponſum præclariſſime intellectui allucet,
ut disjunctivæ obligationis naturam, & ſubſiſten-
tiam penetremus. Ex quibus certo jactu attin- 8
gimus album reſponſi Julian. *in l. non quocumque*
82. §. *fi. D. de leg.* 1. in quo ſi duorum teſta-
mentis Stichus aut Pamphilus mihi legati fuiſſent
ſubdisjunctione, in utroque (ut recte animad-
vertit Accurſ. *ibi*) poſſim Stichum ex uno, &
Pamphilum ex altero accipere, quia eum ex una
diſpoſitione

diſpoſitione non capiatur utrumque, ſed ex di-
verſis; ratio ſolutionis uniuſcujuſque legati at-
tenditur. Tunc enim noſtra ſententia conſiſtit,
quando Stichus, & Pamphilus alternatus eſt in
unica diſpoſitione legati, ſeu ſtipulationis; ſi
vero diverſæ ſunt, & à diverſis cauſis disjun-
ćta procedant, utriuſque rei non conſiſtit obli-
gatio, ut in noxali judicio: nec acquiſitio utriuſ-
que prohibetur, *ut in noſtro §. fin.*
9: Ex primo aſſerto principio Papinian. reſpon-
ſum derivatur *in l. illud, aut illud* 25. *D. de
conſt. pecunia*, quæritur ergo à præclariſſimo vi-
ro, quod cum illud, aut illud quis deberet, &
alterum ſolvere conſtituiſſet, an poſſet ſolvere
alterum, quod non conſtituerat ſolvere? & reſp.
*non eſſe audiendum ſi velit bodie fidem conſtitutæ rei
frangere*, quamvis enim utrumque eſſet in obli-
gatione, & alterum poſſet ſolvi (ut ſupponit
Conſult.) nihilominus tamen nova conſtitutione
adſtringitur ad illius ſolutionem, quod promi-
10 ſit. Quibus aptiſſimum reſponſum aliud Venu-
leii eſt *in l. eum qui* 138. *D. de verb. O.* apud
quem cum pure ſtipulatus eſſet, *illud, aut illud
dari, licebit tibi quoties voles, mutare voluntatem
in eo, quod præſtaturus ſis, quia diverſa cauſa eſt
voluntatis expreſſæ, & quæ ineſt*: quaſi præ ocu-
lis Papiniani reſponſum haberet, reſpondit.
Nam cum debitor exprimit voluntatem, & al-
terum conſtituit ſolvere, non audiendus eſt, ſi
velit fidem frangere conſtitutæ rei; ſecus autem
ſi illud, aut illud promiſit dare, nam cum in
promiſſione tacita inſit voluotas, nec ad alterum
illius expreſſa, alterum dari poterit, cum utrum-
que in obligatione ſit.

Utrumque ergo in obligatione eſt, & alte-
rum in ſolutione. Et hoc in tantum verum,
certumque eſt, quod ſi ſtipulatus eſſem *Damam,
aut Herotem ſervum dari*: cum Damam dares,
ego quo minus acciperem in mora fui, mortuo
Dama, non poſſe me ex ſtipulatu agere, Ja-
volenus reſpondit ex Maſſurii Sabini opiniooe
in l. ſtipulatus ſum 105. *D. de V. O.* imò con-
11 tinuo debitorem debito liberari. Nam cum ex
principio noſtro (cui inſiſtimus) alter ſervus io
ſolutione ſolummodo ſit, iſque à debitore obla-
tus, acceptus per moram à creditore non ſit,
æquiſſime Juriſconſulti reſponderunt illum ab ſti-
12 pulatione liberatum eſſe. Aliud eſſet ſi ſine ſti-
pulatoris, & creditoris mora, aut culpa, ſer-
vorum alter ab ſtipulationis obligatione exem-
ptus fuiſſet, veluti ſi cum mihi deberes Sti-
chum, aut Pamphilum, alter ex eis meus fa-
ćtus ſit ex aliqua cauſa, nam reliquus debetur
13 mihi à te, *l. ſi Stichum* 16. *D. de V. O.* &
idem erit ſi tempore ſtipulationis Pamphilus meus
eſſet cum Stichum, aut Pamphilum ſtipulatus
eſſem, Stichus dabitur, *nec liberabitur promiſſor,
Pamphilum dando, neutrum enim videtur in Pam-
philo bomine conſtitiſſe: nec obligatio, nec ſolutio*,
ut ſcripſit Marcellus in *l. qui decem* 72. *§. Sti-
chum* 4. *D. de ſolutionib.* aliàs ſub obligatione,
& ſolutione deſignare vellet, Sticho reſerva-
14 to. Idemque admittimus in legato *l. bujuſmodi*
84. *§. ſi Titio* 11. *D. de leg.* 1. quando Sti-
chus, aut Pamphilus legati ſunt Titio: nam ſi
eundem Pamphilum Teſtator legatario donaſſet,
Stichus in obligatione ſolus remanebit; aliàs re-
maneret uterque *dict. l. non quæcumque* 82. *§. fin.*
15 *D. de leg.* 1. Et in emtione apud Paulum in
l. ſi in emtione 34. *§. ſi emtio* 6. *D. de contra-
bend. emt.* audi verba. *ſi emtio ita facta fuerit:
eſt mibi emtus Stichus, aut Pamphilus, in poteſta-
te eſt venditoris, quem velit dare, ſicut in ſtipu-
lationibus; ſed uno mortuo, qui ſupereſt, dandus
eſt*, ut & Papinianus reſpondit in *l. Stichum*
95. *D. de ſolut.* Ex quibus intelligimus Julia- 16
num *in l. cum is qui* 33. *D. de conditione in de-
bit.* Apud quem cum quis Stichum, aut Pam-
philum deberet, & utrumque ſolviſſet, ſi poſtea
uterque, aut alter ex his deſiit in rerum natu-
ra eſſe, nihil repetet, *id enim remanet in ſolu-
to, quod ſupereſt*: nam cum alter in ſolutione
ſit; qui ſemper debetur, licet perierit alter,
merito intentanda repetitio impeditur. Pro-
fluunt hæc omnia à noſtro præfixo principio: &
ab illis quæ accurate aſſeruimus, *C.* 4. alterna-
tivam manere, quamvis alterum disjunćtionis de-
fierit eſſe: nam cum ſub disjunćtione duæ pro-
mittuntur res, quodammodo unaquæque promiſſa
videtur, ſi altera deſierit præſtari, argument. *l.* 3.
D. qui & à quibus manumiſſi. Dooel. 5. *comment.
Cap.* 2.

Ex eodem principio colligemus ſecure, quid 17
noſtri Juris Autores ſenſerint, quando in lega-
to alternativo reſpondent, aliquando unum le-
gatum eſſe, aliquando duo. Nam Paulus *in l.
ſi quis ſervum* 8. *§.* 1. *D. de legat.* 2. reſpon-
det, in hoc legato *Sempronio decem, aut ſi no-
luerit, hominem Stichum lego*, duo legata eſſe:
& Ulp. *in l. plane* 34. *§. pen. D. de leg.* 1. idem
aſſerit, cum legatur fundus Sejanus, vel uſus-
fructus ejus: cui convenit *l. Lucio Titio* 23. *D.
de legat.* 2. *l. ſi Titio. D. de uſu & uſufruct. leg.*
& è contra unum legatum eſſe. Pomponius re-
ſpondet, *in l. ſi ex toto* 8. *§. fin. D. de leg.* 1.
io ea legati ſpecie, *lecticarios octo, aut pro his
in bomines ſingulos certam pecuniam, uti legatarius
volet, quia* (ut inquit) *unum in alterutra cauſa
legatum ſit*, & Celſus *in l. ſi illud* 27. *D. de
leg.* 2. & Papinian. in *l. cum illud* 25. *quando
dies legati cedat. Cum illud, aut illud legetur* (in-
quit Juriſconſultorum primus) *enumeratio plurium
rerum disjunctivo modo comprebenſa plura legata non
facit.* Quis æquo animo feret inter tales, &
tantos viros repugnantiam talem? nullus æqui-
dem, niſi animadverteremus noſtros Jureconſul-
tos diverſis reſpećtibus loqui, cum reſpondent,
unum, vel duo eſſe legata in disjunćtiva: cum
duo numerant, obligationem agnoſcuot, duæ
enim res disjunćtive in obligatione legati con-
currunt; cum uoum tantum, ſolutionem, &
præſtationem: docuit expreſſe Paulus *in dict. l.*
8. *§.* 1. *de leg.* 1. *Hoc caſu duo legata ſunt, ſed
uno contentus eſſe debet*, & *dict. l. plane* 34. *§.
pen. de leg.* 1. Quamvis Ulpianus duo eſſe le-
gata agnoſcat, cum fundus, vel uſusfructus le-
gatur, concludit & *arbitrio ejus eſſe, an velit
uſumfructum vindicare*, in quo unum legatum ſen-
ſit, uti cætera prænotata reſponſa ſatis evidenter
inſinuant, & prædocuit Madera *Cap.* 20. *animad-
verſionum ad fin.*

Quæ omnia in id ſolum variis diverſiſque viis
contendunt, ut comprobent utraſque res in con-
traćtu, ſeu legato comprehenſas, in obliga-
tione conjunćtas exiſtere; alteram vero earum
deſignari ſolutioni: quod verum admittimus, 18
quoneſcumque in disjunćtione res continentur,
in quibus expreſſa, vel ſaltim præſumptione Ju-
ris non cadit affećtio: ſecus autem erit, quan-
do pateos exceſſus, & valor eſt unius rei ad
alteram, veluti ſi ita ſcriptum eſſet, *decem,
aut quindecim beres dato*, quia tunc ſola decem
legata ſunt: vel ſi ita ſit, *poſt annum, aut poſt
biennium, quam ego deceſſero, beres dato*: poſt
biennium videtur legatum, quia pro certo cre-
dendum eſt heredem, cui eſt poteſtas io eligen-
do, decem ſolum daturum, & elećturum bien-
nii intervallum, uti graviter ſcripſit Pomponius

in l. ſi ita relictum 43. *D. de leg.* 2. quod idem Autor in ſtipulatione reſpondit per contrarium in *l. ſi ita ſtipulatus* 12. *l. ſi ita* 109. *D. de verbor. obligat.* & Paulus *in l. inter ſtipulantem* 83. § *diverſa* 3. *D. eodem tit.* docet Gratus 1. *tom. reſponſo* 13. *num.* 24. (qui Bart. & Bald. dat) J. Corraſ. in *dict. l. ſi ita ſtipulatus*, *num.* 1. & 2. (qui alia congerit reſponſa) & Donel. *Lib.* 15. *com. Cap.* 2. iſto gradum in disjunctivis, ſeu alternativis. Alia colligere poteris à noſtro doctiſſimo Gregorio Lopez Madera, & ab Interpretibus in ſuis locis, præcipue in *l. penul. C. de verbor. ſignification.* ubi Jaſo multus eſt, quando disjunctio perdat naturam, & Nicol. Everard. *in ſuis Topicis in loco à natura alternativorum.* Promitto tamen Paralipomena, & electa circa electiones in disjunctivis, de quibus latius agemus tractantes junctim præter disjunctionum, aliorum actuum electionum, jura; nunc iſta accipe, quibus abſtruſam alternativarum materiam aperuimus, certiſque ſedibus, & locis diſpoſuimus.

LIBER SECUNDUS
PARALIPOMENON
ET
ELECTORUM
JURIS CIVILIS.

CAPUT I.

Late agimus, an ſi certa fuerint legatorum verba: vindicationis legatum præſumitur, num. 1. τὸ Præſumo *an huic legato conveniat*. 2. *Proprium eſt præceptionis*. 3. *Et quare*. 4. *Inſtitutionum Gaii autoritas*. 5. τὸ Præſumo *convenit vindicationis, & ſinendi modi legatis*. 6. *Et quare*. 7 *Locus Gaii*. 8. Præſumo *verbum qualiter ab eruditis acceptum ſit*. 9. *Intelligitur Ælius Spartian*. 10. *Legatariis aliquid amplius legabatur*. 11. τὸ ſumo *proprium vindicationis legati*. 12. *Sed multoties in prælegato acceptum, & ſic accipitur Paul.* in l. Pediculis 32. § item 4. D. de aur & arg. leg. 13. *Formula* è medio ſumito *propria prælegatorum*. 14. *Multoties Juriſconſulti legatum vocabant, quod prælegatum erat*. 15. τὸ legatum *nomen generale legatorum erat*. 16. *Teſtatores multoties barbara uſurpant verba*. 17. *Ex his notatur Oſvald*. 18. *Doctrina tradita oppugnatur, quia certa erant verba legatorum*. 19. *Inſignis Euſebii locus expenditur*. 20. *Et alter Apuleii*. 21. *Juriſconſulti teſtantibus aſſidebant*. 22. *Graviſſimi viri certa verba legatis attribuerunt*. 23. *Quæ certa verba dicerentur, erudite tractatur*. 24. *Incantationes an ſub certis verbis*. 25. *Verſio Luciani diſquiritur*. 26. *Ovidius explicatur*. 27. *Ciceroni reſtituitur ſua lectio*. 28. τὰ certa verba *qualiter à Jureconſultis accepta: unde multa reſponſa illuſtrantur*. 29. *Quintilian. declaratur*. 30. *Et Juſtinian.* in §. procurator 1. Inſt. de his per quos agere poſſumus. 31. *A certorum verborum formulis aberrandum non erat*. 32. *Et in judiciis cadebat à cauſa, à ſyllaba cadens*. 33. *Eadem ſolemnitas in religione, ceremoniis, & votis*. 34. *Expenditur* l. non aliter 69. D. de leg. 3. *ad id, quod verborum ſolemnitas in Teſtamentis non fuerit*. 35. *Diſcrimen inter teſtamenta, atque judicia, & religionem*. 36. *Juriſconſultos verum eſt, adſediſſe teſtantibus*. 37 *Sed non ſemper, & quando: duo Cic. loca elegantia adducuntur*. 38. *Verbo*, ſumo, *uſi fuerint Conſulti in legato vindicationis, & præceptionis*. 39. *In legatis non certa verba; ſed potius certi modi fuerunt*. 40 *Illuſtratur Ulp.* tit. 24. 41. *Modus eſt forma, & figura actus*. 42. *Quatuor legatorum genera libantur*. 43. *Modi pro genere*. 44. *Explicatur Gajus* Lib. 2. Inſt. tit. 5. 45. *Verba recepta quædam erant in legatis, ſed non certa, & ſolemnia*. 46. *Idem in fideicommiſſis*. 47. *Quod certum erat in legatis, quòd imperative relinquerentur*. 48. *Hinc recte percipitur* l. quoniam 15. C. de Teſtament. l. in legatis 21. C. de leg. 49. *Et Ulpian.* tit. 24. 50. *Luxque datur Euſebio, vera donato verſione*. 51. *Similiter inſtitutio imperativa erat*. 52. *Explicatur Apuleius*. 53. Concepta verba, & compoſita. 54. *Interpretatur Juſtinian.*

NUNC fert animus Paralipomena, & electa aliqua ſeligere, quibus legatorum antiquitati allucebimus, & prælucebimus. Quid ita? quando tantis viribus, continuoque impetu à noſtris Interpretibus in eam arcem itum eſt, & aſcenſum. Sed forte hucuſque non ejus aperta penetralia, nec ſacra oſtenſa. Sic ſuſpicor adverſus multorum religionem, aut ſuperſtitionem. Inſtituto noſtro pareamus, & libemus a patentiſſimo legatorum campo flores aliquos, quos non inſuaves Academicis futuros ſperamus. Juvat vindi- 1
cationis tangere legatum: & primo hæret animus
in verbis hujus legati, ſaltim apud Gaium *Lib.* 2.
inſ. tit. 5. qui hæc aſſignat verba: *vindicationis
legatum eſt, ſi teſtator ſic locutus fuerit, illum ſervum
tibi do, aut lego: vel illam rem tibi præſume,
habe, vindica.* Quid ſibi velit Gaius, quæro? 2
dum τὸ *præſume*, vindicationis legato tribuit. Accuratiſſime in noſtro Jure Civili indagavi, ſi Juriſconſultorum aliqui uſurpaverint τὸ vindicationis legati verbum, & nunquam inveni, quod notan-

dum ſumme eſt. Nam ſi recepta, aut formularia
verba legati nobis his proponit Gaius, ſane id
conſtare debebat ex aliquibus Juriſconſultorum
reſponſis, tractantibus vindicationis legatum, &
in quibus cætera verba, *do*, *lego*, *habe*, *vindica*,
paſſim inveniuntur. Ulpian. ecquidem, noſtri Ju-
ris κορυφαῖος, non agnovit *in ſuis fragmentis tit.*
24. nec receperunt Conſulti alii qui hoc legatum
3 tractarunt. Annuerem ſane, ſi τὸ *præſumo* ad
præceptionis legatum Gaius referret: nam ſi ideò
præceptionis dicitur, quia præ aliis rebus heredi-
tariis heres prælegatum capit, i. ante alias res,
4 & ultrà res: quatenus ſatis certum eſt in Jure no-
ſtro *l. ſi à plurib.* 107. §. 1. *l. ſi heres* 125. *D. de
leg.* 1. *l. miles* 75. §. 1. *l. cum pater* 77. §. *filia* 19.
*filia mea præcipiat, ſibique habeat, volo rem matris
ſuæ*, *l. Lucius Titius* 88. §. *quæ marito* 2. *D. de
leg.* 2. Ulpia. *d. tit.* 24. I. Paulus *Lib.* 3. *ſentent.
tit.* 6. Eadem ſpecies legati ſatis eleganter de-
monſtraretur per verbum *præſumo*, i. heres præ
aliis hereditatis rebus prælegatum ſumeret: æqua
enim in his verbis, & compoſitio, & ſignificatio
eſt, uti eleganter expreſſit Sidon. Apollin. *Lib.
6. Epiſt.* ibi: *Illud autem deberi tibi quoddam* (*ut
Jureconſulti dicunt*) *præcipui titulo*, nam cum præ-
ceptionis legatum (ut nuper dixi) in quodam
præcipuo, hæreditatem ultra, capiendo conſiſtat,
præclare demonſtraretur per *præſumo*, ſeu *præcipio*,
verbum, quod quidem agnovit Oſvald. Hilliger.
ad Don. *Lib.* 8. *com. C.* 3. *litt. A.* qui dum receptas
legatorum differentias defendit adverſus A. Fabr.
conſtituit unam inter legatum vindicationis, &
præceptionis ex verbo, quod in utroque uſurpa-
batur, cum verbum *præcipito*, cujus compoſiti alia
vis eſt, quam ſimplicis, *Capito*, ſolummodo præ-
legato conveniebat, non vindicationis; licet per
verba ejuſdem virtutis, præceptionis legatum poſ-
ſet relinqui: veluti *præſumito*, *tibi*, *præcipuum ha-
beto*, docet Pontanus *ad Virg.* 11. *Æneid. v.* 18.
A. Govean. *in commentario ad tit. D. ad l. Falcid.
in l. Titia* 86. *Num.* 4.

5 Cum iſta mecum reputarem, in mentem venit
an ſi τὸ *præſume*, Juriſconſulti Gaii; annotatio
eſſet imperiti Interpretis? vel Aniani Conſiliarii
Alarici, qui iſtam epitomen inſtitutionum Gaii
confecit: prout uſus ſui temporis exigere videba-
tur: durareque adhuc inter lateres Aniani male
coctos lapillos quosdam: ut recenſet Cujacius *in
dicatoria Codicis Theodoſiani Epiſt. D. Jo. Redinge-
ro:* refertque ex eo Gothofred. *in præfatione inſti-
tutionum Gaii*, noſter Pichard. *in* §. *item ſi quis
poſtulante* 11. *inſt. de actionibus*, *Num.* 38. (qui
in cenſuræ judicium Donel. infert) P. Faber. *Lib.
2. ſemeſt. C.* 12. Fran. Huſman. *Parad.* 10. *ad l.
Falc.* autorem eſſe Caium negat, atque Ægui-
nar. Baro. in *proœmio inſt. ad fin.* & ego quidem
cum Cuj. ſentio: invenio enim in inſtitutionibus
iſtis, & in ipſo *de legatis* titulo elegantiæ lituras
aliquas, quæ candorem decoremque pulchræ Gaii
orationis fœdant, & ſpatiis certis obnubilant. Sed
invenio in eodem tit. ſæpius verbum *præſumo* ac-
ceptum, & (quod magis eſt) aptiſſime uſurpa-
tum, ut ſubſerviemus in inferiori hujus Capitis
parte.

Quò ergo ab hac difficultate evolabimus, &
mentem deferemus Gaii? Me ecquidem ſatis ſu-
perque inſtruit tanti viri autoritas, & quod do-
ctiſſimus Barnab. Briſſ. *Lib.* 7. *formul. f. m.* 698.
6 & D. Gothofr. *in notis ad Theoph. litt.* K. τὸ *præ-
ſumo* in legato vindicationis, & ſinendi modo a-
gnoverint: licet ſimpliciter tamen. Stat ecqui-
dem uſurpatio verbi rectiſſime, ſi naturam vindi-
cationis legati, cui appoſitum eſt, ſubintres.
7 Nam cum hujus legati præcipuum illud privile-
gium ſit, ut non expectato herede, ſua manu ca-
piat (quod qualiter intelligendum ſit ſuo tempore
dicemus) inde eſt, quod præſumere legatum re-
cte dicamus, legatarium: quaſi ſumat antequam
heres illi præſtet. Expreſſus eſt idem Gaius, ibi:
*Quod poſt mortem teſtatoris ſtatim legatarius, non
expectato herede, ſibi præſumis, quam ſi præſumpſe-
rit, nec pro præſumpto legato ab herede poteſt calum-
niam ſuſtinere*, *&c.* uti eleganter præcaluit hæc
verba Oſvald. Hilliger. *d. Lib.* 8. *com. Cap.* 3. *litt. A.*
Et inde eſt, quod hoc verbum legato ſinendi mo- 8
do adaptetur, utpotè in hac formula apud Gaium
d. tit. 5. *de leg. Ille heres meus rem illam illum per-
mitte præſumere & ſibi habere:* nam cum per pa-
tientiam heredis in hoc legato legatarius facto pro-
prio ſumeret rem, præſumere illam docte dice-
mus. Hæc enim eſt vera, propria hujus verbi 9
ſignificatio: nec non à probatis elegantiæ paren-
tibus recepta, ut cum quid ſignificare velimus fa-
ctum ante alios, ante uſum, aut ante tempus τὸ
præſumo verbum uſurpemus, undè præclare *Virg.*
11. *Æneid. v.* 18.

Arma parate animis, & ſpe præſumite bellum.

Optime τὸ *præſumite*, i. e. ante tempus ſumite bel-
lum: quî tempus, niſi ipſa ſpe? propter quod di-
xerat ante *arma parate animis:* obſervantibus ibi
P. Ludov. Cerd. *not.* 9. & P. J. Pontano: qui
dant Tertul. *de anim. Inferna ſupplicia præſumebas,
& non præcavebas.* Plin. *Lib.* 25. *C.* 2. Nat. hiſt.
*Namque Mithridates Maximus ſua ætate Regum,
quem debellavit Pompeius, omnium ante ſe genitorum
diligentiſſimus vitæ fuiſſe argumentis præterquam fama
intelligitur: uni ei excogitatum quotidie venenum vive-
re, præſumptis remediis, ut conſuetudine ipſa inno-
xium fieret.* Seneca Epiſt. 105. *ſi ſæpe cogitave-
ris, & futura præſumpſeris*, C. Plin. Libr. 2. Epiſt.
10. Octavio miſſa, *ut qui tandem percipias gaudium,
quod ego olim non pro te temere præſumo*, Cic. 1. Offi.
*Illud etiam ingenii magni eſt, præcipere cogitatione
futura, & aliquando ante conſtituere, quid accidere
poſſit*, Horat. Lib. 2. Satyr. 2.

—— *Et validus præſumis mollitiem, ſeu
Dura valetudo inciderit, ſeu tarda ſenectus.*

Apuleius, *qui ætatis meæ floſculos præſumpſiſti.* Plin.
Lib. 36. Natural. Hiſt. C. 21. ad fi. *Theophraſtus
autor eſt, potores in certamine bibendi præſumere fa-
rinam ejus* Theophraſt. in 8. ὅπως προλάβωσι ταῖς
ᾠδίαις τὴν αὔξησιν, *ut præſumere valeant tranquilitate
incrementum*, Hermogen. προλαβεῖν τὸ χειμῶνος *præ-
ſumere hyemen* Aphrodiſ. in problem. ἡ ὄψις προ-
λαμβάνει τὴν ἀκοὴν ideſt, *viſus præſumit priuſquam au-
ditus, aut prævenit auditum.* Euripides in Ione
προλάζυμαι τι χρόνου id eſt, *præſumere tempus.* Sic 10
optime intelligendus Ælius Spartianus in Adriano
Cæſare in principio, *habuit autem præſumptionem
imperii, mox futuri, ex fano quoque Nicephorii Jovis
manante reſponſo.* Obſervante ibi Claudio Salma-
ſio, qui ſubdit ejuſdem hiſtorici inferiora verba.
*Secundo COS. favore Plotinæ factus totam præſumptio-
nem adoptionis emeruit.* Conſule etiam ad prima
verba Caſaubonum in eis. Videndus eſt Budæus
in Comment. Ling. Græcæ in προλαμβάνω, fol. mihi
565. (à quo multum Lexicographi ſumpſere) &
P. J. Lud. Cerd. *ad verſ. ſacrorum*, *Cap.* 65. *N.* 43.
ſic ergo ſtat *præſumptionis*, τῷ quæ verbi *præſumo*
ſignificatio: & cum præſumat legatarius antequam
heres tradat, eleganter Gaius vindicationis lega-
to verbum iſtud attribuit, cum & ex ſententia
Alciat. *in C.* 2. *de jud. N.* 7. *& in p.* 2. *præſump-
tionum*, *N.* 1. præſumere dicatur, qui facto pro-
prio ſibi ſumit, & attentat aliquid.

Qui reſpectus ampliſſimus in vindicationis lega-
to pro Gaii ſententia ſuperforet, præter alium,
qui ſi prævideretur, non minus in ſuam autorita-
tem Conſultum aſſereret. Iſte autem eſt, quod 11
ſæpiſſime apud Romanos legatariis amplius lega-
batur,

batur, præter eam rem antea legatam, *l. cum ita*, alias *l. omnia* 32. §. *cum ita* 2. *l. Mævius* 66. *D. de leg.* 2. *l. nomen debitoris* 34. *l. Pamphilo* 39. *l. ſi pure* 54. *l. qui ſaltem* 67. *D. de leg.* 3. *l. codicillis* 34. *D. de uſu, & uſufr. leg.* quam quidem adjectionem legati non ineleganter prælegatum auderemus vocare, cum ultra primum legatum ſit, & præſumere atque præcipere legatarium, cum, præter primam rem legatam, aliam capiat. Nam ex eadem ratione legatum præceptionis additum heredi, parumper Capite iſto reſolverimus, prælegatum dici. Abnuant nunc Magni Gaii vindicationis verbum parum docti; multumque ſupini leguli aliqui, ſemper in invidiam proni, ſemperque in faſtus prætumidos elati.

12 Sed quid moramur in ſolemnitate parum conſtanti verborum, variata multoties in Teſtatorum elogiis. Poſtquam certum eſt, τὸ *ſumo* receptiſſimum fuiſſe in vindicationis legato. ſi credimus Ulp. *in fragm. tit.* 24. §. 3. & Scævol. *in l. Patronus* 35. §. 1. *D. de leg.* 3. *l. apud Auſidium* 20. *D. de optione legat.* Mirabitur ergo aliquis admiſiſſe hoc verbum Teſtatores in prælegato? *l. Lucius Titius* 88. §. *quiſquis* 3. *D. de leg.* 2. *l. ſi mihi* 92. *de leg.* 3. ibi: *Tunc Mævia è medio ſumito, præcipito, ſibique habeto fundos meos, &c.* & eadem formula *in l. Titi.* 26. *D. de pecul. leg. Titi fili, è medio præcipito, ſumito, tibique habeto domum illam, l. uxorem* 41. §. *feliciſſimo* 3. *D. de leg.* 3. *l. cum reſponſo.* 12. *C. de leg. l. ult. D. de dote prælegat.* Briſſon. 7. *formul. f. m.* 698. de prælegato ſuſpicor intelligendum eſſe Paulum *in l. Pediculis* 32. §.
13 *item* 4. *C. de aur. & arg. leg.* filia enim erat legataria teſtatricis, & dilectiſſima, quis credet non
14 inſtitutam heredem? cum & alia ſormula *è medio ſumito* propria prælegatorum ſit *d. l. ſi mihi* 92.
15 *cum aliis hic datis*, Briſſonius ſupra. Nec mirari debemus, quod Conſultus legatum vocaverit, quod prælegatum erat, idem enim fecit Modeſtin. *in l. Titia* 34. *D. de leg.* 2. in prælegato etiam cariſſimæ filiæ relicto, & Scævola *in d. l. uxorem*, §. *feliciſſimo*, & in *d. l. fin. D. de dot. prælег. l.* 1. §. *ſi quis*, *D. quorum legatorum*, Govean. *in Comment. ad l. Titia* 86. *Num.* 4. *D. ad l. Falcid.* quod pro noſtra ſententia oblivione dignum non eſt: dum agimus perverſos uſus, & acceptiones horum verborum eſſe. Quis ergo petulanti animo audebit tam multiplicis reſponſi deſpicere autoritatem? cum Conſulti, & Teſtatores ſine cul-
16 pa verbum generale uſurpare potuerint. Τὸ enim *legatum*, nomen generale legatorum eſt, prælegatum autem ſpecies, *d.* §. *feliciſſimo*, *d. l. Titia*, *l.* 1. §. *qui vero* 6. *D. quorum legatorum. Non enim* (ut perelegantem Marcelli uſurpem ſententiam *in l. non aliter* 69. *D. d. leg.* 3.) *in cauſa teſtamentorum ad definitionem utique deſcendendum eſt, cum*
17 *plerumque abuſive loquantur: nec propriis nominibus, ac vocabulis ſemper utantur*, non ergo diſcruciemur ſuper ſolemnitate ſuperſtitioſa verborum. Sic ſentit A. Faber 6. *conject. C.* 1. qui quantumvis nullum in medium produxiſſet reſponſum, tantum hæc transmutatio perplacuit, ut confundat præceptionis, & vindicationis legatum, ad unumque
18 reducat. Ex quibus merito notandus eſt Oſvald. Hilligerus *ad Donel. Lib.* 8. *Com. Cap.* 3. *litt. A.* docens per verba *præcipito*, *præſumito*, *præcipuum*, neceſſario prælegatum conſtituendum eſſe, non per verba *do*, *lego*: ita ut per iſta prælegatum conſtitui non poſſit, tanquam ſi ſic illud præcipuum non haberet heres: cum Conſultus *dict. l. uxorem*, *dict. l. fin.* quod antea prælegatum dixerat, ſtatim legatum nominet. Ad prælegatum enim ſufficit, ſi heres præcipui Jure aliquid ſumat; ut ex Sidonio probavimus. Nam quod idem Oſvald. *eodem Libr. Cap.* 7. *litt. C.* differentiam conſtituit, inter legatum heredi relictum, & prælegatum, & præceptionem, aliam reſpicit viam, & nos alibi diſputabimus: mihi autem ſufficit probare promiſcua eſſe legatorum verba, non uſque ad religionem ſolemnia, & legatum prælegatum dici, & e contra.

Sed nemo tinctus mediocriter in Juriſpruden- 19
tia feret iſta, cum Juſtinianus *in* §. *ſed olim* 2. *inſt. de legatis*, ſcribat *certa quædam verba cuique generi legatorum aſſignata fuiſſe, per quæ ſingula genera legatorum ſignificarentur*, propterquod ipſe *in l.* 2. *C. Communia de legat.* reſcribit *omne verbum ſignificans teſtatoris legitimum ſenſum legare, vel fideicommittere volentis utile, atque validum eſſe*, & in *l.* 1. *ejuſdem tituli* fatetur, ſe prono animo ſubtilitatem legatorum ferre non poſſe. Quorſum iſta? niſi ut pro certo habeamus, certa cuicumque legatorum generi fuiſſe verba, certasque legandi formulas. Undè Cæſar Conſtantinus cum aliis *in l. in legatis* 21. *C. de legatis*, præſcribit, non eſſe neceſſariam verborum obſervantiam in legatis, & fideicommiſſis. Quam legem partem eſſe alterius ibi Gothofredus ſcribit, ſcilicet, *l. quoniam* 15. *C. de teſtamentis*, in qua per eundem Cæſarem ſimilis verborum religio à teſtamentis ablegatur, ut & refertur *in l. finali*, *C. qui admitti ad bonorum poſſeſſionem poſſint*. Cujus conſtitutionem (attende precor) refert Euſebius Cæſarienſ. *in vita Conſtantini Libro* 4. *Cap.* 26. ibi: παλαιοὶ μὲν νόμοι ἐξ ἀπ' 20
αὐτῆς ἐσχάτης ἀναπνοῆς ἀποφθέγγεσθαι ῥήματα λέξεσι ταῖς συντεταγμέναις διαθήκας τρόπος ἢ τινὰς ἢ ποίας δεσφωνὰς ἐπιλέγεσθαι, θεσπίζοντα. En verba: integram conſtitutionem alias dedi, nunc accipe fragmentum, & verſionem J. Chriſtophor. mire huic difficultati alludentem. *Præterea cum veteribus legibus cautum eſſet, ut qui è vita excederent, ipſo extremo fere ſpiritu, certis & conceptis verbis teſtamenta componerent, atque adeò leges ipſæ quibus ea ſententiarum formulis, quibuſque verbis ſcriberentur, definirent.* Si ergo certa, & concepta verba, formulæque ſolemnes in teſtamentis obſervabantur, & (ut Balduin. vertit proximum locum Euſebii *in* §. 2. *inſt. de leg.*) *ad omnes verborum anguſtias, & litterarum angulos ibatur: in verbis, & voce modi certi.* Contra veram Juriſprudentiæ antiquitatem legatorum verba confundimus: & ſic Ulp. *in fragm. titul.* 21. *illa inſtitutio, heredem inſtituo, heredem facio, plerisque improbata erat; ſecus autem ſi dixiſſet Teſtator, Titius heres eſto, Titius heres ſit, &c.* verba ergo certa, & ſolemnia erant in Teſtamentis, Apulei. *Lib.* 2. Metamorph. *obteſtata fidem præ-* 21
ſentium ſingula demonſtrat, anxie verba concepta de induſtria, quodam tabulis prænotante, ecce, inquit, naſus integer, incolumes oculi, ſalvæ aures, illibatæ labiæ, mentum ſolidum: vos in hanc rem, boni Quirites, teſtimonium perbibitote, & cum dicto conſignatis illis tabulis faceſſit. Inde enim erat, ut teſtanti- 22
bus aſſiderent Conſulti pro religione formularum, & verborum *l. Lucius Titius* 88. §. *Lucius Titius* 17. *D. de leg.* 2. obſervante ibi D. Gothofr. & latè Barnab. Briſſon. *Libr.* 7. *form. f.* 656. propter quod à graviſſimis viris communiter in iſtam itum eſt ſententiam utpotè à Theoph. in §. 2. *inſt. de leg.* ἐστι δὲ ῥήματα τινὰ τυπικὰ ἑκάστῳ γένει λεγάτων ἀφω- 23
ρισμένα δι' ὧν τὸ γένος χαρακτηρίζεται, i. *Sunt autem & certa quædam verba, cuique legati generi aſſignata, quæ per ſingula genera ſignificantur.* animadverte, ῥήματα τυπικὰ, i. *verba formata, ſignata, & concepta*, Azo *in ſumma*, *C. de leg. Nu.* 41. Duaren. *ad tit. qui Teſtamenta facere poſſ. Capite de Teſtamento inſcriptis*, Cuj. *ad litt. C. de legat. in prin.* Don. *in comment. ad l. quoniam* 15. *C. de teſtam. &* 6. *com. C.* 17. & ibi Oſvald. *litt. B.* A. Fab. *Lib.* 6. *conject. C.* 1. F. Hot. *illuſt. q. C.* 34. F. Balduin., F. Broeus, & alii Scholiaſt. *d.* §. 2. *inſt. de leg.* doctiſſimus

doctiſſimus Melchior de Valen. 3. *tom. illuſt. tra-
ctat.* 5. *ad. l.* 1. *D. de leg.* 1. *C.* 1. *N.* 3. & A. Pi-
char. *C.* 3. *N.* 11. 12.

Sed ego ſane non plene capio, quorſum hæc
certitudo verborum in legatis tendat: qualis, &
qua forma ſit. Apud veteres enim tam Juris Ci-
vilis, quam omnis antiquitatis conditores certa
verba vocabantur *ſolemnia*, *legitima*, & *concepta*,
24 Cicero. *lib.* 2. *de legib. Sunt certa legum verba nec
ea priſca*, & lib. 2. de inventione, *Cum in certa
verba jurent Judices*, & lib. 1. de Oratore *ſi judi-
caretur certis quibusdam verbis, non novis nuptiis fie-
ri, cum ſuperiore divortium*, & in eodem opere, *cer-
ta quædam, & definita lex:* ſic Cornelia, heroina
illa mater Gracchorum *in epiſtol.* (cujus fragmen-
tum dat Rutgerſius *lib.* 5. *var. c.* 12.) ſcribit, *ver-
bis conceptis dejerare auſim.* Varr. *lib.* 5. *de ling.
latin. Hinc faſti dies, quibus certa verba, legitima, ſine
piaculo Prætoribus licet fari*, inde S. Pompeius in
verbo *fanum*, inquit, *fanum à fano dictum, ſive à
fando, quod dum Pontifex dedicat, certa verba fatur*,
& in verbo, minora: *minora templa fiunt ab Au-
guribus, cum loca aliqua tabulis, aut linteis ſepiuntur,
ne uno amplius oſtio pateant certis verbis definita.* op-
time ſervius Honorat. *ad* 3. *Æneid.* ad illud, *Da
pater augurium.* ſubjicit. *Augurium eſt modo oracu-
lum, ſed uſurpatione Augurum eſt exquiſita Deorum
voluntas per conſultationem avium, aut ſignorum, quod
tunc peti debet, cum id quod animo cogitamus, à Diis
volumus impetratum: ut in hoc loco Æneas poſtquam
omnia, quæ volvebat animo, petiit, ait.* Da pater
augurium, *& eſt ſpecies iſta augurii, quæ legum di-
ctio appellatur, legum dictio autem eſt, cum conditio
ipſius augurii* certa nuncupatione verborum, *quali
conditione augurium peracturus ſit, quod hic facit,
exequens formas petitionis verſibus ſupraſcriptis: tunc
enim quaſi legitimo Jure legem adſcribit, da pater au-
gurium*, Plin. *Lib.* 28. *Nat. Hiſt. C.* 2. *Vidimus cer-
tis deprecationibus obſecraſſe ſummos Magiſtratus.*
Quin. declamat. 33. *Capitis judicia certam, & de-
finitam vim ſuam habent ſemper*, & inf. *habent ſuam
formam, ſuum judicium, numerum ſuum*, & cum
excantationes ſolemnibus, & conceptis verbis
patrarentur (de quibus latè, & doctè P. Martin
25 del Rio 2. *tom. diſq. Mag. Lib.* 4. *C.* 2. *q.* 6. *ſect.* 2.)
Glicas *p.* 2. *Annal.* tractans verbum κληδονίζεσθαι
ſcripſit iſta, nam *κλήδονας vocari geniorum per ex-
cantationes certas attractationem, & è ſublimi dedu-
ctionem, &c.* licet contrarium ſcripſerit Lucian.
in Menalippo, ſeu Necyomantia, ſi credimus verſio-
ni Thomæ Mori, quæ hujuſmodi eſt (de Mytro-
barçane Mago loquitur. Rhombos muſſitante) *ac
ſermonem quempiam longum muſſitans, quem non ad-
modum exaudiebam: nam (quod in certamine præco-
nes inepti ſolent) volubile quiddam atque incertum pro-
ferebat, niſi quod quoſdam viſus eſt invocare Demonas*,
ſed Luciano Morus intulit injuriam, dum tribuit
erudito viro incerta verba incantationum, contra
26 omnia Scriptorum monumenta, verba Græca ſunt:
ῥῆσιν τινα μακρὰν ἐπιλέγων ἣ οὐ σαφῶς κατήκουον δὲ
..., ἐπιτρόχαλα καὶ ἀσαφῆ ἐφθέγγετο. Illa enim, ἐπίτροχον καὶ
ἀσφαλὲς Luciani nihil aliud demonſtrant, quam
Magum Mytrobarzanem proferre ſermonem velo-
cem (ut Magorum in Rhombis fuit) atque fir-
mum, id eſt, certum & ſolemnem, quod ſignifi-
cat ἀσφαλὲς. ſic Heliodor. *Lib.* 1. *Æthiop. Hiſt.
Cap.* ... περιεῖδον, ἕως αὐτὸ ἀσφαλὲς γνοίην,
quod ego tandem eſſem, quoad aliquid certi ſcire poſſem,
ita ut eleganter Lucianus pro nobis, & recepta
obſervatione τὸ certa verba ſit (ſic dum verſioni-
bus fidimus, in miſerrimos concedimus errores.)
omiſſis enim aliis, ſolum Ammianum *Lib.* 26. da-
bo, pro Magicorum conceptione verborum. *Li-
tato, conceptis carminibus, nomine præſcitionum au-*

*tore cærimoniali ſcientia ſuperſiſtit cortinulas, penſi-
lem annulum librans aptum ex Carpathio filo perquam
levi myſticis diſciplinis initiatum, qui per intervalla
diſtincta retinentibus ſingulis litteris incidens ſaltuatim
heroos efficit verſus interrogationibus conſonos ad nume-
ros, & modos plene concluſos, quales leguntur Pythici,
vel ex oraculis editi Branchidarum.* Redeo ad me, &
ad inſtitutam comprobationem, & ex relatis præſto
lucem P. Ovidio Naſoni *Lib.* 2. *Amor. Eleg.* 13.

*Sæpe tibi meruit certis operata diebus,
Queis cingit lauros Gallica turba tuas.*

Τὸ *certis diebus* ſtatutis Dominicus accipit; ego po- 27
tius, *ſolemnibus*, alludit Poëta ad ſacra Iſidis, ut
τὸ *operata* ſolemne verbum ſatis demonſtrat, uti
obſervavit Briſſon. *formular. Lib.* 1. *fol. mihi* 22.
Plutarch. *de defect. oracul. Peloponneſiaco exactis in-
ſula ſua Deliis, ſortes Delphis autumant allatas, quæ
præcipiebant, ut locum, ubi fuit natus Apollo, erue-
rent: ac certa ſacra ibi factitarent*, ſic vertit Her-
man. Cruſer. Ex quibus etiam aſſerimus antiquam 28
lectionem Ciceroni 2. *de natura Deorum*, circa
principium, ibi: *At vero apud Majores tanta reli-
gionis vis fuit, ut quidam Imperatores etiam ſe ipſos
Diis immortalibus, capite velato, verbis certis, pro
Republica devoverent*, ubi D. Lambinus ignarus ſo-
lemnis, receptæque ſignificationis verbi, reponit
conceptis, peſſimè, contra quem jam intentavit
interdictum *unde vi* Ciceronis nomine Briſſonius
Libr. 1. *formular. fol. mihi* 119. Conſtat ergo τοῦ 29
verbi *certus* uſus apud eruditos, nec minus accep-
tior fuit apud conditores Juris Civilis, qui *certa
verba*, intellexerunt ſolemnia, & concepta, *l.* 2.
§. deinde ex his 6. *D. de orig. Jur.* ibi: *Quas actio-
nes, ne populus, pro ut vellet, inſtitueret, certas ſo-
lemneſque eſſe voluerunt*, uti intelligunt Stephan.
Forcat. *Necyomant Dialog.* 83. A. Fabr. *in rationa-
li ad eundem.* Ut merito non audiamus Cujacium
ibi, τὸ *certas* ad numerum referentem; certius
enim eſt ad formam, & ſolemnitatem verborum.
Forte ſic intelligendus Quint. Declam. 313. *Non* 30
*eſt iſta res Judicum, non bonorum, qui ad certa Ju-
ra, & quidem jurati conſedere.* Numerus enim ad
quid certus in actionibus daretur? Sanè nunquam
legi: præcipue cum in dies ex neceſſitate cauſa-
rum novæ actiones componerentur, *arg. dict. l.* 2.
§. his legib. D. de origin. Juris, Briſſo. 5. *formul.* 31
ſic etiam intelligendus eſt idem Juſtin. *in §.
procurator* 1. *inſt. de iis per quos agere poſſ.* ibi:
*Procurator, neque certis verbis, neque præſente ſem-
per adverſario; imo plerumque eo ignorante, conſti-
tuitur*, uti ibi intelligunt F. Balduin. *Num.* 10. F.
Hotoman. *enunc.* 1. & Æguinar. Baro. Pulchre
Ulpian. *in fragment. tit.* 19. ibi: *Farre convenitur
in manum certis verbis, & teſtibus* 10. *præſentibus,
& ſolemni ſacrificio facto, in quo panis quoque farreus
adhibetur: & tit.* 19. de mancipatione loquens:
*eaque fit certis verbis, libripende & quinque teſtibus
præſentibus.* Undè bene ſcribit Theoph. *dict.
Cap.* 1. τυπικῶν ῥημάτων *formalium verborum* (ſe-
cundum Gothofred. ibi) & *in §. fin. inſtit. de aſ-
ſignat. Liber*, ... ῥήματα τυπικὰ, i. *nec etiam in hoc inventa ſunt forma-
lia verba:* videndus eſt, cum laude ſemper nomi-
nandus, B. Briſſonius *Lib.* 1. *formul. fol. mihi* 119.
qui primus iſta obſervavit: & nos confirmavimus
non paucis.

Cum ergo certa, ſolemniaque erant verba: 32
nec aberrandum ab eorum formula, & relatione
ſyllaba una erat, nec diſcedendum ab eorum
conceptione: undè in actionibus ille imminebat
rigor, & acerrima judiciorum obſervantia, ut
à cauſa caderet, qui a ſyllaba cadebat (quod quia 33
quam pernotum eſt, etiam ſalutantibus a primo
limine Juriſprudentiam, unam, vel alteram com-
probationem dabo) Cic. *Lib.* 2. de inventione:
ita

ita Jus Civile habemus conſtitutum, ut cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet, egerit. Idem in oratoriis partitionibus. *Atque etiam ante judicium de conſtituendo ipſo judicio ſolet eſſe contentio, cum aut ſit ne actio illi, qui agit, aut jam ne ſit; aut reum jam eſſe deſierit: aut illa ne lege, hiſne verbis ſit actio quæritur*, & infra. Quin. *Lib.* 3. *Cap.* 8. proximus Tullio eſt in præcitato loco: ſed *Lib.* 7. *Cap.* 3. expreſſior. ibi: *Eſt etiam periculoſum, cum ſi uno verbo ſit erratum, tota cauſa cecidiſſe videamur*, omnes conſiderant *dict. l.* 2. *§. deinde ex his* 6. *l.* 1. *&* 2. *C. de formul. ſublat.* in quibus legibus fuſiſſime tractant Interpretes, & doctiſſimus B. Briſſonius *Lib.* 5. *formular. fol. mihi* 430. P. Faber
34 *Libro* 1. *ſemeſt. Cap.* 21. *aliiſque locis.* Idemque obſervatum fuiſſe in religione, & votis, in quibus certa, & ſolemnia verba erant, in tantum, ut non ſolum recitarentur ex ſcripto, præeunte Pontifice, vel aliquo, qui dictaret; ſed etiam ut adhiberentur teſtes, vel cuſtodes, & obſervatores vota nuncupantibus: tanta enim erat religio in ſolemnium, certorumque verborum conceptione. Plin. *Lib.* 28. *Natural. Hiſt. Cap.* 2. Jun. Juven. ſat. 6. *dictataque verba protulit, ut mos eſt*, obſervante Britanico. B. Briſſon. *Lib.* 1. *form. fol. mihi* 11. inducit pro ritu iſto Senecam *Lib.* 1. *Cap.* 19. de Clement. ibi: *Quid pulchrius eſt, quam vivere optantibus cunctis, & vota non ſub cuſtode nuncupantibus?* Sed jam diſſenſit ab eo Lipſ. *in Comment. ad eum* verumque ritum aſſignavit Senecæ.

Cum hæc ita ſe habeant, quæ longius, quam par eſt, produxi pro certa noſtræ ſententiæ aſſeveratione: quæſo per Deum immortalem! doctos ſinceri animi, ſacræ veritatis cultores, quid fuerit Triboniano in cauſa, qua certa verba præſcriberet legatis, cum ſi id ita foret, neceſſario unumquodque legatorum genus ſua ipſiſſima haberet verba, certa, ſolemnia, ad ſyllabam uſque reſervanda: quæ tranſilire teſtatorem, neſas judicaretur: ut ſaltim monumentum teſtamenti concideret, aut legati; totum tamen contrarium à Marcello lego in præcitato reſponſo, *in l. non ali-*
35 *ter* 69. *D. de leg.* 3. non enim *in cauſa* (inquit) *teſtamentorum ad definitionem utique deſcendendum eſt, cum plerumque abuſive loquantur: nec propriis nominibus, aut vocabulis ſemper utantur.* Plaude tu nimis religioſe Triboniani cultor verborum certitudinem in legatis; cum imò cuncta perverſa in teſtamentis verba fuiſſe, tantus Jureconſultus ſcribat; niſi mavis, deſpecto præclariſſimo Conſulto, in ſententiam Triboniani ire. Heu quam crudele eſſet, his cancellis, & orationis angulis conſtringere P. Romanum: & fœdare, ſeu impedire excellentem, nunquamque ſatis laudatam aboriginem, cum ipſo genere humano coortam teſtamenti faciendi facultatem! qualiter ſibi conſuleret ruſticus, impolitus homo & prorſus ἀπολιμνώτατος? jaceret tanto beneficio vacuus, aut ſaltim diffidens ultimo
36 ſolatio vitæ *l.* 1. *C. de ſacroſanct. Eccleſiis.* Nam quamvis in judiciis, religione exacte formularum certitudo obſervaretur; non ſic æquum in teſtamentis viſum fuit, coanguſtari formulis periclitantes in agone mortis, *dict. l. quoniam, C. de teſtamen.* Euſeb. *ſup.* niſi quatenus diſtingueretur legatum à fideicommiſſo (ut infra prodam). Patebat latior teſtantibus campus, quod inſinuare videtur *l.* 12. *tabul. uti quiſque legaſſet*, quam coanguſtatam in hoc non invenio, & expreſſe hos actus diſtinguit Obert. Giſan. *in l.* 3. *C. de eden-*
37 *do.* Dices: moris fuit Romanorum aſſidere Conſultos teſtantibus, ut rectè ritèque ſua teſtamenta conderent, uti colligitur ex *l. Lucius Titius* 88. *§. Lucius* 17. *D. leg.* 2. Suetonio *in Nerone, Cap.* 32. Briſſon. *Lib.* 7. *form. fol. mihi* 656. Gotofred. *dict. §.* 17. A. Pichar. *in prœlud. ad l. Gallus Cap.* 1. *num.* 1. D. Nicolao de Caſtro *de emt. & vend. n.* 119. Carrança *de part. deſign. Cap.* 2. *illat.* 13. *ſection.* 2. *Num.* 219. id ita fuiſſe ſcio, nec nego. Sed non inde prudenter inferes, ſic receptiſſimum 38
apud omnes fuiſſe, ut nullus ſine Conſulto diſponeret: facerent utique præcauti, & de magnis teſtantes rebus: nimie ſuis elogiis firmitatem curantes; ſed non omnes. Heu quantus angor Conſultorum eſſet, & trepidatio! quantus irrequietus labor in Romana civitate, & Orbis terrarum, Romæ! pulchrè Cicero ſuum Scævolam Jureconſultum alloquens *Lib.* 2. de Oratore inquit: *nam ſi nullum erit teſtamentum rite factum, niſi quod tu ſcripſeris, omnes ad te cives cum tabulis veniemus: omnium teſtamenta ſcribes ſolus*, & in Bruto, *quantam ſibi potentiam Scævola aſſumeret, ſi nemo auderet teſtamentum facere poſtea, niſi de illius ſententia.* Sed 39
quæ iſta legatorum certitudo? cum verbum *ſumo*, à quo noſtra diſputatio exorſa fuit, proprium vindicationis legati, propriumque præceptionis fuiſſe, non ambiguè probaverimus, & verbum *præſumo*, quod prælegato convenit propriè, (ex in principio aſſertis) vindicationis legato Gaius dederit. Ex quibus promiſcuus Conſultis uſus eſt, vocandi prælegatum, legatum: & è contra. Quære ergo, mi lector, à Quæſtore, ſæpius laudato Triboniano, certa legatorum verba.

Non invenio antiquorum Juriſprudentum ali- 40
quem, certa legatis fuiſſe verba, ſcripſiſſe; ſed potius in legatis modos fuiſſe aliquos, quibus legata diſcernebantur Ulpian. *in fragm. tit.* 24. *§.* 2. ibi: *Legamus autem quatuor modis per vindicationem, &c.* inde legatum *ſinendi modo* apud eundem ibi, *& titul.* 20. *§.* 9. *l. ſi quando* 109. *D. de leg.* 1. ibi: *Vulgari modo leget. l. ſim autem* 29. *D. eod.* Cornel. Tacit. *Lib.* 1. *Annal.* ibi: *Legata non ultra civilem modum.* Euſeb. *in Conſtantino, ubi ſup. dict. Lib.* 4. *Cap.* 26. dixit, τρόπους δὲ λέγας, id eſt, *modos certos*, B. Briſſon. *formul. Lib.* 7. J. Calvin. *in reliquiis formularum litt. L. modos* vocant genera legatorum iſta. Hinc intelligitur idem Ulpian. 41
dict. tit. 24. ibi: *Dum tamen eodem modo adimatur, quomodo datum eſt* (de quorum verborum intellectu vide nos *infra Cap.* 4. *per totum*) quatuor enim genera, ſeu modi legatorum erant: & unum quod- 42
que ſuam formam, ſeu figuram obtinebat, quæ modus eſt, *princip. Inſt. de leg.* 1. *de oblig. & action. l. mortis cauſa capitur, D. de donat. cauſa mortis*, Cujac. *in notis poſter. dict. princip.* Gothofr. *in dict.* 43
locis. Aliquando enim per vindicationis modum, ut ipſe legatarius vindicaret: aliquando per damnationem, ut ipſe heres teneretur præſtare, & quaſi damnatus eſſet: aliquando per ſinendi modum ut 44
totum in patientia heredis conſiſteret, ſinendo ſumere legatarium: aliquando per præceptionem, ut ultra partem hereditariam heres legatum præ- 45
ſumat. Formæ ergo figuræ, & modi legandi erant, & genera certa, ut de ſervitutibus dixit Ulpian. *in l. ſicut* 8. *§. diſtans* 2. *D. ſi ſervitus vindicetur*, & obſervavit Franc. Broœus in *princip. Inſt. de ſervit. num.* 8. Ita ut ſi conſtaret per diſpoſitionem Teſtatoris forma, & modus: quamque legati ſpeciem deſignaſſet Teſtator, illa admitteretur, quin neceſſarium eſſet Teſtatorem obſtringi certis, & ſolemnibus verbis cujuſcumque legari. Et ſic Gaius *lib.* 2. *inſt. tit.* 5. ſcripſit *in §.* 3. *per damnationem iſto ordine legatum dimittitur*, i. Iſto modo, & forma: inde judiciorum ordo, id eſt forma, modus *l.* 4. *C. de ſententiis, & interlocut. §. fin. Inſt. de interdict.* Et hæc eſt certa regula, certaque origo legatorum, ut ſatis indicat Ulpian. & Gaius *in ſuis Inſtitutionibus.*

Verum eſt, quòd aliqua verba erant, quibus 46
unumquodque genus demonſtraretur, ut docent Ulp. & Gaius, *ubi proxime*, iſte precipue, *§.* 7.

dict. tit. 5. non inde, quod illa certa, & ſolemnia
eſſent; ſed exempli gratia à Juriſconſultis iſtis ex-
ponuntur aptiora, & expreſſiora, ad dignoſcen-
dum cujuſque legati genus. Ut à ſimilitudine fi-
deicommiſſorum pereleganter deducimus, in qui-
bus ab univerſis Interpretibus conſenſum eſt (quos
refert & ſequitur Oſvald. ad Don. 8. *Com. Cap.* 3.
litt. B. & noviſſime noſter Melchior de Valentia
47 *ad l.* 1. *D. de leg.* 1. *Cap.* 1. *Nu.* 32. *cum ſeqq.*) cer-
ta verba, ſolemniaque, non requiri in fideicommiſ-
ſis, cum nuda voluntate conſtent *l. pen. D. de leg.*
1. *l. nutu* 21. *D. de leg.* 3. *l. cum proponebatur* 64.
D. de leg. 2. *cum aliis*, congeſtis à Valentia, & O-
ſvaldo, aliiſque: qui omnes in Fabrum conjurant;
certa, ſolemniaque verba fideicommiſſis, conce-
dentem: nam quamvis Juſtin. *in §. fin. Inſt. de ſin-
gul. rebus per fideicom. relictis* verba aliqua fideicom-
miſſorum in uſu haberi, & J. Paul. *lib.* 4. *ſentent.*
1. *§. fideicommittere* 6. ſcribant; demonſtrant utique
frequentiora fideicommiſſorum verba; non quod
certa, & ſolemnia fuerint; ſed quod quotieſcum-
que fideicommiſſum verbis; non nutu demonſtra-
tur, aliqua neceſſaria ſint: quæ aptiora, & fre-
quentiora demonſtrantur à Juſtiniano, & Paulo:
ideò Imperator *dict. § fin.* ſcribit *verba autem fidei-
commiſſorum hæc maxime in uſu habentur*, nota τὸ *ma-
xime* quaſi alia non excludantur, uti late Oſvald.
proſequitur ubi proxime: quod verum puto quid-
quid Gaſpar Schiford. ſentiat cum ſuo magiſtro
lib. 3. *tract.* 14. *quæſt.* 15. Idem dicimus de lega-
tis, nam quamvis verba aliqua deſignentur à Con-
ſultis, ad cujuſcumque generis demonſtrationem,
frequentiora, & aptiora ſunt; non quod fuerint
certa, & ſolemnia: quod noſtri Juris Interpretes
non animadvertentes in iſtum errorem prolapſi
fuerunt.
48 Quod autem certum ſolemneque erat in legatis,
id ſcilicet, ut imperativis relinquerentur verbis;
ad fideicommiſſorum diſcrimen, quæ apprecativis
procedebant, ſic intelliges Ulp. *tit.* 24. *§. per præ-
ceptionem, & in principio, l. quoniam* 15. *C. de te-
49 ſtament. l. in legatis* 21. *C. de legat.* Cujus rei
obſervantiam reſpexit, & ſuſtulit *dict. l. quoniam*
15. *dict. l. in legatis* 21. non tamen quod hæc re-
ſcripta certa fuiſſe, ſolemniaque verba legatis,
inſinuent; ſed referant ſolummodo precativa, aut
imperativa verba: probat evidenter *dict. l. quo-
niam*, ibi: *Verborum non eſſe neceſſariam obſervan-
tiam, utrum imperativis, & directis verbis fiat; aut in-
flexis*, dict. *l. in legatis: in legatis, vel fideicommiſſis ne-
ceſſaria non ſit verborum obſervantia*, an ſi imperativa,
vel precaria verba eſſent (quam partem eſſe *dict.
l. quoniam*, ex Gothofredo jam dixi) ſic *l.* 1. *&*
2. *C. communia de leg.* procedunt: ea enim erat
verborum obſervantia, & diſcrimen inter legata,
50 & fideicommiſſa. Inde intelliges Ulpian. *dict. tit.*
24. *Legatum eſt, quod legis modo, id eſt, imperati-
ve teſtamento relinquitur: nam ea quæ precativo modo
relinquuntur, fideicommiſſa vocantur*: ubi Conſultus
ſcribit, modum à lege in legato conſtitutum con-
ſiſtere, quod imperativis verbis relinquatur: agno-
ſcens, eum modum debere eſſe certum, eum ſo-
lemnem, eumque ſtatutum à lege, nec aliam in
verbis requiri certitudinem, ut ſic diſtinguatur le-
gatum à fideicommiſſo: cujus loci veram ſuſpi-
cor interpretationem; quidquid ſentiat Donel. 8.
com. Cap. 1. & alii ab Oſvald. relati *litt. C.* Hinc
etiam præmittimus lucem Euſebio *dict. Lib.* 4. *Cap.*
26. *in Conſtantino*, ut intelligatur de certo, ſo-
lemnique modo imperative diſponendi: nam de
Conſtantino loquitur, qui autor eſt *dict. l. quoniam*,
51 *& dict. l. in legatis.* Secundum quas, & a nobis
hic declarata, Euſebii verba percipere debemus:
ſic proprius veritati verborum Græcorum, & an-
tiquitatis verto. *Antiquæ quidem leges diffinierunt in
ipſa extrema anguſtia* (conſtitutum) *exacte diſpone-
re imperativa teſtamenta, cum modos aliquos, nonnul-
laſque oporteat voces ſeligi.* Vide quam longe abſit
vere, recteque verſus Euſebius à Joanne Chriſto-
phorſono ejus Interprete: convenit magnus hiſto-
ricus cum omnibus his, quæ ex antiqua Juriſpru-
dentia deduximus: en modos aliquos: & impera-
tiva teſtamenra: ſic enim capio illa *συνταττομένας
διαθήκας*, ſecundum Chriſpinum, Henric. Steph.
in ſuis lexicis, illuſtrat præclare Budæus *in Comment.
ling. Græcæ fol. mihi* 640. *cum ſeqq.* niſi mavis *com-
poſita.* Et poſt hæc ſcripta inveni doctiſſimum
Carrançam de partus deſignat. Capit. 2. *§.* 1. *illat.* 13.
ſection. 4. *num.* 290. vulgarem Euſebii verſionem
merito rejicientem; & reapſe noſtræ conſentien-
tem: tu conſule doctiſſimum virum. Et idem 52
in inſtitutione obtinebat, ut niſi imperativa eſ-
ſet, nullius eſſet momenti. Ulp. *in fragment. tit.*
21. ubi Cujacius, Donel. *Lib.* 6. *com. Cap.* 17.
ubi Oſvald. *litt. C.* plures refert: ſed tamen in
contraria fuit ſententia noſter Carrança *ubi proxime
à num.* 283. *cum ſeqq.* qui eleganter multis hinc
inde penſitatis defendit inſtitutionem per quæ-
cumque verba ſeu directa, imperativa, & pre-
caria ſubſiſtere (& ego ſubſiſto etiam, dum aptior
diſquiſitioni locus ſe offerat) qui bene *ἀνεξελέγκτως*
iſtam ſuſtuliſſe Conſtantinum ſcribens, ante ocu-
los videtur Euſebium habuiſſe *ἀνεξελεγκτιῶς*, qui
Apuleii loco deceptus affirmat non ſolum requiri
verba directa, ſed ſelecta: forte intelligens cer-
ta, & ſolemnia. Sed præterquam longe lateque 53
per integrum Caput iſtud diffuſi fuerimus adver-
ſus ſententiam iſtam, Apuleii locus (cujus verba
dedimus *ſup. Num.* 21.) non probat, quacumque
retenta lectione. Nam ſi legimus verba *concepta
de induſtria, quodam tabulis prænotante*, cum Oſ-
vald. *dict. Cap.* 17. *litt. C.* & Briſſonio *Lib.* 6. *for-
mul. fol.* 654. non docet Apuleius, inſtitutionis,
legative verba certa, ſolemnia eſſe: nullum talia 54
redolet verbum; ſed de induſtria concepta, &
compoſita fuiſſe verba, admodum, quo luſit ele-
ganter noſter Statius Papinius *Lib.* 2. *ſylvar. epice-
dium in Glauciam Mel.*

Compoſitoſque ſales, meditataque verba locutus

Si enim de induſtria concepta erant verba, non
quia certa, ſolemniaque erant, quibus apte non
convenit induſtria. Ego autem libenter P. Col-
vii lectionem ſequor, congruentiorem tum ante-
cedentibus, & ſubſequentibus: tum hiſtoriæ ſeu
narrationi. Apuleium altius tranſcribam. *Quo
placito ocyter ſurrexit, & ad aliud me cubiculum indu-
cit, ubi corpus ſplendentibus linteis coopertum, intro-
ductis quibuſdam ſeptem teſtibus, manu revelat: &
diutine viſu præfleto, obteſtata fidem præſentium ſin-
gula demonſtrat anxie membra contecta de induſtria,
quodam tabulis prænotante: ecce* (inquit) *naſus inte-
ger, incolumes oculi, ſalvæ aures, illibatæ labiæ,
mentum ſolidum: vos in hanc rem, boni Quirites,
teſtimonium perhibitote: & cum dicto conſignatis illis
tabulis faceſſit.* Refert ergo Apuleius, in Theſſa-
lia propter Sagarum infeſtationem de pretio licita-
ri, ſi qui mortuum ſervare vellet: ita ut ſi cu-
ſtos, & ſervator mane integrum corpus non re-
ſtitueret, quidquid inde decerptum, diminutum-
que fuerit, id omne de facie ſua diſſectum ſar-
cire compelleretur, qui cuſtos cum ad domum
fuiſſet defuncti productus, coram teſtibus, &
tabellione integrum corpus defuncti ei demon-
ſtratum: ſive membra contecta de induſtria, quo-
dam, tabulis poſita, prænotante (niſi mavis *ta-
bulis*, id eſt, inſtrumento præſcribente) ſic: *ec-
ce naſus integer, incolumes oculi, &c.* ad quam
rem advocavit teſtes, & in tabulis omnia conſi-
gnata fuerunt. Quid iſta cum Teſtamento? quid
cum ſolemnitate verborum, prorſus ad hiſtoriam
inutile?

inutile? Quibus ſatisfecimus plene obicibus, qui certitudinem verborum, & ſolemnitatem in legatis aſſerere videbantur, quos male præcaleos Tribonianus, magis diſrupit, quam cepit, certa fuiſſe verba cuique generi legatorum docens: prorſus Juriſprudentia invita, nulloque Juriſconſulto-
rum ſuffragante. Niſi forte velis *τὸ certa* intelli- 55
gere, non de ſolemni, & concepto verbo (adverſus cunctorum noſtrorum Interpretum votum) ſed de certis modis, quos laté explicuimus *n.* 40. *cum ſeqq.* ſic judico DD. pace, quibus dabo manus, certiora afferentibus.

C A P. II.

An nutu relinqui poſſit legatum: qui Interpretes tenuerint negativam. 1. *Qui affirmativam.* 2. *Hanc defendimus, à* n. 2. *Expenditur Paul.* in l. nutu 21 D. de leg. 3. 3. *τὸ* etiam *ampliativum eſt.* 4. *Adducitur Ulp.* in fragm. tit. 25. 5. *Qua forma nutu fideicommiſſum relinqui poſſit.* 6. L. & in Epiſtola 22. C. de fideicomm. 7. *Quomodo legatum nutu relinquendum ſit.* 8. *Æſtimamus* l. Pamphilo 39. §. 1. D. de legat. 3. 9. L. ſervo invito 55. §. ſi pupillo, D. ad Senatus Conſultum Trebellian. 10. *Et ſingulares locos Quintiliani, & Caſſiodori.* 11. L. Labeo 7. §. fin. D. de ſuppell. legat. 12. *Actus qui nutu celebrari poſſunt.* 13. *Teſtatores plerumque in agone mortis luctantes teſtamenta condunt.* 14. *Vis quanta ſit τ* utiquiſque, *in lege teſtamentaria antiqua.* 15. *Probibitio, nec reſtrictio legis in re favorabili induci non debet.* 16. *Praxis per nutum relinquendi legatum.* 17. *Notatur Anton. Picbard.* 18. *An teſtamentum nutu celebrari poſſit? Remiſſive.* 19.

AB eo errore, quo noſtri Juris Interpretes uno decepti Triboniano certis verbis conſtare legata, conſcripſerunt, procedit alter ab illomet prognatus, & deſcendens: in quo conſident Interpretes, dum nutu relinqui legatum non poſſe,
1 conſentiunt, & conſcribunt. Hi ſunt Cujacius *in notis ad Ulp. tit.* 25. *& ad l.* 2. *C. comm. de leg.* & ſæpiſſime alibi. And. Faquineus *lib.* 13. *controver. juris, cap.* 45. Turaminus *de exæquatione legatorum, c.* 1. 3. 7. cui Oſval. adhæret. 8. *com. c.* 2. *litt. B. H.* Pich. *in l.* 1. *c.* 3. *nu.* 11. *D. de leg.* 1. *& in §. ult. inſt. de teſtam. n.* 12. præjudicatiſſimus Melchior de Valentia *libr.* 3. *illuſtr. Juris tract.* 5. *Cap. ultim. num.* 7. Franciſcus Raguellus *in commentario ad deciſiones Juſtinian. ad l. jubemus* 29. *C. de teſtamentis*, Obertus Giſanius *ad l. ultim. C. de codicill. in §. illud quoque, queſ-*
2 *tion.* 10. & alii. Nec me latet, antiquorum aliquos contrariam præcenſuiſſe ſententiam, & præſcripſiſſe, per nutum ſcilicet legari poſſe. Accurſius *in l. nutu* 21. *D. de legat.* 3. Iaſo *in l. nemo poteſt* 54. *D. de legatis* 1. *numer.* 74. *in* 1. *lectura*, A. Alciatus *in l. Lucius* 85. *D. de beredibus inſtituendis*, Petrus Gregorius *lib.* 42. *ſyntagmat. juris, cap.* 32. *numer.* 31. Antonius Gomez *in l.* 3. *Tauri numer.* 11. Cardinalis Mantica *de conjectur. ultimarum voluntat. tit.* 1. *numer.* 2. *&* 19. D. Covarruvias *in Cap. cum tibi de teſtament. numer.* 3. Peralta *ad Rubr. de legat.* 2. *numer.* 9. *&* 10. qui alios referunt: in quorum ſententia fuit Conſtant. Harmen. *Prompt. Juris Civilis lib.* 5. *titul.* 10. §. 23. & D. Gothofredus *in l. obligamur* 52. *§. final. D. de Obligationibus, & Actionib.* & denique (qui plures refert) Caſtillo 4. *controverſiarum.* 1. *part. cap.* 27. *à numer.* 32. *cum. ſequentib.* Sed illos in errorem coegit, tum unus Tribonianus autor illius falſæ ſententiæ, legatum non niſi certis, & ſolemnibus verbis relinqui poſſe: tum quod iſti non ſatis communierunt, & confirmarunt judicium ſuum, nec jura, & cauſas protulerint in medium, quibus ad oculum pateret certa veritas relinquendi per nutum legatum. Sed cum jam ingenti vi, maximoque conatu propulerimus cruentum Triboniani errorem proximo Capite: in hoc aggrediemur defenſionem, & confirmationem Antiquorum ſententiæ, qua plene planeque dabimus
3 nutibus teſtatoris legatum. Moveor 1. ex verbis ſenteritiaque Pauli *in l. nutu* 21. *D. de legat.* 3. *nutu etiam* (inquit Conſultus) *relinquitur fideicommiſſum* (cujus inſcriptionem ſemper probavi, & probabo) ad quod maxime adducor inſcriptione legis, *libri quarti ſententiarum Pauli*, in quo tractaſſe iſtum de actibus, qui verbis, & nutu perficerentur, mihi indicium eſt ejuſdem autoris reſponſum deſumptum *ex eodem Lib.* 4. *ſententiarum in l. recuſari* 95. *D. de acquirend. bereditate: recuſari* (inquit) *bereditas non tantum verbis; ſed etiam re poteſt: & alio quovis indicio voluntatis*, veluti nutu: ne affinitate verborum præſumant aliqui, *dict. l. nutu*, ex Ulpiani *fragmento* (ſtatim deducendo) *tit.* 25. deſumptam fuiſſe: inquit ergo Paulus, *nutu & relinquitur fideicommiſſum:* ergo pro certo ſuppo- 4
nit, & legatum relinqui poſſe *τὸ* enim *etiam*, ampliativum eſt, & relativum ad aliud, *l. etiam* 141. *D. de verbor. ſignificat. l. etiam* 9. *D. de adoptionib.* cum centum aliis Calvini *in lexico:* & cum noſtra lex titulo *de legatis, & fideicommiſſis* ſuppoſita jaceat, in dubio ei adaptare debemus, ex Everardi doctrina *in locis legalibus, loco à rubro, num.* 5. cum & id deſideret ſubjecta materia: ſecundum quam res percipere debemus, uti idem Everard. laté tractat *in loco à ſubjecta materia*, nam quamvis *τὸ*, *etiam* ad alia poſſet referri: in dubio ſubjectæ materiæ, tractatui ipſiſſimo attribuere debemus, ut Paulus reſpondeat, nutu etiam relinqui fideicommiſſum, utpoté relinquitur legatum. Vel ſi 5
mavis ad formam Ulpiani intelligere, *in fragmentis titulo* 25. *de fideicommiſſis*, qui poſtquam ſcripſerat, fideicommiſſum precativis verbis conſtare, & exempla tradidiſſet eorum: ſubjicit, *etiam nutu relinquere fideicommiſſum, receptum eſt*, cur non, & in legatis idem receptum eſſe credemus? Eſtò, quod imperativis darentur verbis legata, nihil minus, quod & nutu ad fideicommiſſorum formam poſſent relinqui: nam ſi forma fideicommiſſi à prece, legati ab imperio procedit, & exiſtit: nutu nudo nulla alia externa voluntate patefacto non poterat relinqui fideicommiſſum: cum nutus nudus fideicommittere, aut legare voluiſſe teſtatorem nullatenus aperiat: nec circumſtantes voluntatem nudam, abſtruſamque nutus, & quid voluerit Teſtator, penetrare poterunt: ſolius Omnipotentis, & Maximi potentia ea erit. Cum autem 6
Conſulti relinqui fideicommiſſum nutu reſpondent,

intelligimus expreſſam voluntatem, non carentem
fideicommiſſorum forma. Rogatur enim Teſtator
à tabellione, vel circumſtante alio, an velit fidei-
commiſſum relinquere, vel rogare heredem inſti-
tutum, ut Titio fundum relinquat: tunc enim ſi
annuat teſtator, directum fideicommiſſum com-
pletur, planaque forma exornatur in prece, & ro-
7 gatione exiſtente: ſic intelligenda *l. & in epiſtola*
22. *C. de fideicommiſſis*, ita perelegantèr prædocuit
Franciſ. Hotoman. *illuſtr. quæſt.* 13. Gaſp. Schi-
8 ford. *ad A. Fab. Libr.* 14. *quæſt.* 9. Sic ſimiliter
nutu legato formam eandem accommodamus: ut
interrogari poſſit teſtator, an velit legatum Titio
relinquere, & diſponere, ut heres damnas ſit fun-
dum illum præſtare Titio: & annuat hujuſmodi
interrogationi: Ita ut non ſolum vera rectaque
forma legati confingi, & concipi poſſit: verum
unumquodque genus legatorum diſtincte exprimi
ſecundum eam, quæ teſtatori oblata fuerit. Sic
præter alios antiquos explicavit Bartol. & Dyoniſ.
Gothofred. *dict. l. nutu.* P. Gilkenius *ad l. generali-
ter* 6. *de inſtitution. & ſubſtitutionib. num.* 30. A.
Mornacius *in obſervation. ad digeſt. vetus ad l. ſi pater*
29. *D. de adoptionibus*, Sarm. *in rub. de leg.* 2. Cujus no-
ſtræ ſententiæ aſſertorem magnum produco ma-
9 gnum Scævolam *Lib.* 20. *Digeſtorum in l. Pamphilo* 39.
§. 1. *D. de legat.* 3. apud quem teſtator in diſcrimine
vitæ conſtitutus, tempore quo fortiores nutant, per
infirmitatem accerſitis amicis, Gaio Sejo contuber-
nali dixit, *quod vellet ei relinquere prædia, quæ nominaſ-
ſet: eaque dicta in teſtationem Gaium Sejum redigiſſe*:
qui Gaius Sejus poſtea teſtatorem interrogavit, an
ea dixiſſet: qui reſpondit μάλιστα id eſt, *maxime*,
reſpondetque Conſultus, prædia deſtinata ad Ga-
tum Sejum ex cauſa fideicommiſſi pertinere: &
merito, cum per interrogationem, & reſponſio-
nem plena diſpoſitio perficiatur, & voluntas per-
noſcatur Teſtatoris, ut optime accepit Oſvald. ad
Donell. 8. *commen. Capit.* 3. *litt. F.* qui Fabrum no-
tat, attribuentem injuria, reſponſum Triboniano
10 *lib.* 14. *conjectur. Capit.* 5. Sed aptius extat reſpon-
ſum *in l. ſervo invito* 65. §. *ſi pupilla* 3. *D. ad Sena-
tus Conſult. Trebellian.* quod dum mutorum aditio-
nem hereditatis tangit, iſta ſcribit. *Nam ſi audi-
tus capaces ſunt, vel interrogati nutu poſſint ſignare,
velle ſe periculo ſuo hereditatem adire*: ad modum er-
go, & formam iſtarum legum, & legatum, & fi-
deicommiſſum nutus poteſt perficere, cum idem
11 annuere ſit, quod reſpondere μάλιστα *quippe* (verba
Quintiliani ſunt *lib.* 11. *orator. Cap.* 3.) *non manus
ſolum, ſed nutus etiam declarant noſtram voluntatem;
& in mutis pro ſermone ſunt, & ſalutatio frequenter,
ſine voce intelligitur, atque afficit: & ex vultu ingreſ-
ſuque perſpicitur habitus animorum, & animalium quo-
que ſermone carentium ira, lætitia, adulatio, & oculis,
& quibuſdam aliis corporis ſignis deprehenditur. Nec
mirum, ſi iſta, quæ tamen in aliquo poſita ſunt motu,
tantum in animis valent, qui cum pictura, tacens opus,
& habitus ſemper ejuſdem, ſic in intimos penetret af-
fectus, ut ipſam vim dicendi nonnunquam ſuperare vi-
deatur.* Caſſiodor. *lib.* 4. *variar. Cap.* 50. *His ſunt
additæ horciſtarum loquaciſſimæ manus, linguoſi digi-
ti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita, quam Muſa
Polymnia reperiſſe narratur, oſtendens homines poſſe,*
12 *& ſine oris affatu ſuum velle declarare, &c.* quod in
legato mihi viſus eſt Servius expreſſe ſentire *in l.
Labeo* 7. §. *fin. D. de ſuppellect. legat.* Ibi *Tamen
nemo ſine voce dixiſſe exiſtimatur, niſi forte, & eos,
qui loqui non poſſunt, conatu ipſo, & ſono quodam* ϗ τῇ
13 ἀδιάρθρωτῳ φωνῇ *in articulata voce dicere exiſtimamus.* Sic
eſt, ut quotieſcumque ſolemnia verba neceſſario
non requirat actus, nutus perficere poſſit: cum
per eum ſatis voluntas explicetur, propter quod
ſumma cum ratione multis in rebus Juris noſtri,
& extra admiſſus eſt pro voluntate nutus: quos
caſus, quia recenſere nimis longum eſſet, indi-
caſſe ſufficiet conatui noſtro. Videat Lector Cu-
jacium *in l. obligamur* 52. *D. de obligation. & actio-
nibus, & ad d. l.* 1. §. *ſi quis ita* 2. *D. de verborum
obligation.* D. Gothofred. *in dict. l.* 52. P. Gregor.
Lib. 46. *ſyntagmat. Juris, Cap.* 4. *Num.* 14. Oſ-
vald. *ad Donel. Lib.* 12. *Commen. Cap.* 10. *litt. D.
& Lib.* 7. *Cap.* 18. *litt. H. & Lib.* 7. *Cap.* 7, *litt. D.*
A. Mornac. *dict. l. ſi pater* 29. *D. de adoptionib.*
Fran. Raguell. *in commentario ad deciſiones Juſti-
nian. l. Jubemus, C. de Teſtamentis*, Patr. Cerdam
ad Virg. 7. *Æneid. v.* 585. *no.* 6. & ad Tertull.
de Pallio Cap. 4. *Numer.* 95. Alexand. ab Alexand.
Libr. 6. *dier. gen. Cap.* 2. Sed quæ à politioribus
litteris poſſem offerre, fere ſupra modum eſſent,
ſpecta ſequentia: ab his autem nutum pro volun-
tate accipi, pro voluntate ſubſtitui, nullo labore
hauries: ut non mireris, legatum poſſe à nutu
procedere. Præcipue ſi animadvertamus Teſta- 14
tores (ut plerumque eſt) in ultimo agone luctan-
tes, propugnantesque fatalia (ut referunt Scævo-
la *dict. l. Pamphilo* 39. §. 1. *de legat.* 3. Euſeb. *in
vita Conſtantini Libr.* 4. *capit.* 26. *l. quoniam* 15.
C. de Teſtament. ubi Gothofredus) teſtamenta
condere, quo arctiſſimo tempore ingruentis mor-
bi decumanis fluctibus propriores morientum nu-
tus ſunt, quam verba. Et res teſtamentaria om-
ni favore digna ſit, ut & fuit apud noſtros Con-
ſultos *l. final. D. commun. prædiorum, l. quæſitum*
12. §. *idem reſpondit* 43. *D. de fund. inſtruct. l. pe-
nult. D. de tritico, vino, & oleo legato.* Si ergo
nutus celebrare, & perficere actum aliquem poteſt
(ut poteſt) nullum magis, quam legatum, per
proxime dicta: & quia legandi poteſtas deſcendit
à lege duodecim tabularum, quæ ampliſſimam Te-
ſtantibus poteſtatem conceſſit, *uti quiſque legaſſet
ſuæ rei, ita jus eſto*, animadverte τὸ *uti quiſque*, & 15
invenies poſſe Teſtatorem nutu, & quomodo-
cumque voluerit, legare (uti de hac libera pote-
ſtate forte latius agam. *Tom.* 2. *noſtrorum Parali-
pomen.*) Verum ſit, quod hæc poteſtas interpre-
tatione Conſultorum, legibus, & Senatus Conſul-
tis reſtricta fuerit *l. verbis legis, D. de verborum ſig-
nification.* Sed dum non invenimus expreſſe pro-
hibitum, Teſtatorem nutu legare poſſe; prohibi-
tionem & reſtrictionem legis inducere non debe-
mus: in re maxime maximo favore digna (ut di-
xi) *l. nec non* 28. §. *quod ejus* 2. *D. ex quibus* 16
cauſis majores, l. 1. §. 1. *D. de teſtibus, l. mu-
tus* 43. §. 1. *D. de procuratoribus*, cum pluribus
juribus, & Interpretibus accurate congeſtis à Ve-
laſco *in axiomat. Juris litt. P. Numer.* 206. & ibi
ex Craveta, Maſcardo, Menochio aliiſque pro-
bat, in dubio faciendam interpretationem eſſe,
ut actus permiſſus cenſeatur, quando prohibitus
non reperitur. Nullum autem, quamtumvis dili-
gentiſſime indagans, reſponſum inveni, quo ex-
preſſe Teſtatores nutu legare prohiberentur: quæ
eſt ergo ratio, ut digniſſimam teſtandi poteſta-
tem cavillationibus, & ſcrupuloſo acumine viole-
mus, aut diſrumpamus? Quod in tantum ſequor,
ut quamvis in legatis certa ſolemniaque verba eſ-
ſent, ad unguem obſervanda (contra ea omnia,
quæ ſuperiori Capite longo labore firmavimus) à
Teſtatoribus tamen nutu poſſe legatum relinqui,
defenderem: nam cum tunc per nutum diſpoſitio 17
procedat, quando interrogatio præcedit, ad ple-
nam voluntatis cognitionem; nihil vetat, quo mi-
nus rogator ſeu interrogator proponat Teſtatori
ſolemnia verba, & ille reſpondeat μάλιστα, vel
annuat. Hæc ſatis evidenter reprobant Anton. 18
Pichard. *in* §. *fin. inſtitut. de teſtament. Numer.*
12. 13. nutu ideò, dicentem, relinqui non poſſe
legatum, quia non aliter valet, niſi ex Teſtamen-
to; ſecus, in fideicommiſſo, quod nuda volunta-
te,

æ, & ex quibuscumque conjecturis inducitur: nam
quamvis legatum, non niſi in Teſtamento relin-
quatur, non id impedimento eſt, quo minus nu-
tu dari non poſſit, cum ratio nutus procedat per
interrogationes, & formas hoc Capite expreſſas,
quæ in Teſtamento redigi poſſunt, *dict. l. Pam-
philo* 39. §. 1. *de legatis* 3. non, ut voluit ipſe in-
telligere, per ſuggeſtiones nudas, nullis præam-
bulis quæſtionibus habita quæ magis morbi,
& furoris cauſæ, & indicia; quam legati, &
19 fideicommiſſi voluntas æſtimari debent. Sed
in quantum Teſtamentum per nutum factum
ſubſiſto: cum longe eam quæſtionem prætra-
ctaſſent graviſſimi viri. Vide Jaſon. *in l. ne-
mo poteſt* 54. *in* 1. *lectura*, *D. de legat.* 1. *Nu-
mer.* 74. Covarruviam *Cap. cum tibi*, *Num.* 4.
de teſtament. Anton. Gomez *in l.* 3. *Tauri*, *Num.*
110. (qui plures antiquorum referunt) Petrum
Gregor. *Lib.* 42. *ſyntagm. Jur. Cap.* 6. *Numer.* 14.
Anton. Pichard. *in* §. *final. inſtitut. de Teſtament.*
à Num. 8. *cum ſequentib.* J. Cujacium *conſultat.* 36.
Viglium *in* §. 3. *inſt. de Teſtamen. à Num.* 9. *cum
ſequentibus*, Donel. *Lib.* 6. *com. Cap.* 21. ubi Oſ-
vald. *litt. B.* Franciſcum Raguell. *in commentario
ad deciſiones Juſtinian. ad l. jubemus*, *C. de Teſtamen.*
Caſtillum *Lib.* 4. *quotidianarum controverſiar.* 1. *part.*
Cap. 27. *per totum*, à quo innumeros accipies In-
terpretes, Schiford. *Lib.* 3. *tract.* 14. *quæſtio.* 9.
Aymon. Cravet. *conſi.* 117. Conrad. Rittershuſium
de different. Juris Canon, *& Civil. Lib.* 4. *Cap.* 3.
& ad Novell. Juſt. part. 6. *Capitul.* 1. *Numer.* 10.
à quibus, & alius contrarias omnino accipies ſen-
tentias: nunc autem procedo ad Legata, & ad
inſtitutæ diſcuſſionis iter.

C A P. III.

Legatorum ademptio an nutu? & qui negativam defenderint à num. 1. *Fundamenta eorum, à* num. 2. *Sed Autor in contraria eſt*, *à* num. 3. *Legatum nuda voluntate adimitur.* 4. *Sed in hoc qualiter differat legatum à fideicommiſſo.* 5. *Inducimus* l. 1. §. adimere 4. D. de aſſignand. liber. 6. *Utpotè nutu relinquitur, ſic legatum adimitur.* 7. *Legata facilius infirmentur, quam firmentur, & ſuſtineantur.* 8. *Ademptio legati an favorabilior ſit præſtatione? quod ſine verbis adimitur, veluti inimicitiis.* 9. *Tacita tranſlationis nuda voluntate.* 10. *Alienatione.* 11. *Inductione Teſtatoris.* 12. *Formæ tranſmutatione.* 13. *Expenduntur acute duo Ulpian. reſponſa, unum* in l. cum hic ſtatus 32. §. poenitentiam. 3. D. de donationib. inter virum & uxorem. 14. *Alterum* in l. 4. D. de adimend. legat. 15. *Interpretamur* principium inſtitut. de ademption. legat. 16. *Antiquiori tempore legatum adimebatur eodem modo quo relictum erat.* 17. *Cujacii error.* 18. *Et alius Turamini.* 19.

SIcut nec relinqui nutu legatum conſcripſerunt
multi præcedenti Capite dati, ſic non defe-
cerunt, qui nec adimi nutu poſſe, judicarunt.
Fuerunt autem Turamin. *de exæquation. legat. Cap.*
1 4. Franciſc. Balduinus *ad titul. de ademption. legat.*
ubi Anton. Pichardus *Numer.* 34. B. Briſſon. 7.
formular. Donell. 8. *Commen. Cap.* 17. & alii in
principio proximi Capitis relati: qui legatum nu-
2 tu relinqui poſſe negarunt. Moventur ex auto-
ritate Cæſaris Juſtiniani *in principio ſuarum inſtitu-
tionum*, *de ademptione legatorum*, præſcribentis,
verbis legatum adimi deberi: quaſi Imperator nu-
tum excludat; & præcipue Turaminus ex Ulpia-
no urget *titul.* 25. docente, legatum eodem mo-
do, quo datum erat, adimendum eſſe, quod &
idem *titul.* 2. dixerat in libertate, eodem modo
adimenda, quo relicta erat.
3 Sed ego qui in ea ſum ſententia, nutu poſſe
legari, pariter in ea libentiſſimus ero; adimi le-
gatum poſſe ſolo nutu: nec voluntatem verbis ex-
preſſam requiri, ut præſenſit Hugo Donellus *ubi
4 proxime:* Moveor Domitii Ulpiani celebri ſenten-
tia, legatum nuda voluntate adimi poſſe *in l.* 3.
§. *fin. D. de adimendis legatis*, non ipſo Jure, ut
5 fideicommiſſa, ſed exceptionis ope. In quo dif-
ferentiam fideicommiſſorum agnoſco, legatorum-
que, à Turamino *d. C.* 4. præviſam ut ipſe
Conſultus ſatis evidenter explicat, & ex eo Tu-
raminus ubi proxime, & præter alios plures, An-
tonius Clarus Silvius *in commentario ad leges* 12. *ta-
bul. Cap.* 13. *fol. mihi* 303. Si ergo nuda volun-
tate legatum adimi poteſt, quid vetat, quominus
nutu adimi nequeat? convenit eleganter *l.* 1. §.
6 *adimere*, *D. de aſſignand. Liber.* in quo nuda vo-
luntate aſſignationem adimi poſſe, reſponſum
eſt, hoc ideò, quia nutu aſſignatio fieri poteſt,
§. *aſſignare* 3. *ejuſdem legis* ut videatur Conſul-
tus unum ex alio inſerre. Briſſon. *formul. Lib.* 7.
fol. 749. Fr. Raguell. *ad l. jubemus* 29. *C. de Te-
ſtamen.* M. de Valent. *Lib.* 2. *illuſt. tract.* 3. *Cap.*
4. *Num.* 7. cum ſecundum Quintilian. *Lib.* 11.
orat. Cap. 3. ita nutus exprimat noſtram volunta-
tem, ac verba, & eundem effectum operetur.
Quod apud Romanos receptiſſimum fuiſſe, inve-
nerim voluntatem in multis per nutus datam, &
acceptam fuiſſe (ut probabo infra) nec minus
apud noſtros intellectum eſſe. Utpotè enim nu- 7
tu relinquitur legatum, nutu adimitur, ut argu-
mentatur Cardinalis Mantica *de conjecturis ultimar.
vol. Lib.* 12. *Tit.* 4. *num.* 4. qui cum nobis ſentit.
Sed fortius ſi conſideremus, quod id admiſerimus
in legatorum datione, quæ Teſtamentaria indi-
gebat voluntate, & ſolemnibus relinquendi mo-
dis (ex Capite anteriori) quanto magis ſequi de-
beamus ſententiam iſtam in ademptione legato-
rum, nuda contenta voluntate, nudoque volun-
tatis facto? Hinc enim eſt, quod legata facilius 8
infirmentur, quam firmentur, & ſuſtineantur,
uti comprobarunt Jaſo *in l. nemo poteſt*, *D. de le-
gat.* 1. *in* 1. *lect. numer.* 74. Eman. Suarez *in an-
notationibus ad Anton. Gomez* 1. *tom. reſolution. Ca-
pit.* 12. Oſvald. ad Donel. *Libr.* 8. *Commen. Capit.*
17. *litt. C.* quod explicat Cardinalis Mantica de
conject. ult. volunt. Lib. 7. *titul.* 1. *nu.* 6. & 37.
facilius enim (ut inquit Ariſtoteles *Lib.* 1. *reſo-
lution. Capit.* 27. & cum eo cuncta Philoſopho-
rum turba) res deſtruuntur, quam conſtruuntur.
Præcipuè ſi voluntatem Teſtatoris conſidere-
mus viventis, nutantem, variis ſucceſſibus pro-
nam, & obnoxiam, ſemperque uſque ad extre-

mos ſpiritus deambulantem *l. 4. D. de adimendis*
legat. Ut quicumque hæc rectu judicio librave-
rit, non mirari debeat, quod nuda voluntate,
nutuque Capitis ſeu manus, pendens, nutanſque
voluntas revocetur: maximè ſi eorum reprobe-
mus ſententiam; qui affirmant, legatum multo
dignius favore eſſe, quam ademptionem, cum
ex dictis ſatis id evidenter appareat, & ex di-
9 cendis apparebit. Ultra quod, eam jam deſpe-
xerit ſententiam Joan. Robertus *Lib. 3. Animad-*
verſio. Juris Civilis, *Capit.* 16. per jura eo Capite
diſcuſſa. Voluntas enim Teſtatoris quatenus mo-
rientis voluntas eſt, libera in ſolatium fati con-
ceſſa *l. 1. C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, ſive ferat,
ſive auferat legatum, ea ſola ad ſavores; ad in-
dulgentias in conſideratione eſt, imò eo ipſo,
quod legatum delegat, delet, inducit: aut juſto
dolore facere, aut juſta cauſa moveri, credere
debemus. Quid ergo indignum Jure noſtro, &
dignitate Juriſprudentiæ poſſumus rimari, quo
revocationi legarorum obſtemus, aut dedignemur
eam? ut altiſſime placeat noſtri Ulpiani ſenten-
tia, nuda voluntate revocari poſſe legatum: &
noſtra, nutu. Nulla ſane verba in ademptione
legatorum neceſſaria ſunt: ſed unde verba, ſi ip-
ſo facto, cum capitales inimicitiæ ſucceſſerint,
legatum cenſeatur ademptum? *l. 3. §. final. cum*
lege ſequent. D. de adimendis legatis, de quo viden-
di ſunt, præter alios, Donel. *dict. Lib. 8. Comm.*
Capit. 17. & ibi Oſvald. *litt. C. D.* Jacob. Me-
noch. *Libr. 4. præſumption.* 170. Cardin. Man-
tica *de conjectur. ultim. voluntat. Libr. 12. tit. 5.*
P. Faber. 3. *Sem. Capit.* 15. non ergo ſolemni-
10 ter verba requiruntur. Sic per tranſlationem ta-
cita voluntate adimitur legatum, *l. ſicut 5. cum ſe-*
quentibus, *D. de adim. leg.* veluti *quod Titio legavi,*
Sejo do, lego, quæ res in perſonam Titii tacitam adem-
ptionem continet, verba Conſulti ſunt *dict. l. 5. l. ſi*
pluribus 33. *D. de leg.* 1. in qua optime Cujacius
docet, tranſlationem legati, non ſolum verbis,
ſed tacita voluntate induci, *§. 1. Inſt. de adem-*
ptione legatorum, & Balduin. *ibi.* Sic ſimiliter ſi
11 rem legatam Teſtator alienaverit, tacite adimit
l. rem legatam 18. *D. hoc tit. l. fideicommiſſa* 11.
§. ſi rem de leg. 3. Adimitur etiam legatum cum
12 a Teſtatore inducitur, *l. nihil intereſt* 16. *D. hoc*
tit. l. 1. & per totum titulum. D. de his quæ in teſta-
mento delentur, & ſi rei legatæ transmutet formam,
ut in exemplis ab Africano conſideratis *in l. qui*
13 *uſumfructum* 36. *D. de uſufructu*, (quam feliciter
explicat Anton. Clarus Silvius *ad leg. 12. tabul.*
d. Capit. 13.) Hoc autem pluſquam certiſſimum
eſt, quod verba non ſint neceſſaria ſolenniter in
legatorum ademptione, ſufficereque nutum. Sed
(ni valde fallor) ſatis id evidenter demonſtravit
Ulpian. in reſponſo duplici, utroque deducto *ex*
Lib. 33. ad Sabinum, unum enim eſt *in l. cum hic*
14 *ſtatus* 32. *§. pœnitentiam* 3. *D. de donation. inter*
vir. & uxorem, in quo pœnitentiam donationis
tractat, ſupremamque ſpectandam eſſe concludit:
exemplo à legatis, & fideicommiſſis ducto, in
quibus ambulatoria Teſtatoris voluntas eſt uſque
ad vitæ ſupremum exitum: quod altero reſponſo
15 repetiit *ex eodem Lib. in l. 4. D. de adimend. leg.*
in quibus verbis ſuum ſubeſſe myſterium autumo,
nam ſi voluntas ambulat uſque ad vitæ ſupremum
exitum, in quo, ut frequentius eſt, nutibus magis
quam verbis indicant voluntates morientes, nuti-
bus eorum circumſtantes intenti ſunt (ut jam pro-
bavimus *hujus Lib. Capit.* 2. ex Euſebio *in Con-*
ſtantino, & ex hujus conſtitutione *in l. quoniam* 15.
C. de teſtament.) merito debemus adduci, ad cre-
dendum, procerto Ulpianum habuiſſe, ultimis
morientium nutibus, dum tamen perfecte intelli-
gantur, legatum revocari poſſe: ſic conſonat con-
textura Ulpian. *dict. §. 3.* ibi: *Supremam pœniten-*
tiam: ſupremum exitum: ſupremum judicium, quod
proprior videtur actus intellectus, & nutus; quam
verborum.

His, quæ recto Juriſprudentiæ ſonte cadunt, 16
nihil eſt, quod obſtruant contrarii impedimenta
ex noſtro Juſtiniano *in principio inſtitutionum de*
ademptione legatorum, qui non firmat, nutu non
poſſe legari, ſed ſolum docet, verbis adimi poſ-
ſe legatum, ſive contrariis, ſive aliis quibuſcum-
que. Ex quibus inferri negativa, quod nutu le-
gari non poſſit, nequit: nam utpotè quædam
verba fideicommiſſis aſſignant Conſulti, & nihilo-
minus tamen nec illa certa fuerunt, nec neceſ-
ſaria omnino, cum nutu ex communi Interpretum
voto fideicommiſſum relinqui poſſit *l. nutu, D. de*
leg. 3. adjiciuntur enim verba illa exempli gratia,
& doctrinæ, & intuitu, quod frequentiora ver-
ba ſint in fideicommiſſis, ut ſic fideicommittendi
modus pernoſcatur (ut prædocui *ſupra Cap.* 2.)
ſic idem voluit Juſtinian. ut verbis poſſint con-
trariis, vel quibus aliis teſtatores adimere lega-
tum. Nam cum antea (ut ego quidem ſentio) 17
tempore proximiori duodecim tabularum, cum
ſtrictum ſtabat Civile Jus, non poſſet adimi lega-
tum, niſi eodem modo, quo fuerat legatum, ſic
intelligo Ulpian. *in fragmentis titul. 2. ad finem*, &
dict. titul. 24. id revocavit Juſtinianus *in princi-*
pio inſtitut. de ademptione legatorum, ut ſentit ibi
Gothofredus, vel ex ſententia Conſultorum abo-
litum fuit, apud quos, dum mediam peragro Ju-
riſprudentiam, nullum reſponſum inveni, quod
formaliter obſervaret, eundem fore adimendi
modum, qui legandi fuerat, ut præſcripta in hoc
Capite ſatis evidenter probant: & hoc voluit Ju-
ſtinianus, qui ſic mire conſonus Juri Civili eſt, à
quo receſſiſſe, non audebimus affirmare, dum conſti-
tutio expreſſa præſcripta non fuerit. Nam quod inſi- 18
nuat Cujacius *ad dict. tit.* 24. Ulp. *ex l. niſi* 14. *D. de*
acceptil. ut verbis tollatur, quod verbis contractum
eſt, id proprium eſt acceptilationis: nam cum ver-
borum obligatio verbis contraheretur, ſolemne erat,
ut non poſſet, ſine verbis acceptum ferri, *l. an*
inutilis 8. *§. acceptum* 3. *D. de acceptilat.* quod di-
verſum eſt in legatis, ut ex labore noſtro per-
ſpicitur. Voluit enim Ulpian. quod legatum adi-
meretur eodem modo, quo legatum erat, ut ſi
per damnationem legatum eſſet, adimeretur eo-
dem modo, ut ſentit Juſtinian. *dict. principio*,
modus enim legandi ad quatuor legatorum gene-
ra refertur, ut probavi *ſup. dict. Cap. ad fin.*

Quod autem infert Turaminus *ex dict. tit.* 25. 19
Ulpiani, falſiſſimum eſt. Probo autem differentiam
inter legatum & fideicommiſſum, ut illud nuda
voluntate, & ope exceptionis tollatur; iſtud au-
rem nuda voluntate ipſo Jure *dict. l. 3. §. fin. D.*
de adimend. legat. Sed modum, quo Turaminus
differentiam conſtituit, non probo: nam duplici
errore labitur: uno, quod nutu legari non poſſit:
altero quod nec adimi: non enim ſufficienter ex
Ulpiano concludit: eodem modo legatum adimi-
tur, quo relinquitur: legata verbis dantur; ergo
verbis adimenda ſunt: errat interpres iſte in præ-
ſuppoſito, dum neceſſario legatis verba attribuit,
& in conſequenti, dum adimi verbis infert: &
ſic catenantur errores. Nec Ulpianus quidquam
noſtris obſtat: nam ſi eodem modo adimitur,
quo relinquitur legatum, conſequemur inde, quod
ſi nutu relinqueretur, & adimeretur nutu.

CAPUT

C A P. IV.

Demonſtrantur actus, qui nutu perfici poſſint. Regula certa traditur num. 1. *Conſenſus per nutum exprimit obligationem.* 2. τὸ Annuo *pro conſentire.* 3. *Et ratio ex Chryſippo, & Galeno.* 4. *Lectio antiqua aſſeritur Virg.* 5. *Galeno ſatisfit: Duareni error.* 6. τὸ Annuere, *pro poſcere.* 7. *pro reſpondere.* 8. *Oracula nutu reſpondebant.* 9. *Inde explicatur Plutarch.* 10. *Et* l. digna vox 4. C. de legib. 11. L. 2. C. de location. præd. Civil. Lib. 11. 12. *Reſcripta Imperatorum vocabantur oracula.* 13. *Explicatur* l. mulierem 5. C. de adoptionibus. 14. *Nutus Deorum, & Numinum.* 15. *Numen à nutu.* 16. *Nutus Regum, Principum, & Optimatum.* 17. *Reges divinos honores ambierunt.* 18. *Forte inde Divi Imperatores dicti, & actus eorum divini, cæleſtes, ſacri.* 19. *Et antiquiſſimi Reges idem admiſerunt.* 20. *Et Perſæ, & Æthiopes.* 21. *Explicatur Tullius.* 22. *Lex numen, Regina mortalium, & immortalium.* 23. *Illuſtratur Iſocrates.* 24.

HÆC præſcripſeram, & avehebat animus ad alia ſtylum, jam legatorum ἀγγελιαφορία, & electa varia apprehendentem, ſed timui ne ſtructa caderent, apud cenſores aliquos, verè eruditionis βάρβαρος antiquæ, & qui re nutu primo ſubriderent nutibus noſtris, ſive his, quæ non levi conatu eduximus, & firmavimus in legatis per nutum dandis, ſeu adimendis. Deſpectu forte ab ignorantia facto, requirent: quid ſibi vellent nutus, quamque affinitatem habent cum gravi, decoraque Juriſprudentia, actus ſerios approbiente, & applaudente? Quid cum Populo Romano Heliconis arce? Cujus majeſtati, non convenire videbantur contemnendæ ſimiles geſticulationes in aliquibus actibus? Sed redolent ἰδιωτῶν, quia talia cenſent, & qui nutus renuunt; contra autem invenio plura, apud Conſultos noſtros retractata, quæ perfici nutu poſſunt, vel non; nec non eruditionis autores: ut inde inferre poſſimus, nec mirari in teſtantibus admiſſum eſſe: præcipue dum luctantur in fato, & horrenda mortis prævident limina. Quorum quidem aliqua in medium producere, tanquam injuria provocatus,
1 æquum duxi. Cuncta iſta norma una, ſeu regula ducit, à Paulo præfixa, *Libr.* 16. *ad edictum in l. ubi non voce* 124. *D. de reg. Jur. ubi non voce* (Paulus inquit) *ſed præſentia opus eſt, mutus, ſi intellectum habet, poteſt videri reſpondere*, ut ſic nutus perficere valeat actum, qui ſola præſentia, & conſenſu conſtat; non vero voce expreſſa, aut ſolemnitate verborum, ut ex eodem principio idem Paulus reſpondeat *in l. in quibuſcumque* 48. *D. de obligat. & actionib. in quibuſcumque negotiis ſermone opus non eſt, ſufficiente conſenſu, iis etiam ſurdus intervenire poteſt, quia poteſt intelligere, & conſentire: veluti in locationibus, conductionibus, & cæteris*, qualiter enim mutus, & ſurdus, ſine voce conſentire poterunt, niſi nutu, ad formam, quam in legatis, & fideicommiſſis oſtendimus? (*ſup. Cap.* 2.) Sic quando voce ſolemni, aut ſolemni minus opus eſt, nutus nihil conſequi poteſt, nec facere; ut in verborum obligatione invenimus, *l.* 1. *D. de verb. obl.* & in acquiſitione hereditatis ſolemni cretionis formula Ulp. *tit.* 22. §. *cretio*, & ſimiles actus ſint, requirentes formalem vocem, propter quod ab eis excluduntur nutus. Difformiter judicantur alii, ſolo conſenſu contenti, nec requirentes (ut ita dicam) formalem illam pronuntiationem. Undè ordimur noſtræ diſquiſitionis telam.

2 Primo conſenſus per nutum expreſſus exprimit obligationem in omnibus contractibus, qui ſolo conſenſu conſtant (ut jam dixi) & probant Conſulti *in l.* 2. *D. pactis, d. l. in quibuſcumque* 48. Juſtinian. *in* §. 1. *inſt. de obligationib. ex conſenſu*, Donel. *Lib.* 12. *comm. Cap.* 10. F. Raguellus *ad deciſ. Juſt. in l. jubemus* 29. *C. de teſtam.* qui hoc, & alia accepit à Cujacio (ejus nomine tacito) *in l. obligamur* 52. *D. de action. & obligat.* ut fecit Gothofred. *in l.* 52. §. *fi. D. de oblig. & act.* D. Melchior de Valentia *Lib.* 2. *illuſt. tract.* 3. *Cap.* 4. *num.* 7. receptiſſimum namque apud Græcos,
& Latinos eſt τὸ *annuo* pro conſentire: noſtri 3
Conſulti probant *in l. obligamur.* 53. §. *fin. D. de obligat. & actionib.* ibi: *Sed & nutu ſolo pleraque conſiſtunt, l. ea quæ* 57. *D. de donat. inter vir. & mulierem* 5. *C. de adoptionib. annuimus votis*, gloſ. *dict. l. ea quæ*, Cujacius, Coraſ., Donell. *dict. l.* 1. §. *ſi quis ita de verbor. obligat.* Latior apud eruditos ſeges patet, cujus ſpicas metam aliquas, pro illuſtratione veritatis. Tibull. *Libr.* 2 *Eleg.* 2.

En age quid ceſſas? annuit ille, roga.

Catull. *in epithalam Manlii*

Uſque dum tremulum movens
Cana tempus anilitas
Omnia omnibus annuit

Et idem *de Nuptiis Pelei*

Quæ noſtrum genus, ac ſedes defendere fretis,
Annuit,

Virg. 12. *Æneid.*

Sin noſtrum annuerit nobis victoria Martem.

Qui ab Homero ſumpſit *Iliad. A. v.* 514.

Νημερτὲς μὲν δή μοι ὑπόσχεο καὶ κατάνευσον.
i. *Conſtanter jam mihi promitte, & annue.*

Et infra V. 524.

Εἰ δ᾽ ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι ὄφρα πεποίθῃς
Quin age, tibi Capite annuam, ut confidas.

& infra V. 528.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ᾽ ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων
Dixit, & nigris ſuperciliis annuit Saturnius.

Euripid. *ſupplicib.* V. 388.

Κἂν μὲν θέλωσ᾽ αἰνέσαι.
i. *Et ſi quidem poſtulatis annuat.*

Sed præclare Apuleius *Lib.* 10. *Metam. verbis nutum commodare, ut quod nollem, relato, quod vellem, rejecto capite monſtrare.* Undè λῄσταρχος apud Heliodor. *Lib.* 1. *Cap.* 1. ex nutibus intellexit Charicleæ animum συνεὶς δὲ ὁ λῄσταρχος τὰ μὲν ἐκ τῶν λεγομένων πλέον ἢ τοῖς νεύμασι. *Quod cum dux partim ex ſermone, ac magis ex ipſis nutibus, & geſtibus intellexiſſet*, quæ in re ſatis perſpicua ſufficiunt: quæque ex eruditis probarunt Alphon. Palentin. *de verbo, num.* 41. Sypontin. *in Epigram.* 12. *Martialis fol. mihi* 700. J. Paſerat. *ad Propert. Lib.* 1. *Eleg.* 1. *& ad Catullum de Nuptiis Pelei, & Thetidos.* Frid. Taubman. *ad Plaut. in Aſin. Act.* 4. *Scen.*

Scen. 1. P. Mendoza in *Viridario Lib.* 8. *Saturn. decad.* 1. *Cap.* 7. qui integrum caput uſurpavit à Lambino *ad Horat. Lib.* 1. *Ep.* 18. quia per nu-
4 tum, ut inquit Chryſipp. *Lib.* 1. *de anima*, & ex eo Palen. *Lib.* 2. *de decretis Hyppocrat. & Platon.* ſignificamus animum noſtrum: verba Chryſippi, ſeu Galeni ſunt. *Quìm etiam ſine hac per manum facta monſtratione, nutu in nos ipſos relato, ſolemus vocem hanc ἐγὼ proferre*, & latius infra reddit rationem in his verbis. *Quid eſt, quam ob rem cum in aſſenſionibus annuimus capite, in quam partem inclinarit caput, in ea ſignificemus, animæ principatum eſſe potius, quam in ipſo illo, quod movet? veri enim ſimilius eſt, ut quod primum in nobis annuentibus membrum moveatur, in eo animæ principatum eſſe exiſtimemus; quam in alia quippiam parte, ad quam, quod
5 movetur membrum, feratur, atque inclinet.* Ex quo confirmamus lectionem antiquam Virg. 4. *Æneid. V.* 128.

Non adverſata petenti
Annuit (Venus)

Annuit id eſt, aſſenſit, cum Aſcenſio ibidem: & cum in Codice Romano legeretur *averſata*, eam lectionem non admittit Pierius *quia de conſenſu, deque in eandem ſententiam eundo ſermo eſt* (Pierii verba ſunt, cui accedo). Hæc omnia veriſſima cenſeo, quìm obſtet, quod Galen. *dict. Lib.* 2. refert de hominibus aliquibus, *qui cum aſſentiunt capite, renuere conſueverunt* (verba ejus ſunt) cum Medicorum Princeps barbaros vocet, nec eorum abuſum curandum eſſe: & merito, cum facientes talia, vere à Juregentium diſſentiant, apud quas nutus pro conſenſu acceptus eſt. Ex quibus abnuimus Franciſco Duaren. qui *dict. l.* 1. *§. ſi quis ita*, ſcribit conſiderandos varios hominum mores, pro conſtituendo in nutibus judicio, abre-
6 pto iſto Galeni loco, in quo parum inniti debebat vir iſte, dum tractat Juriſprudentiam, & æſtimare debebat politicorum, non barbarorum mores (ut proxime diximus) & ſic notamus D. Gotofr. *in l. obligamur* 52. *§. fin. D. de oblig. & action.* Duareno aſſentientem. Et ſic etiam *pro poſcere* ob-
7 ſervatum inveni τὸ *annuere* in Apuleio. *Lib.* 10. *Metam.* ibi: *Sitienſque pocillatore reſpecto, ciliis alterna connivens, bibere flagitarem*, ubi Beroald. Lucianum dat ibi: τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν οἰνοχόον νεύσας i. *oculis pincernam commonens.* Calvus apud Priſc. *Lib.* 9.

Cum gravis ingenti connivere pupula ſomno.

Obſervat. I. Paſerat. *ad Propert. Libr.* 2. *Eleg.* 1. quibus ſic intelligit carmen hujus.

Seu cum poſcentes ſomnum declinat ocellos,

Tacit. 13. *annal.* de Pallante, *reſpondit, nihil unquam ſe domi, niſi nutu, aut manu ſignificaſſe*, P. Arbiter *Libr.* 1. *Trimalcio lautiſſimus homo digitos concrepuit, ad quod ſignum matellam ſpado ludenti ſup-
8 poſuit*, de quo videndus eſt J. Douza *Lib.* 1. *Præcidan. ad Arbitr. Cap.* 13. ſic etiam accipe Plaut. Aulul. *Act.* 4. *Scen.* 1.

——— *Tanquam*
Herile imperium ediſcat, ut quod frons velit, oculi ſciant.

Sic etiam *annuere* pro *reſpondere* apud Conſultos, & eruditos acceptum fuit, *l. ubi non voce* 124. *D. de reg. Juris, l.* 1. *§. ſi quis* 2. *D. de verbor. obligat.* celebris locus eſt Plinii ſecundi *Lib.* 1. *Epiſt.* 7. Octavio Ruſo: *nam ego quoque ſimili nutu ac re nutu reſpondere voto poſſum*, quod ad Homeri imitationem ſcripſit ex *Lib.* 16. *Iliad. V.* 250.

Τῷ δ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατὴρ ἕτερον δ' ἀνένευσε
Huic alterum quidem dedit pater: alterum vero abnuit.

Apuleius *Lib.* 1. *Metam. expreſſo. Et de quadam anu caupona percontor, eſtne, inquam, Hypata hæc civitas? Annuit: noſtine Milonem quemdam è primoribus? Arriſit.* Probant Interpretes in his locis, & Palentin. *d. nu.* 41. Sic etiam Plaut. *Curcul.* 9
Act. 2. *Scen.* 3.

Dico me noviſſe: quid lenonem Capadocem? Annuo.

Et ſic à majoribus traditum habemus, quædam oracula veluti monſtroſa, & horrenda Ammonis, Apiſque nomina nutu, & ſignis reſpondiſſe. Alexan. ab Alexand. *Lib.* 6. *dierum genial. Cap.* 2. Placid. Lactant. *apud Stat.* 3. *Theb.* ibi: *Niliacum-* 10
que pecus, ſubdit, *Apim dicit Taurum lunatum Iſidis, quod Ægyptiis nota corporis fuit, & quibuſdam ſignis futura prædicit*, de nutu etiam percipi poteſt Plutarch. *de Pyth. oracul. Puto autem ſcire te id, quod apud Heraclitum dicitur. Principem illum, cujus eſt Delphis Oraculum, neque eloqui neque occultare, ſed ſignificare.* Nec aberrabo, ſi huc traham Theodo- 11
ſii, & Valentiniani reſcriptum *in l. digna vox* 4. *C. de legib.* ibi: *Et oraculo præſentis edicti, quod nobis licere non patimur, illis indicamus.* τὸ *indicamus*, 12
ſcilicet per nutus, & ſigna *l.* 5. ibi: *Annuimus votis tuis, C. de adoptionib.* eleganter Imperatores *in l.* 2. *C. de locatione præd. Civil. Libr.* 11. ibi: *Ne noſtrarum quidem ſanctionum (ſi forte quiſpiam per ſubreptionem meruerit) nutibus auferantur.* Reſcripta enim Imperatorum vocari oracula nimis ambitioſe, pro certo tradunt *l. jubemus, C. de emancipat. liberorum, l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccle-* 13
ſiis, §. illud proprium, inſt. de adoptionib. uti cum aliis obſervavit Calvin. *in lexico.* verbo, *oracula* (in quam recidunt obſervationem, quæ diximus de uſu, & modo legatum, & fideicommiſſum per nutum relinquendi, ad interpretationem *legis mutu, D. de leg.* 3. rogabatur enim ibi Teſtator, & reſpondebat per nutum: & alia plura ſuis locis hoc Capite conſideranda, quæ intempeſtivum eſſet hîc præſcribere).

Sed ut redeamus ad Diocletiani, & Maxim. 14
oraculum, ſeu reſcriptum *in l. mulierem* 5. *C. de adoptionib.* non vacant τὸ *annuimus votis* ſua obſervatione: nam præter proxime traditam, aliunde etiam provenire illius loquendi uſum in animum induxi. Diu autem obſervavi, nutum Diis, & 15
Numinibus à Poëtis, & Hiſtoricis attribui, ad omnipotentiæ decorem, & majeſtatem, nutu cuncta humana, & divina gubernandi; quìm aliud in divino Numine neceſſarium ſit, *Virg.* 9. *Æneid. V.* 106. loquitur de Jove.

Annuit, & totum nutu tremeſecit Olimpum.

En potentia nutus, ut inquit Arnobius *Lib.* 4. *adverſus gentes. Ergone ille Poli Rector, Pater Deorum, & hominum, ſupercilio, & nutu totum, & morans, & tremefaciens cœlum ex viro concretus, & fœmina eſt?* Stat. *Lib.* 7. *Theb.*

Concuſſitque caput motu, quo celſa laborant
Sidera, proclamatque adjici cervicibus Atlas.

Ovid. 1. *Metam.*

Terrificam capitis concuſſit terque quaterque
Cæſariem, cum qua terram, mare, ſidera movit.

Sic obſervant Pontan. & Cerd. *ad proximum Virgilii locum:* qui carmen idem 10. *Æneid.* repetivit, ubi iterum idemmet Cerd. & Pontan. animadvertunt. Idem Virg. 4. *Æneid.* V. 128.

Annuit, atque dolis riſit Cytherea repertis.

& Lib. 7.

——— *Et ſævæ nutu Junonis eunt res.*

Cic. pro Sextio Roſcio. *Jupiter Optimus, Maximus, cujus nutu, & arbitrio cælum, terra, mariaque reguntur*, & infra. *Jupiter Optime Maxime, cujus nutu, ac ditione ſola terrarum gubernantur*, & in Catilinam, *hæc Deorum Immortalium nutu, atque conſilio geſta eſſe videntur*, pulchre L. Apuleius *Lib.* 6. Metam. *Ad iſtum modum ſupplicanti ſtatim ſeſe Juno cum totius ſui numinis auguſta dignitate præſentat: & protinus, quam vellem* (inquit) *per fidem nutum meum precibus tuis accommodare:* obſervante ibi

Beroaldo:

Beroaldo: idem Apuleius de *Deo Socratis*, ibi: *Ingenio ad ſummam beatitudinem perfecto, nullius extrarii boni participatione, ſed ex ſeſe bono, & ad omnia competentia ſibi prompto nutu, facili, ſimplici, libero, abſoluto* (de Naturis Deorum loquitur) vide Propert. *Libr.* 1. *Eleg.* 1. Et ad eum Commentatores, P. Pontanum *ad* 10. *Æneid. v.* 115. qui alios dat. Et Græci in eadem fuerunt obſervatione circa Deorum voluntatem Homer. *Iliad.* 1. *v.* 524.

Εἰ δ' ἄγε τοι κεφαλῇ κατανεύσομαι
Quin age, tibi Capite annuam
—— τι καν κεφαλῇ κατανεύσω
Quodcumque Capite annuero

& infra ſequenti carmine.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.
i. Dixit, & nigris ſuperciliis annuit Saturnius.

Et Iliad. 8. κατένευσε Κρονίων *annuit Jupiter* Pauſan. 4. τῆς κεφαλῆς τῷ νεύματι *nutu Capitis*, Chryſoſtom, καὶ συγκαταθέσεως. ἄνευ τῆς θείας ῥοπῆς, ideſt *Citra Dei propenſionem, atque nutum*, alios Græcos dat Cerda ad *Virgil.* 10. *Æneid. verſ.* 115. *Num.* 17.

16 inde etiam dicitur numen à nutu M. Terent. Varr. *de ling. latin. Lib.* 6. Sypont. C. 12. *Cornucop. f. mihi* 699.

17 Nec ſolum imperium notus advertimus in Deis, & Numinibus, ſed in Regibus, Principibus, & Optimatibus, uti ſequentia conſtanter comprobant. Cicero. *Lib.* 12. *Epiſt. famil.* 1. ibi: *Non Regno, ſed Rege liberati videmur, interfecto enim Rege, Regios omnes nutus tuemur* (mavult *intuemur* Scot.) *neque vero id ſolum, ſed etiam quæ ipſe ille ſi viveret, non faceret: ea nos quaſi cogitata ab illo probamus*, & *Lib.* 11. *Epiſt. fam.* 22. in qua D. Bruto Imp. ſcribit. *Nutus tuus poteſt hominem ſummo loco natum, ſummo ingenio, ſumma virtute officioſiſſimum, præterea & graviſſimum incolumen in civitate retinere*, & *Epiſt.* 1. ad Q. Frat. *Quam jucunda tandem Prætoris comitas in Aſia poteſt eſſe? In qua tanta multitudo civium, tanta ſociorum, tot urbes, tot civitates unius hominis nutum intuentur.* Seneca in *Octavia*, *v.* 836.

—— *Fracta per pœnas metu*
Parere diſcet Principis nutu ſui.

(Mogunt. *nutui*) Unde alloquens 1. *Faſt.* Ovidius Cæſarem, ſcribit in principio.

Annue conanti per laudes ire tuorum
Deque meo pavidos excute corde metus,

Obſervat Sypontin. *ubi proxime*; qui dat Livium, *ſub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere, nutus ejus pro decretis patrum, pro populi juſſis eſſe*, ex quibus non ineleganter *dict. l.* 5. *C. de adoptionib.* illuſtratur *annuimus votis.*

18 Sed nec mirabitur obſervationem iſtam, quicumque reſpiciat, Reges Divinos honores ambiiſſe, & nomina fuiſſe Divina eis attributa: de Imperatoribus Romanis, nimia poteſtate ſuperbis, hoc præclarum eſt: ſed tamen accipe Virg. *Eclog.* 1.

O Melibœe, Deus nobis hæc otia fecit.

i. Auguſtus: & Hor. *Libr.* 2. *Ep.* 1. de eodem.

Præſenti tibi maturos largimur honores,
Jurandaſque tuum per nomen ponimus aras.

Cornel. Tacit. *de eodem Libr.* 1. *Annal.* ibi: *Cum ſe Templis, & effigie Numinum per flamines, & ſacerdotes coli vellet, &c.* (quod aliis pluribus ibi J. Lipſius *nu.* 63. exornat). De Nerone Lucan. 1. *Pharſal.*

Sed mihi jam Numen, nec ſi te pectore vates
Accipiam, Cyrrea velim ſecreta moventem,
Sollicitare Deum.

De Domitiano Stat. 1. *ſil. in equo maximo.*

Salve magnorum proles, genitorque Deorum
Auditum longe Numen mihi.

Et Lib. 4. *via Domitian.* & paſſim Valer. Martialis *Lib.* 5. *Ep.* 3. & *Lib.* 7. *Ep.* 2. & 33. & *Lib.* 10. *Epig.* 72. ubi Raderus videndus eſt. Cujus monſtroſa ſuperbia in tantum prorupit, ut caveret edicto ſe nuncupandum Deum. Sueton. *in eo C.* 13. P. J. Marian. de rebus Hiſpan. *Lib.* 4. *Capit.* 4. *fol. mihi* 145. *Num.* 10. D. Antonin 1. *part. ſui Chron. tit.* 7. *Cap.* 1. §. 7. Mart. *Lib.* 5. *Ep.* 8. Sed de Honorio accipiendus eſt Claudian. *in conſulatu* 3. *ejus.*

Gaudent Italiæ ſublimibus oppida muris,
Adventu ſacrata tuo: ſubmiſſus adorat
Eridanus.

F. Veget. Lib. 2. de re milit. *Capit.* 18. *Si quis ergo pugna publica ſuperare barbaros cupit, ut Divinitatis nutu, diſpoſitione Imperatoris invicti reparentur, &c.* Vide P. Cerd. *ad Virgil. ubi ſupra not.* 2. & alios Interpretes ibi, & in præſcriptis locis. Quid 19
ſi inde in noſtro Jure civili profluxerit, ut Divi vocarentur Imperatores *l.* 1. *C. de donat. quæ ſubmodo*, ita ut ſcripſerit Juſtinian. *in l. fi. C. de acquirend. poſſeſſion. divinas noſtri Numinis aures, l. ſi quis* 13. *C. de Murilegul. juxta formam cœlitus datam beneficio principali fuerit abſolutus, l.* 1. *C. de ſilent. Lib.* 12. ibi: *Ut tam in adoranda noſtra ſerenitate, & in l.* 4. *eodem tit. ſacris abſtrahi videantur obſequiis, l. jubemus nullam* 20. *C. de Sacroſanctis Eccleſiis*, ibi: *Nec ſi cœleſte eorum præferatur oraculum, ſive annotatio ſit, ſive divina pragmatica ſanctio.* Sed hoc longius examen requirit, ideò ſubſiſto. Vide Calvin. verbo, *Divos.* Guidonem Pancirol. *Lib.* 1. *Cap.* 2. *Theſauri*, *v. lect.* Redeo ad me: & addo Antiquos Reges pro Numine cultos, divinoſque honores captaſſe, Pindar. *Pyth. Ode.* 5. & *in* 20
Nem. Ode. 10.

Διομήδεα δ' ἄμβροτον
Ξανθά ποτε γλαυκῶπις ἔθηκε θεόν
Diomedem autem immortalem flava quondam cæſia fecit Deum, J. Barclaius. 1. Arg.

Nec ſit violabile Regum
Numen.

Athe. Lib. 5. πᾶσα δ' ἡ πόλις τῶν ὑπὲρ ἀνθρώπων τιμαῖς ὑπαντῶσα ἐκκαλεῖται τὸν θεὸν βασιλέα, *obvia univerſa civitas Regem ipſum appellat Deum, honore ultra mortalem.* Apud Perſas planum eſt ex Plutarc. *in* 21
Themiſtocl. & ex Briſſonio *in ejus Regno*, uti apud Æthiopes ex Diodoro Siculo *Lib.* 4. *Biblioth. Cap.* 1. vide And. Tiraqnell. *Capit.* 2. *de nobilitate*, *Num.* 45. ut ſic his attentis, & conſideratis *annuere Imperatores votis*, *dict. l.* 5. eleganter ſcriptum fuerit.

Ex his præfero lucem Tullio *Lib.* 1. *de Oratore*, 22
ibi: *Et docemur non infinitis, concertationumque plenis diſputationibus, ſed autoritate NUTUque legum domitas habere libidines: coercere omnes cupiditates: noſtra tueri: ab alienis mentes oculos manus abſtinere*, ubi Princeps eloquentiæ Romanæ non contentus *autoritatem* legum nominare, magno acumine *nutum* addit, quaſi in lege non tam imperium, poteſtas, autoritas à ſubditis conſiderari debeat ad obedientiam, quam voluntatis, & præcepti nutus. Quæ recta, veraque conſideratio ex ante 23
dictis dimanat. Pindarus apud Platonem *in Gorgia*, legem Reginam vocat eleganter omnium mortalium his verbis, multum his, quæ ediſſerimus, conſonis δοκεῖ δέ μοι καὶ Πίνδαρος ἅπερ ἐγὼ λέγω ἐνδείκνυσθαι ἐν τῷ ᾄσματι ἐν ᾧ λέγει ὅτι νόμος ὁ πάντων βασιλεὺς θνατῶν τε καὶ ἀθανάτων, ideſt. *Videtur autem mihi Pindarus hæc eadem in quodam cantu oſtendere, ubi legem, ait, omnium eſſe Reginam mortalium, atque immortalium*, & ex eodem Pindaro refert Clemens Alexandr. *Lib.* 1. *Stromatum ad finem:* & obſervavit Hieronim. Wolff. *in annotat. ad Iſocrat. in Parœneſi fol. mihi* 59. & refert, & probat noſter Conſultus Marcian. *Lib.* 1. *Inſt.* 1. *in l.* 2. *D. de legib.* ex Chryſippo in *Lib.* 1. *de lege:* ſic ſimiliter

militer divinitatem attribuerunt Antiqui legibus,
ut fecit Demoſthen. *1. orat. contra Ariſtogitonem*,
cujus verba licuit tranſcribere Modeſtino *dict. Lib.*
1. inſtitutionum in dict. l. 2. Cic. *Philipp.* 11. *eſt*
enim lex nihil aliud, niſi recta, & à Numine Deorum
tracta ratio, imperans honeſta, prohibens contraria.
24 Ex his eleganter intelligimus Iſocrat. *in Parænes.*
ad Demonicum τίμα τὸ δαιμόνιον ἀεὶ μὲν μάλιϛα ἢ μετ
τῆς πόλεως, οὕτω γὰρ δόξεις ἅμα τοῖς θεοῖς θύειν καὶ τοῖς
νόμοις ἐμμένειν, id eſt, *Venerare Numen, cum alias*
ſemper, tum maxime cum ſacra publice fiunt, ſic enim
apparebit, te ſimul, & Diis immolare, & legibus ob-
temperare. Annuit etiam F. Connan. *Lib. 1.*
Comm. C. 8. n. 8. in veneratione ergo Deorum
lex poſita erat. Plura alia poſſemus addere, ſed
hæc ſufficiunt pro illuſtratione Magni Ciceronis.

C A P. V.

De nutu manus, & qui actus ejus nutu celebrarentur ſpecifice tractatum, à num. 1. *cum ſequentibus: contractus, qui ſolo conſenſu conſtant, abſque verbis.* 2. *Explicatur* l. obligamur 52. D. de oblig. & act. 3. *&* l. ubi non voce 124. D. de reg. Jur. 4. *Gothofredi error.* 5. *P. Romani reditus, aliaque publica prædia publice vendebantur, & locabantur.* 6. *In his licitator, ſeu conductor manum levabat, & nutu manus contractus celebrabatur.* 7. *Explicatur Manilius.* 8. *Et Martialis.* 9. *Vera notio verbi* χειροτονεῖν 10. *Manus pro pretio.* 11. *Ex his præſtatur elegans exemplum ad contractus, qui ſolo conſenſu, & nutu perficiuntur.* 12. *Nutus manus ab eruditis dictus fuit.* 13. *Et eis variæ ſignificationes attributæ.* 14. *Veluti manu levata ſilentium imperatur.* 15. *Illuſtratur Corippus.* 16. *Statius Papin.* 17. *Et hieroglyphicum* de digito ori admoto. 18. *Sic manu ſublata ſeditio compeſcitur.* 19. *Inde tentatur fortuna in periculoſo J. Cæſaris loco* Lib. 7. de bell. Gall. 20. *Lipſii, & Brantii interpretationes, ſeu emendationes refelluntur.* 21. *Et alia Gothofredi, Jungermani* 22. *Et Glandorpii, ubi de Cethegorum more.* 23. *Illuſtratur Horat.* 24. *Interpretatio, & opinio autoris.* 25. *Expenditur Livius: ubi de forma ferendi ſcuta.* 26. *Belli ſignum ſiniſtra clypeum efferre.* 27. *Ex Germano explicatur Virg.* 28. *Sic etiam levata manu irrumpentia agmina retinebantur.* 29. *Et deditio ſignificatur.* 30. *Preces offerebantur.* 31. *Aliquando concitabantur agmina.* 32. *Et exercitus annuebat Imperatori.* 33. *Explicatur V. Flaccus.* 34. *Jurantes ſurrigebant manus.* 35. *& Reges Sceptrum.* 36. *An juramentum ſine verbis celebrari poſſit, remiſſivè.* 37. *Digiti Supputatorii remiſſivè.* 38.

1 Nutu etiam alii celebrabantur contractus, ac-
tuſque fiebant in Populo Romano, ſed nu-
tu manus. Ex quorum obſervatione feremus lu-
cem quibuſdam reſponſis. In Jure noſtro quidam
2 referuntur contractus, qui ſolo conſtant conſen-
ſu, veluti emptio, venditio, locatio, conductio,
ſocietas, mandatum, *l. 2. l. obligamur 52. cum ſuis*
§§. D. de obligation. & action. princip. inſtit. de obliga-
tionib. ex conſenſu: in quibus ideò conſenſu fiunt
obligationes, quia nec ſcriptura, nec præſentia,
neque verba requiruntur; ſed conſenſus nudus, &
ſolus: uti expreſſe Conſultus reſpondit. *dict. l. 2.* à
3 quo Juſtinianus tranſtulit *dict. principium.* Undè
eleganter Modeſtin. infert *dict. l. obligamur*, quod
cum hi contractus nudo conſenſu conſiſtant, nec
verba aliqua neceſſaria ſint, nutu ſolo conſiſtere
(vide Edmundum Merillium *Lib. 4. Obſervat. Cap.*
1. in quem, poſt digeſtum integre caput, perve-
4 ni). Ex quibus perſpicue intelligitur Paul. *in l.*
ubi non voce 124. D. de regul. jur. In quo reſ-
pondit, quod quando contractus vocem non requi-
rit, mutus poterit videri reſpondiſſe, per nutum
5 ſcilicet (ut proximo Capite diximus) & ab his
Dionyſii Gothofredi error inexcuſabilis aperte con-
vincitur, dicentis nutum nudum, quem his con-
tractibus attribuunt reſponſa, non eſſe intelligen-
dum tacitum, ſed expreſſum: non tamen per ſo-
lemnia verba: qua interpretatione nihil abſurdius
(tanti viri pace) excogitari potuit, ut nec di-
gnum refutatione reputem, cum aperto Marte
ipſum oppugnent Juriſconſultorum, & Juſtiniani
verba: cum quibus conjurarunt cuncta noſtro-
rum Interpretum manus.
6 Ad hoc principium non inerudite refero obſer-
vationem aliam, moremque P. Romani, qui quam-
tumvis minus expreſſus noſtro jure Civili ſit, atta-
men certus, & indubitabilis eſt, ſi fidem Cicero-
ni, aliiſque antiquæ eruditionis parentibus præſta-
mus. Certum eſt vectigalia P. Romani, reditus,
aliaque publica Romana prædia publice & propa-
lam ſub præcone locari, & vendi, *l. fin. C. de ven-*
dendis rebus civitatis Lib. 11. l. loca omnia 3. C. de
locatione prædiorum civilium, eod. Lib. l. ſi qui 6. C.
de fide, & Jure haſtæ fiſcalis. eleganter M. T. Ci-
cer. *in Oratione de Lege Agraria*, ibi: *Hoc vero hu-*
juſmodi eſt, quod ejus auctionis quam conſtituunt, locum
ſibi nullum definiunt? nam Decemviris, quibus in locis
ipſis videatur, vendendi poteſtas lege permittitur, Cen-
ſoribus vectigalia locare niſi in conſpectu P. Romani non
licet, hic vendere, vel in ultimis terris licebit, exor-
nat ubique ſemperque eruditus D. D. Franciſc. de
Amaya *in Comment. ad rub. C. de fide, & Jure haſtæ*
fiſcalis per totam, & præcipuè *num.* 10. A. Fabr.
in l. 2. §. deinde 29. D. de Orig. Jur. Et ſic cum 7
hoc modo locationes fierent, qui conducebat ve-
ctigalia, ſeu reditus publicos, publicave prædia
mercabatur, digitum ſeu manum levabat: cujus
digiti manuſque nutu conductio, & locatio cele-
brabatur: teſtis celebris eſt M. T. Cicero *Lib. 1.*
in Verrem, *iſte vero non procraſtinat, locare incipit,*
non proſcripta, atque edicta die, alieniſſimo tempore
ludis ipſis Romanis, foro ornato. Itaque renunciat
Rabonius illam deciſionem tutoribus: accurrunt tamen
ad tempus tutores, DIGITUM TOLLIT *Junius*
Patruus: iſti color immutatus eſt, vultus, oratio,
mens denique excidit: quid ageret, cæpit cogitare, ſi
opus pupillo redimeretur, ſi res abiret ab eo mancipe,
quem ipſe appoſuiſſet, ſibi nullam prædam eſſe, & *Lib.*
5. in eundem Verrem. de vectigalibus loquens ſic,
utrum eſt æquius, decumanum petere, an aratorem?
repetere judicium integra re, an perdita fieri? eum qui
manu quæſierit, an eum qui digito licitus ſit poſſidere?
Feſtus

Feſtus in verbo Manceps. *Manceps dicitur, qui*
quid à populo emit, conducit jus, qui manu ſublata ſi-
gnificat ſe auctorem emptionis eſſe. D. Ambroſius
Lib. 2. Epiſt. 1. ſed non ille ſolum liber qui domi-
num licitatorem non pertulit, aut tollentem digitum non
vidit; Alex. ab Alexand. *Lib. 4. dierum gen. Cap.*
26. ibi: *In auctionibus, & locationibus attollere digi-*
8 *tum, ſe emptorem, & conductorem.* Sic intelligen-
dus M. Manil. *Lib. 5. Aſtronomicōn.*

Non ullo careat digito quaque iverit haſta,
Defueritque bonis ſector.

Et Martialis *Lib. 5. Epigram.* 63.

Nam mea jam digitum ſuſtulit hoſpitibus.

9 Obſervant morem iſtum A. Tiraquell. *ibi ad Ale-*
xand. litt. N. Juſt. Lipſius *Libr. 2. variar. lect. Cap.*
13. doctiſſimus, & eruditiſſimus Briſſonius *Lib. 6.*
form. ſol. mihi 583. Paulus Manut. *in adag.* ad il-
lud *tolle digitum*, Petrus Nannius *ad d. Epiſt. 1.*
D. Ambroſii num. 7. Fr. Mod. *novantiq. lect. Epiſt.*
105. Oſvald. *ad Donel.* 23. *Commen. Cap. 14. litt.*
C. Joſeph. Scaliger. *ad proximum Manilii locum*;
Domit. Calderin. *ad Martialem d. Epigra.* 63. ubi
P. Matthæus Rader. & noviter Farnabius, &
10 alii. Inde provenit vera notio verbi χειροτονεῖν,
quod cum proprie ſignificet manum protendere:
pro ſuffragium & ſententiam ferre populum, ac-
ceptum fuit: ut apud Athenienſes fiebat levata
manu Demoſthen. in Timocr. ὁπότερον δ' ἂν τῶν νό-
μων χειροτονήσωσιν οἱ νομοθέται, id eſt, *quamcunque le-*
gem ſcito ſuo probaverint Legumlatores, optime He-
liodor. *Lib. 1. Cap. 2.* ubi Cnemon ille a patre ad
populum Athenienſem delatus pro ſtatuenda pœna,
ſic ipſe enarrat, ἐμὲ δὲ παρὰ πάντα τὸν θόρυβον καὶ τὸν
χρόνον ὃν, περὶ τῆς τιμωρίας διεχειροτόνουν, id eſt. *Me*
vero toto hoc tumultu, & temporis intervallo, quo de
pœna ſtatuebant, & infra, οἱ μὲν τὸν θάνατον ἐξεχειροτό-
νουν. Sed ſemper magniſeci locum ejuſdem alium
Lib. 4. ad finem, de bello ſuffragio, & decreto
populi accepto loquens, ſubdit. Ἐπικεχειροτονήσθω
ἔφη ὁ στρατηγὸς εἰ δοκεῖ, κἀκεῖνο, *&c. Confirmetur ſuffra-*
giis veſtris, inquit dux, ſi videtur illud, cujus verbi
reſpectu ſubjicit poſtea, ὡς δὲ καὶ ταῦτα μιᾷ ψήφῳ καὶ
χειρὶ τῶν πάντων ἐκεκύρωτο. *Poſtquam, & hæc uno*
11 *calculo, & manu omnium obtinuit.* Nec novum id
videri debet, cum & *manus*, pro pretio ſumatur
apud eruditos, ut in alea receptum eſt, in qua
pecunia illa, quæ inter duos ludentes deponitur,
manus dicitur, Suet. *in Auguſto Capit.* 17. *Nam*
ſi quas manus remiſi cuique, exegiſſem, aut retinuiſ-
ſem, quod cuique donavi, vieiſſem, vel quinquaginta
millia, ubi obſervant Philipp. Beroald., Mar. An-
ton. Sabell., Levin. Torrent., Jan. Rutgerſ. *Lib. 2.*
var. lect. Cap. 19. qui dat Ovid. 1. *de arte amand.*

Sic, ne perdiderit, non ceſſat perdere luſor.
Et revocat cupidas alea ſæpe manus

Probat hæc omnia Pierius Valerianus *Lib.* 35.
Hieroglyphicorum. C. 11. Redeo ergo ad viam, un-
de proceſſi, ſcilicet *d. l. 2. dict. l. obligamur*, &
Juſtiniani *principium:* in quibus nudo conſenſu ſi-
12 ne verbis, voceque aliqua, locationes, & vendi-
tiones fieri reſponſum eſt, quibus elegans exem-
plum præſtamus ex more, & obſervatione hic il-
luſtrata, mireque convenit cum *dict. l. obligamur*
in fin. in qua concludit Conſultus nutu ſolo hos
contractus conſiſtere: nutu ſcilicet manus in pu-
blica ſubhaſtatione, quod frequentiſſimum erat.
Nam quamvis verum ſit, inter privatos hos con-
tractus celebratos nutu perfici poſſe, id ſane ma-
gis extraordinarium, inſolitumque erat, & pene
ridiculum, ut cum alter contrahentium propone-
ret contractum venditionis, & locationis, alter
nutu, & geſticulatione reſponderet incondite, &
inurbane: id ſane tolerabile in teſtatoribus erat
proximitate fati impeditis: annuerent ſane, qui-
bus crudelitas morbi obſtat, & imminet propin-
qua mors non ſic ferendum in aliis, his acribus
impedimentis liberis. Quibus ſaltim adducor hu-
juſmodi contrahendi modum inſrequentem eſſe:
licet tolerandum in noſtra Juriſprudentia; aptius,
frequentiuſque tradi exemplum præſcriptis legibus.
ex more, & antiquitate iſta.

Nec miretur aliquis, quod accipiamus nutum 13
de manu, cum non ſolum nutus oculorum, ſed
manus receptiſſimus fuerit apud Antiquos, Oppia
Lib. 3. Hal.

—— ἄνακτι δ' ὡς ἐπὶ ἀνάκτι
Πείθονται καὶ χειρὸς ὅπῃ νεύσειε μένουσι
Continuo autem ipſi tanquam Regi
Obediunt, manus quocumque annuerit nutu

Herodian. *Lib. 1.* τῷ τῆς χειρὸς νεύματι τὸν δῆμον ἐξ-
σιγάσας. ſic proprie. *Nutu manus ſilentium populo*
imperat, Joſeph. *Lib. 7. belli, C.* 10. τῷ νεύματι
τῆς χειρὸς οὐ προσεῖχον *non attendebant nutui manus*,
Anthol. *Lib.* 4 in Epigram. de Niobe πρὸς Ὄλυμ-
πον ἀναιδέα χεῖρα ἀνέτεινας. i. *Impudentem manum an-*
miſti ad cælum, obſervat ſemper cum honore no-
minandus doctiſſimus noſter P. J. Lud. Cerd. *in*
Comment. ad Virg. 7. Æneid. verſ. 590. n. 6. cui ad-
do celebrem Caſſiodori locum *Libr. 4. var. Epiſt.*
51. *His ſunt additæ horciſtarum loquaciſſimæ manus,*
linguoſi digiti, ſilentium clamoſum, expoſitio tacita,
quam Muſa Polymnia reperiſſe narratur, oſtendens ho-
mines poſſe & ſine oris aſſatu ſuum velle declarare,
& Quintilian. *Lib. 11. C. 3. Manus vero ſine*
quibus trunca eſſet actio, ac debilis, vix dici poteſt
quot motus habeant: cum pene ipſam verborum copiam
perſequantur. Nam cæteræ partes loquentem adjuvant,
hæ (prope eſt, ut dicam) ipſæ loquuntur. An non
his poſcimus? pollicemur? vocamus? dimittimus?
minamur? ſupplicamus? abominamur? timemus?
interrogamus? negamus? gaudium, triſtitiam, du-
bitationem, confeſſionem, pœnitentiam, modum, co-
piam, numerum, tempus oſtendimus? Non eædem con-
citant? ſupplicant? inhibent? probant? admiran-
tur? verecundantur? &c. & Baptiſtam Pium. *Lib.*
9. *Argonaut*, ex Apollon. —— *Ædes.*

Ad propias flectis, vultu blandita, manuque
Innuit.

Vide Edmund. Merillium *Lib. 4. obſ. C.* 1. Inde 14
eſt, quod nutui manus variæ ſignificationes, mu-
tique intellectus, & voces attributæ ſint: præci-
pue in exercitu, ut inquit F. Veg. *Lib. 3. de re*
mil. C. 5. præterea manu aliquid, vel flagello more
barbarico, vel certe mota, qua utitur, veſte, ſignifi-
cat, quæ omnia in ſedibus, itineribus, in omni exercita-
tione caſtrenſi, univerſi milites, & ſequi & intellige-
re conſueſcant, vide A. Theſaur. *deciſ. Pedem.* 229.
n. 4. & ejus additionem *litt. A.* Manu levata ſi- 15
lentium aliquando multitudini imperatur, Herod.
ſup. A. Perſ. *ſat.* 4.

Fert animus calidæ feciſſe ſilentia turbæ
Majeſtate manus.

Ut bene ibi ſubdit Aſcenſius, *innuentis ſilentium*,
ut J. Calvini Interpretatio *in lexico* verbo, *manus*,
prorſus diſpliceat, *manum* ad potentiam hic refe-
rentis.

Lucan. *Lib. 1. Pharſal.*

—————— *Tumultum*
Compoſuit vultu, dextraque ſilentia juſſit.

D. Hyeronim. *ad Ruſticum, n.* 10. *cum menſa po-*
ſita librorum expoſuiſſet ſtruem, adducto ſupercilio, con-
tractiſque naribus, ac fronte rugata, duobus digitulis
concrepabat: hoc ſigno ad audiendum diſcipulos provo-
cans. Suet. in Aug. *C.* 53. *cum ſpectante eo ludos,*
pronunciatum eſſet a mimo, ô dominum æquum, & bo-
num! & univerſi, quaſi de ipſo dictum exultantes,
comprobaſſent: ſtatim manu vultuque indecoras adula-
tiones repreſſit, perelegans Xiphilini locus in A-
driano eſt, *Populum vero Romanum aſpere magis,*
quam blande tractabat, cui roganti aliquid vehementius

in his ludis, in quibus armis dimicabatur, non modo non conceſſit, ſed etiam juſſit imperari illud Domitiani, ſilete, *quod verbum tamen non eſt à præcone di-*
16 *ctum: nam is cum manum porrexiſſet, eſſetque ob eam cauſam ſilentium conſecutum, ut eſt conſuetudo* (*vox enim præconis audiri ſolet magno ſilentio*) *hoc vero, inquit, Princeps vult.* Ovidius 1. *Metamorph.*

—— Qui poſtquam voce, manuque
Murmura compreſſit, tenuere ſilentia cuncti.

Corn. Tacit. *Lib.* 1. Annal. *Stabat Druſus, ſilentium manu poſcens*, Luitprand. in legatione ad Nicephor. Phocan, ibi: *Talibus Nicephorus exacerbatus dictis manu ſilentium indixit*, Alex. ab Alex. *Lib.* 2. C. 19. Fulgent. Placiad. *Lib. de contin. Virg. Itaque compoſitus in dicendi modum, erectis in eo tam duobus digitis, tertium pollicem comprimens, ita verba exorſus eſt:* ſic poteſt intelligi Coripp. *Lib.* 2.

Inde dato, populi fecere ſilentia, ſigno,

17 Et *Lib. num.* 8.

—— Magno tunc Regia fletu
Ingemuit, gemitus uno Calinicus ademit.
Ora premens digito, dextraque ſilentia fecit.

Hinc tentant Tiraquell. ad Alexand. & Nebriſenſis noſter, intelligendum eſſe noſtrum Statium Papinium 1. *Silvar. in equo Maximo.*

Dextra vetat pugnas, levam Tritonia Virgo
Non gravat.

Quaſi dextrà ſtatua Domitiani ſilentium imperaſſet: ſed de hoc ſatis concertato carmine vide contrarias, diverſaſque ſententias Domitii, Politiani, Parraſii, & qui eos refert, & refellit, J. Caſperii Gevartii *Papinianarum lectionum, Capitul.* 8. *ad ſilvarum* 1. Probant aſſertum morem Nebriſenſis, Aſcenſius, I. Britanicus, I. Baptiſta, Bernardus Autumnus, & doctius Iſaac Caſaubonus *ad proximum locum Perſii ſat.* 4. Philipp. Beroald. *ad Suetonium*, Joſeph Scaliger *caſtigat. ad Propert. Lib.* 4. *ad pagin.* 261. quibus convenit Hierogly-
18 phicum aliud, ſatis docte illuſtratum à Pierio Valeriano *Lib.* 36. *Cap.* 13. *de digito ori admoto*, quo geſtu ſilentium ſignificabatur, tu vide doctum virum, & additionem ad A. Theſaur. *dict. deciſion.* 229. *litt. A.*

19 His affine eſt Hieroglyphicum manus alterum, & ſignificatio: qua ſublata Duces, Imperatores, Principes compeſcebant militarem ſeditionem & tumultum popularem, atque impetum. Ammian. Marcelin. *Libr.* 20. *Elata proſpere dextra, ut Princeps fiducia plenus, auſus increpare quoſdam, ut ſeditioſos, & pertinaces.* T. Livius *Lib.* 28. ab urbe condita, *itaque patefacta repente porta, frequentes ex oppido ſeſe ejecerunt, ſcuta præ ſe tenentes, ne tela procul conjicerentur, dextras nudas oſtentantes, ut gladios abjeciſſe, appareret*, Thucydides *Lib.* 4. belli Peloppon. ibi: *Denunciat caduceator, numquid velint arma, & ſe ipſos dedere Athenienſibus, ad decernendum quidquid illis videatur, hoc cum audiſſent, ſcutis plerique poſitis, manus excutiebant, ſignificantes ſe accipere conditionem.* Unde autor de Sancto Ottone Pommeran. Apoſtolo *Lib.* 3. *Capit.* 15. in fin. *Quibus ſtans miniſter Evangelii ſermonem cœpit, fremitum vero diſſidentis populi Vuilſacus, vice præconis, manu, & voce ſedabat.* Procant A. Tiraquell. *in præfatione de Jure primog. num.* 16. Juſt. Lipſ. *in notis ad Lib.* 1. *Hiſt. Tacit. num.* 110. *& Lib.* 2. *elect. Capit.* 7. Dalencampius *ad Plin. Lib.* 11. *Nat. Hiſt. Cap.* 45. *litt. D.* Vincen. Cartar. *de Imag. Deorum in Mercurio fol. mihi* 214. & alii ſupra relati.

20 Quæ quidem mihi præbent occaſionem, tentandi fortunam in periculoſo Julii Cæſaris loco *Lib.* 7. *de bello Gallico*, in quo duo docti viri (judicio meo) bis naufragium fecerunt. Verba autem magni Imperatoris ſunt, deſcribentis pugnam, & oppugnationem ad Oppidum, *nu.* 50. *Cum acerrime cominus pugnaretur, hoſtes loco, & numero, noſtri virtute conſiderens: ſubito ſunt Ædui viſi, ab latere noſtris aperto, quos Cæſar ab dextra parte alio aſcenſu, manus diſtinendæ cauſa miſerat: ii ſimilitudine armorum vehementer noſtros perterruerunt: ac tametſi, dextris humeris exertis, animadvertebantur: quod inſigne pacatis eſſe conſueverat, tamen id ipſum ſui fallendi cauſa milites ab hoſtibus factum exiſtima-*
bant. Magnus excruciatur Lipſius, *in dextris hume-* 21
ris exertis, & ingenue profitetur, talem pacatorum morem nunquam reperiſſe, *in notis ad Lib.* 1. *hiſtor. Taciti. num.* 100. *& Lib.* 2. *electorum, Cap.* 7. quem poſtea ſecutus fuit *J. Brantius in notis criticis ad Cæſarem* in hoc loco, quibus videtur aſſentire P. M. de Roa *Lib.* 1. *ſing.* C. 3. gloſſema *τὸ humeris*, eſſe contendentes: & exulandum à contextura, ut ſic velint ſcripſiſſe Cæſarem, Æduos in ſignum pacis exeruiſſe dextras: quod ſignum celebre pacatorum, & amicorum fuit: ut præfirmavimus hic. Planus ſic intellectus Cæſar erat, & congruebat totæ antiquitati: quod in tantum me impulit, ut parum abeſſet, quod & ego in Lipſii Brantiique ſententiam irem; ſed retinebat fortiter autoritas antiqui Interpretis Græci, qui totus contrarius Lipſio vertebat Cæſarem in
his verbis: καίπερ ἄοπλοι τοὺς ὤμους ὃ σημεῖον ἦν φίλων 22
ἐφαίνοντο, quod ſic verto, *tametſi inermes humeros* (locutio Græca) *quod inſigne erat amicorum, videbantur.* Ubi Gothofredus Jungermanus additum eſſe ὁ σημεῖον ἦν φίλων ſcribit, quod ſi in textu Latino verum eſſet, diminueretur difficultas Lipſio. In quibus vides tantum abeſſe ut *τὸ humeris*, repellatur; imo è converſo ſervetur *τὸ dextris* repulſo, quod mihi veriſimile eſt, ex infra dicendis, quamvis communem, integramque defenſa-
bo lectionem. J. Glandorpius ad hunc locum re- 23
fert gentilem Cethegorum morem, qui dextro humero exerto, cum pugnandum eſſet, utebantur, de quo Silius Italicus *Lib.* 8. *v.* 587. & M. A. Lucan. *Lib.* 2. *Pharſal. v.* 542. *& Libr.* 6. *v.* 795. Fran. Modius *novantiquar. lect. epiſt.* 48. Salmas. *de pallio fol. mihi* 210. ſic intelligendus Ho-
rat. Flaccus *de Arte Poëtica V.* 50. *Cinctutis Cethegis*, 24
rejectis antiquis interpretamentis, & novioribus Dyoniſii Lambini, & Brocenſis: refert Alex. ab Alexan. *Lib.* 1. *dierum genial.* C. 9. ubi Tiraq. *litt. P.* ſed quid mos iſte cum Æduis, quorum dextri humeri exerti erant in ſignum pacis? cum Cethegi in ſignum præferrent gentis.

Ego autem retenta communi, antiquaque le- 25
ctura, faciliter intelligi poſſe Cæſarem judico, ſi animadvertamus, Gallos iſtos Æduos appropinquare militibus Cæſarianis, qui in expugnatione Oppidi occupati erant, qui ſimilitudine armorum, quæ deferebant Ædui, vehementer perturbati fuerint: qui cum cognoſcerentur eſſe Gallos, & Romana arma deferre, ſuſpicio Cæſarianos invaſit, id factum eſſe, ipſos fallendi cauſa: quantumvis dextros humeros exertos animadverterentur præferre: quod quidem ſignum pacatorum, & τῶν φίλων (ut inquit Græcus Interpres) erat, nam ſi hoſtes eſſent, erecta ſcuta, ſeu clypeos præferrent: ſeque ſub eis contraherent ad defenſionem miſſilium, ut expoſcit naturalis ratio, & uſus maxime, cum appropinquarent hoſtibus. Nam ut inquit Flavi. Veget. *Lib.* 3. *Cap.* 6. *de re milit.* ibi: *In conflictu armati ſunt omnes, & hoſtem cominus vident: & ad oppugnandum animo veniunt parati:* unde intelligendus eſt Livius *Lib.* 8. *Triarii ſub vexillis conſidebant, ſiniſtro crure porrecto, ſcuta innixa humeris, &c.* qua for-
ma humeri tegebantur, Livius *Lib.* 9. *Forma erat* 26
ſcuti, ſummum latius; qua pectus atque humeri teguntur: faſtigio æquali; ad imum cuneatur mobilitatis cauſa Veget. *Lib.* 1. *Cap.* 20. *Sed triarii genibus*

flexis

flexis ſolebant intra ſcuta ſubſidere, ne ſtantes vulnerarentur venientibus telis, & idem Livius *ſupr. dict. Lib.* 28. ibi: *Scuta præ ſe tenentes*, melius noſter Stat. Papin. & elegantius 4. Theb.

—— Nulli diſtringere ferrum
Impetus, aut humeros clypeo clauſiſſe paterno,
Dulce.

27 Unde promanavit antiqua, hodieque uſitata formula *tegi clypeo*, quam doctiſſimus Dempſterus exornat *Paralipom. ad Roſin. Lib.* 10. *Cap.* 10. bellique ſignum erat ſiniſtra clypeum efferre, ſeu levare Virg. 10. *Æneid. V.* 262.

—— Clypeum tum deinde ſiniſtra
Extulit ardentem.

Ammian. Marcel. *Lib.* 23. *Concluſa oratione, præliator miles exultans ſublatis altius ſcutis, nihil periculoſum fore, vel arduum clamitabat ſub Imperatore.* Et ſicut ſcuti elatio belli ſignum erat; ſic repoſitio, & deſcenſus, pacis. Thucydid. *dict. Lib.* 4. ibi: *Scutis plerique poſitis.*
Virg. 12. *Æneid. V.* 130.

Defigunt tellure haſtas, & ſcuta reclinant.

Ubi obſervat P. Cerda *not.* 21. Unde cum appropinquarent Ædui Cæſarianis, nec ſcuta efferrent, ſed depoſita, ſiniſtris inſerta, & cingulis à collo dependentia (ut moris erat) ferrent, dextros humeros exertos neceſſario præſerebant: nam cum clypeus per inſertionem ſiniſtræ ad ſiniſtrum latus inclinetur, præ longitudine ſiniſtrum humerum, totumque illud latus obtegit, dextrumque aperit. Nam, & ad hominis longitudinem ſcuta erant, ut probat Lipſius *de milit. Roman. Libr.* 3. *Dialog.* 2. P. Cerd. 8. *Æneid.* ad Virg. *v.* 646. *not.* 25.
28 denique poſt hæc ſcripta, legi Germanum ſimilem Virgilii locum accipere 11. *Æneid. v.* 648.

At medias inter cædes exultat Amazon,
Unum exerta latus pugnæ, pharetrata Camilla.

Intelligentem τὰ *exerta latus pugnæ*, per relationem ad clypeum, *qua quia tegitur ſiniſtra: ideò ait, nudum fuiſſe dextrum latus*, verba Cerdæ ſunt ibi *not.* 5. referentis, & refellentis Germanum, quem ſequitur P. I. Pontan. ibi. Hæc ergo erat dextrorum humerorum exertio, quam ſignum eſſe pacatorum Cæſar ſcribit: Græcus autem vertit ἀνοπλοι. id eſt, *inermes*, & recte ex contraria obſervatione, qua ſcutati armati dicuntur, uti obſervat Cerda ad *Virg.* 9. *Æneid. v.* 370. ibi: *Scuti omnes*, *not.* 2. Ex eo quod hic aſſeruimus, munimentum ſingulare ad defenſionem ſcutum eſſe. Ita ut mirari non debeamus, & cum Ædui non ſcutati venirent, & appropinquarent; i, non ſub ſcutis inclinati, amicos, & pacatos eſſe, preſumerentur. Multa majori exornatione digna libavi ſolum, ne παρεργον creſceret. Quæ digreſſio venia Doctorum ſiſtat, cum & juſtam digrediendi cauſam habui, ne amitterem, reſtituendi Cæſarem, occaſionem, defuturam tam proxime, forte in utilitatem Litteratorum.

29 Redeo ad me, & ad nutum manus: ſic enim ut ſilentium manu imponitur, & deſignatur, ſeditioque compeſcitur: agmina ſimiliter irrumpentia, nimiſque feſtinantia, levata manu Dux, ſeu Imperator retinet, Alexan. apud Q. Curt. Lib. 3. *Ante prima ſigna ibat, identidem manu ſuos inhibens, ne ſuſpenſi acrius ob nimiam feſtinationem concitato ſpiritu capeſſerent bellum.* Optime Sil. Ital. *Lib.* 2. *V.* 237.

Auxilium clamant portis atque aggere tuta
Erupiſſe gemunt, retinet vix agmina Teron
Interdumque manu, interdum clamore, miniſque.
State viri, meus ille hoſtis, mihi gloria magnæ,
State, venit pugnæ.

Quadrigarius 1. *Annal.* apud A. Gell. *Noct. Atticar. Lib.* 9. *Cap.* 13. ibi: *Is maxime prælio commoto, atque utriſque ſumme ſtudio pugnantibus, manu ſignificare cœpit, utrique quieſcerent. Pugnæ facta pauſa eſt, ex templo ſilentio facto.*
Virg. 12. *Æneid. V.* 311.

At pius Æneas dextram tendebat inermem,
Nudato capite, atque ſuos clamore vocabat.

Ubi loci Cerda, & Commentatores.

Manu etiam levata deditio ſignificatur, & le- 30
vans, ſe victum profitetur: nunc aptius advoco Thucyd. *ſupr. dict. Lib.* 4. & T. Livium *Lib.* 18. ſupra datos, Virg. 12. *Æneid. V.* 930.

Ille humilis, ſupplexque oculos, dextramque precantem
Protendens.

Et infra *V.* 936.

Redde meis, viciſti, & victum tendere palmas,
Auſonii videre.

Ubi obſervant, *not.* 16. P. Cerda, aliique Maronis Scholiaſtæ. Sil. Italicus 4. *Pun. belli V.* 411.

Credite, ſummiſſas Romam nunc tendere palmas,

Et *Lib.* 6. *V.* 302.

Nam defecta viris, & opes attrita ſupinas
Africa tendebat palmas.

Sed de hoc pleni ſunt Antiquitatum Libri: vide Alexand. ab Alexand. *Libr.* 4. *dierum gen. Cap.* 26. *in fine.* ubi A. Tiraquell. *litt.* 6. qui alios refert, Juſt. Lip. *Lib.* 2. *Saturnal. Cap.* 21. An. Theſaur. *deciſ. Pedemon.* 229. *Num.* 4. ſic etiam offereban- 31
tur preces V. Flacc. 2. *Argon. V.* 35. & *Lib.* 3. *v.* 433. & *Lib.* 4. *v.* 11. ſic eundem capio *Lib.* 4. ibi:

Ille manum tendens non hæc, ait, hoſpita vobis
Terra viri, &c.

Idem *Lib.* 4. *V.* 648. Baptiſta Pius *Lib.* 9. *ex Apollon.* ibi: *Et ſupplice dextra* quod repetivit *Lib.* 10. *poſt principium*, & ſæpius infra innominatus Orphei Interpres. *fol. mihi* 131. Sil. Italic. 6. *Verſ.* 467. & *Lib.* 12. *V.* 638. & *Libr.* 15. *V.* 563. & *Lib.* 17. *prope finem*, Pindar. *Nem. Od.* 5. hæc ad manum. Prope enim infinita ſunt, quæ ab Antiquis congerere poſſum ultra Maroneos Interpretes.

Sic etiam aliquando levatione manus contrarii 32
datis effectus, & ſignificationes attribuebantur: nam ſi illic agmina retinebantur; hic concitabantur, & vocabantur. Sil. Italic. *Libr.* 12. *belli Punici.*

—— Impellit in agmen
Voce, manuque viros, & cœpta immania pandit.

Idem *Lib.* 7. *V.* 117.

Talia vociferans, volucri rapit agmina curſu,
Ac prævectus equo, nunc dextra provocat hoſtem.

Et *Lib.* 6. *V.* 459.

—— Certatim voce, manuque
Ad ſolitam ſedem, & veſtigia nota vocabat.

V. Flacc. 5. Arg.

Nudaque vocat dux agmina dextra.

Sic intelligitur 3. *Argon. V.* 433.

Delius hic longe candenti veſte Sacerdos
Occurrit, ramoque vocat. (i. manu, in qua geſtabat ramum)

Innominatus Interpres Orphei.

Junonem manibus vocat ille levatis.

Virg. 5. *Æneid. V.* 641.

Hæc memorans prima infenſum vi corripit ignem,
Sublataque procul dextra connixa coruſcat,
Et jacit.

Ubi P. Cerd. *not.* 5. commentationem Nancisbeni tranſcribit in hæc verba. *De more Ducum, nam qui Principes erant alicujus facti, ſublata dextra, alios ad facinus evocare, & excitare ſolebant: ita Scipio Naſica impetum facturus in Tyberium Gracchum, ſublata dextra, qui Rempublicam* (inquit) *vult ſalvam eſſe, me ſequatur.* Cic. de provinc. Conſul. *Imperator dexteram tendens milites hortabatur*, ſic intelligitur Q. Curt. Libr. 4. de geſt. Alexan. *At ille, haud quaquam rudis tractandi militares animos, ſpeciem*

 ſibi

ſibi Herculis in ſomno oblatam eſſe pronunciat, dexteram porrigentis: illo duce, illo aperiente in urbem intrare ſe viſum. Apud Plutarch. quidam poſt aliqua furibunde jactata, manum porrexit, minitans ſubverſurum urbem: & ſic P. Martinus de Roa *Lib.* 1. *ſing. Cap.* 3. docet ſigna manus præferri, ut populi ad militiam evocarentur, ſicque intelligit illud Eſaiæ Cap. 49. *Levabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo ſignum meum.* Undè Joſephus *Lib.* 3. *Belli Judaic. C.* 2. (in exemplaribus Græcis, cum in verſionibus primum ſit) conferens militiam Judaicam, & Romanam, præponit iſtam, quæ uſque ad nutum Imperatoris obediens erat πρὸς ἀπειθὲς ἢ ὀξέως πάντα περιπίπτοντας ἀντιτασσόμενοι, *cum morigeris, & nutu Rectoris omnia facientibus erant dimicaturi.* vide Barthium *ad Claudianum in* 4. *conſulat. Honor. ad verſ.* 87.

33 Non prætermittam morem obſervantiſſimum alium in exercitu (& affinem illi, quem illuſtravimus de locatione, & venditione per nutum manus). Oranti enim Imperatori, exercitumque hortanti, manibus exercitus annuebat levatis: quibus conſentire demonſtrabat, quod apud Græcos, & Romanos milites obſervatum fuit: optime Xenoph. de Cyri minoris expedit. *Lib.* 3. *Atqui, & Diis cæteris vota facienda ſunt, quibus eodem tempore ſacrificium pro copiis noſtris faciamus: quare cum idem videtur, manum tollat: ac manum quidem cuncti ſuſtulerunt: votoque nuncupato, Pæanem cuncti cum plauſu citarunt.* idem Xenoph. eodem Lib. infra, *cui igitur ea probantur, is ſublata manu ſignificet: tum cuncti manum ſuſtulerunt* Lucan. 1. Phar.

—— His cunctæ ſimul aſſenſere cohortes,
Elataſque alte, quæcumque ad bella vocaret,
Promiſere manus.

Joſeph. *Lib.* 3. *de bello Judaïco, Capit.* 3. φθάνουσί τε τὸν ἐπερωτῶντα καὶ, ἀρείου τινὸς πνεύματος ὑποπιμπλάμενοι τῇ βοῇ συνεξαίρουσι τὰς δεξιάς, id eſt. *Occupant autem, & præveniunt interrogantem, & Martiali quodam ſpiritu repleti, una cum voce dextras attollunt*, refert P. Valerian. *Lib.* 35. *Cap.* 23. Quod & in Senatu aliquando fuiſſe obſervatum, narrat Vopiſcus *in Aureliano*, Senatuſconſultum nutu manus conditum, ibi: *Pedibus in ſententiam tranſitum faciens, ac manum porrigens jucundam* (ubi Caſaubon. obſervat) & infra. *Deinde aliis pedibus in ſententiam euntibus, pleriſque verbo conſentientibus, conditum eſt Senatuſconſultum*, Corn. Tacit. 4. hiſt. *Cæteri vultu, manuque: pauci quibus conſpicua dignitas, aut ingenium adulatione exercitum erat, compoſitis orationibus aſſentiebant:* ibique Juſt. Lipſ., *nu.* 4. ſic intelligo Val. Flaccum *Lib.* 1. Argon.

Dixerat hæc, oritur clamor, dextræque ſequuntur 34
Verba ducis.

Quamvis Lipſius in alium morem immerito retorqueat *Lib.* 4. *de milit. Rom. Dialog.* 9. conſule Marcellum Donatum *in dilucidationib. ad Corn. Tac. Lib.* 3.

Claudo Caput in Juramento, in quo etiam ex 35
more ſurrigebant manus Jurantes, in fidem obſervandi juratum: celebris mihi locus eſt in nominati Interpretis Argonautῶν Orphei, in quo poſtquam ſolemniter juraſſet, certaque peregiſſet ſacrificia Jaſon, ſubjicit iſta.

Hæc ego. Tunc omnes perjuria namque timebant,
Aſpirant nutu, manibus quoque ſic fore ſignant,
Atque ubi conſenſere, & jusjuranda dedere,
Proſilit in medium navis tunc quiſquis aduncæ.

Sic etiam P. Cerda *in adverſariis ſacris, Cap.* 128. probat: & adducit, C. 14. *Gen. Levo manum meam ad Dominum Deum excelſum, poſſeſſorem cœli, & terræ*, & Exod. 6. *Levavi manum meam dare illam Abrahamo*, & aliud *Deuter.* 32. A. Theſaur. *dict. deciſ. Pedemont.* 229. *nu.* 4. Mire convenit, quod
Ariſtoteles refert *Lib.* 3. *Politicorum, Cap.* 4. Quod 36
Reges quando jurabant levabant ſceptrum, verba ſunt, ὁ δ' ὅρκος ἦν τοῦ σκήπτρου ἐπανάτασις, id eſt, *erat autem illis jusjurandum per ſceptri elevationem*, refertque Robertus Valtur. *Lib.* 6. *rerum mil. Cap.* 7. faciunt quæ notat P. Mart. del Rio *in* 2. *Comment. Senec. in Med.* v. 248. Quibus maxime confirmari poteſt ſententia eorum, qui affirmant juramentum non requirere verba; ſed nutu celebrari poſſe: in quam ſententiam ivit Covarr., Faquin. & alii per Oſvald. relati ad Donel. *Lib.* 24. *Com. Cap.* 13. *litt. B.* quæ quæſtio longius examen re-
quirit: interim conſule Oſvald. ibi. De digitis 37
ſupputatoriis vide perdoctum locum P. Cerdæ *Cap.* 52. *Adverſar. nu.* 6. & P. Mendozæ *in viridario Lib.* 8. *ſaturnaliorum decad.* 3. *Cap.* 5. P. Valerian. *Lib.* 37. *Hierogl. Cap.* 1. plures alios refert Renatus Laurent. *ad Tertull. Apologet. Cap.* 21. Taubman. *ad Plaut. Epidic. act.* 1. *Scen.* 1. *fol. mihi* 404. Alex. ab Alexan. 1. *dier. genial. C.* 24. ubi latè Tiraq. *litt. G.* Edmund. Merillium *Lib.* 4. *Obſer. C.* 1.

C A P. VI.

Aditio hereditatis an nutu fieri poſſit, per integrum Cap. diſquiritur: an verba requirat. 1. *cum ſequentibus. Interpretes qui negativam defenderint.* 2. *Eorum fundamentum conſtituentium diſcrimen inter aditionem, & geſtionem pro herede, & quod?* 3. *Affirmativam qui defenderint, quam ſequitur Autor.* 4. *Triplex aditio fuit.* 5. *Cretio quid.* 6. *Revardi error ibi: in ipſa cretione aditio ineſt, non è contra.* 7. *Mutus cernere non poterat.* 8. *Geſtio pro herede quid?* 9. *Aditio per ſimplicem voluntatem.* 10. *Quæ longe defenditur, &* 1. *expenditur Juſtinian.* in §. item extraneus 7. Inſt. de hered. qual. & different. 11. *Ulpian.* tit. 22. in fragm. 12. L. ſi avia, C. de Jure deliberand. 13. L. ſi ſorori. 14. C. eod. tit. 14. l. gerit 88. D. de acquirend. heredit. 15. L. 2. de officio procurat. Cæſar. 16. L. 2. & 3. D. de interrogat. actionib. 17. *In Pandectis nulla, aut rara mentio cretionis.* 18. *Cretio in ſubſtitutionibus apud Ulpian.* 19. *Prohibitio actus in dubio nunquam cenſetur.* 20. *Repudiatio, & aditio hereditatis eiſdem regulis gubernatur.* 21. *Repudiatio quovis indicio facta, tenet.* 22. *Contra noſtram ſententiam expenditur Ulpian.* in fragm. 23. Ulpian. *in ſuis inſtitutionibus plerumque tractat primora Juriſprudentiæ.* 24. *Geſtio pro herede ad cretionem pertinet.* 25. *Conſtitutio D. Marci de extenſione cretionis.* 26. *Omiſſa non cenſentur*

cenſentur probibita. 27. *Defenditur Juſtinian.* in §. item extraneus 7. Inſt. de hered. qual. & differen. 28. *Diſcrimen inter aditionem, & geſtionem apud omnes.* 29. τὸ aditio *nomen generale eſt.* 30. *Comprehendit geſtionem, cretionem; ſimplicem aditionem contra Cujac.* 31. & 32. *Aditio quid?* 33. *Illuſtratur reg.* l. ſi nemo 181. D. de regul. Jur. 34. *Conſideratio verbi* ſubeo. 35. *Iterum de comprehenſione* τῷ aditio. 36. 37. (*Immixtio in ſuis filiis* 38.) & *num.* 39. *Aditio verba non requirit.* 40. 41. *Quaſi contractus datur in aditione.* 42. *Reditus ad* dict. l. ſi nemo 181. 43. *Vis verbi* ſubeo. 44. *Ubi Barclaius expenditur. Mare Siculum influit in Tuſcum, & Ionium.* 45. *Græci Ionium dividunt in Siculum, ac Creticum.* 46. *Tyberi Oceanus decedit.* 47. *Explicatur Ulpian.* in l. mutum 5. D. de acquir. hered. 48. L. ſervo invito 55. §. ſi pupillo 3. D. ad Senatus Conſult. Trebell. l. pupillus 9. D. de acquirend. hereditat. 49. *Notatur Goveani interpretatio ad dict. Jura, quæ communis fuit.* 50. *Vera interpretatio cum Pichardo traditur.* 51. *Utiliſſimum ſane Caput, quo veræ aditionis ſpecies explicantur, & plurima reſponſa, & reſcripta lucem accipiunt.*

PRoximis Capitibus quæſtionem juvat aliam ap-
ponere contrario voto diſcuſſam ab Interpre-
1 tibus: an hereditatis aditio verba requirat; vel
nutu ſolo perfici poſſit. A. Govean. *Libr.* 1. *var.*
lect. Cap. 25. Donell. *Lib.* 7. *Cap.* 8. conſentiunt,
2 aditionem nutu fieri non poſſe: ſed verba requi-
rere; in ſimili fuit ſententia Anton. Pichard. *in* §.
fin. inſt. de hered. qualit. & diff. à num. 26. *cum*
ſeqq. & num. 53. concludens, pupillum, vel mu-
tum illingues adire hereditatem non poſſe, quam-
vis poſſent pro herede gerere; & *in tit. de acqui-*
rend. hered. Cap. 26. Hotoman. in §. *fin.* ſequitur
Duaren. *ad eundem tit. C. quomodo hereditas acquira-*
tur, I. Menoch. *Lib.* 4. *præſumpt.* 100. *per totum*
3 (qui plures alios refert) Conrad. Rittershuſ. *dict.*
§. *ult. inſt. de heredum qualitat. & differen.* Qui om-
nes eo præcipuo fundamento moventur, quia di-
ſcrimen inter aditionem hereditatis, & pro here-
de geſtionem longum eſt, ut ipſi conſtituunt:
cum in illa requirantur verba ex Ulpiano *tit.* 22.
in hac autem ipſa geſtio tacita ſufficiat ſine ver-
borum expreſſione, *l. pro herede, D. de acquir. he-*
red. Premitque difficultatem Govean. *ex l. pupillus*
de acquirend. heredit. in qua, ſi fari poteſt, here-
ditatem valet adire, cum tamen infans gerere pro
herede poſſit, *l. ſervo invito*, §. *ſi pupillo, D. ad*
Trebell. quod non aliunde, ſubtiliſſimus vir ſen-
tit, procedere, quam ex eo, quod conſtituit,
principio, in aditione verba eſſe neceſſaria, & ſic
in pupillo requiri, quod fari poſſit, ut adeat: hæc
in ſumma doctiſſimorum virorum ſententia, &
fundamenta.

4 Sed contraria fortiſſimos habet etiam propu-
gnatores, quorum vexillis auxilliari ſine timore,
& verecundia poterimus: præfert ſignum vene-
randus Accurſius *in l. pater* 93. §. 1. *D. de acqui-*
rend. hered. Angelus in *l. gerit, D. de eodem titulo.*
ubi Bartol. *nu.* 5. Roman. *num.* 4. Paul. de Ca-
ſtro in *l. mutum* 5. *num.* 2. *D. eod. tit.* & in *l. po-*
tuit 5. *C. de Jure deliberand. num.* 8. P. Gregorius
Lib. 4. *ſyntagmat. Juris Cap.* 14. *numer.* 14. Alci.
in l. 1. *qui admitti ad bon. poſſeſſ. num.* 9. Franciſc.
Raguell. *ad deciſiones Juſt. in l. jubemus* 29. *C. de*
teſtamen. Oſvald. Hilliger. *ad Donell.*, *Lib.* 7. *Com-*
ment. Cap. 8. *litt. C.* Maſcard. 1. *tom. de probat*
concluſ. 40. *num.* 4. Petrus Loriotus *in tractat. de*
aditione, & repudiat. axiomat. 34. quorum aliqui
quamvis de nutu non loquantur, ſatis compro-
bant ſeotentiam, dum ſentiunt in aditione verba
non requiri, ſed ſufficere animi declarationem,
quocumque ſigno exteriori. Sed quamvis horum
ſententiam prudentiorem credam, ſed iſti attige-
runt ſolum, non penetrarunt veritatem: quæ pe-
ſtis cauſa præcipua eſt, quæ noſtros Interpretes
in varias, contrariaſque opiniones disjecerit. Nos
autem hic certiori jactu, quo magis poterimus,
intentiſſimis inſiſtemus oculis, ut ſcopum attinga-
mus quæſtionis.

Quare ut ſuo ordine feliciter (ut ſpero) con- 5
tingamus illum, aditionem hereditatis in extra-
neo triplicem fuiſſe invenio, quamvis Donell.,
Duaren., Pichard. & alii ſolum videantur, cre-
tionem agnoſcere, & geſtionem pro herede, de-
cepti Ulpiani loco *in fragmentis tit.* 22. §. *extra-*
neus, qui error in iſtum, quem impugnamus,
ipſos compulit. Triplex autem aditio fuit: aut
per cretionem ſolemnem: aut per heredis ge-
ſtionem: aut ſimplicem nudamque aditionem.
Sic in media Juriſprudentia obſervatum invenio.
Quæ aditiones longo intervallo, diſſimilique for-
ma una ab altera diſcriminabantur. Quarum 6
præcenſito diſcrimine, facilis aperietur via no-
ſtræ quæſtioni, & voto. *Cretio*, ſeu per cretio-
nem aditio certis ſolemnibusque fiebat verbis: de
quibus perſpicuus tractus eſt apud Ulpianum *dict.*
titul. 22. adibat enim inſtitutus per cretionem in
hunc modum. *Cum me Mævius heredem inſtituerit,*
eam hereditatem adeo, cernoque, quæ quidem aditio
aliis ſpecialibus gaudebat, quæ ſatis reliquit Ul-
pianus nota, & poſtea explicarunt Interpretes.
Briſſon. *Lib.* 7. *formul.* Covarr. *Lib.* 4. *var. Cap.*
11. P. Gregor *Lib.* 46. *ſyntagmt. Jur. Cap.* 2.
num. 4. & 6. Anton. Pichard. *in Comment ad* §.
item extraneus 8. *inſtit. de hered. qual. num.* 28. *cum*
ſeqq. Budæus 1. *tom. ad Pandect. in l. fin. D. de*
pignorat. action. Guidus Pancirol. *in Theſauro varia-*
rum lect. Lib. 2. *C.* 214. Ræevard. *de autorit. prud.*
Capit. 8. Edmund. Merillius *Lib.* 4. *Obſerv. Cap.*
34. & *Lib.* 2. *C.* 11. Joan. Brodæus *Lib.* 10.
Miſcellan. Capit. 16. qui omnes plures alios refe-
runt, à quibus cum præclaram lucem antiquitas
iſta acceperit, fruſtra nos quoque ſuccendemus fa-
cem. Sed præterire non poſſum inſignem Rævar-
di errorem *dict. Cap.* 8. *circa fin.* ſcribentis, po-
ſtea factum fuiſſe, ut per cretionem omnis omni-
no hereditatis aditio ſignificaretur, & cum multa
ad id probandum induxiſſet, nihil egit: nullatenus
comprobavit, quid enim inducere poſſet, cum
tantum differret cretio à cæteris aditionibus? (ut
ex datis, infraque ſubdendis apparebit) quod ita 7
intelligere debemus, ut in ipſa cretione aditio
inſit, non ut cretio præcedat aditionem, ut exi-
ſtimavit Cujac. *Lib.* 7. *Obſerv. Cap.* 13. & Joſeph
Scaliger. *ad Feſtum*, verbo *Crevi*, verior enim eſt
contraria ſententia, quam certam eruditiſſime fe-
cit Pet. Gregor. *dict. Lib.* 46. *Cap.* 2. *Num.* 6. &
P. Faber. *Lib.* 2. *ſem. Cap.* 22. Per cretionem 8
autem mutus adire hereditatem nequibat, cum in
ea ſolemnia certaque requirerentur verba, quæ
proferre mutus non poterat, *l. ubi non voce. D.*
de regul. Jur. ubi obſervat. J. Rævard., Anton. Pi-
chard. *dict.* §. *item extraneus*, *num* 53. & *dict. Cap.*

26. *de acquir. hered.* Hotoman. *in eodem* §. A. Go-
vean. *dict. Lib.* 1. *variar. Cap.* 25. & cum his alii
in §. *fin. inſt. de hered. qualit. & differ.* ad for-
mam, qua nec muti ſtipulari poſſunt, cum ver-
bis, notiſſimum ſit, ſtipulationem conſtare *l.* 1. &
§. '2. *D. de verborum obligation.*
9 Geſtio autem pro herede nullis conſiſtebat ver-
bis, ſed in tacito heredis facto, rebus heredita-
riis, tanquam domini, utendis. Veluti ſi auctio-
nem rerum hereditariarum faciat: aut ſervis he-
reditariis cibaria mandat (ut inquit Ulpian. *dict.
tit.* 22.) *l. pro herede* 20. *l. gerit* 88. *D. de acqui-
rend. hered.* §. *pro herede, de hered. qual.* Quod
quidem mutus facere poteſt, cum verbis opus non
habeat, *l. mutum* 5. *l. pater* 83. §. 1. *D. de acqui-
rend. hered. l. ubi non voce, D. de reg. Jur.* ubi con-
ſentiunt omnes relati.
10 Aditio per nudam, ſimpliceinque voluntatem
(in qua major ſiſtit difficultas) erat, cum inſtitu-
tus ſine cretione ſimpliciter ſuam voluntatem de-
clarabat, nullis formulis, nulliſque certis, ſolem-
nibuſque verbis (ut in cretione diximus) nude
animum adeundi declarans, hereditatemque ac-
ceptans. Qui aditionis modus celebris in noſtra
Juriſprudentia erat, nemoque ſine protervia, &
petulantia abnegare poterit: & ut facilius dent
manus contrarii convicti, obvallabo fortius axio-
ma ut nulla irrumpendi adverſariis, aut evadendi
11 via pateat. Gravis primo aſſertor appareat Cæ-
ſar Juſtinianus, qui in §. *item extraneus* 7. *inſt. de
hered. qualit. & different.* ſic inquit. *Item extra-
neus heres teſtamento inſtitutus, aut ab inteſtato; ad le-
gitimam hereditatem vocatus, poteſt pro herede geren-
do, aut etiam nuda voluntate ſuſpiciendæ hereditatis,
heres fieri*, ubi obſervant Balduin. *num.* 24. Georg.
Bernard. Roanenſis *in ſuis diviſionibus, num.* 233.
atque Æguinar. Baro, Viglius, *in principio*, &
Theoph. aliique inſtitutionum Scholiaſtæ. Quam
ſimplicem aditionem ſubintellexit, & tacite ad-
12 miſit idem Ulp. *dict. titul.* 22. ibi: *Sine cretione
heres inſtitutus ſi conſtituerit, nolle ſe heredem eſſe,
ſtatim excluditur ab hereditate, & amplius adire non
poteſt:* ergo Conſultus ſimplicem, nudamque ad-
mittit inſtitutionem, & aditionem, ut inſinuavit
antea in §. *extraneus*, ibi: *Si quidem cum cretione
ſit heres inſtitutus.* Expreſſa eſt *lex ſi avia* 6. *C. de
13 Jure deliberand.* ibi: *Ex ſola animi deſtinatione pater
nus heres fieri poterat:* cujus reſcripti autores ſunt
Diocletianus, & Maximianus, qui una impera-
runt, nec tunc cretionum ſolemnitas ſublata erat,
quod multo poſtea fecit Theodoſius *in l. cretionum*
17. *C. eod. tit.* & *in l. unica, C. Theod. de cretione.*
unde elegantiſſime intelligemus *l. ſi ſorori* 14. *C.
14 eodem tit. de jure deliber.* Cujus iidem Cæſares
Dioclet. & Maximianus autores ſunt, qui in ea
reſcribunt: heredem intelligi effectum, quamvis
non probetur, inſtitutum pro herede geſſiſſe: nec
res ex bonis teſtatoris deſcendentes tenuiſſe. Nec
per cretionem aditio ibi ſubaudi&nda erat, id
enim non dubitabatur in ſolemni receptoque adi-
tionis per cretionem modo: dubium autem inde
proceſſit quod inſtitutus, qui ſimplici voluntate,
aut adiverat hereditatem, aut bonorum poſſeſſio-
nem petierat, nec tamen poſſederat bona, con-
tra poſſidentes experiri poſſet. Quæ quidem in-
terpretatio mire illuſtratur, *ex l. non hoc* 4. *C. un-
de legitimi*, quam iidem reſcripſerunt Cæſares: &
15 ſatis agnoſcit in ea Gothofred. In qua ſententia,
& Paulus 1. *quæſtionum* fuit, *in l. geris* 88. *D. de
acquirend. hered.* reſpondens cum pro herede gere-
re, *qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attin-
gat hereditarium*, & tamen ad geſtionem pro here-
de propriam referendum non eſt, ſi nihil attingat
hereditarium. Ulpia. *dict. tit.* 22. *l. pro herede* 20.
D. de acquiren. hered. cum §§. & *legib. ſequentib.* §.
pro herede 9. *inſtit. de hered. qualitate, & differen.*
Nec ad cretionem, quæ in animo non conſiſte-
bat ſolum; ſed certis ſolemnibuſque verbis. Quæ
ergo iſta geſtio pro herede, quæ abſque facto ani-
mo ſolo perficitur? nulla alia ſane eſt, quam ſimplex
aditio, nuda voluntate expreſſa, ut Imperatores
reſcripſerunt *dict. l. ſi avia, l. ſi ſorori, dict. l. non
hoc:* nam ſi aditio ſolo animo conſiſtere non poſ-
ſet, nudaque voluntate, ſane dici non poterat,
acquiſitam eſſe hereditatem, cum geſtio pro here-
de inefficax ſit, cum in rebus alienis conſtiterit:
ſuſtinetur tamen, quia ab illa animus heredis de-
claratur. Explicat præter alios Cinus Campan. *in
l. ejus qui in provincia, D. de rebus cred. fol. mihi*
19. ſed præcipue Ulpianus *in l. ſi quis extraneus*
21. §. 1. *D. eod. tit. de acquir. hered.* idque idcò
quia ex actu nullo legitur quandoque voluntas, *l.
fin. D. de reb. eorum, l. legatum*, §. *pater hortos, D.
de adimendis legat.* quod, dum inveſtigemus diſcri-
men inter aditionem ſimplicem, & geſtionem
pro herede magis confirmabitur. Quid expreſ- 16
ſius quam ejuſdem Pauli reſponſum aliud in *l.* 2.
*D. de offic. Procurat. Cæſar. Heredis enim inſtituti in
adeundis, vel repudiandis hujuſmodi hereditatibus volun-
tas exploranda eſt*, nec id referas ad Cæſaris ſpecia-
litatem, cùm quod in aliis admiſſum eſſe, proba-
verimus: tum quod in abſtracto à Cæſare verba
illa Paulus ſubjicit, tradens regulam, voluntatem
adeuntis, vel repudiantis ſpectandam eſſe: ex quo
infert, idem in Cæſare admittendum eſſe. Quò 17
autem *leges* 2. & 3. *D. de interrogatoriis actionib.*
contendunt, dum edicto de interrogatoriis actioni-
bus rationem præbent, dicentes, difficilem eſſe pro-
bationem aditæ hereditatis, niſi ut demonſtrent nu-
da voluntate hereditatem adiri: indeque difficulta-
tem aditæ hereditatis oriri? Si enim ſolemni cretio-
nis formula, ſi ingreſſione hereditatis, occupatione-
que bonorum aditio fuiſſet completa, parum difficul-
tatis ſubeſſet: remanet autem difficultas ex ſimplici
nudaque aditionis voluntate, quæ minus innoteſcere
poteſt, cum multum animi, parumque facti habeat
arg. *l. pro herede* 20. *D. de acquirend. hered.* Quid ul- 18
tra? ſi in toto noſtro Jure Civili, Digeſtorum in-
quam voluminibus, nulla; aut rara mentio cretio-
nis: ſemper ad acquiſitionem hereditatis aditio,
& pro herede geſtio in ore Juriſconſultorum ſit?
(niſi facinus Triboniani ſit) deſierat equidem
illa antiqua, primævaque cretionis aditio: ut mul-
tæ aliæ antiquitates, quas in duodecim tabulis, in
fragmentis Ulpiani invenimus, in quibus paſſim
cretiones reperiuntur. Nec quotieſcumque adi-
tam hereditatem legimus in Civili Jure, æquum
eſt, ut referamus ad cretionem, nam ſi ita eſſet,
inveniremus mehercle, aut in inſtitutione, aut
in aditione frequentiſſimas cretionis formulas: aut
ejus ſubolcremus veſtigia: quod cum ita non ap-
pareat, ad id credendum perſuaderi non poſſum
& ſic cum Ulpian. *dict. tit. circa finem*, de cretio- 19
ne in ſubſtitutionibus agat, qualiterque primo in-
ſtitutus decernere debeat, ut excludatur, vel ad-
mittatur ſubſtitutus: non inde, ſine magna inju-
ria noſtri Juris, colligeremus in media Juriſpru-
dentia, ſine cretione primo inſtitutum deliberare
non poſſe ſimpliciter: cum in toto *tit. de vulgar.
ſubſtitut.* quidquam tale non reperiamus. Præcipue
cum nulla lex contrarii prohibitiva ſit: ut nudis
verbis, ſimplicique actu hereditas adiri non poſ-
ſit: cur ergo ſtare prohibemus? quæ quidem fir- 20
ma certaque regula eſt *l. nec non* 28. §. *quod ejus* 2.
D. ex quibus cauſis majores, l. 1. *D. de teſtib. l. me-
tus*, §. 1. *D. de procurat.* cum aliis, quæ congerit
Velaſcus *in axiomat. Juris lit. P. num.* 206. nam
quod in contrarium de prohibitione ex Ulpiani
loco in fragmentis inferri poſſet, infra diſſolvam.
Concludo ſententiam, & fundamenta claudo in ſi-
militudine

militudine repudiationis & aditionis, quas eiſdem re-
21 gulis gubernari, & ſæpiſſimè à Conſultis pariari, pro certo eſt, *l. 2. D. de officio Procurat. Cæſar, l. recuſare 6. D. ad S. C. Trebel. l. ſicut 4. C. de repudiand. hered.* comprobat Bart. *in l. is qui putat, n. 6. D. de acquir. hered.* Jaſon. *in l. is qui heres, num. 3. & 14.* Tiraq. (qui plures refert) *in tractat. le mort. ſaiſit 2. declarat. num. 4.* P. Gregor. *Lib. 46. ſyntagm. Jur. Cap. 2. Num. 4.* Conrad. Ritterſhuſ. *in §. fin. inſt. de hered. qualit. & different.* cum quibus ivit communis Interpretum ſchola: nam contrariurum eadem eſt ratio, & diſciplina (ut inquiunt Philoſophi) & omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur per eaſdem diſſolvitur, *Cap. 1. de reg. Jur. l. omnis, D. eodem tit.* cum vulgaris: ſed repudiatio ſimpliciter facta, aut verbis, aut alio quovis indicio voluntatis, ſortitur effectum, §.
22 *fin. inſtit. de hered. qualitat. & differen.* ubi ab aditione argumentatur Juſtinian. ad repudiationem, ad hoc quod nuda voluntare fiat. Jul. Paul. *Lib. 4. ſentent. tit. 4. in princ.* à quo deſumta fuit *l. recuſari 95. D. de acquir. hered. l. 1. §. qui ſemel. 6. §. quibus 10. D. de ſucceſſor. Edict.* & agnoſcit Tiraq. infra & Donel. *Lib. 7. Com. Cap. 7. in fin.* Pichard. *de acquir. hered. Cap. 9. num. 2. & 3. & dict. §. fin. inſt. de hered. qual. num. 58.* & omnes cæteri, qui in contraria ſententia contra nos fuerunt. Relinquitur ergo, aditionem nuda fieri voluntate, veluti repudiationem: quam triplicem aditionem, præter alius plures, agnoſcit Cujac. *in notis ad Ulpian. tit. 22. §. cretio, & in parat. de acquir. hered.* Vulteius *in §. 6. inſt. de hered. qual.* P. Gregor. *dict. Lib. 4. Cap. 2.*

23 Sed qui in contraria ſunt ſententia, unicum firmumque ſibi præſumunt fundamentum ex proximo Ulpian. *fragmento in §. extraneus*, cujus hæc verba: *extraneus heres, ſi quidem cum cretione ſit heres inſtitutus, cernendo fit heres; ſi vero ſine cretione, pro herede gerendo.* Undè argumentum deſumunt: ſimplicem aditionem Jure Civili non fuiſſe cognitam, donec cretionis ſolemnitas ſublata fuit, aliàs enim Conſultus & meminiſſet aditionis, utpotè heredis geſtionis, & cretionis. Sed quamvis, quæ pro noſtra ſententia conduximus, non ſatis perſpicua eſſent (quæ meo judicio collucent luce meridiana clariora) exiguum eſt, debileque
24 Ulpiani fundamentum multis aliis, quæ ipſum evertunt: funditusque avellunt. Ulpianus in ſuis inſtitutionibus (ut cuique videre licet) plerumque tractat primæva Juris Civilis cunabula, & cum *in tit. 22. qui heredes inſtitui poſſunt* plura ſcripſiſſet: aggreditur, & laro calamo, cretionis ſolemnitates, formas, modos, & ſpecies, à *§. extraneus*, uſque *ad finem per plures §§.* illis temporibus celebres. Unde mirum non eſt, ſi nullam de nuda, ſimplicique aditione mentionem faciat, tunc temporis minus uſitata, donec media Juriſprudentia viguit, & Digeſtorum jura claruerunt, uti obſervat Cujac. *dict. tit. 22.* Nec intererit, ſi ſectatores contrarii in me redarguant, geſtionis pro herede Ulpianum meminiſſe: ſicque potuiſſe noſtræ aditionis, vel debuiſſe facere, ſi ea
25 in Populo Romano admiſſa fuiſſet. Sed ſi talia ominarentur, præſumeremus ipſos ignorare, geſtionem pro herede & ad cretionem pertinere: nam ſi Titius ſub imperfecta cretione his verbis inſtitutus eſſet, *ſi non creveris, tunc Mævius heres eſto.* Hac forma inſtitutus, ſi non creverit, ſed pro herede geſſerit, in partem admittebat ſubſtitutum, donec D. Marcus conſtituit, ut & pro
26 herede gerendo ex aſſe fiat heres, oti doctè Κορυφαῖος Juris Ulpianus docet *dict. tit. 22. §. fin.* Cujacius *ſup.* A. Govean. *ad l. verbis 7. D. de vulgar. num. 3.* Edmund. Merill. *Lib. 4. Obſervat. Cap. 34. & Lib. 2. Cap. 11.*

Heu quantum lucis, quantumque reconditæ doctrinæ debemus Conſulto huic in ſuis inſtitutionibus, ſine quibus caligaremur miſerrime ad penetralia Juris! Mirari ergo non debent, ſi dum cretionem Ulpianus evolvit, tractet etiam geſtionem pro herede, quæ ipſius legitima ſeu pars, ſeu ſpecies eſt; ſed quis eo, quod Conſultus omiſiſſet ſimplicem aditionem, poſſetque tractare: argumentum deſumeret, ſimplicem aditionem admiſſam non fuiſſe: cum ſic quicumque faceret, poſſet integram Juriſprudentiam evertere. Nam 27
ex eo quod quid omiſſum ſit, non prohibitum, non negatum cenſeri debet, imò præſumi permiſſum; (ut ſupra dixi) & probat *l. ſtatuas 7. C. de relig. & ſumptib. funer.* ubi ſubjungit Gothofred. leges alias, *l. ab ea parte 5. D. de probat.* Velaſc. *ſup.* & eo, quod poſſet tractare, debilis elicitur conjectora, utpotè argutè argumentatur doctiſſimus Gregor. Lopez Madera *in admirabili ſua defenſione, ſeu libro Monti Sancti Granatenſis* (cujus laborem ſemper plurimi feci cum communi voto) arg. *l. non hoc 4. C. unde legitimi*, citatque Bald. *in l. de quibus, D. de legibus.* Sed quando præmiſſa firmiſſima non eſſent, reſpondebo, ſatis inſinuaſſe Ulpianum, & demonſtraſſe ſimplicem aditionem, & inſtitutionem in *§. ſine cretione*, (ut & ego ſupra perpendi) ut ſic concludamus aditionis triplices fuiſſe ſpecies ex communi veriorique ſententia.

Unde infero interpretationem, ſeu debitam 28
defenſionem ad Juſtinianum in *dict. §. item extraneus 7. verſ. pro herede, inſt. de hered. qualit. & differen.* in quo gerere pro herede ſcribit, *heredem, quoquomodo voluntatem ſuam declaret, vel re, vel verbo de adeunda hereditate:* in quibus verbis videtur, aditionem cum heredis geſtione commiſcere Imperatorem, quod quidem ferre non potuerunt A. Govean. *dict. Libr. 1. variar. Cap. 25.* A. Pichard. *dict. §. item extraneus, num. 32.* docentes, ſui temporis ratione Juſtinianum feciſſe, Franciſc. Duaren. *ad tit. D de acquirend. hered. Cap. 4.* Don. *dict. Lib. 7. com. Cap. 8.* obi Oſvald. *litt. D.* Broæus, Hotom. & alii *dict. §. item extraneus*, eleganter A. Faber. *21. error. decad. 49. err. 10. num. 15.* qui omnes, & alii agnoſ- 29
cunt inter aditionem diſcrimen, & geſtionem pro herede: qui præter alia moventur, ex *l. ſi quis mihi bona 25. §. ſed quid ſi mandavit D. de acquir. hered. ex l. ſi quis 14. §. plerique 8. D. de relig. & ſumptib. fun.* cum aliis quas Donel. conſiderat. Sed id ego non abnuo, & liberrime agnoſco diſſimilitudinem inter geſtionem & aditionem, penetrata utriuſque actus natura: ut ſatis meam hanc fuiſſe ſententiam, præſcripta probant. Quid ergo pro Juſtiniano dicemus? qui ab his Juris principiis deviare præcipitanter videtur; ſed non ita eſt, & ſecura, facilisque propugnatio dabitur, ſi conſideremus *τὸ aditionem* nomen generaliſſimum 30
eſſe, quod in ſe cretionem, aditionem, & immixtionem comprehendit: quæ ſpecies aditionis ſunt. De *cretione* deſpecta Cujacii ſententia (de 31
qua ſupra) probat evidenter Ulpian. in *§. cernere 28. in fragm. tit. 22. cum me Mævius heredem inſtituerit, eam hereditatem adeo, cernoque*, Feſtus verbo *crevi*, cujus ſunt verba, *crevi, modo ſignificat, hereditatem adii*, defendit, & probat P. Gregor. *dict. Libr. 46. ſyntagmat. Jur. Cap. 2. num. 6.* P. Fab. *Libr. 2. ſemeſt. Cap. 22.* conducunt autoritates à Rævard. congeſtæ *dict. Cap. 8. de autorit. prud.* & à P. Gregor. *ſup.* De geſtione (ni vehe- 32
menter fallor) celebris locus Pauli eſt *Lib. 1. quæſt. dict. l. gerit 88. D. de acqui. hered. Gerit pro herede* (inquit Conſultus) *qui animo agnoſcit ſucceſſionem, licet nihil attingat hereditarium*, quæ geſtio, ut ſapra conſideravi, non de geſtione pro-

pria,

pria, ſed de ſimplici aditione capienda neceſſa-
rio eſt. qui locus pro defenſione Juſtiniani aptior
eſt, quam alius quicumque in tota Juriſprudentia:
ſimilique conſideratione aperimus *dict.* §. *plerique*,
33 ut aptiori loco ſubdemus. Quid aliud autem eſt
aditio, quam ad ſucceſſionem accedere, quam ad
hereditatem ire: & quaſi aditum in eam ferre?
l. 3. *C. de Jur. deliber. l. filius* 28. § *ſi quis* 3. *D.
de liberis, & poſtb.* uti poſt alios, condocent Jaſ.
in rub. D. de acquir. hæred. num. 2. Cujac. *Lib.* 7.
Obſervat. C. 18. Petrus Loriotus *in tractat. de adi-
tion. hereditatis axiomat.* 33. Octavius Amorin *in
Pandect. ad. l. de eo autem* 20. *num.* 9. *de judiciis.*
Et cum per geſtionem hæc omnia conſequamur
(accedimus enim ad ſucceſſionem, aditumque ad
hereditatem ferimus) quod abſurdum adverſarii
ſcrutari poſſunt ex eo, quod Juſtinianus poſt ex-
plicitam geſtionem, aditionis verbum immiſcue-
34 rit, quod omnem aditionem complectitur? Ex
quibus illuſtramus regulam in *l. ſi nemo* 181. *D. de
reg. Jur.* ibi: *Si nemo ſubiit hereditatem, omnis vis
teſtamenti ſolvitur.* Animadverte τὸ *ſubiit*, quo uſi
fuerunt Imperatores in *l.* 1. *C. Theodoſ. unde Liber.*
35 quo ſignificatur cretio, geſtio, immixtio, uti
Rævard., P. Faber. & alii explicant, & evidenter
ex ipſius regulæ ſententia elicitur. In quo ſenſu,
& ſententia uſurparunt Conſulti alii verbum *adi-
36 tio, l. nemo* 9. *D. de teſtament. tutela, cum l. ſe-
quenti, l. Titius* 45. §. 1. *D. de excuſat. tut. l. eam
quam* 14. *C. de fideicommiſ. l. ſi patroni* 55. §. 2. *D.
ad S. Conſul. Treb.* & utrumque verbum probat
Cujac. *Lib.* 3. *Obſervat. Cap.* 6. *& Lib.* 7. *Cap.*
37 18. Broæus *d.* §. *item extraneus*, & quod de im-
mixtione diximus, quod per aditionem explicetur,
probat, *l.* 1. *C. ſi tutor, vel curator*, ibi *gloſ. marg.
l. defunctis* 6. *C. de legitim. hered. dict. l.* 1. *C. Theod.*
38 *unde Lib.* Jaſon *dict. num.* 2. cum tamen immixtio,
non aditio in ſuis filiis conſideretur, *l. in ſuis cum
vulgarib. D. de Lib. & poſthum.* & Ulpian. diſcri-
minet immixtionem, vel pro herede geſtionem,
ſeu aditionem in *dict. l. ſi quis* 14. §. *plerique, D.
de relig. & ſumpt. fun.* Sed quid moramur? cum
ipſamet reſponſa, quæ Duaren., Donell. aliique
ſequaces in Juſtinianum conſpirarunt, quamvis
vis agnoſcant diſcrimen: agnoſcunt tamen ſub
aditione comprehendi geſtionem, & ſic *dict. l. ſi
quis mihi* 25. §. *ſed quid ſi mandavit* 7. *D. de acqui-
39 rend. hered.* reſpondetur aditionem legitime factam
eſſe, quamvis pro herede filio, ſeu ſervo fuerit
juſſum gerere, qui tamen adierit: & ſic intelligi-
tur, *dict.* §. *plerique*, in quo geſtio, nec aditio
intelligitur, ex ſepultura data parenti, qui actus
geſtionem reſpicit: & ſic in aliis. Miror equi-
dem doctiſſimos viros tam ſcrupuloſos in Juſtinia-
num agere, cum ſi ad rectam antiquamque Juriſ-
prudentiam Conſultorum converterent oculos, vi-
derent quantum facultatis in uſurpatione verbo-
rum uſurpent Conſulti: libavit aliqua Cujac. *dict.
C.* 18. & nos alibi, quæ prætermittimus caute,
ne digreſſio noſtra longius, quam pars ſit, ſucce-
dat: cum reſtent alia pro noſtra aſſerenda, &
propugnanda ſententia.

40 Sic ergo eſt, ut tanquam è manibus hoſtium
eripuerimus ſimplicem aditionem, nudamque,
ſuper qua cunctus noſter conflictus eſt, an nutu
fieri poſſit, quæ nullum certamen habebat, ſi
verba requireret; ſed id nos negamus multis ra-
tionibus, & autoritatibus. Primo namque id ſatis
comprobant cunctæ leges ſupra capite iſto conſi-
deratæ, quæ aditionem docent in nuda voluntate
41 conſiſtere, nudoque animo adeuntis: ſaltim ali-
quo exteriori ſigno, nutus veluti, declarato:
aliàs quis dijudicabit ſecretum abſtruſumque ad-
euntis animum, ſoli Deo cognitum. Uti cum
pluribus defendit Menoch. *Lib.* 4. *præſumpt.* 99.
Maſcard. 1. *tomo concluſ.* 40. *cum ſeqq.* Mantica
de conject. ultim. voluntatum Lib. 9. *tit.* 12. (qui
plures alios congerunt) ſi ergo adeuntis animus
peragere aditionem poteſt, ſolusque conſenſus
adeuntis inſpicitur, non dubito quim nutu adiri
poſſit hereditas, cum pro certo anterioribus pro-
baverimus Capitibus, nutu omnes actus, omneſ-
que contractus celebrari poſſe, qui nudo conſen-
ſu, nudaque conſtant voluntate, ut de locatione,
emptione, venditione, & ſimilibus aliis diximus,
qui quidem, cum verba non requirant, nutu ſolo
perfici poſſunt *l.* 2. *l. obligamur* 52. §. *fin. D. de
oblig. & action.* cum aliis plurimis quæ *ſupra Capi-
te* 6. digeſſimus. Præcipue cum, & qui adit he- 42
reditatem, quaſi contrahere videatur, *l.* 3. §. *ult.
l.* 4. *D. ex quibus cauſis in poſſeſſionem eatur*, cum
aliis juribus à Gothofredo ibi præjunctis, & Cu-
jacio *ad tit. C. de ſervis fugitivis*, ut ſic dicamus,
aditionem contractum eſſe nudo conſenſu conſtan-
tem, & conſequenter nutu perfici poſſe ex pro-
xime datis. Quibus alludit *dict. l. non voce, D. de
reg. Jur.* qua quidem etiam nititur ratione alterum
à nobis defenſum axioma, fideicommiſſum, &
legatum nutu poſſe relinqui, per *l. nutu, D. de
legat.* 3. quia cum nulla certa, ſolemniaque ver-
ba requirant (ut fortiter defendimus *Cap.* 2.) ver-
ba neceſſaria non ſunt, nutuque ſolo conſtabunt:
& adimentur (ex dictis *Cap.* 3.) qualiter enim
ſuſtinerentur reſcripta, reſponſa, quæ in aditio-
nibus ſolum contenta ſunt ſola animi deſtinatio-
ne: cum certum ſit, nutu homines ſatis deſtinare
animum, ſatis loqui? (ut erudite probavimus 43
Cap. 4. *cum ſequentib.*) ſemper mecum duxi, re-
ſpectum aliquem regula illa ſubeſſe, *l. ſi nemo*
181. *D. de reg. Jur.* in verbo *ſubiit*: illudque
uſurpaſſe Conſultum, ut ſignificaret aditionem
animi indicio, deſtinatione, nutu conſtare, non
actu celebri, ſolemni, propalam verbis explicato.
Subiit enim, qui quaſi latenter, non faſtu, non 44
pompa intrat, & aggreditur, ut diu obſervatio-
nem ſimilem feci in politiſſimo J. Barclaio. 1.
Argenis in principio, qui dum ingreſſum fluvii Ge-
las in mare deſcribit, proprie & attente dedit
locum huic verbo. *Cum ad oram Siciliæ, qua flu-
vius Gelas maria ſubit, ingentis ſpeciei Juvenem pere-
grina navis expoſuit.* Subit ergo latenter Gelas
maria: quo modo quantum humilitas, & taci-
turnitas fluminis, tantum majeſtas Oceani expri-
mitur: cui convenit elegantiſſime Marius Betti-
nus *in ſuo Rubeno, in prologi cantico* de Eridano.

— Quo non Italis præſtantius oris
Adriaci tumidas ullum ſubit æquoris undas.

Quantum ergo flumen ingens Eridanus ſit, cum
adventat æquoris Adriatici undis, merito ſubit,
ſi tumidæ undæ: & ſic etiam Gelas, qui non
mare, ſed maria ſubit: nam mare Siculum modo 45
influit in Tuſcum modo in Ionium, autore Stra-
bone *Lib.* 6. cum Græci Ionium dividant in Si- 46
culum, ac Creticum, Plinio teſte *Lib.* 4. *Cap.* 11.
Nat. Hiſt. undè Plinius idem *Lib.* 3. *Cap.* 3. *inſulæ
per hæc maria primæ omnium Pityuſæ à Græcis dictæ*,
& ſic cum immiſcetur Gelas, non mare ſed ma-
ribus ſerpet, & ſubibit merito tantam majeſta-
tem aquarum. Et reſpectu contrario idem Bar-
claius, ut demonſtraret potentiam Romanam im-
periumque orbis per flumen Tiberis, ſuam divi-
nam Argenidem ſic exorditur, *nondum orbis adora-
verat Romam, nondum Oceanus deceſſerat Tibri*, de-
cedit ergo Oceanus ſecundum illud Claudiani *de
4. Conſul. Hon. V.* 42.

Subdidit Oceanum ſceptris, & margine cæli 47
Clauſit opes,

Et ſecundum illud incerti Poëtæ de ſubjectione
Britannorum.

Oceanus jam terga dedit.

Subit

Subit ergo apud noſtros Conſultos, quotieſcum-
que quid agimus latenter, levi deſtinatione ani-
mi, capitis nutu: quæ nos valde docent, ut Ju-
riſconſultorum reſponſa omni decore, & elegan-
tia pulchra non leviter libemus; ſed acriter in-
48 troſpiciamus. Redeo ad me, & ad inceptam
quæſtionem: atque non leviter movet Ulpia.
*Lib. 1. ad Sabinum in l. mutum 5. D. de acquir. be-
red.* in quo mutus pro herede gerere poteſt: qui
non adire, ſi geſtio, & aditio facti, & animi eſt?
ex conſideratis ſupra reſponſis, *& l. pro berede*
20. *D. eodem tit.* uti bene probat F. Hotoman.
illuſt. quæſt. Cap. 14. utique expreſſum reſpon-
ſum eſt, quod ſolum hos fluctus ſedare poſſet, in
l. ſervo invito 55. §. *ſi pupillo*, *D. ad Trebell.* quod
de mutorum aditione hæc verba inſerit. *Nam ſi
auditus capaces ſunt, vel interrogati nutu poſſint ſi-
gnare, velle ſe periculo ſuo bereditatem adire, &c.*
nec quidquam facio quod de *l. pater* 93. §. 1. *D.
de acquir. bered.* inſerunt pro noſtra ſententia An-
tiqui, in quo nutu pater jubere poteſt heredita-
tem adire, aliud enim eſt aditio, aliud juſſus, ut
evidenter, *C. ſequenti* probabo.

49 Sed adhuc contrariæ ſententiæ ſectatores, &
illi, quibus Goveani perplacuit judicium, reſi-
ſtent noſtris conatibus, noſtriſque laboribus, ob-
jicientes fortiter nobis Mæciani Paulique reſpon-
ſa in *dict. l. ſervo invito* 55. §. *ſi pupillo* 3. *D. ad S.
C. Trebell. & in l. pupillus* 9. *D. de acquir. bered.*
quæ ad invicem ſe confringi, illidique videntur:
ex quibus Goveanus deducit *dict. Lib. 1. variar.
Cap.* 25. ideò vocem non requiri in pupillo *dict.*
§. *ſi pupillo*, quia de heredis geſtione loquitur, 50
quæ cum non requirat verba, pupillus pro here-
de recte gerere poteſt; at cum *dictio pupillus*, de
aditione loquatur, quæ præciſe verba requirat
(ex ejus, eorumve ſententia) nihil mirum ſi ad
aditionem requiratur, quod pupillus fari poſſit.
Sed tantum abeſt, quod reſponſa iſta contra nos
ſint, quod imò ſiſtant pro nobis: Animadvertere 51
Goveanus debebat, Paulum *in l. pupillus*, de cre-
tione loqui, uti verbum *decernere*, in cretionibus
ſolemne, ſatis certum facit, quod cum ita ſit, &
nos probaverimus in cretione intervenire debere
verba, merito Conſultus expetit, quod ut decer-
nere pupillus poſſit, fari poſſit. Et è contra *dict.*
§. *ſi pupillo*, quoad heredis geſtionem, id non re-
quiritur, cum actus ille ſolo animo gerentis con-
tentus ſit, uti pluribus utrumque illuſtratum hoc
Capite relinquimus: quo ne diutius in horum ju-
rium enucleatione immoremur, conſule noſtrum
A. Pichardum, qui lato ſtylo convictis aliorum
ſomnus, iſtam interpretationem proſecutus fuit,
multiſque exornavit, certamque fecit in *dict. §.
item extraneus, inſtitut. de beredib. qualit. à num.* 20.
cum ſequentibus, & Capit. 22. *&* 23. *ad titul. D. de
acquirend. bereditat.*

C A P. VII.

An delegatio debitoris nutu fieri poſſit, ordimur quæſtionem à l. delegare 17. D. de novat. 1. *Cui objicitur* l. delegare 11. D. eod. tit. 2. *Gothofredi error ad banc difficultatem.* 3. *Delegatio per ſtipulationem celebrabatur.* 4. *Delegatio novatio eſt.* 5. *Nuda voluntas contractam verbis obligationem non diſſolvit.* 6. *Stipulatio ſepimentum eſt cujuſcumque contractus.* 7. *In delegatione duplex actus conſideratur.* 8. *Juſſus.* 9. *Inter creditorem, & debitorem delegantem datur actio mandati.* 10. *Juſſus nutu fieri poteſt.* 11. *Expenditur* l. Pater 93. §. 1. D. de acquir. hered. 12. *Alter actus eſt ſtipulatio.* 13. *Quæ verbis celebrari debet.* 14. *Triboniani manus dignoſcitur* dict. l. delegare 17. 15. *Traditur regula certa, qua actus nutu perfici poſſint.* 16. *Formula vulgaris*, ſi fari poteſt. 17. *In infante inſpicitur, an ſi intellectum babeat, vel non.* 18. *Diſſolvitur difficultas ex* l. Labeo 7. D. de ſuppell. leg. 19. *Stylus prodidit Tribonianum* dict. l. de legare. 20. *Alia defenſio ad iſtam legem oppugnatur.* 21. *Adverbium* ubi, *conditionale eſt.* 22. *Diſſolvitur alia difficultas* ex l. ſi pater 29. D. de adoptionibus. 23. *Adoptio verba, aliaſque ſolemnitates requirebat.* 24. *In quo notatur Accurſius.* 25. *Adoptio nutu facta ſtricto non valebat Jure.* 26.

IN delegatione minus immoraremur, ſi inſi-
gnis Gothofredi error, reprobaque aditio Tri-
boniani non provocarent, ut lento gradu, atten-
tiorique acumine procederemus: utrumque pro-
demus, & deportabimus à Civili Romanorum
1 Jure. Ordior ergo ſententiam à *lege delegare*
17. *D. de novationibus: delegare* (Ulpianus inquit
Lib. 8. ad edictum) ſcriptura, *vel nutu, ubi
fori non poteſt, debitorem ſuum quis poteſt.* Cum
in hoc reſponſum inciderem, ſe ſtatim obtulit
Ulpianus idem *Lib. 27. ad edictum in l. delegare*
2 11. *D. eodem titul.* Difficultatem movens, dum
fieri delegationem, reſpondit, vel per ſtipulatio-
nem, vel per litis conteſtationem: qui ergo ſi
per ſtipulationem delegatio fit, ſcriptura, vel nu-
tu perfici poterit? Cum eo ipſo, quod interve-
niat ſtipulatio, ſolemniter verba expetat, nutum-
que ſolum excludat *l. 1. in principio, & in* §. 3.
D. de verbor. obligat. quod certiſſimi Juris eſt, uti
libro iſto ſæpius ſcripſi.

Præſenſit Dioniſ. Gothofredus ſtimulum, *dict.* 3
l. delegare 11. quem dum evadere conatur, mi-
ſerrime delabitur, tentans nudo conſenſu etiam
delegationem fieri poſſe, id eſt, delegatum obli-
gari: moveturque *l. ſingularia* 15. *D. ſi certum
petatur* plane inutili ad ſuæ novæ opinionis com-
probationem (uti Capite iſto in aptiori loco pro-
babo) ſed nequam talia Gothofredus auſpicatus
fuit, cum in Jure noſtro certius nullum princi-
pium reperiamus, quam illud quo cautum eſt,
delegationem debere per ſtipulationem fieri, *dict.* 4
l. delegare 11. *l. 1. C. de novationibus, l. ſi man-
datu meo* 45. §. *quod mibi* 7. *D. mandati*, §. *præ-
terea, inſtitut. quibus modis tollitur obligatio*: quod
receptiſſimum cunctis Juriſprudentiæ Interpreti-
bus fuit: ſaltim vide Jacob. Cujacium *in parat. ad
titulum, C. de novationibus*, & Weſenbecium *ad
eundem titulum, dict. num.* 9. Petrum Gregor. *Lib.
2. ſyntagmat. Juris, Cap.* 20. *numer.* 2. Barn.
Briſſon. *Libr. 6. formular. fol. mibi* 645. *& de ſo-
lutionibus*

lutionibus Libr. 2. *Cap. de delegationibus*, *ſol. mihi*
272. Franciſcum Duaren. *in commentar. ad*
hunc titulum. Hugon. Donell. *Libr.* 16. *commen-*
tar. Cap. 20. *litt. N.* Anton. Fabrum *in rationa-*
li ad l. ubi quis 28. *D. de conſtitut. pecun. & in ra-*
tionali ad legem ſi mandatu meo 45. §. *idem Juris*
8. *D. mandat.* Anton. Pichardum *dict.* §. *præterea*,
numer. 16. Anton. Clarum Silv. *Lib. ſingulari*
ad l. 12. *tabularum*, *Cap.* 21. quod eleganter Se-
neca confirmat *Libr. 6. de beneficiis*, *Cap.* 5. *Nam*,
& pecuniam dicimur reddidiſſe, *quamvis numeravimus*
pro argenteis aureos, *quamvis non intervenerint num-*
mi, *ſed delegatione*, *& verbis perfecta ſolutio ſit:*
5 nam cum delegatio novatio ſit, ſeu novationis
ſpecies *dict.* §. *præterea*, *totus*, *D. & C. de nova-*
tionibus, Petrus Gregor. ubi ſup. *n.* 2. & Oſvald.
ad Don. dict. C. 20. *litt. B.* inconcuſſi Juris eſt,
novationem per ſtipulationem fieri, *dict.* §. *præ-*
terea, *l.* 1. *l. novare* 20. & ſere *integer. titul. D.*
de novationib. l. 1. *C. eodem*, *l.* Paul. *Lib.* 5. *ſen-*
tentiar. tit. 8. adſtruuntque proxime dati. Hoc-
que ideò: nam quamvis obligatio novata rema-
nere poſſit in naturali, *l.* 1. *D. de novationib.* ta-
6 men cum ad obligationem, non nudo conſenſu
contractam, diſſolvendam ſimplex voluntas, nu-
duſque conſenſus non ſufficeret, totus *titulus qui-*
bus modis tollitur obligatio: ideò ſtipulatio neceſſa-
ria fuit, ut omnem præcedentem obligationem
extinguere poſſet: ſic ratiocinatur Donell. *dict.*
Cap. 20. Briſſon. *Cap. de delegatione* cum aliis.
7 Stipulatio enim ſepimentum eſt cujuſcumque con-
tractus, cuicumqueque accedere poteſt, *l. divi-*
ſionis, *D. de pactis*, *l. quidquid adſtringendæ*, *D. de*
verbor. obligationib. J. Paul. *Lib.* 5. *ſententiar. ti-*
tul. 7. *in principio.* Unde eſt, quod novationi,
ſeu delegationi ſtipulatio accedere debeat, quim
Digeſtorum Jure contrarium inveniatur, quidquid
Gothofredus ſomniaverit.
8 Nodus autem faciliter diſſolvetur, ſi in dele-
9 gatione actum duplicem conſideremus: juſſum
ſcilicet, & ſtipulationem. Juſſus autem præce-
dit, quo creditor debitorem ſuum jubet Titio ſol-
vere, quod ipſe debet: qui juſſus proprie dele-
gatio eſt, *l. ſingularia* 15. *D. de rebus credit.* (quæ
ſic intelligenda eſt, non ut Gothoſredus putavit)
l. Neſen. 41. *D. de re judicat l. ob eam* 9. *D. de*
præſcriptis verbis, *l. quamvis* 8. §. *interdum* 3. *D.*
ad Senatuſconſultum Velleian. l. Libera 48. §. *unico*,
D. de pecul. & ſic inter creditorem, & debito-
10 rem delegantem datur actio mandati, *l. ſi man-*
datu 45. §. *quod mihi* 7. *D. mandat. ſi quis de-*
legaverit 12. *D. de novation.* Pichard. *in* §. *præter-*
ea, *num.* 14. *inſtitut. quibus modis tollitur obliga-*
tio, ubi ante eum Vulteius, Hortenſ. *in l.* 11.
D. de novationib. Oſvald. *ad Donell. Lib.* 16. *Cap.*
20. *litt. I.* Jacobus Cujac. *Libr.* 31. *Pauli ad*
edictum in l. 12. *D. de novationib.* Weſenbec. *ad*
eundem titulum, *num.* 9. Franciſc. Raguellus *ad l.*
jubemus 29. *C. de teſtament.* erudite Marcellus Do-
natus *in dilucidationibus ad Sueton. in Veſpaſiano*,
11 *Cap.* 3. Iſte autem juſſus, ſeu delegatio nutu,
vel ſcriptura fieri poteſt, cum pro forma verba
non requirat; ſed nudo conſenſu perficiatur, *l.* 1.
D. mandat. & ſic intelligitur *dict. l. delegare* 17.
D. de novationib. uti eleganter explicant P. Gre-
gor. *dict. Lib.* 21. *Cap.* 20. *numer.* 15. Weſen-
becius *dict. numer.* 9. Briſſon. *de ſolutionib. Cap.*
delegatione, Anton. Pichard. *dict.* §. *præterea*, *num.*
15. 16. & doctiſſimus Melchior de Valentia *il-*
12 *luſtrium Lib.* 2. *tract.* 3. *Cap.* 4. *numer.* 13. Quod
probat eleganter *l. Pater* 93. §. 1. *D. de acquirend.*
hereditat. In qua nutu ſervus, vel filius juberi
poſſunt hereditatem adire: quod eo magis aptum
eſſet, ſi de cretione intelligeretur: aut aditio ver-
ba requireret, ut exiſtimarunt Govean. & Pichar-
dus, proximiori Capite convicti; ſed ſatis nobis
erit mandatum illud poſſe nutu conſtare. Nova- 13
tio autem, quæ cauſam trahit à delegatione, &
in executionem mandati perficitur inter delega-
tum, & illum, cui delegatur veluti *quod à Titio*
ſtipulatus ſum, *vel quod Titium dare oportet*, *id dari*
ſpondes? l. te hominem 32. *l. final*, §. *fin. D. de no-*
vationib. & multis aliis explicat B. Briſſonius *for-*
mular. Libr. 6. *fol.* 644. cum ergo hæc novatio
per ſtipulationem fiat, neceſſario verbis celebrari
debet, & ſic intelligenda eſt *dict. l. delegare* 11. 14
D. de novation. cum Petro Gregorio, Pichard.,
Briſſonio, Valentia, Weſenbecio, ſicque cau-
te intelligendus Anton. Fab. 5. *tom. rational. ad l.*
ſi mandatu 45. §. *fin. D. mand.*
Hinc Triboniani manus dignoſcitur *dict. l. dele-* 15
gare 17. ibi: *Ubi fari non poteſt*, quæ demon-
ſtrant, tunc nutu delegationis juſſum poſſe fieri,
cum delegans fari non poteſt, alias evidenter in-
nuit, quod ſi fari, loquive poſſet, nutu non poſ-
ſet delegare: quo nihil abſurdius, nihil magis
noſtræ prudentiæ contrarium: & his quæ longo
diſcurſu aſſeruimus, & vindicavimus, dici exco-
gitarique poteſt: nam imò in *l. nutu* 21. *D. de*
legat. 3. nutu relinquere fideicommiſſum poteſt,
qui & loqui poteſt, non qui loqui non poteſt:
ut nutus neceſſitatis cauſa non admittatur. Re- 16
gula enim ſæpius à noſtris Juriſprudentiæ ſacer-
dotibus aſſerta, à nobiſque illuſtrata, in quæſtio-
ne, *qui actus nutu celebrari poſſint*, *Capit.* 4. illa
certa eſt, an actus pro ſorma verba requirat, vel
non: ut in illo caſu ablegetur nutus, *dict. l.* 1. & §.
3. *de verborum obligationibus*, ſicut in iſto admitta-
tur, *l. nutu*, *D. de leg.* 3. *l. obligationes*, §. *fin.*
D. de Act. & obligation. & pro regula ſic certa tra-
dit Conſultus *dict. l. ubi non voce*, *D. de regul. Jur.*
cum aliis quæ labore levi huc transferri poſſunt,
& tranſcribi ab illis, quæ proximis Capitibus ex-
poſuimus, & in mandato hic adſtruximus ex *dict.*
l. pater 93. §. 1. *D. de acquirend. hered.* Nuſquam
enim in hac quæſtione agentis perſona conſidera-
tur; ſed ipſius actus natura, quæ aut negat, aut
permittit nutum: & requirit verba, vel non: &
ſic mutus, quamvis fari non poſſit, nutu non pote-
rit ſtipulari, *d. l.* 1. quia ſtipulatio verba requi-
rit: ſic pupillus cernere hereditatem non poteſt,
ſi fari non poteſt, *l. pupillus*, *D. de acquirend. he-*
reditat. quia cretio verba requirit, quæ quidem
poſſent mutus, & infans conficere, ſi eo ipſo,
quod loqui non poſſint, hæ ſolemnitates ſupple-
rentur ratione, pietate, aut æquitate aliqua: ſed
non ita eſt, quamvis mutus, ſine culpa illinguis,
pupillus ſine culpa infans, ex morbo, & ætate
digniſſimi omni ſint favore, omnique indulgentia.
Qui minus in iſta delegatione, in qua pro regula ſta-
bilitur: tunc nutu delegari poſſe, ſi non poſſit fari?
Unum Tribonianum decepit repetita formula, 17
ſeu locutio in variis noſtri Juris reſponſis, *ſi fa-*
ri poteſt, & alia ſimilis, *l. pupillus*, *D. de acquirend.*
hereditat. ibi: *Si fari poteſt*, *l. ſervo invito* 65. §. *ſi*
pupillo 3. *D. ad Trebellian. quod fari non poteſt*, *l. mu-*
lier 70. *D. de verborum obligation.* ibi: *Qui fari*
non poterat l. ſi ſervus 141. §. 2. *D. eodem. Ex*
quo fari cœperit, *l.* 2. *D. rem pupillo ſalvam fore:*
vel fari non poſſit, cum aliis pluribus, quæ lo-
quuntur in diſſimilibus caſibus, aut in infantibus
in quibus ad perficiendos aliquos actus, qui verba
requirant, inſpicitur, an fari poſſint ut *dict. l.*
pupillus, & aliis. At vero in actu, cui verba
neceſſaria non ſunt, ut in delegatione, inutilis
penitus illa inveſtigatio eſt, ſi fari poteſt. Unde
ſi de pupillo intelligeremus *dict. l. delegare* 17. duo
ſequerentur abſurda: unum ſuppoſiti penitus divi-
natorii Ulpiani reſponſo, & quæſtioni ejus, quæ
tota vertitur, an debitor nutu, vel ſcriptura de-
legari

legari poſſit. Alterum, quod in actu qui ſimpli-
ci nudaque voluntate conſtat, inveſtigaremus,
an pupillus fari poſſit, quod contrarium eſſet *dict.*
l. ſervo invito, §. 3. *argumen. dict. l. pupillus*, *dict.*
18 *l.* 2. & aliarum quas proxime dedimus: cum enim
actus nuda voluntate conſtat, aliud longe inſpici-
tur in infante, ſcilicet ſi intellectum aliquem in-
fans habeat, vel non; *l. qui juraſſe* 26. *D. de ju-
rejurando*, *l. ultima*, *D. de Juris*, *& facti ignoran-
tia*, cum aliis pluribus, quas conjunxit noſter An-
19 ton. Gomez 3. *tom. variar. Cap.* 1. *numer.* 56.
cum ſequentibus. Nec obſtat. *l. Labeo* 7. *in verſic.*
fin. D. de ſuppellect. legat. ibi: *Tamen nemo ſine
voce dixiſſe exiſtimatur, niſi forte, & eos, qui loqui
non poſſunt, conatu ipſo, & ſono quodam* ἢ τῇ ἀνάρ-
θρῳ φωνῇ, *dicere exiſtimamus*, quæ demonſtrare vi-
dentur, non aliter nutum admittendum eſſe, niſi
neceſſitatis ratione, cauſaque in eo, veluti qui lo-
qui non poteſt, quæ verba, & conſideratio forti-
ter à noſtris oppugnationibus vindicare videntur,
& præſervare antiquam lectionem *dict. l. delegare*
17. Non obſtat, inquam, quia reſponſum illud
in ejus integra contextura de articulato ſermone
loquitur in celebri quæſtione, & diſputatione in-
ter Jureconſultos, de legato ſupellectilis, à pa-
trefamilias relicto, quo comprehendiſſe videtur
alias res, quæ in aliam ſpeciem caderent: nec
ſupellectilis legato convenire: nnde cum varia
fuiſſet Tuberonis, Serviique ſententia, an mens,
an vox ſeu verba prææſtimari deberent teſtato-
ris, Celſus, qui in Servii ſententiam ivit, re-
ſponſum claudit his verbis. *Sed & ſi magnopere
me Tuberonis, & ratio, & autoritas movet, non
tamen à Servio diſſentio; non videri quemquam dixiſſe:
cujus non ſuo nomine uſus ſit: nam & ſi prior, atque
potentior eſt, quam vox, mens dicentis, tamen nemo
ſine voce dixiſſe exiſtimatur*, *&c.* ſupra data. Quid
autem magis verum eſt, quam quod nemo, ſine
voce, dicere non poſſit, cum articulare eam ſit
neceſſe, nt proprie dicamus, dicere; ſed cum
ad conſenſum non vox, ſed voluntas requiratur,
ea per nutum ſignificari & exprimi poteſt, & ſic
ſubdit Conſultus: mutum nec potentem loqui, non
proprie dicere, ſed exiſtimari dicere τῇ ἀνάρθρῳ
φωνῇ, ideſt, *inarticulata voce*, qualiter enim dice-
ret, qui vocem non habet, nec uſum naturalem
linguæ.
20 Triboniani mehercle facinus in illis verbis *dict.*
l. delegare, agnoſco, & inelegantiam duramque
locutionem: quæ ſicut ſtylum, manumque Tribo-
niani prodidit: ſic detegit, non convenire illam
decori, & elegantiæ Domitii Ulpiani: quis feret
elegantiſſimo Conſulto contexturam convenire il-
lam? *Ubi fari non poteſt, debitorem ſuum quis poteſt.*
21 Τὸ enim repetitum *poteſt* εἶναι ἀμφίβολον ἢ διάφορον
ἶναι, ſcripſerat enim Ulpian. *delegare ſcriptura, vel
nutu debitorem ſuum quis poteſt.* Sic conſtat reſpon-
ſum, ſententia perfecta eſt, omni iniquitate pu-
rificatur. Nec ſatisfaciet, qui tolerari reſponſum
induxerit, attendiſſe Ulpianum, ſaltim quod fre-
quentius in Jure gentium reperimus: ut dum voce
articulata voluntatem noſtram proferre poſſimus,
non indicemus per nutum, geſticulationemve a-
liam, *l. Labeo* 7. §. *Servius*, *D. de ſupellectili. leg.* 22
l. Julian. 6. *D. qui, & à quibus*, *l. neque* 10 *cum
ſequentibus*, *D. de legibus*, nam adverbium *ubi*, in
noſtra lege conditionem importat, *l. ſi ita ſit ſcri-
ptum* 45. §. *fin. D. de leg.* 4. nbi Interpretes, &
Bartol. *in rubr. D. de condition. & demonſtration. nu-
mer.* 19. & ſic ſemper illidimur argumentis, quæ
ſup. num. 16. objecimus: ſic libere cenſeo pro re-
ſtituenda recta Juriſprudentia.
Minus obſtat *l. ſi pater* 29. *D. de adoptionibus*, 23
in qua ſi pater naturalis loqui non poſſit: & alin
tamen modo declaraverit, velle ſuum filium in
adoptionem dare, perinde valet adoptio, ac ſi Ju-
re facta fuiſſet. Quod quidem reſponſum dupli-
ci parte noſtra oppugnare videtur: una quod nu-
tus tunc videatur admitti, quando quis fari non
poſſit: altera, quod actus, qui expreſſe verba re-
quirit, nutu poteſt ſuppleri ab eo, qui loqui non
poteſt, contra *l.* 1. *D. de verb. obligatio.* & alia,
quæ hic conſideravimus. Sed faciliime hæ dif- 24
ficultates ſolventur, eo aſſerto principio, ado-
ptionem verba aliasque ſolemnitates requirere,
quæ niſi per verba expediri non poſſunt, probat
ſatis conſtanter *d. l. ſi pater*, & ibi Anton. Fab.
l. neque abſens 44. *cum ſequent. D. de adoptionibus*,
l. fin. C. eodem, A. Gellius 5. *Noct. Att. C.* 19. Ja-
cobus Ræward. *de aut. Prud. Capit.* 6. Donel. *Lib.* 2.
Commentariorum, *Capit.* 22. verba enim ſolemnia
in illis emancipationibus, quas *dict. l. fin.* indi-
cat, interveniebant: erudite Briſſon. 5. *for. f.*
419. *& Lib.* 1. *ſelect. antiq. Cap.* 7. quibus con-
vincitur Accurſii error *dict. l. ſi pater*, docentis,
adoptionem verba non requirere. Inde etiam eſt, 25
adoptionem nutu factam ſtricto non valere Jure,
ſed confirmari à Principe; ut in Jure noſtro re- 26
ceptum eſt, *dict. l. ſi pater*, *l. adoptio* 38. *D. de
adoptionib.* Anton. Faber utrobique. A quibus
certis principiis elicimus lucem propoſitis difficul-
tatibus, cum enim actus iſte adoptionis non va-
leat ſine verbis celebratus, & indiguerit Princi-
pis autoritate, non eſt cauſa, ut tale tormentum
vacuum, & inutile retorqueatur in oppugnatio-
nem noſtram: ſi enim eo ipſo, quod pater in ado-
ptionem dans, loqui non poſſet, valeret adoptin
nutu celebrata: darem manus, & verecunde ta-
cerem: ſed cum non ita ſit, non eſt cauſa, quæ
me compellat à ſententia ea decedere.

C A P. VIII.

Injuriarum nutus, & geſticulationes latè explicantur: & an ex illis, ſine verbis tamen, injuria poſſit inferri. 1. *Affirmativa pars communis fuit, quam nos ſequimur, dummodo nutus animo injuriandi fiant.* 2. *Injuria fit re, aut verbis.* 3. *Nutus ad injuriam realem pertinet.* 4. *Injuria eſt, levare ſolum in alium manum, quamvis non impingat.* 5. *Injuria realis multipliciter committitur.* 6. *Deferre lugubrem veſtem, aut barbam, ſeu capillos demiſſos in contemptum alicujus, injuria eſt.* 7. *Locus Ariſtotelis expenditur.* 8. *Contemtus cauſa irarum, & cædium.* 9. *J. Pauli injuriarum diviſio in corpus, aut extra corpus.* 10. *Injuria nutu manus qualiter fiebat.* 11. *Digito commonſtrari in irriſionem.* 12. *Digitus major erat, ſeu medius.* 13. *Impudicus.* 14. *Infamis.* 15. *Explicatur Diogen. Laertius.* 16. *Injuria faciendi* ficam (Hiſpanicè) la higa. 17. *Ea qualiter fieret.* 18. *Et qua-*

liter ſana manu. 19. *Oculorum nutus, ideſt,* (Hiſpan.) guinarazo. 20. *Quid conjectus apud* Cicer. 21. *Oculi injurioſi.* 22. *Contumelia nutu narium.* 23. *Et caperatæ frontis.* 24. *Ab hac enim torvitate proprie injuria naſcitur.* 25. *Pulcher Alexan. Neapolitani locus.* 26. *Pulchrior alius Plinii ſecundi.* 27. *Expreſſior contumelia à riſu.* 28. *Sardonicus riſus.* 29. L. ſi quis ſervum 26. de injuriis, *illuſtratur.* 30. *Linguæ exercitatio in irriſionem.* 31. *Quadrigarii locus diſcutitur, & antiqua lectio.* 32. *Nutus capitis in contemtum.* 33. *Verbum* traduco, *ſolemne ad irriſiones populares.* 34. *Illuſtratur J. Barclaius.* 35. *Ibique debita commemoratio magni viri D. Laurentii Ramirez de Prado. Explicatur Plautus.* 36. *Celebris Ariſtot. locus datur.* 37. *Hi omnes nutus referri poſſunt ad injuriam verbalem.* 38. *Nutus manuum, linguæ & loquelæ dicuntur.* 39. *Sic oculorum.* 40. *Et ſuperciliorum.* 41. *Capiti ſui intellectus, & voces attributæ.* 42. *Et imagini vultuique.* 43. *Explicatur Ulpian in* l. item apud Labeonem 15. §. 1. D. de injuriis. 44. *Lex Cornelia de injuriis, ejus poteſtas, & mens.* 45. *Utile caput ſane practicis, ſcholaſticis, & eruditis.*

1 AN injuria nutu, & geſticulatione, ſine verbis tamen, inferri poſſit, diſcrimen noſtrum erit. Affirmativam pleno conteſtantur ore Practici melioris notæ, & Theorici aliqui: hi ſunt Jodocus *in Practica, Cap.* 35. *numer.* 1. Belvis. *in practica Lib.* 1. *Capit.* 3. *in rubrica de injuriis, numer.* 34. Conrardus *in practic. titul. de injuriis, num.* 5. Baiardus *ad I. Clarum,* §. *injuria, numer.* 15. Proſp. Farinac. 3. *tom. practic. crimin. de variis, ac diverſis criminibus, quæſtion.* 105. *numer.* 87. Alphonſ. de Azeved. *in rubric. titul.* 10. *Lib.* 8. *Recapitulat. num.* 19. *cum ſequentibus,* Oſvaldus ad *Donell. Libr.* 15. *commentar. Cap.* 24. *litt. F.* optime, & erudite Anton. Theſaur. *deciſion. Pedemontana* 229. D. Gothofredus *in l. item* 15. §. *generaliter* 27. *D. de injuriis:* quorum ſententiam li- 2 bentiſſime amplector: dum tamen injuriandi animo, & affectu nutus, & geſticulationes fiant *l.* 3. §. 1. *l. injuriarum* 13. §. 1. *l. ſi quis filium* 26. *cum aliis, D. de injuriis,* ut præcitati omnes obſervant: hoc enim præcipuum ad injuriam ſulcimentum eſt, ut ex notiſſimo principio Juris adſtruit Donell. *dict. Capitul.* 14.

3 Difficultas inde procedebat apud aliquos in caſu, quem Theſaurus refert *dict. deciſion.* 229. quod quando nutus, aut geſticulatio innuitur, non videtur factam fuiſſe injuriam verbis, aut re, quibus modis circumſcribitur per Labeonem injuria *in l.* 1. §. 1. *D. de injuriis,* & quibus quidem adaptari non poteſt nutus: non verbis, ut per ſe patet: non rei, quia tunc rei dicitur injuria, quando manus infertur *dict.* §. *injuriam, dict. l.* 3. §. 1. ibi: *Sive pulſent, ſive convicium dicent,* ita ut convicium ad verba, pulſatio ad rem referatur: in his ergo controverſia ſiſtit.

4 Sed plurimorum, primaque ſententia ſemper mihi verior, congruentiorque Juri Civili viſa fuit, nam nutus, & geſticulatio in re, & facto comprehenditur, quim neceſſarium ſit, ut manus in hominem inferatur, & propulſatio fiat corporalis; nam quamvis variæ ſint injuriarum radices, & ſpecies, cunctæ ab illis, quaſi generibus, duobus dimanant, *re & verbis,* ut optime cum aliis conſiderat Azevedus *dict. numer.* 19. *cum ſequentibus,* notans multorum inconſiderantiam, triplicem, quadruplicem, aliamque multiplicem, conſtituentium injuriam. Aliàs enim ſi manum quis 5 elevaſſet in alium, nec impegiſſet, non committeretur injuria, contra reſponſum Ulpiani *in l. item apud Labeonem,* §. 1. *D. de injuriis,* quod lege patria confirmatum eſt, *in l.* 6. *titul.* 9. *part.* 7. ibi: *O alçando la mano con palo, ò con otra coſa para lo ferir, maguer no le fiera facde muy gran deshonra, de que le puede demandar emienda en juyzio,* obſervatque ibi Gregor. Lopez, Azeved. *dict. rubrica, numer* 25. latè Grammat. *deciſion.* 17. præſertim ſi conſideremus τὸ *res* latiſſimos occupare campos, 6 fereque nihil in rerum natura eſſe, quod in ſe non contineat, *l.* 1. *in fine, D. de rebus credit.* ubi docte Dyoniſ. Gothofredus *l. rei* 5. *D. de verborum ſignificatione,* cur ergo *re* non dicemus injuriam inuſtam, quotieſcumque nutus, & geſtus inverecundi propoſiti fuerint? ex quibus unicum fundamentum contrarium evertitur. Nam quod inferunt *ex dict. l.* 3. §. 1. realem injuriam ad pulſationem ſolummodo referri, ridiculum ſane eſt, cum realis multipliciter committatur, ut titulus integer *de injuriis,* ſatis probat, ibi enim ſolum ſpecies injuriæ refertur, reſponſo congruentior, quod de furioſo loquitur, & impubere incapace doli: quibus attente pulſatio, & convicium à Conſulto datur, ſic aliud exemplum traditur *dict.* §. 1. *legis* 1. quando manus infertur, non ut in illatione manus omnis realis injuria comprehendatur, ſi enim re infertur injuria, quæ manu fit *dict. l.* 1. §. 1. omnis in hoc injuria comprehenditur, quæ manu fit, non ſolum propulſatio, verberatio, alapa, ſed alia quæcumque, quæ in facto conſiſtit, ut perapte reſolvit Ulpianus *in l. lex Cornelia in fine, D. de injuriis,* ibi: *Apparet igitur, omnem injuriam, quæ manu fiat, lege Cornelia contineri,* ſi ergo *omnis,* non ſolum ſpeciales illæ: aliàs enim non diceretur injuria fieri, quotieſcumque ad infamiam, ſeu ad invidiam alicujus uterer lugubri veſte, aut ſqualida: barbamve, ſeu capillos dimitterem: cum manu, & ver- 7 bis in perſonam alicujus nihil perpetrem, & tamen contrarium reſponderunt Conſulti *in l. item apud Labeonem* 15. §. *generaliter* 27. *l. veſtem* 39. *D. de injuriis,* quæ illuſtrant Gothofredus ibi, Cujacius, Rævardus, Forcatulus, Petrus Faber, & alii ab Oſvaldo relati ad *Donell.* 15. *Commentar. Cap.* 24. *litt. F.* ego Xiphilin. affero in Tiberio. *Hic Sejanus in contumeliam Tiberii ſpectaculum per calvos homines præbuerat, uſque ad veſperum, erat enim Tiberius calvus, præterea abeuntibus ex theatro à quinque millibus puerorum, qui omnes raſi erant, lumina præferri curaverat,* committitur ergo injuria, ſine propulſatione, & ſine verbis. Unde ſi nutus manus (ut in caſu deciſionis Theſauri, cujus exemplum poſtea fuerunt conſecuti Oſvaldus, Farin. & cæteri, quem nos *biga* dicimus, de quo infra latius) alicui factus ſit, cur non dicemus injuriam factam fuiſſe, cum rei manuique conveniat? con- 8 cinne Ariſtotel. *Problemat. ſect.* 29. τὸ μὲν γὰρ ἀδικεῖν, καὶ διʼ ὀργὴν, καὶ διὰ φόβον, καὶ διʼ ἐπιθυμίαν, καὶ διʼ ἄλλα πολλὰ γίνεται, id eſt. *Injuria enim per iram, per metum, per libidinem, vel per multas alias hujuſmodi cauſas advehi poteſt.* Juſtinian. in §. 1. *inſt. hoc tit.* ibi: *Et denique aliis plurimis modis admitti injuriam, manifeſtum eſt.* Quis ſanæ mentis addubitare poterit, quim inter has cauſas, & nutus

poſſit

poſſit referri, qui præcipue in contemptu conſiſtat, quem ſemen magnæ injuriæ magnarumque
9 irarum, atrociumque cædium fuiſſe ipſe Ariſtoteles firmat, mulsſque adductis exemplis illuſtrat *Lib. 5. Politicorum, C.* 10. Seneca *de conſtantia ſapientis, C.* 10. *l. D. hoc tit.* noſter Juſtinianus *in principio eod. tit.* Undè derivatur contumelia, quam Græci ὕβριν appellant: etſi contumeliam injuriam eſſe, nemo abnegare poſſit: conſequenter nutus, & geſticulationes in contemptum facti, pertinebunt ad contumeliam, & ad injuriam, cum ſemper in contemptum fiant, & irriſionem. Quibus
10 omnibus convenit diviſio Julii Pauli *Lib. 5. ſent. titul.* 4. quod injuria, aut in corpus, aut extra corpus fiat: in corpus verberibus, aut illatione ſtupri: extra corpus conviciis, & famoſis libellis: ergo & nutu etiam, & geſticulatione contumelioſa; quæ extra corpus ſunt: nam ſi re & facto (ut inquit Broæus *ad principium inſt. hoc tit.*) injuria perſiſtit: animoque agentis, & patientis: ad quid verba? & quare non nutus ſufficiunt? ex ſæpius aſſerta doctrina proximioribus Capitibus, nam quando ſolemnia verba non ſunt neceſſaria, nutus poteſt actum perficere, ut præcedentibus Capitibus pluries dixi.

Ex quibus omnibus variæ injuriarum ſpecies formæque procedunt, quæ in nutu oculorum, manus, capitis, geſticulatione oris, & corporis conſiſtunt: quo fonte præclari flores Juris noſtri Civilis, antiquæque lectionis irrigantur: libabo aliquorum exempla in utilitatem, ſuavitatemque doctrinæ. Et primo auſpicemur à nutu manus,
11 ut accedamus ad deciſionem Theſauri. Injuria autem fiebat, cum à tergo poſtponebatur digitus crebra motitatione in contumeliam alicujus, quam ſannam Romani *Ciconiam* dixere, in ſimilitudinem roſtri oblongi, quod digitus injurioſus figurabat, de quo celebris eſt locus Perſii *ſat.* 1. *v.* 58.

O Iane, à tergo quem nulla Ciconia pinſit.

Quem eleganter D. Hieron. *in Epiſt. ad Ruſticum* advocavit ibi: *Aut Ciconiarum deprehendes poſt te colla curvari*, & in præfatione ad Sophoniam, *nunquam poſt tergum meum manum incurvarent in Ciconiam*: ad quod eleganter reſpexit Alciat. emblemat. 18.

Iane bifrons, qui jam tranſacta futuraque calles.
Quique retro ſannas, ſicut & ante vides.

Sic μεταφορικῶς intelligendus eſt Ruricius *Lib.* 2. *Epiſt.* 15. *Quia amicum ſincera, non fucata dilectione veneratur, nec falſa adulatione ſubſannat, ſed vero honore concelebrat.*

Quem morem obſervant ad Perſium Joannes Britannicus, Joannes Baptiſta, Ælius Antonius Nebriſſenſis, Murmellius, & erudite ultra omnes Iſaac Caſaubonus. Sypont. *ad* 10. *Epig. Martialis*, P. Mendoza *in Viridario Lib.* 8. *ſaturnaliorum decad.* 4. *Cap.* 1. A. Theſaur. *dict. deciſ.* 229. *nu.* 4. qui peracute pro ſua ſententia locum illum Perſii advocavit. Quibus convenit, quod veluti in honorem, & magnificentiam digito commonſtrabantur, ſic in irriſionem, & contumeliam Plaut.
12 Captiv. *Act.* 4. *Scen.* 2.

Quod cum ſcribitur, per urbem irridebor.
Cum extemplo ad forum advenero, omnes loquentur.
Hic ille eſt ſenex ductus, quoi verba data ſunt.

Idem *Pſeudo l. act.* 4. Scen. 7.

—— Chlamydate, cave ſis tibi à curio infortunio.
Atque in hunc intende digitum: hic leno eſt:

Ovid. 3. *amorum Eleg.* 5.

En digitis deſignor adultera virgo.

Tertullian. *de pallio* eleganter. *Tales igitur habitus, qui de natura, & modeſtia transferunt, & acie figere, & digito deſtinare, & nutu tradere merito ſit.* Apuleius *Lib.* 3. *Sic omnium oculis nutibus, ac denique manibus denotatus impos animi ſtupebam*, probant *ad Tertul.* Pater Cerd. *Cap.* 4. *nu.* 6. *not.* 96. B. Briſſon. *Libr.* 8. *formul. mihi* 840. atque eruditiſſimus *D.* Laurentius Ramirez de Prado *ad Mart. Lib.* 1. *Ep.* 1. *& Ep.* 93. (quidquid petulantiſſimus Mulambertus, ſeu Marcilius adlatret) & Interpretes in aliis locis. Hic digitus major erat. 13
1. medius, Mart. *Lib.* 2. *Epig.* 28.

Rideto multum qui te Sextille cinædum
Dixerit, & digitum porrigito medium

Quem etiam *impudicum* vocat idem *Lib.* 6. *Ep.* 70. 14

Oſtendit digitum, ſed impudicum

Infamem Perſ. *ſatyr.* 2. 15

Infami digito, & luſtralibus ante ſalivis.

Sic intelligendus eſt Diogen. Laertius *Lib.* 5. *de* 16
Diogene (apud Græcum Codicem) *Lib.* 6. ξένων δέ ποτε θεάσασθαι θελόντων Δημοσθένην, τὸν μέσον δάκτυλον ἐκτείνας, οὗτος ὑμῖν ἔφη ἐστὶν ὁ Ἀθηναίων δημαγωγός, ideſt. *Peregrinis aliquando Demoſthenem videre cupientibus, medium intendens digitum, hic ait vobis eſt ille Athenienſium orator.* In contemtum enim id fecit contemtor hominum Diogenes, ut Laertius in ejus vita refert: probant Interpretes in his locis, & P. Manut. in adagiis *medium oſtendere digitum*, & noſter Laurentius ubi ſupra. Hinc apud nos proceſſit irridendi, & contemnendi mos alius, ſcilicet faciendi, & ponendi *la biga*, qui & po- 17
pulo Romano cognitus fuit, de quo intelligendus locus J. Juvenalis *ſat.* 10. *ibi:*

—— Cum fortunæ ipſe minaci
Mandaret laqueum, mediumque oſtenderet unguem.

Id eſt, pollice digito indici ſuppoſito, ita ut me- 18
dius unguis exereretur, ut eleganter intelligit A. Theſaur. *dict. deciſ.* 229. *num.* 5. in quo errant toto cælo Mancinell., I. Britann. ibi, Paul. que Manut. & Eraſmus *in adagiis.* Idem Britannicus *ad Perſ. ſat.* 2. ibi: *Infami digito:* & I. Baptiſta, A. Nebriſenſis, Murmell. referentes hunc Juvenalis locum ad medium, ſeu infamem digitum: utpotè errat etiam Aſcenſius Perſii, & Farnabius Martialis *in Epig.* 28. digitum infamem, & impudicum ad ficam ſeu *bija* referentes, alius enim erat infamis, qui & impudicus dicebatur ex variis cauſis ab Interpretibus congeſtis in his locis. Sanna au- 19
tem multum fiebat aliter, cum temporibus, & auribus manus apponebatur utraque, quæ in formam auricularum aſini agitabantur. Perſius *ſat.* 1.

Nec manus auriculas imitata eſt mobilis albas.

D. Hieronimus ad Ruſticum, *aut Ciconiarum deprehendes poſt te colla curvari, aut manus auriculas agitari aſini.*

Si digitis ſic ſubſanabatur in irriſionem, & in- 20
juriam hominum: æqualiter & oculorum nutu (quem aliqui noſtrorum *guinnarazo* jactant, & *nictare* latini) contumelia, & irriſio injurioſe innuebatur, quod eleganter ſupra dixit Tertullianus *& acie figere*, & Apul. *dict. Lib.* 3. *oculis denotare* Seneca controverſia 8. *quotieſcumque tumultus aliquis exortus eſt, in me civium diriguntur oculi*, & alter Sen. *Lib.* 3. *de beneficiis, C.* 17. *Pœna eſt, quod omnium deſignatur oculis, aut deſignari ſe judicat*, quod eleganter Virgilius expreſſit in Turno *Libr.* 12. *in principio.*

Turnus, ut infractos adverſo Marte Latinos
Defeciſſe videt, ſua nunc promiſſa repoſci.
Se ſignari oculis, ultro implacabilis ardet
Attollitque animos.

Quibus ſubjicit P. Cerd. *not.* 3. *Se ſignari oculis, id in contumeliam, quaſi notaretur.* Unde Sages infra eodem *Lib. In te ora latini in te oculos referunt*, obſervant ibi P. Pontan., Lambert. Horten., ſed docte ultra omnes P. Lud. Cerda, & *in Tertullian. de pall. dict. Cap.* 4. *num.* 95. *num.* 6. Homer Odyſ. 18. *v.* 11.

Οὐκ ἀίεις ὅτι δή μοι ἐπιλλίζουσιν ἅπαντες
Non audis, quod jam mihi innuunt omnes.

Sic accipio *conjectum*, Cic. de Oratore, *oculi ſunt,* 21
quorum tum intentione, tum remiſſione, tum conjectu,

22 *tum hilaritate, motus animorum ſignificantur.* Hi *in-
jurioſi* oculi dicuntur à Demoſth. apud Stobæum
ſerm. 17. *Demoſthenes etiam oculis quoſdam injurios
eſſe putabat: eamque rem intolerabilem eſſe, & homi-
nes inde plurimum affici.* Dubita ergo an ſi injuria
nutu oculorum inuratur? unde bene Donat. *ad
Terent. Adelph. act.* 2. *Scen.* 2. ibi: *Modo quid deſi-
gnavit* ſubjicit, *puto ego deſignationem, contractio-
nem, aut conductionem populi in unum intelligi, hoc
enim contingit ei, qui ab aliquo flagitio populi in ſe ocu-
los, & ora convertit, & ſpectaculo eſt vulgo.*

23 Nec celebris minus fuit contemtus, contume-
liave nutu narium: cum contractis naribus, aut
deſpicimus aliquem, aut irridemus, Quintilian.
Libr. 11. *orator. Cap.* 3. *Naribus, labriſque non fe-
re quidquam decenter oſtendimus tametſi deriſus con-
temtus faſtidium ſignificare ſolet. Nam & corrugare
nares (ut Horatius ait) & inflare, & movere, & di-
gito inquietare, & impulſu ſubito ſpiritum excutere,
& deducere ſæplus, & plana manu reſupinore indeco-
rum eſt;* optime Horat. *Lib.* 1. *Epiſt.* 19.

——— *Ad hæc ego naribus uti*
Formido.

Horat. *Sat. Lib.* 1. *Sat. VI. Verſ.* 5.

——— *Naſo ſuſpendis adunco*
Ignotos, ut me libertino patre natum.

Et optime *Satyr.* 3.

Iracundior eſt paulo minus aptus acutis
Naribus horum hominum rideri poſſit, eo quod
Ruſticius tonſo toga defluit, &c.

Et *Lib.* 2. *Satyr.* 8.

——— *Balatro ſuſpendens omnia naſo.*

Unde ipſe *Lib.* 1. *Epiſt.* 5.

——— *Ne turpe toral, ne ſordida mappa*
Corruget nares,

(Quem locum reſpexit Quintilian. in verbis pro-
xime datis) Apuleius *Lib.* 8. *Metam. Sed poſtquam
non cervam pro virgine, ſed aſinum pro homine ſucci-
daneum videre, nare detorta magiſtrum ſuum varie ca-
villantur.* Auſonius in *Griph. Ternar, Edyll.* 4. in
Epiſt. Symmacho miſſa, *Neque me fallit, fore ali-
quem, qui hunc jocum noſtrum acutis naribus, & ca-
perata fronte condamnet.* Perſ. Sat. 1.

Callidus excuſſo populum ſuſpendere naſo

Imitatione Hnatiana, & *Satyr.* 3.

His populus ridet, multumque toroſa juventus
Ingeminat tremulos naſo criſpante cachinnos

Et *Satyr.* 1. *v.* 40.

——— *Rides, ait, & nimis uncis*
Naribus indulges.

Martialis *Lib.* 13. *Epig.* 2. & *Lib.* 1. *Epigr.* 4. &
multis aliis locis. Omnes ſane Scholiaſtæ Per-
ſii, Horatii, Martialis, hunc Sannæ morem
agnoſcunt, & injurioſum innuunt. Conveniunt,
quæ pueros docet Pontan. 2. *vol. Progym.* 18. *Pro-
hibemur jam, criſpare naſum, jam frontem nubibus
abducere, & conſulcare, jam attollere ſupercilia,
jam diſtorquere labra, jam hiare faucibus. A. qualis
animi hæc putas argumenta? E. ventoſiſſimi impri-
miſque temerarii.* Unde Lucian, ὅρα μή τις εἰρωνείαν
φῇ, καὶ μυκτῆρα τὸν οἷον Ἀττικῶν προσεῖναι τῷ ἐπαίνῳ,
i. *Vide ne aliquis ironiam dicat, & naſo ſubſannet*
(ſic accipio μυκτῆρα) *qualiter Attici in hac oratione
faciunt.* Quis enim non ſentiret, & doleret à
tergo videntes corruſcantes nares καὶ μυκτηρίζοντας in
contumeliam, & irriſionem ſuam. Concludo cum
Alex. ab Alexandro *Lib.* 2. *dier. Gen. Cap.* 19. *in
eo enim* (de naſo loquitur) *irriſionis ſedes eſt: qua-
re naſuti, & habere naſum irriſores dicti:* quo loci
A. Tiraq. conſulendus eſt.

Ut non deviemus à facie hominum, cujus par-
tibus præcipue attribuuntur nutus geſtuſque, a-
ſcendam ad frontes, ſuperciliaque: à quibus ob-
nubiantur deſpectus: nec rariores contumeliæ
deſcendunt: & ſi ſimilis acciderit contumelia (quis
enim finem audaciis hominum ponet, quis jurgiis da-
bit?) inveniat etiam Pragmaticus frequentem apud
Antiquos fuiſſe, & quibus ſuum clientulum intre-
pide vindicare valeat. Contumelia etiam, & in-
juria à frontis caperatæ deſpectu oriri poteſt.
Quid ſi gravem, & eruditum virum alloquentem 24
deſpiciat contumelioſe aliquis, ſuperciliis erectis:
corrugataque fronte? Ut ſæpius dolore meo ex-
pertus ſum in leguleio eximie clamoroſo, & uſque
in finem tumido, qui pro more ingenito orantes,
alloquenteſque pro roſtris advocatos notiſſimo de-
ſpectu geſtuum; magnorumque ſuperciliorum con-
temnebat, irridebat: unde mihi non leves cauſæ
irarum, ut & aliis fuerunt. Quid ſi accedentem,
tranſeuntemve orbanè, alter ſignaverit, vel de-
monſtraverit ſi non digito, ſaltim nutibus contu-
melioſis frontis à tergo dolo, vel fraude; ſi enim
tunc his, vel ſimilibus nutibus provocatus, iracun-
dus doluerit, vel in iram exarſeris, non dubito
quin iſtis iris non ordinariam pœnam ſubierit, cum
laceſſitus injuſte deſcenderit. Injuria enim emit- 25
titur à fronte, à torvitate ſuperciliorum in con-
temptum contracta, uti indicant ſequentia. Advo-
co primo Auſonium *dict. Edyll.* 4. proxime datum,
*Neque me fallit fore aliquem, qui hunc jocum noſtrum
acutis naribus, & caperata fronte condemnet.* Pontan.
dict. Progymnaſm. 18. ibi: *Jam frontem nubibus obdu-
cere, & conſulcare, jam attollere ſupercilia, &c.* qui-
bus addo Petronium apud Douzam *Lib.* 2. *ſatyricon.*

Quid me ſpectatis conſtricta fronte Catones?
Damnatiſque novæ ſimplicitatis opus?

Et alibi, *poſtquam ſe amari ſenſit, ſupercilium altius
ſuſtulit.*

Plaut. in *Milit. act.* 3. *Scen.* 1.

Flagitium eſt, ſi nihil mittetur. quo ſupercilio ſpicit!

Ubi advertit Frid. Taubman. & *in Caſin. act.* 2.
Scen. 4.

Ego te porrectiore fronte volo mecum loqui.

Et in Bachid.

Spectatores ronchos cient, conſulcant frontem
*Et ore concrepario frequenter fremunt, & male muſ-
ſitant.*

Et in Epidico *act.* 5. *Scen.* 1.

Quid illuc eſt, quod illi caperat frons ſeveritudine?

Apte Cic. *in Epiſt.* ad Atticum *Lib.* 1. *Ep.* 1. *Pu-
to te in hoc, aut riſiſſe, aut ingemuiſſe, ut frontem
ferias?* (qui locus ſic intelligendus eſt, quidquid
Achilles Statius *Cap.* 28. *obſervat.* contrarium ſen-
tiat.) Apuleius *Lib.* 6. ibi: *Sed contortis ſupercilliis
ſubridens amarum, ſic inquit.* Ariſtoph. in *Plut.*
Ὀφρῦς συνῆγον κατεφρονᾶζον θ' ἅμα, i. *Frontem corru-
gabant, & vultu tetrico torve intuebantur.* Erme-
nold. Diacon. in vita S. Solæ, *nova virtutes, quas
per eum dominus dignatus eſt oſtentare, cum inaudita
rugoſa fronte reſpuatis.* Wolfhard. Haſſenrot. de
S. Uvalpurge Virgine: *illa contumaci, & inretorta-
ti eam fronte deſpiciens.*

Unde emendo S. Althelmum de laude Virgin.
Cap. 42.

Fronte caperrabat frugalis Virgo Tonantis.

Lege ex prædictis (*caperabat*).

Alia plura colligere poteſtis à locis, quos congeſ-
ſerunt Frider. Taubman. *ad Plaut. ſup.* Lambin.
ad Horat. Libr. 1. *Epiſt.* 18. Mendoza *in viridar.
Lib.* 8. *decad.* 1. *ſaturn. Cap.* 7. Ian. Douza in *Pre-
cid. ad Catull.* latiſſimè P. Cerd. *ad Virgil. Eclog.*
8. *V.* 34. *num.* 1. Paul. Manut. in *adagiis*, ibi:
Frontem exporrigere, & ibi: *Attollere ſupercilium*,
P. Matthæo Radero ad *Martialem Lib.* 1. *Ep.* 4.
apud quos longus ſermo de fronte contracta, ad-
ducta, conſulcata, exporrecta, & ſimili locu-
tione. Quibus quidem ſatis pro noſtra ſententia
innuitur, nutum hujuſmodi frontis notari in ri-
ſum, contumeliam, faſtidium, & contemtum;
ſed poſt hæc omnia audi Alexand. ab Alexan. 26

Lib.

Lib. 2. dier. gen. Cap. 9. ibi: *In ſuperciliis autem notatur faſtus, qua parte negamus, vel annuimus: ea quidem perrecta, molles ſignificant: nimis deflexa, anſeros: inflexa deriſores: demiſſa malevolos: nam ſi quem faſtidimus truci ſupercilio deſignamus:* quid expreſſius pro ſententia noſtra? cui loco plurima ſubſervit Tiraquell. Sed horum omnium C. Plin.
27 Secundus rationem reddit *Lib. 11. C. 37. Frons & aliis: ſed homini tantum triſtitiæ, hilaritatis, clementiæ, ſeveritatis index: in aſcenſu ejus ſupercilia homini, & pariter, & alterne mobilia & in his pars animi, negamus, annuimus. Hæc maxime indicant faſtum, ſuperbia alubi conceptaculum, ſed hic ſedem habet, in corde naſcitur, huc ſubit, hic pendet: nihil altius ſimul, abruptiuſque invenit in corpore, ubi ſolitaria eſſet*, ad quæ verba videndus eſt Dalencampius, & eruditi Cæl. Rhodig. *lectionum antiq. Lib. 3. Cap.* 27. P. Victor *Lib. 8. variar. Cap.* 1. Philipp. Beroald. *ad Apule. ſup. fol. mihi* 725. 1. *tom.* Joan. Paſſerat. *ad Propert. Lib. 2. Eleg.* 22. quæ cuncta quidem, & alia à me conſulto omiſſa, quæ hic citari latè conquiſierunt, firmant ſatis iſtam contumeliæ, contemtuſque ſpeciem in irriſores, & contemptores hominum, faſtu ſuo ſemper faſtidiendos.
28 Sed horum omnium expreſſior inurit contumelia, quæ a riſu inverecundo provenit, & cachinnis: fortiſſimi animi eſt, eam ferre, & diſſimulare: utpotè enim quæ ab oculorum, ſuperciliorumque nutu quaſi latenter fraudulenterque procedunt, & aliquis in eis verecundiæ reſpectus ſubeſt, ſic in riſu aperto cuncta verecundia, pudor, & decor protenditur, atque infamia inurbanitatis nuda manet. Iterum in advocatum ſuperciliosum conquererer, nimium, ut caperata fronte, in riſibus, & cachinnis hirſutis: ſed procedamus in inſtituta contumeliarum via. Riſus equidem contemtus ſemper dolori fuit injurioſo hominibus: quis ni nimium amens, aut divinus abnegabit? cum ut iſti dulce ſit ferre pro Chriſto injurias, ſic illi aufert amentia amentatum contumeliæ ſentire ſpiculum, ſed nos loquimur de hominibus, & legibus humanis: in cujus contumeliæ ſpeciem, & illuſtrationem, facile mihi foret ingentem molem congerere, ſed fruſtra in re pernota. Accipe ſolum iſta. Expreſſius eſt Ælius Lampridius in Alex. Severo. *Si quis caput flexiſſet, aut blandius aliquid dixiſſet, uti adulator, vel abjiciebatur, ſi loci ejus qualitas pateretur: vel deridebatur ingenti cachinno, ſi ejus dignitas graviori ſubjacere non poſſet injuriæ.* Muſon. apud Stobæum *dict. ſerm.* 17. *Opus eſt per Iovem, re ipſa ſe talem præſtare non irridentem injuriari judicatum verberibus, aut verbis contumeliæ plenis: altove modo ulciſci, velle.* Seneca *de conſtantia ſapientis, Cap.* 10. qui de injuria contemnenda loquens, ſic loquitur. *Ille me hodie non admiſit, cum alios admitteret, ſermonem meum, aut ſuperbe averſatus eſt, aut palam riſit,* Ariſtophan. in Plut. *Act.* 4. *Scen.* 2. *ἢ κατεγέλων γ' εὖ οἶδ' ὅτι, etiam irridebant te, ſat ſcio.* Lucian.
29 in Aſino. *σαρδάνιον γέλωτα ἔλεγον*, id eſt. *Sardonice ridentes dicebant*, unde Nicolaus Leonicus *Lib. 1. de var. Hiſt. Cap.* 1. Sardonicum riſum accipit de riſu ſub dolo, & ſubſannante, & Paul. Mannt. in adagiis *riſus Sardonicus, fol. mihi* 1245.
30 apud quem plura de hoc riſu. Huc etiam poſſumus trahere Pauli reſponſum *in l. ſi quis ſervum* 26. *D. de injuriis: ſi quis ſervum meum, vel filium ludibrio habeat, licet conſentientem, tamen ego injuriam videor accipere*, quando enim magis ludibrio habetur, quam quando impudenti riſu quis irridetur in injuriam, & contemtum?

31 Huic & altera affinis eſt omni ex parte contumelioſa, & infamis, qua in irriſionem, & contemtum exercitatur lingua, in qua eleganter Aulus Perſius luſit *Satyr. 1. V.* 6.

Nec linguæ, quantum ſitiat canis Apula tantæ.

D. Hieronim. *in Epiſtola ad Ruſticum Monachum* ex imitatione Perſiana, *aut æſtuantem canis protendi linguam*, T. Livius *Lib. 7. ab urbe condita*, dum ſingularem proponit pugnam Manlii, cum ſuperbiſſimo Gallo (à cujus victoria, & torque detracto, ei cognomen Torquati additum fuit, & ad familiam protenſum) hæc verba interponit: *Armatum adornatumque adverſus Gallum ſtolide lætum (& quoniam id quoque memoria dignum antiquis viſum eſt) linguam etiam ab irriſu exerentem producunt*, duellum idem Quadrigatius narrat *apud A. Gellium* 32
Noct. Atticarum 9. Cap. 13. deinde Gallus irridere, atque lingua exerrare, quam lectionem J. Lipſius bis amplectitur, *Lib. 4. Epiſtol. quæſt. Ep.* 2. autoritate Buſlidiani Codicis, & *Lib. 2. Electorum, Cap.* 7. in quem ivit P. Ludovicus Cerda *in Comment. ad 6. Æneid. V.* 825. *n.* 8. communem antiquamque etiam lectionem reſtituens *exertare:* cui & ego accedo, ſavetque Livius ubi proxime, & quod ſolemne, receptumque in hanc ſignificationem ſit verbum.

Tandem abſolvamus Caput à capitis nutu, quo 33
etiam irriſionem, aut contemtum judicari poſſe, abnegabit nullus, qui recte præſcripta conſideraverit, ſic accipio Apuleium *Lib. 3. ſup.* datam: *Sit omnium oculis, nutibus ac denique naribus denotatus.* Sueton. in Veſpaſian. Cap. 8. *Adoleſcentulum fragantem unguento, quem ſibi pro impetrata præfectura gratias ageret, nutu aſpernatus.* His enim locis de nutu capitis intelligendum eſt ſecundum Interpretes in eis, & Taubman. *in mil. glor. Act.* 2. *Scen.* 2. ibi: *Capite nutat*, & Tertull. ſupra & etiam de Pallio, *tales igitur habitus qui de natura, & modeſtia transferunt, & acie figere, & digito deſtinare, & nutu tradere, merito ſit.* ubi Andræas Hoyus legendum ducit, *traducere* quia eſt deridentium, & improbantium inter ſe clientelum: cui P. Cerd. aſſentire videtur, quod & ego probo, 34
ſolemne namque fuiſſe verbum τὸ *traduco* ad irriſionem popularem, probat Martial. *Lib. ſingulari ſpectal. Epig.* 4. & ibi Interpretes, idem Mart. *Lib. 3. Ep. 74. & Lib. 1. Ep. 54. & Libr. 6. Ep.* 77. Propert. *Lib. 2. Eleg.* 25. Sueton. *in Tito, Cap.* 8. Seneca *Epiſtol.* 106. quod & frequens ipſimet Tertulliano fuit, ut in *Libr. de præſcriptione adverſ. hæret. Nam & ſic facilius traducentur*, & in *Lib. de fuga in perſecutione. Non traditus autem, traduci habebas? Ergo dum nolendo tradi, non vis traduci, nolendo negaſti, quod te eſſe traduci noluiſti.* In quibus verbis utroque verbo ab ſimili ſignificatione utitur Tertullianus, quæ præmaxime criſim Hoyi confirmant: ſic intelligendus eſt L. Barclaius *Lib. 1. Arg. aut omnino tra-* 35
duci commereri hac publicæ quæſtionis infamia, prænotavit noſtræ Hiſpaniæ decus, & litterarum meliorum deliciæ, doctiſſimus Laurentius Ramirez de Prado *in ſuo pereruditio Pentecontarcho, Cap.* 22. ex quibus intelliges Plautum *captiv. Act.* 4. 36
Scen. 2. [illegible]

Hic ille eſt ſenex ductus qui verba data ſunt.

Id eſt, hic ille eſt ſenex, qui à populo irriſus, & de quo tanta audita ſunt, & dicta, & ab omnibus eſt traductus, ridicule deceptum fuiſſe. Unde intellectus Lambini, Gruteri, Taubmani convincitur, aliter interpretantium, & Douzæ emendatio legentis *doctus*. Nam ipſemet Plautus ſatis iſtis abnuit, & nobis annuit ibi, paulo ante.

Quod cum ſcribitur, per urbem irridebor.

Sed tamen *tradi nutu* defendi poteſt, cum in hac parte utriuſque verbi eadem poteſtas ſit. Redeo ad me, & ad inſtitutum Capitis nutum, Seneca *dict. Lib. de conſtantia, Cap.* 10. *ſermonem meum, aut ſuperbe averſatus eſt, aut palam riſit*, D. Matth. *Cap.* 27. *Prætereuntes autem blaſphemabant eum,*

eum, *moventes capita ſua*, & D. Marcus *Cap.* 15. per eadem verba, quæ loca reſpexit Euſeb. Cæſar. *Libr.* 10. Evang. dem. ibi: *Me ſubſannaverunt*, *tantum adverſus me irriſionis*, *tantumque detractionis jactantes*, *ut de me non modo cogitantes ratiocinarentur*, *animoque verſarent nefanda*, *ſed intrepide quoque loquerentur*, *& palam enunciarent*, *ſi quidem locuti ſunt labiis*, *& moverunt caput dicentes*, *ſperavit in domino*, *eripiat eum.* Omnibus autem his modis contumelia, & injuria fit, quæ eleganter pro noſtra ſententia comprehendit Princeps Philoſopho-
37 rum *Lib.* 2. Rhetoricorum *Capit.* 2. in his verbis: *αὐτοὶ μὲν οὖν οὕτως ἔχοντες εὐχερῶς περὶ ὀργὴν ὀργίζονται δὲ τοῖς τε καταγελῶσι καὶ χλευάζουσι καὶ σκώπτουσιν ὑβρίζουσι γάρ, καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα βλάπτουσιν ἅ ἐστιν ὕβρεως σημεῖα.* *Ac ipſi quidem ſic ſe habentes*, *facile ad iram concitantur*, *iraſcuntur autem & iis*, *qui irrident*: *& iis qui ſubſannant*: *& iis qui illudunt*: *contumeliam enim faciunt*, *& iis qui in eis nocent*, *quæ contumeliæ ſigna ſunt.*

38 Satis ſuperque peregimus nutuum injurias, quæ ad rem, & factum referuntur, ut conſtringamus eos Labeonis diviſione in re, & verbis injurias concludentis; ſed & ſi quem, ad verba nutus referre, juvet: non remorabor, eique fundamenta ſuppeditabo, ſuper quibus ſecurus valeat ſuam
39 imponere opinionem. Nutibus enim manuum, & digitorum loquelas, & linguas Caſſiodorus accommodat *Lib.* 4. *Epiſt. ult.* *His ſunt* (inquit) *additæ borciſtarum loquaciſſimæ manus*, *linguoſi digiti*, *ſilentium clamoſum*, *expoſitio tacita*, *quam Muſa Polymnia reperiſſe narratur*, *oſtendens homines poſſe*, *& ſine oris affatu*, *ſuum velle declarare*, & latius infra Petronius *Lib.* 2. ſatyricon. *mox digitis gubernantibus vocem*, unde Tibull.

At poſtquam fuerant digiti cum voce locuti.

40 De oculorum voce audi Ciceron. *Lib.* 4. de Orat. *Oculi ſunt*, *quorum tum intentione*, *tum remiſſione*, *tum conjectu*, *tum hilaritate motus animorum ſignificamus*, *apte cum genere ipſo orationis*: *eſt enim actio*, *quaſi ſermo corporis*, *quo magis menti congruens eſſe debet*, *oculos autem natura nobis*, *ut equo*, *& leoni*, *ſetas*, *caudam aureis*, *ad motus animorum declarandos*, *dedit*: *quare in hac noſtra actione ſecundum voces vultus valet*, *is autem oculis gubernatur*, *&c.* M. F. Quint. *Libr.* 11. *Orat. Cap.* 3. *Sed in ipſo vultu plurimum valent oculi*, *per quos maxime animus emanat*, *ut citra motum quoque*, *& hilaritatem eniteſcant*, *& triſtitia*, *quoddam nubilum ducant*, *&c.* de ſuperciliis eorumque tacitis verbis ſatis nobis ex-
41 preſſus eſt Propertius *Lib.* 3. *Eleg.* 8.

Tecta ſuperciliis, *ſi quando verba remittis*,
Aut tua cum digitis ſcripta ſilenda notas.

Ubi docte animadvertit Paſſerat. qui dat Ovid. *Lib.* 1. *Amor. Eleg.* 4.

Verba ſuperciliis, *ſine voce loquentia*, *dicam.*
Verba leges digitis, *verba notata mero.*

Et *Lib.* 2. *Eleg.* 5.

Multa ſupercilio vidi, *vibrante loquentes.*
Nutibus in veſtris pars bona vocis erat.
Non oculi tacuere tui, *&c.*

Apulei. *Lib.* 10. de Aſino. *Sitienſque pocillatore reſpecto*, *ciliiſque alterna connivens*, *bibere flagitarem.*
Certius erit, ſuos intellectus, & voces, capiti 42
eſſe attributas, uti latè proſequitur Quin. *dict. Lib.* 11. *Cap.* 3. idem Apuleius facetiſſime ubi proxime, *quodque eſſet apprime mirabile*, *verbis nutum commodare*, *ut quod nollem relato*; *quod vellem*, *rejecto capite monſtrarem*, vide Taubmanum (qui dat A. Gellium *Lib.* 10. *Cap.* 4.) *ad Plautum milit. glorioſ. Act.* 2. *Scen.* 2. Et denique ipſa imagine vultuque ſatis aperte ſignificamus voces, animo-
rumque motus, Propert. *Eleg.* 2. *Libr.* 2. 43

Quæ ſi forte aliquid vultu mihi dura negarit.

Ubi doctiſſimus Paſſerat. ſubjicit Cic. 3. de Oratore. *Imago animi vultus eſt*, *indices oculi*, & in Piſon. *Vultus tacitus quidam mentis ſermo*, & *Lib.* 6. ad Atticum *Epiſt.* 1. *Verbis vultuque abſurde*, *& aſpere reſponderat.* Sed quid ultra hæc omnia, quæ hoc *Lib.* 2. de nutuum ratione, & efficacia diſpoſuimus, & digeſſimus, ſatis conſtanter affatimque probant ipſos nutus vicem verborum ſuſtinere, explicareque annuentium animos: ut merito aſſerere poſſimus per nutus contumeliam factam numerandam fore inter verbales injurias; aut reales ut bene conſideravit Azeved. *Lib.* 8. *tit.* 10. *Recop. num.* 19.

Naſcitur equidem ex nutibus injuriarum actio 44
injuriarum directa, ut ſatis præſcripta comprobant. Nec obſtabit Domitii Ulpiani reſponſum *in l. item apud Labeonem* 15. §. 1. *D. de injuriis*, in quo utilis tantum injuriarum præſtatur contra levantem, ut verberaret, vel pulſaret, manum; ſi nec tamen impegiſſet: quia Ulpianus ibi le- 45
gem Corneliam de injuriis reſpicit de qua mentio in *l. lex Cornelia* 5. *D. eod. tit.* & *in* §. *ſed & lex Cornelia* 9. *inſtit. eod.* qua tres dictincte continebantur caſus, verberationis, pulſationis, atque irruptionis in domum, ut in his juribus refertur docentque Calvin., A. Auguſtin. *in Commentariis legum Romanorum* Miſing. & A. Pichard. *dict.* §. 39. qui docte proſequitur diſcrimina inter actionem legis Corneliæ, & eam quæ ex Jure Prætorio, & l. 12. Tabularum, pro injuriis deſcendit (qui neceſſario conſulendus erit) ſicque eleganter interpretatur Accurſ. *d.* §. 1. unde in ſpecie, *d. l.* 15. §. 1. recte puto directam actionem competere ex Jure Prætorio, & l. 12. Tabularum, argument. *dict. l. lex Cornelia* 5. §. *illud* 6. *D. de injuriis*, quia cum lex Cornelia injuriam paſſo ſolummodo actionem præſtiterit, ſi filius verberatus, pulſatusve fuerit, non pater adipiſcitur ex injuria filii injuriarum actionem; ſed ſolus filius: at tamen ex Jure Prætorio pater in criminali judicio experiri poterit, *l. ſi quis ſervum* 26. *D. eod.* A. Auguſt. *de legib. Rom. ſuper hac lege in fin.* A. Pichard. *in d.* §. 9. *n.* 4. Et hæc de nutibus: quæ obſervatione digna reperimus.

CAP. IX.

Τὸ *nominatim in* l. 2. D. de liber. & poſthum. *illuſtratur. ejus paraphraſis.* 1. *Vis*, *& poteſtas ejus.* 2. *In perſonis ſignificat nomen earum aliquod.* 3. *Probatur reſponſis*, *& reſcriptis Juris Civilis.* 4. *Et autoritatibus eruditorum.* 5. *Illuſtratur Herodianus* ὀνομαστί. 6. *Uſurpatur ratione unius perſonæ.* 7. τὸ nominatim, *in rebus quid.? Et earum reſpectu*, *& quando appellativi nominis perſonarum.* 8. *Explicatur Ulpian.* in fragment. tit. 20. §. 14. 9. *Et* in l. 3. D. de legitim. tutorib. 10. *In quo diſtinguatur* τὸ ſpecialiter à nominatim. 11. *Et in* l. ob quæ vitia 4. §. item Pomponius 3. D. de Ædilit. edict. 12. τὸ nominatim *pro ſpeciali*

ciali demonſtratione. 13. L. 2. hoc tit. *denuo expenditur, cum aliis reſponſis, & Juſtinian.* in Novell. 14. *Apud quem* ἰδίως, *idem quod* ἰδίως. 15. *Longe latèque interpretatur Paul.* in l. ſive à certis 17. D. de duob. reis, τὸ nominatim *in eo qualiter accipiatur.* 16. *Legatum ſub propriis heredum nominibus relictum. pro virili parte præſtatur Secus ſi appellativis.* 17. *Notatur Alber. Gentilis, Hortenſii, Fabri, D. Petri de Velaſco interpretatio ad Paulum refertur, & refellitur.* 18. *Et alia P. Lorioti.* 19. *Communis defenditur, noviſque conſiderationibus adſtruitur.* 20. Παπινιανοῦ *reſponſum diſcurritur.* 21. *Quid* certæ perſonæ heredum in eo? *Et quid* certæ perſonæ *apud alios?* 23. *Sed cur* τὸ nominatim, *pro demonſtratione.* 24. Τρόπος ἀντιμέρειας, *ſeu* συνεκδοχῆς, *ſeu* μετωνυμίας *adducitur, illuſtratur.* 25. *Et ab eo noſtra* l. 2. *in exheredatione nominata.* 26. *Expenditur Florentin. in* l. nominatim. 34 D. de condition. & demonſtrat. *& Jul. Paul.* lib. 4. ſententiarum tit. 14. 27. *Utiliſſimum ſane Caput ad noſtrum Civile Jus, & multa Juris principia.*

Accedimus ad *l. 2. D. de liber. & poſthum.* cujus tractatus pars, & appendix eſt *l. 1.*
ejuſdem tituli: agemus & ideò de exheredatione
nominatim facienda; ſed alio modo *nominatim*,
1 quam in *l. 1.* expreſſum eſt. Ulpianus ergo, cum
in *Libr. 1. ad Sabinum, dict. l. 1.* proprie nominatam exheredationem explicuiſſet, nunc *Lib. 6.*
regularum, ingreditur eandem quæſtionem, & reſpondet nominatim exheredatum filium & ita videri, ſi non ſub prænomine, aut nomine, ſive
cognomine exheredatus ſit (quæ per *τὸ nomen*
comprehendit Conſultus *in noſtra l. 2.*) verum
etiam ſi accepto appellativo, ſic à patre exheredetur: *filius meus exheres eſto*, dum tamen unicus
ſit filius, ne incertitudinis ratione exheredatio vitietur: nam ſi plures eſſent filii, ex ſententia
plurium, refert Ulpianus, benigna interpretatione reſponſum eſſe, nullum exheredatum eſſe, de
cujus rei ingenti difficultate, Deo annuente, ſuo
tempore tractabimus. Ut ergo exheredationem
iſtam, quam in l. noſtra tractat Conſultus, plene
percipiamus, præcipere debemus vim, & pote-
2 ſtatem *τὸ nominatim*: videtur enim ſentire Ulpian.
exheredationem ſub nomine filii appellativo, im-
3 proprie diei factam eſſe nominatim. Nominatim
ergo appellare aliquem, ſeu deſignare, eſt, cum
ſuo nomine aliquem vocamus in quacumque re,
ſive prænomine, nomine, cognomine, & tunc
adverbio utimur proprie: quam acceptionem, &
à noſtris Conſultis, & eruditis, ſic acceptam trademus. Adſint primo Conſulti. Neratius *in l.*
4 *ſi heredes* 124. *D. de leg.* 1. ibi: *Si heredes nominatim enumerati dare quid damnati ſint, proprius eſt,*
ut viriles partes debeant, quia perſonarum enumeratio
hunc effectum habet, ut exæquentur in legato præſtando, qui ſi nominati non eſſent, hereditarias partes debituri eſſent, quid ergo expreſſius? *τὸ nominatim*
Conſultus ad perſonarum nomina refert, & Pomponius ad Neratii formam, *in l. turpia* 54. *§. fin.*
D. eod. ibi: *Si pars heredum nominata ſit in legando*
Ulpian. *in l. ſervus communis* 5. *D. de ſtipul. ſerv.* ibi:
Licet autem ei, & nominatim alicui ex dominis ſtipulari, & in *l. proinde* 7. *D. eod.* Florentinus aperiſſime in *l. nominatim* 33. *D. de condition. & demonſtratio.* ibi: *Nominatim alicui legatur ita, Lucio Titio, &c.* & æque Cæſar, Juſtinian. *in §. ſubſtitutur* 7. *inſt. de pupillar. ſubſtitution. & in §. incertis* 25. *inſt. de legat.* & Javolen. *in l. heres meus*
100. *§. 1. D. de legat.* 3. *& l. heres* 58. *D. de*
5 *edition.* Ex eruditis, ſive Scriptoribus antiquis
Sueton. in Claudio, Cap. 6. *Qui tamen moriens,*
& in tertiis heredibus eum parte tertia nuncupatum,
legato etiam circa ſeſtertia vicies proſecutus commendavit inſuper exercitibus, Senatui, Populoque Romano
inter cæteras neceſſitudines nominatim, T. Livius
Lib. 2. *ab V. C. dimiſſo Senatu, Conſules in tribunal*
aſcendunt, citant nominatim juniores, M. T. Cicer.
Lib. 10. *Epiſt.* ad Atticum *Epiſt.* 12. *Nominatim de-*
me ſibi imperatum dicit Antonius, & *Lib.* 11. *Epiſt.* 6.
Tanta cum barbaris gentibus conjunctio, ut non nominatim, ſed generatim proſcriptio eſſet informata; &
ſic eundem intelligo *Lib.* 7. *Epiſt. fam. Epiſtol.* 23.
Nominatim tibi ſigna mihi nota mandaſſem ſi probaſſem, D. Halicarnaſ. *Lib.* 6. Roman. Antiq. *Alium*
eodem modo nominatim vocavit, & *Libr.* 7. *Præcipue*
vero Sicinium, & Brutum, qui tunc erant Ædiles,
utrumque nominatim appellans, Hygen. de limitibus.
In quo tamen genere agrorum ſunt aliquibus nomina- 6
tim redditæ poſſeſſiones. Sic accipio Herodian. *Lib.*
7. Γορδιανὸν ὅτι ἔκγονον λέγοντες, καὶ τῷ αὐτῷ προσηγορίᾳ ὀνομάζοντες, quod bene vertit Politian. *Ac*
nepotulum Gordiani dictitantes, vocanteſque eum nominatim, id eſt, προσηγορίᾳ (ut jam obſervavi ad *l.*
1. ad quam noſtri non vulgares labores, Deo auſpice videbunt lucem) Guilelmus de Baldelſen
Hodæpor. ad terr. ſanct. *neminemque intra Eccleſiam ire permiſit, niſi quem nominatim expreſſi, &*
intrare volui, probant Balduin. *in princip. inſtit. de exheredation. Lib.* Franciſc. Balduin. *ad l.* 12. *tabul.*
in l. 38. *à numer.* 107. Nicol. Bellon. *dict. §.*
ſubſtituitur 7. *inſt. de pupill. ſubſt.* A. Auguſtin.
3. *emendat. Cap.* 8. Beroald. *ad Sueton. in Claud.*
d. c. 6. Lauren. Valla *Lib.* 6. *Eleg. C.* 20. Sypon.
in Com. Ling. Lat. f. m. 130. *V.* 48. & præter
alios conſule Lexicographos, nam ſi à nomine
perſonæ derivatur nominatim, eandem ſignificationem attribuemus adverbio, quam nomini, &
in hunc ſenſum ſignificationemque accipimus *l.* 1.
D. de exhered. Lib. τὸ nominatim, id eſt ſub nomine
perſonæ, uti jam explicuimus latè in ea.
Nec ad hujus adverbii uſum neceſſaria perſo- 7
narum pluralitas eſt, uni autem accommodatur,
&, nominatim unum appellatum, exheredatum,
inſtitutum eſſe, rectè ex grammaticæ regulis dici
poteſt. Noſtri ſane Conſulti ſic admiſerunt, expreſſa eſt *d. l.* 1. *d. l. nominatim* 23. *D. de condit.*
& demonſt. celebris locus Cic. eſt, Philipp. 2.
Cæſare interfecto, inquit, *ſtatim cruentum alte extollens M. Brutus pugionem, Ciceronem nominatim*
exclamavit, atque ei recuperatam libertatem eſt gratulatus, idem Cic., Suet., Halicarnas. in locis proxime datis, probat Valla *d. lib.* 6. *Eleg. Cap.* 20.
Theſaur. Linguæ Latinæ, verb. *nominatim*, Sypont, *in Com. Ling. Lat. f* 30. *V.* 48. *& f.* 533.
v. 53. ex illo Plaut. *nominatim quis fuerit, exprome.*
Eodem modo, quo nominatim reſpectu perſo- 8
næ dicimus, cum ſuo nomine demonſtramus hominem, ſic eodem modo, rationeque eadem, &
τὸ nominatim rerum merito uſurpamus, cum eas
ſuis nominibus deſignamus, & nominatim exprimimus, *l.* 2. *D. de leg.* 2. *quoties nominatim plures res in legato exprimuntur, l. filiusfamilias* 7. *§.*
2. *de donat.* nomina enim rerum dicuntur, ſicut
perſonarum, *l.* 4. *D. de leg.* 1. *l. certum* 6. *D.*
ſi cert. petat. Priſcian. *Lib.* 2. *ſuarum, inſt. f. m.* 8.

Bart. *in l. turpia*, §. *fi. D. de leg.* 1. *n.* 5. quæ
quidem appellativa nomina dicuntur; circa quæ
plures agentes Interpretes dedi *in d. l.* 1. *C.* 3.
9 *n.* 16. Sic accipio Ulpian. *in fragm. tit.* 20. §.
14. *Latinus quidem, quoniam nominatim lege Junia
probibitus eſt*, nam quamvis in Latini nomine per-
ſona repræſentetur, non tamen eſt certum per-
ſonæ nomen abſolute ſumptum, quo certe demon-
ſtretur Stichus, aut Heros, imò ſolum ſtatus, &
conditio Latinitatis, & ſic rei magis, quam per-
10 ſonæ certum nomen eſt. Singularis eſt pro ſen-
tentia noſtra, idem Ulp. *in l.* 3. *D. de legitim. tu-
torib. tutela legitima*, (inquit,) *quæ patronis defer-
tur eſt l.* 12. *tabularum, non quidem ſpecialiter, vel
nominatim delata eſt, ſed per conſequentias*, quaſi
Ulp. diceret: legitima tutela non eſt delata pa-
tronis *ſpecialiter*, i. diſtinctè, & addit, nec *no-
minatim*, quod magis eſt, i. cum mentione patro-
norum, non tamen perſonarum nominibus; qui
poſſet lex? Sed ſub nomine illo patronorum, quod
nomen rei eſt. i. Juris illius patronatus appellati-
11 vum: expende tu ſubtilem Ulp. diſtinctionem τοῦ
ſpecialiter, & τοῦ *nominatim*, ut in his, & ſimili-
bus juribus hi termini non confundantur: & ſic
accipitur Juſtin. *in princ. de legitima patronorum tu-
12 tel.* Formularia fuit hæc loquendi formula eidem
Ulp. & obſervavit *in l. ob quæ vitia* 4. *in* §. *idem
Pomp.* 3. *D. de ædilitio edict.* ibi: *Et ideò nomina-
tim de errone, & fugitivo excipitur*, explicat Con-
ſultus edictum in hac parte, docetque, quia vi-
tium corporis eſt, *nominatim* de eo excipiendum,
qui nominatim? Non reſpectu nominis ſervi:
nec poſſet edictum, nec meminit Ulpian. ſed
rei, id eſt vitii ſervilis: nam utpotè Latinitatis,
patronatus, conſideratione τὸ *nominatim* apponi-
tur, ſic erronis, & fugæ. Nunc animadvertite
hujus adverbii uſum ratione nominum, rerum,
uti ſimiliter perſonarum ratione diximus, & ſic à
nomine rerum derivatur nominatim.
13 Non hoc, vel illo modo τὸ *nominatim* in noſtra
lege accipitur, ſed alio longe diverſo: & cujus
inveſtigatio aliqualiter latere videbatur: non in
recepto uſu, perplanus eſt; non in ſignificatione,
apertiſſima eſt; ſed in ratione, quam ſuo loco da-
bo. Sane adverbium iſtud *nominatim* in noſtra le-
ge uſurpavit Ulpian. pro ſpeciali demonſtratione
certæ perſonæ, non ſub nominibus ejus, ſed ſub
ſignis, & demonſtrationibus, quæ ſine dubio nos
ducerent in demonſtratæ cognitionem perſonæ.
14 Exemplum perdoctum ipſamet obtulit lex in fi-
lio, qui cum exheredaretur à patre, non ſub certo
filii nomine, ſed appellativo filii, veluti *filius
meus exheres eſto*, nominatim exheredatum fuiſſe
filium reſpondit, ſi modo patri unicus eſſet, no-
men enim *filius* tunc ſatis demonſtrat exhereda-
tum. Unde Paul. *in l. nominatim* 90. *D. de leg.*
3. inquit *nominatim legatum accipiendum eſt, quod
à quo legatum ſit, intelligitur, licet nomen pronun-
ciatum non ſit*, *l. nominatim* 33. *D. condit. &
demonſtr.* & optime Gaius cum exemplo in *l. no-
minatim* 24. *D. de man. teſtamen. l. proinde* 7. D.
de ſtipul. ſer. (uti Accurſ. & J. Cujac. ibi intelli-
gunt) §. *incertis* 25. *inſt. de leg.* §. *nominatim*,
inſt. de exhered. Lib. l. unum ex familia 67. §. 1.
D. de leg. 2. Novell. 115. *C.* 3. ἢ αὐτὰς ὀνομαστὶ
τὰς τῆς ἀχαριστίας αἰτίας ἐν γενικῶς τῇ ἐγγράψωσιν διαθήκῃ,
i. *& ipſas nominatim ingratitudinis cauſas parentes
ſuo inſeruerint teſtamento*, & *C.* 4. εἰ μὴ τὰς αἰτίας
15 ἃς ἀπηριθμήσαμεν, ἐν τῇ ἰδικῶς ἐγγράψωσιν διαθήκαις, i. *niſi
cauſas quas enumeravimus in ſuis teſtamentis ſpeciali-
ter nominaverint*, quod enim antea Juſtinian. ſcri-
pſerat ὀνομαστὶ, explicat poſt ἰδικῶς, i. *ſpecialiter*,
quaſi in noſtra *l.* 2. & his omnibus nihil aliud,
nominatim, ſignificet, quam *ſpecialiter*, ſeu ſpecia-
lem demonſtrationem. A Juſtiniano autem, cum
ejus tractaret Conſtitutionem Harmenop. *in Promp-
ptuar. Jur. Lib.* 5. *tit.* 9. §. 35. eadem accepit
verba, εἰ μὴ ὀνομαστὶ τὰς τῆς ἀχαριστίας αἰτίας ἐγγράψωσιν.
accipiunt ſic ordinarii Interpretes in noſtra *l.* &
in §. *nominatim*, *inſtit. de exhered. Lib.* ubi con-
grua exempla ſubjicit Theoph. Bald. *in princ. eod.
tit. & in* §. *mater*, ubi Bart. *& in l. Turpia.* §. *fi.
n.* 5. *D. de leg.* 1. Paul. de Caſt. *in l.* 3. §. *no-
minatim*, *D. de injuſt. rupt.* I. A. Bellon. *conſ.* 58.
n. 54. Fran. Beccius *conſ.* 3. *n.* 78. *& conſ.* 34.
n. 14. Fran. Bald. *ad l.* 12. *tab. ad l.* 38. *à n.*
107. Nicol. Bellon. *in* §. *ſubſtituitur* 7. *inſt. de pu-
pill. ſubſt.* videndus eſt A. Tiraq. *in l. connub. gloſ.*
7. *n.* 165. ut merito laudem ſententiam Beroaldi
in comm. ad Sueton. in Claud. C. 6. dicentis τὸ *no-
minatim* receptum adverbium J. Conſultorum fuiſ-
ſe, quod & præſcripta ſatis demonſtrant, ſed &
Cic. in hunc ſenſum uſurpavit *Lib.* 13. *fam. Epiſt.*
28. ibi: *Sed duo ſunt quæ te nominatim rogo*, & *Lib.*
3. *Epiſt.* ad Atticum *Epiſt.* 20. *Sed tibi nihil man-
do nominatim.*
Sic ergo *nominatim* pro demonſtratione ſpeciali 16
ſub nomine appellativo acceperunt noſtri Conſul-
ti & alii; non ergo mirabimini, ſi ſic ſatis con-
troverſum J. Pauli reſponſum accipiatis *in l. ſive à
certis* 17. *D. de duob. reis. Sive à certis* (inquit
Conſultus) *perſonis heredum nominatim legatum eſſet,
ſive ab omnibus excepto aliquo, Atilicinus, Sabinus,
Caſius pro hereditariis partibus tamen eos legatum de-
bituros aiunt, quia hereditas eos obligat, idem eſt cum
omnes heredes nominantur*, controverſia ab eo prin- 17
cipio oritur, quod ſi heredes ſuis nominibus nun-
cupati gravati ſint præſtare legatum, pro virili-
bus portionibus, non vero hereditariis ad præſta-
tionem tenentur; ſecus ſi appellativis, *l. turpia* 54.
§. *fi. l. ſi heredes* 124. *D. de leg.* 1. *l. nonnunquam*
24. *D. ad S. C. Treb. l.* 8. *D. de ſtat. Lib.* cum
aliis, à quibus receptiſſimum Juris principium tra-
diderunt noſtri Juris Interpretes, quidquid audaci
errore in contrarium ſententiam dilabatur Alberi-
cus Gentilis, cui obviam ivit commixtis exerciti-
bus valida, & cuncta noſtrorum Interpretum in-
gens manus. Conſtanter enim creditur Teſtato-
rem in ea fuiſſe ſententia onerandi heredes virili-
ter, cum nomina retulerit eorum, nec ſic here-
ditatis partes, ſeu inſtitutionis attendiſſe, ſin ve-
ro appellativo nomine deſignavit, creditur magis
inſtitutionum partibus inſtituiſſe, & præfixam ea-
rum portionum conſervaſſe. Sed Æolicam tem- 18
peſtatem emittunt à J. Pauli reſponſo *d. l. ſive à
certis.* Hortenſi. *in Com. eadem leg.* & A. Fab. *Lib.*
11. *conject. C.* 19. cum quibus, & poſtea conju-
ravit noſter doctiſſimus D. Petrus de Velaſco *in
ſuis Caſii & Proculi rixis, C. fi.* aſſerentes in his
reſponſis contrarias J. Conſultorum ſententias re-
ferri, & ſuperfuiſſe, ineptoſque valde eſſe illos,
qui inveſtigare concordias inter aperto Marte pu-
gnantes Conſultos inſudant. Sed noſtro judicio
non tam gravis contentio viſa fuit, quominus &
noſtras partes interponere auderem, & recede-
rem à Juſtiniani autoritate οὐκ ἀδιαφόρως, ſua fide
aſſerentis, non remanſiſſe in Pandectis noſtris,
nam quamvis de Cæſarea fide, hac in parte, alias
addubitare magis poſſimus; non vero in præſen-
tiarum, quando J. Conſultorum reſponſa placide
conquieſcunt. P. Loriotus *de Juris art. in tract. de* 19
ſubſtit. axiom. 78. *&* 79. reſpondet, heredum no-
mina non conſiderari, ſi illi tanquam rei debendi,
vel ſtipulandi habeantur, alioquin nomina propria
viriles partes facere, & ſic intelligit J. P. Sed mul-
ta ſunt quæ Lorioto obſtant, nec licet in hac di-
greſſione diutius commorans exprimere. Semper 20
autem mihi placuit communis interpretatio Ac-
curſ., Bart. & aliorum *d. l.* Don. & Oſvald. *lit.
C. Lib.* 8. *Com. C.* 29. A. Gom. *tom.* 1. *var. C.* 3.
n. 20.

n. 20. Greg. Lop. Madera C. 29. *animad.* Cujac. variis in locis, ſed latè *Lib. 15. q. Papin. ad l. nonnunquam* 24. *D. ad S. C. Treb.* docentium, heredes appellativis nominibus appellatos fuiſſe, & ideò pro partibus hereditariis conſtringi. Negligentiæ multorum attribuo, quod multoties ſententias, & judicia ſua non ſatis expreſſerint, nec argumentis, quibus adducti fuerunt, comprobarint, unde multoties diſplicent; & tantæ Interpretum opiniones eooriuntur, oon ſic ego, cum occaſio

21 detur idonea. Paulus ergo inquit, *ſive à certis perſonis heredum nominatim legatum eſſet, ſive ab omnibus, excepto aliquo.* His verbis præcipuus labor, ſed judicio noſtro facillimus: nam theſim Conſultus dat legati, quod à certis perſonis relictum erat nominatim τὸ autem *nominatim* non ſuis nominibus perſonarum, ſed appellativis, utpotè in *noſtra l.* 2. & aliis, quas *præſtitimus, ſup.* n. 14. & 15. quid ergo obſtat, accipere adverbium iſtud ex more J. Conſulti aliorumque receptiſſimo, ut pro appellativo capiatur nomine? cum ſic Paulus,

22 cum aliis J. Conſultis ſuaviſſime conveniat, & omni interpreti liceat, imò neceſſarium ſit, ad iſtas ſedandas *ἀσυμφωνίας*, ſeu diſcordias legitimo tramite interpretari, ſeu ducere reſponſa. Celſus commendavit *in l. in ambigua* 19. *D. de leg.* & Pontifex *in C. cum expediat, de elect. Lib.* 6. Quod cum aliqui non animadvertiſſent, aut cognoviſſent, irruptionem in elegantiſſimum reſponſum fecerunt: penſitarent ſane in *d. l.* 1. *D. de exhered. Lib.* τὸ *nominatim* pro proprio nomine, *in l.* 2. pro appellativo accipi, & ſic in aliis reſponſis, & autoritatibus, quas non parca manu hoc Capite cum

23 magna utilitate dedimus. *A certis perſonis heredum,* ego accipio, ſi generali appellatione ſpecifice demonſtratæ fuerunt, veluti *in l. interdum* 13. *D. de hered. inſt. Primus, & fratris mei filii æque heredes ſunto,* & legatum eſſet relictum à fratris teſtatoris filiis, certæ enim perſonæ ſunt ſub appellativo nomine demonſtratæ, ut aliàs ſic reſpondit Scævola in *l. Lucius* 78. *§. Mævia filium* 5. *D. ad S. C. Treb.* in illo fideicommiſſo, *te rogo fili Septici ſi intra* 20. *annum ſine liberis morieris, quidquid ex hereditate ad te pervenerit, hoc fratribus tuis reſtituas,* & fratribus quidem pro hereditariis partibus fideicommiſſum reſtituendum: aliud exemplum affert Madera *d. C.* 29. veluti ſi Teſtator diceret, *heredes mei, quibus ſemiſſem legavi* (cum aliis ſextantem legaſſet, aliis trientem,) *Sejo centum dent.* Certæ enim perſonæ in Paulo ſunt quædam perſonæ una appellatione comprehenſæ, & deſignatæ Virgil. 1. *Æneid. V.* 580.

——— Equidem per littora certos
Dimittam, & Lybiæ luſtrare extrema jubebo.

Certos, id eſt, homines, ſeu certas perſonas, Cicer. *Lib.* 5. *ad Atticum Ep.* 17. *paucis diebus habebam certos homines, quibus darem litteras,* & *Lib.* 1. *famil. Ep.* 7. *quoties mihi certorum hominum facultas erit, quibus recte dem, non prætermittam,* certæ ergò perſonæ hic, certi heredes ſub una appellatione contenti, & demonſtrati, uti in exemplis datis, qui quidem ſic nominatim appellantur, uti optime explicat idem Paul. *in l. certum* 6. *D. ſi cert. petat. l. ſi in rem* 6. *D. de rei vind.* & *in l. nominatim* 90. *D. de leg.* 3. *nominatim legatum accipiendum eſt, quod à quo legatum ſit, intelligitur, licet nomen pronunciatum non ſit.* Peculiarius Pauli fuiſſe videtur τὸ *nominatim* ſic accipere, ex dictis: & alii Conſulti acceperunt, ut hoc Capite probavimus. Sed ſequentia mire congruunt, nam cum legatum à quibuſdam eſſe, referat Conſultus, ſubjicit, & proſequitur eandem quæſtionem, aliqualiter in caſu declinantem: *ſi legatum eſſet ab omnibus heredibus, excepto uno,* veluti cum plures inſtituiſſet heredes, adjeciſſet teſtator, *omnes heredes mei: excepto Titio, damnati ſunto centum Sempronio dare,* hic etiam appellativo nomine heredes nominati extant, & merito, ex Juris præſcripti regula, centum tenebuntur præſtare heredes pro partibus hereditariis. Claudit denique reſponſum Conſultus, *idem eſt cum omnes heredes nominantur,* appellative ſcilicet, en qualiter ſic acceptus Paulus, ſibi congruit, i. integræ ſui reſponſi ſeriei, & contexturæ, aliiſque Juris conditoribus, & denique rationi reſponſo inſertæ, quam ſine judicio Hortenſius, Faber, & alii irrationabiliter perverterunt. Pro hereditariis portionibus tenentur appellati heredes, *quia hereditas eos obligat,* belle mehercle: nam ſolum heredis appellativum nomen ad præſtationem legati aſſumptum, & oneratum eſt, æqualitatem inſtitutionis creditur Teſtator voluiſſe ſervare, & quia heredes, ad adimplementum compellendi, quaſi diceret, hereditatis nomine, & contractu tenentur: quid miri, ſi in onere eadem appendatur qualitas, quæ in honore præcenſita fuit: at vero quando nominibus propriis obligavit Teſtator, non tam hereditatis reſpectus, quam perſonarum habitus fuit: quod plurimis reſponſis exornari poſſet, & quanquam apertiſſimum ſit, tunc etiam hereditatis aditione obſtringi, ſed quaſi hyperbolice videntur magis ab ſpeciali voluntate teſtatoris ſolvere heredes, quam à quaſi hereditatis contractu, ſaltim ad quantitatis ſolutionem, i. pro virili parte. Quibus quidem confido, jam deinceps tanquam in veram libertatem Pauli ſententiam, atque ad eam Interpretum, aſſertam iri.

Sic ergo *nominatim* à Jure Conſultis noſtris uſurpatur: ſed adhuc requiretis cauſam, qua ſic demonſtratus, vel exheredatus filius nominatim ſit per appellativum nomen filii, gladiatoris, latronis, & aliud ſimile. Nomina autem (ut prædocui ſup.) aut perſonarum ſunt, aut rerum: perſonarum, ut ipſæ demonſtrentur, *l. ad recognoſcendos* 10. *C. de ingenuis manum.* rerum autem, ut ipſæ ſignificentur (*ſup. n.* 8.) cum ergo ſic convenientia ſint nomina in rerum natura, per nomen filii, latronis, gladiatoris, non nominatim demonſtratur filius, ſed magis filiationis, latrocinii, & muneris gladiatorii qualitas, quam perſonæ nomen: quod longe diſtinctum eſt ab appellativo, ut attente obſervavimus hic 2. 9. & 10. *cum ſeqq.* & *ad l.* 1. *fuſius,* & elicimus *ex l. nominatim* 34. *D. de cond. & dem.* nunquam ergo videbatur dicendum, filium exheredatum videri, minuſquam per nomen proprium, ut *in dict. l.* 1. alius autem modus, non propriè nominatim eſt, imò magis appellativus, & ſentire videtur, Ulp. *d. l.* 2. ibi; *Et ita videtur,* quod denotat improprietatem *l. qui actionem, D. de reg. Jur.* Sic à recta ratione, grammaticeſque regulis deduci videtur; ſed in ea, atque Rhetorica τὰς τρόπους ac figuras ab elegantia inventas inveniemus, quibus hinc inde cum maximo decore ordinariæ, ſeu legitimæ regulæ pervertuntur: & ſi non ſignificationes rerum, ſedes autem earum alterantur, ut pulchrius dicere liceat, ut cum Quint. loquar, *pene jam, quidquid loquimur, figura eſt,* hos quidem tropos, & figuras frequentiſſimas aliis ſcriptoribus frequentiſſime noſtri Conſulti, quos nulla elegantia latuit, aut fugit, uſurparunt (uti probavi alias longa autoritatum manu) in noſtra autem *l.* 2. & 3. *D. de exher. Lib.* Una ſubeſt tanto pulcherrima, quanto 25
frequentiſſima, quæ à Grammaticis *ἀντιμέρεια,* aut *ἀντιμερεία* dicitur Rhetoricis Μετωνυμία, ſeu potius *ἀντονομασία,* quæ tranſnominatio eſt, quando loco nominis alia ponitur res, & ſane ad plures ſpecies hæc antimeria extenditur, ſed frequentiſſime, quando appellativum nomen loco proprii ponitur, veluti *Urbs pro Roma, Poëta pro Homero,* & *Virgi-*

lio, *Philoſophus* pro *Ariſtotele*, Juſtin. *in* §. 2. *inſt. de Jure natural. Gent. & Civil.* ubi Interpretes, M. Fab. Quin. *Lib.* 8. *orat. C.* 6. Caſſiod. *in collect. de Schematib. & Tropis. C.* 2. latè, & eruditè Edmund. Richer. *Lib.* 1. *de arte figur. C.* 75. 76. 77. Julius Cæſar, Scaliger *Poëtices Lib.* 2. *C.* 31. (qui acutè in Rhythmu ἀνθυπαλλαγὴν agnoſcit) Ariſt. *de poëtic. Cap.* 21. *& de Rhet. ad Alex. Cap.* 24.

26 Hæc autem Antimeria appellativi nominis pro proprio in noſtro Jure frequentiſſima apparet, & exemplum præclarum in noſtra *l.* 2. offertur, cujus vera Interpretatio non aliunde ferri poteſt, nam cum certiſſimum eſſet exheredationem nominatim faciendam eſſe ex proprietate τῶ *nominatim*, ſub nomine proprio filius exheredari debebat, non ſub appellativo, cum tantum utrumque diſtet (ut pluries obſervavi) ſed ex elegantia, & licentia dicendi omnibus hominibus communi, ſeu à ἀνθυπαλλαγῆς ratione datum eſt, ut loco nominis proprii poſſit appellativum uſurpari, & nominatim ea conſideratione dicimus aliquid fieri.

27 Hoc autem innuere videntur Florent. *d. l. nominatim* 34. *D. de cond. & demonſt. nam demonſtratio plerumque vice nominum fungitur*, J. Paul. *Lib.* 4. *ſent. tit.* 14. ibi. *Officiorum enim & artium appellatio, nihil de ſignificatione nominum mutat*, iſto ſcilicet modo ἀνθυπαλλαγῆς, ſeu ἀντονομασίας qua luce facillimum unicuique erit prævidere in Juriſconſultis, & eruditis, indeque animadvertere, obiantes paſſim iſtos elegantiæ tropos. Nec hunc variandi nomina uſum efficit ſolum voluntas, ſed poteſtas ſimul, ſic loquendi ex doctis, & elegantibus accepta, nam ſi ea inventa non fuiſſet, non ſufficeret ſolum voluntas, arg. *l. nemo poteſt. D. de leg.* 1. *l. Labeo* 7. §. 1. *D. de ſuppell. leg. l.* 4. *D. de legat.* 1. *rerum enim vocabula immutabilia ſunt.*

CAP. X.

Illatio ad manumiſſiones nominatim faciendas ex l. Fuſia Caninia. 1. *Nominare, pro* manumittere, *explicatur* l. pater 38. §. filium 2. D. de leg. 3. 2. *Illuſtratur Statius Papinius* Lib. 2. ſilvar. Epiced. Pilet. Urſ. libertas ex mente. 3. *Juſtinian. legi Caniniæ non derogavit, quoad nominatam manumiſſionem.* 4. *Diſcutitur longo certamine Papiniani reſponſum* in l. teſtamento 51. D. de manumiſ. teſtam. *& alterum Africani* in l. ſervos 20. D. eod. 5. *Miles an incertæ perſonæ poſſet legari.* 6. *Teſtamenta ejus Jure naturali fiunt, & exiſtunt.* 7. *Certis ex incertis legatur.* 8. *& ſeqq. formula legati fideicommiſſi libertatis*, uti quiſque te promeruerit, *vel ſimilis.* 8. 9. *&* 10. *Caninia lex an pertinuerit ad fideicommiſſarias libertates, in quo Cujac. variavit, affirmativa placet.* 11. *Hæc lex grata, & deſiderata fuit Romæ: ejus rationes, remiſſive.* 12. *Varia conſtitutione Auguſtus firmavit.* 13 *Tacito Imperatori quantum placuit, inde lux Vopiſco.* 14. *Cujacii interpretatio ad* d. l. ſi teſtamento, *refertur: ejus eximius error notatur.* 15. *Defenditur legem Caniniam ad teſtamenta militaria non pertinuiſſe: aliqua privilegia militarium teſtamentorum libantur.* 16. *Explicatur* §. incertis 25. inſt. de leg. 17. *Tentatur Africani reſponſum Interpretatione* d. l. ſervos. 18. *&* 19. *Tandem vera Interpretatione illuſtrantur Papin. African.* 20. *In fideicommiſſaria libertate duo actus conſiderantur, unus teſtatoris, alter gravati, gravatus præſtare debet nominatim libertatem, non ſic Teſtator nominatim deſignare ſervos manumittendos.* 21. *Interpretatio inde infertur ad altera Papin. reſponſa* in l. ſi legatario 22. §. 1. D. de fideicom. libert. & in l. generaliter 24. §. quid ergo 17. D. eod. 23. *Tandem reſolvimus manumiſſionem, non obſtante lege Caninia, ſub demonſtratione ſpeciali celebrari poſſe. Accedimus ad J. Paul.* Lib. 4. ſent. tit. 14. 24. *Inquirimus S. C. illud* Orphitianum *de manumittendis ſervis ſub nomine appellativo.* 25. *Spurium, & falſum indicamus, & ex gloſſemate irrepſiſſe in textum.* 26. *Aut errore notarum.* 27. *Forte Paul. ſcripſerat* ex Octaviani conſtitutione, *& per notas ſcriptum* ex Otiani C. S. *ex quarum ignorantia aborſum fuit Orphitianum.* 28. *Magni cooriuntur errores ab antiquis notis.* 29. *Libera earum inventio.* 30. *Lux datur Suetonio in* Auguſto C. 40. *quid ſit apud eum* curioſe cavere. 31. *In legibus aliquando res non controverſæ continebantur, & quando.* 32.

1 SIC, veluti exheredatio, & inſtitutio nominatim facienda, ſub demonſtratione ſpeciali concipi poteſt, & manumiſſio eadem norma ducitur, & principiis: certiſſimum enim eſt nominatim celebrandam eſſe manumiſſionem, idque ſpeciali lege Fuſia ſeu Furia Caninia proviſum fuiſſe. Ulpian. *in frag. tit.* 1. *in fi.* ibi: *Eadem lex cavet, ut libertates ſervis teſtamento nominatim dentur*, optime J. Paul. *Lib.* 4. *ſent. tit.* 14. *l. nominatim* 24. *l. nominatim* 37. *l. Titia* 59. *D. de manum. teſtam.* Gaius *Lib.* 1. *inſtit. tit.* 2. §. 3. Juſtin. *in* §. *incertis* 25. *de leg.* Agnoſcunt, & explicant Cujac. *in notis ad Ulp. J. Paul. & Juſtin. ſupra, & ad tit. de l. Fuſia Caninia tollend. & in commentario ad l. penul. D. de probat.* & *ad l. teſtamento* 51. *D. de manum. teſtam. Lib.* 14. *reſpon. Papin. & Lib.* 15. *obſerv. C.* 4. D. Gothofre. *in notis ad eadem loca*, Vaconius *Lib.* 4. *declarationum*, *C.* 53. *n.* 2. & 3. Briſſon. *Lib.* 7. *form. f. m.* 692. Franciſc. Broæus *ad princip. inſt. de lege Fuſia Caninia*, & Giſanius *ibi*, A. Guibert. *Lib.* 1. *quæſt. Jur. C.* 2. *n.* 6. Fran. Raguell. *in commen. ad deciſ. Juſt. Lib.* 6. *ad Græcam Juſtinian. conſtitutionem*, I. Roſin. *Lib.* 8. *Antiquitat. Roman. C.* 15.
præter Calvin., A. Auguſtin., Verrucium, Hoto- 2
manum *in commentariis de leg. Rom.* unde apud Scævol. *in l. pater.* 38. §. *filium* 2. *D. de leg.* 3. formula illa refertur *ad vernas meos quos hoc teſtamento nominavi*,

[illegible], pertinere volo, quaſi teſtator diceret,
quos hoc teſtamento manumiſi, uti in *l. L. T.* 88.
§. L. Titius 6. *D. de leg.* 2. nam cum nominatim
ex lege Caninia manumitterentur ſervi inde ac-
ceptum fuit, *nominare*, pro manumittere prædo-
cuit Cuj. *d. Libr.* 15. *obſer. C.* 4. D. Gothofred.
in notis ad dict. §. filiam, F. Broæus *ad §. incertis*
3 *autem inſt. de leg. n.* 1. Hinc aperimus mentem
Statii in libertate *ex mente Lib.* 2. ſilvar. epiced.
Pilet. Urſ. de liberto loquitur.

—— Cui major ſtemmate juncto
Libertas ex mente fuit.

τὸ *ex mente* ἐμφατικῶς ſcripſit, cum reſpectu ad li-
bertatem naturalem, quæ à dominis verbis, &
nominatim ſervis præſtabatur, ſic illa animi, &
non corporis magis nobilitate mentis, & animi
dependebat. Et quamvis conſtitutione ſua in *l.*
Fuſiam Caniniam ſuſtulerit Juſtinian. non tamen
ejus capitulo derogavit, quo nominatim manu-
mittendi modus ſanciebatur: colligitur ab eodem
in *tit. inſt. de l. Fuſia Canin. toll. & C. eod. tit.* &
4 prædocuit Cujac. *in Paratit. ad eum tit.* Juſtinia-
nus enim ferre noluit abſciſſam dominorum po-
teſtatem in manumiſſione, ut ſolummodo uſque
ad certum numerum ſervorum libertate donare
poſſent manumiſſores, & ſic ſua conſtitutione li-
mites illos removit, & voluntati liberalitatique
dominorum ampliſſimum præſtitit campum: reſi-
duum autem legis, nominatim manumiſſionem
celebrandi, remanſit, & ſic agnoſcit ipſe Juſti-
nian. tacite *d. §. incertis* 25. Actus enim manu-
miſſionis qualitas tanta eſt, ut expeditionem, ſeu
celebrationem expeteret non plebeiam levem con-
fuſam; imò ſelectam, diſtinctam, & nominatam,
uti hæc dignitas aliquibus actibus à noſtro Jure
ſpecialiter indulta fuerit, quod longius ediſſere-
mus, cum reſtimamus *l.* 2. *D. de Lib. & poſth.*

5 Sed huic certiſſimæ doctrinæ negotium, & dif-
ficultatem dat Papin. *in l. teſtamento* 51. *D. de ma-*
num. teſtam. in formula illa manumiſſionis teſta-
mento relictæ, *prout quiſque meruiſſet ſervorum ma-*
numitti, ex qua colligimus non nominatim manu-
miſſos ſervos fuiſſe, imò ſub incerto caſu meri-
torum, & conſequenter incertæ perſonæ fuit aſſi-
gnata libertas, illi ſcilicet ſervo qui dominum pro-
meruiſſet; & cum manumiſſionis actus ea gravita-
te gaudeat, quod relinqui nominatim debeat, hæ-
remus merito in magni Papiniani reſponſo. Nec
quiſquam illud ab hac difficultate exſolvere conc-
tur prærogativa militaris privilegii, quia Centurio
6 in eo reſponſo teſtator erat, nam ex D. Hadria-
ni reſcripto legatum, nec fideicommiſſum incer-
tæ perſonæ poterat relinquere miles, nec liberta-
tem, uti colligimus ex Juſtinian. *d. §. incertis* 25.
inſt. de leg. nam quamvis lex Fuſia Caninia ad mi-
lites non pertinuerit, uti jam obſervarunt Cuj. *d.*
Lib. 12. *reſp. Pap. ad l. teſtamento.* & Fran. Ra-
guel. *ad decif. Juſtin. d. Libr.* 6. *C. fi. & Lib.* 7.
ad l. unicam, C. de lege Fuſ. Can. toll. ad id expen-
dentes *d. l. ſi teſtamento*, id ſane concedimus quo-
ad numerum manumittendorum ſervorum, non
tamen, ut non nominatim manumitterentur:
nam quamvis milites Civili Juri obnoxii non ſint
ad ultimarum diſpoſitionum voluntatem, non ta-
men prætermittere debent ea, quæ de Jure na-
turali neceſſaria ſunt, & ſine quibus dici non po-
7 teſt, voluntas: conſtare enim primo debet volun-
tatem habuiſſe militem, juſtam & rationabilem
fuiſſe, non continentem iniquitatem, & barba-
riem, ut multis exemplis illuſtravit Donel. *Lib.* 6.
Com. C. 28. ubi & Oſvald. & apertus eſt *d. §. in-*
certis, certum enim (ut inquit Ulpian. *tit.* 22.)
conſilium debet eſſet teſtantis (quod tamen ſub
moderamine infra ſubjiciendo intellectum velim.)
Sed quomodocumque ſit, & miles huic manu-
miſſionis ſolemnitati, non adſtringeretur. Vi- 8
deo æqualem Papinianum manumiſſionis for-
mulam obſervaſſe Africanum *in l. ſervos* 20.
C. eod. tit. de manumiſ. teſtam. in quo teſta-
tor paganus ſervos legavit, & cavit ita, *rogo*
ſi te promeruerunt, dignos eos libertate exiſtimes, &
addit Conſultus, *Prætoris hæ partes ſunt, ut cogat*
libertatem præſtari, niſi ſi quid tale hi ſervi admiſerint,
ut indigni ſint, quo libertatem conſequantur. Nec ſa-
tisfaciet, quicumque dixerit, in his manumiſſio-
num formulis, non fuiſſe incertas deſignatas per-
ſonas; ſed imò ſub certa demonſtratione incertos
ex certis ſervos manumiſſos, quod noſtrum Civile
Jus admiſit, utpotè in illo legato, *ex cognatis meis,* 9
qui nunc ſunt, ſi quis filiam meam uxorem duxerit, ei
heres meus illam rem dato, dict. §. incertis, nam
quamvis ſub ea formula alii ſuſtineantur actus, non
tamen privilegiati illi, qui eximuntur ab ea regu-
la, & nominatim celebrari debent, utpotè inſti-
tutio, exheredatio & manumiſſio (quod ſuo loco
arctius exigemus) hinc mirum non eſt, quod le-
gatum, & fideicommiſſum relinquatur ſub illa for-
mula, *rogo filia, bona tua quandoque diſtribuas libe-* 10
ris tuis, ut quiſque de te meruerit, ut in *l. cum pa-*
ter 77. *§. rogo* 25. *D. de leg.* 2. & illa ſimili: *ſi*
te meruerit, ut in *l. fideicommiſſa* 11. *§. proinde* 8.
D. de leg. 3. quia non nominatim ſolemniter relin-
qui debebant.

Inſtabit aliquis, Caniniam legem ad fideicom- 11
miſſarias libertates non pertinuiſſe ex Cujacii ſen-
tentia *ad l. unicam, C. hoc tit.* quia per fideicom-
miſſariam libertatem non totus ſervus aufertur he-
redibus, ſiquidem Juris Patronatus commoda, &
utilitates ſalvæ eis remanent: & quia cum lex iſta
invida, & odioſa eſſet, utpotè quæ libertates com-
primeret, cujus favore, & dignitate tanta privi-
legia in noſtro Jure excogitata ſunt, videbatur re-
ſtringendam & comprimendam eſſe: reg. *odia de*
reg. Jur. l. cum quidam, cum vulgat. D. de Lib.
& poſth. ſic cum Papinianus, & African. *dd. le-*
gib. de fideicommiſſariis libertatibus loquerentur,
non dubitandum erat, nec de numero ſervorum,
nec manumiſſionis modo, nec quidquam legis Ca-
niniæ ſanctione offendi. Sed effugium falſiſſimum
eſt, quia lex Caninia, quamvis antequam fidei-
commiſſaria neceſſaria efficerentur (quod non diſ-
puto) præſcripta fuerit, neceſſario ad fideicom-
miſſarias libertates extendenda erat, ne facillime
eluderetur arg. *l. fideicommiſſum* 87. *D. de leg.* 3.
& eorum, quæ latè tractavi infra *Lib.* 3. *Parali-*
pom. ad idque conjecturam præſtat *l. ſi legatario*
22. *§.* 1. *D. de fideicom. libertat.* in quo legis Ca-
niniæ modus obſervatur in fideicommiſſaria liber-
tate, obſervante ibi Gothofredo, & Cujac. infra
referendo, favetque Pauli *inſcriptio Lib. ſingulari*
ad l. Fuſiam. Caniniam in l. ſi quis 37. *D. de con-*
dit. & demonſtrat. in qua hypotheſis fideicommiſſa-
riæ libertatis diſquiritur: ſic hanc ſententiam com-
probarunt Cujac. *in Paratit. ad tit. C. de lege Fuſ.*
Caninia, Azo *ibidem*, Franc. Raguel. *ad decif. Ju-*
ſtinian. Lib. 7. *ad dict. l. unicam*, & dignum ani-
madverſione pro hac ſententia eſt: quod quamvis
tam ingenti favore dignæ ſint libertates, tamen
aliquando æquius viſum fuit Populo Romano ipſi-
que Auguſto Cæſari cæcum impetum dominorum 12
ad manumiſſiones infrenari, per rationes, quas
Balduinus & alii inſtitutionum Scholiaſtæ expen-
dunt *ad tit. inſt. de lege Fuſia Caninia toll.* & Cu-
jacius *in commentario, C. ad eundem tit.* optime D.
Halicarnaſſeus *Lib.* 4. *antiq. Rom.* Connan. 2. *tom.*
Cap. 5. *Num.* 5. & alii, qui infra referuntur:
unde Sueton. *in Auguſto, Cap.* 40. *Servos non con-*
tentus multis difficultatibus à libertate, & multo plu-
ribus à libertate juſta removiſſe: cum & de numero,
& de conditione, ac differentia eorum, qui manumit-

[illegible], Dio. Caſſius Lib. 55. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible], *quia multi invitos manumittebant ætatem quam & manumittens, & manumittendus habere deberent, Jure ac quibus erga libertos cum alii, tum ipſi patroni uterentur, conſtituit.* De qua lege Augusti acci-
13 pienda eſt *l. apud eum* 14. §. 1. *D. de manumiſ.* conſulite Caſaubonum, Torrentium, & alios Interpretes *ad Suetonium dict. Cap.* 40. Marcellum Donatum *in dilucidationibus ad eum*, Ræward. *Libr.* 2. *conjectan. Cap.* 1. Ut ſi una, & altera lege libertas impediretur, perſuaſum habeamus, Caniniam legem ad fideicommiſſarias libertates extentam,
14 & admiſſam fuiſſe. Quid magis? Imperator Tacitus *apud Vopiſcum*, cum poſſet ſine fraude legis cunctos ſervos ſuos manumittere in vita (cum Caninia lex ad teſtamenta pertineret) in reverentiam tamen ejus, tantum placuerant Populo Romano! ultra centum manumittere noluit. Vopiſci verba ſunt, *ſervos urbanos omnes manumiſit utrinſque ſexus, intra centum tamen, ne Caniniam tranſire videretur.* Expende placitum legis, & rationes, quas pro ea præcitati conſiderarunt, & ad fideicommiſſarias protenſam fuiſſe libertatis legem, dijudicabis.

15 Nihil felicius ipſe Cujacius *Libr.* 14. *quæſt. Papinian. ad dict. l. teſtamento*, nominatim manumiſſos videri, quia omnibus Centurio dedit libertatem, argum. *legis Titius hoc noſtro titulo*, & tandem legem Caniniam admittit in teſtamento militis, ad ſolemnitatem manumiſſionis nominatim faciendæ, & excludit quoad numerum ſervorum ut omnes miles manumittere poſſit ſervos. Haud doctiſſimi viri judicium noſco. Unde nominatam infert manumiſſionem in Papiniani reſponſo, quia miles omnes ſervos manumiſerit? non invenio ſane in reſponſo, nec vocem aliquam, qua nominatim manumiſiſſe militem dicamus, utpotè *dicta l. Titius*, in qua illa fuit, *cæteri omnes*, quæ verba diverſam longe ſpeciem conſtituunt, ut ad eam legem exornabimus. Et cur tam diverſe militare privilegium volvitur circa Caniniam legem, ut in una ejus parte vigeat, in alteraque langueat? Sed quid reſponderet Africano, *dict. l. ſervos eod. tit.* ubi in ſpecie ſimili libertas fideicommiſſaria defenditur à teſtatore relicta, qui nec miles erat, nec ſub voce (*omnes*) legaverat, & manumiſerat ſervos.

16 Me autem Papiniani reſponſum *dict. l. teſtamento*, parum remoraretur ſi de Centurione, & ſic militari privilegio intelligendum eſſet, nam apud me indubitati Juris eſt, legem Caniniam id teſtamentum militare non pertinere, cum in omnibus Jure Gentium milites ſua teſtamenta condant (ut aliàs ſcripſi); nam præterquod à teſtamento militari abſint doli, turpitudines, & iniquitates, uti in exemplis à Donello præceptis *dict. Lib.* 6. *Com. Cap.* 28. in cæteris autem non Jure publico, ſeu communi teſtantor. Hinc eſt ſaluberrimam legem Falcidiam ad eorum teſtamenta non pertinere *l. in teſtamento* 12. *C. de milit. teſtam. l. ſi certarum* 17. §. *fin. D. eod. tit. l. ſi poſt miſſionem* 16. *D. ad l. Falcid.* & deportato hereditas relinqui poteſt, & legatum à milite *l. idem eſt* 13. §. *& deportati* 2. *D. de teſtament. milit. l. ſi deportati* 7. §. 1. *D. de leg.* 3. (quod acriter diſputamus ſuo loco) poteſt etiam pro parte teſtatus, & inteſtatus decedere *l. ſi miles* 6. *D. de teſtam. mil. l.* 1. *&* 2. *C. eod. tit.* innumera ſane alia privilegia miles habet, quæ colliguntur à titulis *C. & D. de militar. teſtam.* quid ergo obſtare debebat, quod cum ejus teſtamentum Jure Gentium nitatur, non poſſet legis Caniniæ ſanctionem tranſcendere, quæ non magis favorabilis eſt, quam aliæ Juris conſtitutiones, quas tranſvolat militare privilegium? Fefellit Juſtiniani autoritas J. Cujacium *dict.* §. *in-* 17
certis, ſed animadvertere debebat, longe differre incertam omnino voluntatem ab ea, quæ ex certis aliqualiter incerta eſt, ut idem diſtinguit Juſtinianus. Quando enim omnino incerta eſt, veluti *quicumque funus meum duxerit, quicumque Conſul factus fuerit, quicumque filiam meam duxerit*, æquum eſt, hujuſmodi viciari voluntatem, ſive legati, ſive fideicommiſſi, ſive libertatis fuerit: juſtum enim eſt, ut certa procedant judicia teſtantium, quæ quaſi in ſolatium fati à jure Gentium inventa fuerunt, *l.* 1. *C de Sacroſanctis Eccleſiis*, aliàs nec judicia, nec voluntates æſtimari deberent, ſed imò furores, abſurda, & iniquitates, quas merito magnus Princeps Hadrianus, & à teſtamentis militaribus extirpavit: & ſic intelliguntur, quæ ſup. *num.* 6. animadvertimus; quando vero à certis aliqualis proceſſit incertitudo, veluti *quicumque ex cognatis meis uxorem duxerit, quicumque ex ſervis meis quot legavi, vel venire prohibui, dominum promeruerit, tantum dato, vel rogo ut libertatem accipiat*, voluntas iſta æqua eſt, & certa, reſtrictaque ad certas perſonas cognatorum, & ſervorum, de quibus certum judicium potuit facere teſtator, & ſic merito ſuſtinetur in Jure. Et quamvis libertas pro gravitate actus & rei, ut cæteri alii actus, expoſcat, legis Caniniæ ſanctione, majorem gravitatem, ſerioremque diſpoſitionem, ut nominatim ſcilicet fiat, obtinere debebit id in paganis, non in militibus, qui Jure Gentium teſtantur, non publico, & communi, dummodo vitium, & iniquitas abſit (uti prædixi) nam & quamvis manumitterent non ſpecifice, & nominatim ſervos, ſed ſub aliqua incertitudine, reſtricta certis tamen perſonis, ita ut ſatis conſtaret voluntas, licet non ſub ſolemnitate Caninia, non debet hujuſmodi voluntas iniqua, abſurda judicari: quid enim commune habent ſolemnitates iſtæ cum teſtamentis militaribus? & ſic nobis non obſtaret *dict. l. teſtamento.*

Africani autem reſponſum *dict. l. ſervos* 20. *D.* 18
de manumiſ. teſtam. ſi attente introſpiciamus contexturam, meo judicio, nullam præ ſe fert difficultatem: Conſultus enim non integram teſtatoris clauſulam quoad ſervos iſtos tranſcripſit, ſed partem ſolum eam, quæ occaſionem præſtitit reſponſo difficultate ſua, quæ nulla habita fuit circa nominatam manumiſſionem, ſed qualiter præſtari deberet libertas ſub illa conditione, ſi promeruerint ſervi, relicta, ideò ſolum clauſulam libertatis expreſſit, cætera ſuppoſuit in illis verbis: *ſervos legavit, & ita cavit*, in legato ſane nominavit ſervos, ita ut forte his verbis ſcriptum eſſet. *Luci Titi ſume Stichum, Pamphilum, Herotem ſervos meos, & rogo, ſi te promeruerint, dignos eos libertate exiſtimes.* Unde ono curſu in Baſilicon. le- 19
gitur *Lib.* 48. *titul.* 3. *legavi tibi ſervos, ut eos manumitteres, ſi viſi fuerint promeruiſſe*, cum ergo ex æquo, rationabili, ordinarioque more credere debeamus in legato nominatos fuiſſe ſervos, adjectio fideicommiſſariæ libertatis continua nominationem accipit ab illo, quia cum una ſeries, unaque contextura ſit, nomen primum ſervorum convenit legato, & libertati: hoc grammatici, pueri, & inſipientes agnoſcunt: nam cum legimus legatos ſervos fuiſſe, & ſub iſta formula adjectam fuiſſe fideicommiſſariam libertatem, credere debemus ſolemnitatem nominationis præceſſiſſe, uti expreſſum eſt in noſtro Civili Jure, §. *fin. inſt. de fidejuſ.* §. *ſi ſcriptum* 17. *inſt. de inutilibus ſtipulat. l. ſciendum* 30. *l. Titia* 134. §. *idem reſpondit* 2. *D. de verborum obligation.* & ſic, quamvis

vis militaris favor abeſſet, *d. l. ſi teſtamento* poterat ſic Papinianus percipi.

20 Sed adhuc puram non attigimus veritatem, quamvis vario undique cinxerimus reſponſa propugnationis muro, nam in fideicommiſſaria libertate duo tempora, ſive potius actus æſtimari, & diſtingui debent: unus, quo rogatur ab herede
21 libertas, alter, quo, ab herede præſtatur. Primus ille rogationis (ut ego exiſtimo) ſemper ſtetit ordinarii regulis Juris, id eſt non nominatim, & ex formula Caninia ſervi deſignarentur: ſed imo ſub aliqua incertitudine certis circumſcripta perſonis, ut *dict. §. incertis* fieri poſſet, quia tunc non præſtatur libertas, ſed rogatur ut præſtetur, nam quamvis Auguſti exemplis fideicommiſſa neceſſaria fuerint, neceſſitas illa conſideratur, ut cogatur adimplere heres, non tamen, ut ſine ejus facto, credatur brevis manus fictione, aut alio ſimili remedio, à principio rogationis obtinuiſſe effectum, nam Prætor fideicommiſſarius creatus fuit, qui compelleret gravatos ad fideicommiſſorum adimplementum, & ſic *dict. l. ſervos* 20. ſcribit ſic Africanus, *Prætoris hæ partes ſunt, ut cogat libertatem præſtari*, hinc accipit lucem Papinia-
22 ni reſponſum in *l. ſi legatario* 22. §. 1. *D. de fideicommiſ. libertat.* in formula illa fideicommiſſariæ libertatis, qua rogavit heredes, ut duos, ex tribus, ſervos manumitterent, in quo quamvis certæ ſervorum perſonæ erant, tamen incertum omnino, quis manumittendus eſſet, nec dubitat Papinianus de libertatis præſtatione, imò præſtandam eſſe quomodocumque, reſpondet, & tamen, ſine nomine, ſine perſona, ſine demonſtratione his ſervis rogatur libertas, ſic etiam intelligendus eſt Papin. idem *in l. generaliter* 24. §. *quid er-*
23 *go* 17. *D. de fideicom. libert.* quæ quidem omnia, non alia ratione adverſus Caniniam Furiamque legem ſubſiſtunt, quam quia rogatione teſtatoris ſolum dirigitur manumiſſio, non celebratur: & ſic manumiſſi ſervi per fideicommiſſariam rogationem, liberti heredum remanent; at vero ſi directe propria ſua legiſque poteſtate manumitteret Teſtator, libertus dicitur orcinus, id eſt teſtatoris defuncti, quia ipſe fuit, non heres, qui præſtitit libertatem, & tunc nominatim concedi deberet. Ex his alter actus in aperto eſt, ſcilicet quando in vim fideicommiſſariæ rogationis heres præſtat libertatem, & manumittit, tunc enim nominatim deberet facere ex legis Furiæ Caniniæ ſanctione, quia tunc ſane reapſe præſtatur libertas, uti præſcripta ſatis comprobant, unde *dd. l. teſtamento, l. ſervos, & aliis*, non mirari debemus, atque in earum inſertis formulis, ſolemnitatem iſtam nominandi omiſſam fuiſſe.

Ex his omnibus, quæ diſputationis aviditate traximus, aperte colligimus, manumiſſionem nominatim, id eſt, nomine ſervi expreſſo, celebrandam eſſe; ſed quamvis ita comparatum ſit; ἀντιμερείας, ſeu tranſnominationis ratione, proprii nominis loco ſubrogato nomine appellativo, demonſtrationeve aliqua demonſtrante ſatis manumiſſum ſervum, functioni legis legitime ſatisfit (ut longius tractavimus *Cap. præcedenti à num.* 24.) declarat optime J. Paulus *Lib.* 4. *ſenten. tit.* 14.
24 cujus optima verba libentiſſimus tranſcribo. *Nominatim autem manumittere intelligitur hoc modo, Stichus liber eſto, cum autem obſonatorem, vel qui ex ancilla illa naſcitur, liberum eſſe volo, ex Orphitiano S. C. perinde libertas competit, ac ſi nominatim data ſit, officiorum enim, & artium appellatio, nihil de ſignificatione nominum mutat, &c. dict. l. nominatim* 24. dict. l. *nominatim* 37. *dict. l. Titia* 59. *D. de manumiſ. teſtament.* explicant Cujacius *ad J. Paul.* A. Auguſtin. *in tractat. de legib. ad l. Furiam Caniniam* B. Briſſon. *Libr.* 7. *formul. f. m.* 692. *cum ſeq.* & alii.

Sed proxima Pauli verba in illo *Orphitiano Se-* 25
natuſconſulto, non leviter ingenium noſtrum exercuerunt, nam quod fuerit illud Senatuſconſultum, cujus cauſa prolatum, non plene capere poſſumus. Nam ſi manumiſſio teſtamentaria, quæ nominatim celebrari debebat, poterat ſub alio nomine appellativo, & aliave ſpeciali demonſtratione ex recta Juris ratione dari, utpotè in inſtitutione, exheredatione aliiſque actibus probavimus *Capite præcedenti*, & in ipſa manumiſſione, uti aperte agnoſcitur, *ex dict. l.* 24. 37. 55. *infra*, *D. de manum. teſtament.* quid quæſo potuit eſſe in cauſa, ut ad id Senatuſconſultum præſcriberetur? Aliud Orphitianum Senatuſconſultum præter vulgare illud de ſucceſſione filiorum, non memini me legiſſe, nec in noſtro Civili Jure, nec eruditis antiquis ſcriptoribus: nec ne illud dum ſucceſſionem filiorum curat, converſum fuit ad ſervorum manumiſſionem, ſub demonſtratione officii, vel artificii celebrandam? Nugæ, nam nec cauſa expetebat, nec ratio patiebatur, ut diſtantes res ſub uno præſcriberentur Senatuſconſulto: nam quamvis leges, conſtitutiones, Senatuſconſulta varia obtinerent capita, & varias commiſcerent res, ita tamen ſi commixtæ aliqualiter conjungerentur origine, & affinia eſſent tractatui: quid enim reapſe filiorum ſucceſſio commune habet cum manumiſſione ſub nomine appellativo? Leviſſima res ſane erat, & quæ nec mereretur tantum Senatuſ-
conſultum: gloſſema alicujus imperiti Interpretis 26
fuit, quod a margine in contexturam irrepſit, ipſe Paulus ſermonis ſerie, & contextura ſatis demonſtrat, *officiorum enim, & artium appellatio nihil de ſignificatione nominum mutat, niſi forte plures ſint, qui eo officio deſignentur: tunc enim nomen adjungendum eſt, ut eluceat, de quo teſtator ſenſiſſe videatur.* Si enim ex Senatuſconſulti Orphitiani res autoritate penderet, more aliorum J. Conſultorum in illa inſiſteret ſolum, atque niteretur, non ſic ratione, diſtinctione & explicatione, tam attente Paulus procederet: nihil enim aliud Paulus explicuit, nec modo alio, quam quem Gaius habuit *dict. l. nominatim* 24. *D. de manum. teſtam.* ubi nulla talis Senatuſconſulti mentio, & Florentin. *dict. l. nominatim* 34. *D. de condit. & demonſtr.* & Ulpian. *l.* 2. *D. de liber. & poſth.* Sed quamvis expunctio noſtra (uti ſpero) recti liberique judi-
cii viris placitura ſit: tamen in re certa, & antiqua 27
mecum reputabam, ſi Orphitianum iſtud notarum error intuliſſet, nam cum Octavianus Auguſtus circa ſervorum manumiſſiones multa conſtituiſſet, imò *curioſe caviſſet*, ut inquit Sueton. *in eo Cap.* 40. & Dio. *Lib.* 55. (quorum verba dedimus ſup. *num.* 12.) ad quæ retulimus *l. apud eum* 14. §. 1. *D. de manumiſ.* ubi hujus Auguſti lex refertur. Curioſe de manumiſſionibus caverat, forte ſi & conſtitutione ſua verba manumiſſionis præſcripſiſſet, ſi ſcilicet ſub nomine appellativo poſſent manumitti, cujus rei reſpectu, ſine dubio ſcripſerat Paulus ex *Octaviani conſtitutione*, & per notas poſtea ſcri-
ptum erat. Ex *Ocimi C. S.* quarum notarum 28
ignorantia repoſitum fuit *ex Orphitiano Senatuſconſulto*, errore eximio, & inſipientiſſimo, mi-
rum eſt quanti ingruerint errores in noſtrum Ci- 29
vile Jus à notis quibus fere compactum erat, & in alios ſcriptores antiquos, ini præſenſerunt, & conquæruntur. D. Iſidor. *Lib.* 1. *Etimolog. Cap.* 22. Cujac. *Lib.* 3. *obſerv. Cap.* 38. Conrad. Ritterhuſ. *in proœmio inſtitutionum, & in Jure Juſtinianeo part.* 6. *C.* 2. *à num.* 5. *cum ſeqq.* Panciról. *Lib.* 1. *variar. Cap.* 30. Salmas. ad *Capitolin. ad Maximum, fol.* 172. ubi ſimilem errorem tollit,
J. Lipſius *Lib.* 2. *Epiſtol. quæſt. Epiſt.* 17. Mar- 30
cell. Donat. *in dilucidat. ad Sueton. in Tito, Cap.* 3. nam cum hujuſmodi notarum inventio libera fuiſ-

ſet, & ad libitum daretur, uti colligimus ex Suetonio *in Auguſto C.* 88. D. Iſidoro *dict. Cap.* 2. & probat Porta *in ſuo tractatu de Ziferis litteris Lib.* 1. *Cap.* 2. *cum ſeqq.* Et ſentiunt proxime dati Interpretes, & ſic eiſdem litteris variæ ſignificationes attributæ fuerunt, graves errores indies oriebantur, ut merito notarum abolitio (ut præcitati tractant) indicta fuerit (quam rem Deo volente ſuo loco revolvam, & prædixi *ad l.* 1. *Cap.* 6. *nu.* 55. *D. de Lib. & poſth.*) unde ſane in animum induxi, Paulum noſtrum morbo laborare crudeli, & à noſtra emendatione auſpicaturum eſſe ſalutem: nam J. Conſulti (quod non leve eſt) qui *dict. l. apud eum* 14. Auguſti ejuſdem conſtitutionis mentionem fecit, idem Paulus fuit. Nam quamvis hæc manumittendi forma ex recepta ſententia J. Conſultorum certa eſſet, potuit cum decore Auguſtus, dum modos, numerum, tempora, qualitates, & alia confinia manumiſſionum conſtitutione diſponit, curioſe cavere uſque ad
31 nomina manumittendorum ſervorum (à quibus certa luce donamus Suetonium *dict. Cap.* 40.) nam nec novum eſt in noſtra Juriſprudentia, & res certas, nec controverſas comprehenſas legibus iri, vel ut firmior reddatur res, vel quia con-
32 gruit legis capitibus, ut certa rei ſerie & doctrina capita legum ducerentur, quod quamvis aliqui negent, id faciunt ſine conſideratione tantorum jurium, quæ undique proſiliunt, videmus ſane *in l.* 1. *D. ad l. Falcid. l.* 3. §. 1. *D. naut. caupon. & ſtabul. l. quoties, C. de rei vind. l. quæris, D. de natalib. reſtit. l. ſi procuratori* 79. *D. verbor. obligat.* argum. *l. cui pacto* 5. *D. de ſervis exportand. l. non eſt dubium* 20. *D. de legib.* docent J. Cujac. *Libr.* 10. *quæſt. Pap. ad dict. l.* 5. optime Joann. Corraſ. *in enarrat ad l. non dubium, C. de legibus, num.* 5. *& ad dict. l. quoties, n.* 13. *& in commentario ad dict. l. ſi procuratori, num.* 2. Jacob. Rævard. *ad l.* 12. *tabul. Cap.* 1. Cardinalis Mantic. *de tacit. & ambig. conv. Lib.* 12. *tit.* 29. *num.* 17. qui quidem alia Jura ad id expendunt, & ſic in tabula antiqua plebiſciti de *majoribus Thermenſibus* facti, quod refert Briſſon. *Lib.* 2. *form. fol. mihi* 169. & Fulv. Urſin. *in collectione Veter. legum, & S. Conſultorum*, legimus plebiſcitum ſuper re certa, & quæ antea lege firmata erat, unde apud Feſtum verbo, *Sacramentum*, plebiſcitum Papirianum legitur in his verbis, ab Scaligero ibi reſtitutis, & Briſſon. *d. Libr.* 2. *for. Queicumq. Prætor. poſthac. factus erit. quei. inter. ceiveis. jous. dicet. tres viros. capitaleis queicumq. poſthac. factei. erunt. Sacramenta. exigunto. judicantoq. eodemq. joure. ſunto. utei. ex legib. plebeiq. ſciteis. exigere. judicare. eſſeque oporteat.* Sic ſane erat, quod nova lege, & ſanctione firmaretur lex ad majorem obſervantiam *dict. l.* 3. §. 1. *D. naut. caup. & ſtab.* unde illuſtratur *l.* 57. *C. Theod. de curſu publico*, in principio, ibi · *Repetita lege ſancimus.* Quod & alias obſervavi in Paralipom. noſtris, & hæc de Julii Pauli loco, quem miror, non advertiſſe Cujac. in eo A. Auguſtinum in *tractat. de legibus*, & alios, qui hujus Senatuſconſulti ſpurii mentionem fecerunt. Quibus contenti quieſcimus, ſi annuerit Deus, ſuo pertractabimus loco, quam ſolemnitatem verborum manumiſſiones expoſcerent, & quomodo inſtitutio heredis, aliiqui actus nominatim celebrari deberent, & ſub nomine appellativo, nihilominus conſiſtant, quibus longe illuſtrabimus, *l.* 2. *D. de liber. & poſthum.* ultra repetita Commentaria Academicorum.

C A P. XI.

Ætas militum, providentia ducum, periculorum gloria hoc Capite dantur. 1. *Ordimur diſquiſitionem à J. Barclaii loco.* 2. *Glorioſum eſt, Heroes induci pelagi erroribus, & tempeſtatibus circumactos, bellorumque periculis inſignes.* 3. *Inde ſubtiliter eruitur mens Eudemonis Nicomedienſis orationis ad Antoninum Cæſarem* in l. deprecatio 9. D. ad l. Rhodiam de jactu. 4. *Illuſtraturque* lex 2. D. de captiv. & poſtlim. reverſ. *in poſtliminio navium.* 5. *Summa laus Imperatoribus datur à prima ætate creviſſe inter pericula belli, & tempeſtates marium.* 6. *Quod maxime de Annibale prædicatur.* 7. *Ex his accedimus ad interpretationem* l. 8. §. 7. D. de excuſat. tut. *in eaque refertur, & refellitur vulgaris interpretatio, & verſio.* 8. *Impuberes aliquando, & militarunt, & tribunatum geſſerunt, & expenditur* l. fin. C. de teſtament. milit. & l. quicumque 14. C. Theod. de re militar. 9. *Quæ fuerit militiæ legitima ætas.* 10. *Sed ante eam aliqui nonnunquam admittebantur ad militiam.* 11. *Inſipientia graviſſima eſt in primo littore ducem ſe ſomno tradere, non ſic poëtæ Heroas ſuos confinxere.* 12. *Providentia ſumme commendatur in duce.* 13. *Inde attentio penetratur Maronis.* 14. *Et Homeri, aliorumque poëtarum.* 15. *J. Paul.* in l. 1. D. de officio præf. vigil. *expenditur* & in l. 3. §. 3. eod. tit. 16. *Et longius conſtitutio* l. fi. C. de officio militar. jud. 17. *Sententia Juſtiniani* in procemio ſuarum inſtitutionum. 18. *Et Ulpiani conſilium* in l. obſervare 4. §. 3. & 4. D. de officio Proconſ. 19. *Vide tamen ſequens Caput, quod hujus appendix eſt.*

1 Claudere librum ſecundum decrevi duobus ſubjectis Capitibus, quæ non deſpero futura lectoribus ſuavia. De ætate militum, de dignitate militiæ claſſicæ & terreſtris, & providentia ducum ſermo noſter erit: indeque promovebimus caſtra ad noſtrum Civile Jus: tota enim noſtra militia litteraria pro illo expeditur, & quaſi in procinctu eſt. Sed ut certo ordine agmen ducatur, tubæ ſignum do à J. Barclaii loco, ſeu arce *Lib.* 1. *Argen.* qui utriuſque partis conflictui campum aperit. Videtur ſane, elegantiſſimum virum temporis, perſonarum, & rerum non obſervaſſe decorem in his verbis, circa principium *Lib.* 1. *Ille inſuetus navigii malis procubuerat in arenam, quærebatque circumactum pelagi erroribus caput ſopore componere.* Conclamare in Barclaium poſſu- 2
mus

mus inuſtam his verbis fortiſſimo viro Arcombroto injuriam, quia inducit inſuetum navigationi, & in primo littore traditum ſomno: unde ille in gynæceo forte educatus vixerat. Qui ergo peragraturum Tinacriam inclyto facinorum animo inducit? Quanto congruentius ſibi, & Arcombroto foret, attollere Principis juvenis gloriam pelagi erroribus, & tempeſtatibus, nobiliſſimis auſis intratæ civitatis, vaſtatæ regionis, duelli, & multifaria bellorum gloria: quibus ſic omnibus glorioſum Æneam ſuum Virgilius repreſentavit Carthaginis Didoni. 1. *Æneid. V.* 600.

——— Coram, quem quæritis, adſum
Troius Æneas, Lybicis ereptus ab undis.
O ſola infandos Trojæ miſerata labores,
Quæ nos, reliquias Danaum, terræque mariſque
Omnibus exhauſtos jam caſibus, omnium egenos,
Urbe, domo ſocias.

Quæ reſcripſit Silius Italicus 2. *de bello Pun. V.* 422.

Has inter ſpecies orbatum claſſe, ſuiſque
Æneam pulſum pelago, dextraque precantem
Cernere erat.

Ex *Lib.* 7. *V.* 475.

Tum pius Æneas terris jactatus, & undis.

Sic Uliſſes apud Homerum 7. *Odiſ.* ſimulatam Minervam alloquitur.

Καὶ γαρ ἐγὼ ξεῖν☉ ταλαπειρι☉ ἐνθα δ' ικανω
Τηλόθεν ἐξ ἀπιας γαίης

Id eſt

Et enim ego hoſpes multa paſſus huc venio
Procul ex longinqua terra.

Et pleniori hiſtoria Alcinoum, ejuſque uxorem paulo inferius. Sic etiam Virgilius 6. *Æneid. V.* 692. ubi Anchiſes glorioſa admiratione recipit beatorum campis ſuum Æneam.

Quas ego te terras, & quanta per æquora vectum
Accipio! quantis jactatum, nate, periclis!

Unde à Seneca hæc laus Caio Cæſari datur in Octavia *Act.* 1. *v.* 37.

——— Paruit liber diu
Oceanus, & recepit invitus rates
En qui Britannis primus impoſuit jugum.
Ignota tantis claſſibus texit freta
Interque gentes barbaras tutus fuit
Et ſæva maria.

De quo incertus poëta.

Ultima ceſſerunt adoperto clauſtra profundo.
Et jam Romano cingimur imperio.
Opponis fruſtra rapidum Germania Rhenum.
Euphrates prodeſt nihil tibi Parthe fugax
Oceanus jam terga dedit.

Claudius Claudian. ſic blanditur Honorio in ejus 4. Conſulatu.

Subdidit Oceanum ſceptris.

Sic Cæſarem adducit Cicero in oratione pro Marco Marcello. *Obtupeſcent poſteri certe imperia, provincias, Rhenum, Oceanum, Nilum, &c.* unde Romana gloria apud Halicarnas. *Romana urbs imperat toti terræ, qua quidem inacceſſa non ſinit, habitaturque ab hominibus, ſed & toti mari imperat, non ſolum huic intra columnas Herculeas, ſed ipſi Oceano quacumque eſt navigabilis.* Lucan. *Lib.* 1. *Pharſal.*

Oceani tumidas remo compeſcuit undas.

Denique quis, præter conſcripta, negabit duces reponere plurimum gloriæ in maris periculoſis er-
4 roribus? Forte id voluit Eudæmon Nicomedienſis in deprecatione ad Antoninum Imperatorem in illis verbis ναυφραγιον ποιησαντες εν τῃ Ιταλια *naufragium in Italia facientes*, in *l. deprecatio* 9. *D. ad l. Rhodiam de jact.* addidit forſan ad commiſerationem, & in honorem periculorum maris, nam alias referre ſufficeret à Cycladenſibus habitatoribus direptos fuiſſe. Hæc merita circumactionis maris, periculorumque ejus, propter bellum acquiſita credimus, & admittimus, ut præſcripta inſinuant exempla, nam ſi piraticiis intenti; & piſcatoriis aliiſque ingloriis operibus pericula ſubierunt ea, quæ inde gloria? Quæ laus? Sane in- 5
de lucem ad Marcellum tranſmittimus *in l.* 2. *D. de capt. & poſtlim. reverſ. Navibus longis* (inquit) *atque onerariis propter belli uſum poſtliminium eſt, non piſcatoriis, aut ſi quis actuarias voluptatis cauſa paraverunt.* Cicer. *in Topicis*, ibi: *Poſtliminio redeunt hæc homo, navis, mulus clitelarius, &c.* Feſtus in verbo *poſtliminium*, conſule Bayſium *de re nav. f. mihi* 134. Cujac. *Lib.* 11. *obſer. Cap.* 22. Gothofred. *ad Cicer. & dict. l.* 2. ſine decore ſane videtur Heros iſte inductus inſuetus navigii malis.

Eſto Arcombrotus viginti trium annorum eſſet, ut Barclaius fere circa finem 5. *Lib.* ſcribit, decor pulchrior illuſtraret ipſum, a prima ætate, &
cognoviſſe Neptuni horrores, & Martis, Clau- 6
dianum attende *de laudib. ſtiliconis* 1. qui his primis blanditiis Stiliconem aggreditur.

——— Veteres actus, primamque juventam
Proſequar
——— Mens ardua ſemper
A puero, teneriſque etiam fulgebat in annis.

Sed præcipue *in tertio Conſulatu Honorii v.* 10. nimius eſt in tribuendo hoc genus gloriæ ſuo Imperatori.

——— Quem primo à limine vitæ
Nutrix aula fovet, ſtrictis quem fulgida telis
Inter laurigeros aluerunt caſtra triumphos.
Ardua privatos neſcit fortuna penates
Et regimen cum luce dedit, cognata poteſtas
Excepit Tyrio venerabile pignus in oſtro.
Luſtravitque tuos Aquilis victricibus ortus.
Miles, & in mediis cunabula præbuit haſtis.

Pondera quanto vates ſe defundat in hac laude, & quam ſe digna canat.

Reptaſti per ſigna puer, Regumque feroces
Exuviæ tibi ludus erant, &c.

Quæ quidem interrumpo, quia longiſſima, non quia injucunda, at peccarem prætermiſſione illorum.

Mox ubi firmaſti recto veſtigia greſſu,
Non tibi deſidias molles, nec marcida luxu
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes,
Sed nova per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires,
Frigora ſæva pati, gravibus non cedere nimbis.
Æſtivum tolerare jubar, tranſnare ſonoras
Torrentum furias, aſcenſu vincere montes,
Planiciem curſu, valles & concava ſaltu,
Nec non in clypeo vigiles perducere noctes,
In galea portare nives, nunc ſpicula cornu
Tendere, nunc glandes Baleari ſpargere funda.

Quibus non contentus poëta repræſentat gloriam eandem in 4. *Conſulat. Verſ.* 151.

—— Ambitur ſignis anguſtior infans,
Senſit adorantes galeas, redditque ferocem
Vagitum lituis.

Non denegavit eam Barclaius Poliarcho ſuo, dum *Lib.* 4. victorem Commindorigis, & bellica puerum appetentem fingit. Statius noſter 3. *Sylvar.* Propemt., Met., Cel.,

Nec novus hoſpes erit, puer hic ſudavit in armis.

Credemus Livio Patavino, hæc de terrore Romanorum ſcribenti, *Lib.* 2. belli Punici? *Sed cum* 7
Annibale prope nato in Prætorio patris fortiſſimi ducis alito, atque educato inter arma, puero quondam milite, vix dum juvene Imperatore, qui inimicitias perferre in Romanos ſacramento ſe adſtrinxit, fere puer, teſte eodem Livio in præfatione *Lib.* 1. *de* bello Punico. *Fama etiam eſt, Annibalem annorum ferme novem pueriliter blandientem patri Amilcari, ut duceretur in Hiſpaniam, cum perfecto Africo bello, exercitum eò trajecturus, ſacrificaret altaribus, admotum tactis ſacris, Jurejurando adactum ſe, cum pri-*

mum poſſet, hoſtem fore Populo Romano; quod non ſemel Italicus celebrat, *Lib.* 2. *V.* 359.

Cum primam tenero vocem proferret ab ore,
Jam bella, & lituos ac flammis urere gentem
Jurabat Phrygiam, atque animo patria arma movebat.

Et *V.* 436.

Parte alia ſupplex infernis Annibal aris,
Arcanum ſtigia libat cum vate cruorem.
Et primo bella Æneadum jurabat ab ævo.

Sic Auguſtum Ovidius laudat 1. de arte Am.

Ultor adeſt, primiſque ducem profitetur in annis,
Bellaque non puero tractat agenda puer.
Parcite natales timide numerare Deorum.
Cæſaribus virtus contigit ante diem;
Ingenium cæleſte ſuis velocius annis
Surgit, & ignavæ fert mala damna moræ.
Parvus erat, manibuſque ſuis Tyriathius angues
Preſit, & in cunis jam Jove dignus erat
Nunc quoque qui puer eſt, tantus tum Bacche fuiſti
Quum timuit thyrſos India victa ſuos.

Sic de Domitiano Martialis *Lib.* 2. *Ep.* 2.

Et puer hoc dignus nomine Cæſar eras.

De Caligula Tacitus refert, quem mitto cum Martiali, & ad eum Raderum plurimis in locis.

8 Hæc autem, tanquam certo limite, nos ducunt ad Modeſtinum *in l.* 8. §. 7. *D. de excuſationib. tut.* verba ſunt. Ἤδη δὲ καὶ στρατιώτῃ ἀφήλικι κουράτωρ δοθήσεται, i. (ſecundum vulgarem) *jam vero, & militi impuberi curator dabitur*, unde inferunt Interpretes, impuberes milites extitiſſe; ſic Accurſ. Bart. & alii quos refert Tiraq. *de nobil. C.* 6. *num.* 27. & 28. Lælius Taurel. *de militiis ex caſu f. m.* 355. Fran. Connan. *Lib.* 9. *com. C.* 5. *n.* 4. ſed A. Auguſt. *ad Modeſtinum de excuſat. tut.* primus diſſenſit, legit & vertit, *jam vero militi minori veteranus curator dabitur*, ita ut Modeſtinus non loquatur de impubere, ſed de minore viginti quinque annis, quem poſtea ſecuti fuerunt J. Pacius, Ruſſard. D. Gothofred. *ad Pandectas in notis ad hanc legem*, nec diffitetur Tiraq. *dict. Cap.* 6. nec ego: verba enim Græca expreſſa ſunt τὸ enim ἀφήλικος intelligo *adoleſcentis*, & τὸ κουράτωρ dubitationem non recipit, cum curator, non impuberi, ſed puberi detur. Undè antiqui decepti vulgari verſione ſe iocruciant difficultate hujus loci, quatenus impuberi curator detur. Sed quamvis Auguſtini verſio certa veraque ſit, temeritatis ſeu magis ignorantiæ arguetur ille, qui denegare auſus fuerit antiquos impu-

9 beres militaſſe, & tribunatum geſſiſſe: præſcriptæ Antiquorum autoritates indubitanter demonſtrant, quibus addo Juſtiniani conſtitutionem *in l. fin. C. de teſtament. milit.* in qua refert Imperator legibus antiquis licuiſſe tribunatum militarem numerorum pupillis obtinere, quod reſpexit C. Plin. *Lib.* 8. *Epiſt.* in verbis ſtatim expendendis, & in Adriano Spartianus, *nec Tribunum niſi plena barba faceret, aut ejus ætatis, quæ prudentia, & annis tribunatus robur impleret*, F. Vopiſc. in Probo *Adoleſcens Probus corporis moribus tam clarus eſt factus, ut Valeriani judicio tribunatum prope imberbis acciperet.* Undè Valerianus intra ſe excuſat, quod eum tribunum elegerit, *Miraris fortaſſe, quod ego imberbem tribunum fecerim contra conſtitutum D. Adriani*: non omiſit hanc laudem cultiſſimus C. Plinius in ſuo pereleganti panegyrico ad Trajanum. *Tribunus vero disjunctiſſimas terras, teneris adhuc annis, viri firmitate luſtraſti*, optime Flavius Vegetius *Lib.* 1. *de re militar. Cap.* 4. ibi: *Et quidem ſi antiqua conſuetudo ſervanda eſt incipientem pubertatem ad delectum cogendam nullus ignorat, non enim tantum celerius, ſed etiam perfectius imbibuntur, quæ diſcuntur a pueris, &c.* conducit T. Livius *Lib.* 35. *& ſi qui roboris ſatis afferenda arma habere viderentur, etiamſi nondum militari ætate eſſent milites facerent.* Idem *Lib.* 22. in quo Dictator, & Magiſter equitum *delectu edicto, juniores annis* 17. *& quoſdam prætextatos ſcribunt*, & antea *Lib.* 34. Sane ſic anxia neceſſitas transgreſſor legis, aut gratia Imperatorum, ſeu puerorum nobilitas, & animus diſponebat. Sed quid fatigamur, cum ea puerilis militia aperte à Theodoſio, & aliis Cæſaribus agnita ſit *in l. quicumque* 14. *C. Theod. de re militar. quicumque infantes, vel pueri militare cœperunt ſterni eos inter ultimos juſſimus*, &c. præterire non poſſum Halicarnas. verba, *Lib.* 4. *antiq. Rom.* de Tullio, *dum adhuc eſſet puer in prima expeditione, quam Tarquinius contra Etruſcos fecerat, in equitum ordine collocatus ita egregie dimicaſſe judicatus eſt, ut ſtatim valde celebris evaſerit*, &c. veritatem iſtam agnoſcunt Cuj. *Lib.* 17. *obſer. C.* 36. J. Corraſius *Lib.* 5. *Miſcell. Jur. Cap.* 22. Tiraq. cum aliis *d. Cap.* 6. *de nobilit.* Jacob. RæVard. *Lib.* 4. *variar. Cap.* 8. A. Auguſtio. & Lælius Taurel. *ubi ſup.* Marcell. Donat. *in Dilucidat. ad Sueton. in Cæſar. C.* 5. God. Stewechius *ad dict. Cap. Vegetii* 4. Salmaſius *ad Spartian. in Adriano*, D. Gothofred. *dict. l. fin.* Fran. Connan. *d. Lib.* 9. *com. Cap.* 5. *num.* 4. Jacob. Guther. *de officiis dom. Auguſt. Lib.* 3. *Cap.* 10. optime, & erudité D. Franciſc. de Amaya ad *l.* 1. *C. ſi ſervus, aut libert, à numer.* 34. quæ ergo iſta incogitantia Barclaii juvenem trium & viginti annorum inducentis rudem bellorum, martiumque, cum pueri adhuc mererent ſub ſignis, & ærumnas paterentur militares.

Sane ſi iſta rei infrequentiori attribuerint ali- 10
qui, ſciant militiæ legitimam ætatem decem & ſeptem annis aſſignatam fuiſſe, uti noſter eruditus Amay. *dict. l.* 1. ex Plutarcho, Roſino, Govean., Lipſio, Stewechio, Vegetio, probat, Marcellus Donat. *dilucidat ad Sueton. in Auguſt. Cap.* 38. P. Faber. *Lib.* 3. *Agoniſt. Cap.* 18. ad quod expreſſus eſt Livius *dict. Lib.* 21. in verbis datis, congruit Vopiſcus *in Probo*, ſi ergo omnibus hominibus hoc ad militiæ tempus lege ſancitum fuit, uni ne Archombroto non licuit Heroi, & fortiſſimo ex Barclaii judicio honos iſte? Quid magis? Nulla ætas ab infantia in nobiliſſimis, inclytiſque adoleſcentibus libera fuit diſciplinæ militaris: infantia ſeu impubertas jam ex præſcriptis longe patet: puberes milites, & tribunos, antequam 11
17. annum attingerent, extitiſſe diſces *ex l. ſi Ruſinus* 4. *C. de teſtam. milit.* Sueton. *in Auguſt. Cap.* 38. Valer. Maxim. *Lib.* 5. *Cap.* 6. §. 7. cui ætati forte verius aptabimus Livium *Lib.* 25. & 22. *A.* 17. annis leges jubebant, ut dixi: audi, & cenſe hujus tam prœmaturæ militiæ cauſam ex elegantiſſimo C. Plinio *Lib.* 8. *Epiſt.* 14. ad Ariſton. *erat autem antiquitus inſtitutum, ut à majoribus natu, non auribus modo, verum etiam oculis diſceremus, quæ facienda mox ipſi, ac per vices quaſdam tradenda minoribus haberemus. Inde adoleſcentuli ſtatim caſtrenſibus ſtipendiis imbuebantur, ut imperare parendo, duces agere, dum ſequuntur aſſueſcerent.* Quæ cuncta convincunt valde ſupinitatem Barclaii in efformando Archombroto ſuo.

Sed non injuria ſolum autoris circa iſta cenſura fuit in Archombroto, ſed dedecus longe gravius, & peccatum fingere Heroem iſtum inerti ſomno traditum, ſimulac littoris arenam calcavit. Quam circumſpectus Maro, 1. *Æneid.* v. 310. circa ſuum Æneam gravatum, & inſomnem periculo mortis, & ſuorum curis, hæc canit.

At pius Æneas per noctem plurima volvens,
Ut primum lux alma data eſt, exire, locoſque
Explorare novos, quas vento acceſſerit oras;
Qui teneant (nam inculta videt) homines ne, feræne,
Quærere conſtituit; ſociiſque exacta referre.

Et

Et infra eadem cura, & præcautione.

—— Ipſe uno graditur comitatus Achate,
Bina manu lato criſpans haſtilia ferro.

O merito reliquiarum Troyæ ductor! tu primus comitatus unico amico ſimulac radiavit Aurora, exploras terram, & quæ inhabitet gens in ea: quod exequi Archombrotus debebat, cum tuoc primum Siciliam attigiſſet, ut ipſe paulo inferius Timocleæ affirmat. *Ego* (inquit) *ò matrona modo in Siciliam veni, liceat hactenus homini extero nomen Poliarchi ignoraſſe.* Præcipue, *cum ſylva eſſent in conſpectu, raris quidem, ſed in ingens ſpatium effuſis arboribus, ſubter quas tumuli fruticum, dumorumque caligine, velut ad inſidias ſurrexerant,* ut ipſe Barclaius in principio ſuæ Argenidis deſcribit: & ſi ita ad ſcelera à natura diſpoſita ſylva erat, qua ſecuritate quieti procumbit Archombrotus, nullo ſpeculato periculo? Simile argumentum ad ſpeculationem traxit Æneam *ubi ſup.* ibi.

——— Nam inculta videt,

Ut ibi præſenſit Servius. *Jure dubitat, nam cernit inculta.* Nec judicium Ariſtippi diſſimile fuit, quod Vitruvius præfixit *Lib. 6. præfationi*, his verbis. *Ariſtippus Philoſophus Socraticus naufragio cum ejectus ad Rhodienſium littus, animadvertiſſet geometrica ſchemata deſcripta, exclamaviſſe ad comites, ita dicitur, bene ſperemus, hominum enim veſtigia video.* Si ergo Archombrotus in conſpectu ſilvam vidit horrore plenam, cur tam cito bene ſperavit, nullo veſtigio pacis viſo? me politicorum locis exonero, quibus proſequuntur ſtertentes duces: exemplis (Jure teſte Sueton. in Aug. *Cap.*
13 89.) metiamur rem, & doctrinis. Et in iſtis: primo commendanda eſt in duce providentia, nam ut inquit T. Livius *Lib. 22. Nullo loco niſi quantum neceſſitas cogat, commiſſuros ſe fortunæ, ſpernendi enim, ferociter omnia, ac præpopere agentes,* ut ex eo refert J. Lipſ. *Lib. 5. Civil. doctrin. Cap. 15.* & ſecuritas fugienda: nam ut Velleius 2. ait, *nemo celerius opprimitur, quam qui nihil timet, & frequentiſſimum initium calamitatis ſecuritas:* & inquirendum in omnia, ut Livius *dict. Lib.* 22. docet. *Tuum & hoſtium exercitum, locorum ſitum, naturam regionis noſce,* propter quæ prætermittuntur antecurſores. Et exemplis ex infinitis ſeligam aliqua: & primo reſpice Æneam, & ejus ſocios 1.
14 *Æneidos* Verſ. 184. ille (quamvis conflictus Junonis repoſita ira non dormit,

——— Scopulum interea conſcendit; & omnem
Proſpectum late pelago petit, Anthea ſi qua
Jactatum vento videat, Phrygiasque biremes,
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caïci.

Illi (quamquam languidi marinis aquis)

Et ſale tabentes artu in littore ponunt.

Emphatice τὸ *ponunt*, non procumbunt, non dormiunt, & quamvis ea requies deberetur corporibus, modeſtiſſime ſignificavit Maro. Non diſſimilis eſt Prudentius in præfatione contra Symachum.

Ad portum fluit an cimba relabitur,
Exponitque ſolo littoris ubidi
Contractos pluvio frigore remiges,
Tunc de littoricis ſepibus algidi
Arentum propere brachia palmitum
Convectant rapidos unde focos ſtruant.

Similem vigilantiam Imperatoriam excipio à *Lib. 6. Æneidoſ, Verſ. 5.* dum Euboïcis Cumarum Æneas allabitur oris.

——— Juvenum manus emicat ardens
Littus in Heſperium: quærit pars ſemina flammæ
Abſtruſa in venis ſilicis; pars denſa ferarum
Tecta rapit, ſylvas, inventaque flumina monſtrat.

Ipſe vero Æneas.

——— Arces, quibus altus Apollo
Præſidet, horrendæque procul ſecreta Sybillæ
Antrum immane petit.

Argonautæ apud V. Flaccum, *Lib. 2. Verſ.* 447.

Deſiliunt: pars hinc levibus candentia velis
Caſtra levat tracto pars, frangit adorea ſaxo
Farra: citum ſtrictus alnis de cautibus ignem
Oſtendit foliis, & ſulphure paſcit amico.

Sed quid duces eorum.

Alcides, Telamonque comes, dum littora blando
Anfractu ſinuoſa legunt, vox attigit aures,
Flebile ſuccedens, cum fracta remurmurat unda.
Attoniti preſſere gradum, vacuumque ſequuntur
Vocis iter.

Ex Trojani *Lib. 7. Æneid.* apud Maronem.

Poſtera cum prima luſtrarat lampade terras.
Orta dies, urbem, & fines, & littora gentis
Diverſi explorant: hæc fontis ſtagna Numici,
Hunc Tyberim fluvium: hic fortes habitare Latinos.

Ulyſſes apud Homerum *Odiſ. 5. V.* 472. ex ſylva in conſpectu poſita ita pertimuit.

Θαμνοῖς ἐν πυκινοῖσι καταδράθω εἴ με μεθείη
Ῥῖγος καὶ κάματος, γλυκερὸς δέ μοι ὕπνος ἐπέλθῃ,
Δείδω μὴ θήρεσσιν ἕλωρ καὶ κύρμα γένωμαι.
Ὡς ἄρα οἱ φρονέοντι δοάσσατο κέρδιον εἶναι.

Id eſt.

Si vero ad clivum conſcendens, & umbroſam ſylvam,
Arbuſtis in denſis dormiero, etiamſi remiſerit
Frigus, & laſſitudo jucundusque mi ſomnus irrepat,
Vereor, ne feris laceratio, & præda fiam.

Et ut idem Homerus in ultimis ejuſdem libri car- 15
minibus canit, inducit Palladem in oculis Ulyſſis fundentem ſomnum: ut numinis vi, & poteſtate dormiret, qui providentia ſua quieſcere non debebat, licet nudus, & jactatus, ſine comparatione magis, quam Arcombrotus noſter. Et *Odiſ. 9. Verſ.* 88. cum idem Ulyſſes adportaverit Lothophagos, poſtquam apud naves cibum guſtavit cum ſociis, & potum, ſocios præmiſit, ut recognoſcerent terram.

Δὴ τότ' ἐγὼν ἑτάρους, προΐην πεύθεσθαι, ἰόντας.
Ἄνδρε δύω κρίνας, τρίτατον κήρυχ' ἅμ' ὀπάσσας.
Οἵ τινες ἀνέρες εἶεν ἐπὶ χθονὶ σῖτον ἔδοντες.

Id eſt.

Certe tum ego ſocios præmiſi, ut eundo audirent.
Viris duobus ſelectis (quibus) *tertium præconem ſimul adjunxi.*
Quinam viri eſſent in terra illa viventes.

Et cum ad Leſtrigones idem advenerit *Odiſ.* 10. *V.* 97. animadverte, quam præcaute conſcendit ſpeculam, ex qua arbitrabatur, an virorum, ſeu boum opera apparerent, ſed providenter *infra V.* 145. cum ad Circem devenit.

Καὶ τότ' ἐγὼν ἐμὸν ἔγχος ἑλὼν καὶ φάσγανον ὀξὺ.
Καρπαλίμως παρὰ νηὸς ἀνήϊον ἐς περιωπήν.
Εἴ πως ἔργα ἴδοιμι βροτῶν ἐνοπήν τε πυθοίμην.

Id eſt.

Tum ego meam haſtam capiens, & gladium acutum
Celeriter à nave receſſi in ſpeculam,
Sic ubi opera viderem mortalium, vocemque audirem.

Quam Ulyſſis curam celebrat Maximus Tyrius in
ſermonib. ibi: *Ipſe quidem Ulyſſes, cum ad ignotam* 16
terram acceſſiſſet, in ſpeculam aſcendens, incolentium mores ſcrutabatur.

Num fera gens, nullaſque unquam mollita per artes
Juſtitiamve colunt & ſancti Jura verentur
Hoſpitii, ac numen cæleſtum mente capeſcunt.

Unde Paul. *in l. 1. D. de offic. præf. Vigilum* refert, Auguſtum curam ſumpſiſſe Vigilum, id eſt incendia avertendi, & tradunt Sueton. *C.* 30. & Dio. *Lib. 55. Nam ſalutem Reipublicæ tueri* (inquit idem Conſultus *in l. 3. eod. tit.*) *nulli magis credidit convenire: nec alium ſufficere ei res, quam Cæſarem; itaque ſeptem cohortes opportunis locis conſtituit, ut binas regiones urbis unaquæque cohors tueatur, præpoſitis eis tribunis, & ſuper omnes ſpectabili viro qui præfectus Vigilum appellatur.* Sic ergo Vigiliarum

munus ipſe Cæſar ſibi impoſuit, & merito, nam qui Princeps eſt, pro commendata tutela populi invigilare debet, & vigiliarum munus ſuſcipere, ſic politici paſſim commendant. Sic Præfectus Vigilum (ex ſententia Pauli *d. l.* 3. §. *ſciendum* 3.) per totam noctem vigilare debet, & coerrare calciatus per totam urbem: expende verbum *coerrare*, ut intelligas curam, & vigilantiam Præfecti; ſcilicet quod omnes urbis regiones, vicos ſcrutetur, circumſpiciat, hinc inde errando (ſic ſane fecerunt duces iſti in non tutas provincias appellentes) ut bene deſcripſit Juſtinianus Novell. 13. in præfatione. ἡ μὲν γὰρ πάτριος ἡμῶν φωνὴ præfectos vigilium αὐτοὺς ἐκάλεσε, τῷ τῶν ἀγρυπνούντων καὶ μηδὲν ἐκ φροντίδος καταλιμπανόντων τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀρχῇ ταύτῃ ἐπιστῆσαι. *Patriæ enim noſtræ vox præfectos ſit Vigilium appellavit, vigilantibus, & nihil imperſcrutatum relinquentibus hominibus, hoc cinguli præponens*, bene quidem: in *Cap. ſunt qui* 56. *de pænitent. diſt.* 1. *Somno ipſi minus indulgendum, quam natura poſtulat.* quæ ex ante dictis ſententia illuſtratur, cum apud illos poëtas ex decore militum plebs inducatur jacens: Duces autem & Imperatores eorum vigilantes, indagantes ſylvas, rupeſque aſcendentes: ſic exequi Arcombrotus, faceréque debebat, quamvis nautæ, ſeu ſervi ejus in
17 prima jacerent arena. Diſſimilis ſane providentia eſt Imperatorum circa duces, & limitaneos *in l. fin. C. de officio militarium judicum*, lege verba. *Duces militum, præcipue quibus gentes, quæ maxime cavendæ ſunt, appropinquant, in ipſis limitibus commorari, & milites ad proprium redigere numerum, imminentibus Magiſteriis poteſtatibus, diuturniſque eorum exercitationibus inhærere præcipimus: caſtrorum quin etiam refectionis, luſtrationiſque curam habeant*, &c. expende curam limitaneorum ducum præcipue circa gentes ſuſpectas, & cavendas: conſtitutione iſta in limitibus, caſtellis, burgis ſeu clauſuris ipſimet reſidere debent: officia & cura eorum verſabuntur, in redigendis ad numerum militibus, compellendiſque Magiſteriis poteſtatibus, & ſic milites non pallantes, non extranumeros, more antiquo militari, exercitationes, ludoſque militares committant, ne otio inerti dediti dediſcant labores bellicos, & ignavia effœminentur: ultra duces reficiant caſtra ad militum defenſionem, luſtrentque exercitum, viſaque requirant, quæ emendanda, & ſupplenda neceſſario ſentiant, uti docte explicuit noſter D. Franciſcus de Amay. *in l.* 1. *C. de fund. limitroph. à num.* 27. cujus commentarium inſervit. *in l.* 5. *C. de Annon.* (cum longe aliter Cujac., Caſaubon, & alii explicent.) Hæc ſane præcautio digna eſt quocumque duce, aut exteram ſuſpectamque provinciam ingrediente, aut in ejus limitibus caſtra metante, ut Heroes numerati fecerunt, aut cum decore eos inſtruxerunt poëtæ. Adjunge his *l.* 2. *C. de officio Præf. Præt. Africæ.*

Hæc autem, quæ à magnis Poëtis conquiſivimus in exempla, ſufficiant, qualiter peregrinus regiones exteras ingrediens, ſibi præcavere debeat, ſecus ſane omnes, quam Barclaius, qui ut primam arenam tetigit ejus Heros, ſtatim ſe ſomno commendavit, ſane laudabo ſemper noſtri Juſtiniani divinam ſententiam in §. 1. *ſuarum proœ-* 18
mii inſtitutionum tractantis, quantum arma & leges Imperatoriam Majeſtatem decerent, ſubjicit tanto Imperatore digna verba. *Quorum utramque viam cum ſummis vigiliis ſummaque providentia annuente Deo perfecimus*, vigilias, & providentiam graviſſimus Imperator conjunxit, quibus duabus cuncta iſta humana gubernantur, ſed quantum illa, *annuente Deo*, digna ingentiſſimi Imperatoris γνώμη, & litterarum æternitatis aurearum, quam in ſuis conſtitutionibus paſſim dat. Sed utrumque omiſit Barclaius, qui nec ornavit ſuum ducem vigiliis, cum ſomno dederit, nec providentia cum ſylvam in conſpectu horribilem inveſtigare deberet. Neſcio quid neceſſitudinis habet Ulpian.
Conſilium, ſeu reſpon. *in l. obſervare* 4. §. 3. & 4. 19
D. de offic. Proconſulis, quo conſulit ſeu diſponit, Proconſulem antequam ingrediatur provinciam, edictum de adventu ſuo debere præmittere, tam provincialibus, quam deceſſori ſuo ſignificans, qua die fines provinciæ ingreſſurus ſit, *plerumque enim incerta hæc, & inopinata turbant provinciales, & actus impediunt*, verba Conſulti ſunt: ſi hæc ita in pacata, ſubjectaque provincia præcaventur juxta Proconſulem, gladii poteſtate ingredientem in eam, quanto magis in peregrino, & extero, nulla autoritate ignotam provinciam intrante, omnis diligentia, cunctaque præcautio prævideri, & præmitti debebit? vide tamen *C. ſequens.*

C A P. XII.

In quo de re militari, & dignitate militiarum agitur, ex ductu Capitis præcedentis: defenditur, & illuſtratur J. Barclaius à num. 1. *cum ſeqq. Liberum judicium autoris.* 2. *Maris pericula præcaventur, & timuerunt in filiis matres, & alii in ſuis.* 3 *Ratio nautici fœnoris in Jure.* 4. *Expenditur Modeſtin.* in l. 3. D. de nautico fœnore. 5. *Bellica virtus major elucet in terræ periculis.* 6. *Indecorum non fuit Hyannisbi, non commendare putativum filium periculis maris.* 7. *Apte infertur Ulpian. reſponſum* in l. quod & lex 3. §. ſi eum 4. D. de homin. lib. exhib. 8. *In eo vulgaris lectio defenditur.* 9. Genuina pietas *quid apud Ulpianum ibi.* 10. *Expenditur* l. qui cum uno §. examinantur 17. D de re milit. 11. *Benevoli animi retraxerunt à periculis dilectos.* 12. *Nobiles juvenes ſapienter ad aulas Regias mittuntur, ut conſortio fortiſſimorum virorum fruantur, à n.* 12. *Ad idque optimus Homeri locus conſideratur, & aliorum.* 13. *Militia nautica apud antiquos vileſcebat.* 14. *Inferioris cenſus milites ad nauticum uſum.* 15 *Honoratior militia terreſtris.* 16. *Inde explicatur Suetonius.* 17. *Interpretatur Salluſtius.* 18. *A claſſiaria militia dabatur gradus ad terreſtrem.* 19. *Indignitas claſſicæ militiæ.* 20. *Claſſes ad militiam deſignatæ à Servio.* 21. *Expenditur T. Livius.* 22. *Plautus illuſtratur.* 23. *Apud Græcos vilipendium claſſicorum militum.* 24. *Ex his exornatur, & explicatur* l. unica, C. de claſſicis, Lib. 11. 25. *Incenſiti qui.* 26.
Iſti

Iſti & libertini legebantur ad claſſicam militiam. 27. *Miniſteria aliqua eorum tanguntur.* 28. *Probatur emendatio* in l. tyronum. 6. C. Theodoſian. de commeat. 29. *Subtiliter interpretatur Statius.* 30. *Et Demoſthenes.* 31. *Vilia claſſiariorum miniſteria plura dantur.* 32. *Cauſæ expenduntur vilitatis claſſiariæ.* 33. *Conditio militum reproba.* 34. *In navali pugna majorem partem victoriæ fortuna obtinet.* 35. *Acute mens Virgilii penetratur.* 36. *Vile & abjectum habitum fuit inter undas mori.* 37. *Explicatur Feſtus.* 38. *Scribæ navales intenti rapinis, vileſcebant.* 39. *Adhuc Barclaius defenditur in ſomnio Arcombroti.* 40. *Eximius pro eo Virgilii locus expenditur.* 41. *Et alius Homeri & Nonni.* 42. *Conſideratio in Virgilio.* 43. *Somnium in primo littore licet militibus afflictis.* 44. *Secus ſi in barbaras applicent nationes.* 45. *Miles qui ab excubatione deſiſtit, quando pro deſertore habeatur, in quo illuſtratur* l. §. ſi Præſidis 6. D. de re milit. (*cui lectio adſtruitur adverſus vulgarem*) & l. 10. D. eod. 46. *Secus ſiſtans, pilo, & ſcuti margine niteretur ad aliquale levamen.* 47. *Expenditur D. Hyeronimi ſententia* in Cap. non mediocriter 24. de conſecratione, diſt. 5. *In moderamine habendo ſomnii.* 48. *Attentio Barclaii commendatur in quiete, & ſomnio ſui Principis.* 49. & 50. *Verbum* Compono *ſolemniſſimum ad tempeſtates, & aquatiles res.* 51. *Conjectura in imitatione Barclaii.* 52.

SIC occaſione Joann. Barclaii ætatem militarem deſignavimus, providentiam commendavimus ducum: & omnia cum fructu noſtri Civilis Juris, quod illuſtrabimus in partibus minus prævíſis, minuſque ab Interpretibus animadverſis.
1 Sic Capite iſto ejuſdem Barclaii locum eundem retinens, dum ejus defenſionem proferimus, tractabimus militiarum dignitatem, vilitatemque claſſicæ, & miniſteria, aliaque ſimilia, quibus prælucebimus noſtro Juri, & elegantiſſimi hominis tuitionem dabimus. Cum enim perlegerem illum, inter plura quæ digna notatu habui, præcenſui locum iſtum animadverſione dignum, tam propter antiquitatem, quam cum illo peragrare poteramus, quam quia criticos aliquos notare in illo hominem, ſi bene memini, recordor.

Sic mehercle in Joann. Barclaium Capite præcedenti cenſuimus, acri judicio, & uſque ad filum librata trutina, ſi nec inſuctum navigii malis, nec ſomno traditum dediſſe Barclaium, ego ſane
2 ſic in Siciliam inſerrem. Sed adhuc ſi perpendimus hiſtoriam, nativitatem juvenis, ſucceſſus ejus, & autoris verba, defenſionem juſtam legitimam, non mehercle tractam habet poëta iſte, & cum
3 decenti decore tractaſſe omnia. Fateamur Archombrotum inſuetum navigationis laboribus fuiſſe, quia forte Hyanisbe ſuppoſita ejus mater, & quæ quaſi in depoſitum filium habebat, marinis periculis potuit eſſe intentior, ut altera Alcyone apud Ovidium *Lib.* 11. Metamorph.

At (puto) per terras iter eſt, tantumque dolebo;
Non etiam metuam;· curæque timore carebunt.
Æquora me terrent; & ponti triſtis imago.
Et laceras nuper tabulas in litore vidi;
Et ſæpe in tumulis ſine corpore nomina legi.

Quo reſpectu Valerius Flaccus 1. *Argonaut V.* 414.

Nec timet Ancæum genitrix committere ponto
Plena tulit quem Rege maris, ſecurus in æquor
Haud minus Erginus, proles Neptunia, fertur
Qui maris inſidias, claræque ſidera noctis
Norit, & e clauſis, quem deſtinet Æolus antris,
Non metuat, cui regna ratis, cui tradere cœlum
Aſſidua Thiphys vultum laſſatus ab Arcto.

Sic antea idem Poëta, *eod. Lib.* 1. *V.* 37.

Ira maris, vaſtique placent diſcrimina ponti.

Undè Euryclea apud Homerum *Odyſſ.* 2. *V.* 369. detinet Telemachum, in animo inducentem quærere patrem his verbis.

Ἀλλὰ μέν' αὖθ' ἐπὶ σοῖσι καθήμενος· οὐδέ τι σε χρὴ
Πόντον ἐπ' ἀτρύγετον κακὰ πάσχειν

Ideſt.

Sed mane hic in tuis bonis ſedens: neutiquam te oportet
Per Pontum indomitum mala pati.

Statius Papinius *Lib.* 3. *Silvar.* Propenticon Mitii Celeris.

Dii quibus audaces amor eſt, ſervare carinas,
Sævaque ventoſi mulcere pericula ponti.
Sternite molle fretum, &c.

Et per integram Sylvam optime Seneca in Medea *V.* 301.

Audax nimium, qui freta primus
Rate tam fragili perfide cupis,
Terraſque ſuas poſt terga videns
Animam levibus credidit auris
Dubioque ſecans æquora curſu
Potuit tenui fidere ligno,
Inter vitæ mortiſque vias
Nimium gracili limite ducto.

Et optime etiam *in Hercule furente, V.* 151. Et ſequentibus carminibus per integrum chorum, bene Juvenalis.

I Nunc, & ventis animam committe:

Plura Barthius *Lib.* 17. *adverſ. C.* 9. plura Paræus *in electis Plautin.* verb. *navis, f. m.* 452. Paſſim omnes debito horrore pericula maris proſequuntur. Hinc in Jure noſtro nautici fœnoris ratio 4
deſcendit, quod maris pericula ſuſtineat, & tolleret creditor, ut diſces *ex l.* 1. 3. 4. 5. *D. de naut. fænor. l. fin. C. eod.* unde *in l.* 2. *ejuſdem tit.* ſolitum periculum ſcribitur: *Nec incertum periculum,* 5
quod ex navigatione maris metui ſolet, ſed optime Modeſtinus *dict. l.* 3. aut definit, aut deſcribit nauticum fœnus in his verbis: *In nautica pecunia, ex ea die periculum ſpectat creditorem* (bene, nec cum Haloand. reponendum eſt, *ad creditorem*, nec cum Ruſſardo) *ex quo navem navigare conveniat:* ſtatim namque quo navis ſiſa fuit aquis, ſurrexit, ſi non tempeſtas, periculum. Hyanisbe ergo cum ſub tutela Arcombrotum tenuiſſet, marium ſolitis malis cauta fidere noluit, & non debuit, alumnum.

Sed quamvis placidum æquor eſſet, nullo horrendum periculo, non eo quia Heros iſte maria non tranſnaverit, non potuit terra præclariſſima facta patrare, ſine gloria navigationis, & nautici belli? non patet frequentius terra Mars? ſi quidem 6
propter ipſam omnem bellum: intrantur, oppugnantur, & propugnantur urbes, regna debellantur, & denique terra omne virtutis genus exerceri poteſt. Unde Sibylla ad Æneam 6. *Æneid. V.* 84.

O tandem magnis pelagi defuncte periclis,
Sed terra graviora manent:

Ad quem modum ſcripſit noſter Pomponius *in l.* 2. §. 18. *Populo deinde aucto, cum crebra orirentur bella, & quædam acriora à finitimis inferrentur, D. de origin. Jur.*

Ex quibus liquet, non legitime inferri in gynæceo Arcombrotum vixiſſe, quod non iras Neptuni ſuſtinuerit, nam aliàs periiſſent nullo honore condigna tantorum virorum immortalia facta. Argonautæ antequam rudibus remis ſollicitaſſent primi aquas, divinos honores ſuis factis non adepti? à cunis Hercules fuit Hercules. Theſeus juvenis implevit Græciam ſuo nomine, nec infecit illud, quod matri ejus pernegaverit non marino itinere, ſed terreſtri perventurum Athenas, ſic Plutarch. in ejus vita, latine tamen, *ſic Æthra deduxit ad lapidem, atque ibi illum de ſuo ortu certiorem fecit, juſſitque paterna ſigna ſubducere, & iis acceptis, Athenas navigare, at ille lapidem quidem, cum ſubiſſet, facile repulit, navigaturum vero ſe pernegavit*: id enim quia glorioſius terreſtre iter putabat ſibi fore, cum latrociniis infeſta itinera eſſent. Sic etiam Jaſon, antequam Argonavi irrupiſſet maria, clarus ſua virtute erat, unde Flaccus 1. *Arg.*

Tu cui jam curæque vigent, animique viriles,
I decus, & pecoris Nephilei vellera Graja
Redde tholo.

7 Et ſic Arcombrotus noſter, quamvis nullum ſecaſſet mare, virtute ſua celeberrima facta aggredi, & perficere potuiſſet. Et ſi pendatur res ſincere, æquiſſimum fuit, ſuppoſitam matrem Hyanisbem, non permiſiſſe Principi cæca maris pericula tentaſſe, ut enim refert Barclaius *Lib.* 5. *in fin.* Arcombrotus filius erat Meleandri Trinacriæ Regis, furtivo amore ſuſceptus ex Anna ſorore Hyanisbis, quem mater in puerperio moriens Reginæ ſorori commendaverat, in qua tutela, uſque dum Siciliam pervenit, vixit: quod ergo mirum, ſi Regina filium ſororis ſuæ, Mauritaniæ, & Siciliæ Regem arctiori cuſtodia, & diligentiori tutela à frequentiſſimis maris periculis arcuiſſet, donec agnoſceretur à patre, & avito ſolio ſederet reſtitutus, quo ignoſcebatur ſpoliatus adhuc? & ſic ipſa depoſiti fidem ſervabat ſorori, & Meleandrum non fraudabat filio, & ſuo Mauritaniam, & Siciliam Principe, quæ omnia certiſſimo exitio defleri poterant, ſi private educaretur Arcombrotus, & ut privatus totus fortunæ voluntati traderetur. Inde eſt, quod Arcombrotus Poliarcho fateatur *Lib.* 1. ſuum in Siciliam curſum fuiſſe, ut conſortio fortium virorum frueretur, quos apud Regem vivere fama vulgaverat: & Hyanisbe ad Meleandrum *Lib. ultimo*, ſcribit, ſuum Arcombrotum ad ipſum mittere, ut in rudimentum regnandi ad ipſum profectus animum ſuum formaret ex ſuo. Retinuerat ergo pupillariter generoſum Arcombroti animum Hyanisbe à periculis, ſeu bellorum, ſeu maris. Idque ſane genuina pietas Hyanisbe potuit efficere, ut prudenter Ulpianus noſter conſideravit *in l. quod & lex* 3. §.
8 *ſi eam* 4. *D. de homine libero exhibend. Si eum* (inquit) *quis retineat filium quem non habet in poteſtate, plerumque ſine dolo malo facere videbitur. Pietas enim genuina efficit, ſine dolo malo retineri*: genuina ergo pietas Reginæ filium putativum, licet in poteſtate non haberet, efficere valebat, quod ſecum retineret, nec commendaret periculis privatorum: quis ergo dolus in Regina, materno amore retinente Heroem? quæ infamis ignavia in iſto, reverentia materna cohibito? cum nativa pietas excuſet patrem ab interdicto Prætorio, cohibentem filium, licet ab ejus ſacris exem-
9 ptum. Et ut in tranſitu moneam, vulgaris lectio in Ulpiano placet, *genuina pietas*, ut defendit Alciatus *Lib.* 10. *Parerg. Cap.* 20. Calvin. *in lexico* verbo, *genuina*, cum aliis Lexicographis, agnoſcunt Gothofred., Ruffardus *dict.* §. 4. & Pandectæ Florentinæ, & Noricæ. Sed ultra omnes autoritates, firmat lectionem apud me autoritas Baſiliconis *Lib.* 60. *tit.* 17. in his verbis Latinis (nondum Græca vidi) *quamvis filium meum emancipatum retineam, non teneor propter genuinam pietatem, niſi evidens appareat dolus* (explicat ergo Baſiliconis liber Ulp. de filio emancipato loqui). Hoc ſenſu 10
Taurus Athenienſis philoſophus apud A. Gellium *Lib.* 2. *Noct. Atticar. Cap.* 2. expreſſit, & explicavit nomen *genuinum*, ſic. *In publicis locis, atque muneribus, atque actionibus patrium Jura, cum filiorum, qui in Magiſtratu ſunt, poteſtatibus collata interquieſcere paululum, & connivere, ſed cum extra Rempublicam in domeſtica re, atque vita ſedeatur, ambuletur, in convivio quoque familiari diſcumbatur, tum inter filium magiſtratum, & patrem privatum publicos honores ceſſare, naturales, & genuinos exoriri.* Genuina ergo pietas apud Ulpian. idem eſt, quod inſita, & naturalis. Non ergo cum gloſſatore reponendum eſt *genuina pietas.* Redeo ad inſtitutam viam, & adjicio Arrii Menandri inſignem ſententiam *in l. qui cum uno* 4. §. *examinantur* 15. *D. de re milit.* Tractat Conſultus de juſtis cauſis eman- 11
ſionis militum, quæ poſſint ipſos legitime excuſare, & ſubjicit *& datur venia valetudini, affectioni parentium, & affinium*: ſi ergo miles ſacramento militari obnoxio datur juſta cauſa excuſationis, ſi emanſerit, non ſolum erga parentes, ſed & affines, quis diffamavit Barclaium, quod induxerit Principem juvenem retentum ſub cuſtodia putativæ matris minorem vigintiquinque annis, nullo ſacramento militari obſtrictum? Ut enim ſubdoli 12
animi impie Herculem, & Jaſonem in immania induxerunt pericula, ſic ab eis benevoli animi pie retraxerunt alios, aut tentarunt ſeducere, ut Amata Turnum: Jocaſta, & Antigone Eteoclem: Andromacha Hectorem: & Parthenopæum Atalanta. Renuerat tamen Regina hæc Meleandro patefacere, niſi per occaſionem, aut neceſſitatem: ut Fauſtulus de geminis Romulo & Remo fecit, teſte Livio *Lib.* 1. *Jam inde ab initio Fauſtuli ſpes fuerat, Regiam ſtirpem apud ſe educari, nam & expoſitos juſſu Regis infantes ſciebat, & tempus, quo ipſe ſuſtuliſſet, ad id ipſum congruere, ſed rem immaturam, niſi aut per occaſionem, aut per neceſſitatem aperiri noluerat, neceſſitas prior venit, ita metu ſubactus Romulo rem aperit.* Et quamvis hæc ita ſint, generoſus juvenis diſciplinis militaribus jam imbutus erat: & ſigna ſui bellici animi in multis, adhuc in tutela matris, quatenus ſtatus patiebatur, prodidiſſet. Probant hæc celeberrima facta ſua, ſimulac intravit Siciliam. Quid ergo ignaviæ Arcombroto, & inertiæ Barclaio imputari poteſt, quod juvenem hujus conditionis ſub amitæ tutelam, curamque inducat, adhuc fortem, & generoſum: & poſtea liberatus ea, inclytum armis. Non omnes, ut in cunabulis Hercules angues premunt, nec ut puer Bacchus Indos debellant (ſi veri ſunt) Præcipue cum Heroem iſtum in eo ætatis tempore inferat, quo amica fortuna, inacceſſum limitem ſecare poſſet, & gloria bellica orbem terrarum complere.

Sed quamvis hæc ita acri judicio accipiantur, & Arcombrotus induceretur in Siciliam inſuetus navigationi, & rei militaris imperitus, ut conſortio fortiſſimorum virorum frueretur, nullum in Barclaio peccatum, nec perſonæ violatur decus: ſpecta percelebrem Homeri locum *Lib. Iliad. I. verſ.* 437. 13

—— σοὶ δέ μ' ἔπεμπε γέρων ἱππηλάτα Πηλεὺς
Ἤματι τῷ ὅτε σ' ἐκ Φθίης Ἀγαμέμνονι πέμπε
Νήπιον οὔπω εἰδόθ' ὁμοιΐου πολέμοιο
Οὐδ' ἀγορέων ἵνα τ' ἄνδρες ἀριπρεπέες τελέθουσι
Τοὔνεκά με προέηκε διδασκέμεναι τάδε πάντα
Μύθων τε ῥητῆρ' ἔμεναι πρηκτῆρά τε ἔργων.

—— Tecum vero me miſit ſenex equitator Peleus
Die illo, quando te ex Phthia Agamemnoni miſit
Infantem, nondum peritum omnibus pernicioſi belli.
Neque concionum, ubi homines illuſtres redduntur.

Propterea

Propterea me miſit, ut docerem te iſta omnia,
Dicendique peritus ut evaderes, & idoneus rebus gerendis.

Adjungo Statium 4. *Thebaïd.* de Parthenopæo ad Thebanum bellum eunte.

Tu quoque Parrhaſias, ignara matre, catervas
Ah rudis armorum! (tantum nova gloria ſuadet)
Parthenopæe rapis

Et ſtatim infra.

Nec deſunt animi, veniat modo fortior ætas.

Et infra.

—— Tædet nemorum tituloque nocentem
Sanguinis humani, pudor eſt, neſcire ſagittas.

Adde quæ, & mater ad Parthænopei pedes circumfuſa plorat, & rogat, ut ab incepto belli itinere revocet natum, quæ altiſſime noſter Papinius canit, aut condemna Statium, & Homerum, aut abſolve Barclaium.

Sed (ni mens fallit) non hæc juncta quamtumvis in ſe certa, & vera ſint, veram mentem adſerunt Joannis Barclaii, qui ſine dubio Principem iſtum inſuetum navigiis inducit, quia militia nautica, apud antiquos vileſcebat, & inferio-
14 ris fortis homines in eam ablegabantur. Plutarchi locus de Theſeo inſinuare videtur, & Plato *Lib.* 4. *de legib.* deſiderat, Athenienſes cives res maris non tractare, ſed Polybius expreſſe *Lib.* 6. ex verſione Lipſii *Lib.* 1. *de militia Romana dial.* 2. *excipio eos qui infra drachmas quadringenas cenſi ſunt, quos emittunt, & reſervant omnes ad nauticum uſum.*
15 Vide inferioris cenſus milites ad nauticum uſum, vulgatiſſimum enim eſt apud Antiquos, cuicumque civi Romano qualitatem militiæ deſcriptam fuiſſe ſecundum qualitatem cenſus, ex Livio, & Halicarnaſſeo Lipſius *ſup.* & alii connotarunt. Sed variationem ſuſcepit primæva illa militaris deſcriptio cenſus, & tandem obtentum fuit, quod proletarii, & qui nullo, aut perexiguo ære cenſebantur, ſcilicet capite cenſi, militiæ ſederent immunes (Lipſius iſta docte) ſed Polybii ævo, qui in parvo illo cenſu deſcripti erant, id eſt infra drachmas quadringenas, ad nauticum uſum, ſive claſſiariam militiam, utpotè indigniorem abjiciebantur, cum Servii Tullii tempore immunes à militia eſſent, cum in quinque claſſibus deſigna-
16 tis, non comprehenderentur *Lib.* 1. Livius. Unde Honoratiorem militiam terreſtem vocant Livius, & Tacitus, duæ hiſtoriarum lampades, ille, *Lib.* 32. *Navales ſocii relictis nuper Claſſibus ad ſpem honoratioris militiæ transgreſſi*, iſte *Lib.* 1. *hiſtor. facta & reliquis* (Claſſicis ſcilicet) *ſpes in poſterum honoratioris militiæ* (ſic praxi, ſeu exemplis
17 receptum fuiſſe docet Lipſius *dict. dial.* 2.) Addo optimum locum Suetonii Tranq. *in Galba Cap.* 12. qui ex dictis accipit lucem. Nam cum Claſſiarios, quos Nero ex remigibus juſtos milites fecerat, redire ad priſtinum ſtatum cogeret: recuſantes, atque inſuper Aquilam, & ſigna pertinacius flagitantes, non modo immiſſo æquite disjecit, ſed decimavit etiam: juſti ſane milites terreſtres erant. Cum his omnibus libere ad C. Salluſtium accedere poſſum in Jugurthino bello (de Mario
18 loquitur.) *Ipſe interea milites ſcribere, non more majorum, neque ex claſſibus, ſed uti cujuſque lubido erat, capite cenſos pleroſque. Id factum alii inopia bonorum, alii per ambitionem conſulis memorabant:* ecce dignioris militiæ demonſtratio, cum ex claſſibus, demonſtret Salluſtius, electos milites ad formam, quam ex Livio, Tacito, & Suetonio
19 retulimus. A claſſiari ſane militia gradus dabatur ad terreſtrem ex datis locis, & ut cognoſcas indignitatem, capite cenſos adjungit, qui nunquam
20 niſi in magna perturbatione ad militiam fuerunt admiſſi, Gellius *Lib.* 6. *C.* 10. *noctium Atticarum.* Sed interpretatio iſta ſubtilitatis plus habet, quam veritatis, non ſic ſane capiendus hiſtoricus eſt, ſed longe ſane aliter, ex claſſibus ſane non ſcripſit milites Marius, id eſt ex claſſibus quas Servius deſignarat ad militiam, ut videre licet in
Livio *Lib.* 1. & explicat Lipſius *dict. dialog.* 2. 21
unde A. Gellius *Lib.* 7. *Noctium Att. Cap.* 13. ſic ſcribit, *Claſſici dicebantur non omnes, qui in claſſibus erant ſed primæ tantum claſſis homines qui centum, & viginti quinque millia æris, ampliusve cenſi erant*, & ſic Salluſtius inquit, non deſcripſiſſe milites Marium more majorum, id eſt ex claſſibus militaribus, quas deſignatas populo Romanus habebat, ſed capite cenſos, & alios quoſcumque homines. qui militare jure non poterant, ut cu-
juſque libido erat. Sed Livius pro noſtra ſenten- 22
tià apertius ſtat, qui *Lib.* 45. *ab V. C. in princip.* iſta ſcribit, *& S. C. factum eſt, ut Conſul quos præter milites ſocieſque navaleis conjuratos haberet, dimitteret: de militibus, ſociiſque navalibus dimittendis referretur:* quæ eſt ergo illa diſtinctio inter milites, ſocioſque navaleis, niſi quod diſſimilis militia erat, & ſociorum navalium non juſta, non digna, uti erudite hunc Livii locum accepit Tur-
neb. *Lib.* 11. *Adverſ. Cap.* 18. Præterire non poſ- 23
ſum Plautum *in captiv. Act.* 1. *Scen.* 2. *v.* 61. cujus intellectum non aliunde ſecure rimabimur: de exercitu loquitur facetiſſimus comicorum, & inquit,

Multis, & multi generibus opus eſt tibi
Militibus.

Et ſtatim inſtruit ridiculum exercitum, qui conſtabat militibus piſtorenſibus paniceis, placentinis, turdetanis, ficedulenſibus, & ſubjicit.

Jam maritumi omnes milites opus ſunt tibi.

Ex judicio noſtro facetiſſimis illis militibus maritimos adjunxit, ſeu navales, quia ex indignitate illorum, cum illis conveniebat, nam quamvis piſcatores intelligantur, tamen ex mente noſtra
maritimos dixit, & luſit ex decore qualitatis. Sa- 24
ne apud Græcos, ſic obſervabatur ex Ariſtotel. *Libr.* 6. *Politicor. Cap.* 7. τὸ γὰρ ὁπλιτικὸν τῶν εὐπόρων ἐστὶ μᾶλλον ἢ τῶν ἀπόρων ἡ δὲ ψιλὴ δύναμις καὶ ναυτικὴ δημοτικὴ πάμπαν. *Nam gravis armatura divitum eſt magis, quam pauperum, expediti autem levis, & nautica turba, à plebe eſt omnis.* Ubi obſervat
Giſanius. Hæc planam ſternunt viam ad Impera- 25
torum Valentiniani Valentiſque reſcriptum *in l. unica, C. de claſſicis Lib.* 11. ut interpretemur verba illa: *ut claſſicorum numerus ex incenſitis, vel accreſcentibus compleatur.* Claſſici ſane erant milites deputati navibus amnicis, ſeu marinis, qui ſi aliqui eorum deceſſiſſent, reſcribunt Cæſares, ſupplendos eſſe ex incenſitis (hic accreſcentes nunc non curo) Cujacius, & Gothofredus τὸ *incenſitis* accipiunt, id eſt, non adſcriptis colonariæ conditioni. Sed cur ſic ad infimam iſtam militiam referrentur, qui liberi colonaria conditione? Quod ſine injuria multorum fieri non poſſet, nec, quibus fidunt, leges interpretamentum probant.
Ego ſane aliter incenſitos malo, pauperes, ple- 26
beiæ ſortis homines, qui nullum profitebantur cenſum, & alias legionenſis militiæ liberi erant, ut ex Livio diximus, & poſt hæc ſcripta, inveni ſic intellexiſſe Pancirolum *in notitia Orientis, Cap.* 7. Sic inferioris cenſus homines (teſte Polybio *ſupra*) ad militiam nauticam remittebantur: ſic
apud Livium *Lib.* 22. & 36. libertini conſcripti 27
in naves impoſiti, & claſſiariam ſubierunt militiam: ſic ſimiliter ex incenſitis iſta quaſi infamis
militia ſupplebatur. Quæ maxime ex noſtræ le- 28
gis miniſterio nec decora videri potuit, cum ad purgationem fluminum, & orientis, aliaſque neceſſitates deputata fuerit; prob Deus, quam longe diſſita iſta eſt ab honoratiori terreſtri illa, & legionenſi; quibus nobilitas deſcribebatur, cenſe-

Bbbbbb 2 baturque

29 baturque Romana. Ex his probo emendationem
Cujacii in *l. tyronum 6. C. Theod. d. commeatu*,
quam præſtitit *dict. l. unica*, reponens pro illis
ex inceſſibus τὸ ex incenſitis, quæ quidem lex ea-
dem gaudet interpretatione, qua dicta lex de
Claſſicis. Tentabam aliquando ingentis illius no-
ſtri poëtæ mentem eroere, abſconditam hucuſ-
30 que interpretibus, & inviſam, Statius ſane *Lib.*
3. ſylv. in propemtico Metii Celeris navigationem
ejus divinis auris proſequitur, mehercle feliciſſi-
mam, qood tanto poëtæ occaſionem celebrandi
præſtiterit, commendat celerem mari, Diis Dea-
buſque marinis, & inquit,

Grande tuo, rarumque damus Neptune profundo
Depoſitum: juvenis dubio committitur alto
Melius

Grande rarumque depoſitum, quid eſt mi Stati, ſi
tanti præclariſſimi Heroes, Duces, & Imperato-
res monſtrui illius, ſive maris ſubierunt pericula:
tantique meriti viri? In commendationem Metii,
gloriamque ejus ſic ſcriptum fuit: eſto ſane. Sed
majus quæro in divino vate ingenium: loquitur ad
Neptunum, & ex Romano more inſinuat, non
ipſi vulgarem, plebeiamque gentem Claſſiariorum
committi infra cenſum, aut nullo, aut perquam
exiguo ære cenſitam, ſed grande, & rarum de-
poſitum: *grande depoſitum*, neſcio quid redolet,
ultra commendationem, aliquid æris, & cenſus:
nam amplo ſignificatu utrumque nomen comple-
ctitur, id eſt nobilitatem honoris, & cenſus: ſic
31 periclitari pro magno volumus vate. Apud De-
moſthenem in oratione adverſus Polyclem refer-
tur, à municipibus electos nautas, qui erant *ὀλί-*
γοι ϰ, αὐτοι ἀδύνατοι, pauci, & imbecilli Denique
indignitatem claſſicæ militiæ comprobarunt viri
docti J. Lipſius *de milit. Rom. Lib. 1. dial. 2. &*
de magnit. Rom. C. 5. Caſaubon. *in commentario*
ad Sueton. in Galba dict. Capit. 12. Theodor. Mar-
cilius *ad Veſpaſian. Cap.* 8. Adrian. Turneb. *dict.*
Libr. 11. *adverſar. Cap.* 18.

32 Hinc vilia miniſteria Claſſiariis militibus, le-
go, demandata, apud Lampridium *in Commodo*:
vela ducere, & interimere in Amphiteatro: apud
Hyginum *de Caſtrametatione*, munire vias: apud
Suetonium *in Tyberio* cadavere contis, & remis
excipere: & *in Veſpaſian. Cap.* 8. excalceatos cur-
ſitare, & *dict. l. unica*, *C. de Claſſicis*, purgare flu-
mina, & orientem, & Orontem: nam quamvis
claſſis iſta, & ſimiles adverſus hoſtes etiam ſta-
rent, ſed præcipua cura perſequendi latrones, &
piratas erat, hoc eſt purgare, & ad alias neceſ-
ſitates, ut transferendi arma, merces, & ſpecies
alias, ut docet Pancirolus *in notitia Orientis*, *Cap.*
59. *& Cap.* 153. & ſic intelligitur, *dict. l. unica*,
quantum ergo militia iſta plebeia ab illa illuſtri
& inclyta diſtet, tu dijudica.

33 Sed unde eviluerit militia iſta Claſſica, multæ
cauſæ excogitari poterant: forte quia libertini ho-
mines, aliaque fæx Reipublicæ, ad eam conſcripti
fuerunt, unde honeſtiores, multoque magis nobi-
les, & illuſtres eam valde dedignitati fuerunt.
34 Forte etiam, quia Claſſiariorum conditio reproba
ſemper habita fuit, inhiantes omnes rapinis, &
dignum militis nomen turpiſſimis facinoribus fæ-
dantes, ad id plurima occurrunt, ſatis erit, ſi
conſulas Demoſthen. *in orat. de corona præfecturæ*
navalis. Iſocratem *in Panathen.* J. Cæſarem Sca-
35 liger. *in Poëtica Lib.* 3. *Cap.* 16. Forte etiam,
quia in navi majorem partem victoriæ fortuna ha-
bebat, minorem virtus, & tota doctrina milita-
ris in periculo conſiſtebat: optime Ariſtotel. 3.
Æthicorum *ἐν μεγίστῳ ϰ, καλλίστῳ κινδύνῳ, in maximo,*
& pulcherrimo periculo, ſcilicet honeſtiſſimum eſſe
in terreſtri bello cadere, ſecus in marino, ut latè
Ariſtoteles: aptius Nazianzen. *orat.* 1. ibi: *Nul-*
lam habent occaſionem oſtendendæ virtutis. Undè er-
go non ineleganter Virgilium capio 5. *Æneid. Verſ.* 36
194. in illo percelebri navali ludo ardet Mneſtheus,
hortatur remiges.

Non jam prima peto Mneſtheus, neque vincere
certo:
(Quanquam ô!) ſed ſuperent, quibus hoc Neptune
dediſti.

Sentit magnus poëta navalem victoriam benefi-
cium eſſe Neptuni, non meritum virtutis, unde
Jacob. Comes Purlil. *de re militar. fol.* 43. iſta ſcri-
bit. *In navali certamine ventus proſper eſt victoriæ*
non parva cauſa: merito ergo talem militiam ex-
horreſcunt nobiles, fortes, & ſtrenui. Forte 37
etiam quia mori inter undas vile, & abjectum An-
tiqui putarunt, & paſtoritium: divinè meus Sta-
tius 9. Theb.

——— *Fluvio ne (pudet) Mars inclyte merges*
Hanc animam, ſegneſque lacus, & ſtagnæ ſubibo
Ceu pecoris cuſtos ſubito torrentis iniquis
Interceptus aquis, ideone occumbere ferro
Non merui.

Exclamat fortiſſimus Heros Hippomedon, inter-
ceptus vindicis Inachi aquis, & infamem mor-
tem, veluti paſtori, ſibi contingere, Seneca *in*
Agamennone de tempeſtate Græcorum loquitur.

Nil nobile auſos pontus, atque undæ ferunt
Ignavæ fortes fata, conſument viros,
Pudenda mors eſt.

Sed de hoc alia erudita Cerda addit ad Virgilium
1. *Æneid. v.* 100. *not.* 2. & 12. quòd & multis,
facile mihi eſſet, illuſtrare, ſed ſuum adveniet
tempus.

Inter alias ergo rationes, propter quas autori- 38
tas claſſiariæ ſordebat militiæ, ea erat, quia pe-
lagi periculis, non virtutis decori claſſici expoſiti
erant, ex qua ratione illuſtramus Feſtum in *nava-*
lis, verba audi. *Navalis ſcriba, qui in nave appare-*
bat, inter aliud genus ſcribarum minime dignitatis ha-
bebatur, quod periculis quoque ejus miniſterium eſſet
objectum: animadverte nunc rationem illam no-
ſtram in claſſicis à periculo ductam, aperte acce-
ptam ab Antiquis, in tantum, quod & claſſico-
rum ſcribæ vileſcerent, quia periculis expoſiti
erant. Sed & alia congruit ratio, jam in claſſi- 39
cis ante data, quod ſcribæ iſti intenti eſſent ra-
pinis, & furtis, eſt *fragmentum* Plauti *apud Fe-*
ſtum, quod demonſtrat.

Non ego te novi navalis ſcriba, columbari impu-
dens.

Uti ſtatim declarat Feſtus, & ex novioribus ex-
plicant Scaliger *ad eum* ibi (qui locum Homeri
dat) Frid. Taubman. *ad Fragmenta Plautina.* (quî
Scaligerum tranſcribit) Adrian. Turnebus *Lib.*
10. *Adverſ. Cap.* 15. C. Barthius *Lib.* 50. *Ad-*
verſ. Cap. 1. cum igitur Claſſica nauticave dedi-
gnarentur ſequi nobiles antiqui, cum decore Bar-
claius induxit Arcombrotum inſuetum navigii
malis.

Non quieſcunt adhuc animi in Barclaium, dum 40
quieſcentem in primo maris conſpiciunt Heroem
iſtum, ſed ſi decorem poëtæ introſpicerent, ſi
pietate conſiderarent, & perpenderent, non ex-
citarent, non ſane dormientem, ſed quærentem,
ſolummodo caput componere à pelagi circum-
actione. Et jure, & autoritate graviſſimorum
virorum defendemus virum, & patientur cenſo-
res levem quietem Arcombroto, lectorque guſta-
bit critica iſta, dum & ipſe aliquale levamen
quærit ab altiſſimis Juris Civilis diſquiſitionibus,
ſic vere miſcemus utili dulce, uti doctiſſimi no-
ſtri Juris Interpretes fecerunt, ſi gravaris, mi
lector, facile tibi erit, lacunam facere. Adſit
ergo primo Virgilius, qui ſolus ad vindicatio-
nem veritatis ſufficeret, rectique judicii: apud
quem

quem Æneadæ ſane juxta vicina Ceraunia, quamvis in fronte horrerent opaci montes, quieſcunt,
41 & curant corpora Virgilii judicio 3. *Æneid. v.* 508.

Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.
Sternimur optatæ gremio telluris ad undam
Sortiti remos; paſſimque in littore ſicco
Corpora curamus: feſſos ſopor irrigat artus.

Quæ carmina ante oculos habuiſſe, componentem ſua Barclaium, judicarem: quid pro eo proprius indagabimus, quam iſta, & à magno viro? Hic Arcumbrotus mari jactatus quieſcit, ibi idem faciunt Æneadæ: hic in conſpectu eſt ſylva, ibi Ceraunii montes: noſter Princeps in arena maris; illi in gremio telluris ad undam. Hic veſpertino tempore (ut ſequentia probant) ibi: *Sol ruit interea, & montes umbrantur opaci.* O miraculoſus in defenſionem locus, tu ſolus vindicas Barclaii ma-
42 nes! Adſciſco in auxilium Homerum *Odyſ.* 12. *in princ.* cum ad Æeam inſulam appulit Ulyſſes.

Ἐν δὲ καὶ αὐτοὶ βῆμεν ἐπὶ ῥηγμῖνι θαλάσσης.
Ἔνθα δ᾽ ἀποβρίξαντες ἐμείναμεν ἠῶ δῖαν.
Nos ipſi autem egreſſi ſumus ad littus maris,
Hic dormientes expectavimus Auroram divinam.

Idem Ulyſſes arena Sicula potitus cænat, & dormit *eod. Lib. V.* 308. Nonnus ſane *Lib.* 3. ſic.

Δυομένου φαέθοντος ἐπ᾽ αἰγιαλοῖσι δὲ ναῦται
Ἀκ ὀρθιας ψαμαθοῖσιν ἐπεστρώσαντο χαμεύνας.
Occidente ſole in littore nautæ
Inſtrata arenæ committebant cubilia.

43 Nec aliud inſinuavit Maro 1. *Æneid. v.* 177.

Et ſale tabentes artus in littore ponunt.

Qui *ponunt*? procumbunt totis artubus in arenam (ut noſter Arcombrotus) ad quietem, & cibum, ut Lambertus Hortenſius ibi notat.

44 Denique animadverto quotieſcumque occaſio capiendi terram nautis eſſet, & hi defeſſi, & circumacti pelagi erroribus, languidi, & afflicti eſſent, ita ut merito ſomnus, cibus, & potus deberetur corporibus, hac requie potitos eſſe, ut præſcripta docent. Nec argumenta contraria capite præcedenti expenſa quidquam obſtant, quia quamvis de ſomnio expreſſe non loquantur, tacite illud concedunt, ut de loco primo Æneidos jam diximus. Cur enim ſi bibunt, & edunt per arenam ſparſi Æneadæ, non dormient etiam? Et ipſe Æneas, dum parantur Cerealia arma.

——— *Scopulum interea conſcendit; & omnem*
Proſpectum late pelago petit, Anthea ſiqua
Jactatum vento videat, Phrygiaſque biremes.
Aut Capyn, aut celſis in puppibus arma Caici.

Debita cura tanto duci erga ſocios ſuos tempeſtate depulſos, ſed interea dum ſternuntur menſæ, ſed ne idem Æneas delicias ſomni in littore eo corpori ſuo, non induxit? abſit: eſto quod inſomnes curæ cum premerent, ſed non ita, ut crudeliter, cibo, potu, & ſomno ſe privaret, ſed quia.

Οὐ χρὴ παννύχιον εὕδειν βουληφόρον ἄνδρα.
Non decet virum Principem dormire noctem totam.

Et ita reliqua argumenta, ſeu autoritates dicto capite congeſta dijudico, utpote Flaccum de Argonautis: ſi enim ibi Bacchi, & Cereris deliciæ parantur, qui denegabitur militibus ſomnus? Omiſit vates, quia voluit, vel non tempus erat, quia ſi tempus & vellet, fictione ſomni, non peccaret: ſic de aliis locis Homeri, & Virgilii mea conjectura eſt; vel ſi forte nautæ ignotis, & bar-
45 baris regionibus appellebant, ut Ulyſſes *Odyſ.* 5. non ſe tradidit ſomno, ne feris laceratio, & præda fieret, aliàs non pungente timore iſto, procumberet in ſomnium: quam concordiam argumenta animadverſa comprobant. Præterea, ut contra militares diſciplinas non peccetur, qua claſſe inſtructa, quo procinctus exercitu Arcombrotus barbaram irrumpit provinciam, ut antecurſores præmittantur? Siciliam mehercle advenit, regnum politicum, quamvis inteſtinis bellis infeſtum: non utpote Troicus, & Græcus, qui fataliter armata claſſe in barbara regna pervenerunt. In noſtro Jure miles, qui ab excubatione 46
Præſidis, vel Præpoſiti deſiſtit, peccatum deſertionis ſubit, ſic Modeſtinus in *l.* 3. *§. ſi Præſides* 6. *D. de re milit.* (in qua lego *ab excubatione*, cum Haloand. Ruſſard. Pacio, Gothofredo, cum antea legeretur *ab executione*, excubias enim Præſides, & Præpoſiti militares habebant (de quibus Lipſius de Militia Romana, & alii paſſim agunt) & apud Paulum in *l.* 10. *D. eod. tit. Qui excubias palatii deſeruerit, capite punitur.* Sic ſane in militia obſervabatur, quod pro deſertore haberetur, qui excubias deſereret, & omnino ſtationem relinqueret, quo fere ſenſu D. Gregor. ſcripſit in *Cap.* 6. *diſt.* 86. Marinianum Epiſcopum obdormiſſe, id eſt curam commiſſæ plebis deſeruiſſe, obdormit, qui deſerit cuſtodiam; & deſerit, qui totus obdormit. Sic Polyb. *Lib.* 6. *hiſtor.* ἐὰν δ᾽ εὕρῃ κοιμώμενον, ἢ λελοιπότα τὸν τόπον, ἐπιμαρτυρόμενος τοὺς σύνεγγυς, ἀπαλλάττεται. *Sin aliquem repererit dormientem, aut loci deſertorem, teſtificatus proximos, abit.* Expende proprietatem verbi κοιμῶμαι id eſt, *reclino, cubo dormiens.* Sic erat ergo in militia, quod puniretur vigil, ſeu excubia miles, qui in ſtatione totus in ſomnum procumberet, aut ſtationem deſeruiſſet; ſed ſi 47
ſtans, innitenſque pilo miles, ſuper margine ſcuti aliqualiter requieſceret, humanitatem aliquam ſomni patiens, non puto, & ſi militares leges ſanguine præſcriptæ ſint, pœnam ordinariam ſubiturum eum, ideò Æmilius Paulus apud Livium *Lib.* 44. milites inermes vigiliam habere voluit. *Vigiles etiam novo more ſcutum in vigiliam ferre vetuit, non enim in pugnam vigilem ire, ut armis utatur, ſed ad vigilandum, ut cum ſenſerit hoſtium adventum, recipiat ſe, excitetque ad arma alios, ſcuto præ ſe erecto, ſtare galeatos, deinde ubi feſſi ſint, innixos pilo, capite ſuper marginem ſcuti poſito ſopitos ſtare, ut fulgentibus armis procul conſpici ab hoſte poſſit, ipſe nihil provideat.* Senec. *Epiſtol.* 36. *Stans etiam aliquando ſaucius pro vallo pervigiles, & ne pilo quidem incumbat, quia ſolet obrepere interim ſomnus in aliquod adminiculum reclinatis.* Si ſic in militia Romana erat, cui culpæ daretur juveni erroribus maris conflictato, in primo ejus litore quieſcere, nullo ſacramento militiæ, nullo inconſpectu exercitu? D. Hyeronimus in *Cap. non* 48
mediocriter 24. *de conſecration. diſt.* 5. reprehendit illos, qui vigilias præferunt ſenſus integritati, & ſomni penuria corpus immoderate affligunt, non enim virtus animi tempeſtivo ſobrioque viciatur ſomno, ſicut turpido eſt, brutorum more ſtertere, & dies noctesque, tanquam mortuos jacere: & ſic intelligenda ſunt, quæ *præcedenti Capite* diximus *num.* 16.

Sed inſpice blandis oculis hujus Principis ſom- 49
nium; non viliter ſtertere, non ruſtice dormire in Sicula arena longo tempore tentat; ſed quo reſpectu, & modeſtia? Quærebat tantum componere marinis fluctibus inquietum caput, dum ſervi militarem cultum exalto comportabant, cui præclariſſimo ducum culpæ daretur hæc requies, ut illud neceſſarium ſiſtendi momentum tranquilitati neceſſariæ corporis quæreret? Sic Virgilium capio 4. *Georg. v.* 438.

Vix defeſſa ſenem paſſus componere membra,

Componere defeſſa membra: Id eſt breviſſima requie levare.

Sed non periodi conſonantiam dulcem omitta- 50
mus. Procumbit in arenam Arcombrotus, non corporis, ociive luxuria, ut aliàs. Latii milites adverſus ſurgentem Trojam.

—— *Somno vinoque ſepulti*
Procubuere.

Sed feſſus malis navigii, ut Æneas 8. *Æneid.* v. 29.

—— *Triſti turbatus pectora bello,*
Procubuit, ſeramque dedit per membra quietem.

Ut & Livius de Hercule feſſo armenta Geryonis abigente, *ipſum feſſum via procubuiſſe.* Et in tanto labore, qui Arcombrotum in arenam prænoluit, ſolum quærit momentaneum humus dura levamen. Expende τὸ *quærebat* quaſi fortiſſimus juvenis non ad alium luxum ſuam protenderet voluntatem, quam ad laxamentum jactationis, & amiſſæ quietis reſtitutionem. Sed qualis ille reſpectus verborum & rei? Ideò circumactum caput, propter errores, & incertos pelagi orbes. Nec ſua caret emphaſi præterdicta, verbum *componere*, ſolemne enim verbum eſt in periculi re: undè bellum componere, & ſimilia, ut prænota-
51 vit Hortenſius ad Virgil. 1. *Æneid.* ſed ſolemniſſimum ad tempeſtates, & pelagi fluminumque res, unde celebre Maronis carmen 1. *Æneid. V.* 139.

—— *Sed motos præſtat componere fluctus:*

Arbiter, *aut præteriens aliquis tralatitia humanitate lapidabit, aut quod ultimum eſt, iratis etiam fluctibus, imprudens arena componet.* Propertius 1. *Eleg.* 11:

Quam vacet alterius blandos audire ſuſurros.
Molliter in tacito littore compoſitam,

Et *Lib.* 2. *Eleg.* 20.

Et tabula una duos poterit componere amantes,

Et τὸ etiam *circumactum*, ejuſdem ſolemnitatis fuit apud antiquos in re marina, & nautica. Propert. ſupr.

Qualem purpureis agitatam fluctibus Hellen

Et infra.

Seu mare per longum mea cogitet ire puella,
Hanc ſequar, & fidos una aget aura duos.

Et ibi.

Velaque in incertum frigidus Auſter agat,

Maro 1. *Æneid.* v. 337.

—— *Vento huc vaſtis & fluctibus acti.*

Et eod. Lib. verſ. 244.

Nunc eadem fortuna viros tot caſibus actos

Et 7. *Æneid.* verſ. 199.

Sive errore viæ, ſeu tempeſtatibus acti,

Sed ſine dubio iſta, *circumactum pelagi erroribus*,
Barclaius deſumpſit à Marone 1. *Æneid.* v. 35. 52

—— *Multoſque per annos*
Errabant acti fatis maria omnia circum.

Sic digladior pro veritate, & ratione, à qua nunquam deſugiam, aut gratia delinitus, aut odio percitus.

LIBER

LIBER TERTIUS
PARALIPOMENON
ET
ELECTORUM
JURIS CIVILIS.

CAPUT I.

Differentia legati, & fideicommiſſi à nomine, exordium; & cauſa Capitis, & Libri eſt. Legati appellatione fideicommiſſum comprebendebatur. 1. *Secundum plurimos nullum diſcrimen datur.* 2. *Expenditur Pauli reſponſum* in l. & fideicommiſſum 87. D. de leg. 3. 3. *Donatio appellatione legati.* 4. L. uxorem 41. §. feliciſſimo 3. D. de legat. 3. 5. *Ulpian.* in l. ſi cui legetur 49. §. ſi Titio 4. D. de legat. 1. 6. L. Titia 38. D. de aur. & argen. legat. *& alia Juris reſponſa.* 7. *Hereditas legati appellatione venit.* 8. *Adducitur T. Livius.* 9. *Definitio legati convenit fideicommiſſo.* 10. *Qui in ea fuerint ſententia, quod promiſcue legatum pro fideicommiſſo accipiebatur.* 11. τῶ lego *ſignificatio latiſſima eſt.* 12. *Verba debent adaptari, & ſecundum debitum ordinem intelligi.* 13. *Juriſconſulti generale pro ſpeciali verbum uſurpant.* 14. *Superſtitio, & religio verborum amandatur.* 15. *Paupertas linguæ Latinæ ex judicio Senecæ.* 16. *Juriſconſulti profeſſores boni, & æqui.* 17. *Sententia celebris Marcelli in* l. non aliter 69. §. 1. D. de leg. 3. 18. *Verborum æquitas quid?* 19. *Juriſconſultorum tempore legata exæquata fideicommiſſis.* 20. *Adducitur Pauli ſententia in* l. cum de lanionis 18. §. item cacabus 3. D. de fund. inſt. 21. *Notatur Cujac. docens appellatione legati, non contineri fideicommiſſum.* 22. *Traditur fundamentum contra eum.* 23. *Satisfit conſiderationi* l. verbis legis, D. de verbor. ſignificat. 24. *Ante Auguſti neceſſitatem fideicommittebatur Romæ.* 25. *Teſtator à lege 12. Tab. fideicommittendi babebat poteſtatem.* 26. *Leges futuris negociis formam dant.* 27. *Fideicommiſſum in l. antiqua teſtamentaria comprebenſum fuit.* 28. *Differentia nominum, & à nomine qualiter conſideranda.* 29. *Quodcumque nomen ſuam operatur ſignificationem.* 30. *In quibus omnibus fundamenta concluduntur, quæ adverſus veram ſententiam jaciuntur, vide Caput ſequens.*

1 DISPLICUIT cuidam, à nobis, dif-
ferentia, una quondam aſſerta, legati,
& fideicommiſſi, ex utriuſque nomine:
quia legati appellatione, ſeu
comprehenſione, & fideicommiſſum
veniebat: quod quidem in cauſa mihi fuit, ſti-
muloſque ſubdidit, ut percurrerem hujus paleſtræ
campum (non infeliciter, ut ſpero) pro multo-
rum jurium victoria, & illuſtratione. Quæ non
ſatis mihi ab Interpretibus prævifa, ſeu ut poſce-
bat ratio, pertractata. Hoc ergo Capite multis
hinc inde impugnabimus communem, receptam-
que differentiam à legati nomine, & fideicom-
miſſi: ut ſic præcognito hoſte, aut evertamus il-
lum, aut ſollicitemus in pacem, pactis ulterio-
2 ribus proſcribendis capitulis. Nullum ergo vide-
tur diſcrimen poſſe deduci à nominis diverſitate,
legati & fideicommiſſi: quis non credet ita, re-
troſpiciens noſtri Juris autores, promiſcuum u-
triuſque verbi tradidiſſe uſum? & in reſponſis
commiſcuiſſe? in tantum, quod delegato propoſi-
tam quæſtionem ſæpe ſub fideicommiſſi verbo re-
ſolvant, & è contra faciant. Quod ſi verum fuiſ-
ſe in Jure noſtro civili probaretur, actum erit de
differentia noſtra. Promovere poteſt quemcum-
que maxime Pauli reſponſum *in l. & fideicommiſſum* 3
87. *D. de legat.* 3. *& fideicommiſſum* (verba ejus
ſunt) *& mortis cauſa donatio appellatione legati con-
tinetur:* unde ergo diſcrimen à nomine, ſi tanta
eſt legati poteſtas, ut nomine ſuo fideicommiſ-
ſum conferat, & donationem mortis cauſa? in
donatione autem iſta verum judicavit Juſtinianus 4
poſt varia jurgia, & contentiones *in* §. 2. *inſti-
tut. de donationibus.* Confirmat maxime iſtam ſen-
tentiam Scævola *in l. uxorem* 41. §. *feliciſſimo* 3.
D. de legat. 3. in quo cum retuliſſet Conſultus à 5
teſtatrice libertis fundum Gargilianum legatum
fuiſſe, & filio ab eadem prælegatum datum per
directa verba, *è medio ſumito*, ita generalia, ut li-
bertorum legatum arripuiſſe viderentur. Subjicit
quæſtionem his verbis. *Quæſitum eſt, cum fundus
Gargilianus teſtatrici à marito ejus, id eſt à patre Ti-
tii filii, legatus ſit, cui fundus ex cauſa fideicommiſſi
debeatur*, en quanta confuſio, & varietas nomi-
nis: quamque debile argumentum, ad legati, &
fideicommiſſi differentias inveſtigandas, à nomi-
ne effici valeat. Quid alterum Ulpiani reſponſum 6
in l. ſi cui legetur 49. §. *ſi Titio* 4. *D. de legat.* 1.

in quo cum dubitaretur an fideicommiſſum creditori relictum valeret, reſpondit Conſultus: *ergo propter hoc valebit legatum:* ſubnotante ibi Accurſio, ſic etiam *in l. Titia* 38. *D. de aur. & argen. legat.* in qua cum fideicommiſſum proponatur in principio, legatum deberi Conſultus reſpondit in fine. Expreſſa Jura ſunt ad probandum extenſio-
7 nem, & comprehenſionem legati *l. annua* 20. §. 1. *l. liberto* 21. §. 1. *pater* 5. *D. de annis leg. l. tutor decedens* 26. *D. de liberat. legat. l. Paula* 27. §. *fin. & dict. l. uxorem* 41. §. *teſtamento quo filium* 7. *D. de legat.* 3. *d. equis* 39. *D. de uſuris, l. ſi debitor* 45. §. *in fideicommiſſaria, D. de fideicommiſ. libertat. l. fidei-*
8 *commiſſa* 11. §. *ſi ſervo* 16. *D. de legat.* 3. Sed nec mirabitur iſta, qui hereditates legati nomine venire legat, inveniatque: ut ſubolui acute Dionyſ. Gothofred. *in dict. l. & fideicommiſſum* probatque *ex l. lege obvenit* 130. *D. de verb. ſignific.* ubi loci Ulpianus exiſtimat teſtamentariam hereditatem obvenire lege, quia 12. tabul. teſtamentariæ hereditates confirmantur, ea ſcilicet, *uti quiſque legaſſet*, &c. ex comprehenſione ſcilicet verbi *lego* (uti infra exornabo pluribus) datque Bartolum *in l. filium* 5. §. *ſed ſi portio* 6. *D. de legat. præſtandis*, qui aliqualiter ſuæ ſententiæ annuere videtur. Sed pro Gothofredo expreſſum eſt *Cap. Raynaldus* 18. *de teſtamentis*, ibi *porro dictus Raynaldus prolem non habens, condidit teſtamentum, in quo medietatem partis ſue de rebus prædictis quibuſdam avunculis ſuis; aliam vero medietatem, & reliqua bona paterna uni ex patruis ſuis, & ejus filiis legavit: adjiciens bona, in quibus ex teſtamento, vel ab inteſtato dicti heredes R. poſſint ſuccedere, ſi venirent contra legatum, dictis avunculis ſuis debitum, ad ipſos pro determinatis portionibus devenirent:* quæ verba ſatis demonſtrant, inſtitutionem heredis ſub legati nomine relinqui uti cum multis obſervavit Covarruvias in repetitione ad hunc textum *numer* 5. & videndus eſt Vaconius à Vacuna *Lib.* 4. *declaratione* 55. & Franciſc. Duaren. *ad titulum de legatis in principio* (qui *l. ſi mulier* 22. §. *fin. D. ad Senatuſconſultum Trebellianum*, adducit) & alii plures, quos refert, & ſequitur Anton. Pichard. *in Rubrica, D. de legat.* 1. *à numer.* 20. cum antea in contraria fuiſſet ſententia *in Rubrica ejuſ-*
9 *dem tituli inſtitut. numero* 6. & ita intelligunt omnes Tit. Livium 1. *decad.* qui de Proca Albanorum Rege differens *Numitori* (inquit) *qui ſtirpis maximus erat, Regnum vetuſtum Sylviæ gentis legat.* En quanta infirmitas in nomine, quam debile ab eo
10 fundamentum exſurget. Cingere poſſumus & iſta muro alio, nam definitio legati à Modeſtino tradita in *l. legatum* 37. *D. de legat.* 2. delibata à Juſtiniano in §. 1. *inſtitut. eodem* (ſcilicet, quod ſit donatio teſtamento relicta) & altera Florentini *in l. legatum* 119. *D. de legat.* 3. (quod ſit delibatio, ſeu deliberatio hereditatis) fideicommiſſo convenit, quod equidem donatio eſt teſtamento relicta: à teſtatore enim procedit: & delibatio, ſeu deliberatio hereditatis eſt. Duarenus ſic ſentit *ubi proxime.* Sed accipiet incrementum majus conſideratio, ſi animadvertas *in toto titulo de legatis, & fideicommiſſis*, nullam fideicommiſſi definitionem invehiri (ut jam alii obſervarunt) non ergo omitterent Conſulti præcipui longique tractatus definitionem, cum ſemel, & bis præſtiterint legati, ex his quæ in principio *Libr.* 1. *Offi-*
11 *ciorum* docet M. Cicero. Conſulti ergo ſub legati definitione, & fideicommiſſum comprehenderunt. Etſi juvat autoritate confirmare diſcurſum iſtum comprobantium, promiſcuè legatum pro fideicommiſſo accipi, & è contra, vide Alexand. *in l.* 1. *D. de legat.* 1. *numer.* 6. & 7. Franciſc. Duaren. *ubi proxime*, & expreſſius *in apologia adverſus Eguinar Baron.* §. 6. Nicolaum Belon. *ad* 1. *partem, inſtitut. ad titulum de fideicommiſ. numer.* 2. Anton. Fab. *Lib.* 17. *conjecturar. Cap.* 9. Cujac. *in Parat. C. de donation. inter.* Ræyard. 1. *variarum Cap.* 1. doctiſſimum D. Franciſcum de Amay. 2. *Obſervation. Cap.* 3. *numer.* 5. Petrum Ricciard. *in Rubric. inſtut. de legat. num.* 106. Forcat. *Dialog.* 23. *numer.* 2. Anton. Pichard. *ad l.* 2. *de legat.* 1. *in Rubric. Cap.* 1. *numer.* 22. (qui plures allegat) Donel. 8. *commentar. Cap.* 2.

Neque hoc ratione vacat, nam τὸ *lego* in Jure 12
noſtro, præcipue tempore duodecim tabularum, latiſſimos occupat, & occupabat campos: comprehenditque inſtitutiones, libertates, tutelas, & alia in teſtamento relicta *l. verbis legis* 120. *l. in generali* 80. *D. de Verborum ſignification.* Did. Covarruv. *Cap. Raynutius*, §. 10. *num.* 1. *de teſtamentis* Balduin. *in* [illegible], *ad titulum inſtitution. de legat. numer.* 2. & *in commentar. ad l.* 12. *Tabul. l.* 26. *num.* 5. Petrus Peckius *de teſtament. conjug. Lib.* 4. *Cap.* 7. *numer.* 3. Ræyard. *Lib.* 1. *variarum, Cap.* 1. Franciſc. Broæus, & Minſ. *in principio inſtit. numer.* 2. Anton. Pichardus *num.* 5. & *in rubrica de legat. à numer.* 18. Viglius *in principio inſtitut. de teſtament. num.* 33. Anton. Faber. 14. *con. Cap.* 13. P. Ricciard. *ad dict. Rubric. de legat. num.* 105. & 106. Donel. 8. *commentar. Cap.* 1. & Oſvald. *ibi littera* D. Forcatul. *d. dialogo.* 23. & alii ab his relati. Quis ergo mirabitur, tempore eorum Juriſconſultorum eandem poteſtatem obtinere, ſi nulla contraria lege expreſſè abolitum ſit? vel ſaltim potuiſſe eleganter Conſultos ea loquendi formula uti, uſurpantes proprium Romanorum, antiquumque juriſprudentiæ verbum? Præcipuè dum *leges* 12. *tabul.* tractant, frequenterque ejus diſputationem præ manibus habent, imò Jus totum Civile propter has, & ex eis deſcenderit, *l.* 2. §. *poſtea* 4. *cum ſequentibus, D. de origine juris.* Et quando ipſamet reſponſi ſpecies, ſeu caſus ſatis appareat, an legatum fuerit, ſeu fideicommiſ-
ſum. *Debent enim* (verba Alciati ſunt *in l. littus* 13
96. §. *prædia numer.* 2. *D. de verborum ſignificatione*) *verba congruè adaptari, & ſecundum debitum ordinem intelligi, ut quamvis de univerſo verba concipi videantur, de ſingulis univerſi partibus actum cenſeantur, l. Gallus*, §. 1. *D. de liberis & poſthumis, l. hoc legatum* 45. *D. de legat.* 3. probat idem Alciatus *in l. qui fundum* 205. *numer.* 2. *D. de verborum ſignificatione*, Franciſcus Duarenus *in commentar. Juris Civilis ad titulum ex quibus cauſis major Cap. de abſentia*, Jacob. Menoch. *Lib.* 4. *præſumption.* 133. *num.* 5. Anton. Mornac. *in ſuis obſervationibus ad D. vetus in l.* 6. *D. de præſcriptis. verbis*, conducit Mantica *de conjecturis ultimarum voluntatum Lib.* 6. *titul.* 13. *num.* 10. & Andreas Fachin. *controverſiar. Lib.* 11. *Capit.* 20. congruuntque, quæ latè ediſſerit D. Joannes del Caſtill. *Lib.* 5. *quotidianarum*
controverſiarum, Cap. 84. *per totum.* Quamvis ergo 14
τὸ *lego* latiſſimè pateat, reſtringi, & adaptari debet debito ordini, & quæſtioni tractatæ, id eſt fidei commiſſo, ſi fortè quæritur de eo: ita ut non univerſaliter generale accipiamus verbum; ſed ſpecialiter de univerſi partibus: nam nec Conſultis inſolens fuit generale uſurpare verbum ſpecialis loco, unde ſæpe pro arrogatione acceperunt adoptionem, ut ſatis perſpicuum eſt, & prædocuit Anton. Pichard. *ad Rubricam, D. de legat.* 1. *cap.* 2. *numer.* 2. à quo non recedunt, qua Donell. ſcripſit *libr.* 1. *Commentarior. Cap.* 6. ubi Oſvaldus *littera L.* benè Franciſcus Duaren. *ad titulum de vulgari, & pupillari ſubſtitutione, Cap.* 1. Quorſum
enim vanæ ſuperſtitioſæque religiones verborum, 15
ſi apta maneat reſponſi mens, & hypotheſis? *l. receptitia* 2. *C. de conſtituta pecun. l. inſulam* 6. *D. de præſcriptis verbis*, undè Cicer. *in Topicis, cum res intelligitur, minus de nomine laborandum eſt*, imo idem. *in oratione pro Cæcin.* hoc æquitati tribuit *à verbis*

inquit

ſapis recedis, & æquitate uteris? Et D. Hyeronimus
in Epiſtol. ad Galatas. *Hærendum ſcilicet non eſſe in*
ſermonum foliis, ſed in radice rationis, Alciatus in
rubrica de offic. ejus cui mand. eſt juriſd. numer. 5.
eleganter exornat: Anton. Mornacius *obſervation.*
ad dict. l. inſulam 6. Baldus, & Salicet. *dict. l. re-*
ceptitia, quod & Celſus Bargalius refert *lib.* 1. *de*
dolo, Cap. 1. *à numer.* 8. Galen. *de aliment. facul-*
tat. libr. 2. *Cap.* 4. *in fine*, & doctè de *Sympto-*
matum differentiis in principio, & aliis plurimis in
locis. Præmaxime, ſi conſideremus paupertatem
linguæ latinæ, imò egeſtatem, ut conſiderat Se-
neca *Epiſt.* 58. *ibique* Muretus, & Lipſius obſer-
vant, & cum eis alii quam plurimi (vide tamen
quæ ſcripſi *lib.* 1. *cap.* 1. *numer.* 16.) Juriſcon-
ſulti enim noſtri magis mentem, magis morien-
tum verba adorarunt; quam vanam religionem,
ſuperſtitionemque verborum, ut proximiora
probant, cunctumque noſtrum civile jus con-
17 clamat. Quid miramur? ſi ipſimet honoran-
tur venerando Sacerdotum titulo juſtitiæ, atque
profeſſorum artis boni, & æqui, ut ſatis aptè
Anton. Faber in *ſua Juriſprudentia Pap. titul.* 1.
princip. 1. *illation.* 45. ad æquitatem iſtam exem-
plum ducit ex teſtamentis, ultimiſque hominum
voluntatibus, argumentum. *l. in teſtamentis* 12.
D. de regul. Juris, *l. vel negare* 5. *D. quemadmo-*
dum teſtamenta aper. l. 1. *C. de Sacroſanctis Eccleſiis.*
18 Undè prudenter ſcitèque Marcellus reſolvit in *l.*
non aliter. 69. §. 1. *D. de legat.* 3. *in cauſa teſtamen-*
torum, ad definitionem uſque deſcendendum non eſſe,
cum plerumque abuſive loquantur, nec propriis nomini-
bus, ac vocabulis ſemper utantur (de quo reſponſo
latius procedimus *ſupra Libr.* 2. *Cap.* 2.) Sed quid
19 magis? imò æquitatem verborum in noſtris Jure-
conſultis noſtri adinvenerunt Interpretes, quæ
nihil aliud producit, quam modeſtiam, decorem-
que verborum factis aliàs iniquis, infamique no-
mine notatis, attribuere *l. ſi manumiſſori* 4. *C. de*
obſequiis patrono præſtand. Inde titulus adornatur,
rerum amotarum, ut ne turpe furti nomen objicia-
tur uxori, & alia quæ Anton. Faber *ubi proximè*
acutè repræſentat. Æquius ergo faciemus, ſi
æquitate iſta condonemus teſtamenta morientum,
reſponſaque noſtrorum Prudentum de eis loquen-
tia: ut neque ea ad amuſſim exagitemus in ſuper-
ſtitione verborum; ſed æquiſſime præcognitam
voluntatem teſtantis inducere poſſimus, aut legati,
20 aut fideicommiſſi nomine. Congruit etiam, quia
Juriſconſultorum tempore fere legata exæquata
fuerant fideicommiſſis, *l.* 1. *D. de legat.* 1. quod
illuſtrabimus præclare Pauli ſententia, & verbis,
in l. cum de lanionis 18. §. *item canabus* 3. *D. de*
21 *fundo inſtructo. Ac deinceps in infinitum primis quibuſ-*
que proxima copulata procedunt, optimum ergo eſſe,
Pedius ait, non propriam verborum ſignificationem
ſcrutari; ſed imprimis quid teſtator demonſtrare vo-
luerit, deinde in qua præſumptione ſunt, qui in quaque
regione commorantur. Ex Pauli, Pediique ſenten-
tia proxima à proximioribus nominantur, copula-
taque in nomine procedunt; quando veriſſimam
ſententiam accommodabimus aptius, quam in le-
gatis, & fideicommiſſis, fere aut nihil diſtanti-
22 bus, & omnimodo invicem proximioribus? Nam
quamvis Cujacius *in l.* 1. *D. de legat.* 1. in ea fue-
rit ſententia, non contineri fideicommiſſum ap-
pellatione, quantumvis lata, verbi *lego*, quia tem-
pore 12. *tabularum*, fideicommiſſa, aut nec orta
erant, aut nec legitima, & neceſſaria: decipi-
tur ſane magnus Juris magiſter, quia verbum *lego*,
ex recepto uſu, ſignificationeque, atque com-
prehenſione admittit quidquid Teſtator ſuo teſta-
mento vellet, & nihil minus fideicommiſſa de-
bentur, & comprehenduntur ſub eo, quam li-
bertatum tutelarumque dationes, nihil magis ad
proprietatem illius pertinentes. Nam quamvis *lege* 23
12. *tabularum*, præſcriptionis tempore fideicommiſ-
ſa nata non fuiſſent, id in cauſa eſſe non poteſt, ut illa
poteſtas fideicommittendi à lege illa non deſ-
cendat: in qua cum unicum ineſſet verbum *lego*,
ad conceſſionem poteſtatis neceſſario in eo com-
prehendit fideicommiſſum: comprehenderentur-
que alia nondum illius legiſlationis tempore co-
gnita, ſed poſtea nata. Auguſtus enim voluntaria
fideicommiſſa neceſſaria efficit, ſed illa fideicom-
mittendi poteſtas, jam à *lege* 12. *tabularum* Regia
proceſſerat, abſolutiſſima, per quam teſtatori li-
cebat teſtari, uti vellet (ut ad regul. Catonian. 24
nam ediſſeram) & ſi vellet, fideicommittere: nam
quod *dict. l. verbis legis*, refertur de inſtitutione,
legatis, libertatibus, tutelis à Jureconſulto, &
non de fideicommiſſo, non ducitur inde, quod
in illa latiſſima poteſtate, non comprehenderetur,
ſed quia minus cognitum erat, aut quia à Pom-
ponio inſtitutiones, legata, &c. adducantur in
exemplum ibi, quod nunquam generalem regu-
lam coarctat, ſed illuſtrat, ut perquam notum eſt.
Ad id ita ſentiendum, & ſi contra Cujacium,
movebitur quicumque ſit: quia & ante Auguſtum,
licet ut ſuſpicor non ita frequenter, tamen fidei-
committebatur, & non perraro, ut ſatis noſter
Juſtinianus inſinuat *in principio, inſtitut. de fideicom-*
miſſar. hereditatibus, Oſvald. *ad Donellum* 5. *com-*
mentarior. Cap. 15. *litt.* E. Undè ergo illa fidei- 25
committendi poteſtas? quam niſi à lege Regia
provenire aſſeramus, cum nulla alia fuerit, uti
nec ego audivi, nec legi, teſtamentarius actus
ſua poteſtate careret: qui ut cæteri omnes vo-
luntate, & poteſtate gubernantur (*ut* 2. *tom. ad*
reg. Catonianiam ſcribam) nulla equidem fuit lex an-
tiquior, qua fideicommittere teſtatori liceret,
ſola equidem *illa lege* 12. *tabularum*, à qua, tan-
quam à puro fonte cunctæ teſtamentorum diſpoſi-
tiones profluunt, & dimanant. Nam quod fidei- 26
commiſſa ante Cæſarem Auguſtum minus firma
eſſent, nec neceſſaria, ut legata, cæteraque teſta-
mentis mandata, adimplerentur, id non perage-
bat diſponentis poteſtas: poteſtatem equidem fi-
deicommittendi habebat; ſed heredis impia per-
fidia, & ipſamet teſtantis voluntas, quæ non ob-
ſtrinxerat neceſſitate heredem, immo ejus liberæ
voluntati relinquebat effectum, quæ cum præca-
ria fuiſſet, à judice conſtringi non poterat, ut
antea præſcripſit, ſemper mihi doctus Interpres,
D. Franciſc. de Amaya *Lib.* 2. *Obſervationum*, 27
Capit. 9. *numer.* 2. leges equidem futuris negociis,
& actibus formam, normam, diſpoſitionem præ-
bent *l. leges, C. de legibus*; *l. de uſuris* 27. *C. de*
uſuris, & ſic cum 12. *tabularum* lex generalem
poteſtatem teſtatoribus tribuiſſet, uti quiſque vel-
let, teſtandi: & conceſſit fideicommittere, ut
& legare, manumittereque, atque cætera: quam-
vis legis Regiæ tempore fideicommiſſum cogni-
tum non eſſet: nam niſi expreſſe prohibita ſit,
& inveniatur quæcamque teſtamenti forma, lici-
ta erat morienti, ex primæva illa *lege* 12. *tabula-*
rum. Siſto ergo curſum, aſſerendo, legati no- 28
mine decemvirali ſolemnique 12. *tabul.* Fidei-
commiſſum ex ampla ſignificatione τῷ *lego*, uſu-
que recepto venire in lege illa (præter alios jam
ſupra datos) & judicarunt Nicol. Belon. 1. *part.*
inſtitut. ad titulum de fideicommiſſar. hereditat. numer.
2. & 3. Alciatus *in Commentario ad l.* 2. *D. de le-*
gat. 1. *num.* 2. Anton. Pichard. *ad Rubricam D. de*
legat. 1. *Capit.* 1. *numer.* 53. Apparere ergo vide-
tur, legatum, & fideicommiſſum non poſſe diſtin- 29
gui nomine, cum & tempore Juriſconſultorum,
duodecimque tabularum fideicommiſſum legati
nomine veniat: nam ad hoc ut differentia con-
ſtituatur, & differre nomina, cognoſcamus; ne-

ceſſarium eſt, quod in nominibus diverſæ operationes, & effectus inveniantur, contineanturque *l. ſi idem, C. de codicillis, l. à nullo, C. de feriis,* Petrus Gregor. *libr.* 3. *ſyntaxis artis mirabilis, Cap.* 2. Nicolaus Everardus *in locis legalibus in loco ab Etymolog.* 4. (qui plures refert) latè Marius Salomonius in *l. Gallus, D. de liberis & poſthumis, fol.* 6. in argumento operis: de cujus veritatis ratione conſulendus eſt Magnus philoſophiæ princeps Ariſtotel. *lib.* 3. *metaphyſicor. cap.* 9. Quod quidem in legati, & fideicommiſſi nomine non reperitur, cum Juriſconſulti per legatum fideicom-
30 miſſum nominent, & promiſcue è contra. Nam ſi diſcrimen inter hæc omnia daretur, neceſſario ſequeretur, utriuſque nominis quodcumque ſuam rem proprie denotaturum eſſe, & affecturum: & ad rectæ definitionis formam, & normam, quodcumque nomen cum re ſua convertendum eſſe, *dict. L. ſi idem, cum aliis* Franciſcus Coonan. *Libr.* 2. *Commentar. Capit.* 11. *numer.* 4. eleganter Petrus Gregor. *dict. Cap.* 2. *numer.* 31. *& Lib.* 2. *Cap.* 6. *numer.* 26. Cæl. Rhodig. *Libr.* 24. *antiq. lection. Cap.* 5. Jul. Cæſar Scalig. *de ſubtilit. ad Cardan. exercit.* 1. *& exerc.* 71. Diogen. Laert. *Libr.* 7. *de vita philoſoph. in Cenone Cittico,* latè Plato *in Cratylo,* Cicero. 1. *de inventione,* & Gul. Onziacus *in quæſtion. Juris Philoſophicar. cap.* 60. *num.* 7. (qui alios dat) quibus denique omnibus neceſſario claudimus (aut ſaltim ſic videtur) nullum diſcrimen à nomine inter legatum, & fideicommiſſum, nos adipiſci poſſe. Hæc ſunt, quæ contra noſtram differentiam poſſunt conſiderari, & inſerri; ſed provide ſequentia, quæ pro noſtris ſiſtent.

C A P. II.

Contrariæ ſententiæ, & verioris, fundamenta proponuntur, appellatione ſcilicet legati, nec fideicommiſſum, hereditatem aliamve rem venire, à num. 1. *cum ſequentibus. Utilitas hujus quæſtionis.* 2. *Quæſtio de nomine quando deceat.* 3. *Longe differunt legata à fideicommiſſis.* 4. *Ad inveſtigationem veritatis, quod eſt unum quodque cognoſcendum eſt.* 5. *Interpretis boni officium.* 6. *Nomina perſonarum mutabilia, ſecus rerum.* 7. *Eaque exaudienda, non ex opinionibus ſingulorum.* 8. *Rebus incognitis nomina imponere licet* σχηματιστικῇ *ratione, quam Græci maxime fecerunt, ſecus vix Latini.* 9. *Nominum diſceptationes ingentes inter magnos viros.* 10. *Et eorum præcognitio pars una ſapientiæ* 11. L. Titia 34. D. de legat. 2. 12. *In principio Juriſprudentiæ nunquam* τὸ lego *fideicommiſſum, & hereditatem comprehendit.* 13. *Tituli pertinentes ad res iſtas, in Jure Civili diſtincti.* 14. *Et variæ formulæ variæque actiones.* 15. *Juriſconſulti elegantiſſimi in lingua latina.* 16. *Et ſua peculiaria verba obtinuerunt.* 17. *Contrariorum grave inconveniens.* 18. *Maxime in legibus.* 19. *Error Interpretum communis tantam poteſtatem* τῷ lego *tradentium.* 20. *Expenditur* l. 12. tabularum, utiquiſque, &c. 21. *Et* l. 120. D. de verborum ſignification. 22. τὸ lego *non comprehendit hereditatem, fideicommiſſum.* 23. *Quæ ejus vis, & propria poteſtas?* 24. *Non magis convenit ultimis voluntatibus, quam aliis actibus.* 25. *Pro hac ſententia certum argumentum datur.* 26. *In poteſtate legis teſtamentariæ nulla certa forma ineſt diſpoſitionis, ſed materia ſolummodo præſtatur.* 27. 28. τὸ lego, *ſignificat* ordinare, diſponere, ſtatuere, &c. 29. *Quid* διατίθεμαι 30. *Et* διαθήκη, *ſeu* διαθῆκαι. 31. *Quare lex teſtamentaria varie legatur, & ſcriptum eſſet* legaſſit ſuæ rei. 32. *Legati qui, & quare dicantur.* 33. *Illuſtratur Ulpian.* tit. 24 34. *Legatum non à lege derivatur.* 35. Legare *pro* relinquere *apud noſtros Conſultos.* 36. *Tentatur breviter interpretatio,* Cap. Raynaldus 18. de teſtam. 37. *Iterum accedimus ad* d. l. 120. D. de verbor. ſignification. 38. *An fideicommiſſa agnita fuerint tempore* 12. *tab. remiſſive* 39.

QUÆ proximo Capite intulimus, ſatis firma, ſatiſque noſtræ Juriſprudentiæ æqua videbuntur alicui, præcipue illis, qui religioſe antiquorum Interpretum opiniones colunt, ingentemque poteſtatem *τῷ lego* indulgent. Sed mihi altius ſcrutanti, nunquam ea inſedit ſententia; ſed imò invita Juriſprudentia communiorem In-
1 terpretum opinionem proceſſiſſe. Mehercle enim dijudico, in legati appellatione nec fideicommiſſum, nec inſtitutionem venire: nam quamvis ad graves rixas, crudaque certamina, magnoſque labores accingamur: omnia libentiſſime ſubibimus pro veritate, & juſtitia: quorum numinum aris noſtras lucubrationes, noſtraſque vigilias ſa-
2 cravimus. Et antequam deſcendamos in arenam, utiliſſimum animadverto, laborem noſtrum eſſe, foreque; nam ab eo præſtabuntur luces graviſſimis Juriſconſultorum reſponſis; cum ſi naturam, & terminos τῷ lego, non penetremus, non adipiſcamur: neceſſario nec cognoſcemus reſponſa, nec decreta: non magis, quam perveſtigare denſas tenebras, horrendumque ſcrutari ſpecus, ſine prælucente face. Verum ſit, quod 3
rixa, & altercatio de nomine faſtidioſa deſpiciatur, & clamoroſis, cunctaque præſumentibus grammaticis relinquatur; tunc tamen quando nominis præcognitio nullum ſcientiæ fructum, nullam diſquiſitioni utilitatem paritura ſit, ut bene inquit Plato *Carmides.* ἀλλ' ἐγὼ σοι τίθεσθαι μὲν τῶν ὀνομάτων δίδωμι ὅπῃ ἂν βούλῃ ἕκαστον· δήλου δὲ μόνον ἐφ' ὅ τι ἂν φέρῃς τοὔνομα ὅ τι ἂν λέγῃς. *Sed ego concedo equidem tibi, pro arbitrio nominibus uti, modo id declares, quid nomine quoque ſignificare velis,* & Cic. *in Topicis*; non vero hoc licebit, ſi tota res totaque pax intellectus à fœdere cognitionis pendeat, in eaque nitatur, ut optime probat, & diſtinguit Burgalius *Lib.* 1. *de dolo, C.* 1. *n.* 9. *&* 10. *at* 11. Nam ut bene inquit Gal. *Lib.* 3. *method. meden.* nominum uſus perturbatur, rei quoque notitiam confundit, ſecundum Ariſt. 3. *rhetoricorum,*

C. 12. ἐκείνῳ γλώτταις τε καὶ διπλοῖς ὀνόμασι καὶ πεποιημένοις
ὀλίγακις, ἐν ὀλίγαχοῦ χρηστέον. id eſt. *Ex his quidem*
linguis, & duplicibus nominibus, & factis, raro,
& paucis in locis utendum eſt: nam ſi permiſcentur
nomina, ſi confunduntur, nullus dabitur certus
ordo, & ſine ordine nullus intellectus, ſine intel-
lectu nulla certa doctrina, quæ ſemper à ſuis de-
4 finitis cauſis provenit. Si ergo longiſſimis ſpa-
tiis, legata à fideicommiſſis differunt, diverſa
equidem ſunt naturá, principio, cauſis, & effe-
ctibus aliis, uti præter plures, quos dabo ſuo lo-
co lato calamo, congeſſit P. Ricciard. *in com. ad*
§. ſed non uſque inſt. de legat. à n. 2. cum ſeqq. qui
ergo poteſt effici, ut fideicommiſſum pro legato,
aut contra accipiatur? Præcipue à noſtris Con-
ſultis formularum, vocum, ſyllabarum obſervan-
tiſſimis, rectæque latinitatis primoribus? Quin
fataliter graves obumbrarent tenebræ, miſerum
Chaos, & cunctæ noſtræ Juriſprudentiæ luces,
ſeu fundamenta extinguerentur, & everterentur.
5 Docte equidem Petrus Gregorius *Libr.* 3. *Cap.* 2.
artis mirabilis, cum Ariſtotele, Platone, & Ga-
len. reſolvit, ad inveſtigationem veritatis, re-
ctæque doctrinæ cognitionem præcognoſcendum
eſſe, quod eſt unumquodque, rerumque diffe-
rentias lynceis oculis attendendas: nam qui in
ullo fallere, vel falli non vult, ſimilitudinem re-
rum tenere debet: decipiunt namque ſimilitudi-
nes etiam peritos interdum, ut ex Galeno idem
probat *numer.* 9. indeque laudat dialecticam, do-
numque Dei vocat, cujus officium eſt dividere,
6 & componere. Cum ergo præcepta iſta ſic for-
titer ſubſiſtant, ſic doceant, boni interpretis erit
officium, diſtinguere cauſas, naturas, effectus
rerum; non perturbate permiſcere: ſi enim aliud
eſt legatum: aliud fideicommiſſum: aliud heredi-
tas, qui ſub appellatione legati concludemus
utrumque? Niſi invita ratione, & reluctanti; ut
eleganter inquit Caius in *l. mortis cauſa* 31. *D. de*
donationib. mortis cauſa. ibi: *Exceptis his capiendi*
figuris, quæ proprio nomine appellantur, certe enim &
qui hereditario, aut legati, aut fideicommiſſi Jure ca-
pit, ex morte alterius nanciſcitur capiendi occaſionem,
ſed quia proprio nomine hæ ſpecies capiendi appellantur,
7 *ideo ab hac definitione ſeparantur.* Quamvis enim
perſonarum, hominumque nomina mutabilia
ſint, non item rerum; ea enim firma permanent,
nec variationem patiuntur, *l.* 4. *D. de legat.* 1.
ubi docte Gothofredus, & Vacon. *Libr.* 4. *de-*
claration. 56. fideicommiſſum, hereditas, & le-
gatum nomina ſunt certa, fixa, quibus nec in-
conſtanter ſuos uſus, certosque effectus Juris con-
ditores attribuerunt, ut in cuncto Civili campo
8 conſpicitur. *Non enim ex opinionibus ſingulorum,*
ſed ex communi uſu nomina exaudiri debere, nec vide-
ri quemquam dixiſſe, cujus non ſuo nomine uſus ſit,
cum Servio Celſus reſolvit *in l. Labeo*, §. 1. *D.*
de ſuppell. legat. nam quamvis rebus incognitis
9 ὀνοματοποιΐας ratione nomen imponere liceat, quod
Græcis inter maximas virtutes habebatur, vix ta-
men Latinis permiſſum, Quintilian. *Lib.* 8. *Orat.*
Cap. 6. Galen. *de ſymptomat. different. in principio.*
Cicer. *de Orator.* & nos ſupra *Lib.* 1. *Cap.* 1.
non tamen antiqua, & quaſi aboriginalia nomina
alternare, ſeu pervertere facultas alicui erit, Plat.
in Cratylo, Galenus *ubi proxime*, *d. l.* 4. *dict. l.*
Labeo: nam aliàs, pro Deus! quanta barbaries
10 incondita graſſaretur. Inde provenit, quod inter
magnos viros diſceptationes nominum oriantur in-
gentes, teſte Cæl. Rhodig. *Lib.* 9. *antiq. lect.*
Cap. 14. & *Lib.* 21. *Cap.* 24. *in princip.* nomi-
num cognitionem partem unam ſapientiæ eſſe di-
11 cit, videndus eſt Volaterran. *Libr.* 30. *Philolog.*
Cap. de nominibus, Petrus Gregor. *Lib.* 2. *art. mi-*
rabil. Cap. 6. *num.* 7. Galen. *Lib.* 2. *de pulſuum*
differen. Marſil. Ficin. *in argumento ad Cratylum* 12
Platonis; nominum ſcientiam, non humilem, ſed
excelſam dicit; quorum ſententiam libens amplec-
tor: quando prænotio nominis neceſſaria eſt ad
cognitionem rei (ut dixi) certoque tramite ad
veritatem ducit, ut in noſtra diſceptatione: nam
ſi quæſitum, ſeu propoſitum variatur, maxime
eo, quod aut legatum, aut fideicommiſſum, aut-
ve hereditas ſit, quis tam protervus animo, im-
poſque mentis erit, qui renuat, diſpiciat diſcri-
mina rerum harum, & appellatione legati hæc
cuncta venire & comprehendi. Hinc eſt, quod 13
Conſultus *in l. Titia* 34. *D. de legat.* 2. attente
inveſtiget, an in eo reſponſo, & quæſito, lega-
tum an fideicommiſſum intervenerit, quod fa-
ciunt noſtri Conſulti paſſim, & in eam rem con-
gerere reſponſa, & reſcripta, inutiliter laborioſum
eſſet, cum paſſim obia & illiteraris appareant.
Nam quamvis annueremus, (quod renuimus 14
valde,) *ex l.* 12. *tabularum*, pertinere *vi lege*, ad
fideicommiſſum, hereditatem, & cætera cuncta
in teſtamento relicta, tamen id primore Juriſpru-
dentiæ infantia tolerari poterat, non jam adul-
ta; cum noſtri Juris autores, ejuſque magni ſa-
cerdotes diſpararunt, & ſecreverint prudenter
cuncta iſta, variiſque titulis, & ſede colloca-
runt: en titulos *de heredibus inſtituendis*: *de legatis*,
& fideicommiſſis (cujus interpoſita copulativa dif-
ferentiam agnoſcit) in *C. de legatis*, & alium *de*
fideicommiſſis. & ſic in *inſtitutionibus*. Attribue- 15
runt etiam varias formulas, varias actiones, ſeu
perſecutiones, varios judices, & ut me exone-
rem, videndi ſunt Anton. Pichard. *in rubrica de*
legat. 1. *Cap.* 2. *numer.* 36. & *Cap.* 3. per totum,
Petrus Ricciard. *ubi ſupra*, Franciſcus Duaren. *ad*
titul. D. de legat. & fideicommiſ. Donellus 8. *com-*
men. C. 1. & 2. & *ibi Oſvald.* Abſurdam enim
eorum opinionem cenſeo, qui de media Ju-
riſprudentia legatum, cum fideicommiſſo permi-
ſcent, & è contra, atque cum hereditate. Juriſ- 16
conſulti enim noſtri percaluerunt alte Latinæ Lin-
guæ elegantiam, & ſummo cum decore ſuis in-
ſerverunt reſponſis, & ejus proprietatem ama-
runt: ſcripſit; ſenſitque ſic M. Fabius Quinti-
lian. *Lib.* 5. *Orator. Cap.* 14. Andreas Alciatus
ad titul. D. de officio ejus cui mandata eſt Juriſdi-
ctio. num. 1. & doctius latiuſque *in apolog. adver-*
ſus Laur. Vall. Libr. de verborum ſignificatione, And.
Tiraquel. *in l. ſi unquam*, verbo, *ſuſceperit Libe-*
ros, *numer.* 1. & ipſemet Laurentius Valla, pa-
rum ipſis fidus, aſſenſit *in præfatione Libr.* 3. *ſua-*
rum elegantiarum. L. Carrio *Lib.* 4. *emendation. Ca-*
pit. 10. titulus *de verborum ſignificatione*, præter
cunctum Jus Civile, ſatis probat, & multoties
Cicer. *in ſuis Rhetoricis.* Quorum quidem ſenten-
tia inſigniter fœdaretur, ſi fideicommiſſum præ-
carium, imperativo legato ſubvolveremus: & he-
reditatis univerſalis ſucceſſionem, cum ſpeciali,
& particulari (ut noſtri inquiunt) legatis, & fi-
deicommiſſi. Præcipue ſi adjungas his, Conſul- 17
tos noſtros ſua peculiaria verba obtinuiſſe, uti ob-
ſervant late idem Alciatus *in Apologia dicta*, *numer.*
27. & B. Briſſonius *Lib.* 3. *formularum.* Quod
ergo magis Conſultis in Jure noſtro invenietur pe-
culiare, proprium, receptumque nomen, quam
legatum, & fideicommiſſum, inſtitutioque ſub
differentiis, & notitionibus ſupra datis? Quæ 18
mehercle in tantum vera ſunt, ut nulla cauſa ef-
ficere poſſit, qua verborum abuſus permittatur,
& ſaltim credamus, in Conſultis præcipue, cum
inde omnia confuſa, omnia incerta evaderent,
Alciatus *in l. quoties* 80. *D. de verborum obligation.*
à numer. 6. cum ſequentibus, Franciſcus Dua-
ren. *ad titulum D. heredib. inſtituen. Cap.* 3. Pe-
trus Faber. 2. *ſemeſtr. Cap.* 14. Vacon. 4. *decla-*
 ration.

ration. 56. & perapte Oſvald. *ad Donell.* 8. *commentar. Cap.* 4. *litt. A.* verum enim ſit, quod aliquando obliquetur verborum puritas, & proprietas; non tamen eam facultatem admittemus contra apertam ſignificationem verborum (ut inquit Oſvald.) contra planum receptumque uſum verbi, inverſione penitus barbara, & omni aliena ratione: quorſum enim verba, & eorum acceptæ ſignificationes, & immobilitates? *dict. l.* 4. *d. l. labeo:* ſequeretur, quod mens humana nihil certi à verbis, à nominibus capere, & intelligere poſſet; cum præterquam ſi inflexio ea, & obligatio verborum liceret in contractibus, & te-
19 ſtamentis *ex l. non aliter* 69. *D. de legat.* 3. non tamen in legibus, & reſponſis, ſeu ſtatutis eam ſententiam accipere debemus: per ea quæ hic ediſſerimus, & ex ratione, menteque *dict. l. non aliter*, quæ verborum abuſum teſtatoribus permittit, vel ex ruſticitate, & ignorantia, quæ à Juris Civilis reſponſis, & reſcriptis longe exulat: ita ex Bartoli, Baldi, Tiraquelli judicio reſolvit Antonius Mornac. *in Obſervation. ad D. Vetus in l.* 6. *D. de præſcriptis verbis:* ſiſtat ergo apud omnes certum appellatione legati, nec fideicommiſſum, nec inſtitutionem venire ex noſtratum Juriſconſultorum abuſu.

20 Impulit in hunc errorem Interpretes falſa opinio tantam poteſtatem, tantem ſignificationis extenſionem à 12. Tabul. attributam eſſe verbo *lego*, ut vi propria, propriaque virtute cunctam ultimæ voluntatis diſpoſitionem comprehendat. Sed inſignis tantorum virorum error fuit, & quod magis dolendum eſt, adhuc ſerpit inter doctiſſimos, autoritate majorum allectos, & deceptos. Audacter perquirerem ab ipſis, quo firmo fundamento imponerent tantæ molem ſententiæ: nam
21 quod inferunt, vulgoque jactatur, *ex l.* 12. *tab. utiquiſque legaſſet ſuæ rei, ita jus eſto*, plane debile eſt, & judicabitur à quocumque, attente introſpiciente: nam verum eſt, quod *lege illa* 12. *tabul.* maxima poteſtas attributa fuerit teſtanti, diſponendi, uti ipſe vellet, ſed id non tam vi,
22 & poteſtate in abſtracto conſiderati τῷ verbi *lego*, quam lege ipſa, verbis cunctis ipſius, & poteſtate in eis omnibus comprehenſa, & conjuncta, uti expreſſe Pomponius ſcripſit in *l. verbis legis* 120. *D. de verborum ſignification. verbis legis duodecim tabularrum*, his, *uti legaſſit ſuæ rei, ita Jus eſto, latiſſima poteſtas tributa videtur*, animadverte τῷ *verbis his*, ſignanter poſitum: non ergo τῷ ſolum *lego*: uti eleganter, & acute conſideravit Vaconius à Vacuna *declaration.* 55. *num.* 5. (qui pro hac ſententia omnino videndus eſt, multa enim ſapienter, ſubtiliterque diſpoſuit, quæ mihi tranſcribere non libet; ſed libare aliqua, qua-
23 tenus conveniunt cum noſtris) *lego* enim, nec fideicommiſſum, nec heredis inſtitutionem, nec dationem tutelæ ſuapte natura, vi, & poteſtate
24 ſignificat; ſed acceptum in illa 12. *tabul. lege*, fuit, pro *ordinare*; *diſponere*, & *relinquere:* & ſic pro ſignificatu abſoluto, generali: quaſi diceret, *uti quiſque diſpoſuerit rem ſuam, vel de re ſua, ita Jus eſto*, ita ut per cuncta illa verba latiſſima poteſtas data fuerit teſtatori: non tamen verbum *legaſſit* ſignificet fideicommiſſum, heredis inſtitutionem, tutelæve dationem: quamvis ea omnia in lege il-
25 la, ejuſque verbis comprehenſa fuerint. Verbum enim ibi *legaverit* ſeu *diſpoſuerit* ita abſolutum, & plenum eſt, ut non magis ultimis voluntatibus quam contractibus, & voluntatibus viventium adaptari poſſit: nam ſi quis venditionis, locationis, & ſimilium contractuum poteſtatem facere vellet, abunde demonſtrabit per verbum *diſpoſuerit*, veluti *quomodocumque Titius diſponat de re mea, ratum habebo*, & non tamen inde ducemur τῷ *diſpono* ſignificare venditionem, locationem, & alios contractus. Diſtant enim inter ſe, 26
non magis, quam certa forma, & ſpecies, atque imago, à generaliſſima materia lignea, marmorea, aurea, & alterius generis: & ſic voluntas, quæ materia eſt generaliſſima (ut ſecundo Tomo late probabo) à forma legati, fideicommiſſi, inſtitutionis diſtat, & ſimiliter hæ formæ, figuræ ſeu ſpecies, cum formas diverſas contineat, nemo addubitabit eſſe diverſas, nihilque commune habere, quam materiam voluntatis: & ridiculum erit, propter eam cenſeri, unam ſub aliam contineri, & venire. Nihilo magis, quam ſi è marmore forma equi, formaque hominis compactæ fuerint, & quia ab una materia deſcendant, aſſereremus eaſdem eſſe formas, & figuras, unamque ſub alia venire. Nam quamvis illa poteſtas 27
legandi, & diſponendi lege concedatur, dum non diſponitur forma voluntatis, & ſpecies certa in lege, nulla forma ineſt, nulla ſpecies, nullum factum: ſed ſolum formandi, & faciendi poteſtas: quæ dum nihil operata eſt, nullum ens productum eſt, ut apte Plato *Parmenid. de uno rerum omnium principio.* Τι ουν (φαίναι) ἓν ἕκαστον ἐστὶ τῶν νοημάτων, νόημα δε ὐδενὸς; ἀλλ' ἀδύνατον ειπειν. Ἀλλὰ τινός. Ναι. ὄντος, ἢ ὐκ ὄντος; ὄντος, id eſt. *Quid ergo* (inquit) *quælibet notio una eſt? notio autem nullius notio? At hoc impoſſibile, ſed cujuſdam? cujuſdam ſane, exiſtentis vel non exiſtentis? exiſtentis.* Voluntas ergo, & notio de ente aliquo, de ſubſtantia aliqua, quæ præcedat, quæ objiciatur, eſſe debet: in tantum ergo fideicommiſſum, heredis inſtitutio à poteſtate illa legandi, & diſponendi diſtant; quantum ens à non ente, factum ab infecto. Aliud enim eſt poteſtas faciendi, aliud factum: & ſic quamvis *lege* 12. *tabul.* legandi, uti vellet, teſtatori indulta poteſtas eſſet, non inde ſequitur, varias diſpoſitiones poſtea ſecutas (quamvis à poteſtate illa procedant) non eſſe inter ſe diverſas, & diſparari ab illa legandi, & diſponendi facultate (ut hic dixi).

In antiqua illa 12. *tabul. lege*, verbum *lego*, 28
nec *fideicommiſſum*, *legatum*, *inſtitutionem*, *manumiſſionem*, *tutelæque dationem*, ſignificabat; ſed in
poteſtate, ab ea teſtatori conceſſa, comprehende- 29
bantur. Τὸ enim *lego*, ibi nihil aliud apprehendit, quam *diſponere*, *ordinare*, *relinquere:* probat hoc evidenter teſtamentaria Græcorum lex, à qua noſtra primis cunabulis Romæ deſumpta fuit. Demoſth. *in Orat.* 2. *in Steph.* Ὅσοι μὴ ἐπεποίηντο ὥστε μήτε ἀπειπεῖν μήτε ἐπιδικάσασθαι, ὅτε Σόλων εἰσῄει εἰς τὴν ἀρχὴν τὰ ἑαυτοῦ διαθέσθαι εἶναι ὅπως ἂν ἐθέλῃ, quæ quidem Hieronimus Wolfius, cum reſpectu ad noſtram legem 12. *tabul.* ſic vertit. *Quicumque non aſciti fuerant, ut neque renunciari eis, neque lege in eos agi liceret, cum Solon magiſtratum iniret, eis ſua legare ſuo arbitratu liceat.* Τὸ enim διαθέσθαι ſolemne apud Græcos fuit *pro diſponere, & teſtari*, ſic Plato *dialog.* 12. *de leg.* τὸν λόγον τοῦτον ἀγαθὲ φοβούμενοι τὸν νόμον ἐθέσαν τὸν ἐξεῖναι τὰ ἑαυτοῦ διατίθεσθαι ἁπλῶς ὅπως ἄν τις ἐθέλοιτο σκήσασθαι, id eſt. *Illis morituri hominis verbis O optime vir! commoti, legem illam ſcripſerunt, per quam licet cuique, ut cumque velit, ſimpliciter ſua diſponere*, ita quod in Demoſthene Wolfius *legare* vertit, hic Marſilius *diſponere*, ſed præclare Juſtinian. *in Authentic. de nuptiis*, §. 2. Græcorum legis τὸ διαθέσθαι, obſervavit verbum ſolemne in re teſtamentaria, & pro diſponere accepit: tradens erudite noſtram legem 12. *tabularum*, inde compactam fuiſſe, audi per acta verba: Δεύτερον δὲ ἐκεῖνο ὥστε ἅπαντα ὅπουσα ἐν τῆς νῦν ἡμέρας ὁ διαθέμενος διατάξοι περὶ τῶν ἑαυτοῦ εἴτε ἀνὴρ εἴτε γυνὴ καταστῆσαι ταῦτα κρατεῖν νομοθετοῦντα μὲν γινόμενος ἑαυτοῖς ταυτῇ ὁποτίοις, καὶ ὑπὸ νόμος ἡ τοῦτο βουλὰ καθάπερ, καὶ ὁ παλαιότατος ἡμῖν τῶν νόμων, καὶ πρῶτος
ἡμῶν

ἐκεῖνο τῶν πολιτικῶν Ῥωμαίων διατάξεων φησὶ (φαμὲν δὲ τὸν δωδεκαδέλτον) ἐκ τῆς ἀρχαίας, ἢ πατρίου γλώττης οὕτω πως λέγον. uti legaſſet quiſque de re ſua, ita jus eſto, &c. id eſt. *Secundum vero illud, ut omnia quæcumque ex hodierna die teſtator diſpoſuerit de talibus, ſive vir, ſive mulier conſiſtat, hæc valeant: diſponat igitur unusquiſque ſuper ſuis, ut dignum eſt, & ſit lex ejus voluntas, ſicut & antiquiſſima nobis lex, & prima pene Reipublicæ Romanorum diſponens ait, dicitur autem 12. tabularum, ſecundum antiquam, & patriam linguam ita dicens, uti legaſſet quiſ-*
30 *que, &c.* Et ſic paſſim uſurparunt Theophilus, Conſtantinus Harmenop., Baſilica, cæterique Interpretes Græci, nam cum διατίθεμαι ſit *diſponere, ſtatuere, ordinare*, ut latè docteque probat Henricus Stephan. 3. *tom. ſui Theſauri fol. mihi* 1488. & antea Budæus *in commentar. Linguæ Græcæ fol. mihi* 195. & 196. Jacobus Mauſacus *in notis ad Harpocrationem ad pagin.* 81. *linea* 8. qui ex utroque probat Ulpiano, Juriſconſulto, & Rhetore, inſigni Demoſthenis Commentatore, aptiſſime ad teſtamentarias diſpoſitiones tranſlatum fuit, inde
31 διαθήκη, ſeu διαθήκαι pro teſtamento, Budæus *in Commentario Linguæ Græcæ, fol. mihi* 507. & paſſim Harmen. *Lib.* 5. *titul.* 1. & ſemper Henricus Stephan. *in ſuo Theſauro*, Iſocrat. *in Æginet.*
32 & omnes interpretes Græci. Conveniunt his quæ acute Vaconius à Vacuna *dict. declaration.* 55. prævidit, ideò *legem iſtam* 12. *tabul.* varie legi *uti quis legaſſet de re ſua*, & *uti quiſque legaſſet ſuæ rei*, quia cum Græci careant ablativo, pro eo uſurpant genitivum, & ſic dicitur, *legaſſet ſuæ rei*, ut animadvertas, quanta cura leges Græcas in Latinum à Romanis verſas fuiſſe: niſi forte Elipſim intelligas, ſcilicet *legaſſet ſuper pecunia, tutelave ſuæ rei*, de qua latè, & eleganter Sanchez in ſua Minerva *Lib.* 4. Hinc etiam eſt, quod cum *lega-*
33 *re* noſtrum deſumptum διατίθεμαι, Græcorum ſit, nihil aliud ſignificat, quam *ſtatuere, diſponere, ordinare, mandare*, nam ex vulgari Varronis loco *Lib.* 5. de lingua latina *ideo etiam legati* (dicuntur) *quod ut publice mittantur, leguntur*, quæ placuit derivatio P. Greg. 42. *ſyntag. C.* 32. *num.* 1. Donell. 8. *Com. C.* 1. & bene Sypontin. *ad Epigram.* 22. *Martialis*, undè Feſtus verb. *Orare*; *Orare Antiquos dixiſſe, pro agere, teſtimonio ſunt, quod & oratores, & hi, qui nunc quidem legati, tunc vero oratores, quod Reipublicæ mandatas partes agebant, &c.* & Paulus *ibi*, qui fere per eadem verba Joan. Godeſcalc. *in obſervat. Ling. Lat.* verb. *Legare: legare aliquem alicui pro publicis, magniſque negociis mittere: legare negocium alicui committere, legare pecuniam, alicui hereditario Jure relinquere*, undè Roſin. *Lib.* 8. *antiq. Roman.* legem iſtam 12. tab. interpretans (inquit) *uti legaſſit, pro eo eſt, quaſi dixiſſet, ut ſtatueris, ſive decreverit, legandi verbum à lege fictum eſt, ut legare nihil aliud ſit, quam ſtatuere, decernere, & ut vulgus loquitur, diſponere ſive de hereditate, ſive de legatis, & donationibus in te-*
34 *ſtamento.* Hinc (ni prædictis demulctus doloſe capior) capio eleganter recteque Ulpian. *in ſuis fragmentis tit.* 24. in princip. *legatum eſt, quod legis modo; id eſt, imperative teſtamento relinquitur:* nam cum legare, nihil aliud ſit, quam mandare, ſtatuere ſuper pecunia rei ſuæ, idque legis modo, & forma à lege ſtatuta, id eſt per verba imperativa, ut diſparentur, diſcernantur à fideicommiſſis (uti ſatis expreſſe tractavimus *ſup. Lib.* 2. *Cap.* 2.) apte definitur ab Ulpiano, ſi ea definitio eſt, & definitio, cum definito, & etymone convertitur, uti placuit Turamino *de exequutione legatorum*, C. 1. *n.* 12. & Donel. *dict. Lib.* 8. *Com.*
C. 1. Nam qui legatum à lege derivant, utpote 35
Entychus *Lib.* 2. *de diſcernendis conjug.* Gœd. *ad dict. l.* 120. *de V. S. n.* 1. Roſin. *ubi proxime* A. Fab. 2. *tom. decad.* 44. *err.* 7. *num.* 4. commoti proxima Ulp. autoritate aberrat à veritate longe: nam Ulp. *d. titul.* 24. nullam etymologiam legati præpoſuit, ſed definitionem, aut deſcriptionem: recta enim derivatio eſt illa, quam cum doctiſſimo Varrone, & aliis ſupra præpoſuimus. Ulpianus enim, non inquit, legatum à lege deduci, ſed eſſe aliud quod teſtamento relinquitur modo legis, & formæ, quæ imperativa erat, quæ quidem tantum diſtant ab etymone legati ex lege, quantum cupreſſi à viburnis: & ſi aliqua inſinuatur etymologia, eſt illa noſtra, à nobis hic defenſa, & apud omnes vera. In quo ſenſu, & uſu non deſunt Conſulti, qui verbum *lego*, pro *relin-*
quere, ſcilicet acceperint: Modeſtinus *in l. equis* 36
39. *de uſur.* ibi: *Equis per fideicommiſſum legatis.* 1. relictis, ut in *l. equis* 8. *ejuſdem tituli*, Scævola in *l. uxorem* 41. §. *legaverat* 6. *de legat.* 3. ibi: *Legaverat per fideicommiſſum Mævüs*, & in §. *teſtamento* 7. ſubſequenti, ſic etiam intelligendus T. Livius 1. *hiſtor. ab U. C.* ibi: *Numitori, qui ſtirpis maximus erat, Regnum vetuſtum Sylviæ gentis legat* id eſt, relinquit, ſenſu quo Rufus Feſtus *in Breviario: Aſia ſocietate Attali Regis nota Romanis, eamque Attali teſtamento relictam hereditario Jure poſſedimus*: vide an ſi ſic recte intelligantur verba, *Cap. Raynaldus* 18. *de teſtamentis*, meo enim judicio conſtanter contextura demonſtrat, ſic etiam Idacius *in collectione Chronica Lib.* 2. *Cap.* 28. *Ptolemæus Rex Cyrenæ moriens Romanos teſtamento reliquit heredes*, ſolemne enim fuit τὸ *relinquo*, in hereditaria re apud Latinos, ut καταλείπω, apud Græcos: paſſim Iſocrates, Demoſthenes, Harmenop. & alii. Qua proprietate verbi attenta, quod eſt, mandare, relinquere, poſtea Juriſconſulti ſpecialiter legatum acceperunt pro delibatione hereditatis, & quando aliquid ſpecialiter relinqueretur, & ſic nos dicimus Hiſpano ſermone *mandas, y legados.*

Ex his ergo deducimus nihil aliud ſignificare τὸ *ego*, in *l.* 12. *Tab.* quam *mandare, diſponere*, &c. quod nihil commune habet: cum hereditate, fideicommiſſo, legato, ſolummodo enim cum verba legis *uti quiſque*, generaliſſima eſſent (conſidera ea, perpende, & videbis) maxima illis verbis attributa fuit poteſtas teſtatoribus *dict. l. his verbis*, quæ ſane diſtinguit hereditates, legata, libertates, & cæteros finales actus: præcipue cum inſtitutiones legata, & fideicommiſſa ſuos modos haberent (ut dixi *Lib.* 2. *Cap.* 1.) quibus non convenire poterat verbum *lego*, ut recte conſiderat Vacon. *dict. declarat.* 55. Concludimus equidem latiſſimam fuiſſe poteſtatem teſtandi, *l.* 12. *Tab.* attributam, quam verbi poteſtas, *lego* ſola id efficiat: ut non inſubtiliter hujuſmodi actus à nobis diſcreti ſunt in hoc Capite: & hæc ſit regula certa. Quod autem attinet ad eam quæſtionem, an fideicommiſſa cognita fuiſſent 12. tabulis, conſtanter negamus, cum Cujacio, Fabro, & aliis, quam aptiori loco tractabimus, forte (Deo annuente) Tomo ſecundo noſtrorum Paralipomenon.

CAP. III.

Laborioſum Caput de tempore neceſſitatis fideicommiſſorum, & legum Juliæ, & Papiæ, ad illuſtrationem l. & fideicommiſſum 87. D. de leg. 3. *argumentum ab hac lege.* 1. *Leges Julia, & Papia nunquam fideicommiſſi fecerunt mentionem.* 2. *Harum legum odium.* 3. *P. Rom. ferre nequibat.* 4 *Sacri ſcriptores eis irriſerunt.* 5. *Quia odioſæ, reſtringendæ erant.* 6. *Expenditur* l. indignum 3. D. de his quæ ut indignis auferuntur. 7. *Et* l. cum fiſco 9. D. ad Senatusconſult. Syllan. 8. *Juriſconſulti acurate tractarunt, quomodo his legibus illuderent* 9. *qui monſtroſus partus ſufficiebat ad ſatisfactionem earum.* 10. L. quæret aliquis 135. D. de verbor. ſignification. 11. *Alia reſponſa explicantur.* 12. *Sententia* l. non puto 10. D. de Jure fiſci. 13. *Alia argumenta, quod fideicommiſſa his legibus non continerentur.* 14. *Quarum rerum datur caducum.* 15. *Neceſſario extenſio ad fideicommiſſa facta fuit, ne leges illuderentur.* 16. *Heres à fideicommiſſario incapace an vindicare rem reſtitutam poſſet? & difficilis Ulpian. locus inducitur.* 17. *Defenditur Paul.* d. l. & fideicommiſſum. 18. *Lex quæcunque, ſi alias illuderetur, extenditur.* 19. *Lex Julia ad bonorum poſſeſſiones extenta fuit.* 20. *Edictum Prætoris de remittendo jurejurando extenditur ad fideicommiſſa* 21. *Alias teſtatores facile illuderent legibus.* 22. *Ubi & de rationibus legum Juliæ, & Papiæ, Romanorum gravis cura pro matrimoniis.* 23. *Et ſobole procreanda.* 24. *Illuſtratur T. Clemens* in l. hoc modo 64. D. de cond. & demonſtr. 25. *Notatur Briſſonius.* 26. *Interpretatio Juſtinian.* in l. unica in princip. C. de caducis tollend. 27. *Magis pœnæ harum legum, quam imperia, odio fuerunt habitæ.* 28. *Et ſic poſtea pœnæ temperatæ.* 29. *Donec Chriſtiani Principes abrogarunt.* 30. *Leges iſtæ quo reſpectu favorabiles.* 31. *Explicatur* lex quæret aliquis, D. de verbor. ſignifi. 32. *Ardua, & invincibilis inveſtigatio temporum harum legum, & neceſſitatis fideicommiſſorum.* 33. *Et quis ille L. Lentulus, in quo primum exemplum.* 34. *Error F. Broæi.* 35. *Judicium, & opinatio noſtra, à num.* 36. *Aliæ leges connubiales præceſſerunt Juliam, & Papiam.* 37. *Præmia ex multis liberis.* 38. *Auguſtus autor Juliæ legis.* 39. *Sed quo anno.* 40. 41. *Oratio ejus pro aſſerenda lege.* 42. 43. *Lex Papia quo tempore.* 44. *Illuſtratur Tacitus.* 45. *Error docti viri.* 46. *Neceſſitas fideicommiſſorum quando.* 47. *Error Broæi, & Panciroli.* 48. *L. Lentulus qui militavit in Pharſalicis quando conſul.* 49. 50. 51. *Oppugnantur Broæus, & Pancirolus.* 52. *Iſte Lentulus cum Pompeio ab Ægyptiis interfectus.* 53. *Judicium ſeu divinatio noſtra de L. Lentulo Juſtiniani.* 54. *Filius fuit illius L. Lentulus conſul, cum M. Valerio.* 55. *Onuphrius Caium nominat.* 56. *Et alii aliter, ego Lucium.* 57. *Vocabatur etiam* Cornelius, *& inde error.* 58. *Et ex notarum brevitate.* 59. *Caſſiodorus nominat Cornelium Lentulum.* 60. *Inde Panvini error.* 61. *Et Ludovici Vives.* 62. *Prænomina notis ſcribebantur.* 63. *Et iſtæ ad arbitrium.* 64. *Conjectura in Caſſiodoro.* 65. *C. nota Cornelium ſignificat.* 66. *Filii prænomina parentum ferebant.* 67. *Bellum Africanum quo tempore.* 68. *Et Gætulicum.* 69. *Gætuli Africæ incolæ.* 70. *Gætulos noſter L. Lentulus domuit.* 71. *Illuſtratur nova luce Dio, & Paterculus* 72. *Cognomen* Coſſus *in familia Lentulorum.* 73. *Et ſimiliter in Corneliorum.* 74. *Inſignis Cornelius Coſſus, remiſſive.* 75. *Gætulici agnomen in familia Lentulorum.* 76. *Cornelius Coſſus in Africa deceſſit.* 77. *Noviter explicatur Cornel. Tacitus.* 78. *Cornelius Coſſus, quo anno, & cum quo conſul.* 79. *Cognomen Gætulici nunquam in Cornelio Coſſo.* 80. *Expenditur locus Taciti.* 81. *Cn. Lentulus Gætulicus hiſtoricus.* 82. *Reſtituitur ſua lectio Plinio.* 83. *Excuſatio, & perſuaſio Autoris.* 84. *L. Lentulus quo anno meruerit in Africa.* 85. *Lex Julia multis annis neceſſitatem fideicommiſſorum præceſſit.* 86. *Ulpian. explicatur.* 87. *Pauli extenſio* dict. l. & fideicommiſſum *defenditur.* 88. *Cur lex Papia non comprehendat fideicommiſſa.* 89. *Iſta ſolum temperavit pœnas.* 90. *Juriſconſultorum commentaria ad has leges* [illegible]. 91. *Alter Ulp. locus explicatur.* 92. *Pœna reſtituentis incapaci fideicommiſſum.* 93. 94. *Defenditur emendatio Ulpian.* 95. 96. *Et illuſtratur ex Gai reſponſo* ex l. in fraudem 10. §. fin. D. de his quæ ut indignis aufer. 97. & ex l. ſi tacitum 13. D. ad l. Falcid. 98. *Interpretatio Juriſconſultorum hanc extenſionem effecit.* 99. *Concludimus denique in legato fideicommiſſum non comprehendi, niſi ex neceſſaria interpretatione.* 100.

Noſtram ergo præcedenti Capite ſententiam prodimus τὸ *lego*, virtute propria, nec hereditatem, nec fideicommiſſum comprehendere; nec Juris conditores noſtros harum vocum promiſcuiſſe uſum: hoc & ſequentibus Capitibus noſter erit labor, non levis, ſed ingens; ut ſubvertamus fundamenta, quibus contraria ſententes (quæ & nos *Capite* 1. *hujus libri* copulavimus, conglutinavimusque) innituntur. Primo equidem veritatis, & rationis arietem deſtinamus, & objicimus magno illi Herculi, ſecuriſſimeque adverſariorum arci: ad quam cunctos, tanquam in

in ſacrum Aſilum confugiſſe video, Pauli reſpon-
1 ſi in *l. & fideicommiſſum* 87. *D. de legat.* 3. in quo
non dubiis Conſultus profitetur verbis fideicom-
miſſum, & cauſa mortis donationem, appellatio-
ne legati contineri. Sed ſi animus non ad ma-
jora, pro majori illius legis explicatione, ferre-
tur, brevi calamo aperiremus illam, & in ea no-
ſtræ ſententiæ altum fundamentum nullumque
firmius cuncto Juris Civilis campo. Et ut telam
recto tramite ordiamur, exordiamur eam ab ar-
gumentorum obicumque filo, qui quamcumvis
hinc inde revolutus, hinc inde circumductus,
illo ſemper ducti emergemus ad veritatis, rectæ-
que doctrinæ luces. In examen, & trutinam hoc
reſponſum Pauli indubie poteſt adduci: nam ſi id
ab inſcriptione, quæ eſt *ad l. Juliam, & Papiam*
rependimus, uti noſtri Juris Critici præcenſue-
runt, infra referendi: origo inde gravior ſcru-
tanti illud, & ad dubitandi in ejus recta ratione,
2 & æquitate: Nam invenio *legem Juliam, & Pa-
piam*, nunquam fideicommiſſi feciſſe mentionem,
ſed hereditatis, & legati ſolum, ſi fides aliqua eſt
penes Conſultos noſtros, & humaniorum littera-
rum autores: Ulpian. *titul.* 16. *in fragmentis*,
ibi: *Ad capiendas hereditates, & legatas dotes*, *l.*
1. §. 1. *C. de caducis tollend.* optime Juvenalis
ſatyr. 9.

Jura parentis habes, propter me ſcriberis heres,
Legatum omne capis, nec non & dulce caducum.

Sed quod majus fundamentum autoritatis, quam
noſtra *l. & fideicommiſſum*? Nam ſi in his legibus
ſuis nominibus fideicommiſſum, & mortis cauſa
donatio fuiſſent relata, non leges iſtæ interprete
Juriſconſulto indiguiſſent, qui contineri doce-
ret, iſtæ legati appellatione, & venire? Per in-
terpretationem ergo, & extenſionem fideicom-
miſſum in legibus Julia & Papia venit: ſed proh
3 Deus! quales hæ leges? Impiæ, libertatis viola-
trices, adſertores rapinarum, & apud omnes exo-
ſæ: audi noſtrum Cæſarem Juſtinianum *in dict. l.*
1. *C. de caducis tollend.* in princip. ibi: *Et quem-
admodum in multis Capitalis lex Papia ab anteriori-
bus Principibus emandata fuit, & per deſuetudinem
abolita, ita, & à nobis circa caducorum obſervatio-
nem invidioſum finem amittat vigorem, qui & ipſis
prudentiſſimis viris diſplicuit*, Conſtantinus *in l.* 1.
*C. de infirmand. pœnis cælibat. terrores, & juga cer-
vicibus hominum impoſita* vocat, *& ſtultam*, ut re-
fert in eodem Imperatore Sozomen. *Eccleſiaſtic.
hiſtor. Libr.* 1. *Capit.* 9. Juſtinianus idem *in l.
final*, *C. de Jure liberorum: injuriam* pleno ore ap-
pellat: *vaniſſimas leges* Tertullian. *in Apologetico
adverſus gentes: abſurdas* Nicephor. Calixtus *Ec-
cleſiaſt. hiſt. Lib.* 7. *C.* 46. Cornel. Tacit. 3.
Ann. ſic de his legibus: *cæterum multitudo pericli-
tantium gliſcebat, cum omnis domus delatorum inter-
pretationibus ſubverterentur, uſque antehac flagitiis,
ita nunc legibus laborabatur. Inviſas; odioſas omni-
modo hominibus* Tiraquellus dicit *in annotationibus
ad Alexandr. ab Alexandr. Lib.* 4. *dier. genial. Ca-
pit.* 22. & A. Guiberus *Lib.* 2. *quæſtion. Jur.
Cap.* 6. *numer.* 12. & Franciſc. Raguell. *ad de-
ciſion. Juſtinian. in l.* 3. *C. de poſthum. heredib.
inſtituend.* Quas P. Romanus ferre nequibat, ut
4 ſatis demonſtrat Sueton. Tranquill. *in Auguſto*,
Cap. 34. Propertius *Lib.* 2. *eleg.* 7.

Gaviſa eſt certe ſublatam Cynthia legem,
Qua quondam edicta flemus uterque diu,

5 Ubi obſervat Paſſerat. & Lipſius *ad Tacitum* 3.
annal. num. 45. Marcellus Donatus *in dilucidat. ad
eum*, Dio. Caſius *Lib.* 56. *in princip.* quibuſque
alii ſacri ſcriptores merito irrident, ſed ultra om-
nes, vide & conſule Euſebium *Lib.* 4. *de vita Con-
ſtantini, Cap.* 26. qui longa ratione, & veritate
probat, & deſtruit injuſtitiam, iniquitatem duri-
tiæ, & temeritatem iſtarum legum: nec non Ni-
cephor. *ubi ſupr.* quibus ſatis aperte Auguſti ora-
tio convincitur apud Dionem. *dict. Lib.* 56. Si
ergo leges iſtæ hujus tam iniquæ conditionis fue-
runt: & in eis legatum ſolum, & hereditates fue-
runt expreſſa, caducisque deſtinata, quæ ratio
patitur immeritiſſimæ legis extenſionem, & pro-
pagationem? Cum eo ipſo, quod odioſæ, quod 6
acerbæ, & pœnales, deberent ſuis contineri can-
cellis, nec latum progredi unguem, ſic dictat no-
ſtris Juris Civilis piiſſima æquitas, *l. cum quidam*
19. *de liber. & poſthum. regula, odia de regul. Jur.*
in 6. Unde piiſſime Hermogenianus *in l. interpre-
tatione* 42. *D. de pœnis: interpretatione legum pœnæ
molliendæ ſunt, potius, quam aſperandæ*, *l. ubi eſt*
21. *D. de rebus dubiis*, undeque profluit pragma-
ticorum commune placitum pœnalem ſemper re-
ſtringendam eſſe legem, quod docte illuſtrat Petrus
Peckius *dict. reg. odia, num.* 1. & 3. & ſequuntur in
aliis ſpeciebus Bartholum. Bertazzol. 1. *tom. con-
ſultat. deceſiv. conſil.* 86. *num.* 6. & aptius *conſil.*
122. *num.* 9. ubi plures refert & 2. *tom. conſil.*
347. *num.* 27. Ægid. Boſſ. *in ſua pract. tit. de pœ-
nis, num.* 12. & 13. Menochius *de arbitrariis Lib.*
2. *cent.* 8. *numer.* 74. Petrus Rnyzius Maureus
deciſ. Lituan, 3. *numer.* 594. Proſp. Farinac.
conſil. 52. *num.* 1. & 9. & *in pract. criminal. tit.
de delict. & pœnis, quæſt.* 24. *num.* 69. præter alios
enumeratos ab iſtis. Quæ quidem longe probant 7
deciſionem Rotæ apud Hieronym. à Laurentiis
Avenionem 21. *num.* 6. decidentem reſponſum
Marcia *in l. indignum* 3. *D. de his quæ, ut indignis
auferuntur*, quo aufertur hereditas heredi, cujus
per negligentiam aut culpam mortuus Teſtator fue-
rit, in legatario non procedere, quia lex non de
legatario loquitur, ſed de herede; & quia pœna-
lis eſt, & conſequenter reſtringenda. Quo etiam 8
tramite oritur aliud Juris affine principium in S.
C. Syllaniano, ex quo propter inultam teſtatoris
necem ab herede hereditas fiſco addicitur, ſalvis
tamen legatis, & ſervis libertatibus à teſtatore
relictis, *l. cum fiſco* 9. *D. ad S. C. Syllan. l. cum
quidam* 12. *D. de his quæ ut indign.* ut dicta Ave-
nionenſis deciſio Rotæ tempeſtive aptavit, apte-
que ſubjecit quæſtioni *dict. l. indignum.* Juſtis er-
go mirabimur rationibus Pauli reſponſum *dict. l.
& fideicommiſ.* ad fideicommiſſa protrahens, & do-
nationes cauſa mortis acerbiſſimas, inviſaſque le-
ges Juliam, & Papiam, ſolummodo legatis, &
hereditatibus minantes. Sed quid ſuffragia ſup- 9
pliciter, & auxiliares conſiderationes conquiri-
mus? Quando ſcimus Juris conditorum inſom-
nem (ut ita loquar) ſummumque laborem fuiſſe,
his illudendi legibus, compendioque, fere tyrani-
co, defraudandi fiſcum: teſtis major omni fide
adeſt noſter Juſtinian. *in l. unica, C. de caducis
tollendis*, in ejuſdem legis exordio: audi præclara
verba: *Qui & ipſis prudentiſſimis viris diſplicuit,
multas invenientibus vias, per quas caducum non fie-
ret: ſed & ipſis teſtamentorum conditoribus, ſic gra-
viſſima caducorum obſervatio viſa eſt, ut & ſubſtitu-
tiones introducerent, ne fiant caduca: & ſi facta ſint,
ad certas perſonas recurrere diſponerent, vias reclu-
dentes, quas lex Papia poſuit in caducis.* Cujus ve-
ritatis, & aliqua nobis remanſerunt exempla, &
veſtigia in media juriſprudentia: nam cum certiſ-
ſimum in ea fuerit, monſtroſum partum viſu, vel
vagitu novum, non humanæ figuræ, ſed alterius
magis animalis, haud haberi liberorum loco, nec
ad lucra ſucceſſionis prodeſſe, ut pereruditè, &
docte probavit vere doctus amicus noſter Alphon-
ſus Carranza *de partus deſignatione, Cap.* 17. *à* 10
principio, nihilominus tamen ad eluſionem legis
Juliæ, & Papiæ monſtroſus, horribiliſque par-
tus ſufficiebat, eoque, qualiſcumque eſſet, in-

demnes remanebant conjuges, & quaſi invulnera-
11 biles a pœnis: ſic aſſeritur à Domitio Ulpiano *in*
l. quæret aliquis 135. *D. de verborum ſignification.*
ex veriori receptaque interpretatione Fran. Ra-
guell., Petr. Gilkenii, P. Ærod., A. Fabri, quos
refert ſequiturque Carr. *dict. Cap. Cap.* 17. *numer.*
35. quidquid novior alius reſiſtat, cujus votum
12 nunquam mihi placere potuit. A quo principio
procedunt *l. intercedit* 59. *D. de conditionib. & de-*
monſtrationib. l. fin. D. de his quæ ut indignis, l. di-
vi 6. *§. fin. D. de Jure codicill. l.* 2. *D. de aur. &*
arg. leg. quæ quidem ex ſententia Cujac. in *Pa-*
rat. ad tit. C. de caducis tollen. & Gothofredi *in*
eiſdem legibus oriuntur ex legum Juliæ, & Pa-
13 piæ odio, & moderamine eis à Jureconſultis ad-
hibito, nam bene Modeſtinus putavit in *l. non pu-*
to 10. *D. de Jure fiſci, non delinquere eum, qui in*
dubiis quæſtionibus contra fiſcum facile reſponderit.

14 Sed parva hæc omnia præ ſequentibus, quæ ſa-
tis aperte legibus Julia, & Papia non contineri
fideicommiſſum, demonſtrabunt: nam cum tem-
pore quo leges hæ præſcriptæ fuerunt, fideicom-
miſſa, non neceſſaria, ſed voluntaria eſſent? ut
computat, & dijudicat omnigena litteratura major,
& doctior D. D. Joannes Parexa hujus noſtræ Cu-
riæ Vallis-Oletanæ integerrimus Senator, ſuffectuſ-
que in ea Præſes, in tractat. *ad l. Juliam, & Pa-*
piam, numer. 46. planum eſt, non venire poſſe fi-
deicommiſſum in his legibus. Earum autem re-
rum caducum efficiebatur, quas Jure Civili quis
capere poterat, ſi credimus Ulpiano *tit.* 17. de
caducis, cujus hæc ſunt verba: *quod quis ſibi teſta-*
mento relictum: ita ut Jure Civili capere poſſit, ali-
qua cauſa non cæperit, caducum appellatur, veluti ce-
cidit ab eo, verbi gratia, ſi cælibi, vel Latino Junia-
no legatum fuerit, nec intra dies centum, vel cælebs
legi paruerit, vel Latinus Jus Quiritium confecutus
ſit, aut ſi ex parte heres ſcriptus, vel legatarius ante
15 *apertas tabulas deceſſerit, vel peræger factus ſit.* En
deſcriptio, en exempla caduci. Sic ergo Jure-
civili, quod teſtamento relictum eſt, capi non
poteſt, utpotè fideicommiſſum, *princip. inſtitut.*
de fideicommiſ. hered. Ulpian. *tit.* 25. *de fideicom.*
id caducari non poterat, nec in caducorum leges
venire: legatum ergo & hereditates, quæ recto
Jure Civili poterant capi, caducabantur, ut his
exemplis perapte declarat Ulpianus in præſcri-
16 tis verbis. Nam ſi leges Julia, & Papia fidei-
commiſſa comprehenderent, eludi facili negotio
poſſent: heres enim ſeu legatarius reſtituere rem
fideicommiſſam rogati, prævidentes fideicommiſ-
ſarium orbum, & harum legum pœna, ſeu ſpo-
lio multandum: ne in fiſcum res fideicommiſſa
recideret: quis addubitabit, quim ipſi reſervarent
ſibi potius, quam ærarium, ſeu fiſcum ditarent?
immò quod magis eſt, vindicare reſtitutam rem
poſſent, ſi fideicommiſſarius his legibus capere
non poſſet: res equidem ſummè difficilis, ſed ta-
men tanto pignore nos liberare videtur Ulpian.
17 *dict. titul.* 25. in fine, verba lege: *Si quis in frau-*
dem tacitam fidem accommodaverit, ut non capienti
fideicommiſſum reſtituat, nec quadrantem eum deduce-
re Senatus cenſuit, nec caducum vindicare ex eo teſta-
mento, ſi liberos habeat: ergo ſi fideicommiſſarius
liberos non habeat: vindicabit, qui reſtituit rem
fideicommiſſam, cum caducari ea in fiſcum non
poſſet: ex eo, quod Jure Civili capi nequibat: &
per conſequens, nec caduca fiſco ſubjici, ſecun-
dum Ulpian. *dict. titul.* 17. Ut mirer doctiſſi-
mum Joannem Parexam in ſuo *tractat. l. Juliæ,*
& Papiæ, adhuc ſentientem, fideicommiſſa
tempore harum legum voluntaria, in earum pœ-
nas venire, & ſi adhuc perquirat aliquis diſcrimi-
nis rationem, cur minus fideicommiſſum legi Ju-
liæ & Papiæ ſubjiciatur, quamtumvis ſatis hic
diſquiſita aſſerant diſcrimen, reſpondeo longo fa-
vore differre fideicommiſſum à legato, undè in-
gentes differentiæ inter utrumque prorumpunt
Ulpian. *titul.* 25. Donellus *Libr.* 8. *commentario-*
rum, Cap. 2. *ubi Oſvaldus litt. E.* non ergo mi-
rum, ſi ex ingenti fideicommiſſorum favore, in-
gentique benevolentia, qua Juriſconſulti am-
plexi fuerunt ea, libera legum harum rigore ob-
ſervarentur.

Iſtis non leviter conquaſſari Pauli reſponſum, 18
cuicumque videbitur; ſed perdurabit meo judi-
cio ictibus, & oppugnationis tormentis, nam una
ſola mihi propugnaret ratio, & fortiter ſuſtine-
ret, quamtumvis alio auxilio deſtitutum appare-
ret. Verum enim ſit, leges Juliam, & Papiam
fideicommiſſi donationiſque cauſa mortis non me-
miniſſe: eaſque ejus reprobæ conditionis fuiſſe,
quam ex multorum judicio præſcripſimus ſupra,
atque earum natura (quia odioſæ, quia pœnales)
non ambitionem, ſeu extenſionem pati; ſed con-
tineri, quaſi carceribus, & ergaſtulis ſuorum li-
mitum: ſed tamen hic debita Juriſprudentia Ju-
lius Paulus contrarium reſpondit, quia quotieſcum-
que, niſi daretur extenſio, pœnali legi facilitér
illuderetur, luſus, & irriſio popularis fieret: tunc
dum lex manet, nec tacito, aut expreſſo conſen-
ſu abrogata, antiquatave eſt, cujuſcumque ſit
conditionis extenſione gaudet ad eos caſus, quos
aut tacita mens ejus reſpexit, aut neceſſitas ad
ejus fulcimentum, conſervationem, decoremque
introducit, & invehit. Sic accipies ſecuriſſime 19
reſponſa iſta, *l. ſi quis id quod* 7. *§. hoc vero edicto*
5. *D. de Juriſdictione, l.* 1. *§. dolum* 2. *D. de eo*
per quem factum erit, l. 3. *§. is autem* 3. *D. ad Se-*
natus Conſultum Macedonian. l. item ſi 7. *§. mutui*
dationem 3. *D. eodem, l. ex facto* 43. *§. fin. D. de*
vulgari, l. non dubium 5. *C. de legibus, l. nominis* 6.
§. 1. *D. de verborum ſignificatione, l. contra legem* 29.
l. fraus 30. *D. de legib.* cum aliis ab Accurſio da-
tis *dict. l.* 29. & interpretibus his locis, & ac-
curate à Petro Peckio *dict. reg. odia, numer.* 4. &
docte à Donello *Libr.* 1. *commentariorum, cap.* 14.
& ibi Oſvaldo. quæ quidem ſententia apud omnes
certa eſt interpretes, uti eleganter explicant Pe-
trus Peckius *ubi ſupra numer.* 5. Bertazzol. 2. *tom.*
conſult. deciſ. conſ. 347. *n.* 2. Cacher. *deciſ. Pedem.*
31. *n.* 21. *& dec.* 37. *n.* 5. *&* 31. Boſius *tit. de*
pœnis, n. 14. 13. J. Menochius *de arbitrariis jud.*
d. lib. 2. *cent.* 6. *cap.* 502. *nu.* 74. Anton. Pichar.
in principio de fideicommiſ. hered. num. 32. cum a-
liis, quos numerati numerant, & Velaſcus *in axio-*
matibus Juris lit. P. nu. 54. 55. methodiceque
explicat Hugo Donell. *dict. cap.* 14. cujus doctri-
na pro exactiori hujus ſententiæ ratione adeunda
eſt: lex enim non imponitur verbis, ſed rebus,
uti multis docet Donel. *dict. Cap.* 14. *&* 13. &
Oſvald. *ibi lit. B. & F.* utque paſſim in ore prag-
maticorum eſt, indeque eſt, quod idem Paulus
eod. lib. 4. *ad l. Jul. & Pap.* (quæ inſcriptio *dict.*
l. fideicommiſſum eſt) hereditates extenderit ad bo-
norum poſſeſſiones: nam utpotè caducantur illæ, 20
ſic iſtæ: quantumvis in legibus Julia, & Papia
hereditates, non bonorum poſſeſſiones, annotatæ
fuerint *l. hereditatis* 138. *de verbor. ſignificatione*,
uti cum Cujacio, Rævardo, & Balduin. ſecure in-
telligit doctus D. D. Joan. Parexa *tract. dict. nu-*
mer. 16. qui ad hujus veritatis exornationem cer-
ta calami trutina alia jura perpendit. Quorſum
enim Julia, & Papia leges tam enixe ab Octa-
viano præſcriptæ, & reſtitutæ, ſi cælibes, ſi or-
bi, integre fideicommiſſum capere poſſent, & bo-
norum poſſeſſionem intrare? ſic ſimiliter edictum 21
Prætoris de remittendo Jusjurandum in legatis,
extenditur ad fideicommiſſa *l. quæ ſub conditione* 8.
§. in fideicommiſſis 2. *D. de condit. inſt.* quia (ut
inquit

inquit ibi Conſultus) vice legatorum funguntur, vide Parexam ad *dict. l. Jul. & Pap. num.* 13.
22 Facile enim negotium teſtatoribus adeſſet, titulo fideicommiſſi relinquere, quod relicturi erant titulo legati: & heredibus non Jure Civili hereditatem adire; ſed jure Prætorio bonorum poſſeſſionem: inde jactus legis inutilis, inde Auguſti cura ludibilis: & ſic ſimiliter edictum Prætorium Jurisjurandi, cum ſi vice legatorum funguntur fideicommiſſa, & jam neceſſaria eſſent: teſtatoribus facile eſſet conditionem Jurisjurandi fideicommiſſis adjicere. Nec adeo ratione deſtitutæ à Juris Conditoribus conſpiciebantur leges, ut non niterentur majori apud ipſos fundamento, urgentiorique cauſa, quam ab initio ipſi fere multis legibus comprobarunt, & ſtabilierunt: ea ſcilicet, ut cælibes ad matrimonia ducerentur, inde repleretur civitas civibus: ea præcipue Romanorum cura fuit, eoſque ſemper circumſtetit, ut pro-
23 bat Juſt. Lipſius *dict. libr.* 3. *ad Tacitum*, *num.* 45. & Marcellus Donatus ibi, & lato commentario Alex. ab Alex. *lib.* 4. *dierum Genial. cap.* 8. (quique apud varias gentes eaſdem matrimoniorum in obſervatione fuiſſe leges, ſcribit, probatque multis ejus Scholiaſtes Tiraquell.) propter quod in multis ea ſobolis procreandæ ratio apud noſtros Conſultos ſumma eſt *l.* 1. *D. ſolut. matrimon.* uti ibi latè Dy. Gothofred. exornat. gloſ. & interpretes *l. quæritur* 14. §. 1. *D. de ædilit. edict. l.* 2.
24 *C. de indict. viduitat.* Horat. *in carm. ſecular.*

Diva, producas ſobolem, patrumque
Proſperes decreta ſuper jugandis
Fœminis, prolisque novæ feraci
Lege marita.

Sed quoad legem noſtram Juliam, & Papiam nihil doctius, nihil elegantius, & nihil ultra reperiri poteſt quam Auguſti oratio, apud Dionem *Libr.* 56. dicta ad populum, pro harum legum
25 conſervatione. Ex his procedit recta reſponſi notio Terentii Clementis *Lib.* 5. *ad l. Juliam, & Papiam in l. hoc modo* 64. *D. de condition. & demonſtrationib.* cujus (ut mireris) in manu tibi offero verba. *Quod ſi ita ſcriptum eſſet, ſi Ariciæ non nupſeris: intereſt, an fraus legi facta eſſet: nam ſi ea eſſet, quæ alibi nuptias non facile poſſit invenire, interpretandum ipſo jure reſcindi quod fraudandæ legis gratia, eſſet adſcriptum: legem enim utilem Reipublicæ ſobolis ſcilicet procreandæ cauſa latam, adjuvandam interpretatione:* digna ergo eſt lex, ſumma Reipublicæ utilitate lata, amica, & favorabili interpretatione (quam circa, errorem doctiſſimi vi-
26 ri B. Briſſon. *Lib.* 3. *formul. Cap.* 3. non tantum ferre, ſed nec diſſimulare poſſum, ad legem Juliam Miſcellam Terentii reſponſum referentis, cum inſcriptio, & contextura, quaſi manu, ad leges Juliam, & Papiam nos deferat) quid ergo Juſtiniano reſpondebimus *d. principio l. unicæ,*
27 *C. d. caducit tollend.* Juriſconſultis ipſis, dicenti, intollerabiles has leges fuiſſe, ſemper ipſos egiſſe, quatenus illas eluderent? aliiſque graviſſimis viris, quos ſupra dedimus, eas multifarie conviciantibus, & inſultantibus? ſuſpicor, magis rigorum pœna doluiſſe; quam cauſa: is fuit P. Ro-
28 mani angor, hic dolor. Præit ſic accipiendus noſter Juſtinian. *dict. l. unica*, ibi: *Ita, & à nobis circa caducorum obſervationem invidioſum ſuum amittat vigorem, qui & ipſis prudentiſſimis viris diſplicuit, multas invenientibus vias, per quas caducum non fieret.* Expreſſus eſt, Sueton. Tranq. in *Auguſt. Capit.* 34. *Hanc cum aliquanto ſeverius, quam cæteras emendaſſet, præ tumultu recuſantium perferre non potuit, niſi adempta demum, lenitave parte pœnarum, & vacatione triennii data, auctiſque præmiis*, Cornel. Tacit. *Lib.* 3. *Annal. relatum deinde de moderanda Papia Poppæa quam Senior Auguſtus, poſt Julias ro-gationes, in citandis cælibum pœnis, & augendo ærario, ſanxerat.* Et ſic poſtea Imperatores alii pœ- 29
nas temperarunt legum, & emendarunt, cum populus ferre non poſſet, ut inquit Juſtinianus *dict. l. unica*, donec Chriſtiani poſtea abrogarunt Imperatores, propter coercitam conjugiorum libertatem contra Chriſtianorum leges, ut ex Euſebio, Sozomeno, Nicephoro, Tertulliano, Juſtiniano, & Lipſio in deſignatis ſupra locis colligimus: Ro- 30
bert. 1. *animadverſ. Cap.* 1. Fran. Conn. 8. *comm. Cap.* 1. *num.* 6. & 7. D. Parexa *ad l. Jul. & Pap. numer.* 11. Mynſinger. *ad §. poſtea de ſucceſ. Liber. num.* 1. *& ſequentibus*, Alciat. 3. *diſput. Cap.* 3. Petrus Gregor. *Lib.* 9. *Syntag. Cap.* 6. *num.* 9. A. Auguſt. *de legib. ad l. Jul. & Pap.* Sarmient. 8. *ſelectar. ad l. Celſus, D. de leg.* 2. *num.* 3. Chriſtophorus Forner. *in notis Polit. ad Tacitum Lib.* 3. *fol.* 253. lex ergo Julia, & Papia gentilibus prædura viſa fuit propter pœnas, non cauſa ſuſcipiendæ ſobolis: & Imperatoribus Chriſtianis propter matrimoniorum neceſſitatem: ſtat ergo ipſis anti- 31
quis Juris Conſultis favorabilis, digna, conſona Reipublicæ propter matrimonia, ut ſatis nobis Terentius Clemens prædixit, & percenſuit. Un- 32
dè ſuo ordine certo jactu attinguntur *l. quæret aliquis, D. de verborum ſignificatione*, & aliæ præſignatæ à nobis, in quibus reſtringuuntur hæ leges Julia, & Papia, dum temperatur odioſum caducorum lucrum, & invidioſum (cum Juſtiniano) id enim eſt aſſerta pietas in noſtro Jure, tam adverſus privatas pœnas *d. l. interpretatione, D. de pœnis*, quam adverſus fiſcales, *l. non puto* 10. *D. de Jure fiſci*, quid enim imputari debet parenti, quæ jugum legi, & matrimonio dedit, & monſtrum enixa eſt? *dict. l. quæret aliquis* 135. & ut inquit Ulpian. *Nec enim eſt, quod eis imputetur, quæ, qualiter potuerunt, ſtatutis obtemperaverunt, neque id, quod fataliter acceſſit, matri damnum injungere debet:* & ſic nun parte ex omni duræ, & invidioſæ ad favorem, vel odium leges iſtæ à noſtris Conſultis judicatæ fuerunt; ſed ſub dato moderamine: à quo tanquam à face ardenti harum legum, & autoritatum, non nubila, ſed clara lux prolucet, & propendet.

Sed laborioſa duraque indagine ſaltus Romanæ 33
hiſtoriæ ſcrutatus ſui, circa temporum primorem legis Juliæ, & Papiæ: neceſſitatiſque fideicommiſſorum: & cum fere monumenta antiqua P. Romani eruiſſem, evolviſſemque; nihil fixum, nihil certum, quod certo tramite ad veritatem nos ducat, inveni. Quis autem ille ſit Lentulus, quo 34
conſulatu mortuus fuerit, qui à Juſtiniano infertur *in princip. de codicillis* nullum indubitatum reperitur veſtigium. Nam quod F. Broæus in illo 35
principio ſcripſit, inſigni errore nos ſubnotabimus, noſter Joannes Parexa nulla certa luce, quam ipſe præferat, in tractatu *ad l. J. & Papiam:* leges iſtas, ſcripſit, longo intervallo præceſſiſſe fideicommiſſorum neceſſitatem: in quam ſententiam & Broæus ivit nec ego renuo: ſed dum feliciori 36
labore alius præſultet, dabo hic judicium meum, aut conjecturiolas noſtri animi, ut firmius, quid amplecti debeamus, inſtruem: viamque minus rimoſam ſternam ad ſanctam veritatis arcem. An- 37
te leges Julias, & Papias aliæ præceſſerunt leges de connubiorum Jure, quibus homines ad contrahenda matrimonia invitarentur, nam & C. Julius Cæſar conſulatu ſuo 3. anno ab U. C. 708. præmia propoſuit illis, qui multos liberos procreaſſent, enarrat Dio. Caſius *Lib.* 34. *Hiſtoriæ Roma-* 38
næ præter alias ante leges, uti conſcribunt Joann. Robert. *Lib.* 1. *Animadverſion. Capit.* 1. Juſt. Lipſius *ad Tacitum Lib.* 3. Alexan. ab Alexand. *dict. Lib.* 4. *Cap.* 8. Lævin. Torrent. *ad Sueton. in Auguſt. Cap.* 34. & cum his alii. Sed cum videret,

dolereteque Auguſtus, neceſſitati liberorum, im-
plementoque Reipublicæ Romanæ, his non ſa-
tisfieri legibus, legem protulit Juliam ſub notis
39 pœnis (vide Marcell. Donatum *ad Tacitum Libr.*
3. *fol. mihi* 143.) ſed quo certo die, & conſule
nata fuerit hæc lex, jacet in tenebris. Judicium
meum cum Lipſio eſt: ſcilicet protuliſſe Augu-
40 ſtum in ſexto conſulatu anno ab U. C. ſecundum
Antonium Contium 725. ſed ſecundum Onuphr.
Panvinium, & Dionem *Lib.* 53. *ſuæ hiſtoriæ* anno
ab U. C. 726. (nota humanarum rerum tenebras,
& perplexitatem.) Moveor ad id credendum, uno
Cornelio Tacito, qui *dict. Lib.* 3. ſic ſcribit: *Sex-
to demum conſulatu Cæſar Auguſtus, potentiæ ſecu-
rus, quæ triumviratu juſſerat, abolevit, deditque
Jura quis pace, & Principe uteremur: acriora ex eo
vincla, inditi cuſtodes: & lege Papia, & Poppæa
premiis inducti, ut ſi à privilegiis parentum ceſſaretur
velut parens omnium populus vacantia teneret, &c.*
cum quo Dio convenit *Lib.* 53. quatenus aboli-
tionem, quæ in triumviratu geſſerat, ſexto conſu-
latui Auguſti adſcribit; ſed nun quatenus jam po-
tentiæ ſecurus Cæſar multas leges in Republica
ſtabilierit, id enim ad 7. conſulatum transfert.
Dionis verba lege. ἐπειδή τε πολλὰ πάνυ κατὰ τὰς
ςάσεις, κἀν τοῖς πολέμοις, ἄλλως τε καὶ ἐν τῇ τοῦ Ἀντωνίου τοῦ τε
Λεπίδου συναρχίᾳ, καὶ ἀνόμως, καὶ ἀδίκως ἐτετάχει πάντα
αὐτὰ δι᾽ ἑνὸς προγράμματος κατέλυσεν ὅρον τὴν ἕκτην
αὐτοῦ ὑπατείαν προθείς. *Ac quoniam multa omnino in
ſeditionibus, ac bellis inteſtinis, præſertim in triumvi-
ratu injuſte, & inique conſtituta fuerant, unico edi-
cto ea omnia antiquavit: ſine his, quæ abrogaret ſexto
ſuo conſulatu, poſito.* Et cum ſeptimi conſulatus
ingreſſum ſubderet, & orationem, qua ſe abdica-
re imperio polliceretur Auguſtus, referret Dio,
ſubſcribit hœc verba. Αὔγουστος δὲ τά τε ἄλλα τὰ τῇ
ἀρχῇ προσήκοντα σπουδαιότερον, ὡς καὶ ἑκόντι δὴ παρὰ
πάντων αὐτὴν εἰληφώς, ἔπραττε, καὶ ἐνομοθέτει πολλά· ὧν
δὲ δέομαι καθ᾽ ἕκαστον ἀκριβῶς ἐπεξιέναι χωρίς, ἢ ὅσα
τῇ συγγραφῇ προσφέρεταί. *Porro Auguſtus cum alia,
quæ ad imperium pertinerent, majori jam ſtudio, quip-
pe cui id ultro eſſet oblatum, egit: tum multas leges
condidit, quarum ego actionum, præter eas, quæ con-
ducere noſtro aliquid operi ſunt, ſingulas perſequi opus
41 non habeo.* In ſexto ergo ſecundum Tacitum, pro
quo ſtat Caſſiodor. *in Chron.*, aut in ſeptimo con-
ſulatu, ſecundum Dionem. Auguſtus enim in
Republica conſcripſit multas, & varias leges pro
ſtabilienda ea, tunc ergo legemque Juliam de ma-
trimoniis: ad idque fortiter ipſe Dio impellit *Lib.*
54. ſecundum quem Auguſtus anno ab U. C. 736.
*Graviorem multam innuptis utriuſque ſexus impoſuit;
contraque nuptiarum, & multitudinis liberorum præ-
mia conſtituit:* verba latina Dionis ſunt: ſi ergo
nunc graviorem multam ſtatuit innuptis, levius
antea de eis deliberaverat: & ſic judicio meo,
& Lipſii, nullo alio tempore, quam 6. aut 7. con-
ſulatu, quo legibus Rempublicam Romanam con-
didit. Præcipue cum doleret, ærarium, Rem-
publicamque exhauſtam pecuniis, & civibus, Dio
dict. Lib. 53. noſter Juſtinianus *dicta l. unica, C.
de caducis*, credo, ſtatim, quo firmum habuit im-
perium à ſenatu, hanc ſalutarem Reipublicæ, at-
que neceſſariam legem aggreſſum fuiſſe, quam ma-
gno conatu, & orationibus à reluctantium Roma-
norum impetu defendit, ut eleganter refert Dio
Libr. 56. & Lævin. Torrent. *dict. Cap.* 34. Lip-
42 ſius, & alii. Sed poſtea cum Equites Romani de
antiquanda lege Julia laboraſſent, Auguſtus P. R.
in concionem vocavit, ſeorſim cælibes, ſeor-
ſim nuptos, aut quibus eſſet proles, habens: at-
que ubi hos numero illis longe inferiores vidit, do-
lore commotus, gravem in utramque partem ora-
43 tionem fecit, quam Dio refert *Lib.* 56. *hiſtoriæ
Romanæ*, quo tempore, & anno (qui fuit ab U.
C. 762.) lex Papia lata fuit à M. Papio Muti-
lo, & Q. Poppæo Secundo, ſuffectis conſulibus, 44
ut idem Dio refert *dict. Libr.* 56. Marcell. Do-
natus ad Tacitum *dict. Lib.* 3. Anton. Pichard.
ad *l. Gallus, Capit.* 4. *num.* 159. Undè præclare 45
intelligendus eſt Cornel. Tacit. *dict. Lib.* 3. in
his verbis: *Relatum deinde de moderanda Papia
Poppæa, quam ſenior Auguſtus poſt Julias, rogatio-
nes, in citandis cælibum Pœnis, & augendo ærario
ſanxerat:* circa Papiæ tempus, & Conſules vide
Cujac. *ad Ulpian. tit.* 14. A. Alciat. *Lib.* 3. *diſ-
punct. Cap.* 3. Mynſinger. *in §. poſtea, num.* 6. *in-
ſtit. de ſucceſſion. libert.* A. Auguſt. *Lib.* 3. *emen-
dat. Cap.* 8. *& Libr. ſingulari de legibus*, (attri-
buit anno U. C. 761.) Petrum Greg. *Lib.* 9. *ſin-* 46
tagmat. Juris, Cap. 6. *à Num.* 3. *cum ſeqq.* Bro-
æum, *inſ.* referendum, Juſt. Lipſ. *ad Tacitum,
ſup.* ex quibus non ſero opinationem doctiſſimi
viri J. Parexæ, qui *dict. tractat. num.* 46. ſcrip-
ſit, legem Papiam in principio imperii Auguſti
latam eſſe; cum imò jam ſenior ſecundum Taci-
tum, & in extremis ſui longi, feliciſque imperii,
ſecundum Dionem, tuliſſet.

De die, & conſule, quo feliciter Auguſtus fi- 47
deicommiſſa quaſi procreavit, & neceſſaria effe-
cit, obſcurior nox nos circumſtat: nullius enim con-
ſulatus ſervatur lux: nullum illius Lucii Lentuli
veſtigium, aut ſaltim alte impreſſum, in quo fi-
deicommiſſorum neceſſitatem ſanxit Auguſtus, ſu-
perſuit, quod inveſtigare poſſimus. Omnes in-
ſtitutionum ſcholiaſtæ, quos accidit mihi conſu-
lere, *in principiis inſt. de fideicomm. hereditat. & de
codicill.* aut conticent, aut non erubeſcunt profi-
teri ignorantiam: unus ſolus Franc. Broæus pro- 48
rumpere in arenam, ſuumque judicium dare au-
ſus fuit, & quod magis eſt, pro certo, & veriſ-
ſimo affirmavit. Docet ergo initio principatus
Auguſti, fideicommiſſa Auguſtum comprobaſſe,
elicique id poſſe ex perſona Lentuli, qui primos
codicillos ſcripſit, quibus ab Auguſto petiit per
fideicommiſſum, ut faceret aliquid, & ei, qui
capere non poterat, aliquid præſtaretur, qui qui-
dem Lentulus conſul fuit una, cum Cl. Marcel-
lo, uno anno, antequam Cæſar rerum potiretur
Dictator, ut *ex Faſtis* colligitur *anno ab U. C.* 705.
hæc ſententia, & fere verba Broæi, in quam ſen-
tentiam ivit Guid. Pancir. 2. *var. lect. C.* 64. Fa-
teor, & agnoſco uno ante civile bellum anno. L.
Lentulum conſulem: ſic Caſſiodorus *in chronicis*, & 49
eodem, quo Broæus, anno collocat Dio *Libr.* 41.
in principio, quamvis Anton. Contius anno ab U. 50
C. 704. qui ſane contra omnia monumenta Ro-
mana Cn. Cornelium Lentulum vocat: indubitan-
ter enim Lucius prænominabatur, adſtruit Dio *ubi
proxime*, epitome Liviana *Libr.* 109. Appian. *Lib.*
2. Valer. Maxim. *Lib.* 1. *cap.* 9. Cic. *Philip.* 2.
Plutarch. *in Pompeio ad finem*, & Glarean. *in ſua
Chronolog.* & Carolus Sigon. *in ſua etiam Chronol.*
J. Vaſæus *in Chron. rer. mem. Hiſp.* 1. *Tomo Cap.*
12. Joſeph. *antiq. Judaic. Libr.* 15. *Cap.* 19. &
major teſtis, utpotè in facto proprio, ipſe Caius
Cæſar *Lib.* 1. *de bello civili in princip.* ubi ex vete-
ribus denariis probat Ful. Urſinus in quibus ſcrip-
tum erat L. LENT. C. MARC. COS. Sanè is 51
Conſul fuit, cum Marcello, Vell. Patercul. *Lib.* 2.
Hiſt. Cicer. *Lib.* 7. *epiſt. ad Atticum epiſt.* 12. *&
Lib.* 9. *epiſt.* 4. *& Lib.* 15. *epiſt.* 3. L. Florus *Lib.*
4. *hiſt. Romano. Cap.* 2. Plutarch. *in Julio Cæſare*,
& Lucan., quamvis alii hujus conſultatum aſſignent
anno ab U. C. 704. alii 705. & Patercul. 703.
contra omnium teſtimonia. Sed quamquam mi
Broæe hæc certiſſima accipiam, iſte Lucius Len- 52
tulus, nunquam fideicommiſſorum neceſſitatis cau-
ſa eſſe potuit, qui autem? cum eo tempore quo
fataliter Pharſalicis turpiter profugit, fugæ com-
mixtus

mixtus ſociis, Pompeio, aliiſque clariſſimis vi-
ris, Ægyptum verſus, vix à proditoribus jugula-
tus jacuit Pompeius, cum & ipſe L. Lentulus ab
Ægyptiis fuit eadem proditione comprehenſus, &
miſerrime jugulatus: tuus equidem Lentulus ne-
53 catus in Ægypto fuit: audi teſtimonia: Cæſar
Lib. 3. de bello civil. Cap. 104. qui poſtquam Pom-
peii mortem enarravit, ſubdit, *item L. Lentulus
comprehenditur à Rege, & in cuſtodia necatur*, Ci-
cer. *Lib. 9. Famil, epiſt.* 18. *in acie non fuit, cæ-
teri quidem, Pompeius, Lentulus tuus Scipio, Afra-
nius fœde perierunt: at Cato præclare, & Lib. 4. epiſt.
ad Atticum epiſt. 6. de Lentulo ſcilicet ſic fero, ut de-
beo, virum bonum & magnum hominem, & in ſumma
magnitudine animi multa humanitate temperatum per-
didimus*, & infra Plutarch. dum luctuoſum Magni
Pompeii rogum deſcribit L.que Lentuli furorem
præſagum (ut & V. Maxim. *Lib. 1. Cap.* 9. pon-
derat) ſubjicit, *ϗ μετὰ μικρὸν ἀπελθὼν ϗ συλληφθεὶς
ἀπώλετο, deinde paululum cum deſcendiſſet*, (ſcilicet
Lentulus) *comprehenſus obiit*, Oroſius *Lib. 6. Cap.*
54 15. Glandorpius ad Cæſarem, *ubi ſupra.* Ego au-
tem puto, & ſuſpicor L. Lentulum, de quo Ju-
ſtinian. *dict. principio de codicillis*, fuiſſe alium L.
Lentulum, filium illius Lucii Lentuli, cujus proxi-
mo memoriam fecimus: & conſulatum (ut dixi-
mus) geſſit, uno ante civile bellum anno; hic er-
55 go *L. Cornelius Lentulus Lucii Filius* conſul fuit,
cum Marco Valerio Meſſalino, ſecundum A. Con-
56 tium *anno ab U. C.* 750. & ſecundum Dionem *Lib.*
55. & Onuphrium Panvinium *anno ab U. C.* 751. li-
cet iſte ſic nominet: *C. Cornelius L. F. Lentulus*,
Caſſiod. etiam *C. Lentulus*: Glarean prænomen.
C. imponit: Xiphilin. *Lib.* 55. *Cornelium* ſolum
vocet (en quam debile judicium in tanta varieta-
te, & quam caliginoſa lux in tantis tenebris!)
57 Ego autem pronus in Contii & Dionis Chronicon
eo: me ſuſcitat noſtri Juſtiniani autoritas, qui L.
Lentulum in imperio Auguſti dat, & præter
58 iſtum, nullum alium in Auguſti imperio reperio:
& forte inde error prorepſit, quod cum iſte Len-
tulus Cornelius diceretur, è familiaque Corne-
liorum eſſet, ut faſti, Chronici, Xiphilinus, &
alii ſupra dati oſtendunt, ac Andreas Schotus, de
Priſcis Romanorum gentibus, & familiis, quod
& multis annis antea in ea familia conſervatum
fuiſſe deducimus ab Appiano Alexan. *in Libyco* in
his verbis, *P. autem Cornelius Cornelii Lentuli affi-*
59 *nis ac cognatus.* Forte notarum brevitate ſcri-
ptum erat *C. Lentulus*, ut in Caſſiodoro invenimus
60 pro *Cornelio Lentulo.* Quam ſuſpicionem firmat maxi-
me Cæſar Baron. 1. *tom. Ann. in apparatu ad annal-
les Eccleſiaſticos*, qui dum adducit Chronicon Caſ-
ſiodori, ad probandum his conſulibus natum Chri-
ſtum Dominum noſtrum, refert *Cornelium Lentu-
lum* nominari à Caſſiodoro, quo notæ errore irre-
titus fuit meo judicio Panvinius, qui addidit *C.*
61 *Cornel. Lentul.* quem ſecutus fuit in fine appara-
tus Baronius, nam cum Panvinius videret τὸ C. &
nomen *Cornelius* in familia Lentulorum eſſe, for-
te in aliquibus Codicibus (ut apud noſtros) legi
C. in aliquibus *Cornelius* (ut apud codicem Baro-
nis) adornavit, & compoſuit *C. Cornelius Lentu-
lus* quem tanti erroris autorem puto. Sed ſpe-
cta, quantos errores inferat error: nam Lud. Vi-
62 ves in commentar. ad D. Auguſt. *Libr. 18. de Ci-
vit. Dei, Cap.* 47. refert Caſſiodorum *in chron.* hunc
63 Lentulum vocare *Gn. Lentulum*, cum enim præ-
nomina ſemper notis ſcriberentur, ut ex faſtis,
monumentiſque antiquis hodie apparet, & J. Bap-
tiſta Porta ſcribit *Lib. 1. Cap. 9. de litteris furtivis*,
atque Andreas Schot. *de Priſcis Rom. gentib. &
familiis*, & nos diximus *ad l. 1. D. de Liber. &*
64 *poſthum.* quæ notæ cum ad arbitrium invenirentur,
darenturque in populum (quamvis multæ recep-
tiſſimæ erant,) ut docte probat ipſe J. Baptiſt.
Porta *dict. Cap.* 3. & ex ipſis notarum libellis pa-
tet, in quibus notæ nulla certa regula, aut ſaltim
difficillima poſſunt gubernari, & ego alias obſer-
vavi ſupra *Lib. 2. Cap. 10. numer.* 29. & 30. inde
tanti, malo noſtro, errores ingruerunt in noſtrum
Jus Civile, & antiquæ litteraturæ libros: Pro certo 65
habeo in Caſſiodoro ſcriptum eſſe *C. Lentulus*, ut
& hodie lego in variis editionibus, unde alii re-
poſuerunt *Gneium*, alii *Caium*, alii *Cornelium*: nam
quamvis τὸ *C.* ex receptiori nota *Caium* prænomi- 66
net, tamen recepta fuit nota ad ſignificandum
Cornelium: ita patet ex libello notarum à Magno-
ne collectarum: cujus autoritate, ut noſtram con-
jecturam firmarem, ſumme lætatus fui: nam aut
ipſe Caſſiodorus, *C.* aut *Cornelium Lentulum*, ſcri-
pſerat, aut alii poſtea hujus notæ periti, pro *Cor-
nelio.* C. ſcripſerunt, quod non animadvertens O-
nuphrius, atque alii, ſequentes communem præ-
nominis notam, ſcripſerunt, & intellexerunt *Ca-
ium.* alii majore errore *Gneium.* Redeo ad me,
& moveor etiam *L. Corn. Lentulum* nominatum
fuiſſe, quia Lucii Lentuli filium Onuphrius dicit,
& nihil magis receptum, uſitatumque in Populo
Romano, quam prænomina parentum filios ferre,
& in eis gloriari. Conſule Panvinii *Chronicon* (in 67
quo prænomina parentum conſulibus adſcribun-
tur) & invenies ita eſſe, quod & paſſim ab anti-
quis ſcriptoribus colliges, (quod ego ſuo loco
tractabo,) reponendum eſt ergo in Caſſiodoro,
aut intelligendum: *Cornelius Lentulus*, & corri-
gendi ſunt Glareanus, & Panvinius. Sub illis er- 68
go temporibus, cum arſiſſet per aliquos annos con-
tinuo bellum Africanum, ut refert V. Patercul. in 69
variis locis ſui *Lib.* 2. Rufus Feſt. *in breviario:*
præcipue *Getuli inique ferentes Jubam Regem, non
Romanos ſibi præeſſe: contra eum inſurgentes, finiti-
ma vaſtarant: multoſque Romanos, cum exercitu con-
tra ſe profectos, interfecerunt*: ut Dionis Caſſii verba
latina uſurpem: convenit L. Flor. *Libr. 4. Cap.* 12. 70
Qui Getuli Africæ incolæ ſunt, ut conteſtan-
tur Plinius, Solin., Mela, Salluſt., in *Jugurti-
no*, P. Martin del Rio 2. *commentar. in Senecam
Hyppol. V.* 59. & probat ex Silio, Lucano &
Horatio: Virg. *lib. 4. & 5. Æneid.* Hos rebellan-
tes Getulos domuit (ni conjectura fallit) noſter
L. Cornelius Lentulus, Lucii filius, qui cum Va- 71
lerio Meſſalino Conſul fuit (ut diximus) anno ab
U. C. 750. vel. 751. nam utpotè Valerius Meſſa-
lin. Dalmatias ac Pannonas, quibus præfectus
erat, compeſcuit anno ab U. C. 759. ſecundum
Dionem *dict. Lib.* 55. Patercul. *dict. Lib. 2. ſuæ
hiſt.* ſic noſter Lentulus eodem anno 759. Getu-
los debellavit. Ducit animus, ut de noſtro Cor-
nelio Lentulo intelligam Dionem *dict. Lib.* 55. *τό-
τε σύμπαν, ὅτι τοσοῦτον ἐπήρθησαν, ὥς τε Κορνήλιον
Κόσσον τὸν καταπολεμήσαντα σφᾶς τιμάς τε ἐπινικίους ϗ ἐπω-
νυμίαν ἀπ' αὐτῶν λαβεῖν.* ideſt. *Denique adeò elati ſunt* 73
(Getuli) *ut propter ipſos ſubactos Cornelius Coſſus
Triumphalibus honoribus, & cognomento Getulici or-
natus fuerit.* V. Paterculus *dict. Lib.* 2. *Quem ho-
norem ante paucos annos Paſienus, & Coſſus, viri
quibuſdam virtutibus celebres in Africa meruerint, ſed
Coſſus victoriæ teſtimonium, etiam in cognomen filii con-
tulit adoleſcentis, in omnium virtutum exempla geniti.*
Quam conjecturam aliis firmo. Primo, quia ſi
iſte Cornelius Coſſus ex debellatis Getulis Getuli-
cus cognominatus eſt, lege nunc Glareani *Chrono-
logiam*, qui in noſtro Lentulo ſic ſcribit, *Lentulus
Getulicus prænomine.* C. (jam reſtituimus præno-
men in L.) *Conſul. Olympiad.* 194. *anno* 3. *Urbis
Conditæ* 751. *Chriſti* 1. en noſter Conſul expreſſe de-
ſignatus, & cognomento Getulicus 2. Quia nomen
ſeu cognomen *Coſſus* in familia Lentulorum fuit: vide 73
Faſtos conſulares anno ab. U. C. 752. 777. 812. Scho-

tum de *nominibus Antiquorum Romanorum* , verbo
Cornelia fol. 14. & agnoſcit J. Lipſ. *ad Libr.* 1. *de*
clement. Senecæ, *num.* 100. & ſimiliter in Corne-
74 liorum familia : *Faſti conſulares annis datis:* Scho-
tus *ubi proxime* Undè antiquior inſigniſque *Cor-*
75 *nelius Coſſus*, de quo tanta mentio apud omnes,
tantæ in hiſtoriis laudes, ex Tolumnio Thuſcq-
rum duce cæſo: Livius *Lib.* 4. Plutarch. *in Romu-*
lo, *& in Marcello.* Feſtus in *opima*, Virg. *Libr.*
6. Propertius *Lib.* 4. *eleg.* 11. ubi plurimis Pa-
ſerat. Plinius *Lib.* 16. *hiſt. Natural. Cap.* 4. non
mirabimur ergo, ſi noſter L. Lentulus cogno-
men, ſeu agnomen celebre Coſſi receperit : aut
hiſtorici ei attribuerint? 3. *Getulicus* agnomen,
& in familia Lentulorum agnoſcitur: Glarean.
76 *ſupra.* Faſti conſulares 778. A. Schotus verbo *Ge-*
tulicus, *d. tractatu*, probantque ſequentia expreſ-
77 ſe. 4. Quia Paterculus in verbis hic præſcriptis
ſublatenter inſinuare videtur Cornelium Coſſum in
Africa deceſſiſſe, ex eo quod cognomen Getulici
in teſtimonium victoriæ in filium contulit, forte,
quia morte præventus parum temporis celebritate
cognominis fruitus fuit : & ſaltim eam gloriam
filio reliquit, quod non leve mortis argumentum
allucet, & congruentia cum noſtro Juſtiniano,
qui in Africa L. Lentulum deceſſiſſe refert. Hinc
78 ſubtiliter, & eleganter capio, & penetro C. Cor-
nelium Tacitum 4. Annal. *Obiere eo anno viri no-*
biles, *Gn. Lentulus*, *& L. Domitius: Lentulo ſuper*
Conſulatum, *& triumphalia de Getulis gloria fuerat*
bene tolerata paupertas: dein magnæ opes innocenter
partæ, *& modeſte habitæ: Domitium decoravit pater*
civili bello maris potens, *donec Antonii partibus*, *mox*
Cæſaris miſceretur, *&c.* quæ verba aliquantulum
me torſerunt, & remorati ſunt in hanc ſenten-
tiam : nam ſignanter tanquam digito inſinuare vi-
detur Tacitus Cornelium Coſſum Lentulum, illum,
quem, ex Dione, Paterculo, Floro, retulimus,
debellaſſe Getulos, & cognomen præcepiſſe Ge-
tulici, qui quidem non Lucius, non mortuus Au-
guſto ſuperſtite, ſed longe plus, ſub Tyberii im-
perio: & ſic Tacitus cunctos noſtros labores, &
inveſtigationes evertere videtur. Sed non ita eſt,
prætulit nobis lucem Paterculus, qui L. Lentulum
inſinuat in Africa deceſſiſſe, & reliquiſſe filio
triumphalia, & cognomentum Getulici: quid
enim eſt victoriæ teſtimonium, quam honores, &
ornamenta triumphalia? Magis his victoria, quam
cognomine: nam iſtud aliquando à clade (ut per-
quam notum eſt) & ſic glorias, & honores trium-
phalium, atque cognominis in filium tranſtuliſſe.
Quorum quidem veriſſimam, licet abſconditam,
nec hucuſque ab Interpretibus apertam, mentem
Paterculi fuiſſe ſuſpicor, & ſine temeritate diju-
dico. Sed quaſi parva iſta, præ argumento alio,
quod in Tacito jacet, & latet in verbis datis,
quod nec prævidit Lipſius. Gloriæ fuerat (in-
quit) Gn. Lentulo conſulatus: unde iſte? Præ-
tereunt mehercle Faſti, Caſſiodorus, Panvinius,
Dio, & ipſemet Tacitus: & omnes exhibent fi-
lium hujus conſulem anno 772. ſequenti à morte
patris, cum *C. Clavisio*, ſolummodo enim Taci-
tus *dict. Lib.* 4. refert, hunc Gn. Lentulum pa-
trem conſulem deſignatum eo anno, quo deceſſe-
rat, fuiſſe, & ſic forte in aliquale parentis fati
ſolatium vicemque illius, ad ſequentem annum
creatum filium: ergo conſulatus Lucii, ornamen-
ta, cognomen gloriæ Gnæio filio fuerunt. Sic
eodem loco Tacitus effert L. Domitium, deco-
ratque aparentis avique fortitudine, ut infra: *A-*
vus Pharſalica acie pro optimatibus ceciderat: quid ni
& Gn. Lentulum? Ad quas ſane conſiderationes
conſident pectora. Sed quid? Si tu acris cenſor,
hæc omnia, non parvo labore conquiſita, & eru-
ta, ſupercilio deſpicis, aut cachinno vituperas, &

referre magis juvat loca Dionis, & Paterculi ad
Coſſum Cornelium Lentulum Conſulem *anno ab U.*
C. 752. ſed ille non Gætulicus, ſed Iſauricus, ſi
fides aliqua Contio, dictus fuit: nec Glareanus,
Panvinius, Caſſiodorus agnomen Getulici adſcri-
bunt: quod non crederem ex more eorum, & in
celebritate nominis. Præterea iſte Cornelius Coſ- 79
ſus conſulatum obiit, cum Aſinio Agrippa *anno ab*
U. C. 778. *vel.* 777. ſecundum Contium, Caſſio-
dorum, Panvinium, Cornelium Tacitum, *Lib.* 4.
Dionem *Libr.* 57. in imperio Tyberii: non ergo
mortuus in vita Auguſti: item cognomen Getulici
nunquam in Cornelio Coſſo, vide Faſtos, vide 80
Cornelium Tacitum *Lib.* 4. & Dionem 57. ſemper
in Lentulo, & ejus filio, ut Cornelius refert *dict.*
Lib. 4. qui diſtinctos conſulatus Coſſo Cornelio,
& Lentulo Getulico tribuit: illi anno *ab U. C.* 778.
iſti 779. ut dixi. Sed quid expreſſius, quam Ta- 81
citi ſupra locus *Lib.* 4. qui Coſſo Lentulo, & A-
ſinio conſulibus Gn. Lentulum Getulicum glorio-
ſum, & cognomine, & ornamentis obiiſſe, cujus
filius Lentulus Getulicus Conſul fuit anno ſequen-
ti, cum C. Calviſio: & inde ille Lentulus Getu-
licus, cui Galba in Germania ſubſtitutus, de
quo apud Sueton. mentio *in Galba*, *Cap.* 6. ex re- 82
cenſione Turnebi *Lib.* 5. *Cap.* 2. *& Lib.* 24. *Cap.*
41. & Lævin. Torrent. *ibi* qui alios dat. Ab
biſque prognatus Gn. alius Lentulus Getulicus hi-
ſtoricus, & poëta, quem referunt Suet. *in Calig.*
Capit. 8. Martial. *in proœm. Lib.* 1. *Epigram.* de
quo alia Raderus *ad Martialem*, Lævin. Torrent.
ad Suet. in præſcriptis locis, Lipſ. *ad dict. Lib.*
4. Tacit. num. 106. Undè reſtituo Juniorem Pli- 83
nium *Lib.* 5. *Ep.* 3. nam cum in aliquibus codi-
cibus legeretur, *C. Memmium? C. Lentulum? Ge-*
tulicum? Annæum Senecam, *& Lucanum?* In aliis
dempto prænomine, *Lentulum Getulicum*, &
aliter (ut apud Rutgerſium *Lib.* 2. *var. Cap.*
19. *num.* 10.) virgula poſita inter Lentulum,
& Getulicum: ego autem lego ex aliorum notio-
ne *Gn. Lentulum Getulicum*, ſic (ut ſupra prævidi)
prænominum notæ variantur notarum ignoratio-
ne, & facili errore. Nuſquam ergo ille Coſſus
Lentulus, & placet ſic Lipſio *ad Tacitum dict.*
Lib. 4. *num.* 106. licet ipſe ad Gn. Lentulum, de
quo Tacitus ibi, referat acquiſitionem Getulici,
& Dionis, Paterculi, Flori loca: ego ad Lu- 84
cium; ſed non pugnabo, quid enim rixæ, & con-
tumacia in re per obſcura, & facili ad errorem:
movet maxime Lipſium Tacitus ibi, ego ſic inter-
pretatione teneo ſitu cenſor Lipſio ad heres, da-
bo manus: nihil ultra habeo, nec ultra convenire
poſſum: nihil magis inſpirat Apollo, nec Augu-
ſtus, illius ævi dux, ducit manu ad L. Lentulum
Africanum Juſtiani, aut afflat auribus; ille fuerit, tu
quicumque ſis, qui pleno ore tantum liquidum Heli-
cona hauſiſti. ſuccurre, præluce, corrige, caſtiga, &
impartito tuam penu: forte primus ego has Alpes a-
perui: hunc Tenarum nulla ſybilla intravi: antiquitas
ſane abſcondita, & quæ meis oculis inglomerat hor-
ribilem noctem: ſola quæ quaſi ex Lariſæo apice,
victa ſero caligine, emicuit lucella iſta mihi Po-
lynici, eam ſequor per mille diſcrimina rerum: per
mille varietates caſuum: omnia digna venia, dum
dimico pro noſtro Juſtiniano, ſed ut tuum ani-
mum placem, illique litemus, quando præfata
condemnes, quæ apud me digna fide judicantur,
ſaltim ſubjicio, illo eodem anno 759. uno plus,
vel minus, quo bellum Africanum ſurrexit (ſecun-
dum hic aſſerta) noſtrum L. Lentulum meruiſſe, 85
aut militaſſe in Africana, aut Getulica expeditio-
ne, ibique deceſſiſſe: ſicque credere debemus pro
Juſtiniano noſtro: cum ex Romanis hiſtoriis nul-
lum aliud tempus congruentius ſubſervire poſſit hi-
ſtoriæ à Juſtiniano tactæ *d. principio de codicillis.*

Sed

Sed quamtumvis hæc omnia conjecturis ducamus:
in eo autem protervus inſiſtam à lege Julia multis
annis neceſſitatem fideicommiſſorum præceſſam
fuiſſe, cum illa in ſexto, vel pauco ante, conſu-
86 latu ſancita fuerit (ut ſupra conſtanter ſanximus)
iſta in fine imperii Auguſti, quo bella Africana
crudeſcebant, uti & hanc præcedentiam legis Ju-
liæ obfirmabunt magis ſequentia.

87 Quod autem ſupra ſubjecimus Ulpiani *fragmen-
tum tit.* 17. ibi: *Ita ut Jure Civile capere poſſit*, ut
induceremus nunquam fideicommiſſum *in l. Ju-
lia, & Papia* veniſſe: reſpondemus recte, & fir-
miter, Ulpianum nobis poſſe conſtare, quamvis
nihil ultra, quam communi annotatione Cujacii,
& Gothofredi perceptus ſit: deſcribit enim prin-
cipio caducum, cujus præcipua qualitas, & con-
ditio eſt, ut ille, cui relictum eſt tempore teſta-
menti Jure Civili capere poſſit, alias enim ſi mor-
tuus eſt, aliterve incapax eo tempore, non ca-
ducatur relictum, & pro non ſcripto habetur, &
remanet apud eum, à quo relictum erat, ni con-
junctum, aut ſubſtitutum haberet, *l. unica*, §. *in
primo*, *C. de caducis tollend. l. ſi Titio* 55. §. *ſi L.
Lucius* 88. §. *Scævola*, *D. de leg.* 8. idem Cujac.
in Parat. de caduc. cum quo tota ſchola concurrit,
& ſi altius intrare Domitii conaris fragmentum *ut
item ut Jure Civili capere poſſit*, fideicommiſſi atten-
tione ſcripta reputa, quid non? cum fideicommiſ-
ſa Jure Civili capi non poſſent, antequam Augu-
ſtus eam ſecuritatem teſtatoribus induxiſſet, ſe-
cundum ea, quæ longe diſſeruimus *ad l.* 2. *D. de
legat.* 1. quæ cum non eſſet aſſerta, ſaltim legis
Juliæ tempore de matrimoniis (ut laborioſa hoc
Capite præſtitimus) ſaltim (inquam) quo præ-
ſcripta fuit, merito excipere videtur Ulpianus.
Quæ enim alia potuit eſſe cauſa, ut fideicom-
miſſum non exprimeretur *in l. Julia*, niſi quia ne-
ceſſarium non erat? & fideicommiſſario præſta-
re legatarius ſeu heres cogi non poterat, ut
88 in hujus capitis exordio præornavimus? Inde
illa merita Pauli extenſio, ut legati appellatio-
ne verbi legis Juliæ, & fideicommiſſum ve-
niat, cum non veniret propter exactam ratio-
nem, ſcilicet quia fideicommiſſa neceſſaria non
erant, & fideicommiſſarius magis ab herede, &
legatario reſtituente, quam à teſtatore capere vi-
deretur, uti optime præſenſit Pichard. *in principio*
89 *de fideicomm. hereditat. num.* 31. Inſtabis (ſi do-
ctrinam noſtram æqua trutina librare velis) ſi ea
cauſa in lege Julia fuit, quare poſtea & Papia
lex non prævidit? non ſuo nomine & fideicom-
miſſa damnavit? cum ſi proſtantium temporum
deductio Capite iſto vera ſit, jam tunc, quo lex
Papia, & fideicommiſſi neceſſitas nata erat. Sed
quid ſi jam tunc id interpretatione receptum erat,
à tempore, quo Cæſar inſtauravit fideicommiſſa:
& ſic minus præcavit ſibi lex, intenta præci-
pue matrimoniis, ut ex Dione *dict. Lib.* 56.
retulimus? quid ſi ſolummodo in gratiam po-
90 puli lex Papia temperavit pœnas? inſinuat Ul-
pian. *tit.* 14. & Tacitus *Lib.* 3. *dicto.* ibi: *Inci-
tandis calibum pœnis*, vel ſi (ut prævidit Lipſius *ad
Tacitum*, atque Marcell. Donatus *ad eundem*)
91 Juris Conſulti *ἁπλῶς*, ideſt, *ſimpliciter* commen-
taria ſua componunt ad utramque legem Ju-
liam, & Papiam, & ſic ſemper utriuſque legis
connexa eſt inſcriptio: quamvis reapſe tempore
diverſæ ſint: unde potuit Paulus *dict. l. & fidei-
commiſſum* interpretationem legis Juliæ facere ſo-
lum; & inſcriptio, titulusque libri conjunctus
eſſe.

92 Accedo ad alterum Ulpiani locum *tit.* 25. in fi-
ne (cujus jam hoc Capite præſtitimus verba) per
quæ elicere tentavimus, heredem incapaci reſti-
tuentem fideicommiſſum, vindicare poſſe, ſi fi-
deicommiſſarius orbus liberis ſedeat. Sed ſana 93
hæc imponuntur Ulpiano, cujus mens longe alio
cedit, atque aliis principiis æqua: ſecundum quæ
heres, ſeu legatarius fideicommiſſum incapaci re-
ſtituens, primo quarta, propter fidem improbe
obſervatam, *ex S. C. Plantiano* privatur, ſic Cu-
jac. & Pacius Ulpiani verba concipiunt, ibi, *Se-
natus cenſuit*, atque Gothofred. *ibidem*, & *in l. be-
neficio* 59. *D. ad l. Falcid.* Calvin. verbo: *Plantia-
num*: & quid alios? ſi ipſa *lex beneficio* conteſta-
tur, & probat *l.* 3. *C. eodem*, *l. heres* 11. *D. de his
quæ ut indignis auferuntur.* 2. ipſum fideicommiſſum 94
fiſco adjicitur *l.* 1. *l. non intelligitur* 3. *cum ſuis
§§. l. pen. D. de Jure fiſci l. cum quidam* 17. §. *in
tacito* 2. *D. de uſuris*, cum aliis quas refert, & ex-
plicatione noſter Anton. Pichard. *in princip. inſt.
de fideicommiſ. hered. num.* 31. *cum ſeqq.* idque vo-
luit Ulpianus *ibi dict. tit.* 25. *nec caducum vindicare
ex eo teſtamento.* Sed quorſum illa *ſi liberos ha-* 95
beat? namque inauditam, & abſurdam rem ſup-
ponere videntur: obſtare ſcilicet heredi, quo mi-
nus fideicommiſſum vindicet, filios; cum imo to-
lerabilius videretur, ut propter illos vindicare li-
ceret, cum & in *l. Julia, & Papia*, excepti ſint
liberi, & parentes uſque ad 3. gradum, Ulpian.
tit. 17. & 18. *l. unica* §. 1. *C. de caducis toll.* &
multus liberorum favor Juris noſtri conditoribus
placuerit. Caſtigavit hæc verba merito primus
Cujacius ibi, & repoſuit *ſi ex liberis exiſtat*, cui
adhæſerunt Gothofredus, & Pacius (nude om-
nes tres tamen) quaſi Ulpianus ſcriberet: quam-
tumvis parentes, & liberi in *l. Julia*, *& Papia* 96
uſque ad 3. gradum excepti ſint, ut proxime pro-
bavimus, & ſic J. Tilius edidit Ulpiani fragmen-
ta anno 1550. tamen caſu iſto, quo in fraudem
legis reſtituens, & ſe abdicare favore legis vide-
tur, patratque delictum, dum ſubdola obſerva-
tione fidei, illudit legi, & inſultat: merito &
vindicatione caduci indignus redditur, quamtum-
vis teſtatoris filius, & alias à lege exceptus exi-
ſtat: ſuo enim facto, & delicto amittit. Veram 97
rectamque eſſe hujus loci lectionem, & cenſu-
ram probo ex Gaii reſponſo *Lib.* 15. *ad l. Juliam
& Papiam in l. in fraudem* 10. §. *fi. D. de his
quæ ut indignis auferuntur*; *Recte dictum eſt* (inquit)
*ſi pater filii, quem in poteſtate habebat, tacitam fidem
interpoſuerit, non debere id filio nocere, quia parendi
neceſſitatem habuerit*: ergo ſi libere filius id feciſ-
ſet, nulla ſuggeſtione patris puniretur privatione,
factumque noceret. Magnus Papinianus *Libr.* 98
37. *quæſt. in l. ſi Tacitum* 13. *D. ad l. Falcid.* in
eadem fuit ſententia, in ſervi filiique poſitione,
qui propter domino patrique parendi neceſſita-
tem, liberantur Planciani pœna: quæ quidem mi-
re emendationem Cujacii obfirmant, & ſuſtinent.
Addo ego, iſta firmare, fideicommiſſa ad *l. Ju-
liam, & Papiam* pertinere (uti in noſtro ſane Ju-
re frequentiſſimum eſt) ſed id poſtea ex interpre-
tatione Juriſconſultorum longe alia ætate ab Au-
guſti, ſub Imperatoribus florentium: nam cum vi- 99
derent legem Juliam ſolum legatorum meminiſſe,
jamque neceſſaria eſſe fideicommiſſa, neceſſaria
interpretatione, legati appellatione fideicommiſſum
venire *in lege Julia*, *& Papia* reſponderunt: pro-
pter cauſas, & rationes latius ſupra exactas; &
ſic communi voto recipitur, *l. & fideicommiſſum*,
ſecundum Cujacium *in l.* 1. *D. de leg.* 1. & aliis
locis, noſter D. D. Joann. Parexa *in ſuo tractat. ad
l. Jul. & Papiam*, *nu.* 12. 46. 66. Pichard. *in
Rub. de legat.* 1. *Cap.* 1. *num.* 35. & copioſius *in
commentariis inſtitutionum in locis ab eo ibi deſigna-
tis*, qui plures hujus ſententiæ autores referunt.
Claudo certamen, ſigoque coronam, in legato 100
fideicommiſſum

fideicommiſſum non comprehendi, ex noſtrorum Conſultorum acceptione; ſed contrarium expreſſe demonſtrare *dict. l. & fideicommiſſum* Paulum, qui id effecit ex neceſſaria interpretatione, cum contrarium receptum eſſet, quæ quidem ſic alto limine deducta doctis placitura ſido.

C A P. IV.

Intellectus reſponſorum datur quæ 1. Cap. ſupr. *contra noſtram ſententiam objecta fuerunt, illuſtratur longe* clauſula fideicommiſſaria, *quæ ad firmitatem ſubjiciebatur legatis, à num.* 1. *Explicatur* l. tutor decedens 26. de liberat. legat. 2. L. Annua 20. §. 1. D. de annuis leg. 3. L. generali 32. D. de uſufruct. leg. 4. L. ſi cui legetur 49. §. Titio 4. D. de legat. 1. 5. L. Titia 38. D. de auro, & argent. legat. 6. L. à liberto 21. § pater 5. D. de annuis leg. 7. L. Paula 27. §. fin. D. de legat. 3. 8. L. equis 39. de uſur. *cum aliis.* 9. L. fideicommiſſa 11. §. ſi ſervo alieno 16. D. de legat. 3. 10. *Propter hanc clauſulam promiſcue legatum, & fideicommiſſum uſurpatur.* 11. *Explicatur* l. uxorem 41. §. feliciſſimo, D. de leg. 3. 12. *Multoties Conſulti quæſtionem demonſtrant ex reſolutione reſponſi.* 13. *In reſponſo legatum, & fideicommiſſum concurrit reſpectu duarum perſonarum.* 14. *Ex inconſiderantia hujus rei error interpretum* 15. *Hæc clauſula fideicommiſſaria à conſultis proponebatur.* 16. *Conſulti cautionarii dicti.* 17. *Favor fideicommiſſorum, & diſcrimina aliqua à legatis.* 18. *Effectus ſingularis hujus clauſulæ.* 19. 20. *Longo, & ſubtili examine diſquiritur* l. uxorem 41. §. feliciſſimo, D. de leg. 3. 21. *Caſus.* 22. *Filii lætantur in majorum ſuorum rebus.* 23. *Nomine aliquem vocare amoris ſignum.* 24. *Illuſtratur Cæſar.* 25. *Et Ulpian* in l. 3. D. de liber. & poſth. 26. *Filii nomen dulciſſimum.* 27. *Quando genus deroget ſpeciei.* 28. *Genus reſtrictum ſpeciale eſt, & vincet ſpeciem, & qualiter.* 29. 30. *Genus generi, nec ſpecies ſpecici derogat.* 31. τὸ veroſimile *quid in reſponſis?* 32. *Et* verius. 33. *Et* τὰ ſed inclinandum *eſt.* 34. *Et* poſſe defendi. 33. τὸ verius, *pro* æquius *accipitur.* 36.

1 Reſtat ut alia obſtantia irrumpamus: multa,
& gravia ſuperſunt, quæ promiſcuum uſum
& acceptionem legati, & fideicommiſſi apud Con-
ſultos aſſerere videantur, ſed uno verbo omnia
fere placare poſſumus. Nam Populo Romano re-
ceptiſſimum fuit, firmare legata *clauſulis generali-
bus fideicommiſſorum* ad formam codicillorum: ut ſi
Jure legati relictum ſubſiſtere non poſſet, Jure
ſaltim fideicommiſſi ſuſtineretur, cum hujus tantus
ſit favor, ut quomodocumque appareat voluntas,
non fruſtretur (ut infra ſuo loco dabo). Fidei-
commiſſorum generalem clauſulam ſatis evidenter
probat Scævola *Lib. 7. Digeſtorum in l. poſt eman-
cipationem* 40. §. *Sejam* 1. *D. de leg.* 3. cujus hæc
formula, *quæſitum eſt cum generali capite fideicom-
miſiſſet, quiſquis heres eſſet, de omnibus, ut præſta-
rent quo denique legaſſet, præſtari fierive juſſiſſet: l.
quiſquis* 95. *D. eod. tit. quiſquis mihi heres erit dam-
nas eſto dare, fideique ejus committo, uti det quantas
ſummas dictavero, dedero:* en ubi Mæcianus legato
damnationis fideicommiſſum adjicit, propter ma-
jorem firmitatem, quæ fideicommiſſo adtribuitur,
ſpectandi quomodocumque; voluntatem, ut ſub-
jicit Conſultus, *voluntatem præterea defuncti, quæ
maxime in fideicommiſſis valeret, ei ſententiæ ſuffra-*
2 *gari.* In eodem damnationis legati, & fideicom-
miſſi commixtione intelligo reſponſum *in l. tutor
decedens 26. D. de liberat. leg.* ibi: *Tertiam partem
bonorum dari voluit:* en verba legati, & fideicommiſ-
ſi: quæ ſane evidenter arguunt eandem, aut ſaltim
ſimilem legati formulam in hac lege ſcriptam, quæ
dict. l. quiſquis 95. Ex quibus formulis, ſi mavis aliam
interpretationem, ultra præſcriptam *Capit.* 2. ſic
poteſt accipere Scævolam *in l. annua* 20. §. 1. *D.*
3 *de annuis leg.* ibi: *Attia fideicommiſſum his verbis
reliquit, quiſquis mihi heres erit, fidei ejus committo*
(en generalis clauſula) *uti det ex reditu cænaculi
mei, & horrei poſt obitum, &c.* ante fideicommiſ-
ſum autem legatum ejuſdem rei dederat, ut ar-
guit ſubjecta clauſula fideicommiſſaria arg. *dict.* §.
Sejam. dict. l. quiſquis, & ſubjecta verba ejuſdem
Conſulti, *quæro utrum his duntaxit, qui eo tempore
quo legabatur:* ſic capio *l. generali* 32. *D. de uſu-* 4
fructu legato, ibi: *Generali capite præpoſito, quidam* 5
in teſtamento ſic adjecit, his addo Ulpiani reſpon-
ſum *in l ſi cui legetur* 49. §. *ſi Titio* 4. *D. de legat.*
1. *ſi Titio decem* (inquit) *quæ ego debeo, legavero,
& rogavero eadem creditori præſtare, fideicommiſſum
quidem in creditoris perſona, non valet, &c.* legave-
rat ergo Teſtator, & nihilominus rogaverat here-
dem, ut præſtaret: unde licite potuit Conſultus
legati, & fideicommiſſi nomina commiſcere in
reſponſo: ſic etiam eleganter intelligitur Scævo- 6
la *in l. Titia* 38. *D. de aur. & argent. leg.* ibi: *Ti-
tia teſtamento, item codicillis multas ſpecies tam ar-
genti, quam veſtis ſpecialiter per fideicommiſſum reli-
quit, quæro an aliæ ſpecies legato cedant:* in teſta-
mento ergo Titia argentum, & veſtes legaverat,
ad id enim refertur legatum, cum in codicillis
non poſſet, poſteaque ad majorem firmitudinem,
& fideicommiſſum addidit, & ſpecies argenti, &
veſtis deſignavit, & ſic non mirabimur quæſtio-
nem, an aliæ ſpecies legato cedant, *l. à liberto* 7
21. §. *Pater* 5. *D. de annuis leg.* ibi: *Certam pecu-
niam ei legavit, idque fratris ejus fidei commiſit*, ſic
pariformiter *in l. Paula* 27. §. *fin. D. de legat.* 3. *Ju-
lianus Severus decedens, inſtitutis quibuſdam heredi-
bus, alumno ſuo quinquaginta legaverat, eaque à Ju-
lio Mauro colono ſuo expenſionibus fundi debitis ab eo
præſtari voluerat:* en legatum, en adjectum fidei-
commiſſum ſecundum legatarii ſententiam: non
tamen fideicommiſſum approbat Conſultus in illis
verbis, quia magis demonſtrare, quam fideicom-
mittere cenſita ſunt. Atque ſic etiam adjicere 9
aliam interpretationem poſſum (præter Capite ſe-
cundo præſcriptam) *l. equis* 39. *D. de uſuris*, ibi:
equis per fideicommiſſum legatis, qui per fideicom-
miſſum? Scilicet cum equi legati eſſent, & clau-
ſula fideicommiſſaria generalis, aut ſpecialis ad-
jecta fuit, ut præſtaret heres, probat *l. uxorem* 10
41.

41. §. legaverat 6. legaverat per fideicommiſſum Mævius, ita & in §. teſtamento 7. teſtamento quo filium & uxorem heredes inſtituerat, filio per fideicommiſſum centum, cum in familia moreret, legaverat: ex his proximis aperitur reſponſum *in l. fideicommiſſa* 11. *§. ſi ſervo alieno* 16. *D. de legat.* 3. audi verba: *Si ſervo alieno militia relinquatur, an domino quæratur legatum, quæritur, & aut ſcit, ſervum eſſe: & dico æſtimationem deberi; aut ignoravit, & denegari fideicommiſſi perſecutio debet*: militia equidem per fideicommiſſum legata, & relicta erat: quæ etiam locutionis formula placuit in *l. equis* 8. *de uſuris, equis per fideicommiſſum relictis, l. Juniano* 68. *D. de legat.* 3. & ſic promiſcue legatum, & fidei-
11 commiſſum uſurpatur, ut *in l. libertis* 18. *de adimend. legat.* & Scævola congruit, *in l. uxorem* 41. *§. feliciſſimo* 3. *de legat.* 3. in quo cum legatum, & prælegatum præceſſiſſet, ſubjicit, & quærit,
12 *cui fundus cauſa fideicommiſſi debeatur*: ſupponit enim clauſulam fideicommiſſariam præceſſiſſe, & in teſtamento, ſuper cujus legatis fuerat conſultus, ad-
13 jectam, & præcautam: Nam non eſt novum, imò receptiſſimum Conſultis fuit, quod in ipſa deciſione reſponſi ſubſignent quæſitum, & conſultum: noſque inveſtigemus eodem tramite, & filo reſponſi cauſam, idque ſuper quo emanavit: brevitatis enim, & elegantiæ in more fuit noſtris Conſultis, & Imperatoribus: nam præterquam aliquæ prædictarum legum conſtanter oſtendunt, patet junctum Civile Jus in comprobationem: cum & nec inſolitum Juris Pontificii Conditoribus inveniamus, *Cap.* 1. *de appellationib.* ubi eum gloſ. obſervant ordinarii. Sed quoad Jus Civile, multo magis id placere debebit, utpotè in quo appareant reſponſa trunca, & lacera magna ex parte, ut ſæpius cenſui in hoc libro. Redeo ad me, & ad inſtitutum laborem, & obſervo, ſic nos interpretatione occurrere debere, quotieſcumque commixtum legatum, & fideicommiſſum in reſcriptis Cæſarum & Juris Conſultorum inveniremus: cum non alia cauſa, & ratio ſubſit, cautè enim penetranda reſponſa ſunt: cum multoties legatum, & fideicommiſſum in reſponſo concurrit: nam reſpectu diverſarum perſonarum
14 multoties id accidit, veluti cum à legatario, vel alio fideicommittitur, tunc enim merito, & legati, & fideicommiſſi mentio in reſponſo ſubeſt, & neceſſaria, arg. *l. Titia cum teſtamento* 34. *D. de leg.* 2. *l. ſi debitor* 45. *§. in fideicommiſſaria* 1. *D. de fideicommiſſar. libertat.* Quod non animadvertentes noſtrorum interpretum aliqui *ſup. C.* 1. relati, in ea collapſi fuerunt exiſtimatione, ut putarent, inde probari, promiſcue Conſultos uſurpaſſe hæc nomina: res multiplici errore abſurda. Hæc clau-
15 ſula fideicommiſſaria, vel fideicommiſſi adjectio à teſtatoribus adſcribebatur legatis, & plerumque
16 ex Jure Conſultorum voto, & cautione: nam cum teſtantibus multoties adſiderent (ut ſup. *Lib.* 2. *C.* 1. dixi) ipſique in concipiendis actionibus, teſtamentis, aliiſque actibus præcautiſſimi ſemper exiſterent, à quibus cauſis cautionarii, ſeu cautores appellati fuerunt, teſte Ciceron. *pro Muræna*,
17 Briſſon. *Lib.* 4. *formul. in fin.* noſter Alphonſus Carranc. *de part. deſignat. Cap.* 2. *§. illat.* 13. *Joban.* 2. *num.* 223. Jan. Müller. Palmer. *in ſuis ſpecilog. f. m.* 668. non mirari debemus, ſi ſaluberrima fideicommiſſorum clauſula ab eis apponere-
18 tur. Cum enim fideicommiſſis tantus daretur favor, ut nuda voluntate conſtarent, & quomodocumque apparerent, reciperentur, quantumvis minus verba faverent, uti eleganter, expreſſeque ſiſtit Mæcian. in hac ratione, & ſententia, *dict. l. quiſque* 95. *D. de legat.* 3. *Voluntatem præterea defuncti, quæ maximè in fideicommiſſis valeret, et ſententiæ ſuffragari* (quidquid Schilterdeck. & Faber. in contrarium conjurent: quibus breviter auxiliante Deo, armato exercitu Juris Conſultorum obviam ibo) & ingenti fideicommiſſa favore cumularentur, uti longo examine animadvertere potes ex differentiis legati, & fideicommiſſi, quas proſequitur latior omnium P. Ricciard. *in §. ſed non uſque, inſt. de leg.* & alia præcipua, utiliſſimaque ratione, qua fideicommiſſis extenſio, quantum fieri poſſet, rerum in eis comprehenſarum indulgeatur, *dict. l. quiſquis*, atque legata, non niſi teſtamento; fideicommiſſa autem codicillis relinqui poſſent, *§. præterea* 10. *inſt. de fideicommiſ. hered.* cum aliis à Gothofred. *ibi* congeſtis: meritò fideicommiſſorum clauſulæ adjiciuntur legatis: nam ſic teſtatoris ſecure fulcitur voluntas, ut ſi legati Jure adimpleri non poſſet, cum multa ex Juris præceptis Civilis, cui adſtricta legata ſunt, poſſint obſtare, quominus ſubſiſtat; tunc ſubintret fideicommiſſorum clauſula ſemper, & ubique favorabilis, videndus eſt A. Faber. *Lib.* 14. *con. Cap.* 15. & *Lib.* 4. *Cap.* 9. & *Libr.* 1. *Cap.* 14. Gothofred. *dict. l. generali* 32. *de uſufruct. leg.* pro clauſula fideicommiſſaria, & Cujacius *in l.* 1. *D. de leg.* 1.

Sed ille effectus ſingularis, & inſignis eſt, 19
quem magno Scævolæ debemus in *dict. l. poſt emancipationem* 40. §. 1. *D. de leg.* 3. quod hujus clauſulæ fideicommiſſariæ virtute, ultra partem ſuam vindicet aliquando coheres: veluti ſi Mævia ex 20
quadrante, & ex dodrante Seia ſint inſtitutæ heredes: iſtaque reſtituere rogata fuiſſet, quidquid ex hereditate ad ipſam perveniſſet, retentis hortis: & cum generali capite fidei commiſiſſet Teſtator heredibus, ut adimplerent quidquid rogaſſet, præſtarique juſſiſſet, quæſitum fuit, & dubitatum, an integros hortos vindicare Seia poſſet, cum retentionis Jure dodrantem in illis ſolum haberet, & reſpondet Scævola, coheredis Mæviæ fideicommiſſum quoque videri, ut quadrantem, quem proportione hereditaria in hortis haberet, reſtitueret Seiæ, quæ lectio quamvis diverſa à Florentina ſit, antiquior tamen eſt, & multis antiquioribus codicibus comprobata, & tacitè agnoverunt Accurſ., Bart., Alver., & feliciter reſtituit Anton. Faber *Lib.* 1. *conjectur. Cap.* 14. eo enim ipſo, quo Seia omne ſuum hereditarium reſtituere rogata fuit, ſolummodo retentis hortis, æqua conjectura fuit integros voluiſſe teſtatorem Seiæ ſervare, & gravaſſe coheredem Mæviam fideicommiſſo, ut quadrantem, quem in hortis haberet, Seiæ redderet *l. uxorem* 41. *§. feliciſſimo* 3. *de leg.* 3.

Ex his certo jactu certam interpretationem at- 21
tingimus, ab omnibus, quos ego viderim, aberratam, reſponſi Scævolæ in proxime dicto *§. feliciſſimo*, qui quidem, aut fragmentum eſt reſponſi, male à Triboniano compactum; aut non plene Juriſconſultus teſtamenti clauſulas neceſſarias nobis exhibuit, & reliquit; ſed inſinuavit: utrumque contextura commonſtrat, ſed quantum verba patiuntur, iſta facti ſpecies elici poteſt. Mulier te- 22
ſtamento ſuo Titium filium ex parte quarta heredem ſcripſit, & ex reliquis partibus alium, vel alios: atque Fœliciſſimo, & Fœliciſſimæ, quibus libertatem dederat, fundum Gargilianum legavit; & alio teſtamenti capite Titio filio prælegatum facit in hæc verba. *Titi fili, hoc amplius de medio ſumito legata mea, quæ mihi tam pater tuus Præſens quam Cœlius juſtus frater patris reliquerunt*, & poſtea generali capite teſtatrix fideicommiſit heredibus, ut quidquid ipſa legaſſet, fierive juſſiſſet, adimplerent (quam clauſulam ſatis demonſtrant, illa, *cui fundus ex cauſa fideicommiſſi debeatur.*) Acciderat, legaſſe fundum Gargilianum maritum Præſentem teſtatrici inter res alias: quod qui-

dem Erynnis diſcordiæ fuit, & dubitationis exordium, an fundum Gargilianum ex clauſula fideicommiſſi generali cohæredes reſtituerent Titio, aut Fœliciſſimo & Fœliciſſimæ, aut tribus legatariis. Nec deſpiciendum apparebat Jus Titii, multa, & fortiſſima in medium proponi poterant, quæ valde ei aſſererent Gargilianum fundum. Animadverte enim proprium parentis ſui fuiſſe, ab eoque ejus matri fuiſſe legatum, ab eaque Titio: nemo addubitabit, quim affectione naturali nos feramur, ut conſervemus in filiis, illique lætentur majorum
23 ſuorum rebus, *l. ſi in emptione* 35. *de minorib. l. lex* 22. *C. de adminiſtrat. tutor. l. qui officii* 62. *D. de contrab. emption. l. milites probibentur* 9. *D. de re militar. l. libertus* 36. *D. de bonis libert. l.* 1. *§. & alias videndum* 15. *D. ſi quid in fraudem patroni, l. in fundo* 38. *D. de rei vindicatione*, præter ordinarios his legibus exactiſſime (more ſuo) eruditiſſimus A. Tiraq. tractat, & exornat *in præfatione tractat. de retractu à num.* 33. *cum plurib. ſequentib.* cujus diligentia in his, quæ præ manibus habuit, fere alio labore exoneramur. Non dubito quim teſtatrix eo affectu, & effectu relinquere filio, in animum induxiſſe, quidquid maritus Præſens ipſi reliquerat, niſi ut in filio paterna avitaque prædia conſervarentur, quod viventium, & morientium commune fati ſolatium reſedit. Quid ergo rationi, & æquitati obſtabit, quo minus dijudicemus, teſtatricem dilectiſſimo filio maluiſſe potius Gargilianum relinquere fundum, quam libertis quamtumvis merentibus: quibus affatim inæſtimabili libertatis dono recognitum à teſtatrice, & ſatisfactum erat. His adde non filium in toto aſſe inſtitutum heredem, ſed in quarta ſolum hereditatis parte: cur ergo credemus teſtatricem voluiſſe prælegatorum diminuere tantillum, quanto magis fundum Gargilianum cum caſa? credemus matrem, minus proclivem in amorem filii, ei detraxiſſe pro libertis? nullum veſtigium non alte impreſſum, ſed nec libatum, in reſponſo Scævolæ ſupereſt: qui nobis dat filium in hereditate admiſſum; non præteritum, non exheredatum, & inſuper honoratum prælegatis earum omnium rerum, quas Præſens pater, & Cælius juſtus frater patris, reliquerunt. Quid aliud? in verbis ipſius prælegati
24 materna voluntas, ſeu amor inſita eſt. *Titium* vocat, quod in morte & in vita nomine quemque vocare amoris ſignum reputatum fuit, multum eſt noſtrum Civile Jus in inſtitutionibus, & legatis, & ideò ad eruditos verto; Homer. *Odyſ.* 12. de ſociis ab Scylla abſortis.

—— ἐμὲ ἢ φθεγγόμενοι καλέεσκον
Ἐξονομακλήδην τότε γ' ὕστατον ἀχνύμενοι κῆρ.
Nec autem compellabant vocantes
Nominatim, tunc poſtremum afflicti corde.

Priamus ad miſerabilem tractus Hæctorei aſpectum *Iliad.* χ. *v.* 415.

Πάντας δ' ἐλλιτάνευε κυλινδόμενος κατὰ κόπρον
Ἐξονομακλήδην ὀνομάζων ἄνδρα ἕκαστον.
Omnes autem precabatur, volutatus per fimum,
Nominatim nominans virum quemque.

Silius Italicus *Lib.* 2. belli Punici V. 262.

Conclamant matres, celſoque è culmine muri
Lamentis vox mixta ſonat, nunc nomine noto
Appellant,

Et antea *Lib.* 21. *v.* 455. de Hannibale, qui

Monſtrabat furibundus iter, cunctosque ciebat
Nomine.

Claudian. 2. in Rufin. *V.* 369,

—— *Devoraque brachia laudat,*
Nomine quemque vocans.

Qui quidem à magiſtro ſumpſit Marone 12. *Æneid.* in Turno fataliter fugiente V. 758.

Ille ſimul fugiens, Rutulos ſimul increpat omnes,
Nomine quemque vocans, notumque efflagitat enſem.

Ubi loci cum P. Cerda obſervarunt alii, à quo Ovid. 5. *Met. V.* 211.

Simulacra videt diverſa figuris;
Agnoſcitque ſuos: & nomine quemque vocatos,
Poſcit opem:

Sed apte Plinius in Panegyrico, *gratum quod equeſtris ordinis decora bonore nominum ſine monitore ſignares.* in majorem gratiam ſic intelligo à Cæſare evocatos milites *Lib.* 3. *Civil. belli. multis præterea viris fortibus Toloſa, & Narbone nominatim evocatis* Q. Ennius Hectoris Lytris.

Quid boc bic clamoris? quid tumulti eſt?
Nomen qui uſurpat meum?

Et de Hectore Dictis Cretenſis *Lib.* 3. *de bello Troiano: Dein clamore magno ſingulos ſuorum nomine appellans*, quod & reſpexit Ulp. *in l.* 3. *D. li-* 26
ber. & poſtb. & ſi cum convitio dixerit, non nominandus, l. quoties 9. *§. ſi quis* 8. *D. de bered. inſt.* Quid ſi addas τὸ *Titi fili*, nomen enim *filius* dulciſſimum, & gratiſſimum reputatum fuit, in tan-
tum ut non defuerint, qui à nomine φιλος deri- 27
varent (non diſputo) nam quomodocumque ſit, dulciſſimum fuiſſe nomen quicumque affirmabit, qui noſtrum Civile Jus, ejusque formulas varias inſtitutionum, & legatorum, eruditorumque monumenta à primo limine ſalutaverit: non enim hic teſtatrix filium impiiſſimum dixit, ut in *l. bis verbis* 48. *D. de beredib. inſt.* nec filium pepercit dicere, non cum deſpectu ex Seia natum, non ex adulterio, non latronem, non gladiatorem, ut *in l.* 3. *D. de liber. & poſtbum.* ſed dulci appellatione *Titi fili.* Ex quibus provenit, quod quamvis in confeſſo ſit, ſpeciali legato per generale non derogari, tamen ex recta Juriſprudentia con-
trarium affirmandum erit: quando ex teſtatoris 28
conjecta voluntate elicimus contrarium, *l. libertis* 18. *D. de alimen & cibar. legat.* docet P. Faber. *in reg. in toto* 80. *D. de reg. Jur.* Caſtil. *Lib.* 4. *controverſ.* 1. *part. Cap.* 41. *n.* 20. (ubi plures refert) & *n.* 28. *ad finem*, & *Lib.* 5. 2. *p.* C. 95. *n.* 26. ubi latè doctiſſimus D. P. Chumazer. *diſp.* 7. idque à libera teſtantium voluntate auſpicamur, nam ſi teſtamentorum voluntas certus dux eſt, quem ſubſequi debemus, quid mirum, ut quamtumvis genus ab ſpecie vincatur, efferamus illud, dum auſpicia voluntatis teſtatorum ſequimur? ſed mire firmat injecta fundamenta fundamentum aliud, nam quamvis firmiſſima illa regula ſit, generi per ſpeciem derogari, non tamen adeò prævalitura eſt, ut vincat genus certum,
limitatum, ſpecificatumque: veluti legata mea, 29
quæ pater tuus mihi reliquit, ſub demonſtratione enim illa diſtincta ſunt legata, & quaſi indice legati res demonſtratæ: cujus qualitatis genus
non minoris virtutis eſt, quam ſpecies: nam cum 30
illud in certam portionem contrahitur, ſpecies ſit, & conſequenter generi ſpecificato non derogatur per eam, textus elegans *in l. talis* 30. *§. item ſi legatur* 6. *D. de legat.* 1. verba audi, *item ſi legetur pecunia quæ in arca eſt: vel vinum, quod in apotbecis eſt, dicendum eſt ceſſare clauſulam, quoniam quoties ſpecies legetur, ceſſare diximus, l: ſed ſi certos* 51. *l. plane* 34. *§. ſed & boc* 4. *D. de legat.* 1. *eod. tit. l. certum* 6. *D. ſi certum petatur*, alia Jura congeſſit Accurſius *dict. l. ſed ſi certos*, & alia plura conſiderari poſſunt, quæ offert accutiſſimus P. Chumazer. *diſputat.* 7. *num.* 7. (quæ omitto ne involvamur variis quæſtionibus extra rem) probant Bartol. *in l. Mævius*, *§. duobus*, *D. de legat.* 2. *num.* 3. Zaſius *Cap.* 1. *ſingul. intell.* Sarmient. *dict. §. duobus Lib.* 8. *ſelectarum*, Medicis *de reg. Jur.* 1. *nu.* 44. Caſtill. *Lib.* 4. *quotidian. controverſ.* 1. *p. Cap.* 41. *num.* 28. & *Lib.* 5. 2. *part. Cap.* 95. *num.* 4. (ubi alios refert) Surd. *conſ.* 352. Velaſc. *in axiomat. Jur. litt. G. numer.* 16.

certum

31 certum equidem eſt , quod ſicut genus generi
non derogat, ſic nec ſpecies ſpeciei *l. ſervis* 99.
§. ultimo, *D. de leg.* 3. Præſes Chumazer. *d. diſput.*
7. *num.* 3. quid enim ſpeciale, magis diſtinctum,
& demonſtratum, quam prælegatum rerum, quas
pater matri reliquerat, & ſic cum deambulatoria
ſit teſtatoris voluntas uſque ad ſupremum exi-
tum vitæ, non dubitandum eſt quim potuerit alio
teſtamenti capite auferre legatum libertis relictum,
& aſſignare filio, ex toto titulo, *D. de adimend.*
leg. l. ſi mihi 12. *§. in legatis* 3. *D. de leg.* 1.
Arctiſſime præcenſitæ conſiderationes urgebant
Scævolam, ut ſtrictis regulis legatorum dijudica-
ret, Gargilianum fundum pertinere ad Titium,
& Jure prælegati poſſe præſumere: ad quid enim
aliter expreſſe non reſponderet contrarium, ſub-
deretque rationem ordinariam, & vulgarem, quia
generi per ſpeciem derogatur? Quam quidem
non deciſive, ſed enuntiative, & relative refert,
ut ſic aliquatenus ſui reſponſi deciſionem auge-
ret: præmaxima enim apud illum ratio longe a-
lia diverſa fuir, unitatis videlicet libertorum le-
32 gati: Juriſconſultique hæſitantiam evidenter de-
monſtrat τὸ *veroſimile*, terminus quo Jure Conſul-
ti in rebus difficillimis, & ambiguis utuntur, cum
in conjecturarum concurſu aliqua magis placet,
magis apparet, certiorque exiſtit: formula equi-
dem Juriſconſultorum recepta, *l. quidam* 96. *D.*
de leg. 1. *l. Titia* 34. *§. qui in vita*, *l. Mævius* 66.
D. de leg. 2. *l. fin. D. quod metus cauſa*, M. T. Cic.
in partit. orat. Num conjecturæ locos quæro C. P. in
veriſimilibus, *& in propriis rerum notis poſita eſt to-*
ta, & infra, *veriſimilia reperiuntur ex partibus*, *&*
quaſi membris narrationis, *ea ſunt in perſonir*, *in lo-*
cis, *in temporibus*, *in factis*, *in eventis*, *in rerum*
ipſarum negotiorumque naturis, cum quo convenit
Jul. Severia. *Syntomat. Rhet. de conject. fol. mibi*
33 15. Trapez. *Libr.* 2. *Rhet.* Ut ſimiliter τὸ *verius*
obſervant Conſulti alii in re ambigua *l. ab omni-*
34 *bus* 104. *l. ſi ſervus* 108. *§.* 2. *de leg.* 1. *l.* 2. *de*
fund. dot, quibus proximum eſt, *ſed inclinandum eſt*,
35 *l. ſi fundum* 81. *§. qui fundum* 3. *de leg.* 1. & il-
lud, *poſſe defendi*, *l. Lucius* 88. *§. matri* 16. *D. de*
leg. 2. & cum ſtrictis prælegati regulis hæſitaret
Scævola, quo minus propter illas reſponderet
pro libertis, quibus ſi ſtaret, teſtatoris periclita-
retur voluntas, quæ inclinabatur pro eis: arre-
pſit ergo fideicommiſſi clauſulam generalem, &
quæſtionem orditur, cui cauſa fideicommiſſi fun-
dus Gargilianus debeatur, & cum adhuc ex cau-
ſa fideicommiſſi Jus Titii non omnino deſtitutum
eſſet, pro quo quippe cauſæ, & conjecturæ præ-
exactæ patrocinabantur, quærit utrum filio tan-
tum fundus debeatur ex teſtamento & cum adhuc
dubitari poſſet, an tribus deberetur, quaſi re
conjunctis fundi Gargiliani, quæritur de eo: ſed
tandem quamvis voluntas in obſcuro jaceret, of-
fundebantur nebulæ ſpecialis legati regulæ, quæ
ſemper derogat generi: ratio non omnino à Scæ-
vola deſpecta, cum relative inſinuaverat: in con-
jecturali enim judicio non firmæ, non fixæ infe-
runtur rationes, ſed quodammodo auxiliatrices,
ut exempla, & autoritates facile probant; tamen
adhuc veritatis ſol diſſolvebat eas. Quid ſi bene
meritis libertis, quantumvis donum libertatis in-
gens, non ſatisfaceret teſtatrix libertate nuda, &
paupere, niſi augerer illam fundo, & caſa humi-
li, quò ſe reciperent, & à quo ſe alerent? Quid
ſi quarta pars hereditatis ſola Titium ditaret? Er
prælegata patris, & patrui uberrima augerent?
Quæ conjecturæ, quamvis non à littera deducan-
tur reſponſi, conveniunt mehercle litteræ: alias
forte ſi hæ deficerent, contrarium forte reſpon-
deret Scævola. Sed illa præmaxima apud Scævo-
lam ratio ſe extulit: illam prævidit totis oculis:
quod cum nihil aliud teſtatrix libertis reliquiſſet,
præter Gargilianum fundum, veroſimile non eſ-
ſe, voluiſſe eam, expellere Fœliciſſimos. Ini-
quum enim, & injuſtum eſſet, ſpoliare illos
fundo unice ipſis relicto; & attribuere filio, cui
inſuper quarta hereditatis pars, & prælegata à ma-
tre relicta erant. Hanc iniquitatis rationem ve-
ritus eſt Scævola, ſi acute ejus verba penetras
ſub verbo illo, *veroſimile*, multoties enim cum
Conſulti noſtri reſpondent *verius eſt: verius puto*,
& ſimilia uſurpant (ut dixi) accipiendum eſt,
æquius eſt, *æquius putamus*: huc trahi poſſunt le- 36
ges ſupra datæ, & ex Budæo obſervavit Calvin.
in lexico, Carolus Sigon. *in Scholiis ad Livium Lib.*
40. *ad fol.* 405. *& in Libr. de arte corrig. Cap.* 2.
Fran. Robortell. *Cap.* 3. *de convenientia ſupputat.*
Livianæ, Fran. Polletus *hiſtor. for. Roman. Lib.* 5.
Cap. 5. quaſi diceret, non eſt ſimile æquitati, &
ab ea differt, ut fundus unicus auferatur libertis,
& afferatur Titio, aliis pluribus honorato, eo du-
ctu rationis, quem ſecuti ſumus *d. l. poſt eman-*
cipationem 40. *§.* 1. *D. de leg.* 3. quam rationem
pluribus non exorno, ne ornatus intempeſtivus
generali fideicommiſſi clauſulæ judicetur incultus:
plura promitto tempeſtive.

C A P. V.

Occaſione l. Titiæ 35. §. 1. D. de aur. & arg. leg. *Prætorias cognitiones aggredimur.* 1. *Duareni*, *& aliorum interpretatio ad* dict. §. 2. *Qui defenderint Prætorem de privatis cauſis cognoſcere non poſſe.* 3. *Fundamento eorum occupatio Prætoris.* 4. *Aliud ex* l. placet, C. de pedan. judicib. 5. *Vulgaris formula Prætoris*, judicium dabo, judices dabo. 6. *Et ex Ciceronis loco.* 7. 8. *Certæ erant cauſæ Prætoriæ.* 9. *Ad cæteras dabantur judices.* 10. *Expenditur* l. ait Prætor. 5. D. de re judicat. 11. *Et denique, ne vileſceret majeſtas Prætoria.* 12. *Contrariam ſententiam qui defenderint.* 13. *Aſſignatur hujus quæſtionis.* 1. axioma. 14. *Conſules principio Romæ cognitionem habebant de privatis cauſis.* 15. *An* leges 12. tab. *quas Cicero dat*, *ſint confictæ.* 16. *Unde deſumpſerit.* 17. *Conſul in principio judex dicebatur.* 18. *Illuſtratur Ovidius.* 19. *Prætoris nomen comprehendebat Conſules*, *& alios magiſtratus.* 20. *In quo merita laus D. Laurentii Ramirez de Prado. Lex Valeria de provocatione ad populum.* 21. *Longe explicatur Livius.* 22. *Prætor propter abſentiam Conſulum creatus fuit.* 23. *Interpretatur* l. 2. §. eodem tempore, D. de O. jur. 24. *Alia Cicer.* lex 12. tabul. Juris diſceptator, *&c. explicatur.* 25. *Gothofr. Antonii ſententia refertur*, *& refellitur.*

ſellitur. 26. *Vera interpretatio add. Cicer. legem.* 27. *Adducitur in confirmationem locus Livii.* 28. *Alia proponitur difficultas adverſus Ciceronis leges.* 29. *Leges* 12. *tabularum quo tempore Romæ compoſitæ fuerunt, & poſitæ in foro.* 30. *Non potuerunt mentionem facere Prætoris, nondum creati.* 31. *Solutio difficultatis.* 32. *Unde Cic. ſuas leges compoſuerit.* 33. 34. *Quare Cicero in ſuis legibus meminerit Prætoris, Ædilis, aliorumque magiſtratuum, qui nondum creati erant tempore* 12. *tab.* 35. *Legibus primis* 12. *tab. additæ poſtea aliæ leges, & maxima pars Juris Civilis.* 36. *Cicero in ſuis legibus ſecutus fuit jus, quod Romæ receptum erat.* 37. *Reſumimus Prætorem de privatis cauſis cognoſcere poſſe.* 38. *Prætores Conſulum Collegæ dicebantur.* 39. *Prætoriæ voces,* do, dico, Addico. 40. *Ciceronis Plautique varia loca pro cognitione Prætoria expenduntur, & illuſtrantur.* 41. *Prætores ad libitum ſibi reſervabant negociorum cognitionem, vel dabant judices, & A. Gellii locus inſignis.* 42. *Probatur ex antiquitate Prætorem privatarum cauſarum cognitionem habuiſſe.*

1 Adhuc multorum non reſidunt corda: reſiſtuntque adhuc noſtræ ſententiæ: dum enim
Pauli reſponſum *in l. Titiæ* 35. §. 1. *D. de auro,*
& argen. leg. ab oppugnationibus noſtris ſalvum
intuentur, bonam æquamque cauſam ſe defende-
2 re autumant: conſultiſſimi enim viri Fran. Dua-
ren. *in Apologia de Juriſdict. adverſus Baronem* §. 6.
& Jacobus Cujac. *Lib.* 14. *reſponſorum Pauli ad*
hunc. §. 1. intrepide affirmarunt, intelligendum
eſſe Paulum de fideicommiſſo, quia receptum
apud Conſultos eſſet, promiſcue legatum pro fi-
deicommiſſo accipi: & Prætorem in eo reſponſo
enarratum, qui lite conteſtata pronunciaverat,
fideicommiſſarium eſſe. Prætor enim urbanus ſe-
cundum Cujac. de privatis rebus non judicabat,
& ſecundum Duaren. raro, ſed dabat judices: ſic
fert natura humana, ut ab uno errore renaſcan-
tur plures, & reſurgant: Hydræ veluti reſecta
capita: obſtringimur ergo neceſſario iſtum extir-
pare errorem Prætoriæ cognitionis, ut ille per
ſe evaneſcat, & diſſolvatur, quantumvis aliqui jam
tentaverint, ſed non ſolidis, & rectis rationibus.
3 Omnino diverſas invenio ſententias, multi ſunt
qui denegarunt privatarum rerum cognitionem
Prætoribus, quorum aliquos accipies, & funda-
menta. Cujacius *ubi proxime dict. libro* 14. *reſpon.*
Pauli, & in l. in privatis 77. *D. de judiciis, in l.*
ſolet 16. *D. de Juriſdict.* & expreſſius *in l. & quia*
6. D. eod. Covarr. *in reg. poſſeſſor.* 2. *part. relect.*
§. 6. *num.* 5. Petrus Gregor. *Lib.* 47. *ſintagmat.*
Jur. Cap. 22. *n.* 2. Budæus *in annotationibus poſte-*
rior. ad Pandectas ad l. munerum 18. §. *judicandi* 14.
D. de muner. & honorib. Scip. Gentil. *de Juriſdi-*
ction. Lib. 2. *Cap.* 21. Philipp. Broidæus *in ſup-*
plemento ad Polletum Lib. 5. *hiſtor. For. Rom. C.* 5.
Barnab. Briſſon. *Lib.* 5. *form. fol. m.* 464. Quin-
tanad. *de Juriſd. & Imperio Lib.* 1. *tit.* 5. *n.* 9.
Guid. Pancirol. *in Theſaur. variar. lect. Lib.* 1.
Cap. 33. Govean. *ad l.* 13. *D. de Juriſdict. num.* 3.
Menoch. *Lib.* 1. *de arbitrariis quæſt.* 2. *à num.* 4.
cum ſequentibus (qui alios refert) Anton. Faber.
Lib. 4. *con. Cap.* 7. *& Lib.* 12. *Cap.* 17. Paulus
Manucius *antiquitatum Roman.* in *tract. de legib.*
Roman. fol. mihi 160. I. Roſin. *Lib.* 9. *antiq. Rom.*
Cap. 15. A. Guibert. *Lib.* 1. *quæſt. Jur. Cap.* 9.
Lævin. Torrentius erudite *in commentariis ad Sue-*
ton. in Claud. Cap. 15. Adrian. Turnob. *Lib.* 27.
adverſ. Cap. 19. P. Gilken. (qui pro ſua ſenten-
tia plures leges conſiderat) in commentario *ad l.*
placet, C. de pedaneis judicibus, num. 5. *&* 6. D.
Lambin. *in notis ad Ciceronem Lib.* 2. *de inventione,*
Patr. Lud. Cerda *in commentar. ad Virg.* 6. *Æneid.*
v. 432. *nota* 11. & noviſſime impenſe doctus no-
ſter D. D. Franc. de Amay. heu dolore litterarum
juſtitiæ, Reipublicæ: præ maximeque noſtro pri-
die fato functus! *in l.* 2. *C. de Jure fiſci, num.* 33.
qui majori temperamento in hanc ſententiam it,
4 & qui addit alios. Magna apud iſtos fuit ratio,
ſecurumque fundamentum, quod Prætor pluri-
mis, & gravioribus, & publicis impeditus: pri-
vatis, & levioribus vacare non poterat: unde ne-
ceſſario, qui de illis cognoſcerent, dabat judi-
ces, *l. placet* 2. *C. de pedaneis judicibus:* adducit 5
etiam verba, *dict. l. placet,* ibi: *De his cauſis, in*
quibus quod ipſi non poſſent cognoſcere, ante hac pe-
daneos judices dabant τα non poſſent, referenda eſſe
ad Jus, & morem, non ad factum: cum Præſides
de privatis cauſis nôn poſſent cognoſcere, Jure
& more in Republica Romana introducto *l. cum*
Prætor 12. §. 1. *D. de judiciis,* ibi: *Item hi, qui-*
bus id more conceſſum eſt, propter vim imperii, ſicut
Præfectus urbi, cæterique Romæ Magiſtratus: nàm ſi
ad factum occupationum, multitudinumque cau-
ſarum referretur, inconſona illa redderetur con-
ſtitutio, cum infra eaſdem occupationes, multi-
tudinemque cauſarum excipiat: & ſic nihil novi
adderet, & ex eodem ad idem redderetur, quod in-
dignum cogitatu eſt, quanto magis Cæſarea con-
ſtitutione: ſic legem iſtam intelligunt Scipio Gen-
tilis *de Juriſdict. Lib.* 2. *Cap.* 21. Corraſius, &
Petr. Gilkenius *in commentario ad eam,* Govean.
in l. eum 13. *de Juriſdict.* præter noviores alios.
Non poterant ergo Præſides, & Prætores cogno- 6
ſcere de privatis, cum inde proveniat illa vulga-
ris formula in cognitione Prætoria paſſim in noſtro
Civili obia *judices dabo, judicium dabo:* aliud enim
eſt, ipſum Prætorem cognoſcere, & judicare;
aliud Jus dicere, & judicare, ut in principio præ-
citati conſiderant, & præcipue Paulus Manucius,
Pancirolus, Briſſonius. Unde inferunt fortiſſimum 7
Ciceronis locum *Lib.* 1. *Epiſt. ad Q. Fratrem E-*
piſt. 2. ibi: *Hæc mihi veroſimilia non videntur, ſunt*
enim à prudentia tua remotiſſima: ne diminuat heres?
quid ſi inficiatur? quid ſi omnino non debet? quid?
Prætor ſolet judicare debere? quid? ego Fundario non
cupio? non amicus ſum? &c. inter alia ergo funda-
menta, quæ movet Cicer. per interrogationem,
negat Prætorem unquam judicare, ſententiamque
proferre: hoc deberi, hoc ſolvi; ſed dare judi-
ces, qui de debito, privatiſque cauſis judica-
rent. Addo alterum Ciceronis locum *Lib.* 2. *de in-* 8
ventione, ibi: *Quare in Jure plerumque verſantur,*
ibi enim, & exceptiones poſtulantur, & quodam-
modo agendi poteſtas datur, & omnis conceptio
privatorum judiciorum conſtituitur, ubi loci in mar-
gine Lambinus addit, *in Jure* id eſt, *apud Præto-*
rem urbanum, qui non judicat; ſed dat judices, &
judicia ſeu actiones, &c. erant namque ſolummodo 9
certæ, & determinatæ cauſæ, quæ ſpecialiter
pertinebant ad Prætorem, & de quibus extra ordi-
nem cognoſcebat, ut longe latèque recenſet Briſ-
ſonius per aliqua folia in *Lib.* 5. *Formul.* & Quin-
tanad. *dict. Lib.* 1. *de Juriſd. tit.* 5. Cuj. *ad l.* 6.
D. de Juriſd. Scip. Gentil. *Lib.* 2. *C.* 22. *de Ju-*
riſd. Duaren. *in Apolog. adverſ. Baronem,* & Do-
nel. *Lib.* 17. *Commen. Cap.* 22. ubi plura Oſvald.
Pancirol. *dict. libro* 1. *variar. Cap.* 33. A. Guiber-
tus *dict. Cap.* 9. *num.* 8. Turneb. & Torrentius
ubi

ubi ſupra, A. Faber. *dict. Lib.* 4. *conject. Cap.* 7.
Menoch. *Lib.* 1. *de arbitrariis*, *quæſt.* 2. Alexan.
ab Alexand. *Lib.* 2. *dier. Gen. C.* 15. & alii in
principio dati: ad quas Prætorias cognitiones per-
tinet *titulus D. de variis*, & *extraordinariis cognitio-
nibus*, ad cæteras autem cauſas dabantur jūdices à
10 Prætoribus: Aul. Gellius *Lib.* 14. *Noct. Atticar.
Cap.* 2. in principio *quo primum tempore à Prætori-
bus lectus in judices ſum, ut judicia, quæ appellantur
privata, ſuſciperem:* Sueton. *in Claudio*, *Cap.* 15.
*Alium interpellatum ab adverſariis de propria lite, ne-
gantemque cognitionis rem, ſed ordinarii Juris eſſe,
agere cauſam confeſtim apud ſe coegit, proprio negotio
documentum daturum, quam æquus judex in alieno ne-
gotio futurus eſſet.* Jus ergo ordinarium in Populo
Romano erat, ut ad privatas cauſas darentur ju-
dices, cui Claudius Imperator contra receptum
morem, juſque vim intulit, Magiſtratumque
coegit, ut apud ſe cauſam ageret: quid expreſſius
11 inveniri poteſt pro hac ſententia? Subtiliter ſu-
pra Duaren. in Apologia in auxilium vocat Ulpia-
num *in l. ait Prætor* 5. *D. de re judicata*, dum ver-
ba edicti non probat, *cujus de ea re Juriſdictio eſt*,
ſed melius reponendum fuiſſe notat, *cujus de ea re
notio eſt* τὸ enim *notio* ad eos pertinet, qui Juriſdi-
ctionem non habent, ſed de quavis cauſa notio-
nem, id eſt, judices datos: ſi ergo Magiſtratuum,
& habentium Juriſdictionem cognitio eſſet ordi-
naria, annotatio Ulpiani minus æqua foret, ſed
quia non ita erat, conſultiſſimus vir fere inutili-
ter, aut ſaltim non apte ea verba appoſita fuiſſe
12 ſentit. Denique ſunt qui dicant, putaviſſe Præ-
tores indignum majeſtate ſua privatas, & vulga-
res cauſas tractare, ſolumque attendiſſe majores,
& Rempublicam attinentes, argum. *dict. l. cum
Prætor* 12. §. 1. *D. de judiciis*. ibi: *Propter vim im-
perii.* Hæc ſunt præcipua, quibus nituntur In-
terpretes, denegantes privatarum cognitionem
cauſarum Prætori.

13 Contrariam penitus ſententiam conſecuti fue-
runt Baro, Charondas, Bocer. Robertus, relati
cum aliis ab Oſvald. *infra*, Scipio Gentilis (ſibi
contrarius) *Lib.* 1. *de Juriſdict. Cap.* 28. Fran-
ciſc. Polletus *Lib.* 3. *Hiſtor. for. Rom. Cap.* 1.
Joann. Corraſ. *ad titulum de Juriſdiction. in Rub.
num.* 4. & 6. & *ad l.* 1. *num.* 3. & *in commentario
ad l.* 2. §. *deinde cum placuiſſet*, *D. de origin. Jur.
num.* 9. J. Ræerard. *Lib.* 1. *de præjudiciis*, *Cap.* 6.
Donell. *Lib.* 17. *Commen. Cap.* 21. & *ibi* Oſvald.
litt. A. optime C. Sigonius *Lib.* 1. *de judiciis*,
Cap. 7. Joan. Niellius Veſallus in *controverſ. Juris
feud. diſput.* 10. *Theſi* 2. *litt. F.* nec negat Franc.
Duaren. *in Apolog. de Juriſdict.* §. 1. & 6. ubi lo-
ci (ſic ſuſpicor) interpretatur, vel temperat ſen-
tentiam, quam antea tulerat in commentario ad
tit. de judiciis, *Cap.* 3. de judicibus datis, & *Lib.*
1. *diſput. anniverſar. Cap.* 53. & denique pro hac
ſententia intelligendus eſt Alex. Neapolitanus *dict.
Lib.* 2. *Cap.* 15.

Sed cum inter tot taleſque viros, & ſacræ Ju-
riſprudentiæ Heroas, haud auſim (timeo ſaltim)
meum interponere judicium: quidnam ego apud
tantos poſſim, vel auxilii conferre, vel inſerre
veritatis lucum; ſed tamen ut geram, quod ſum-
pſimus, officii morem, deliberavi denique cun-
ctam hanc quæſtionem, interpretationemque no-
ſtræ *l. Titia*, §. 1. (quæ in has anguſtias compu-
lit) ſedandam & componendam certis axiomatibus
aſſertis, quibus hinc inde vagantes expellentur nu-
bes, Solique veritatis cedent, ni miſerrime fallor.

I. AXIOMA.

14 Sit ergo primum: *Prætorem de privatis quibuſcum-
que cauſis, quando vellet, poſſe per ſe cognoſcere, &
ſua definiri ſententia, quim ad dandos ſuper eis judi-
ces, adſtringeretur.* Deducamus rem ab origine, &
certam invenientes tramitem ſubodorabimus ve-
rum: denique reperiemus. Conſules in primiti- 15
va Roma non ſolum cognitionem de publicis cer-
tiſque quibuſdam cauſis; ſed de privatis quibuſ-
cumque cognitionem habebant, quia quamvis ab
aliquibus negatum eſſe haud ignoro, tamen non
dignum controverſia reputo: certum enim fuit de
privatis cauſis Jus reddidiſſe, uti ſcripſit Dem-
pſter. *ad Lib.* 9. *Roſini.* Pomponius *in l.* 2. §. *eo-
dem tempore* 10. §. *cumque Conſules* 27. *D. de orig.
Juris*, aperte Dionyſ. Halicarnas. *Libr.* 10. *in
principio*, qui de Conſulibus exordiens, ſic proſe-
quitur *quapropter omnia tum privata, tum publica ex
legum præſcripto adminiſtrari volebat, tunc enim non-
dum erat apud Romanos Juris libertatiſque dicendi æqua-
bilitas, nec dum omne Jus ſcriptum extabat; ſed olim
eorum Reges Jus petentibus dicebant, eorumque lites
dirimebant, & quod ab illis fuiſſet judicatum, id vim
legis habebat.* Lex 12. *tabularum* à Cic. refertur
Lib. 3. *de leg.* in his verbis: *Regio imperio duo ſun-
to, iique præeundo, judicando, conſulendo, Prætores,
judices, Conſules appellantur*, quam probant A. Au-
guſtin. *ad l.* 12. *tab. f. mihi* 254. & collector ve-
terum legum *apud D. Halicarnaſſeum*, Thomas Dem-
pſter. *ad Roſin. Lib.* 6. *Cap. ult.* D. Gothofred.
in fragm. Cic. ad l. 12. *tabul. ex Lib.* 3. Alexan.
ab Alexan. *Libr.* 3. *Dierum Gen. Cap.* 3. Steph.
Pighius *Lib.* 3. *de magiſtrat. P. R.* Nam quamvis
Fran. Duaren. *in Apolog. adverſus Baronem*, F. Pol-
let. *Lib.* 3. *Cap.* 4. *hiſt. for.* A. Guib. *Lib.* 1.
quæſtionum Juris Cap. 11. *num.* 13. & Cuj. & Mer-
cer. quos omnes refert Oſvald. *ad Donell. Lib.* 17.
Commen. Cap. 21. *litt. B.* D. Gothofred. *ad frag-
menta Cic. ll.* 12. *tab. in princip.* & Philip. Broid.
ad Polletum ſup. num. 2. Thomas Dempſterus *Pa-
ralipom. ad Roſin. Lib* 8. *Cap. ult.* Fr. Balduin. *in
princip. ad l.* 12. *tab. num.* 87. A. Auguſt. *ad ll.
eaſdem* in principio, exiſtiment eas leges à Cice- 16
rone ſuppoſitas eſſe, non tamen id in cauſa eſſe
poteſt cuicumque viro mediocriter docto, ut de-
ſpiciamus, & in exilium graviſſimas mittamus le-
ges, fortiſſima noſtri Juris Civilis fundamenta:
ſic præjudicavit Don. *dict. Lib.* 17. *à nu.* 1. ma-
gnus enim Cicero ſuas 12. *tab.* leges compoſuit fi- 17
deliter ſummis rerum, & ſententiis inhærens:
qui aliter doctiſſimus, & graviſſimus Juris Civi-
lis doctor auderet adverſus populi leges publice
proſcriptas & recepta jura ſuas leges dare? Sic
ergo ipſuſmet *Libr.* 2. *de legibus*, ſcriptum reli-
quit, *leges autem à me edentur, non perfectæ; nam
eſſet infinitum, ſed ipſæ ſummæ rerum, ac ſententiæ:*
uti & docte ſentit Dempſterus *dict. C. ult.* Lege
ergo 12. *tab.* antiqua, Conſul privata cognoſce-
bat, & inde appellabatur judex, uti comprobant
Alex. ab Alexan. *dict. Lib.* 3. *Cap.* 3. Fran. Pol- 18
let. *hiſt. for. dict. Lib.* 3. *Cap.* 5. Corraſius *in l.*
2. §. *deinde cum placuiſſet*, *num.* 3. *D. de orig. Ju-
ris*, Stephan. Vinandus Pighius *in annalib. magiſt.
Tirannifug. Lib.* 2. *in princip.* Dempſter. *ubi ſup.*
C. Sigonius *Lib.* 1. *de judiciis*, *Cap.* 7. ſic intelli- 19
gendus Ovid. *Lib.* 1. *Faſtorum ibi.*

Jura dabat populis poſito modo Prætor aratro.
Et levis argenti lamina crimen erat.

Ut recte *ibi* Paulus Marſus intelligit, & contextu- 20
ra ipſius poetæ, ordoque hiſtoriæ ſatis probat, τὸ
enim *Prætor* in primitiva Roma Conſulem, & a-
lios Magiſtratus comprehendebat, uti jam obſer-
varunt plures, quorum eruditio præmaxime aper-
ta eſt: Paſſerat. *ad Propert. Lib.* 3. *eleg.* 3. *fol. mi-
hi* 420. Scipio Gentil. *de juriſdict. Lib.* 1. *Cap.*
31. Fr. Pollet. *Lib.* 3. *Hiſt. for. Rom. Cap.* 4. Franc.
Conſtan. *Lib.* 1. *comment. Juris Civilis Cap.* 15. *num.*
1. & *Lib.* 2. *Cap.* 4. *num.* 11. & *Lib.* 7. *Cap.* 3.

num. 9. Petrus Ricciard. *in commentar. ad tit. inſt. de bonorum poſſeſſ. in Rub. num.* 58. Joann. Corraſ. *in commentar. ad tit. de orig. jur. in l.* 2. §. *eodem tempore*, *num.* 5. eruditè J. Lipſius *epiſtolicarum quæſt. Lib.* 4. *Ep.* 26. A. Scothus *in notis ad Senecam Lib.* 4. *controverſiar.* 25. Joann. Roſin. *Lib.* 7. *antiquitat. Roman. Cap.* 11. & *Cap.* 33. Aſconius Pædianus *in argumento accuſationis in Verrem*, *fol. mihi* 77. Petrus Gregor. *Lib.* 47. *ſyntagmat. Jur. Cap.* 30. *num.* 2. A. Contius *Lib.* 2. *lectionum ſubſecivar. Cap.* 19. *numer.* 1. Oſvald. ad Donell. *Lib.* 1. *comment. Cap.* 8. *lit. G.* Marcel. Donatus *in dilucidationibus ad Cap.* 37. *Suetonii*, & noviſſime præclariſſimum Hiſpaniæ litterarum jubar, cunctæ eruditioni præfulgens D. Laurent. Ramirez de Prado *in notis ad Chronicon. Luitprand. anno* 698. *num.* 102. & ſingulares Novellarum præfationes ſunt: una de Præſide Piſidiæ: altera de Prætore Lycaoniæ: à quibus omnibus fortiſſima
21 præclaraque ſundamenta perpendere, quibis ſatis cognitionem Conſulum firmat *lex Valeria de provocatione ad populum*, cujus Pomponius meminit. *dict. l.* 2. §. *exactis* 16. *D. de orig. Jur.* Livius *Lib.* 3. Halicarnaſſeus *Lib.* 5. & 6. Plutarchus, & Valetius à Calvino, & aliis relati. Unde er-
22 go provocatio, niſi à ſententia? Nec his obſtat Livius *Lib.* 3. *ab U. C.* in illis verbis: *Fuere qui interpretarentur eadem hac Horatia lege Conſulibus quoque*, & *Prætoribus*, *quia eiſdem auſpiciis*, *quibus Conſules crearentur*, *cautum eſſe: judicem enim Conſulem appellari: quæ refellitur interpretatio*, *quod his temporibus*, *nondum Conſulem judicem*, *ſed Prætorem appellari*, *mos fuerit.* Quæ videntur ſatis demonſtrare Conſules, non de privatis cauſis cognoſcere, alias judices dicerentur: nam præter quod ſuſpecta Glareanus ea verba cenſeat (quod non probo, cum omnibus codicibus comprobata legamus, agnoſcantque Sigonius, A. Contius *dict. Lib.* 2. *Cap.* 19. Valla, Corraſ. *ſup.* & alii) tantum abeſt, quod noſtræ ſententiæ reſiſtant, ſed quod aſſiſtant expreſſe: fuere enim qui legem interpretarentur Horatiam, qua cautum erat, ut qui tribunis plebis, judicibusque nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet, & (ut antea proxime ſcripſit Livius) intelligentes, protrahentesque legem eandem ad Conſides, quia in populo Romano judices appellarentur; quod reprobat, refellitque Livius ex ea ratione, quod legis Horatiæ tempore Conſules, non judices, ſed Prætores nominarentur: nullo enim modo Hiſtoricus Princeps negat, privatas cauſas Conſules decernere potuiſſe; ſed tantummodo Prætores appellari, ut ſic non viderentur in lege Horatia comprehenſi: imo ſupponit, parum poſt temporis judices dictos, quod reſpexit. *l.* 12. *tab.* à Cicerone conficta, ut Contius inquit *dict. Cap.* 19. *nu.* 2. (quam nos ſupra dedimus) forte cum nomen Prætoris ſuo privato Magiſtratui inditum fuit, creato poſtea, propter Conſulum abſentiam ad finitima bella: cognoverunt equidem Conſules, & inde ea dubitandi ratio, & interpretandi confidentia apud Livium, atque etiam poſtea, propter quod merito nomen judicum fuit, ut Livius, & Cic. ſcripſerunt.

23 Ex his provenit, quod cum bellis finitimis avocarentur Conſules Roma, nec eſſent, qui jus reddere poſſent, fuit Prætor urbanus, ut loco Conſulum jus civibus Romanis redderet, ut teſtatur noſter Pomponius *in l.* 2. §. *cumque Conſules* 27. *D. de orig. Jur.* expreſſe Livius *Lib.* 7. *ab U. C.* in princip. *non patientibus tacitum Tribunis*, *quod pro Conſule uno plebeio tres patritios magiſtratus curulibus ſellis prætextatos*, *tanquam Conſules ſedentes*, *nobilitas ſibi ſumpſiſſet*; *Prætorem quidem etiam jura reddentem & collegam Conſulibus*, *atque iisdem auſpiciis creatum*, idem Livius *Lib.* 38. *comitiis Prætorum perfectis S. C. factum eſt*, *ut Q. Fulvio extra ordinem urbana provincia eſſet*, *eique potiſſimum*, *Conſulibus ad bellum profectis*, *urbi præeſſet*, Dio. *Lib.* 58. *oportuit*, *Prætores*, *quibus conſulum munera*, *abſentibus Conſulibus*, *ac peregre profectis erant demandata*, *illa omnia exequi.* conſule Cujacium *dict. l.* 2. §. *deinde cum placuiſſet*, Bellonum *Lib.* 1. *ſupp. Cap.* 8. Corraſ., Fabrum *in ead. l.* quo, de Conſule ad Prætorem, fundamento, cognitionem Prætoribus de privatis cauſis attribuit Dempſter, *Paralipomenon ad Lib.* 9. *Roſin.* Deſume ergo, novum Magiſtratum, ut inquit Livius, Prætoris urbani creatum fuiſſe, ut jus in urbe redderet, & cauſas forenſes diffiniret loco Conſulum: quorum neceſſaria abſentia, niſi ita proviſum fuiſſet, vacua forent tribunalia, liteſque penderent, nec eſſet, qui jus in urbe reddere poſſet, ut Pomponius inquit. Principio enim ipſimet Reges: his exactis, Conſules: his abſentibus, Prætores jus in urbe reddebant, ut noſtri Juris Hiſtoricus Pomponius enarrat. *dict. l.* 2. Inde, & ἐμφατικῶς, Pomponius idem ſcribit in eadem Juris Hiſtoria, §. *eo-*
dem tempore 10. Magiſtratus Romanos jura red- 24
didiſſe eodem tempore, id eſt, privata, & publica cognoviſſe Prætores, abolito illo, quod viguerat jus centum annos, de collegio Pontificum, relato in §. 6. *ejuſdem legis*, ſic *dict.* §. 10. ſentiunt Corraſ., & A. Fab. *ibidem*, Belonus *dict. Lib.* 1. *Cap.* 8. *num.* 1. A. Pichard. *in* §. *quos autem* 1. *inſt. de bonorum poſſ. nu.* 20. Nam cum ſequentibus temporibus, non ita frequens Magiſtratuum cognitio eſſet, plurimumque in judicum datione conſiſteret, attente Pomponius eodem tempore Magiſtratus jura reddidiſſe, enarrat.

Præmaxime adſtruunt ſententiam noſtram, & 25
ea quæ præſcripſimus, alia Ciceronis lex ab ipſo data ſuo *Libr.* 3. *de legib.* verba legis, ſeu Ciceronis hæc ſunt: *Juris diſceptator*, *qui privata judices judicarive jubeat*, *Prætor eſto: is Juris Civilis cuſtos eſto: huic poteſtati parento*, cujus quidem & meminerunt Pollet. *Lib.* 3. *Hiſt. for. Cap.* 4. Corraſius *dict. l.* 2. §. *deinde cum placuiſſet*, *D. de orig. Jur. n.* 9. Ricciard. *ad Rubricam*, *inſt. de bonorum poſſ. num.* 66. Alexan. ab Alexand. *Lib.* 2. *dierum Gen. Cap.* 15. Dion. Gothofred. *ad fragmenta* 12. *tab. Ciceronis ex Lib.* 3. *Dion. Lib.* 17. *com. Cap.* 21. & fere omnes qui noſtram diſputationem tractarunt ſeu attigerunt. Etſi non contumaci protervoque animo; ſed æquo & placido ferretur res, tractareturque cauſa, præſcripta Ciceronis lex poſſet mulcere animos, cordaque placare; ſed in eo res eſt ſtatu, quod contrariæ ſententiæ adſertores, ſi ſaltim non evellere, ad minus vim, & autoritatem hujus legis obnubilare conentur. Duarenus, & conſectarii jam tentarunt eo rationis velo, quia non 12. *tabul.* ſed Ciceronis *lex* eſſet (ut prædiximus cap. iſto ad alteram, conjunctamque huic legem Ciceronis *Regio imperio*, &c.) ſed defenſione eadem, & propugnamus iſtam, & aſſerimus; eadem eſt cauſa, eadem ratio, ſed Go-
thofred. Anton. *th.* 29. *diſp.* 3. interpretatur legis 26
verba, *qui privata judicet*, ad cognitiones Prætorias, extra ordinem: *judicare jubeat*, ad ordinarias, judicumque dationem. Sed libenter quærerem ab ipſo, unde ſumpſerit, quo firmaverit fundamento interpretamentum ſuum? quamve ſyllabam à tota lege auſpicetur de ordinaria, & extraordinaria cognitione? nam ſi ſic devagari interpretatione liceret, nihil firmum daretur in jure, & omnia firmiſſima convelli poſſent: hoc autem certiſſimum reputo in præſcripta lege, quod dum novus Prætoris Magiſtratus crearetur neceſſaria P. R. cauſa, ut loco Conſulum ſubrogaretur foro litiumque contentioni proditam fuiſſe in creatione Magiſtratus legem illam, qua judicare privata,

vata, judicarivè jubere, poteſtas datur, hoc enim
ſine diſcrimine in hoc Magiſtratu actum fuit, ut
ſubrogaretur conſulibus, urbiquæ preeſſet, ut
Livius ſcripſit *dict. Lib.* 33. & cum jam frequen-
tiora eſſent negotia, quibus nec unus Magiſtratus
plene ſufficere quiſſet (propter hoc enim, & pe-
regrinus Prætor poſt aliquos annos creatus fuit, ut
27 Pomponius refert. *dict. l.* 1. §. *aliquod* 28.) ſub al-
ternativa judicandi, judicesve dandi creatus fuit,
quim aliud de juriſdictione ordinaria, vel extraor-
dinaria Prætoris additum fuiſſet tum temporis in
Populo Romano, nec cognita, nec conſtituta.
Ni vehementer fallor, præoculis habuiſſe ſuſpicor
28 Livium *legem iſtam* 12. *tabularum*, his vel ſimili-
bus verbis compoſitam (quod non curo, nam ut
inquit Cic. ſumma, & ſententia earum attenta eſt)
dum de creatione Prætoris agit duobus in locis,
primus eſt in fin. *Lib.* 6. ibi: *Cum tamen per Dicta-
torem conditionibus ſedatæ diſcordiæ ſunt, conceſſumque
à nobilitate plebi de Conſule plebeio à plebe, nobilitati
à Prætore uno, qui jus in urbe diceret ex patribus
creando*: en una legis pars & poteſtas Prætoris in
juſdicendo, id eſt, judices dando: alter locus in
principio *Lib.* 7. in verbis jam ſupra datis, *Præ-
torem quidem etiam, & collegam Conſulibus, atque
iiſdem auſpiciis creatum*: en altera pars legis, &
judicandi poteſtas.
29 Sed major difficultas eſt, quâ perſuaderi vide-
bitur quicumque doctus, nullius pretii, nulliusque
judicii habendas eſſe 12. *tab. leges*, quoad cogni-
30 tionem Prætoriam; nam cum 12. *tab.* in foro Ro-
mano compoſitæ fuiſſent anno ab urbe condita
302. ſecundum Antonium Contium *in faſtis conſu-
laribus*, & ſecundum alios parum ante vel poſt,
circa iſtum annum, uti docent Euſeb., Caſſiodor.
in chronicis ſuis, Livius *Lib.* 3. D. Halicarnas. *Lib.*
10. A. Gelius *Lib.* 20. *Cap.* 1. Eutrop. *Libr.* 1.
Solin. *Cap.* 2. Broæus *in Chronolog. Hiſt. totius Ju-
ris*, Stephan. Pighius *in annalib. P. R. Æquipeta,
ſeu Lib.* 3. Thomas Dempſter. *ad Roſin. dict. Lib.*
8. *Cap. ult.* F. Pollet. *Lib.* 5. *Hiſt. for. Cap.* 4. ubi
loci Broidæus, *num.* 4. nullo modo *leges* 12. *tab.*
meminiſſe potuerunt Prætoris, & Magiſtratus non-
dum creati: creatus enim fuit Prætor anno ab *U.*
31 C. 387. ſecundum A. Contium *in faſtis conſula-
ribus*, Livius *Lib.* 7. Stephan. Pighius *in annalib.
Lib.* 4. & Broidæus: quo fundamento ante à me
præviſo, quam in illud inciderem, F. Balduin. *in
prolog. ad l.* 12. *tab. num.* 88. non eſſe veras *leges*
12. *tab.* iſtas, quas præ manibus habemus, ſcribit:
& contrarium ſentientibus irridet in quo funda-
mento, & ſententia & Ant. Auguſt. fuit *ad l.* 12.
tabul. in exordio. Undè Pollet. *Lib.* 3. *Hiſtoria
for. Romani, Cap.* 4. *legem illam* 12. *tab. inter eos
dies, trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium
producito, quantæque pecuniæ judicatus erit, prædica-
te*: de Conſule accipit, quia (ut ſupra dixi) Præ-
toris appellatione antiquitus omnes magiſtratus
comprehendebantur, cum nullo modo de proprio
Prætoris magiſtratu poſſent.
Parum ſententiam noſtram conſideratio iſta re-
morabitur, ſi conſideraverimus Ciceronem in ſuis
legibus componendis, illis ſcilicet, quas præſcri-
32 pſit ſuis libris de legibus, attendiſſe primo *leges*
12. *tab.* ut in illis verbis jam à me datis demon-
ſtravi, *leges autem à me edentur, non perfectæ, nam
eſſet infinitum; ſed ipſa ſumma rerum, ac ſententiæ*
2. etiam & leges Numæ, ut ipſe demonſtrat ex-
33 preſſe *Lib.* 2. *Concluſa eſt equidem apte tam magna
lex, ſane quam brevi, & ut mihi quidem videtur, non
multum diſcrepat iſta conſtitutio religionum à legibus
34 Numæ, noſtriſque moribus*, 3. noſtrum Jus Civile,
mores & recepta jura P. Romani, & proxima
verba demonſtrant, & ſubſequentia. *An cenſes,
cum in illis de Republica libris perſuadere videatur A-
fricanus, omnium rerum publicarum noſtram veterem
illam fuiſſe optimam, non neceſſe eſſe, optimæ Reipu-
blicæ leges dare conſentaneas? Ait imo prorſus ita
cenſeo. M. Ergo adeo expectatæ leges, quæ genus
illud optimum Reipublicæ contineant, & ſi quæ forte
hodie à me rogabuntur, quæ non ſint in noſtra Repu-
blica, nec fuerint, tamen erant fere in more majorum,
qui tum ut lex, valebat*: & antea Lib. 1. de leg.
*Complectenda in hac diſputatione tota cauſa univerſi
juris eſt, ac legum: ut hoc civile, quod dicimus, in
parvum quendam, & anguſtum locum concludatur na-
turæ: natura enim Juris nobis explicanda eſt, eaque ab
hominis repetenda natura, conſiderandæ leges, quibus
civitates regi debeant: tum hæc tractanda, quæ compo-
ſita ſunt, & deſcripta jura, & jura populorum, in
quibus ne noſtri quidem populi latebunt, quæ vocantur
jura civilia*, & *Lib.* 3. ibi. *Et ut inſtitui, noſtra
jura attingam*: probat longius noſter A. Auguſtin.
ad l. 12. *tab.* in princip. Inde provenit, quod quam-
vis *legum* 12. *tab.* tempore Prætoris, Ædilis,
aliorumque officiorum magiſtratus creati non eſ-
ſent, tamen eorum officia, atque poteſtatem com-
prehendit in ſuis legibus Cicero, ut ipſemet aper-
te profitetur *lib.* 3. *de legib. Quam brevi frater in* 35
*conſpectu poſita eſt à te omnium magiſtratuum deſcrip-
tio: ſed ea pene noſtræ civitatis, & ſi à te paululum
allatum eſt novi*, & infra, *nam ſic habetote magi-
ſtratibus, iiſque qui præſunt contineri Rempublicam, &
ex eorum compoſitione, quod cujuſque in republica ge-
nus ſit intelligi: quæ res, cum ſapientiſſime, modera-
tiſſimeque conſtituta eſſet à majoribus noſtris, nihil ha-
bui ſane, non modo multum, quod putarem novandum
in legibus.* Adde his, plurimas poſtea latas leges, 36
fereque cunctum Jus Civile, & in foro propoſi-
tum, ipſiſque *legibus* 12. *tab.* additum: Valer. Ma-
xim. *lib.* 2. *capit.* 1. *Jus Civile per multa Scævola in-
ter ſacra cæremoniaſque Deorum immortalium abditum,
ſoliſque Pontificibus notum CN. Flavius Libertino patre
genitus, & ſcriba cum ingenti nobilitatis indignatione
factus Ædilis Curilis, ac faſtos toto pene foro expoſuit*,
T. Livius, *Lib.* 9. *Jus Civile repoſitum in penetrali-
bus Pontificum, vulgavit, faſtoſque circa forum in al-
bo propoſuit, ut quando lege agi poſſet, ſciretur*, con-
veniunt quæ refert Lipſius ad *ll. duodecimtrales.*
A. Auguſtin. *de leg. Cap.* 2. *in fin.* I. Roſin. *de An-
tiquit. Roman. Lib.* 8. *Cap.* 2. *in fin.* Hinc depro- 37
mimus, quod cum Cicero priores 12. *tab. leges*,
attendere non potuiſſet, ad præſcribendum ſuas
de cognitione Prætoria, formaſſe, & compoſuiſ-
ſe eas, juxta receptam creationem magiſtratus,
eique attributam poteſtatem, acceptumque Juriſ-
dictionis uſum: præcipuè cum affirmet ſe in ſuis
de legibus libris deſcribere omnes Reipublicæ Ro-
manæ magiſtratus, quod cum ita eſſet, & cogni-
tionem Prætoribus attribuat ordinariam, de om-
nibus cauſis, id non aliter accipere poterimus,
quam quod ita legibus majoribus Jure Civili recep-
tum eſſet, quod inevitabile animadverſionis te-
lum, quantum transfigit adverſos, tantum no-
ſtram ſententiam adſerit. Nam quantumvis inſta-
re conentur contrarii, Ciceronem aliquas, non in
Populo Romano receptas, præſcribere leges in
ſuis libris, ut ex locis proxime datis elici poteſt,
aliiſque facile inducendis, id ſaltim obtinere poſ-
ſet, non quoad Prætorem, proprium Romæ ma-
giſtratum, ſed quoad aliam legem, eamque raram
inter ſuas, præmaxime cum præfatur, Romanos
deſcribere magiſtratus: quis æqua mente, placido-
que judicio audebit de Prætore leges non adapta-
re Romano? cum & aliæ gentes, nunquam ni-
ſi à Romano imperio habuerint, & acceperint.
Lex autem quam de Conſule interpretatur
Polletus ſpuriis ab eo verbis ſupponitur legitima
autem A. Gellius tradit *Lib.* 20. *Noct. Atticarum
Cap.* 1. ſine ulla Prætoris mentione, & nomine;

quæ & agnoſcunt Vinandus Pighius, Roſin. & cæteri 12. *tabularum*, Scholiaſtæ: & ſi de Prætore loqueretur, neceſſario de Conſule acciperem (utpote prædixi) cum certa 12. *tabularum* verba contineret: nihilque impediret, quo minus de Prætore proprio noſtram Ciceronis legem acciperem. Nam quantumvis in antiquiori Roma ante creatum Prætorem, Reges, & Conſules nuncuparentur Prætores, quia præibant, non ſic poſt Prætoris creatum magiſtratum, cui adjectum hoc nomen, & conſolidatum, ut prænotarunt jam præcenſiti interpretes *ſupr. num.* 20. & colligitur ex Cic. *de legibus Lib.* 3. leges diverſas, & diſtinctas Conſulum magiſtratui & Prætoris attri-
38 buentis, & ſæpe alibi. Ex tam longe petitis, equidem colligemus Prætorem de privatis cauſis potuiſſe cognoſcere, cui quidem ſententiæ alludit alia ejuſdem Ciceronis lex ex *Lib.* 3. *omnes magiſtratus auſpicium, judiciumque habento*, & id quare, ipſemet ſubinterpretatur Cic. in his verbis, *deinceps igitur omnibus magiſtratibus auſpicia, & judicia dantur: judicia, ut eſſet populi poteſtas, ad quam provocaretur*, ergo & Prætor magnus Romæ magiſtratus, & ex præcipuis, cujus poteſtatem ſi conſideremus tantamque, ut abſentibus ſubſtituerentur conſulibus, eorumque præſentium nominaren-
39 tur collegæ, ut ex eruditis P. Fab. obſervavit *ad tit. de origin. Jur. in princip.* & Lipſius *ad Paneg. Plinii num.* 912. & Livius ab his omiſſus in verbis ſupra datis *ex Lib.* 7. Fere temerarium cenſebitur, cognitionem iſtam ordinariam cujuſcum-
40 que privatæ cauſæ denegare. Si enim abſolute poteſtas Prætoria continebatur his vocibus, *do*, *dico*, *addico*, ut ex Ovid. 1. *Faſt. V.* 47. probatur.

Ille ne faſtus erit, per quem tria verba ſilentur:
Faſtus erit, per quem lege licebit agi.

(Quò loci infeliciter id explicant Antonius Conſtantius Fanenſis, Paulus Marſius, Hercules Ciofanus, Gregorius Berſmannus) & probat etiam M. Terentius Varr. *Lib.* 1. *de ling. lat.* Macrob. *Lib.* 1. *Saturn.* Cujac. *ad Ulp. tit.* 19. F. Connan. *Lib.* 7. *comm. Cap.* 9. *numer.* 5. Briſſon. *Lib.* 3. *form.* P. Ricciard. *ad rub. inſt. de bon. poſſ. num.* 81. J. Roſin. *Libr.* 7. *antiq. Rom. Cap.* 11. & *Lib.* 9. *Cap.* 9. quis reſtringet pleniſſimam poteſtatem, cum in illis verbis non ſolum datio judicum, ſed & cognitio, & executio contineatur, cum reſpectu Ciceronianæ legis, *qui privata judicet, judicarive jubeat*, undè Aſconius Pedian. *in Verrem Lib.* 2. *ſunt autem inſtituta Prætorum in decretis interponendis judicandiſque cauſis.*

41 Relinquamus 12. *tabularum leges*, & ſi lector minus certa, præjudicata probaverit (quod neutiquam ſpero) probabit ſane perelegantia, expreſſa Cicer. Plautique loca, niſi contumaci animo reluctatus fuerit: Cicero autem ſeu autor ad Herennium *Libr.* 2. dum de contrariis ſententiis diſſerit, iſta ſubjicit, *& fit ut de eadem re ſæpe alius, aliud decreverit, aut judicaverit, quod genus M. Druſus Prætor urbanus, quod cum herede mandati ageretur, judicium reddidit, Sex. Julius non reddidit.* Plautus autem *in Curculion. Act.* 5. *Scen.* 3. ſermonem inducit de Capadoce lenone, qui vocibus extorquebat à Lycone Trapezita, quam expromiſerat, pecuniam: Lyco autem, cum ſe nimis à lenone urgeri videretur, voluit ipſum in Jus vocare, timuitque leno, ne apud Prætorem vinceretur: ipſiſſima Plauti verba ſunt, loquente lenone.

Poſtquam nihil fit, clamore hominem poſco: ille in Jus me vocat,
Peſſime metui, ne mihi hodie apud Prætorem ſolveret.

En tibi cauſam privatam, vocationemque in Jus apud Prætorem; à quo in contrarium leno præſumebat, metuebatque ſententiam: judicabat ergo Prætor: nam qui aliter præjudicatiſſimus comicus contra receptum P. Romani morem talia insereret? Nam quod D. Lambinus de ceſſione bonorum infert, figmenta, ſomniaque nugatoria ſunt, & ſic ſimiliter qui alio invadet loco, de judicis datione: quam nec Plautina verba patiuntur, nec Plauti mens, & ſententia: ſomniabit utique. Alter eodem *Act.* & *Scena* ſubjicitur locus, nam cum à Lycone Trapezita leno iſte habuiſſet pecuniam per cujuſdam fraudem, quæ quidem militis erat, & apud argentarium Lyconem habebat repoſitam: uti lenonem offendit, extorquere ab eo multis minarum verbis conatus fuit, tandemque conterritus leno dixit ad militem.

Tu me ſequere. M. quo ſequar ego te? L. ad Trapezitam meum.
Ad prætorem. Nam inde rem ſolvo omnibus, quibus debeo.

Ex reſtitutione Valentis Acidalii *In divinationibus ad hunc locum*: nam quamvis Lambin. & Simeo Boſius, atque Philip. Pareus comminiſcantur, quid divinatorium de ceſſione bonorum, de conditione ob turpem cauſam, jam Ulr. Piſtoris, & ex eo Taubmanus refellerunt. Horum interpretatio verior eſt, cum quibus & ego reapſe convenio, ſed nos (ni fallor) certiori jactu ad Plautum, ſententia ergo noſtra eſt: quod in hac comœdia magna mentio ſit Lyconis Trapezitæ, & in actu ibi.

Meipſo præſente, & Lycone Trapezita.

Et cum urgeri ſe leno ad exactionem videret a milite, ut ſequatur ipſum, rogat, ad Trapezitam ſuum: quis autem lenonis Trapezita erat? Prætor: quem & Trapezitam vocat, relatione facta ad Trapezitam militis Lyconem: nam utpotè ex pecunia in eo repoſita ſolvebat miles, ſic leno ex Trapezita Prætore: ſed qualiter apud Prætorem eam faciebat ſolutionem? Pejerando apud ipſum Prætorem, ſe nihil debere, ut fuerunt interpretati Piſtoris, & Taubman. ut ipſemet leno perjurum antea demonſtrat in eadem cum milite rixa

M. quod ne promiſiſti? L. qui promiſi? P.H. lingua. L. eadem nunc nego.
Dicendi, non rem perdendi gratia hæc nata eſt mihi.

Nam lenones perjuriis fuiſſe infames, Piſtoris probat: ſic ergo cum per has fraudes abſolvi fideret leno à Prætore, cognoſcebat equidem de privatis cauſis, nec inficiari quiſquam jam poterit, ni qui tenebrare Phœbum in medio cœli, percito judicii viſu, autumaverit. Adde Appian. 2. *bell. civ.* ibi: *Brutus interim ſumma mane in porticu, quæ ante theatrum ſita erat, exigentibus aliis, veluti Prætor, Jus adminiſtrabat*, idem *Lib.* 3. *Orta luce, Dolabella Trebonii caput prætorio in ſolio, quo judicare ſolitus erat, juſſit affigi.* Alia Plauti, & Cic. conſulto omitto, cum expreſſa iſta ſuperque ſint; cætera aliis relinquo, ne videamur nimis moleſti illis, qui barbare iſtas antiquitates irrident, & circumſcribunt religionem Juris Civili: de quo in Capite ſequenti erit noſtra concertatio.
Sed inſuper addo; noſtram adeò verum eſſe ſen- 42
tentiam, quod Prætores ad libitum ſibi reſervarent negotiorum cognitionem, vel judicibus darent: imò advocati eorum cognitionem à Prætoribus exorarent, uti Sulpicius Appollinaris in quadam Epiſtola ſcriptum reliquit, apud *A. Gelium Libr.* 15. *noct. Atticar. Cap.* 5. verba accipe. *Quapropter urbaniſſime reſpondiſſe Prætorem, non indoctum viſum barbatulo cuidam ex advocatorum turba Sulpicius Apollinaris in quadam Epiſtola ſcriptum reliquit: nam cum illo inquit Rabula, audaculus ita poſtulaſſet, verbaque ita feciſſet, omnia vir clariſſime negocia, de quibus te cogniturum eſſe hodie dixiſti, diligentia, &*

velocitate tua profligata ſunt unum id ſolum relictum eſt, de quo rogo audias: tum Prætor, ſatis ridicule: an illa negocia, de quibus jam cognoviſſe me dicis profligata ſunt, equidem neſcio: hoc autem negotium, quod in te incidit procul dubio ſive id audiam, ſive non audiam, profligatum eſt, uti ex his, & aliis impenſe erudi-tus B. Briſſonius obſervat. *Lib. 5. formular. ſub* mihi 414.

C A P. VI.

A recta Juris Civilis cognitione Prætoria cognitio adſeritur. 1. *Magnum fundamentum ex l.* Titiæ 35. §. 1. D. de aur. & argent. legat. 2. *Laus doctiſſimi D. Martin. Larriategui, ejuſque interpretatio defenſa.* 3. *Prætor fideicommiſſarius hac nota ab Urbano diſtinguebatur.* 4. *Expenditur* l. 5. §. 1. D. depoſiti, & l. ſi ſtipulatus; §. 1. D. de ſolutionibus & l. quidam 21. D. de rebus credit. 5. L. metum 9. §. ſed quod Prætor 3. D. quod metus cauſa. 6. *Prætor Peregrinus.* 7. *Campani municipes erant.* 8. *Reſtitutio in integrum Magiſtratibus municipalibus non permittebatur.* 9. *Municipes in quibus Jure Romano uterentur.* 10. *Et an coram Prætore Urbano contenderent.* 11. *Municipum ſtationes in foro Romano.* 12. *Præfecturas Prætor regebat Urbanus.* 13. *Reſtitutionum cauſæ quatenus ad Prætoriam cognitionem pertineant.* 14. *Extenditur* l. ubicumque 105. D. de reg. Jur. 15. *Præſides Provinciarum de quibus cauſis cognoſcerent.* 16. L. 8. & 9. D de officio Preſid. *interpretantur.* 17. *Formula reſcriptorum imperialium ad Præſides.* Adite & 18. L. 1. C. de ordin. judiciorum *explicatur.* 19. *Status cauſa præmaxime Præſidibus attributa erat.* 20. *Et pupillorum.* 21. *Approbatur Donelli interpretatio ad dict.* l. 1 22. *Fabri, Duareni, & aliorum rejicitur.* 23. τὸ Judex *an pertineat ad Præſidem.* 24. *Sine controverſia Prætor in primitiva Magiſtratus creatione cognoſcebat de privatis cauſis.* 25. *Lex ſolum Prætoribus permiſit judices dare.* 26. *Nec ſi ipſi cognoſcere non poſſent, nec dare judices.* 27. *Æſtimatur Prætoris poteſtas.* 28. *Adducitur, & conſideratur* l. cum Prætor 12. §. 1. D. de judiciis. 29. *Secundum axioma in hac quæſtione.* 30. *Jus erat ordinarium Prætori judices dare.* 31. *Cauſæ facti ad centumvirale judicium.* 32. *Cui Prætor præſidebat.* 33. *Id quando volebat ipſe.* 34. *Cognoſcebat plerumque Prætor de cauſis ſummariis, & facilis expeditionis.* 35. *Si cauſa erat facti, recuperatorium judicium dabat.* 36. *Sed aliquando, & ipſe cognovit.* 37.

1 Primum adhuc propugnamus, adſerimuſque axioma. *Prætorem de privatis cauſis potuiſſe cognoſcere*, ipſoque Jure Civili adſertore, auxiliarique conamur: crudelior equidem ſiſtet pugna in mediis Juriſprudentiæ campis: ſed ni æqui fallit

2 ſpes, non irriti noſtri coronabuntur conatus. Noſtras partes ſecuriſſime agit, & defenſat J. Paulus *Libr. 14. reſponſ. dict. l. Titia 35. §. 1. D. de auro, & argento legato* (quæ ſola compulit in iſtas digreſſionis anguſtias) in ea autem Paulus tractat de lite conteſtata coram Prætore ſuper legati petitione in cujus cauſa ſententiam ipſummet Prætorem, non ambigue conſtat, protuliſſe. Hoc nec alio ſulcimento indigebat fundamentum, cum rupe firmius propria virtute per ſe ſtaret; ſed conquaſſant Duaren. *in Apologia adverſus Baronem, Cap. 6.* J. Cujacius *ad Lib. 14. reſponſorum Pauli*, dicentes in Juriſconſulto legatum pro fideicommiſſo accipiendum eſſe, & Prætorem, pro fideicommiſ-

3 ſario. Sed jam obviam præivit duobus, & ſi qui ſunt alii magnus noſtræ Juriſprudentiæ ſacerdos, integerrimuſque judex in hac Regali Curia, olim in celebri Salmantina Academia decorus toga, inſignis Atletha D. D. Martin. Larriategui *Lib. 5. ſelect. Cap. 5.* in fine, legato & Prætori Urbano verba attribuens Conſulti, admiratione juſta proſequens Cujacium, tantum virum, quod in ea fuerit ſentia, ſeu errore: & poſt hæc ſcripta legi Fabrum in tractat *de variis nummar. debit. ſolutionib. Cap. 7.* ſic, nobiſcum fere, eandem *l. Titia in* §. 1. accipientem. Ego ſane, quamtumvis tantum Ajacis clypeus non tutaretur, & auderem congredi cum illis, prævolat maxime ad audaciam juſta cauſa, & ratio. Nam cum conſidero tractaſſe Paulum expreſſe de damnationis legato, ut ſatis aperitur in ipſius legis principio: cuique theſi adaptat Conſultus nomen legati, neſcio, quo interpretationis fundamento retorqueant Cujacius, & Doaren. τὸ *legatum* ad fideicommiſſum: quod quidem nullus certi judicii ferre poſſet: ſed multo minus quando animadvertat, doctiſſimos iſtos viros pro ſua tenaciter defenſanda ſententia, non unam ſolam divinationem ſupponere, ſed duplicem: unam de fideicommiſſo in legato: alteram de Prætore, in fideicommiſſario Prætore nam per excellentiam dum expreſſe non conſtat contrarium, cum ſit nobilior Magiſtratus Urbanus, ſemper intelligendus eſt. Hic autem tantum abeſt, ut non patiatur materia, ſed reluctetur, cum quæſtio fuerit de damnationis legato. Mirarer equidem incuriam, ſeu Tribo- 4
niani, ſeu ipſiuſmet Conſulti; quod ſi incidiſſet reſponſum in fideicommiſſo, aut ſaltim ſuo nomine non nuncuparet, aut non ſubderet Prætoris fideicommiſſarii vocem, ut *in l. ſi cui legato 42. D. de condition. & demonſtrat. l. quæſitum 78. §. cum vir de legat. 3. l. 4. in fine, quibus ad libertatem.* Denique repetitæ hæ ſuppoſitiones ab elegantia, à puritate propriſſima loquendi Juris Conſultorum longe lateque abhorrent, ſecundum ea quæ *ſupra Cap. 2.* ediſſeruimus: ſupereſt ergo, Prætorem Urbanum de cauſis privatis potuiſſe cognoſcere, & evidenter ex hoc. l. Pauli reſponſo elici.

Hanc etiam ſententiam elicere poſſumus *ex l. 5.* 5
§. 1. *D. depoſit.* & ex Pomponio *in l. ſi ſtipulatus,* §. 1. *D. de ſolutionibus*, ibi: *Optimum quidem eſſe, ſi Prætor aditus juſſiſſet me parti heredum eam lancem tradere*, nam cum defonctus lancem depoſuiſſet, qui plures reliquerit heredes, eorum pars depoſitarium

 pro

pro lance interpellabat, reſpondetque Conſultus,
ſecuriſſime depoſitarium agere, ſi juſſu Prætoris
lancem tradat, quod, & in reſponſi fine repetit,
optimum autem eſt, id per Magiſtratum agere, en de-
poſiti cauſam coram Prætore definitam, quæ nec
numero continetur extraordinariæ cognitionis ſpe-
cialiter ad Prætorem pertinentis: quæ quidem cau-
ſæ *in l. 1. D. de juriſdict. & in tit. de variis extraor-
dinariis cognit.* comprehenduntur. Sed quid ex-
preſſius, quam Juliani reſponſum *in l. quidam* 21.
D. de rebus credit? ibi: *Sed in utraque cauſa humani-
us facturus videtur Prætor, ſi actorem compulerit ad
accipiendum id, quod offeratur, cum ad officium ejus
pertineat, lites deminuere*, quod in tantam deſpe-
rationem exegit Anton. Fabrum *dict. Cap. 7. de
variis nummor. debitor. ſolutionibus*, quod ſuſpectum
Triboniano attribuerit. Favet etiam his partibus
Ulpian. *in l. metum 9. §. ſed quod Prætor 3. D. quod
metus cauſa*, in quo cum Campani metum cuidam
intuliſſent, per eumque pollicitationis extorſiſſent
cautionem, reſcriptum ab Imperatore fuit, *poſſe*
6 *eum* (verba Ulpiani ſunt) *à Prætore in integrum
reſtitutionem poſtulare, & Prætorem, me adſidente,
interlocutum fuiſſe, &c.* en reſtitutionis cauſam
7 apud Prætorem deciſam. Nec ſuſpiceris Præto-
rem Peregrinum fuiſſe, qui inter peregrinos, vel
inter Romanos & peregrinos, reddebat Jus *ex l.
2. §. poſt aliquod 28. D. de orig. Jur.* latè Calvin.
de Magiſtratibus P. Romani in Prætore peregrino, &
ſic cauſam inter Campanos, & alium Romanum,
8 vel peregrinum diſcuſſam fuiſſe: quia Campani
municipes erant P. Romani *ut Lib.* 8. Livius in fi-
nuat, ibi: *Equitibus Campanis honoris cauſa, quia
Latinus rebellare noluiſſent, Civitas ſine ſuffragiis da-
ta:* poſtea id auctum Campanis omnibus non ſo-
lum equitibus. Velle. Patercul. *Lib. 1. Cap.* 14.
*Sp. Poſthumio, Veturio Calvino Conſulibus, Campanis da-
ta eſt Civitas partique Samnitium, ſine ſuffragio:*
quod reſpexit Livius *d. Lib.* 8. *Cumanos Sueſſula-
nos, qui ejuſdem Juris, conditioniſque, cujus Capuam
eſſe placuit* (Capua enim Campanorum caput erat,
ut ex antiquis probat Franciſcus Scotus *Libr. 3.
Itinerar. Italiæ. fol. mihi* 590.) & quidem apud
Sil. Italicum *Lib.* 1. Capuam.

Hortatur ſummi partem depoſcere Juris.
Atque alternatos ſociato conſule faſces.
Bisſi partita renuant, ſediſſe curuli.
Æquatumque decus, geminaſque videre ſecures.
Ultorem ante oculos, atque ora aſtare repulſæ.

Et ſic Campaniam inter municipia referunt Go-
thofred. *dict. §. ſed quod Prætor.* Onuphrius Pan-
vin. *in Imperio Roman. fol. mihi* 103. Juſt. Lipſ.
in animadverſ. ad Vell. Pater. dict. Lib. 1. C. 14.
Stephan. Pighius *in Annalib. P. Roman. Lib* 5. *an-*
9 *no* 419. Nec magiſtratibus municipalibus reſtitu-
tio in integrum permiſſa erat, *l. ea quæ 26. D. ad
municip.* quæ conſideratio ſola ſufficeret pro noſtra
interpretatione. Præcipue ſi conſideres tempore
Ulpiani, jam Antoninum præſcripſiſſe piiſſimam
conſtitutionem, de qua *in l. orbe Romano, D. de
ſtatu hominum*, per quam cuncti Imperio Romano
ſubditi, Cives Romani effecti ſunt, quam nos in-
fra longo diſcutimus examine.

10 Quis autem addubitabit municipium Jure P.
Romani non caruiſſe: & in cunctis cuncta veluti
civem Romanum ſane egiſſe? præter ſuffragium,
in quo aliquando diſcernebantur municipia, *l. 1.
D. ad municip.* Feſtus verbo, *municipium*, A. Gel-
lius *Lib. 16. Noct. Att. Cap.* 13. Interpretes Mar-
tialis paſſim, Pancirol. *Lib. 2. variar. lect. Cap.*
147. & 244. & multi alii, præter eos quos no-
ſter Amay. refert ad *titulum. C. de incolis Lib.* 10.
11 aliique à nobis infra referendi. Non dubito quin
municipales cives coram Prætore Urbano, veluti
P. Romani cives, pluries ſuas tractaverint cauſas,
probant latè Cujac. *Lib. 1. ad edictum Paul. in l.
ubicumque 105. D. de reg. Jur. P.* Faber. & Ræ-
vard. *in eadem lege.* Et ſic in foro Romano mu- 12
nicipia ſuas ſtationes habebant, ubi expectabant,
dum Magiſtratus ſibi Jus reddebat. P. enim Victor;
de reg. urbis reg. 8. & Onuphrius Panvin. *in urbe
Roman. fol.* 192. meminerunt *ſtationum municipio-
rum*, quas in eundem ſenſum acceperunt Adrian.
Turneb. *Lib. 1. adverſar. Cap.* 17. qui dat Pli-
nium. *Lib. 16. Cap.* 44. *radices ejus in forum, uſ-
que Cæſaris, per ſtationes municipiorum penetrant*, &
Juven. *Satyr. 11. in principio*, atque C. Barthius
Lib. 2. adverſ. Cap. 22. qui & Valerio Maxim.
juvatur *Lib. 11. Cap.* 1. ſed maximi ponderis eſt
ſimilitudinis argumentum, quod cum Præfecturæ
tantam cum municipiis affinitatem haberent, imò
ipſiſſima erant municipia aliquando, uti probat
Roſin. *Lib. 10. Antiq. Roman. Cap.* 22. has e-
quidem Præfecturas Prætor regebat Urbanus, & 13
in eas judices mittebat, teſte Feſto ſub hoc ver-
bo: non ergo de Prætore peregrino accipiendus
eſt Ulpian. *dict. §. ſed quod Prætor*, ſed de Urba-
no. Et quamvis reſtitutionum cauſæ ad Præto- 14
riam cognitionem pertinere videantur, *l. 1. §.
de qua re de poſtulando, l. 3. D. de in integrum re-
ſtit. l. quod ſi minor, §. fin. D. de minoribus*, tamen
id admittemus libenter in reſtitutionum cauſis ra-
tione ætatis, minorum veluti: quas ex officio ſuo
cognoſcere neceſſario Prætor debebat, cum Præ-
torum protectioni minores, eorumque res in Ju-
re noſtro Civili commiſſæ fuerint, probat latè,
& eleganter Briſſonius *Lib. 5. formul. fol. mihi*
422. Jacob Menoch. *de arbitrariis Lib. 1. quæſt.
2. num.* 11. Duaren. *in commentario ad titulum, D.
de judiciis, Cap.* 3. Alexand. ab Alexand. *Lib. 2.
dier. gen. Cap. 15. l. 1. de Juriſd. l. Æmilius, D.
de minoribus*, & expreſſus eſt, *dict. §. fi.* aliud
enim eſt in reſtitutionibus ex aliis cauſis, quæ cum
in officio Prætoriæ Juriſdictionis continerentur,
dict. l. 1. §. de quare, mandari poterant, & ea-
rum judicium dari, argumen. *l. 1. §. 4. D. de
ſuſpect. tut. l. 1. D. de Juriſdict. l. fin. C. ubi, &
apud quem* eleganter explicat Scipio Gentilis *Lib.
2. de Juriſdiction. Cap.* 22. Cuj. *in l. 3. D. de in
integrum reſtitution.* A. Faber. *Lib. 4. conject. Cap.*
7. Giſan. *d. l. ult.* plurimos Oſval. refert *ad Do-
nell. Lib. 21. Com. C. ult. litt. B.* à quibus hanc
contentioſam diſquiſitionem pacare poteris: qui
nos ſemper, & ubique poſſumus omnia evolvere?
ex quibus magis ac magis noſtra adſeritur ſen-
tentia: ſi enim reſtitutionis cognitionem, quæ
cauſa cognita fiebat, *l. 3. D. de in integrum reſt.*
Prætor mandare, dareque ejus judicium poterat,
ipſe tamen ſubjicit *d. l. metum 9. §. ſed quod Præ-
tor, D. quod metus cauſa*, & in *l. Divus 7. D. de
in integrum reſt.* id in cauſa erat, quia liberrimum
fuerat Prætori, aut cognoſcere, aut dare judi-
ces. Ni vehementer fallor, pro regula aſſerta 15
in noſtro Jure id proponitur à Paulo in *l. ubicum-
que 105. D. de reg. Jur. ubicumque cauſæ cognitio
eſt, ibi Prætor deſideratur* cum enim omnes Juris
Civilis regulæ ex aſſertis Juris principiis enuclea-
tæ ſint, & quod in illis variis reſponſis, & quæ-
ſtionibus diſperſum eſt: in his contrahitur, &
quaſi exprimitur, *l. 1. D. de reg. Jur.* ſic hæc
deſumitur regula de cognitione Prætoria, ut pro
regula certa tradatur, cauſarum cognitionem ad
Prætorem pertinere, ad quod iſte Magiſtratus
creatus fuit (ut Capite præcedenti ſcripſi) poſtea
propter ingentes occupationes conceſſum, & per-
miſſum fuit, dare judices, *l. cum Prætor 12. §. 1.
D. de jud. l. 2. C. de pedan. jud.* ſed ſemper illa
fuit regula, ut ubicumque cauſæ cognitio eſſet,
ibi deſideraretur Prætor. Non me latet, alio
hanc regulam vertere Cuj. in recit. *ad Lib. 1.*
Edicto

Edicti Paul. Ræv. & Fab. *in ea*, ſcilicet ad cogni-
tionem Prætoriam, circa cives Municipales, ſed
id conjectura eſt ab inſcriptione, nec ullo verbo
legis juvata, contra Interpretatio certa ex ipſis
verbis, & principiis Juris: illam autem ego ſem-
per admitterem, quando non alio converti diffi-
cultas patitur, & multa concurrunt, quæ ad id
credendum animum inducunt: non vero quando
ſine ea divinatione ſtat ex verbis intellectus, &
nihil diſſonum retundit aures.

16 Præſcriptis addo, rem extra omnem controver-
ſiam eſſe, Præſidibus Provinciarum liberum fuiſ-
ſe: aut privatas cauſas ipſos definire; aut in ip-
ſas judices dare *l. ſæpe* 8. *cum l. ſequenti*, *D. de
officio Præſidis*, & tamen nullus addubitare debe-
bit, præmaxime occupationibus impeditos gravio-
ribus, quam Prætores: utpotè qui aliis Magiſtra-
tibus in urbe coadjuvati erant. Quod autem re-
torquet Duaren. *in Apolog. adverſus Æguinar. Baro-*
17 *nem de Juriſdictione*, *leger* 8. & 9. *D. de officio
Præſid.* de interpretatione agere reſcripti, cum
litigatores Imperator ad Provinciarum Præſides
remittit, ut tunc aut ipſi cognoſcant, aut cauſis
remiſſis judices dent, non vero de Jure ordina-
rio, cum eo ſemper judices darent: plane Dua-
reni ſubterfugium eſt, & (ut libere loquar) ſuæ
opinionis pertinacia: nam præterquod ſatis Præſi-
dis cognitionem aperiant *l. ſi quis* 7. *D. de relig.
& ſumptib. l.* 9. *cum ſuis* §§. *D. de offic. Procon-
ſul*, *l. obſervandum* 19. *D. de offic. Præſid. l. unic.
C. Theod. de offic. rector. Provin. l. ſic ubi* 7. *C.
Th. de cenſu, ſive adſcription. l. pen. D. de reſcind.
vendit.* non invenio rationem, qua ſubſiſtat ea in-
terpretatio reſcripti: ſi Jure ordinario id Præſidi
non licebat: imò multo magis ſi ordinario Jure
Præſides dare judices poſſunt, id non videbatur
permiſſum ex facultate reſcripti, formula enim
18 Imperatorum erat, dicere litigatoribus in eis, *Adi-
te Præſidem provinciæ*, vel aliud ſimile, quo vide-
batur ſpecialiter cognitio commiſſa ipſiſmet Præ-
ſidibus cauſæ, *l.* 1. *C. de ord. judiciorum* ibi: *Adi-
te Præſidem provinciæ*, *l. ſi pater* 8. *C. quando pro-
vocare non ſit neceſſe*, ibi: *Aditus Præſes provinciæ*,
l. ſi curatoris 9. *C. de Jure deliberan.* ibi: *Rector
igitur provinciæ aditus*, *l.* 1. *C. ſi tutor, vel curator
intervenerit*, *l. ſic creditores* 18. *C. de pact. l. con-
gruentius* 4. *C. de patria poteſtat. l. ordo* 3. *C. de exe-
cutionib. rei judicatæ*, *l. ſi ſervus* 11. *C. de fidei-
comm. liber. l. cum ultra* 9. *C. de non numerat. pe-
cun.* Undè cum ſpeciali Jure hæ cauſæ delegatæ
Præſidibus viderentur, potius videbatur nullam po-
teſtatem reſidere Præſidibus dandi judices, ſed
potius cognoſcendi; argumen. *l.* 1. *D. de officio
ejus, cui mandat. eſt Juriſdictio*, ſed cum ex Julia-
ni, & Calliſtrati ſententia *dict. l.* 8. & 9. poſſint
libere, aut cognoſcere Præſides, aut dare judi-
ces, nulla alia ratione id poteſt ſubſiſtere, quam
quia & id Jure ordinario licebat in omnibus cau-
ſis, quim illud Jus ex remiſſione ſimpliciter Impe-
ratorum perverteretur, niſi aliud expreſſe in re-
ſcriptis additum foret, quæ recta fuit dubitandi
ratio Jureconſultis.

19 Quid ergo eſt, quod Imperatores Severus, &
Antoninus reſcripſerunt *dict. l.* 1. *C. de ordine ju-
diciorum*, quod tam varia interpretatione, & e-
mendatione fœdarunt interpretes, utpotè Gotho-
fred., A. Faber *Lib.* 7. *conject. Cap.* 8. Hotoman.
6. *Obſervat. Cap.* 6. A. Govean. *Lib.* 1. *var. lect.
Cap.* 33. M. Lyklama 4. *membran.* & alii, quos
refert Oſvald. ad Donell. *Lib.* 17. *Comm. Cap.* 9.
litt. T. majorem errorem inſinuavit Pancirolus
Lib. 1. *Cap.* 33. *var. lect.* Difficultas enim inde
prorupit, quod videantur Imperatores cauſæ co-
gnitionem ſtatus Præſidibus denegare, quod du-
rum, atque immane judicatur, & quia cognitio
Præſidum provinciarum abſolutiſſima erat, & quia
ſtatus cauſa præmaxime ipſis Præſidibus attribu-
ta erat *l.* 5. *C. de ordine cognit. l. ſi pater* 7. *C. ne* 20
de ſtatu defunct. cum aliis, quas præſcripti inter-
pretes præſcripſerunt in ſuis locis, videnduſque eſt
Oſvald. *ad Don. Lib.* 17. *Com. Cap.* 2. *litt. K.* & 21
quia cum pupilli verſaretur judicium in provinciis
Præſidum erat cognitio, utpotè Prætorum Romæ,
uti jam diximus, & latè colligitur *dict. Lib.* 5.
form. quæque admiſſa eſt in noſtro Jure Civili
paritas, *l. ex omnib.* 10. *D. de officio Præſid.* Qua 22
in controverſia ſemper mihi placuit Donell. *dict.
Lib.* 17. *Cap.* 9. ſentiens, Imperatores non ſtatus
cauſæ cognitionem denegare Præſidibus, ſed con-
ceſſive ſupponere in majorem vim, & comproba-
tionem reſcripti, ut vulgari more, & nos in con-
troverſiis ponimus, & inſtantias diſputationi con-
cedimus, explicat latius Donellus à quo melius in-
terpretationem iſtam accipies, quam à nobis. Fa- 23
ber & alii ſupra, Duaren. *in Commentario ad titu-
lum de judiciis*, *Cap.* 3. Anton. Guibert. *Lib.* 1.
variarum quæſtionum, *Cap.* 9. *à num.* 1. dationem
judicis interveniſſe auſpicantur, quia judicis men-
tionem reſcriptum ſuggerit, quæ judici dato, non
Præſidi congruere poteſt; hæc non levis ad ſuam
emendationem conjectura: ſed proh Deus! quam
levis, quam iniqua, & à notitia Juris Civilis alie-
na: quid reſpondebunt Ulpiano in *dict. l. ſi quis* 24
ſepulchrum 17. *D. de religioſis, & ſumptibus funer.*
ibi: *Præſes etiam compellere debet, juſto pretio iter
eis præſtari, ita tamen, ut judex etiam de opportunita-
te loci proſpiciat*, & aliis quam plurimis, ubi pro-
miſcue Præſides, & Prætores judices appellantur,
uti *l.* 5. §. 2. *D. depoſiti* (quem & in rationali ejus
Ant. Faber. hoc falſo, propter alia, fundamento
Triboniano adſcribit) *l. à judice* 5. *C. de judiciis*,
l. Aquilius Regulus 27. (uti intelligit Edvard. Cal-
deir. *v. lect. Lib.* 3. *Cap.* 5. *num.* 8.) *l. voluit* 3.
§. 1. *D. de interrogat. actionib. l.* 1. *C. Theod. de
Juriſdiction. l. annis*, *C. Theodoſ. de iis quæ admini-
ſtrantibus, vel officium publicum gerentibus*, *l.* 1. &
per totum titulum, *C. Theodoſ. de officio rectoris
provinciæ*, *l.* 4. *C. Theodoſ. ne ſanctum Baptiſm. iter*,
atque lex illa, quæ à Cicer. refertur *Libr.* 3. *de
legibus. Regio imperio duo ſumpto, iique præeundo, ju-
dicando, conſulendo, Prætores Judices Conſules appel-
lantur*, Livius *Lib.* 3. (verba capite præcedenti
dedimus) ibi: *Judicem enim Conſulem appellari*,
eleganter obſervat Oſvald. *ad Donell. Lib.* 17. *com-
mentar. Cap.* 21. *litt. C.* & *I.* Quintanadueng. *de
Juriſdict. & imperio Lib.* 1. *Cap.* 2. *num.* 1. Cal-
deir. *dict. Cap.* 5. Salmaſius *in Spartian. in Adria-
no*, & erudite probat docto ſuo *commentario de
leg. Aquil.* D. Joan. Suar. *Libr.* 2. *Cap.* 2. *ſect.*
9. *num.* 7. & *Cap.* 10. (qui poſt hæc ſcripta ad
me pervenit) Caſaubon. *in Spartian. ad Adrianum
pag.* 4. nec negare potuerunt (quamvis contra-
rium ſenſerunt) Pancirol. *dict. Lib.* 1. *Cap.* 33.
A. Guibert. *dict. Cap.* 9. *num.* 7. verum enim eſt,
quod aliquando judices à Magiſtratibus diſcernun-
tur: ſed id efficit ſubjecta materia, & diſcretio-
nis neceſſariæ ratio, ut judex datus à Magiſtratu
diſtinguatur, vel propter aliam ſimilem rationem,
ſi enim Prætores, Præſides judicant, quare judi-
cis nomine venerando nuncupari non licet, cum
ergo Præſides judicarent privatas cauſas, vel ad
libitum judices darent, ergo & ſimiliter Prætores
ex ratione tradita, & argumento deſumpto *ex
dict. l. ex omnibus* 10. *D. de officio Præſidis.*

Si cuncta, quæ hoc elaboravimus Capite, eva- 25
neſcerent, aut condemnarentur, utpotè falſa, ad-
huc in ſententia noſtra perſiſterem una ſola conſi-
deratione. Nullus, quantumvis audacis animi
ſit, abnegare audebit Prætorem, & privatas cau-
ſas non definiſſe, & cognoviſſe in primitiva Ro-

ma, in ejus creati Magiſtratus exordio, ſatis ſu-
perque probant quæ Capite præcedenti inſudavi-
mus, & denique hoc in Jure Civili aſſertum eſt
l. Paulus 42. D. de re jud. l. Barbarius Philippus,
D. de offic. Præt. & integer. tit. D. de Juriſdict.
Si ergo hoc ita verum eſt, nec conſtitutionem,
legem, Senatuſconſultum, aliud quidve legis po-
teſtatem habens contrariæ opinionis autores pro-
ferunt, quibus hæc poteſtas Prætori abrogata fuiſ-
ſet, cur non eandem ſtare in Jure Civili crede-
mus? aut permittimus? *l. nec non 28. §. quod ejus*
2. D. ex quibus cauſis majores, cum vulgatis. Si
enim legalem autoritatem darent, & ego manus,
& libenter cederem: omnia quæ ad ſuam tutan-
dam opinionem inferunt, non habent expreſſæ
legis autoritatem, ſed conjecturæ ſunt à verbis
reſponſorum captatæ, autoritatumque antiquo-
rum magis calliditate, quam veritate, magiſque
inſipienti judicio, quam ſapienti: ut animadver-
26 tenda inferius à nobis probabunt. Nunquam me-
hercle prohibuit lex, ſed permiſit Prætoribus da-
re judices, *l. cum Prætor 12. §. 1. D. de judiciis*
judicium dare poſſiunt, quibus hoc lege, vel conſtitutio-
ne, vel Senatuſconſulto conceditur, & ſic in *l. 1. l.*
eum qui, l. prætor 17. D. de Juriſdictione, poſſe
Prætorem judicem dare, reſpondetur, non cogi;
undè ergo Erynnis iſta diſcordiæ prorupit, quæ in
diverſas partes doctiſſimos interpretes egit, &
tam iniquo Marte pugnare: dant ſane judices Præ-
tores; paſſim legimus judicium dediſſe: nec ne
inde docte argumentaremur, non potuiſſe cogno-
ſcere? cum cognoſcendi aſſertam poteſtatem ha-
beamus, & cognoviſſe legamus: abſit tantus er-
ror: tamque inexcuſabilis ineptia: non quidquid
judicis poteſtati committitur id ſubjicitur Juris ne-
ceſſitati, *l. non quidquid 40. D. de judiciis*: imò eo
ipſo, quod judices dare poſſunt, conſequimur ele-
ganter, potuiſſe cognoſcere: qui enim dare poſ-
27 ſent judicium Prætores, ſi non haberent? *l. nemo*
plus Juris 54. D. de regul. Juris, ut certo jactu
argumentatur Donell. *dict. Lib. 17. Cap. 21.* &
ſic Proconſul cum ingreſſus eſt Provinciam, man-
dare Juriſdictionem legato ſuo debet, non ante:
perquam abſurdum enim eſſet mandare, qood
ipſe non haberet *l. Obſervare 4. §. fin. D. de Offi-*
cio Proconſul.

28 Claudo denique conſiderationum agmen, & le-
ctorem rogo, ut retroſpiciat, quanta fuerit Præ-
toris poteſtas, Livius *Lib. 5.* ingentem his ver-
bis tribuit, *penes quem Magiſtratum omnis publici*
privatique Juris poteſtas: ut & novum Jus conſtitue-
re, & vetera abrogare, facultas eſſet. Quid majus?
quid nunc dubitas de cognitione Prætoria? diffu-
ſius explicat Alexan. ab Alexan. *Lib. 2. dier. gen.*
Cap. 15. nbi ſuus annotatur Tiraquell. ſubdit plu-
ra, Roſin. *Lib. 7. Antiq. Roman. Cap. 11.* Quin-
tanadúen. *Lib. 1. de juriſdictione, Cap. 3. num. 3.*
adjice his, quæ proximo Capite de hoc magiſtratu
diſſeruimus, & alia quæ paſſim obvia, quæ recte
perpenſa nullam relinquunt dubitandi rationem ſen-
29 tentiæ noſtræ. Unde intelligimus (meo judicio)
veriſſime *dict. l. cum Prætor 12. §. 1. D. de judiciis*,
ibi: *Item hi quibus id more conceſſum eſt, propter vim*
imperii, ſicut Præfectus urbi, cæterique Romæ Ma-
giſtratus, loquitur de Magiſtratibus, qui judices
dare poſſunt, & id permitti Prætori propter vim,
& majeſtatem imperii, tanta enim erat potentia.
Si ergo imperii vi judices dabat Prætor, multo
magis imperii vi cognoſceret, quod minus erat,
& intra limites ſuæ Juriſdictionis: dare autem ju-
dices quodam modo extra: ſolum permiſſum mo-
re, & imperii vi, & magnitudine. Vide tamen
hujus opinionis aſſertores, à quibus forte aliis do-
naberis fundamentis, quæ magis placebunt: &
hæc de prima concluſione, ſeu axiomate.

AXIOMA SECUNDUM.

Jam ſecundum damus axioma, ſed brevius, 30
quod non ad poteſtatem Prætoriam (ea ſemper cer-
ta, & potens ad cognitionem) ſed magis ad uſum,
& praxim Romanorum, & judiciorum, *quamvis*
ſemper, & ubique vellent Prætores cognoſcere, nullate-
nus compelli poterant ad judicium dandum, tamen ſæ-
piſſime judices dabant, vel quia cunctis vacare negociis 31
non poterant, aliis occupationibus impediti, vel cauſa-
rum litiumque innumerabili multitudine, quæ creditu
facilis eſt, ſi immenſum illum orbem P. Romani
reſpectemus *l. 2. C. de pedaneis judicibus*, ut ergo
finis aliquis litium eſſet, cujus magna cura in no-
ſtro Jure Civili non raro reperitur: dabant equi-
dem Prætores judiees, ſed hoc diſcrimine: cauſæ 32
quæ in Jure magis, quam in facto conſiſtebant,
ad centumvirale judicium remittebant, & quia
nimis plures hoc centumvirale tribunal conſcrip-
ſerint, dabo tibi autorum ſelectam manum, non
tamen proſanam; à quibus, tum veritatem iſtam,
tum alios accipies; Alciat. *ad l. Plebs 237. D. de*
verbor. Significat. Cujacius *Lib. 10. obſer. Cap. 20.*
Oſvald *Lib. 17. Cap. 24. litt. V.* Philip. Broidæus
in ſuplement. hiſt. Roman. Lib. 5. Cap. 5. & antea
Pollet. *Libr. 3. Cap. 13.* Budæus *in annotat. priori-* 33
bus ad Pandect. ad l. ult. D. de Senat. fol. m. 176.
Pancirol. *in Theſaur. var. lect. Lib. 1. Cap. 35.* Mar-
cell. Donat. *in dilucidat. ad Cornel. Tacit. Lib. 1.* præ-
ter alios innumeros: cui quidem centumvirali ju-
dicio ipſemet Prætor præſidebat, Pollet. *Lib. 3.*
Cap. 13. Alciat. *ubi proxime dict. l. Plebs*: Oſvald.
ad Donell. Lib. 17. com. Cap. 22. litt. D. & Cap. 21.
litt. E. J. Calvin. *de Magiſtratib. P. R. in Magiſtra-*
tu iſto, qui, multis hinc inde conductis locis, ſen-
tentiam iſtam probant. Hoc quidem ordinarium 34
erat, ſed non tamen neceſſario ad judicium dan-
dum compellebatur Prætor, ita ut ſi ipſi videretur
poſſet cognitionem cauſæ ſubire, cum id potuiſſe,
& effeciſſe, quæ proximo, & iſto capite dedi-
mus, ſatis indubitanter probent. Sic enim intelli-
genda eſt *dict. l. Titia 35. §. 1. D. de aur. & arg.*
leg. l. 5. §. 1. D. depoſit. l. ſi ſtipulatus, §. 1. D. de
ſolut. cum aliis: quæ in puncto (ut inquiunt) Juris
conſiſtunt, nullaque facti, ſeu probationis ratione
remorari cognitionem poſſunt: ſic etiam quæ fa-
cilis expeditionis erant, ipſe, nullo judice dato,
decernebat Prætor *l. 2. §. 6. D. de judiciis, l. 1.* 35
D. de Juriſdit. l. quandiu 2. D. de acquir. hered. &
ſic omnia interdicta, bonorum poſſeſſiones, &
aliæ quaſi momentaneæ cauſæ, quas lato enume-
rat calamo Briſſonius *dict. Lib. 5. Formul.* ab ipſo-
mét Prætore expediebantur, unde vulgaris formu-
la in interdictis Prætoriis, *interdicam, animadver-*
tam, bonorum poſſeſſionem do, in poſſeſſionem eſſe ju-
beo, & aliæ ſimiles, quas avido lectori Briſſonius
ubi ſupra profuſiſſime donat, & agnoſcunt A. Fa-
ber. *Lib. 12. conject. Cap. 12.* Oſvald. *ad Donell.*
Lib. 17. Cap. 21. litt. E. Panvin. *in civitat. Rom. f.*
323. Quintanadúen. *Lib. 1. de Juriſd. Cap. 2. nu-*
mer. 7. & 8. & alii quos idem Oſvald. refert *dict.*
Cap. 21. litt. E. Anton. Faber. *in tractatu de variis*
nummar. debit. ſolut. Cap. 7. fol. mihi 811. Multo-
ties enim magis detineretur Prætor in dando judi-
cio, quam in definiendo: multoties Juris cauſa ejus
qualitatis erat, ut ipſo Prætore judice indigeret.

Si autem cauſa magis in facto, quam in jure 36
conſiſteret, tunc judicem dabat, ſeu recuperato-
rem, qui probationes acciperet, cauſamque de-
cideret, adhoc accipe Corraſium *in commentario ad*
l. 1. D. de Juriſd. num. 22. Anton. Fabr. *Lib. 17.*
con. Cap. 8. & de variis nummar. debit. ſolut. Cap. 7.
Panvin. *in civitat. Roman. dict. f. 323.* D. Gotho-
fred. *in notis ad Theophil. in §. 4. inſt. ex quibus cau-*

ſis

ſis manumitt. non licet, Broidæum *in ſuplement. Lib.* 5. *Cap.* 5. & Polletum *Lib.* 3. *Cap.* 15. Oſvald. *ad Donell. Lib.* 17. *Cap.* 22. *litt. D. & Cap.* 41. *litt. E.* P. Gregor. *Libr.* 47. *ſyntagmat. Jur. Cap.* 32. *nu.* 2. Quintanaduen. *Lib.* 1. *de Juriſd. Cap.* 5. *n.* 26. Lævin. Torrent. *ad Sueton. in Neron. Cap.* 17. Theodorum Marcill. *in Veſpaſ. Capit.* 9. latè etiam Marcell. Donat. *in dilucidationibus ad Cornel. Tacitum Lib.* 1. P. Nannium *Lib.* 9. *Miſcell. Cap.* 6. Rævardum *Lib.* 3. *variorum*, *Cap.* 20. præter alios quos conſulto omitto. Sed quamvis hoc ordinarium Jus eſſet in Populo Romano, tanta erat majeſtas, poteſtasque Prætoris in judiciis, ut ordi-
37 nem iſtum perverteret. Invenio enim, & ipſum de facti quæſtione cognoviſſe: probat ſatis expenſa *lex metum* 9. §. *ſed quod Prætor* 3. *D. quod metus cauſa*, quæſtio enim facti eſt: metuſque in facto conſiſtit, an illatus ſit nec ne, & tamen ibi cognoſcit Prætor, ſed ſingularior meo judicio viſa eſt, *l. ſi Prætor* 75. *D. de judiciis*, quæ tota in cognitione Prætoris conſiſtit, & reſponſi cauſa in facto, ut expreſſis oſtendit verbis. Julianus, ejus autor, & *l. quidam* 21. *D. de rebus cred.* in qua ſine controverſia quæſtio duplex facti deciditur à Prætore. Hanc ſententiam agnoſcunt Æguinar., Baro, Charond., Bocer., & alii ab Oſvald. relati *dict. Cap.* 21. *litt. A.* quæ omnia ab aſſerta poteſtate Prætoris proveniunt, licet Oſvald. contra ſenſerit, Capite ſequenti convincendus. Siſto denique curſum, concludoque, ordinario jure Prætores judices dare, ſecundum diſtinctionem hic fixam, ſed poſſe ipſum ſententia ſua cauſam, ſive facti, ſive juris, definire, hoc in vera antiquitate invenio, & à recta Juriſprudentia, & ratione deduco.

C A P. VII.

Satisfacimus argumentis eorum, qui ſentiunt, Prætorem de privatis cauſis cognoſcere non poſſe. 1. *Longa interpretatione adgredimur* l. 2. C. de pedan. Judicib. *à num.* 2. *Per integrum Cap. in quo variæ opinationes interpretum referuntur, & refelluntur. Præſes Provinciæ de quæſtionibus facti cognoſcebat.* 3. *Corraſii interpretatio* ad dict. l. 2. *approbatur, & illuſtratur.* 4. *Provinciæ Præſes volens cognoſcebat quaſcumque cauſas.* 5. *Senatuſconſultum Articulejanum.* 6. *Præſides de quibus cauſis non cognoſcebant? & id de graviſſimis.* 7. *Et de humilibus, & vilibus.* 8. *Quartæ decuriæ Auguſtus Cæſar humiles cauſas adjudicavit.* 9. *Illi judices, qui de humilibus cognoſcebant, pedanei dicebantur.* 10. *Idque merito conſtitutum erat.* 11. *Ex his explicatur* dict. l. 2. 12. *Præſides Provinciarum eandem habebant poteſtatem, quam Prætores.* 13. *Illuſtratur optime* l. ſi idem ſunt 11. D. de Juriſd. 14. *Defenſores civitatum de tenuioribus cauſis.* 15. *Magiſtratus Municipales uſque ad certam ſummam cognitionem habebant.* 16. *Imperatores gravabantur Conſuli de minimis.* 17. *Ex his præclare illuſtratur* l. noſtra Regia 11. tit. 3. Lib. 4. Recop. 18. *Iterum redimus ad* dict. l. 2. 19. *Magnum deſumimus argumentum* ex l. fin. C. de pedan. judicib. *Quæ certo jactu expenditur, & explicatur.* 20. *Conjectura pro conſtitutione Diocletiani* d. l. 2. *ab ejus politico judicio.* 21. *Diocletianus ſe abdicavit imperio, & idem facere, coegit Maximianum ſociatum ab eo.* 22. *Denique Imperator Juſtinian. uſque ad trecentos aureos humiles cauſas terminavit.* 23.

1 EX tam longa diſputatione reliquum eſt, ut ſatisfaciamus quibus adverſæ factionis ſequaces innituntur fundamentis. Ingenue perſuadeor ingentia præſtitiſſe conamina reſcriptum Cæſaris
2 *in l.* 2. *C. de pedan. judicib.* ut adverſarii in eam conjurarent ſententiam, ideò cuncta hujus Capitis concertatio ſiſtet ſuper hujus reſcripti intellectum, verbaque illa, *Placet nobis Præſides de his cauſis, in quibus quod ipſi non poſſent cognoſcere, ante hac pedaneos judices dabant, notionis ſuæ examen adhibere.* Quæ variæ hinc inde tracta, & quaſi avulſa ab Interpretibus noſtris invenio. Cuncta fere interpretum manus, quæ Romano Prætori poteſtatem cognoſcendi denegavit de privatis cauſis, ſimiliter eandem & Provinciarum Præſidibus renuit, utpotè (ſibimet contrarius) Scipio Gentilis *Lib.* 2. *de juriſd. Cap.* 21. & P. Gilken. *in commentario ad noſtram legem*, affirmarunt. Sed cum longe lateque utramque ſententiam æquiori Jure exulaverimus, Prætoribus Præſidibusque, quaſi interdicto reſtitutorio, aſſeruerimus cognitionem, parum nobis curæ eſſe debet iſtorum ſententia. Vivianus *dict. l.* 2. Alciat. *Lib.* 2. *Paradoxorum*, *Cap.* 2. Donell. *Lib.* 17. *Cap.* 22. Longoval., Salicet., Sapia relati à Barboſ. *in l. cum Prætor.* 12. §. 1. *de judiciis*, *num.* 334. verba illa intelligunt, non quod Præſides non potuerint cognoſcere, ſed quia quocumque prætextu, vel cauſa, leviſſima quamvis, & parvi ponderis, à cognitione ſe Præſides excuſabant, id ſuo reſcripto in poſterum non ferendum eſſe Imperatores reſcribunt: nec aliter excuſandos à judiciis, quam ſi *vel propter occupationes publicas*, *vel propter cauſarum multitudinem*, *omnia hujuſmodi negotia non potuerint cognoſcere*, quaſi Imperatores reſcriberent: non ſufficiat Præſidibus dicere, non poſſe privatas cauſas cognoſcere: nec eo prætextu ſe exonerare judiciis, ſed tunc id eis licere, quando occupationibus publicis impediti, atque multitudine cauſarum, judicium reddere omni modo nequiverint. Quæ, ut verum fatear, interpretatio, non mihi diſplicet omnino, quamtumvis contrarium ſenſerint Scipio Gentilis *Lib.* 2. *de Juriſdict. Cap.* 21. Gothofred. Anton. *diſp. Anton. Vult.* 3. *tom.* 19. & Oſvald. *ad Donell. dict. Cap.* 22. quorum fundamentis ſatisfacere, non mehercle ingens nobis labor eſſet, ſed tamen quia aliò noſtrum judicium tendit, magiſque quærimus verbis, & contexturæ legis aptare, ultra procedimus. Vaconius *Lib.* 6. *declarationum*, *Cap.* 82. de cauſis intelligit, ab Imperatoribus remiſſis, quas neceſſario Præſides committebant, ſeu delegabant, adducitque infeliciter *l. generaliter* 9. *D. de officio Præſid.* cum illa, & antecedens *ſex ſæpe* 8. *ejuſdem tituli* omnino contrarium

trarium probet (uti præcedenti Capite latius ex-
pendimus) Denique Oſvald. *ad Donellum Lib.* 17.
comment. Cap. 22. de quæſtionibus facti verba ac-
cipit, quas definire Præſes non poterat, ſed re-
cuperatores dabat, quem tacito nomine ſequutus
fuit noſter amicus D. Nicolas Fernandez de Ca-
ſtro *in prælect. ad principium de emptione, & vendi-
tione, nu.* 22. quorum quidem interpretatio ſuſpe-
cta (tantorum virorum pace judicatum vellem)
imò potius contraria principiis Juris viſa mihi
eſt: nam præterquam nullo certo, legitimoque
fundamento fulcitam inveniam: Jura enim, quæ
docti viri conſiderant, prorſus nihil probant: ne-
que legitime proveniat, cognoſcere non poſſe,
quia recuperatores dabat: non quidquid enim po-
teſtati judicis committitur, id ſubjicitur ejus ne-
ceſſitati *l. non quidquid* 40. *D. de judiciis* (ut & jam
Cap. præcedenti conſideravimus) illud valde movet,
quod Præſes privatarum cauſarum cognitionem
ſubiret (ut latius Capite præcedenti probavimus)
& non prohibitum id inveniamus circa quæſtiones
cauſaſque in facto conſiſtentes: ſed ne minus deco-
re ante dicta repetamus Capite illo de Prætore,
& Præſide, objicio Caſtro, & Hilligero: quod ſi-
cut Prætor quæſtiones facti cognoſcebat ex dictis
ibi, ſic ſimiliter Præſes *l.* 10. *D. de offic. Præſ.*
quod mihi valde adſerit *l. illicitas* 6. *§. veritas* 1.
3 *D. de officio Præſid.* dum qualiter Præſes æſtimare
debeat probationes, doceat in eo reſponſo Con-
ſultus. Quod autem Accurſius comminiſcitur,
plene inſipidum eſt, in quem jam conſpirarunt *ibi*
Gilken. & Vacon. *dict. Cap.* 82.

Dum ſic theſſera litteraria fertur jactusque tam
varius, tam iniquus apparet, & nos tentare ſor-
tem non grave erit, nec nimis ſpirabimus altum
illis, qui ſolo Accurſiano judicio contenti ſunt,
& felle acetoque rugoſius ferunt, quod non an-
iqu um iſtum Interpretem redoleat: cum ſi iniqua
4 aſlaverit fortuna, & naufragii tabulam cum Cor-
raſio, & aliis ſuſpendemus; Corraſius enim in
enarrationibus ad noſtram, *l.* 2. *num.* 4. & alii
antiquiores Accurſio Interpretes de humilibus cau-
ſis legem noſtram accipiunt: hæc mihi ſententia
placuit, quam ne amplexi fuerint interpretes, in
cauſa ſuſpicor fuiſſe, quia ejus autores non ple-
nam ſuæ opinionis reddiderint rationem, & ſecu-
ra ſubjecerint fundamenta: ita ut magis forte, &
felicitate, quam certo judicio in eam deveniſſe in-
terpretationem videantur: quæ ut multoties ex-
pertus ſum, cauſa plurima eſt, ut rectum judi-
cium relinquatur, & condemnetur, omniaque va-
riis ſententiis provolvantur: officium autem in-
preſentiarum noſtri erit invenire, quas cauſas co-
gnoverint pedanei, nec Præſides ipſi poſſent co-
gnoſcere, ut ſic noſtri reſcripti verba intelliga-
mus, & cauſas, quas denuo definire Præſides de-
bere ab Imperatoribus reſcriptum ſit.

5 Provinciarum Præſides quaſcumque cauſas po-
tuiſſe cognoſcere, ſi ſic eorum voluntas ferretur,
certis argumentis ſuperiori Capite probavimus:
præter quæ noviter accipe Martiani reſcriptum
6 *in l. non tantum* 51. *§. ſed Articulejano* 7. *D. de fi-
deicommiſ. libertat. ſed Articulejano* (de quo acci-
pe Iſaac Caſaubonum *in Spartian. ad Adrianum pag.*
2. *nu.* 13.) *Senatuſconſulto cavetur ut in Provinciis
Præſides provinciæ cognoſcant, licet heres non ſit ejus
provinciæ.* Excipiebatur duplex cauſarum genus
(ut noſtri Jure Conſulti loquuntur) quod ſua auto-
ritate diſquirere, & definire nequibant. Unum
7 cauſarum maximarum erat: alterum minimarum,
ſeu humilium. Primum genus aperte exprimitur
in l. 2. *de operibus public. in C. Theodoſ.* verba ſunt,
*de rebus autem præcipuis, maximiſque, non de quibuſ-
cumque viliſſimis, noſtrum debent interpellare conſilium,
l.* 1. *de relationibus in eod. C.* & ſic aliquæ ſpecia-
les cauſæ referuntur, *l. opus* 3. *l. de operibus* 6. *D.
de operibus publicis, l. ſolent* 6. *§.* 1. *D. de officio
Proconſul. l. inter pœnas* 6. *§.* 2. *l. relegatorum* 7. *§.*
1. *D. de interdict. & releg. l.* 1. *§. deportatos* 3.
D. de leg. 3. *l.* 1. *quando appelland. ſit*, obſervat
Cæſar Baron. 1. *tom. Annal. anno Chriſti* 34. *fol.
mihi* 211. Zonar 2. *tom. fol. mihi* 176. & impen-
ſe eruditus Barnab. Briſſon. *Libr.* 3. *formul. fol.
mihi* 342. iſtæ autem cauſæ non comprehenduntur
in noſtra *lege* 2. nam cauſæ illæ erant, de quibus
Præſides pedaneos judices dabant, iſtæ autem tan-
ti erant momenti, ut propter earum gravitatem,
nec ipſi Præſides decernere poterant, ſed Principi
reſcribere, qui poſſent ergo pedaneos judices
dare in cauſis ad ſacrum oraculum pertinentibus?
ut aliud agens optime argumentatur A. Mornacius
in obſervationibus ad Digeſtum Vetus in *l. nonnun-
quam, D. de judiciis.*

Alterum autem humiliorum cauſarum genus ſuos 8
certos judices habuit, nam poſteaquam ille Populus
Romanus excrevit in orbem, ut nec Magiſtratus or-
dinarius litibus judiciiſque ſufficeret, alii creati fue-
runt magiſtratus aliaque inventa remedia, quibus
tanti litigiorum molibus ſuccurreretur: inter alia tres
judicum decuriæ erant, qui de certis cauſis cognoſ-
cerent: his Octavianus Auguſtus Cæſar quartam
adjecit, cui humiles cauſas adjudicavit: teſtatum 9
reliquit Sueton. Tranquill. *in Auguſt. Cap.* 32. in
his verbis: *Ad tres judicum decurias quartam addixit
ex inferiori cenſu, quæ ducenariorum vocaretur, ju-
dicaretque de levioribus ſummis*, Plin. *natural. hiſt. Lib.*
33. *Cap.* 1. *in fin.* Alex. ab Alexan. *Lib.* 5. *dier.
genial. Cap.* 2. ubi Tiraq. explicat A. Turneb.
Lib. 29. *adverſ. C.* 16. Theodor. Pulman. &
Lævin. Torrent. *ad d. Cap. Suetonii*, atque Mar-
cell. Donat. *in dilucidat. ad Tranq. Cap.* 41. *in Ju-
lio Cæſare*, ſic intelligendus eſt Juſtinian. *in l.
fin. C. quando provocare non eſt neceſſe*, ibi: *Judici-
bus ſcilicet, ſive florentiſſimis proceribus ſacri noſtri
palatii, ſive his quibus pro minore litium æſtimatione
conſultationes delegantur*, optima eſt *l. fin. C. de
pedan. judicibus* (infra majori conſideratione illu-
ſtranda) & aliæ plurimæ, quæ de cognitione ju-
diciali agunt cauſarum minoris quantitatis *l. ſi
idem* 11. *l. cum quædam puella* 19. *§.* 1. *D. de Ju-
riſdict. l.* 1. *C. de defenſoribus civitatum, l. in nego-
tiis* 49. *C. Theod. de appellation.* Quas quidem hoc
tempore diſputatione aggredi non licet; ſed an-
notare privatos humilium cauſarum extitiſſe judi-
ces, quarum quantitatem poſtea Juſtinian. defini-
vit *in auth. de judicib. §. audient* 5. conſulendus eſt
Oſvald. *ad Donell. Lib.* 17. *com. Cap.* 21. *lit.* G.
& ab eo relati: conducunt, quæ notat Aldus Manu-
tius *Lib.* 3. *de quæſitis per Epiſtol. c.* 4. Roſin. *Lib.* 9.
Ant. Rom. Cap. 15. Paſſerat. *ad Propert. Lib.* 4. *eleg.*
12. ibi: *Sedet Æacus urna:* quatenus iſti humilio-
res judices ſedere, vel ſtare in judiciis diſquirunt.

Illi ergo judices, quibus humiliores cauſæ fue- 10
rant deputatæ, dicebantur pedanei (non vocis
etymona diſquiro) teſtes ſunt mihi duo Impera-
tores, ſine controverſia ſic reſcribentes: unus Ju-
lianus *in l. fin. C. de pedan. judicib.* alter Juſtin. *in
auth. de judicib.* quibus noſtrorum interpretum ad-
do tumultuarie manum, Corraſium *d. l.* 2. *C. de
ped. in judicibus, & Lib.* 6. *miſcell. Cap.* 2. *num.* 3.
Cujacium *in Parat. hujus tituli*, P. Gregor. *Lib.*
47. *ſyntagm. Jur. Cap.* 12. *num.* 9. Calvinum *in
lexice Juris*, verbo *Pedanei*, J. Minſing. *in ſcholiis
ad tit. de Act. §. pœnales, num.* 60. Guidon. Panci-
rol. *Lib.* 2. *Theſaur. var. lect. Cap.* 196. Ræverd.
Lib. 9. *conject. Cap.* 10. erudite Marcell. Dona-
tum *in dilucidationibus ad Cornel. Tacit. Lib.* 3. At- 11
que ſane æquo jure conſtitutum erat, Præſides ma-
joreſque Magiſtratus non poſſe humiliores cauſas
cognoſcere, ne impediti vilitate earum avocaren-
tur

tur à gravioribus negociis, arg. *l. præcipimus* 32.
l. in offerendis 37. *C. de appellat. & conſultation.*
d. *l. fin. C. de pedan. judicib. d. l.* 2. *C. Theod.*
de oper. publ. Corraſius *in noſtra l.* 2. *nu.* 4. Franc.
Raguell. *in l. fin. §. fin. C. de appellationib.*
12 Hinc provenit certa noſtræ legis interpretatio,
& lux, quod cum Romæ humiliorum cauſarum
cognitiones majoribus Magiſtratibus prohibitæ
13 fuiſſent: idem intelligere debemus prohibitum
Præſidibus, & quia eandem Præſides obtinebant
poteſtatem, quam Romani Magiſtratus *l. ſi in*
aliam 7. *§. fi. D. de officio Proconſul. l. ex omnibus*
10. *D. de officio Præſid. l. §.* 4. *D. de ſuſpect. tu-*
14 *torib.* Flavius Vopiſcus *in Probo*, ibi: *Jus Præto-*
rium Præſidibus darent, & quia niſi vehementer
fallor expreſſa eſt *dicta l. ſi idem ſunt*, *D. de Juriſ-*
dict. attenta ejus inſcriptione Gaius *Lib.* 1. *ad*
edictum provinciale, ubi quæritur, quod ſi quis agat
cum eodem pluribus actionibus, quarum ſingulæ
intra Juriſdictionem judicantis ſint, congeſtæ au-
tem excedant, an ille judex ad cognitionem om-
nium competens ſit, & Juriſconſultus compe-
tentem eſſe reſolvit, ex Sabini, Caſſii, Proculi-
que ſententiis: quod ergo erat Provinciale edi-
ctum quod pecuniariis cauſis uſque ad certam
quantitatem terminabat, niſi quod pedaneorum
Judicum ea erat cognitio in Provinciis: videnda
eſt *Novella* 82. *de judicibus*, Paul. *Lib.* 5. *ſententia-*
rum, *tit.* 28. obſervant Corraſ. *dict. Libr.* 6. *Miſ-*
cell. Cap. 4. Minſing. *dict. §. pœnales*, *nu.* 60.
15 eleganter Pancirol. *dict. c.* 196. *variarum*, qui Præ-
ſides ad humiliores cauſas pedaneos habuiſſe ſcri-
bunt. Sed quid miramur? Quando idem, & in
aliis civitatibus ſtatutum habemus, ut defenſores
civitatum de tenuioribus, ac minus culariis rebus
16 cognoſcerent, ut loquuntur Cæſares Valentin. &
Valens *in l.* 1. *C. de defenſoribus civitatum*, majo-
res autem cauſæ ordinario inſinuantur rectori: ſic
nimirum Magiſtratus Municipales cognitionem
habebant uſque ad certam ſummam, *l. inter con-*
venientes 28. *D. ad Municipalem*, J. Paul. *Lib.* 5.
ſent. tit. 5. *in princip.* ſupra illam autem, Magi-
ſtratuum Romanorum cognitio eſt, *l. ea quæ* 26.
D. eod. tit. vide à nobis ſcripta ſupr. *Cap.* 6. *de*
ſtationibus municipiorum: & denique quamvis ſuper
multis Præſides Provinciarum deberent conſulere
17 Imperatores ſuos, tamen ii conſuli gravabantur
ſuper humilibus vilibuſque cauſis, & rebus, *l.* 2.
C. Theod. de operib. publicis, quod jam obſervatum
reliquit Briſſon. *Lib.* 3. *formul. fol. mihi* 342. &
Franc. Raguell. *ad deciſion. Juſt. in l. in efferend.*
18 37. *C. de appell. & conſult.* vide notata *Cap. ſeq.*)
ſic vileſcebant humiles cauſæ, & exulabant à ma-
joribus magiſtratibus. Ex quibus non inelegan-
ter illuſtratur *lex noſtra Regia* 11. *tit.* 9. *Lib.* 5.
Recop. in qua extat prohibitum cauſas infra 10ſt.
maravedinorum ad Regias Curias devolvi non
poſſe, nec agitari, conducit *l.* 15. *tit.* 8. *Lib.* 2.
Recop. explicant Azevedus *dict. l.* 11. Covarr.
Cap. 7. *pract. Cap.* 7. quod de Senatu Pariſienſi,
Toloſano, Ruthomagenſi refert Raguell. *ad dict.*
l. fin. §. fin. C. de appellat. Cum ergo hæc ita ſe
haberent ut inferioribus judicibus veluti pedaneis
tam Romæ, quam in Provinciis defenſoribus ci-
vitatum, Magiſtratibus municipalibus inferiores
19 ſummæ deputarentur, ſeu levium cauſarum co-
gnitiones, Imperatores Diocletianus, & Maxi-
mianus *in noſtra lege* 2. quoad Provinciarum Præ-
ſides revocarunt, impoſueruntque eis leviorum
cauſarum cognitionem: id enim eſt notionis ſuæ
examen adhibere cauſis, quas antea non poterant
cognoſcere; imò ad eas judices pedaneos dabant:
unde ipſi Cæſares in eodem reſponſu tacitam ſub-
jiciunt reſponſionem difficultati, quæ oriri pote-
rat ex nova placiti conſtitutione, nam ſi majores,
& humiliores cunctas cauſas Præſides cognoſcere
debeant, ſequeretur neceſſario aut litibus obruen-
dos eſſe, aut longiſſimam moram ſententiis infe-
rendam eſſe, quod utrumque Jus graviter ſemper
fert. Ipſi ergo Imperatores ſe difficultatis impe-
dimento exſolvunt in illis verbis: *Ut ſi vel propter*
occupationes publicas: vel propter cauſarum multitudi-
nem omnia hujuſmodi negocia non potuerint cognoſcere,
judices dandi habeant poteſtatem, quæ quidem re-
ſponſi mire præſcriptis convenit, & reſponſi
principio ſecundum noſtram interpretationem.
Sed ſemper incubuit animus in fortiſſimum illud 20
fundamentum, quod *l. fi. ejuſdem tit.* offert, cujos
autor eſt Julianus Imperator, qui multos poſtea
poſt annos in Imperio ſucceſſit Diocletiano, &
Maximiano: is ergo Cæſar cum iniquam horum
conſtitutionem ſecum judicaret, his verbis con-
trariam conſtitutionem præſcripſit, *quædam ſunt*
negocia, in quibus ſuperfluum eſt, moderatorem expe-
ctare Provinciæ, ideòque pedaneos judices, hoc eſt,
qui negocia humiliora diſceptant, conſtituendi damus
Præſidibus poteſtatem. Quò enim nova iſta pote-
ſtas ſe poteſt referre, verbis ita expreſſis ad Cæ-
ſarum conſtitutionem, niſi ut abrogaret illam,
quam *d. l.* 2. Diocletianus, & Maximianus con-
ſtituerant? Propter quod merito ſub eodem *tit.*
C. de pedaneis judicib. ambæ conſtitutiones conje-
ctæ ſunt, & derogatoria, ut moris Triboniani
fuit, in fine tituli jacta. Cuncta enim, quæ in
media Juriſprudentia invenimus, & conſtituta à
primoribus Imperatoribus cognoſcimus, humi-
lium cauſarum cognitiones Præſidibus denegant,
præter *dict. l.* 2. quæ pedaneorum Judicum co-
gnitiones ipſos rectoribus provinciarum imponit.
Juliani ergo conſtitutio novior non aliò, niſi ad
eam *l.* verti poteſt. Etſi ipſius Diocletiani, (qui 21
præcipuus in Imperio fuit, utpote qui Maximia-
num in Imperio adſciavit) opinionem, & judi-
cium conſideremus, convenit merito ipſi Diocle-
tiano conſtitutio, qui in ea fuit opinione, ini-
quos judices plerumque eligi; bonoſque plerum-
que prætermitti: audi integra verba Flavii Vo-
piſci Siracuſii in D. Aureliano: *Sed ego à patre meo*
audivi, Diocletianum Principem, jam privatum dixiſ-
ſe, nihil eſſe difficilius, quam bene imperare: colli-
gunt ſe quatuor, vel quinque, atque unum conſilium ad
decipiendum Imperatorem capiunt: dicunt, quid pro-
bandum ſit. Imperator, qui domi clauſus eſt, vera
non novit, cogitur id tantum ſcire, quod illi loquuntur,
facit judices, quos fieri non oportet, amovet à Repu-
blica quos debebat obtinere, quid multa? Ut Diocle-
tianus ipſe dicebat, bonus, cautus, optimus venditur
Imperator: hæc Diocletiani verba ſunt. Propter quæ, 22
cum iſte Imperator onerofum judicaret impe-
rium; ſe illo abdicavit, & coegit idem facere
Maximianum, ut idem Vopiſcus *in Aurelian.* Sex-
tus Aurel. Victor *de Cæſaribus*, *& in Epitome*,
Euſebius paſſim *in ſua Eccleſiaſtica Hiſtoria*, Zona-
ras 2. *tom.* & alii plurimi conteſtantur: non er-
go mirari poſſimus, quod iſte injunxerit Impera-
tor Præſidibus, etiam humiliorum cauſarum co-
gnitionem, cum tam ſuſpectos haberet judices.
Quod cum Julianus *dict. l. fin.* abrogaſſet, poſtea
Juſtinian. uſque ad 300. aureos humiles cauſas ter- 23
minavit, & quæ illam quantitatem excederent Præ-
ſidibus provinciarum reſervavit *in auth. de defenſori-*
bus civitatum, *Cap.* 3. *verſ. & judicare* 2. unde
concludimus *dict. l.* 2. recte intellectam, nil Præ-
toriam cognitionem privatarum cauſarum dene-
gantibus, auxiliari.

CAPUT

C A P. VIII.

Alia contrariæ ſententiæ diſſolvuntur argumenta Ciceronis, inſignis locus ad Q. Fratrem *longe explicatur à num.* 1. *Cicero, nec J. Conſultus alius negarunt poſſe Prætorem cognoſcere.* 2. *Et ſic intelliguntur aliæ autoritates.* 3. *Caſus, & relatio Tulliani loci.* 4. *In eo emendatio Æguinarii Baronis notatur.* 5. *Alter Ciceronis locus remiſſive.* 6. *Celebris alius Suetonii Tranquilli locus enodatur.* 7. *Reges & Imperatores privatas cauſas cognoverunt.* 8. *Reſumitur Duareni conſideratio ad* l. ait Prætor. 5. D. de re judic. 9. *Notionis nomen.* 10. *Conſuetudo in Prætore dandi judices qualiter conſideretur? Quod argumentum Scipionis Gentilis fuit.* 11.

Aliqua ſuperſunt, contrarium ſentientium fun-
damenta, quæ evertere noſtræ obligationis
eſt, ſed jam pene diruta jacent ab aliis, ideò bre-
viores erimus, nec multum ſudoris infundemus,
1 ſed quantum ad cauſam neceſſarius ſit. Omnes
enim objiciunt nobis Herculem illum Tulliani lo-
ci *Libr.* 1. *Epiſtolarum ad Q. Fratrem Epiſt.* 2.
ibi: *Quid Prætor ſolet judicare deberi?* Sed non ta-
men cum perhorruit Vulteius 1. *diſcept* 1. (atque
alii) qui magis ad factum, quam ad Jus verba
iſta refert: nam cum ordinario Jure judices daret
Prætor, non ſolere Prætorem judicare ſcripſit
2 Cicero, quod & *ſup. Cap. 6. in fin.* Libenter con-
feſſi ſumus, non tamen negavit poſſe cognoſcere, ſi
Magiſtratus vellet arg. *l. non quidquid, D. de judi-
ciis*, quo quidem ſenſu Ulpian. locutus fuit in *l.
ſolet 16. D. de juriſdict. ſolet Prætor Juriſdictionem
mandare*, quantum autem hæc poteſtas locutio-
nis diſtet ab aliis neceſſariis verbis, quis ignorat?
Si enim dixiſſent Conſulti, aut Cicero *debet Præ-
tor Juriſdictionem mandare: non poteſt Prætor judica-
re, deberi*: darem manus, ſed reſponſorum nuſ-
quam ſententia talis: quare ergo & nos ſopponere
3 audebimus? Prætor enim ordinario Jure judices
dabat, ideò non ſolere judicare deberi ſcripſit Ci-
cero, qui ſic intelligendus eſt 4. *in Verrem*, &
aliis locis: noſtrique Conſulti, dum judicum da-
tionis meminerint, atque A. Gellius *Lib.* 14. *Noct.
Att. Cap.* 2. quo temperamento multi Interpretum,
qui contrariam ſententiam defendere videntur, lo-
cuti fuerunt, quos dedimus *ſup. Cap.* 5. utpote
Paulus Manucius, D. Franc. de Amaya, Duaren.,
primæ ſuæ ſententiæ temperans, & alii. Sic ſe-
cure accipi poteſt Tullius, ſtrictis ſuis verbis in-
tellectus, uti adverſarii malunt. Sed ſi priora Ci-
ceronis verba reſpicias, ſi integram quærimoniæ
cauſam expendas, aliò contendunt Epiſtolæ ver-
4 ba, menſque. L. Flavius conqueſtus Ciceroni
fuit de Quinto fratre, quod cum L. Octavius
Naſo deceſſiſſet ipſumque reliquiſſet heredem,
ſcripſerit procuratoribus ejus, & Apollonien-
ſibus, nihil de bonis diminui, antequam ſolvere-
tur C. Fundanio, quod debebatur. Q. autem
frater, ut ſatis conſtanter colligitur, Prætor, ſeu
Proconſul in ea provincia, ex abrupto proceſſerat
(ut noſtri dicunt) nullaque lite conteſtata, inde-
fenſo L. Flavio abſque ulla judiciorum forma, ſo-
lutionem debiti imperaverat, & interim de here-
ditariis bonis nihil diminui: ex tam iniquo impe-
rio, & præcepto procedunt Ciceronis quereſæ,
& admirationis plenæ interrogationes ad fratrem,
hæc mihi (Cic. verba ſunt) *veriſimilia non viden-
tur, ſunt enim à prudentia tua remotiſſima. Ne di-
minuat heres? Quid ſi inficiatur?* (non ergo ad ju-
dicium tractus erat Flavius) *quid ſi omnino non de-
bet?* (nondum ergo probatum erat) *quid? Præ-
tor ſolet judicare deberi?* Quaſi diceret doctiſſimus
vir, Prætor non proprio judicio, & opinione ſo-
let judicare deberi; ſed neceſſariæ ſunt probatio-
nes, quibus expreſſe convincatur reus: & ſubji-
cit Cic. *Quid ego Fundanio non cupio? Non amicus
ſum? Non miſericordia moveor? Nemo magis; ſed via
Juris ejuſmodi eſt quibuſdam in rebus, ut nihil ſit
loci gratiæ.* O præclara ſententia aureis litteris me-
rito notanda! quaſi diceret, quamvis amicus Fun-
danio ſim: quamvis cuncta feliciora cupiam: ta-
men in quibuſdam rebus judiciorum nullus gratiæ
locus eſt, in illa ſcilicet, ut abſens, nec citatus
condemnetur, & nullis probationibus actio debe-
ri comprobata, quis enim locus in his rebus da-
bitur gratiæ? Sic optime J. Tilius intellexit *in
commentario ad hunc locum*, his verbis. *Prætor non
judicat deberi quidquam, niſi prius probetur à creditore.*
Nunc tecum perpende, quam iniquum, penituſ-
que inſipidum aſſumpſerint fundamentum contra-
riæ opinionis aſſertores, ut deberent, ſic Cicero-
ne abutentes, erubeſcere: hæc accipe, quàm ne- 5
ceſſaria ſit emendatio Æguinarii Baronis, quam
& Duaren. impugnat *in Apolog. de Juriſd. Cap.* 11.
Alter autem Cicer. locus *Lib.* 2. *de inventione*, intel- 6
ligendus de actionibus, & exceptionibus, quæ pe-
tebantur à Prætore, quod Capite ſequenti explicabi-
mus, nihil enim hoc ad cognitionem Prætoriam.
Alter C. Suetonii Tranquilli locus *in Claudio*, 7
Cap. 15. quem cum Quintanadueño. *Lib.* 1. *de Ju-
re, & imperio, tit* 5. *num.* 9. conſiderant adverſa-
rii, quam ineptus cognitioni Prætoriæ ſit, judi-
cabit quicumque linguam latinam calleat: verba
ſunt: *Alium interpellatum ab adverſariis de propria li-
te, negantemque cognitionis rem, ſed ordinarii Juris
eſſe. Agere cauſam confeſtim apud ſe coegit, proprio
negocio documentum daturum, quam æquus judex in
alieno negocio futurus eſſet.* Ubi ergo Prætoria co-
gnitio? aut qua ſyllaba horum verborum denega-
tur? inſignis hiſtoricus ſolum Claudium nimia ani-
mi varietate in cognoſcendo fuiſſe, ſcribit: modo
ſagacem, modo præcipem, modo amenti ſimilem, &
inter alia exempla inſerit præſcriptum de quodam
judice interpellato ad Claudium ab adverſariis de
propria lite, quam cum ipſo judice habebant: ju-
dex interpellatus negabat cognitionis rem, ſed
ordinarii Juris eſſe, quaſi diceret, non eam qua-
litatis eſſe rem, ut cognitionem Principis mere-
retur, cum cauſæ majores debeant Imperatoris Ro- 8
mani Tribunal aſcendere, *l. præcipimus* 32. *l. in
offerendis* 37. *C. de appellat l.* 2. *C. Theod. de operi-
bus publicis* (cum aliis pluribus quibus hanc ſenten-
tiam copioſe ditavimus capite præcedenti) nam
ſi intelligeremus *τὸ cognitionis rem*, ut judex dice-
ret, non poſſe Principem cognoſcere de cauſa il-
la, nimis faceret audacter, & defenſio inſana eſ-
ſet, qua poteſtatem ſupremam abrogaret, ſeu tem-
peraret, præcipuè cum frequentius fere nihil a-
liud inveniatur in monumentis antiquis, quam
Reges

Reges diverſarum gentium Imperatoreſque Romanos privatas cognoviſſe cauſas, Sueton. *in Neron. C.* 15. *in Tito, Cap.* 6. Capitol. *de Marc. Antonino* obſervant Torrentius *ſuper hoc C. Claudii*, & eruditiſſimi viri longa eruditione probant Barnab. Briſſon. *Lib.* 5. *Formul.* Thom. Dempſter. *ad Roſinum Paralipomen. ad Lib.* 9. Carol. Sigonius *Lib.* 1. *de judiciis, Cap.* 7. Plinius *in Panegyr. ad Trajan.* Fugiebat ergo interpellatus decenti prætextu cognitionem Claudii,* non dignam ſua majeſtate cauſam eſſe, ſed ordinario Jure, id eſt, judicibus datis, forte ſpeciali horum mentione facta, ad ſignificandam vilitatem cauſæ, ut magis moveret Imperatorem, vel cum reſpectu, quia id ordinarium Jus erat Romæ (quod nos non negamus) vereor quod non præoccupaverint rectam hujus loci mentem Beroald., Sabelicus, Lævin. Torrentius *in commentario ad hunc locum*, ſed felicius Theodor. Pulman *in annotat. ad eundem*, & antea Turneb. *Lib.* 27. *Adverſar. Cap.* 19. cum quibus, & nos reapſe conſentimus, vide tamen Vultey. *dict. diſceptat.* 1. qui de facto accipit Suetonium, ex quibus & alia adverſariorum ſuccinditur ratio, exiſtimantium ideò Prætorem de privatis cauſis non cognoviſſe, quia indignum majeſtate ſua putabant illis audientiam accommodare, cum videas Imperatores ipſos non dedignatos fuiſſe. Friget Duaren. in conſideratione *l. ais Prætor* 5. *D. de re*
9 *judicat.* (vidè judicium ejus à me latè expenſum *ſup. Cap.* 5.) nam præterquam Oſvald. *dict. Lib.* 17. *Cap.* 21. *litt. A.* jam contempſerit, ideò edictum notavit Ulpian. ut comprehenderit Prætoris judicium, & judicum datorum: nam cum judicium iſtud ordinarium eſſet, inique prætorium erat, non tamen Prætoris cognitionem impugnavit, imò expreſſe admiſit dum rationem reddit. *Et enim notiones nomen etiam ad eos pertineret, qui Juriſdictionem non habent, ſed habent de quavis alia cauſa notionem*, ea enim eſt comprehenſio verbi 10
notionis, ut Juriſdictionem, & cauſæ notionem ſine ea contineat *l.* 99. *de verbor. ſignificat. l.* 2. *C. de pedar. jud.* extendit ergo Ulpian. edictum, & conſequenter cognitionem Prætoriam approbavit, quod ſingulariter pro noſtra ſententia facit. Al- 11
terum fundamentum apud Scipionem Gentilem præcipuum *Lib.* 2. *de Juriſdict. Cap.* 21. conſuetudine introductum eſſe, ut Prætores judices darent, & ſic neceſſario facere debere, abſurdum eſt, & Juriſconſulto indignum: conſuetudine introductum fuit, ut poſſent judices dare *l. cum Prætor* 12. §. 1. *D. de judiciis*, ſed aliud eſt, quod ille actus potentiæ, & meræ voluntatis in neceſſitatem deducatur *l. non quidquid, D. de judiciis*, conſuetudine enim introductum eſſe debebat, ut deberent neceſſario judices dare, ſed nuſquam quid tale ſcriptum fuit, & ſic contra nos nulla eſt conſuetudo, præcipue cum paſſim inveniamus in privatis cauſis veſtigia cognitionis Prætoriæ: cætera argumenta adverſariorum, aut reſponſione indigna ſunt, aut Capitibus præcedentibus abſoluta. Vide tamen Oſvald. *dict. Cap.* 21. & noſtræ opinionis aſſertores: hæc enim pro Prætore dijudicavi præcipua, & ad aſſerendum intellectum, *l. Titia* 35. §. 1. *D. de aur. & arg. legat.* tamen juvat non prætermittere difficilis reſponſi interpretationem in *actio* 47. *D. de neg. geſtis*, quam ad Prætoris judicium putarunt aliqui pertinere, ſed falſo: ut longo examine Caput ſequens aperiet.

CAP. IX.

Lex Actio 47. D. de negociis geſtis. *per integrum caput diſcutitur, à num.* 1. *cum ſeqq. Fabri interpretatio.* 2. *Vultei, & aliorum quæ?* 3. *Omnis actio in primitiva Juriſprudentia ſuis formulis inſtructa.* 4. *Cauſa cadebat, qui à ſyllaba.* 5. *Formulæ pro actionibus.* 6. *Actiones conſtitutæ manebant litigantibus, & à quo?* 7. *Legis actiones pars Juris Civilis.* 8. *Formulæ expoſtulabantur à Prætore.* 9. *Litigantes ſuo periculo intentabant actiones.* 10. *Juriſconſulti formularii.* 11. *Hinc difficultas* l. actio. 12. *P. Gregorii, & aliorum interpretatio ad eam.* 13. *Notatur P. Barboſa.* 14. *Cujacii intellectus.* 15. *A. Guiberti, & aliorum.* 16. *Atque Anton. Pichardi.* 17. *Judicia bonæ fidei an ſub formula intentarentur.* 18. *Notatur illorum error, qui ſine formula dicebant dari.* 19. *Prætor in his judiciis, ſi volebat, judicem dabat, & actionem.* 20. *Actiones de omnibus rebus conſtitutæ fuerunt.* 21. *Judicia bonæ fidei ſub formulis.* 22. *Qualiter in illis Prætor, ſeu judex ex æquo, & bono procedebat.* 23. *Extraordinaria judicia an ad utiles actiones referantur.* 24. *Solemnis formula ad utiles actiones non requirebatur.* 25. *Extraordinarium judicium vario reſpectu appellatur.* 26. *Extraordinarius reus quis.* 27. *Magis frequens in Jure invenitur in illo, quod adverſus antiquam Juriſprudentiam conſtitutum eſt.* 28. *Quatenus nemo cogitur ſuos emancipare liberos.* 29. *Actio negociorum geſtorum extraordinarium judicium eſt.* 30. *Explicatur* l. nemo 124. D. de reg. Juris. 31. *Lex plerumque in Jure noſtro de* legib. 12. tabular. *accipitur.* 32. Lege 12. tabul. *nullus nomine alieno in judicio experiri poterat.* 33. *Procuratoris officium utilitatis, & æquitatis cauſa receptum fuit.* 34. *Æquitas Prætoris introduxit edictum de negociis geſtis.* 35. *Illuſtratur* l. hereditas 50. §. 1. D. de petition. hered. 36. *Judicia extraordinaria ſine formula intentabantur.* 37. *Formulæ actionum quo tempore præſcriptæ.* 38. *Intellectus* dict. l. actio. 39. *Actio utilis ſine formula intentabatur.* 40. *Utilis actio quid?* 41. *Expenditur Quintiliani declamatio.* 42. *Notatur Schiferdecker.* 43. *Aliud erat, expoſci à Prætore actionem; aliud ipſum præſtare eam, & judicium.* 44. *Qualiter Prætor dabat judicium, vel actionem.* 45. *Illuſtratur* principium inſt. de actionibus. 46.

1 LEX *Actio* 47. *D. de negociis geſtis*, ſi Fabri, aliorumque judicia, & acceptiones veræ fuiſſent, multum juvaret, ſeu potius ſententiam, & diſquiſitionem noſtram adſereret; iſte enim *Lib.* 2

4. *conjeſt.* C. 7. *Lib.* 11. *Cap.* 7. verba illa, *quia*
in extraordinariis judiciis, *&c.* de cognitione Præ-
toria accipit; quem intellectum cum ipſemet fer-
re non poſſet, utpotè qui in ea fuerat ſententia,
judices à Prætore dari, & non ab eo cauſas defi-
niri, totum verſiculum Triboniano adſcribit: in
eaque perſtitit cenſura in rationali ad eandem le-
gem: in eamque ſuum ad ſe clam invehexit Gaſpa-
rem Schieferd. *Lib.* 3. *tractat* 23. *quæſt.* 28. (qui
nihil aliud, quam umbracula ſua Magiſtri ſom-
niat, & pro religione habet) ab eo non deſciſce-
re: pareat, ſi velit, Diva Juriſprudentia. Sed
hodie excuſationem meretur, quando concenſue-
3 rint ſic Vultei. *in princip. inſt. de act. num.* 39.
& Obertus Giſanius *ad l.* 1. *D. de obligationib. &*
actionib. num. 40. In quorum quidem verborum
Interpretatione, & victoria præſudarunt noſtri Ju-
ris Civilis palæſtritæ inſignes, quorum plures lon-
ga ſerie dinumerat noſter doctiſſimus Anton. Pi-
chard *in §. igitur cum quis* 1. *inſt. de obligationib.*
quæ ex quaſi contract. à num. 27. *cum ſequentib.* Sed-
dum veritatem amo, me ipſum quaſi relinquo,
& deſero: quia cum tantum judicium Fabri alio-
rumque Interpretum in his verbis proficeret ſen-
tentiæ noſtræ, cognitionem adſerenti Prætori,
adhuc diſplicet, quoad *dict. l. actio*, dum extraor-
dinariam Prætoris cognitionem in ea non probem.
Contorquent enim cunctos Interpretes verba illa:
Quia in extraordinariis judiciis, ubi conceptio formula-
rum non obſervatur, hæc ſubtilitas ſublata eſt, ad-
dubitant enim omnes, quæ ſint illa extraordinaria
judicia, quæ conceptionis ſubtilitate formularum
non gubernantur? Ego autem ab origine decrevi
rem exordiri, & una via inquirere veritatem, eo-
demque tranſitu in aliorum refellendis judiciis,
quod ſit noſtrum, aperire.
4 Regula ſit, omnem actionem à primitiva Juris
prudentia ſuis formulis directam, & compoſitam
fuiſſe, ſine quarum obſervantia nulli in judicio
experiri licebat ſine jactura cauſæ, tanta enim re-
verentia, & religio judiciorum erat, ut cauſa ca-
5 deret, qui à ſyllaba cecidiſſet, tanta etiam erat
ſuperſtitio (de quo diximus *ſup. Lib.* 2. *C.* 2.) ſed
nunc tumultuarie accipe *l.* 2. *§. poſtea* 7. *D. de*
orig. Jur. ubi Cuj. & Corraſ. Cic. *in oratione pro*
Muræn. & in oratione pro Roſcio, & alibi multoties
M. F. Quin. *de clam.* 260. Senec. *Epiſt.* 49. A.
Gell. *Lib. ult.* C. 9. *tit.* C. *de formulis ſublatis*,
Cuj. *in recitation. ſolemnib. ad tit. inſt. de actionib.*
in princip. & in Parat. ad tit. C. de formul. & im-
petrationib. act. ſublatis. A. Fab. *ubi proxime*, &
Lib. 20. *con.* C. 13. A. Alc. *in l. pecuniæ* 178. §.
actionis, *D. de V. S. & in l. verbum oportere* 37.
D. eod. Oſvald. *ad Don. Lib.* 19. *com.* C. 1. *litt.*
D. (qui alios dat) Vacon. à Vacun. *Lib.* 1. *de-*
clar. 29. *à n.* 9. Corraſ. *in §. his itaque diſcretis*,
n. 1. *inſt. de action.* P. Fabr. *Lib.* 1. *ſemeſt.* C. 21.
Greg. Lop. Mader. C. 10. *animad. n.* 8. F. Poll.
hiſt. for. Rom. Lib. 1. C. 4. & *Lib.* 3. C. 2.
Fran. Broid. *in ſupplemen. ad Pollet. Lib.* 5. C.
4. erudite ultra omnes Briſſon. *Lib.* 5. *form.*
f. m. 430. Blon. Flavium *Lib.* 4. *de Rom.*
triumph. Hadria. Turneb. *Libr.* 14. *adverſario-*
rum, *Cap.* 11. Lævin. Torrent. *commentariorum*,
6 *ad Sueton. in Claudio*, *Cap.* 14. Marcell. Donat.
dilucidat. ad eundem Sueton. in Auguſt. Cap. 32. in
quibus ſatis hoc vulgare axioma aſſeri, & exorna-
ri poteſt. Quod in tantum uſu venit in foro Ro-
mano, ut pro actionibus formulæ vulgariter ap-
pellarentur, Ulpian. *in fragmentis*, *titul.* 19. §.
16. plurimis eruditis id etiam jam præoccupa-
vit. Cujacius *dict. princip. inſtit. de actionibus*,
& ad Ulpian. titul. 25. ubi Gothoſredus, Oſ-
vald., Madera, Briſſon., Marcell. Donat., *ubi pro-*
xime, Hotoman. *in princip. inſtit. de actionibus.*

Anton. Pichar. *ad l.* 1. *D. de legat.* 1. *Cap.* 5.
num. 26.
Hæ autem actiones conſtitutæ manebant liti- 7
gantibus à legum præſcriptis, & Conſultis, qui
antiquitus poſt leges duodecim tabularum eas com-
poſuerunt, & formarunt: & à Magiſtratibus P.
R. litigantes expoſcebant, ita diſtinguunt Hoto-
man. *in principio inſt. de actionibus*, Marcell. Dona-
tus *in dilucidat. ad Sueton. dict. Cap.* 32. de primis
proſtantibus formulis expreſſus eſt Marcus Tull.
Cicero *pro Q. Roſcio Comœdo*, ſunt jura (inquit Prin-
ceps Orator) *ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitu-*
tæ, ne quis aut in genere injuriæ, aut ratione actionis
errare poſſit; M. F. Quintilian. *declam.* 350. ibi: *In-*
terim putemus nullam legem huic ſceleri proprie eſſe con-
ſtitutam, id eſt formularem actionem, ut ſubſequen-
tia declarant: conſulto prætermitto alia, dum pro-
fero hujus antiquitatis teſtem *Lib. ſingulari*, Pon-
ponium *Enchiridii in l.* 2. *§. deinde* 6. *D. de orig. Ju-*
ris. Deinde ex his legibus eodem tempore fere actiones
compoſitæ ſunt, quibus inter ſe homines diſceptarent,
quas actiones ne populus, prout vellet, inſtitueret, cer-
tas ſolemneſque eſſe voluerunt, & appellatur hæc pars
Juris legis actiones id eſt legitimæ actiones, quas qui-
dem actiones in formam redegerunt Appius Clau-
dius, & Sextus Ælius, ut ipſuſmet teſtatur Pom-
ponius *in §. poſtea* 8. *ejuſdem legis*, & *§. fuit autem*
36. Undè hujus legis actiones pars Juris Civilis
reputatur, *§. ita in civitate* 12. *ejuſdem legis*, Cic. 8
2. *de inventione & ita Jus Civile habemus conſtitutum,*
ut cauſa cadat is, qui non quemadmodum oportet egerit,
Alexander Scot. *de controverſiis Jacob. Cujac. contra*
Bodinum, *& alios*, *cap.* 6. Hotoman. *illuſt. quæ-*
ſtionum, *Capit.* 34. & plures alii ſupra præſcripti.
De formulis autem à Prætore ex poſtulatis ex- 9
preſſus eſt idem Cic. *dict. Lib.* 2. *de inventione*, poſt
proxima verba data, ibi. *Quare in Jure plerumque*
verſantur, ibi enim, & exceptiones poſtulantur, &
quodammodo agendi poteſtas datur & omnis conceptio
privatorum judiciorum conſtituitur, & *Libr.* 2. in
Verrem, *quæ tamen omnia novas injurias habent,*
ſed poſtulationum formulas uſitatas: explicant Hoto-
man. *in principio inſtit. de actionibus*, I. Corraſius,
in dict. §. ſic itaque diſcretis, *inſtitut. eodem à num.* 1.
Briſſon. *dict. Libr.* 5. *formul.* P. Faber. *dict. Lib.* 1.
ſemeſt. Cap. 21. Marcell. Donat. *ad Sueton. ubi pro-*
xime, Blond. Flavius Forlivienſ. *de Roma trium-* 10
phant. Lib. 4. & litigantes, aut ſuo periculo in-
tentabant actiones, quim poſſet Prætor eas de-
monſtrare; ſed ſecundum intentionem, aut dene-
gare, vel concedere eas, unde multoties accede-
bat, ut caderent per errorem à cauſa ex præſcrip-
tis: & Cicero teſtis eſt, *in oratione pro A. Cæcin:*
potuiſti enim leviore actione confligere: potuiſti ad tuum
Jus faciliore, & commodiore judicio pervenire, quare
aut muta actionem, aut noli mihi inſtare, ut judicem,
tamen is, ut timidior videatur, quam fortem: aut cu-
pidior, quam ſapientem judicem eſſe æquum eſt: ſi aut
mihi præſcribat, quemadmodum meum Jus perſequar:
aut ipſe, id quod ad ſe delatum ſit, non audeat judica-
re: et enim ſi Prætoris, qui judicia dat, nunquam Præ-
tori præſtituit, qua actione illum uti velit videte quam
iniquum ſit, conſtituta jam re, judicem quid agi potue-
rit, aut quid poſſit; non quid actum ſit quærere, & ex
hoc loco obſervat Briſſon. *dict. Libr.* 5. *formul. fol.*
mihi 464. Aliquando, & multoties concurrebant
ad advocatos, & Conſultos, ut ab eis ſuarum actio-
num formulas legitimas acciperent, ne errore ea-
rum caderent, propter quod formularii vulgo ap- 11
pellati fuerant, uti jam præſeverarunt eruditi viri
Petrus Faber *dicto Libr.* 1. *ſem. Cap.* 21. Briſſonius
eodem dict. Libr. 5. *Formular.* Iſaac Caſaubon. *in*
Spartian. in Anton. Geta, Stephan. Forcatulus *in*
Necyoman. Jur. dialog. 45. *num.* 1. & cum his alii.
Quæ cum meo judicio, quam veriſſima ſint, non
ſinunt

ſtiunt quominus celebrem Jacob. Cujacii errorem præteream, *in recitationibus ſolemnibus ad dict. principium inſt. de actionibus*, aſſerentis, ſolum eas judicandas formulares actiones, quæ à Prætore ſumebantur, carmina autem quædam litigantium cæteras eſſe, invita quidem noſtri Juris Civilis cuncta antiquitate, & eruditionis autorum.

12 Hinc aſſultat oculis, viſumque retundit *dict. l. actio*, in extraordinariis judiciis, quæ formularum ſuperſtitione permanſerunt libera. Fabri aliorumque ſequacium cenſuram jam præſtitimus, Triboniano verba attribuentium, in quorum ſententiam, ut irem, pene fui; ſed detinuit feliciter diu excogitata obſervatio, & animus non facile in eam criſim pronus: peccant graviter, qui occaſiones leves irruendi in Tribonianum quærunt, magna Juriſprudentiæ injuria, ingentique damno, atque noſtro graviſſimo dolore. Tentarunt his morbidis remediis verbis, his tenebris lucem afferre animoſi interpretes Juris: ſed (niſi cum ipſis fallor) ſuccubuerunt victi, & forte ſuccumbemus nos, id
13 eſt, ſtrenue vincere, aut vinci: Petrus Gregorius *Lib. 21. ſyntagmatum Juris, Cap. 8. numer. 17.* Alciat. *in commentario ad l. cum filiusfamilias* 17. *D. ſi certum petatur*, Cujacius *in dict. principio de actionibus, & tractatu 8. ad African. in l. ſi rem, D. de negot. geſt.* Franciſc. Pollet. *Lib. 3. hiſt. For. Roman. Cap. 2.* Forcatul. *in Necyom. dialog. 65. numer.* 1. Hotoman. *in principio inſtitut. de actionibus*, referunt tacite legem iſtam ad tempora Conſtantini longis annorum intervallis diſſita, quibus expreſſe
14 P. Barboſæ convincitur judicium, aſſerentis in *l. ſi longius 18. §. ſi filiusfamilias, D. de judiciis, à num.* 25. tempore Juris Conſultorum omnia judicia fuiſſe extraordinaria, in quibus formularum ſolemnitas non obſervabatur, ad idque noſtram *l. actio*, inducit, aliaſque, quæ ſuæ ſententiæ expreſſe refragantur, ut ſubſcribenda probabunt.

15 Doctiſſimus Cujacius *in Parat. ad titulum C. de formulis ſublat.* alia interpretatione aggreſſus fuit Paulum, in noſtra *l. actio* ſcilicet, quod judicia extraordinaria ante conſtitutiones illius tituli cœpiſſent frequentari, in quibus conceptio formularum non obſervabatur, id eſt non callide, & ſtricte formularum tenor, & forma in judiciis animadvertebatur, nec tamen litigatori formulariter experiri volenti prohibitum erat, ſed hoc interpretamentum, ſeu temperamentum, jam deſpexit Oſvald. *dict. Lib. 21. Cap. 2. litt. D.* & convincunt *leges tituli, C. de formulis ſublat. §. fin. inſtitut. de interdict.* & cuncta ea quæ ex media juriſprudentia, hoc Capite aſſerta relinquimus: præcipue cum nullam autoritatem inferat, qua ſuam doctus vir adſerat interpretationem. Nam ſi ut ipſe dijudicat, obſervatum fuiſſet noſtrum Civile Jus, antiquique libri ea judiciorum obſervantia ſcaterent.
16 Anton. Guibertus *dict. Cap. 10. ſuarum quæſtionum, numer.* 5. judicia extraordinaria, quæ apud Prætorem aliosque magiſtratus exercebantur, docet, ſine formularum rigore decidi, cum quo & Anton. Pichard. *in locis infra referendis*, unde probas mi Guiberte? tua ſola autoritate ſtabit cenſura, nam noſtra *l. actio.* alia judicia extraordinaria incluſit, non Prætoria, quod & jam ſupra prævidit Oſvaldus, & nos in principio præcenſuimus: nec ne inferioris conditionis Prætores, Præſides erant quam Pedanei, ut apud iſtos ſolemniter, & decore, apud illos barbare, & tumultuarie ageretur? quis feret iſta? nam ſi formulæ ab antiquis Conſultis propoſitæ fuerunt, & formatæ, ut judicia, non uti quis vellet inſtitueret, ſed ut graviter, & majeſtoſe agerentur *dict. l. 2. D. de origin. Juris.* quando id magis, quam coram Prætore, & majoribus P. R. Magiſtratibus: propter eorum excellentiam? Præter quæ neceſſario ex *dict. l. actio* inferretur, actionem negociorum geſtorum extraordinariæ Prætoris cognitioni attributam fuiſſe, quod æquiſſime ferre non potuerunt Anton. Faber, & Schieferdeck. in exordio hujus Capitis dati, & nos cum eis: quid reſpondebit Ulpiani reſponſo ſubtiliter intellecto? *in l. Barbarius Philippus, D. de officio Prætorum*, ibi: *Qui apud eum Prætorem egerunt, vel lege, vel alio Jure*, quid enim eſt lege agere, niſi formulariter legis actionibus, uti diximus ſupra, & late Gothofredus *in l. 2. §. 6. D. de origine Juris.*

Noſter Anton. Pichard. *in §. igitur cum quis 1.* 17
inſtitut. de obligationib. quæ ex quaſi contractu naſcuntur, à numer. 34. & in §. actionum 28. quæſtion. 1. à numer. 16. cum ſequentibus, refert præterea 18
extraordinaria judicia ad judicia bonæ fidei, in quibus ſufficiebat, quoquomodo intentionem ſuam litigatorem explicare, propter illa verba, *ex fide bona, vel quod æquius, & melius religioni judicantis viſum fuerit*, quam ſententiam à ſuo Magiſtro Gabriele Enriquez acceptam laudat, & tuetur. Sed res inaudita meis auribus tantorum virorum judicium eſt. Quis enim affirmare audebit, ſolemnitate formularum bonæ fidei judicia caruiſſe? magni facerem, ſi qua ſuam firmarent ſententiam, nobis autoritatem aliquam reliquiſſent: nam quod inferunt ex verbis illis, *ex fide bona, vel quod æquius,* 19
&c. tantorum virorum venia penitus error eſt, ingensque lapſus: nam formularia illa verba erant in datione judicis à Prætore in bonæ fidei judiciis; quod longe diverſum erat ab actione, cum antea certa verborum formula apud Prætorem actio ſolemnis proponebatur, poſteaque Prætor, ſi volebat, judicem dabat, & actionem: Broidæus *in ſup-* 20
plemento ad Pollet. Libr. 5. hiſtor. fori. Roman. Capit. 5. Briſſon. *Libr. 5. formul.* tuncque in datione judicis, ſi judicium bonæ fidei erat, adjiciebatur clauſula illa, *ex fide bona*, & aliæ ſimiles receptæ: quæ quidem non eo minus ſolemnia, & formularia verba erant dationis judicis in illis judiciis. Actiones enim de omnibus rebus conſtitutæ fue- 21
runt, Cic. *pro Q. Roſcio Com.* ſupra datus, *ſunt Jura, ſunt formulæ de omnibus rebus conſtitutæ, d. l. 2. §. deinde ex his legibus, D. de origine Jur.* Briſſon. *Lib. 5. formular. fol. mihi* 430. qui non de judiciis 22
bonæ fidei? cum in contrarium nulla reſiſtat autoritas; imò ſuis formulis omnia judicia bonæ fidei conſtituta fuerunt, & invenimus hodie, Cic. expreſſe pro *Q. Roſcio Comœd. judicium eſt pecuniæ certæ: arbitrium incertæ: ad judicium hoc modo venimus, ut totam litem obtineamus, aut amittamus: ad arbitrium hoc animo adimus, ut neque nihil neque tantum, quantum poſtulavimus, conſequamur; ejus rei ipſa verba formulæ teſtimonio ſunt: quid eſt, in judicio? directum, aſperum, ſimplex*, &c. Seneca de benef. *Lib. 3. Cap. 7. hujus* (de judiciis bonæ fidei loquitur) *libera, & nullis adſtricta vinculis religio*, id eſt formula: Valer. Maxim. *Lib. 8. Cap. 2. M. Portium Catonem inclyti Catonis patrem, arbitrum Claudio adduxit, & formulam, quid ſibi dare facere oporteret ex fide bona*, videndus eſt Cic. *in Topicis, & 3. Offic.* & aliis quam plurimis locis, in quibus judicium bonæ fidei formulas agnoſcit, & agnoſcunt ſine controverſia Rævard. *de autorit. prudent. Capit.* 3. Briſſonius *late dict. Lib. 5. de formulis*, Hadrianus Turneb. *Lib. 25. Adverſ. Cap.* 23. Aldus Manutius *in commentario ad Lib. 3. Cic. Offic. fol. mihi* 387. Antonius Faber *in rationali ad l. quia 7. D. de negot. geſt & Lib. 15. conjectur. Cap. 1. & Lib. 16. Cap. 1. & 2.* & ſi adæquare æquius rem quæris, Conſule Briſſonium in pereleganti *ſuo tractatu de formulis*, & invenies omnes bonæ fidei actiones certis compoſitas formulis: & ſimiliter earum judicia. Differebant enim judicia bonæ fidei ab ſtricti Juris, non in formulis: quis unquam ſomniavit? Sed quod in 23

illis Prætor, ſeu datus judex ex æquo, & bono procedebat; in iſtis, ſtricte, *ſi poterat centum deberi, condemnatur*, & ut inquit Cic. *pro Roſcio ſupra: aut obtinetur, aut amittitur judicium.* Sic Briſſon., ſic Fab. & Revard. *ſup.* & cum his omnes. Præterea quis unquam propter illa verba judicium bonæ fidei extraordinarium vocavit? Nullus equidem, quem ego viderim, aut ſciam: alia longe diverſa cauſa eſt extraordinariorum, ut ex infra dicendis apparebit, vide Oſvald. *ad Donel. dict. Lib.* 21. *commentarior. Cap.* 2. *litt. D.*

24 Quare alii, & cum eis aliqui Interpretum, quos retulimus (ſic res ardua vario incertoque judicio tentatur) exiſtimarunt, extraordinaria iſta judicia ad utiles actiones referenda eſſe, quia omnis actio utilis extraordinaria eſt, Cujac. *in recitat. ſolemnibus ad dict. principium, inſt. de actionib.* Franc. Duaren. *in commentar. ad titulum, D. ſi certum petatur, Cap.* 3. idem Cujac. *in l.* 2. *&* 3. *C. de inſtitut. & ſubſtitutionib. & in l.* 18. *D. de judiciis, & tract.* 8. *ad African. in dict. l. ſi rem, D. de negot. geſtis.* Barboſa *dict. l. ſi longius* 18. *§. ſi filiusfamilias, D. de judiciis, à num.* 25. Oſvaldus *ad Donell. dict. Cap.* 2. *litt. D.* & ſic magis in his utilium actionum extraordinariis judiciis conſiderari actionem in factum, quam ſolemnem formulam: ea enim non requirebatur ad utiles actiones intentandas Cuj. in
25 *dict. tractat. ad Africanum*, Barboſ. & Oſvald. *ſup.* Duaren. *ad titulum de pignorat. action. Cap.* 7. Philip. Broidæus *in ſupplemento ad Pollet. dict. Libr.* 5. *Cap.* 4. Guid. Pancirol. *in Theſaur. variar. lect.* 3. *Cap.* 30. & ſic in noſtra *l. actio* ſecundum eos Paulus ſcribit, nihil intereſſe, qua actione experiatur in actione negociorum, an utili, vel directa: quia in judiciis extraordinariis, id eſt *utilibus actionibus* conceptio formularum non attendebatur, uti latius explicat Oſvaldus *dict. litt. D.* Hi autem magis veritati accedunt, ſed non Jure Conſulti Pauli menti, rectoque judicio, apud quem judicium extraordinarium actio negociorum geſtorum eſt, & inde nihil intereſſe reſolvit, qua actione, utili, directave contendatur, quin principium hujus §. attribuere Triboniano neceſſum ſit, cum Anton. Guiberto *d. Cap.* 10. ſed ſequentia, dum & ſententiam noſtram teſſeræ tradimus, comprobabunt.

26 Sed præmitto prius extraordinarium judicium in noſtro jure appellari vario reſpectu. Primò in cognitione Prætoria, quia cum ordinarie Prætores judices darent (uti latius proximis præſcripſi Capitibus) cum extra ordinem cognoſcerent, vel ſponte in quacumque cauſa, vel privilegio cauſæ, ſibi reſervatæ, merito extraordinarium judicium inditum fuit, *totus tit. D. de variis, & extraordinar. cognit.* explicant Alciat. *in commentario ad l. cum filius, D. ſi certum petat. numer.* 10. *&* 11. Anton. Fabr. *dict. Lib.* 4. *conject. Cap.* 7. *& Lib.* 12. *Cap.* 17. Corraſ. *in l. ſi in aliquam, §. cum pleniſſimam, D. de offic. Proconſulis*, P. Greg. *Lib.* 21. *ſyntagmat. Cap.* 8. *num.* 14. Barboſ. *de judiciis, ubi proxime*, A. Guibert. *dict. Cap.* 10. Oſvald. *ubi ſup.* Calvin., Briſſon. *in ſuis lexic.* & paſſim omnes, præ-
27 cipue relati in hoc Capite. Sic ſimiliter extraordinarius reus dicitur, *cum primo quoque tempore* (verba Lambini ſunt *ad Cic. de invent. Lib.* 2.) *omiſſis aliis judiciis, de eo quod poſtremum in judicium venerat, quærebatur, nec ſervabatur temporis ordo, quoquæque cauſa ordine in judicium deducta erat*, probat ibi Cic. & actione 1. in Verrem. *Profecto non hæc omnia colligeret, atque aucuparetur, non uſque eo deſpiceret, contemneretque ordinem Senatorum, ut arbitratu ejus deligeretur ex Senatu, qui reus fieret, qui, dum hic, quæ opus eſſent, compararet, cauſam interea eam diceret.* Sic intelligendus Juven. Satyr. 16.

> *Expectandus erit, qui lites inchoet, annus*
> *Totius populi: ſed tunc quoque mille ferenda*
> *Tædia, mille moræ.*

Sueton. in *Veſpaſ. c.* 10. & Cic. *Libr.* 2. *de inv. ut in quodam judicio, cum beneficii cujuſdam nomen eſſet delatum, & quia parricidii cauſa ſubſcripta eſſet, extra ordinem eſſet acceptum*, cui addo M. Cælii *epiſtolam ad Cic. apud hunc Lib.* 8. *Epiſtol. famil. Epiſtol.* 8. ibi: *Quod is in cauſa M. Tuccium accuſatorem ſuum poſt ludos Romanos reum lege Plotia de vi fecit, hoc conſilio, quod videbat ſi extraordinarius nemo reus acceſſiſſet, ſibi hoc anno cauſam eſſe dicendam*, ad quod alludit Seneca *epiſt.* 106. *Itaque dubitavi utrum differrem te, an donec ſuus iſte rei veniret locus, Jus tibi extraordinem dicerem.* Aſcon. Pædian. in primam Verrinam. *Moris autem fuerat, ut agendi dies priori ordinaretur, itaque ſi omni tempore poſtulato uſus eſſet ad inquiſitionem tutius futurum erat, ut priori locus ad agendum daretur ei, qui biduo breviorem diem poſtulaverat, cujus accuſationis interpoſita de induſtria mora, cum Verres ad alios Conſules diſtuliſſet*, docet (nude tamen) P. Pithæus *Lib.* 2. *adv. ſubceſſivor. Cap.* 19. Budæus *in commentar. linguæ Græcæ*, Britannicus *ad Juvenalem ſup.* (qui dat Servium) erudite Marcilius *ad dict. Cap.* 10. *Veſpaſian.* Variis equidem de cauſis cauſæ, & Judicia extraordinaria dicebantur, uti plenius à Calvino, Verrucio, Briſſonio *in ſuis lexicis*, accipies, & Corraſio *in commentario ad l.* 1. *D. de Juriſdict. num.* 10 *&* 11. *& in l. ſolet* 6. *D. de officio Proconſul. à num.* 7. Oſvald. *ad Donell. dict. Lib.* 21. *com. Cap.* 2. *litt. E.* Unde Schieferdecker. *Lib.* 3. *tract.* 23. *quæſt.* 28. notandus eſt, qui tacite hujus extraordinarii Juris differentias confundit.

Sed inter alia, illa præmaxime in noſtro Jure 28
Civili frequentiora apparent, quæ procedunt inde, quando in eodem Juris Civilis corpore aliquid extat, ſeu invenitur conſtitutum adverſus primordia ipſius, id eſt leges duodecim tabularum: adverſus legis actiones aſſertas, & denique adverſus ſtricta principia Juriſprudentiæ, quod quidem, refragantibus licet ipſius regulis, aut æquitas introduxit Prætoria, aut Cæſares piiſſime reſcripſerunt: dabo exempla ſi non omnia (qui poſſem ſed non parva) Primum ſe offert Ulpian. *in l. ſi quis ſepulchrum* 17. *D. de religioſ. & ſumptib. funer.* in eo qui ſepulchrum habebat) viam autem ad ſepulchrum non habebat, & a vicino ire prohibebatur, ex reſcripto Antonini iter ad ſepulchrum petitur precario, & ſubdit Conſultus, *non tamen hoc reſcriptum, quod impetrandi dat facultatem, etiam actionem Civilem inducit, ſed extra ordinem interpelletur, l.* 2. *D. ex quib. cauſis majores*, ibi: *Hujuſmodi enim perſonis extra ordinem Jus dicitur ex Senatuſconſultis, & principalibus conſtitutionibus, l. pecuniæ* 178. *§. actionis* 2. verſ. *Perſecutionis, D. de verborum ſignificat. Perſecutionis verbo extraordinarias perſecutiones puto contineri, ut puto fideicommiſſorum, & ſi quæ aliæ ſunt, quæ non habent Juris ordinarii executionem*, & quamvis nemo cogatur liberos ſuos manumittere, quia poteſtas patria ineſtimabilis eſt, *l. filiusfamilias* 114. *§. ſed ſi liberos* 8. *D. de leg.* 29
1. id intelligitur vulgari formula Juris, i. Jure ordinario, *ut eum §.* componit Cuj. *in notis ad J. Paul. Lib.* 4. *tit.* 13. & Gothofredus *dict.* §. 8. tamen Jure extraordinario ne decipiatur ultima morientis voluntas, legatarius cogitur emancipare, *l. ſi cui legatum* 92. *D. de condit. & demonſtrat.* ſed & aptiſſima ſunt verba vulgaris *legis in cauſæ cognitione* 16. *D. de minoribus in cauſæ cognitione etiam hoc verſabitur, num forte alia actio poſſit competere, citra in integrum reſtitutionem: nam ſi communi auxilio, & mero jure munitus ſit, non debet ei tribui extraordinarium auxilium: l.* 1. *D. de peculio*, cum antea Jure Civili talis actio ignota eſſet, explicat

plicat Duaren. *ad titulum de pecul. Cap.* 1. dum
interpretatur edicti verba, *l. pecunia* 5. *C. de pri-
vil. fiſci*. Sed quid alia? vide ſi vis Guidonem Panci-
rolum erudite hæc tractantem *Lib.* 3. *Theſaur. var.
lect. Cap.* 30. Scipion. Gentilem *Lib.* 3. *de Juriſ-
dictione. Cap.* 32. Robertum Marant. *de ordin. judi-
ciorum part.* 4. *diſt.* 10. *numer.* 2. Donell. *dict.
Lib.* 21. *comm. Cap.* 2. *& ibi* Oſvald. *litt. E.* P.
Gregor. *d. Libr.* 21. *ſyntagmat. Jur. Cap.* 8. *num.*
10. J. Corraſium *dict. l. ſolet*, *num.* 8. *D. de officio
Proconſ.* Cujac. *dict. princip. inſtit. de actionibus*,
convenit reapſe A. Guibert. *dict. C.* 10. à quibus
pro noſtra confirmanda ſententia, præclariſſima
reſponſa accipies.

30 Actio autem negociorum geſtorum, ſine quæ-
ſtione extraordinarium judicium erat, cum in eo
nulla voluntate domini, nullo præcedenti contra-
ctu geſtor alienæ ſe immiſceret rei, & geſtioni,
ad ipſum non pertinenti: quod nec vacabat cul-
pa, ex recta Juriſprudentia, ſi ſic intelligas *reg.
culpa eſt* 36. *D. de reg. Jur.* uti in ſecunda ibi ex-
plicatione placuit P. Fab. quæ nec poſtea diſpli-
cuit in *l. invitus* 158. *D. eod. tit.* nullus enim præ-
ceſſerat contractus, nulla obligatio recta præceſ-
ſerat, quæ parire obligationem poſſet ſecundum
12. *tab.* tenorem *l. ſi quis* 5. *D. de obligat. & act.*
§. 1. *inſtitut. de obligationibus, quæ ex quaſi contra-
ctu naſcuntur*. Si enim nullus contractus, nulla
promiſcua obligatio: unde promiſcua actio, &
domini, & geſtoris? quia obligatio ſemper repu-
tata mater actionis fuit, *l. licet* 42. §. *ea obliga-
tio. D. de procurat.* ſuſpicor hanc antiquam Juriſ-
prudentiam contineri *regula* illa *nemo* 124. *D. de*
31 *regul. Jur. Nemo alieno nomine lege agere poteſt*,
nam quamvis ad actus legitimos referant P. Fa-
ber. & Rævard. *ibi.* Hubert Giſan. *de reg. Jur.
Cap. ult. in princip.* Hotom. *Cap.* 34. *illuſt. quæſt.*
quos libentiſſimus probo: tamen nihil obſtat quo-
minus ſic regulam illam interpretari poſſimus, ſci-
licet quod lege, id 12. *tabul.* & recta Juris Civi-
32 lis ſcientia (ſic plerumque in noſtro Jure Civili
accipitur, *dict. l.* 2. §. *deinde, cum ſequentibus*, *D.
de orig. Jur. l.* 2. *C. de quadrien. præſcriptione*, §.
ſed iſtæ, *inſt. de actionib.* ubi obſervavit Cujac.)
nemo, nec in judicio, nec extra, nomine alte-
rius agere poſſit: in judicio, nullus erit qui con-
33 tradicat, cum 12. *tab. lege* ſua perſona, non pro-
curatoris nomine, unuſquiſque experiri deberet
princip. inſt. de his per quos agere poſſum. docent Pi-
chard. *in rubrica eodem tit.* à *num.* 4. Franciſc.
Broæus *in principio ejuſdem tituli*, Hotoman. Bal-
duin. & Minſinger. & alii, atque Oſvald. *ad Do-
nell. Lib.* 18. *comm. Cap.* 9. *litt. L.* Alexand. Scot.
contra Bodin. C. 5. & alii innumerabiles, à qui-
bus & eruditionem fundamentaque hujus antiqui-
34 tatis accipies, atque colliges: procuratoris offi-
cium utilitatis, & æquitatis cauſa receptum fuiſſe
contra *leges* 12. *tab.* ut ipſemet refert Juſtinianus
dict. principio: dict. reg. 124. in hoc ſenſu intelli-
gentes Broæus *dict. principio.* Hotoman. *illuſtr.
Capit.* 34. P. Faber. & J. Rævard. *in ead. regul.*
Hubert Giſan. *dict. Cap. ult. in princip.* Et ut extra
judicium, ſimiliter nemo gerere, vel agere pro
alio, ſine mandato poſſet, ut proxime dicta ad-
ſtruunt, & verba ipſius legis, ut ſic intelligantur,
capacis ſunt: primordia enim Juriſprudentiæ tam
35 ſtricto arduoque juſtitiæ tramite procedebant. Sed
ſicut neceſſitatis, & æquitatis utilitas procurato-
res admiſit in judiciis, ſic Prætoris pietas æquitaſ-
que introduxit edictum *de negociis geſtis*, *l.* 1. *D.
eod.* Juſtinian. *dict.* §. 1. *inſt. de obligat. quæ ex qua-
ſi contractu naſcuntur*, ut ſi pietate motus quis ab-
ſentis infirmi, & impediti ſe ingereret, & immi-
ſceret negociis, & in ſe, & pro ſe actionem ex
geſtione haberet. Hæc eſt certa inveſtigatio, qua
ſubodoramus naturam actionis negociorum geſto-
rum, eamque extraordinariam fuiſſe. Sed meo 36
judicio expreſſus eſt Magnus Papinian. *Lib.* 6.
quæſtion. in l. hereditas 50. §. 1. *D. de petition. he-
red.* nam cum Teſtator extruere ſibi monumen-
tum mandaſſet heredi, & bonæ fidei poſſeſſor
erexiſſet, à quo evicta hereditas fuit, per verum
poſſeſſorem: cumque in hereditate monumenti
ſumptus retinere bonæ fidei poſſeſſor vellet, du-
bitatio inde orta fuit, quod illos fecerat nullo Ju-
re obſtrictus, nam teſtatoris mandatum in illis re-
bus, quæ ſuam autoritatem reſpiciunt, nullam pa-
riunt obligationem *l. Quintus Mutius*. *D. de annuis
legatis* uti eleganter explicant Cujac. *Lib.* 6. *quæſt.
Papin. ad dict. l.* 50. *&* Anton. Fabr. *in rationali
ad eam*, propter quod verus heres ſumptus monu-
menti exſolvere recuſabat, ſed tamen in contra-
ria fuit Papinianus ſententia ea ratione, quaſi bo-
næ fidei poſſeſſor negocium hereditarium geſſiſſet,
cui remedio extraordinario ſuccurrit, ſic re ipſa
ſentiunt Gothofred. *ibi* A. Guibert. *d. Cap.* 10.
videndus eſt D. D. Martin de Lariateg. *Lib.* 2.
ſelect. Cap. 3. *nu.* 4. qui alios dat. Sed expreſſius,
quid fruſtra divagamur? reſponſum nullum, quam
Pauli inveniri poteſt *in noſtra l. actio*, uti ex eo
obſervabimus infra.

Cuncta autem judicia extraordinaria, ſine for- 37
mula certa intentabantur: qui poſſent? cum om-
nia poſt, & contra *leges* 12. *tabul.* & antiquam
ſtrictam Juriſprudentiam, ſuggerente æquitate, &
neceſſitate inventa fuiſſent, aut à Prætore, aut à
Principe, aut à moribus, receptoque uſu Populi
Romani: formulæ autem, parvo poſt *leges* 12. 38
tab. proſcriptas tempore, compoſitæ fuerunt, &
ordinatæ, de illis legis actionibus, quæ ex ipſis
12. *tab. legib.* proveniebant, ut ſatis oſtendit Pom-
ponius in *dict. l.* 2. §. *deinde*, *D. de orig. Juris*,
& alia loca hoc Capite aſſignata. Expreſſe hoc
probat Ulpian. *in fragment. tit.* 25. ibi: *Fideicom-
miſſa, non per formulam petuntur, ut legata*, ratio
eſt, quia legata à tempore 12. *tab.* in Populo Ro-
mano agnita fuerunt, & comprehenſa in lege il-
la, qua teſtandi poteſtas teſtatoribus indulgetur,
uti quiſque legaſſet, &c. (ut ſupra hoc libro ſatis
longe tractavimus) contra autem fideicommiſſa,
quæ neceſſaria non fuerunt, donec id Auguſtus
perfecit exemplo in perſona Lentuli, teſte Juſti-
niano *in principio de fideicommiſſariis heredit.* (ad
quod etiam aperiendum ingentem laborem ſubi-
vimus hoc eodem *Lib. Cap.* 3.) & cum extraor-
dinaria eſſent, nullo formularum certo jure peti
poterant, cum non haberent. Optima eſt decla-
matio *Quintiliani* 350. *interim putemus, nullam le-
gem huic ſceleri proprie eſſe conſtitutam, non ne proxi-
mo utendum eſt, non ignoro eſſe frequentem hujuſmodi
in judiciis minoribus dumtaxat contentionem, ut pecu-
niariis: an excediſſe formula, qui egerit aliter, quam
potuerit agere dicatur, ſed hæc tum valent cum oſten-
ditur Jus aliud, quo agendum ſit*, explicat latius
Scipio Gentilis *de Juriſdict. Lib.* 3. *C.* 32. & ſentit
Fran. Duar. in *Apolog. adverſus Æginarium Baro-
nem de Juriſdict.* §. 6. Pancirol. *dict. Lib.* 3. *va-
riar. Cap.* 30. Guibert. *dict. Cap.* 10. Carraſius
dict. l. ſolet, à *num.* 7. *D. de officio Proconſul.* qui
perapte ad hoc conſiderat, §. *fin. inſt. de interdict.*
in quo ideò dicuntur omnia judicia extraordina-
ria, quia jam actionum formulæ ſublatæ fuiſſent.
Oſvald. *ad Don. dict. Libr.* 21. *comm. Cap.* 2. *litt.
D. & E.* Briſſon. *dict. Lib.* 5. *form. fol. mihi* 436.
Hotoman. *dict. princip. de actionib.*

Hinc ſecuriſſime verus provenit intellectus *dict.* 39
l. actio, in qua inquit ergo Paulus, nihil referre
in actione negociorum geſtorum, an quis directa,
an utili actione agat, vel conveniatur, ſubdit-
que rationem, *quia in judiciis extraordinariis in qui-*

bus conceptio formularum non obſervatur, hæc ſubtilitas ſupervacua eſt, judicium ergo extraordinarium hic ipſam actionem negociorum geſtorum accipio, quod cum formularum conceptio non requiratur, nec in judicio extraordinario negociorum geſtorum, nec in ejus utili actione, ut cum multorum ſententia ſic ſupra præſenſimus, mirum non eſt, ſi Juriſconſultus reſpondeat, nihil referre, qua actione directa, vel utili quis agat, vel conveniatur; quod longe diverſum eſſet, quando judicium eſſet ordinarium: tunc enim cum in eo conceptio obſervetur formularum ex dictis in principio hujus Capitis, & a Scipione Gentili, *dict. Cap.* 32. multum intereſt, an quis directa, an utili actione agat, utpotè cum in directa obſervetur formularum conceptio, & ordinario Jure cauſa procedat, in utili, ſine ſolemnitate formularum, & extraordinario: quæ res ingens diſcrimen conſtituebat in Populo Romano, quod & agnovit Barboſa *dict. l. ſi longius* 18. *§. ſi filiusfamilias, D. de jud. num.* 28. *&* 29. licet errore multo fundamenta ſuæ ſententiæ convolverit.

40 Hinc conſtanter probatur actionem utilem, nec intentari ſub formulæ religione, & judicium extraordinarium eſſe: probat ſine quæſtione *l. cum filiusfamilias, D. ſi certum petatur*, adjuncta *l. ſi longius* 18. §. 1. *D. de judiciis*, nam quod in illa extraordinarium Jus dicitur, in iſta utilis nominatur actio. Quid? noſtra *lex actio*, irreprehenſibilis eſt conſideratio: nam ſi actio utilis formula proponeretur, & ordinarium eſſet Jus, multum referret an in actione negociorum geſtorum, quæ extraordinaria eſt, ageretur directa, vel utili, utpote cum in illa extraordinarie; in iſta ordinarie contendendum eſſet. Conducit optime *l. quæ religioſis* 43. *D. de rei vindicat.* ibi: *In factum autem actione petitur extra ordinem ſubvenitur.* Quid ultra? Ipſamet recta antiquitatis cognitio iſtam aperit veritatem, nam ſi legitimæ actiones, ſi formulariæ illæ erant, quæ recto tramite à *lege* 12. *tab.* à ſtricto antiquiorique Jure Civili procedebant, in quarum contentione, & experimento, nec ſyllaba una aberrandum erat, nunquam in illis legitimis actionibusque certis ſolemnibusque formulis comprehendi potuerunt utiles actiones, quæ ad caſus ſimiles ex interpretatione ex benignitate extenſæ, & conſtitutæ fuerunt, uti doctiſſi-
41 me explicat A. Pichard. *dict.* §. 1. *inſt. de obligation. quæ ex quaſi contractu naſcuntur*, Corraſius *ad l. ei qui, D. de ſervitut. num.* 16. P. Gregor. *Lib.* 21. *Cap.* 8. *num.* 17. *à num.* 30. Cuj. *ad l. ſi fiſtulæ, D. de ſervit. urban. præd.* Franciſcus Duaren. *ad tit. de pignorat. action. Cap.* 7. A. Alciat. *in l. Gallus, §. ille caſus, D. de Lib. & poſthum. num.* 2. Oſvald. *ad Don. Lib.* 21. *Comm. Cap.* 2. *litt. H.* Melchior de Valentia 1. *tom. illuſt. tract.* 3. *Cap.* 9. *nu.* 20. Guid. Pancirol. *Lib.* 3. *var. c.* 18. Govean. *de Juriſdict. Lib.* 2. *in l.* 7. *num.* 8. *& in commentario ad dict. l. Gallus, numer.* 26. & latè Stephan. Forcat. *in Necyomant. Jur. dial.* 63. *cum ſeqq.* Si ergo ad ſimiles caſus ex mente legis prodita fuit utilis actio, qualiter ſub recepta legis formula intentari poterat? Cum ex una parte conſidero, nec variationem, nec Syllabæ permutationem permitti in actione legis: ex altera totam legis hypotheſim, ſeu caſum variari in ſimilitudine caſus actionis utilis. Aptior hic, quam in proximo
42 loco *declamatio* 350. Quintiliani eſt: utilis ibi intentabatur actio, & cum præter formulam propoſitam fuiſſe, proponeretur, declamator reſpondet, nullam legem huic ſceleri propoſitam fuiſſe: *nonne proximo utendum eſſet?* Et ſine formula; & ſubdit: *conſuetudini judiciorum conſequens eſt, quotiens aliqua propria actio in rem non detur, uti proxima, & ſimili*, quibus alia ſubjungit, quæ mire in actione utili noſtram ſententiam confirmant, & cum extraordinarium judicium dicatur diverſo reſpectu; vel ex cognitione Prætoria, vel tempore quo intentatur, vel quod citra formam ordinariam, & ſolemnem actionis, vel propter cauſas alias, ut relictum probamus: ſi actio utilis, nec in formula actionis comprehenditur, nec directe in caſu, ſed benigna interpretatione extenditur, quæ extenſio limites ordinariæ legis, & formulæ tranſit: quis ſano judicio abnegabit hoc ſolum reſpectu extraordinaria judicia actiones utiles eſſe? Noſtras partes agunt Barboſ. *in l. ſi longius* 18. *§. ſi filiusfamilias, num.* 25. *D. de jud.* Pancirol., Don., Cuj., Vulteius relati ab Schieſerdec. *Libr.* 3. *tract.* 23. *quæſt.* 28. quamvis iſte agmen ducat in ipſos: libere dicam, quod ſentio, fugerunt Schieſerdeckerum prorſus extraordinaria judicia, promiſcuit omnia, & reduxit in horrendum chaos.
Quid attinet, mi Scheiferdeckere, extraordina- 43
rium judicium cognitionis Prætoriæ, cum iſto utilis actionis? Aliud erat, quia cum Prætor ſolitus eſſet dare judices ordinarie, aliquando tamen ipſusmet cognoſceret, iſtud autem erat, quia citra formam legis introducebatur judicium: aliud item erat, formulas coram Prætore actionum proponere, & expoſcere ab ipſo; aliud actionem, 44
& judicia ipſum præſtare, ut Hotoman. *dict. princip. de actionibus*, & Donatus *dict. Cap.* 32. *ad Sueton. in Auguſto* diſtinguunt: litigator enim primo coram ipſo comparebat, & ad libitum intentabat, qua actione experiri volebat, eaque edebatur reo, an cedere, an contendere vellet *l.* 1. *D. de edendo*, cum aliis à Briſſon. *dict. Libr.* 5. *tractatis fol. mihi* 432. expoſtulabatque à Prætore, ut ſecundum actionem ab ipſo intentatam, judicium ſeu actionem ſibi daret, ita ut ſi ordinaria erat, ordinariam Prætor: ſi utilis, utilem præſtaret, Cic. 3. *in Verrem, in eum judicium de profeſſione jugerum poſtulabatur: l. minor, D. de evictionib. Sejus poſtulabat apud Prætorem utilem ſibi de evictione ſtipulationem in Titium dari* (vide legem tuam) latius Briſſon. *d. Lib.* 5. *fol.* 414. 415. 418. Quintanadueng. *Libr.* 1. *de Juriſd. Cap.* 4. *à num.* 4. *cum ſeqq.* Carolus Sigonius *Lib.* 2. *de judiciis, Cap.* 5. neque enim Prætor, aliam, quam quæ expoſtularetur, poterat actionem præſtare, nec diſponere, quæ actio intentaretur, uti ex Cic. ſupra probavimus. Tunc Prætor ſic præſentata, & expo- 45
ſtulata actione, dabat judicium ſeu actionem purum aliquando, vel ſub exceptione: aliquando cauſa cognita concedebat, vel denegabat: uti latius à Briſſonio accipies *d. Lib.* 5. *fol.* 415. 408. 464. & Fran. Broidæo *in ſupplemento ad Pollet. Lib.* 5. *Cap.* 5. Quintanadueng. *Lib.* 1. *Cap.* 5. *à num.* 3. Joan. Niellio *in controverſ. feud. diſp.* 10. *theſ.* 4. *litt. E.* atque paſſim aliis. Quæ tractare longius prætermitto, propter unum Briſſonium docte diſſerentem, & quia aptiori loco forte reſumam, & quia neque multum noſtris conducat hic labor.
Hæc autem eſt illa actio quæ à Juſtiniano defini- 46
tur *in princip. de action.* ut docte intelligit *ibi* Cujac., Hotomanos, & alii, & Marcell. Donat. *ad Sueton. ubi ſup.* ſiſtoque gradum, ne noſtra diſputatio excedere quæſtionis terminos videatur, concludendo, nihil firmum Schieſerdeckerum conſtituiſſe *d. quæſt.* 28. quod mediocriter doctis, & eruditis apparebit, tempusque nunc terebimus inique, quod in eo refellendo inſumpſerimus, forte ſuum tempus adveniet.

Ex quibus tam longe petitis deducimus noſtros Conſultos, non commiſcuiſſe ſub appellatione legati fideicommiſſa, nec hereditates: cætera enim, quæ reſponſioni ſuperſunt *ſupra hoc Lib. Cap.* 1. parvi momenti ſunt, & indigna, ut nos remorentur.

CAPUT

C A P. X.

Ad illuſtrationem Juris Hiſpani, Romanique legum inſignis Statii Papinii ſumitur locus, & ad eum varia interpretamenta referuntur, & refelluntur hoc, & ſequenti Capite, à n. 1. & 2. Eruditi viri P. Joan. Lud. Cerdæ interpretatio proponitur, à num. 3. Quæ exornatur, & confirmatur à num. 4. In quo de pulchritudine, & decore attributo equis ab antiquis ſcriptoribus. Inde illuſtratur l. 10. tit. 21. part. 2. *num.* 5. *Ad admiſſuram, pulchri & nobiles equi ſeligi debent.* 6. *Inde ſententia* l. 1. & 2. titul. 17. Lib. 6. Recop. *exornatur, num.* 7. *Hiſpani equi ſemper in magno pretio, & laudatiſſimi in Circenſi ludo.* 8. *Propter quod mittebantur in Hiſpaniam, qui coemerent eos ad editionem ludorum.* 9. *Explicatur* l. 1. C. Theod. de equis Curulib. 10. *Nobilitas ſanguinis, & generoſitas equis attributa.* 11. *Ab his omnibus præclare illuſtratur* dict. l. 10. tit. 21. part. 2. & dict. l. 1. & 2. tit. 17. Lib. 6. Recop. 12. *Ab antiquitate iſta confirmatur juſta cauſa, & ratio, qua legibus patriis prohibitum eſt, ne Hiſpani equi à noſtro Regno educantur.* 13. *Sed tandem rejicitur mulſiplici argumento, & ratione Cerdæ interpretatio à n.* 14. & 15. *Domitianus captabatur multum à laudatione pulchritudinis ejus.* 16. *Nomen* eques *aliquando acceptum pro equo, in quo explicatur Virgilius, cum aliis antiquis.* 17. *Equus nobilis non mitis, ſed acer eſſe debet.* 18 *Unde tertio explicatur, & illuſtratur* dict. l. 10. partitæ. 19. *Ex cunctis his longo diſcurſu, & argumento aperitur reſponſum Ulpiani Cælii, & Ofilii in* l. Ædiles 38. §. ſed enim 7. D. de Ædilitio Ædict. 1. *num.* 20. *Quæſtio tota in caſtrato equo, & mulo vendito eſt, an emptori redhibitoria actio detur, vel actio ex empto.* 21. *Caſtratione equus debilior fit, & generoſitatem amittit.* 22. *Difficultas verſ.* Cælius quoque, dict. §. ſed enim, *proponitur.* 23. *Brevis paraphraſis ad reſponſum datur, & inde intellectus derivatur certus.* 24. *In ſpecie dasa quare actio ex empto competat, non redhibitoria emptori.* 25. *Equus caſtratus ſanus eſt, & utilis ad multa.* 26. *Vitium animi animalis venditi non producit redhibitoriam.* 27. *Actio ex empto quando competat propter equum venditum.* 28. *Iſerum reditus fit adverſus P. Cerdæ opinionem.* 29. *Alia Jani Parrhaſii, & Bernartii datur interpretatio ad Statium, à num.* 30. *Cicatrices vulnerum in bello acceptorum glorioſæ habitæ, & pulcherrimæ, à num.* 35. *Adſeritur C. Plinio lectio.* 32. *Expenditur* l. 1. §. fin. D. de fugit. *in notis cicatricum.* 33. *Argumentum contra interpretationem, & ibi probatur in Jure Civili cicatrices deformare, & infames eſſe, à num.* 34. *In tranſitu explicatur* l. ſi ſervus 27. §. rupiſſe 17. D. ad l. Aquiliam, *cum aliis reſponſis.* 33. *Ex difformitate vulneris an æſtimatio detur in homine libero.* 36. *Et quid in virgine innupta: remiſſive.* 37. *Diſtinctio inter cicatrices bellicas, & alias.* 38. *Illuſtratur* Cap. lator. 11. diſt. 55. *ubi de homine ex vulnere deformi promovendo ad ſacros ordines.* 39. *Rejicitur Parrhaſii, & Bernartii interpretatio, à num.* 40 *Ad id fundamentum Gevarsii non probatur.* 41. *In Colloſſo Domitianus belligerans ſculptus fuit.* 42. *Adulationis officium.* 43. *Deſcribentes Equum Maximum cicatrices omittunt* 44. *Domitiani effigies ex Suetonio.* 45. *Ea repreſentata in Colloſſo.* 46. *Edicto Domitianus cavit ſe nuncupandum Deum.* 47. *Se virginis filium finxit.* 48. *Dii invulnerabiles etiam ex ſententia Gentilium, ubi notasur incuria Homeri.* 49. *D. Cypriani datur optimus locus.* 50. *Illuſtratur Heliodorus.* 51. *Catholica expenditur ſententia relata* in l. 7. §. 1. C. de ſumma Trinitat. 52.

Cum Equo Maximo Statii Papinii decurrere
extrema hujus tertii libri decrevi, & in ex-
curſu flores aliquos noſtri Civilis Juris patrii, &
1 Romani libare: Eximius ergo poëta *in Lib.* 1. *Silvarum ſilva* 1. hæc pulcherrima carmina dat.

——— Juvat ora tueri
Mixta notis belli, placidamque gerentia pacem.
Nec veris majora putes, par forma, decorque,
Par honor.

2 Tanquam ſi Papiniani difficillimum reſponſum eſ-
ſet, hæc noſtri Papinii carmina, varias hinc in-
de accepit interpretationes: invenio ſane diſſen-
3 tientes animos eruditorum virorum. P. ergo
Joan. Ludovicus Cerda *in commentario ad Virgil.*
Lib. 5. *Æneid. verſ.* 49. ad illa, *maculis, quem*
Thracius albis not. 4. notas belli Statii intelligit
maculas albas Maronis, docet enim equos Thra-
cios, tum in pretio fuiſſe, cum albis maculis di-
ſtincti eſſent: ſecundum quod interpretamentum
verba illa, *juvat ora tueri* referenda ſunt, non ad
Domitianum, ſed ad equum: quaſi (ſecundum
Cerdam) affirmet Statius, juvat ora tueri equi
Domitiani; mixta notis belli, id eſt, maculis al-
bis, vel atris, ſecundum eundem Papinium 4.
Theb. V. 327.

——— Maculis nec diſcolor atris
Hic, cui fidis, equus.

Quam interpretationem, licet nude redditam à 4
doctiſſimo viro, confirmo ex elegantiſſimo Flavii
Joſephi loco *Lib.* 7. *de bello Jud. Cap.* 24. (circa
pulchritudinem,

pulchritudinem, & decorem attributum equis)
qui dum celeberrimum Titi, & Veſpaſiani trium-
phum deſcribit, hæc verba dat, aut ſimilia (in
Latinis). *Domitianus autem adequitabat, ipſo quo-
que ornatus pulchritudine, dignumque ſpectari exhibens
equum*, congruit Plinius *Lib.* 8. *hiſtor. natur. Cap.*
42. *etiam tum puero* (Alexandro) *capto ejus* (Bu-
cephali) *decore.* Claudian. de nuptiis Honorii,
& Mariæ.

—— Tumidus, quatiensque decoras
Curvata cervice jubas.

P. Ovidius in fragm. Halieut.

Hic generoſus honos, & gloria major equorum.
Nam capiunt animis palmam, gaudentque triumpho
Seu ſeptem ſpatiis Circo meruere coronam.
Nonne vides, victor quantum ſublimius altum
Attollat caput, & vulgi ſe venditet auræ.
Celſave cum cæſo decorantur terga leone,
Quam tumidus, quantoque venit ſpectabilis actu
Compeſcatque ſolum generoſa concita pulſu
Ungula ſub ſpoliis graviter redeuntis opimis.

Sed proprior eſt Nemeſianus Papinio, qui vide-
tur à magno vate imitationem accepiſſe, & con-
ſequenter interpretationem Cerdæ aſſerere.

Ardua frons, aureſque agiles, capitique decora
Altus honos.

Quid ille Xenephontis equus, *pulcher, admirandus,*
generoſus, altius ſeſe erigens, qui addit, illum equum
omnium oculos ad ſe trahere. Sed audi M. Var-
ronem *Lib.* 2. *de re ruſt. c.* 7. *legere oportet* (equos)
amplo corpore formoſos, nulla parte corporis inter ſe
5 *non congruenti*, pulchre ex his illuſtratur *l.* 10. *tit.*
21. *par.* 2. quæ pulchritudinem expreſſis verbis
attribuit equo, ibi: *Ca por ſe el cavallo grande, e*
fermoſo, Palladius *de re ruſtica*, *Cap.* 13. *Sed in*
admiſſario quatuor ſpectanda ſunt, forma, color, me-
6 *ritum, pulchritudo.* Sic ſane ad admiſſuram, in-
quit Varro, eliguntur equi (liceat mihi pro pa-
triis legibus parergon addere) quod & divine
cecinit Virg. 3. *Georg.* ubi P. Cerda ex Xeno-
phonte, Columella, Oppiano, & aliis antiquis
probat, ſed integro tractat Bulengerus, quem
inſervit libro *de ludis Circenſib.* quibus & aliis, quæ
mihi ad manum, ſi aptior locus daretur, illuſtra-
re facile poſſem leges noſtras patrias Recopilatio-
7 nis ſcilicet *l.* 1. & 2. *tit.* 17. *Lib.* 6. in quibus
ſub graviſſimis præcipitur pœnis ad admiſſuram
non ſelegi equos pulcherrimos, & optimi generis
8 ex judicio judicum civitatum, & locorum. Sic
ſane apud omnes gentes, & ætates Hiſpani equi
in magno pretio fuerunt, & laudatiſſimi in Cir-
cenſi ludo, Symmach. *Lib.* 4. *Epiſt.* 6. & *Epiſt.*
61. & *Lib.* 9. *Epiſtol.* 23. ubi Juret. notat ex
Marcellino, C. Bulenger. *dict. tractat. Cap.* 5. P.
Pantoxa *in commentar. ad l. fin. C. de aleator.* in
9 verbis: *Præterea ordinet quinque ludos*, *num.* 28.
propter quod in Hiſpaniam mittebantur ad editio-
nem ludorum, qui equos Hiſpanos coemerent,
ut ex locis in Symmacho *de Epiſt.* 6. certum fit, &
familiares meos in Hiſpanias miſſos ob equorum Curu-
lium coemptionem, tranſcurrere protinus jubeas, quia
tempore futuræ editionis urgemur, & dict. Epiſtol.
61. *Tui beneficii erit, ut quidquid ad currule certamen*
generoſum gignit Hiſpania, vel domo præbeas, vel de
aliorum gregibus excerpas, & *dict. Epiſt.* 23. *Illud*
nunc de te impetratum volo, ut litteris, & apparitore
decreto juvare digneris curam meorum, quibus emen-
das ex Hiſpania currules quadrigas in apparatum Præ-
toriæ functionis injunxi, alios locos notat Juretus
10 ibi, undè *l.* 1. *C. Theod. de equis currulib.* illuſtra-
tur, ibi: *Equos vero Hiſpani ſanguinis vendendi ſo-*
litam factionariis copiam non negamus. τὸ autem *fa-*
ctionariis, erudite intelligit Cujacius *Lib.* 8. *obſer-*
vat. C. 29. de hominibus quatuor factionum Ve-
netæ, Praſinæ, Albatæ Ruſſatæ ludorum, de

quibus frequentiſſima mentio in ſcriptoribus anti-
quis: his ergo factionariis præſtatur facultas coe-
mendi equos *Hiſpani ſanguinis*, id eſt generis, & 11
nobilitatis; nobilitatem, & generoſitatem equis
attributam fuiſſe jam probarunt Eguinar. Baro *de*
nobilitat. Lib. 2. *Cap. fin.* A. Tiraquel. *in eod.*
tract. Cap. 2. *numer.* 28. *litt. E.* P. Faber. *Agoniſt.*
Lib. 2. *C.* 28. quod paſſim Virg., Oppian., Xe-
noph., Varr., Colum. agnoſcunt τὸ *ſanguinis* pro
nobilitate, & genere accipi in comperto apud
omnes eſt, & illud Juvenalis dare ſufficiet *Sat.* 8.

Stemmata quid faciunt, quid prodeſt, Pontice, longo
Sanguine cenſeri?

His omnibus præclare exornatur *d. l.* 10. *tit.* 21. 12
p. 2. nam poſtquam dedit qualitates, quibus op-
timus equus conſtare debebat, ſubjicit hæc ver-
ba. *Eæun ſobre todo eſto, quien bien los quiſiere co-*
nocer, ha de catar, que vengan de buen linage, ca
eſta es la animalia del mundo que mas reſponde à ſu
natura, certa ſane ratio ad omnia iſta: qua qui-
dem etiam confirmatur *d. l.* 1. & 2. *tit.* 17. *Lib.*
7. *Recop.* quæ admiſſarium ſeligi jubet equum,
ſub pœnis gravibus, optimi generis, nos *raza y*
caſta, dicimus: Nam ſi præcipue in hoc animali
natura reſpondet, quod generoſus equus pullum
procreet generoſum, merito noſtris patriis legibus
ſancitum extat, publice proponi admiſſarium pa-
rentem nobilem. Rationem autem noſtræ legis
præſcripſit *Horat. Lib.* 4. *carm. Od.* 4.

Fortes creantur fortibus, & bonis;
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ Columbam

Virgilius, Varro, *ſup.* dati Conſt., Cæſar *Lib.* 18.
de Agricult. c. 1. Conr. Heresbach. *Lib.* 3. *de re*
ruſt. Columel. *Lib.* 6. *c.* 27. Pallad. *c.* 13. No-
biliſſimi ſane Hiſpaniæ equi, quorum tantæ lau-
des, tantæ celebrantur virtutes, quod in fabu-
lam originis proruperint, undique conquireban-
tur, præcipuè ad ludos Circenſes propter proba-
tiſſimam celeritatem, ſic vere neceſſario accidere
debebat, quod Hiſpania procrearet equos exte-
ris, & hoſtibus, & ipſa tanto animali, tam utili
bruto jaceret exhauſta,. propter quod prudentiſſi-
me ſancitum legibus patriis eſt, ne ab Hiſpania 13
educerentur equi, quod antiqua Partitæ lege pro-
hibitum fuit, ut leges *in l.* 5. *tit.* 7. *part.* 5. &
poſtea noviore conſtitutione eadem prohibitio fir-
mata graviſſimis pœnis *in l.* 12. *tit.* 18. *Lib.* 6.
Recop. quæ leges ab hac antiquitate, libata licet
in excurſu, præclare illuſtrantur.

Redeo ad equum Maximum Domitiani: & 14
Cerdæ interpretatio confirmari videtur ea conſi-
deratione, quod antecedentia, & ſubſequentia
carmina loquantur de equo: primum inde: *nunc*
age fama prior, &c. uſque ibi: *Hunc mitis commen-*
dat eques. Secundum inde, *ex haſtis Martem non*
amplior (ſeu *amplius*) *armis*, *Biſtonius portat ſoni-*
pes: ergo carmina duo interclusa medio, illa ſci-
licet, *juvat ora tueri* &c. in eodem ſubjecto equi-
no recipiemus: præcipue cum, ut probavi, ver-
ba eorum aſſerta in equo legitime, & non vio-
lenter procedent, & ſic videtur in notis illis belli
intelligendas eſſe maculas albas ſeu atras, quibus
nobiliores equi demonſtrabantur. Sed quod lon-
ge animadverſione dignum eſt pro hac interpreta-
tione, quod ſi maculæ albæ propriæ ſunt equo-
rum Thraciæ, ut ex illo Virg. 9. *Æneid.* agnoſcunt
omnes.

———— Quem Thracius albis
Portat equus.

Et ex Lib. 5.

———— Quem Thracius albis
Portat equus bicolor maculis, veſtigia primi
Alba pedis, frontemque oſtentans arduus albam.

Certiſſimum

Certiſſimum eſt, Statium ſuppoſuiſſe Domitiano equum Thracium, Biſtonium enim vocat. *Biſtonis* autem apud Ptolomeum lacus Thraciæ eſt, à quo Regio Biſtonia dicitur, ſic Ortelius, & omnes Geographi, unde appoſite Aſcenſius *ad illud Virg.*
15 9. *Æneid. Equus Thracius*, id eſt, *è Thracia, ubi dicti ſunt optimi, & ferociſſimi equi, propagati ab equis Diomedis Biſtonis.*

Hæc pro roborando tanti viri judicio expendi, ne ſi forte occurrerent alii, nulla animadverſione præmiſſa, anſam præberem quod, quem tutiſſimum judico, intellectui ſe objiceret. Sed, pace tanti patris, in utroq; recedo ab eo, quia notæ Papinii non ſignificant maculas equi: & carmina illa, non de equo, ſed de ipſomet ſeſſore Domitiano intelligenda ſunt. Statius enim in exordio ſuæ ſilvæ de ipſo equo, ipſoque Domitiano, promiſcuum gerit ſermonem, cuique ſua attributa condonat, & ſic ſingula ſingulis referenda ſunt, §. *ex hujuſmodi, inſt. de duobus reis:* unde cum equo alios aſſignarit poëta honores, horum carminum blanditias concinnius multo ipſi Domitiano tribuemus; præcipuè ſubjecto Imperatoris attento, qui cum pulcherrimus eſſet, hocque attributo captaretur anxie, præclarius carmina duci, quam bruto ac-
16 commodabimus. Sic ſane id prænoſcens poëta, ſemper hoc blanditiarum rete captat Cæſarem, pulchritudinem vultus, & oris celebrans, ut infra eadem Silva.

——— Juvat ipſa labores
Forma Dei præſens.

Et infra.

——— Et tua mitis
Ora Taras: tua ſiderum imitantia flammas
Lumina, contempto mallet Rhodos aſpera Phœbo

Et Lib. 4. Silva 2.

——— Datur ora tueri.
Tranquillum vultu, ſed majeſtate ſerena.
Mulcentem radios ſubmittentemque modeſti
Fortunæ vexilla ſuæ; tamen ore nitebat
Diſſimulatus honos.

Et infra.

——— Nec dum æquo tuos, Germanice, vultus.

Sic ſane ſemper poëta quærit oris gratia ſui Imperatoris gratiam, propter quod ſummo errore dabimus carmina equo, quæ quaſi certa regula laudantis, & laudati debentur Imperatori. Sed reprobant valde interpretationem iſtam verba illa admirationis plena. *Nec veris majora putes, par forma decorque, par honor.* Quæ mirifice molliſſima virgine, aut molliſſimo viro digna ſunt, utpote venuſto, & effœminato Domitiano, quæque non ferocienti animali adæquari poſſunt: tam alte enim Imperatoris pulchritudinem commendavit Statius; ibi: *Juvat ora tueri*, &c. quod tacitæ objectioni neceſſarium fuerit reſponſum, quo tantæ rei tradatur ratio in aſſe curamentum veritatis, inde ſcilicet, *nec veris majora putes*, &c. Moveor etiam, quia comparationem poëta dat, inter Trojanum equum, & Domitiani; improbat Trojanum per traditionem, probat iſtum à ſeſſore, ibi: *Hunc mitis commendat eques*, unde infert Statius, ea de cauſa hunc equum mitem equitem, id eſt Domitianum commendare, quia juvat ora tueri Imperatoris, gerentis pacem inter notas belli, in creditum enim, & fidem equi ſeſſoris pulchritudo ſufficit, ut ab omni doli, & traditionis ſuſpitione relevet. Nec me latet, nomen *eques* accipi pro
17 equo. Q. Ennius *Lib. 7. Annal.*

Denique vi magna quadrupes eques, atque elephanti
Projiciunt ſeſe.

Macrob. *Lib. 6. ſaturnal. Cap. 6.* A. Gellius *Lib. 18. Noct. Atticar. Cap. 6.* Non. Marcell. *Cap. 2.* verbo, *equitare, nu. 297.* Jun. Philargir. *in Georg. Virg. Lib. 3. fol. mihi 254.* ubi etiam Servius, qui omnes hoc Maronis carmen *ex dict. Lib. 3.* ſic accipiunt.

——— Atque equitem docuere ſub armis
Inſultare ſolo, & greſſus glomerare ſuperbos.

Quibus aliter Cerda interpretans vim expreſſam facit. Hinc *equitare*, de equo dixit Lucilius.

Quis hinc currere equum nos atque equitare Videmus.

Quod & præſeruerunt præcitati.

Sed qualiter hæc extraordinaria ſignificatio, licet velimus, orationi præſenti accommodabitur, cum actio, & paſſio daretur in eodem ſubjecto, contra notiſſima principia Juris? mitis enim eques, id eſt, ſeſſor equum commendat, ut dixi, non hunc equum mitis equus, quod abhorret, quia barbara locutio, & attributum improprium: equus enim nobilis non mitis; ſed acer, & ſic iſtum 18
Domitiani vates depinxit ſilva ſua,

Hunc neque diſciſſis cepiſſent Pergama muris,
Nec grege permixto pueri, innuptæque puellæ,
Ipſe neque Æneas, nec magnus duceret Hector.

Et infra, ubi ſcitiori calamo deſcribit eum.

At ſonipes habitus, animoſque imitatus equeſtres,
Acrius attollit vultus, curſumque minatur:
Cui rigidis ſtant colla jubis, vivuſque per armos
Impetus, & tantis calcaribus ilia late
Suffectura patent: vacuæ pro ceſpite terræ
Ænea captivi crinem terit (malo quam tegit) ungula Rheni.
Hunc & Adraſtæus viſum extimuiſſet Arion.
Et pavet aſpiciens Ledæus ab æde propinqua
Cyllarus.

Sic enim, ut debuit, præclariſſimus poëta generoſum Biſtoniumque equum deſcripſit, & ſic non omiſit ferocem, & acrem animum, quæ nobiliores ornat natura M. Terent. Varro *de re ruſt. Lib. 2. Cap. 7. Quod ut ad rem militarem, quod ibi ad caſtra habere volunt acres*, id eſt equos: Claud. de nuptiis Honor. & Mariæ.

Nobilis haud aliter ſonipes, quem primus amoris
Sollicitavit odor, tumidus quaſienque decoras
Turbata cervice jubas, Pharſalia rura
Pervolat, & notas hinnitu flagitat amnes
Naribus accenſus.

Ovidius in epiſt. Phædræ.

Sive ferocis equi luctantia colla recurvas

P. Virg. Maro Georgic. *Lib. 3. V. 75.*

Continuo pecoris generoſus pullus in arvis
Altius ingreditur, & mollia crura reponit.
Primus, & ire viam, & fluvios tentare minaces
Audet, & ignoto ſeſe committere Ponto;
Nec vanos horret ſtrepitus, illi ardua cervix.

Tu prolege reliqua. Hanc animoſitatem acritatemque equorum agnoſcit patria lex, & pro certa 19
conditione nobilitatis equorum inter alias ponit, ſcilicet *dict. l. 10. tit. 21. part. 2.* ibi: *Porende ſegun los antiguos moſtraron, para ſer los cavallos buenos, deben aver en ſi tres coſas: La primera, ſer de buen color: la ſegunda, de buenos corazones* (nota) *la tercera, aver miembros convenientes, que reſpondan à eſtas dos*, quæ quidem verba ex prædictis bene exornantur: ride nunc lenitatem equi, & qualiter Biſtonius ardens, & furens in Colloſſo compactus eam præferre poſſet? imò horrorem, utpotè depingit Statius, & quicumque alius poëta faceret, Virg. ſup.

——— Micat auribus, & tremit artus
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem.

Præcipue cum iſte equus deſcribatur ea forma, qua rapit agmina, cathaphractus, & ſic furoris plenus, & oculis emittens, oreque evomens faces, & ignem. Inique facerem, ſi tibi non darem hos mei Papinii equos ultra omnes nobiles, & ferocientes ex *Lib. 6. Thebaidos Verſ. 395.*

 Qui

Qui dominis, idem ardor equis. face lumina ſurgunt,
Ora ſonant morſu, ſpumiſque, & ſanguine ferrum
Uritur, impulſi nequeunt obſiſtere poſtes,
Clauſtraque, compreſſæ transfumat anhelitus iræ.
Stare adeò miſerum eſt; pereunt veſtigia mille
Ante fugam, abſentemque ferit gravis ungula cam-
pum.
Circumſtant fidi, nexuſque, & torta jubarum
Expediunt, firmantque animos, & plurima mon-
ſtrant.

Et quod hac forma in foro Latio equus Domitiani
ſculptus eſſet, patet, cum ſeſſor ita eſſet.

——— Qualem modo frena tenentem
Rhenus, & attoniti vidit domus ardua Daci.

20 Si labores noſtri cuncti ſubſerviunt noſtræ Ju-
riſprudentiæ cultui, ut ornemus eam, & illuſtre-
mus: aptam occaſionem mihi dant præſcripta, ut
21 aggrediar Ulpian. & aliorum reſponſum in *l. Ædi-
les* 38. *§. ſed enim* 7. *D. de Ædilitio edict.* quod à
præſcriptis certam lucem accipiet. In equo ca-
ſtrato tota quæſtio eſt, an ſi quis vendidit eum, &
caſtrationem tacuit, cum emptor ignoraſſet, te-
neatur redhibitoria actione; & ſane videbatur,
ſic reſpondendum fore, ex prædictis ab Ulpiano
in principio §. nam ſi ſecundum cum Ædilitio edi-
cto non eſt locus in mulo caſtrato vendito, quia
*neque morbi, neque vitii quid habere videtur, quia ne-
que de fortitudine, quid ejus detrahitur, neque de utili-
tate: cum ad generandum nunquam ſit habilis:* hæc fa-
ne ratio in caſtrato equo, utraque ſane, adaptari
non poteſt; non prima, quia caſtratione, extra
22 omnem quæſtionem, debilior fit: acritudinem
enim illam, generoſamque ferocitatem, quam ex
multorum ſententia præſtitimus, amittit: latiſſime
probat Galenus *Lib.* 3. *de ſemine* (rationem cum
Ariſtotele diſquirens) Conradus Heresbachius *de
re ruſtica Lib.* 3. Plin. *Lib.* 16. *natur. hiſt. Cap.* 40.
ibi, *caſtratio* (ſic lego cum Hermolao Barbaro non
caſtraceo in caſtigationibus ad eum) *illa eſt, adi-
mitque vires.* Martial. *Libr.* 5. *epig.* 42.

Spadone cum ſis eviratior fluxo
Et concubino mollior Celænæo
Quem ſectus ululat matris Entheæ Gallus.

Unde *evirare* pro caſtrare, & mollem & effœmi-
natum facere apud Antiquos videndus eſt Amay.
Lib. 3. *obſervat. Cap.* 6. *à num.* 88. Non etiam
ſecunda ratio in equo accommodari poteſt ex
utilitate ad generandum, quia ſi equus non caſtra-
retur, commodus, & utilis admiſſuræ eſſet; &
tamen reſpondet Ulp. actionem ex empto emptori
competere; non vero redhibitoriam edicti. Quod
23 difficilius invenies, ſi Cælii Conſulti ſententiam,
quam ipſe Ulpianus refert, expendas, ibi; *Cælius
quoque ſcribit, non omnia animalia caſtrata, ob idip-
ſum vitioſa eſſe, niſi propter ipſam caſtrationem fa-
cta ſunt imbecilliora, & ideò mulum non eſſe vitio-
ſum:* equus ſane propter ipſam caſtrationem im-
becillior factus, vitioſus reputabatur, nam ſi vi-
tium imbecillitatis, & utilitatis in caſtratione mu-
li deficit ex ratione Ulpiani, non ſic eſt in caſtra-
to equo, ex caſtratione facto imbecilliore, &
inutili, & cum vitioſus ſit (quia natura ſua acris,
& animoſus eſt, ex præſcriptis) quæ ratio potuit
prævalere apud Ulpianum, & Ofilium, qua em-
ptori Ædilitium denegarent edictum contra *dict.
l. Ædiles* 38. & *totum titulum de Ædilicio Edicto*?
ſane non ſolum à titulo integro, ſed à reſponſi
viſceribus molta repugnantia prorumpit. Hæc
ſunt, quæ difficile reddunt Ulpiani reſponſum, &
cauſam præbent, ad inquirendum de actione ex
empto, quam emptori caſtrati equi ignoranter
24 competere Ofilius exiſtimavit. Brevi paraphraſi
percurram reſponſum, ut ſic undique explicemus
illud. *dict. l. Ædiles* 38. tractatum eſſet de vitiis
hominum & animalium, præmittit ſententiam Ul-
pian. in principio paragraphi: eſſe quædam, quæ
in hominibus morbum faciunt, in jumentis non
adeò: & exemplum dat in mulo, qui ſi caſtratus
eſt, non ideò vitioſus erit, nam per caſtrationem
nihil de fortitudine remittitur, nec de utilitate ali-
quid auſertur; cum ad generandum nunquam ido-
neus fuerit, nec etiam ante caſtrationem. In
hoc ergo diſcrimen ſentit Ulpian. inter homines,
& mulum, qood illi caſtratione efficiantur morbo-
ſi debilitate, & impotentes ad generandum, quod
in mulo ſecus eſt. In confirmationem ſuæ ſenten-
tiæ Ulpianus aliam Cælii ſubjungit, ſcribentis non
omnia animalia caſtrata ob idipſum vitioſa eſſe,
niſi propter ipſam caſtrationem facta eſſent imbe-
ciliora, qui etiam infert mulum propter caſtra-
tionem non eſſe vitioſum, ex ipſa Ulpiani ratio-
ne. Animadvertas precor, in his omnibus non
expreſſiſſe Conſultum actionem, quæ competitura
erat pro ſervo, vel animali vendito caſtrato, ſed
ſolum præfinire, quando ex caſtratione morbus,
ſeu vitium oriretur: & tandem ſubdit Ofilii ſen-
tentiam, in qua difficultas, & deciſio reſponſi
(quam ex relatione Cælii dat,) equum caſtratum
ſanum eſſe, ſicut ſpado quoque ſanus eſt; & ideò
ſi venditor equum caſtratum ſciens vendiderit,
ignorante emptore, competere ex empto actio-
nem, quam ſententiam Ulpianus probat, & me-
rito. Diſtinctionis ratio, ut competat actio ex 25
empto, non redhibitoria inde procedit, quia
equus caſtratus ſanus eſt, licet debilior & inutilis
ad generandum caſtratione effectus fuerit, imò
Ariſtoteles *Libr.* 9. *de hiſtor. animal. Cap.* 50. re- 26
fert, omnia animalia, ſi dum creſcunt caſtrantur,
majora & elegantiora, quam incaſtrata evadere;
Conrad. Heresbachius *Lib.* 3. *de re ruſtica*, uti-
les ad multa hos equos dicit: M. Cato Cenſori-
nus canterio vehebatur, laudante Seneca *Epiſtol.*
87. ſane equi ſecti ſani ſunt, & in multis utilio-
res, quam integri, non magis quam ſpado, qui
quamvis generare non poſſit, ſanus eſt, ex ſen-
tentia Ofilii. Inde eſt redhibitoriam actionem
non competere, quæ propter vitium corporis da-
tur, & quamvis caſtratione ſeu ſectione debilio-
res equi efficiantur, id vitium animi eſt, propter
quod redhibitoria ex certo principio Juris compe-
tere emptori non potuit, ſed actio ex empto *l.* 1. 27
§. item Vivianus 10. *cum §. fin. & legib. ſequenti-
bus, D. de Ædilit. edict.* niſi forte in ipſa vendi-
tione ſpecialiter exceptum eſſet de vitio animi:
veluti ſervum non eſſe erronem, fugitivum; jumen-
tum non eſſe pavidum, calcitroſum *l. ob quæ vitia*
4. *§. idem Pomponius* 3. *cum ſeq. D. de Ædilitio edict.*
Unde provenit, qood cum equus caſtratus ſanus ſit,
licet debilior, redhiberi non poſſit; ſed emptori
competet actio ex empto. Idque etiam ex regula
alia, quia hæc actio ex empto competit; quotie-
ſcumque non bona fide venditor in contractu ſe geſ-
ſit, ſi tacuit aliqua, de quibus certum fuit, *l.* 1. *§.*
1. *D. de act. empt.* undè cum venditor ſciret caſtra-
tum equum emtor ignoravit, merito ſubticentia 28
illa ex empto competet actio, forte emptor pote-
rat, volebatve equo uti admiſſuram, ad rem mi-
litarem, ad quam equi fortes, & acres neceſſarii
ſunt, & hæc ſufficiant pro enodatione Ulpiani
aliorumque reſponſi, ad quod peragendum pul-
chram nobis cauſam præſtitit ratio antiquitatis hu-
jus: de caſtratione hominis, an Ædilium edicto
redhibitorio contineatur, nihil nunc damus, nam
inter homines, & animalia diſcrimen conſtituit
Ulpian. *dict. §.* 7.

Redeo denique ad inſtitutam viam; ſive ad op- 29
pugnandum eruditiſſimi Cerdæ interpretationem,
nunquam ſane illa noſtri Statii *juvat ora tueri, &c.*
equi Domitiani convenire poterant, nam idem
poëta infra eadem ſilva eaſdem blanditias repe-
tit

tis Imperatori, ſentiens præmaxime captari illis.
Diſcitur è vultu, quantum tu mitier armis,
Qui nec in externos facilis ſævire furores
Das Cathis, Daciſque fidem.
Vide à vultu Cæſaris argumentum animi, id eſt
manſuetudinis ejus, etiam inter arma, & debel-
lationes rebellium. Ex quibus certum damus *no-*
tas belli, Papinii non de maculis albis equo ac-
cipiendas eſſe, ſed longe aliter reſpectu ſeſ-
ſoris.
30 Altera, & longe diverſa Jani Parrhaſii fuit, qui
interpretatione *notas belli* in Domitiano intellige-
bat vulnerum cicatrices, quibus duces, & mili-
tes gloriari ſolent in virtutis, & fortitudinis in-
ditium, tanta in hoc carmine omnibus difficultas
viſa fuit, quod per epiſtolam circa ejus verum in-
tellectum conſoleretur Parrhaſius, ut legimus *ſyl-*
loge 1. de quæſitis per epiſtolam, *Epiſt.* 56. quem
poſtea ſecutus fuit Bernartius in notis ad ſilvas
Statii. Probat optime Parrhaſius ex Macrobio Sa-
31 turn. 2. *Saxo in expeditione percuſſum, ac notabili*
cicatrice in fronte deformem, nimium tamen ſua opera
jactantem, ſic leviter caſtigavit Auguſtus, at tu cum
fugies nunquam poſt te reſpexeris. Plinio natur. hiſt.
Lib. 7. *Cap.* 28. *L. Sicinnius Dentatus qui*, *&c.*
centies vicies præliatus, octies ex provocatione victor,
45. *cicatricibus adverſo corpore inſignis, nulla in ter-*
go, & infra idem de Manlio Capitolino. *Ante de-*
cimum ſeptimum annum bina ceperat ſpolia, primus
omnium eques coronam muralem acceperat, ſex civi-
cas. 37. *dona*, 33. *cicatrices adverſo corpore excepe-*
32 *rat.* Sic ſane lego *triginta tres cicatrices*, nam A.
Victor *de viris Illuſt. Cap.* 24. ſic refert, *Manlius*
ob defenſum Capitolium Capitolinus dictus, ſexdecim
annorum voluntarium militem ſe obtulit, triginta ſep-
tem militaribus donis à ſuis ducibus ornatus, triginta
tres cicatrices in pectore habuit. Salluſtius in frag-
ment. hiſtor. *Cominus faciem ſuam oſtentabat ali-*
quot adverſis cicatricibus, & effoſo oculo, quo ille de
honeſtamento corporis maxime lætabatur, neque illis an-
xius, quia reliqua glorioſius retinebat (forte de Ser-
torio loquitur): ſic eam cicatricum gloriam dant
Plutarch. *Antigono, Annibali, Macedoni Philippo.*
Quibus addo T. Livium *Lib.* 2. *qui anno ab U. C.*
259. *Appio Claud. & P. Serv. Conſulib.* De quo-
dam nexo ob æs alienum, ſic fatur. *Noſcitabatur*
tamen in tanta deformitate, & ordines duxiſſe aiebat,
aliaque militiæ decora, vulgo miſerantes eum jactabant,
ipſe teſtes honeſtarum aliquot locis pugnarum cicatri-
ces, adverſo pectore oſtentabat. Noſter Statius *Lib.*
4. *Theb. v.* 112. de Tydeo.
Undique magnanimum pubes delecta coronant
Oeniden hilarem bello, notiſque decorum
Vulneribus.
Iterum Livius *Lib.* 45. *Ego ter, & vicies cum ho-*
ſte per provocationem pugnavi, ex omnibus cum quibus
manum conſerui, ſpolia retuli, inſigne corpus honeſtis
cicatricibus, omnibus adverſo corpore exceptis, habeo.
Præclare Cicer. *Lib.* 5. in Verrem in principio
ipſe (M. Antonius) *arripuit M. Aquilium, conſti-*
tuitque in conſpectu omnium, tunicamque ejus à pe-
ctore abſcidit, ut cicatrices Pop. Romanus, judiceſque
aſpicerent adverſe corpore exceptas. Simul, & de illo
vulnere, quod ille in capite ab hoſtium duce acceperat,
multa dixit, eoque adduxit eos qui erant judicaturi,
&c. quod Antonii factum iterum refert *Libr.* 2.
de Oratore, num 46. Alexander apud Q. Curtium
Libr. 4. dum ſuos Macedonas numero pauciores
hortatur in barbaros, inter alia verba, ſic inquit,
Se ante prima ſigna dimicaturum; ſpondere pro ſe quot
cicatrices, totidem corporis decora: ſcire ipſos unum
pene ſe prædæ communis exſortem. Sic ergo erat,
quod cicatrices vulnerum acceptorum ab hoſtibus
gloriæ multum honoriſque tribuerent, militibus
ducibuſque, & glorioſe ab illis oſtentarentur, ut
ſic videatur merito Parrhaſium, & Bernartium in-
tellexiſſe Domitiani notas, cicatrices bellicas ob-
ſervatas in Colloſſo in gloriam virtutis ejus, &
bellorum, quæ adverſus Dacos, & Cathos geſſe-
rat. Juvat optime interpretationem Ulpiani ſen- 33
tentia *in l.* 1. *§. fin. D. de fugitivis*, qui appella-
tione notarum cicatrices venire reſpondet, ibi:
Notæ autem verbo etiam cicatrices continentur.
Iſta autem eruditus quicunque probabit, ſed 34
Juris interpres forte difficilius admittet, cum in
Jure noſtro cicatrices, in ore præcipue, deformi-
tatem, & infamiam aliquam præ ſe ferunt. Sic
vere dubitavit Ulpian. an actioni redhibitoriæ eſ-
ſet locus, ſi ſervus venditus leve vulnus haberet,
tanquam illo reproba ſervi conditio indicaretur,
& adverſus leges venditionis ſervum eſſe facine-
roſum, & reprobum, *l.* 1. *§. proinde* 8. *D. de Æ-*
dilit. edict. ibi: *Vulnuſculum modicum nullum ha-*
bet in ſe delictum, & in l. 4. *§. fin. D. eod. titul.*
ibi: *Aut mediocre ulcus.* Unde eleganter Ulpian. 35
ſcripſit in *l. locum* 17. *§.* 1. *D. de uſufruct.* uſufru-
ctuarium, *nec ſervum cicatricibus deformare poſſe.*
ex his intelligitur, *l. ſi ſervus* 27. *§. rupiſſe* 17.
D. ad l. Aquil. ibi: *Cæterum ſi nullo ſervum pretio*
viliorem, deterioremve feceris, Aquilia ceſſat. Sen-
tiens Conſultus propter deformitatem vulneris in-
flicti ſervo Aquiliæ actioni locum eſſe. Ex quo 36
principio movit quæſtionem Gaius *in l. fin. D. de*
his qui dejecerunt, vel effuderunt, an deformitas ex
vulnere dato homini libero æſtimationem reci-
piat, cum mercedes medicorum, curationis im-
pendia, operæ, quibus vulneratus caruit, cari-
turusve eſt, quia inutilis factus eſt, in condem-
natione venire debeant, ſed aliud tamen reſolvit
in deformitate in illis verbis. *Cicatricum autem,*
aut deformitatis nulla fit æſtimatio, quia liberum cor-
pus nullam recipit æſtimationem. Idem reſpondit
in l. 3. *D. ſi quadrupes pauperiem feciſſe dicatur: ſci-*
licet, ut non deformitatis ratio habeatur, cum liberum
corpus æſtimationem non recipiat, ſed impenſarum in
curatione factarum, & operarum amiſſarum, quaſque
amiſſurus quis eſſet inutilis factus. Servi equidem 37
deformitas ex cicatrice æſtimabilis eſt; non ſic
hominis liberi, ut reſponſa præſcripta docent, &
diſtinguunt, probantque practici infra referendi,
qui quæſtionem movent, ſi in virgine innupta ci-
catricis deformitas ex vulnere illato, æſtimabilis
ſit, cum deturpata pulchritudo difficilius maritum
invenire poſſit, aut ditiori dote nubere debebit,
de qua quæſtione conſule P. Placam *in epitom de-*
lict. Lib. 1. *C.* 6. *à num.* 32. A. Gomez *tom.* 3.
var. C. 6. *nu.* 12. late Proſper. Farinac. 1. *tom.*
pract. criminalis tit. 3. *q.* 18. *à num.* 97. *cum ſeqq.*
Covar. *Lib.* 2. *var. Cap.* 20. *n.* 7. verſ. *Quarto*
eodem Jure, P. Cavall. *reſolut. crim. cent.* 3. *caſu*
248. *à n.* 20. qui alios plures referentes, reſol-
vunt in innuptam cicatricis æſtimationem dari
propter deformitatem. Sed hæc difficultas, ſi 38
alia non obſtarent Parrhaſio, parum nos remora-
retur, quominus aſſentiremus ipſi; nam cicatrices
vulnerum in bello exceptorum pulcherrime or-
nant præferentes, ea eſt militiæ gloria, id eſt vir-
tutis ornamentum, quod ab ipſa deformitate elu-
ceſcat pulchritudo, ut in ſimili noſter Cæſar Juſti-
nianus ſcripſit, de illis qui in acie perierant *in*
princip. inſt. de excuſat. tut. Hi enim qui pro Re-
publica ceciderunt in perpetuum per gloriam vivere in-
telliguntur. Aliud in vulnere quo turpatur facies
extra militarem virtutem, deformitas enim illa ac-
cuſat cicatricem, ſeu notam præferentem, diſ-
famat ejus conditionem, & tanquam inurit, de-
linquentium nota. His cunctis ſecuriſſime accedo 39
ad interpretationem Capitis *lator* 11. *diſt.* 55. quod
eleganter illuſtrabatur ab eis; certum eſt, defor-
mes vulnere, mutiloſque membris ad ſacros non

promovendos eſſe ordines, c. ult. & pen. & totus
tit. de corpor. vitiatis, quod erudite illuſtrat Tiraq.
in leg. Connub. l. 2. *n.* 59. quem dare ſufficit, in
ipſo captivitatis conflictu, ſiniſtræ manus digitum
abſciſſum deduxit, dubitabatur ſi dignus eſſet pro-
movendi ad ordines ſacros, & reſpondet Pontifex
conſulenti Mentenſi Epiſcopo, nihil ei obſtare
abſciſſionem digiti ad ordinum ſuſceptionem, quia
à paganis non ſponte eam acceperit: ſi ergo pro-
pter delictum mutilatus fuiſſet, ſi propter culpam
deformitatem contraxiſſet, tunc indignus reputa-
retur ordinibus, *dict. tit. de corpor. vitiat.* ſecus ſi
ſtrenue agens ab hoſtibus acceperit, vel involun-
tarie, ſine culpa aliquo caſu, quid eſt enim ei
quod imputetur his caſibus?
40 Sed adhuc hæc Parrhaſiis, & Bernartii interpre-
tatio, quamvis avidiſſime exceperimus, ut hæc
Juris reſponſa luſtraremus; tamen non convenit
Papinii *notis*, nec ſubjecto Domitiani, & merito
eam reprobarunt Gevartius, & Emericus Cruceus
41 *in commentariis ad Statii ſilvar.* Nec ego moveor
ad id fundamento Gevartii, qui ex Dione pro-
bat, Domitianum ex Germania reverſum fuiſſe,
nullo hoſte viſo, & ſic nullas ex vulneribus acce-
ptis ab hoſtibus cicatrices habere potuiſſe, nec
ideò in Colloſſo ſculpi potuiſſe: nam quamvis cer-
ta ſit Dionis ſententia, potuit Papinius, qui in
his ſilvarum libellis varia generie blandimenta ſe-
rit ſuo Imperatori, & ornare Cæſaream faciem,
in virtutis gloriam, vulnerum cicatricibus, ſic
42 elicimus ab ipſo poëta in hac *ſilva* 1. *ibi.*

—— Qualem modo frena tenentem
Rhenus, & attoniti vidit domus ardua Daci.

Et ibi,

—— Tu bella Jovis, tu prælia Rheni,
Tu Civile nefas, tu tardum in fœdera montem
Longo Marte domas

M. Valer. Martial. *Lib.* 8. *Epigra.* 65. loquens
de Domitiano.

Hic ſtetit Arctoi formoſus pulvere belli
Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar.

Nunc conſidera ſi potuit vates cicatrices belli tri-
buere Domitiano, cum tantum bellicum honorem
ei ſuggerat, in quo ei ultimum tradidit, dum
fingi cum Domitiano loquentem celeberrimum
M. Curtium bis v rbis.

—— Quod ſi te noſtra tuliſſent
Secula, tentaſſes, me non audente, profundos
Ire lacus, ſed Roma tuas tenuiſſet ha enas.

43 Ea enim eſt vis adulationis mentiri fingendo facta,
aut voces, quibus magis capiatur Dominus: pul-
chre M. Ann. Lucan. *Lib.* 5. *Pharſal. v.* 385.

Namque omnes voces, per quas jam tempore tanto
Mentitur dominis, hæc primum repperit ætas.

Corn. Tacitus *Lib.* 1. Annal. in principio. *Tem-*
poribuſque Auguſti dicendis non defuere decora ingenia,
donec gliſcente adulatione deterrerentur. Sed Parrha-
ſii, & Bernartii opinationes fortius inde repello,
quia omnes equum Maximum deſcribentes, velu-
44 ti Bart. Marlian. *Lib.* 3. *Cap* 20. *de antiq. urbis*
topographia, P. Victor *de urbis Romæ reg. region.* 8.
Pompon. Lætus *in libello de antiq. urbis Roman.* &
Valer. Martial. *pluribus in locis*, aliique hiſtorici,
vel expreſſe non exponant, aut tacite innuant
Domitiani cicatrices, aut dimicando accepiſſe
vulnera, aut eorum veſtigia in facie Cæſareæ ſta-
tuæ remanſiſſe, aut ipſum Imperatorem viventem
in ore prætuliſſe: ad quod audi Suetonii locum, qui
45 *in ejus vita Cap.* 18. *in principio* Domitianum depin-
git. *Statura fuit procera, vultu modeſto, ruboriſque*
pleno, grandibus oculis, verum acie hebetiore, præte-
rea pulcher ac decens, maxime in juventa, & quidem
toto corpore exceptis pedibus, quorum digitos reſtrictio-
res habebat, poſteà calvitio quoque deformis, & obeſi-
tate, & crurum gracilitate, quæ tamen ei valetudine
longa remacruerant. En tibi adeſt vera Domitiani
imago, quæ tam ſtricte, & accurate depicta, ut
cognoſcas, pedum digitos reſtrictiores habuiſſe,
fide dignum non eſt, quod Tranquillus, non omit-
teret Domitiani cicatrices, ſi in ore Domitianus 46
haberet, Colloſſus autem veram Domitiani imagi-
nem repræſentabat, probant ſcriptores dati, &
Statius in eadem Sylva,, ibi.

—— Siculis an conformata caminis
Effigies?

Et ibi.

Nec vera majora putes, par forma decorque,
Par honor.

Ex quibus deducimus Domitianum eas vulnerum
notas in facie non habuiſſe, nec in Colloſſo de-
pictas, & ſic non potuiſſe Statium ſupponere de-
ſcribentem illam equeſtrem ſtatuam.

Sed ratione ſubtiliori alia non ferrem Parrhaſii,
& Bernartii judicia, conſiderata ſuperbiſſima ela-
tione Domitiani, nam hujus monſtri vanitas, &
ſuperbia inopina in tantum prorupit, ut edicto
caverit ſe nuncupari Deum, divinoſque honores
occupatus fuerit, Martialis *Lib.* 7. *Epig.* 1. de 47
Lorica ejus.

Felix ſorte tua es, ſacrum cui tangere pectus
Fas erit, & noſtri mente calere Dei

Idem Lib. 5. Epig. 3.

Sors mea quam fratris melior, cui tam prope fas eſt,
Cernere tam longe, quem colit ille Deum.

Et Lib. 2. Epig. 24.

—— Quod ſi Deus ore ſereno
Annuerit.

Et Epig. 59.

Ipſe jubet mortis te meminiſſe Deus

Et Lib. 5. Epig. 8.

Edictum domini Deique noſtri.

Sueton. Tranquill. in eo *Cap.* 13. *Pari arrogantia*
cum procuratorum ſuorum nomine formalem dictaret
Epiſtolam, ſic cœpit: Dominus, & Deus noſter ſic
fieri jubet, unde inſtitutum poſthac, ut ne ſcripto qui-
dem ac ſermone cujuſquam appellaretur aliter. Prin-
cipio tamen contentus fuit videri ſe fratrem Dei,
id eſt Titi, quare eum dicavit cœlo. *Plin.* in Pa-
neg. *Dicavit cœlo Tiberius Auguſtum, ſed ut maje-*
ſtatis numen induceret; Claudium Nero, ſed ut irride-
ret, Veſpaſianum Titus, Domitianus Titum, ſed il-
le ut Dei filius, hic ut frater videretur. Sed Domi- 48
tiani impudentia in tantum excrevit, ut cum au-
diret virginis filium terrarum orbis obtenturum
ſceptrum, voluit ſe nuncupari filium virginis Pal-
ladis, ut judicaretur ille, quem vatum præſaga
oracula annunciabant: cujus vanitatis cauſa in ho-
norem Palladis plures ludos inſtituit, ut ex Philo-
ſtrato *Lib.* 2. Sueton. *in eo c.* 4. & aliis nos do-
cuit P. Matthæus Rader. *in commentario ad Mar-*
tial. Libr. 5. *Epig.* 1. & *Lib.* 7. *Epig.* 1. ſed om-
nes iſtos furores vanitatis uno carmine compre-
hendit Martialis *Lib.* 6. *Epig.* 10.

Dic precor O noſtri, dic conſcia virgo Tonantis.

Nunc ergo quis honor tam ſuperbo Deo tribuere- 49
tur fœdando veſtigiis vulnerum faciem ejus? Imò
vulnera mortalem non immortalem eſſe denun-
ciarent. Latenter, & caute ſimile argumentum
objicit Virgilius *Lib.* 10. *Æneid. v.* 29. dixerat
enim Homerus vulneratam Venerem à Diomede
fuiſſe in excidio Ilii, quod reſpexit J. Barclaius
Lib. 5. *Argen.* in Nicopompi poëmate ad reſti-
tutam Poliarchi ſalutem.

I precor, arcanos plagis infunde liquores
Qui ſuperant mortem, qui ſaucia numina curant,
Sive Meus Mavors, Phrigio, ſeu pulvere læſa
It Venus, & ſtrictum Tydeidæ exhorret ad enſem.

Quod Homeri dictum tacite reprehendit Virgi-
lius, Venerem ipſam inducens loquentem.

—— Equidem credo mea vulnera reſtant,

Et

Et tua progenies mortalia demoror arma.
Quod ponderat ibi *num.* 15. eruditiſſimus Cerda, per admirationem argumentatur Venus, quia cœleſtibus accolis indignum, & impium eſt, ab ali-
50 quo percuti mortali. Idem Cerda in elogiis Virgilii *Cap.* 4. *de Homero*, ubi inter alias incurias hanc objicit Homero ex Chriſoſtomo *oration.* 2. addo optimum locum D. Cyprian. *tract.* 4. *de idolorum van. Melicertes, & Leucothea præcipitantur in maria & fiunt poſt modum maris numina: Caſtor, & Pollux alternis moriuntur, ut vivant: Æſculapius, ut in Deum reſurgat, fulminatur: Hercules, ut hominem exuat, Oeteis ignibus concrematur*, & infra. *Antrum ejus in Creta viſitur, & ſepulchrum ejus oſtenditur* (Jovis) & infra. *eſt & Venus calva, multo hæc turpius calva, quam apud Homerum vulnerata.* Sed expreſſior eſt idem Virg. 12. *Æneid. V.* 797.
Mortalem' decuit violari vulnere Divum?
Ubi Cerda, *num.* 7. adducit Eurip. in Oreſte
An aliquis Deorum ſauciabitur manu mortali?
Et in Medæa.
Nefas eſt, Deorum ſanguinem cadere ab hominibus. Explicat Cicer. *de natura Deor. Lib.* 2. *Non enim venis, & nervis, & oſſibus continentur* (Dii) *nec iis eſcis, aut potionibus veſcuntur, ut nimis acres, aut nimis concretos humores colligant: nec his corporibus ſunt, ut aut caſus, aut ictus extimeſcant, aut morbos metuant ex defatigatione membrorum.* Cum
51 his illuſtro eruditiſſimum Heliodorum *Lib.* 1. *Æthiop.* circa illum tractum, quando latrones Ægyptii decepti Charicleæ pulchritudine ſuſpicabantur eam eſſe Deam, aut Dianam, aut loci præſidem Iſidem, ſed cum viderunt Theageni circumſuſam flentem & oſculantem ſemimortuum vulneribus, in aliam iverunt ſententiam, & ſubjicit verba. Ταῦτα ὁρῶντες οἱ λῃσταὶ πρὸς ἑτέραν ἐτράποντο γνώμην μεταβάλλοντες. καὶ πῶς ταῦτα ἂν εἴη Θεοῦ τὰ ἔργα λέγοντες; πῶς δ' ἂν νεκρὸν σῶμα φιλοῖ οὕτω περιπαθῶς. *Quod cum animadverterent Ægyptii, mentem in aliam mutavere ſententiam, an hæc ſunt opera Deæ? Mortuumne oſcularetur numen tanta commiſeratione?* merito dubitabant, ſi, quos ſuſpicabantur Deos, unum flentem, & alterum interfectum viderent. His convenit Catholica veriſſimaque Eccleſiæ ſententia (quam impii, & reprobi hæretici protervè incuſant) Chriſtum Dominum noſtrum, Bonum, Optimum, Maximumque, *paſſibilem carne fuiſſe, eundem impaſſibilem Deitate*, quæ refertur *in l.* 7. §. 1. *C. de ſumma Trinitat.* παθητὸν σαρκὶ τὸν αὐτὸν 52
ἀπαθῆ θεότητι, cui adjungo magnum illum Athanaſium, ingens propugnaculum fidei, in oratione: unum eſſe Chriſtum. *Oculis igitur, & auribus cognoſcit eundem ſimul Deum, & hominem, ſi enim Deus dumtaxat fuiſſet, quomodo paſſus fuiſſet? Quomodo denique aut crucifixus, aut mortuus cum alieniſſima ſint iſta à Deo? Rurſus ſi homo duntaxat, quomodo per paſſionem viciſſet, vivificaſſet. Hæc ſupra hominem erant, atque idem, & patitur, & ſervat, & per ipſam paſſionem victoriam parat, idem Deus, idem homo, idem utrumque ſimul, ut unum quoddam, & ſingulum, & ſolidum.* Latè B. Hilarius *Lib.* 10. *de Trinitat.* & paſſim alii ſancti Patres. Claudo denique argumentum, & Caput, ſi ita ſupra humanam naturam Domitianus ſe efferebat, & Deitatis excellentiam captabat, qualiter ei conveniret cicatricis honor, cum & apud ipſos Gentiles Dii haberentur invulnerabiles: injuriam ſane Papinius ſuo Imperatori injiceret, & exueret ſua vana divinitate, quod in præcautiſſimo vate credendum non eſt, & iſta ſufficiant contra Parrhaſium, & Bernartium. In ſequenti Capite dabimus alias interpretationes, & noſtram, & cum illis libabimus pulcherrimos noſtri Juris flores.

CAP. XI.

Inſiſtimus adhuc Statii Papinii loco è Sylva 1. Lib. 1. Silvarum à num. 1. Circa notas belli. *Gevartii interpretatio, à num.* 2. *Pulvere bellico conſperſi milites, & duces inducuntur, à num.* 3. *Firmatur ſententia Gevartii, quia pulvis bellicus magis ornat pulchritudinem, quam turpat, & fœdat, à num.* 4. *In Colloſſo Domitiani pulvis depingi potuit:* virtus pulverulenta *apud Senecam, à num.* 5. *Ab his illuſtratur* l unica, C. de Caſtrenſ. omnium Palat. peculio, Lib. 12. 6. *Pulvis pro* labore *accipitur.* 7. *Ex his explicatur*, l. milites. 15. C. de teſtam. milit. *de teſtamento militum in pulvere, à num.* 8. Pulvis *pro campo militari.* 9. *Pulvis eruditus in abaco geometricorum quis.* 10. *Stipendium militare an dicatur à pulvere* pulveraticum, *ſed agrimenſorum* pulveraticum, *jam apud omnes certum eſt, ex quadam* Theodoſii conſtitutione, *à nu.* 11. *Sed pro militari adducitur ſingularis*, l. contra 16. C Th. de Tiron. 12. *Judicum, & curialium pulveraticum* ex conſtitutione Novella Majorani, *& ex Caſſiodoro.* 13. *Rejicitur Gevartii interpretatio, à num.* 14 *Pulvis bellicus faciem deturpat. à num.* 15. *Papinius pulcherrimum dat Domitianum in Colloſſo.* 16. *Jubar quid.* 17. *Quo ſenſu pulverem decere, & ornare dicatur.* 18. *Contentio autoris cum leguleio, à n.* 19. *Honor pro pulchritudine.* 20. *Explicatur* l. civitatibus 122. D. de legat. 1. 21. *Teſtatoris verba in vulgari ſignificatione audienda ſunt.* 22. *Alia Gevartii interpretatio ad Statium, à num.* 23. *Principis facies quo decore apparere debeat, & Judicum, remiſſive.* 24. L. obſervandum 19 D. de officio Præſid. Cap. quando 86. diſtinct. *dantur.* 25. *Secunda Gevartii mens, quæ aliorum fuit, refellitur.* 26. *Sententia & interpretatio autoris proponitur, à num.* 27. *Domitianus in Colloſſo cataphractus.* 28. Chlamys *paludamentum militare.* 29. *Illuſtratur* l. fortiſſimis 3. C. de militar. veſt. Lib. 12. 30. *Apte expenditur* l. 1. C. Th. de habitu quo uti oportet intra urb. 31. *Explicatur Ulpian.* in l. veſtis 23. §. 2. D. de aur. & arg. leg. *ubi de chlamyde puerorum.* 32. & 33. *Pulchritudo probatur Domitiani.* 34. *Subtiliter aperitur Martialis mens & aliorum.* 35. *Cauſa celebrandi*

 ſæpius

ſæpius Domitiani venuſtatem. 36. *Adverſus iſta diſſolvitur difficultas ex loco Plinii, ubi de rubore Imperatoris.* 37. *Adulatio in ſuum Cæſarem Papinii invenitur.* 38. *Paraphraſis ad Statii verba ſubtilis circa controverſa carmina, à num.* 39. *Autoris judicium mirabilibus adſtruitur conſiderationibus ex antiquorum ſcriptis, in quibus lux datur Maroni, à num.* 40. *Iterum illuſtratur ipſe Maro.* 41. Pulcherrime horrere, & pulcherrimus horror *apud Barclaium, Statium & alios.* 42. *Terentii inſignis expenditur locus.* 43.

1 Dux iterum præclariſſimus Papinius nobis eſt, ut inveſtigemus in noſtro Jure antiquitates, aut ejus monumentis abſconditas, aut ſeculis jam evaneſcentes. *Notæ* equidem illæ *ſilvæ primæ* ſic ramis obumbratæ ſunt, quod inviſæ fuerint interpretum lynceis oculis. Poſt Cerdam, Parrhaſium, & Bernartium jam *Capite præcedenti* longe rejectos, hîc damus interpretationem Gevartii, qui in no-
2 tis ad hunc locum, belli *notas* accipit, pro pulvere belli, *quo magnos duces militia redeuntes etiamnum conſperſos, & ſordidos poëtæ deſcribunt* (verba interpretis ſunt) & ſane opinatio juvari videtur poetarum aliquibus carminibus, Horat. Flaccus *Lib.* 1. *Od.* 15.

—— Tamen heu! ſerus adulteros
Crines pulvere collines.

P. Virg. Maro 7. *Æneid. V.* 625.

—— Pars arduus altis
Pulverulentus equis furit,

Homer. *Iliad.* 22. de Hectore (latine ſic)

Is cum traheretur, oriebatur turbo pulveris, circumque comæ
Flavæ implebantur, caputque totum in pulveribus
Jacebat, olim gratioſum.

Noſter Statius Papinius 3. *Thebad. v.* 327.

—— Stant ſulti pulvere crines
Squallidus ex humeris cadit alta in vulnera ſudor.

Juvat eruditi Cerdæ tranſcribere locum, in 7. *Æneid. V.* 163. ibi: *Domitantque in pulvere currus*, in nota 5. ſic inquit, *pulchre etiam*, pulvere, *quæ magna eſt militantium nota.* Maxim. *diſert* 39, cum dicat turpe eſſe coronari abſque notis virtutis, inter alias adhibet, [illegible] Ammian. *Lib.* 21. *Exercitum pulvere coalitum Martio*, ibidem, *non niſi bellico pulvere indurati præficiebantur armis*, Marius apud Salluſtium, *Sudorem, pulverem, & alia talia relinquant nobis, quibus epulis jucundiora ſunt*, Plinius *Paneg.* loquens de hac ipſa exercitatione, *cum in illa meditatione campeſtri militaribus turmis Imperatorium pulverem, ſudoremque miſceres*,

3 Sed quod juvat maxime Gevartii interpretationem illud eſt, quod poëtæ, pulvere adhuc conſperſos duces, pulchros canant, & pulverem bellicum formoſum apparere. Horatius *Lib.* 2. *Od.* 1.

Audire magnos jam videor duces
Non indecoro pulvere ſordidos.

Claudian. in 3. conſul. Honorii

——. Si flamine crebro
Turbidus, & grato reſperſus pulvere belli.

Idem in 4. *conſult.* ejuſdem.

Ipſe labor, pulviſque decet, confuſaque motu
Cæſaries.

Sed omnino, & abſque ulla controverſia ſententiam Gevartii videtur aſſerere Martialis *Lib.* 1. *Epig.* 65. loquens de Domitiano.

Hic ſtetit Arctoi formoſus pulvere belli
Purpureum fundens Cæſar ab ore jubar.

4 Vide ipſum Domitianum pulvere belli formoſum, qui non Statii notas intelligemus pulverem iſtum, cum ſculptus in Coloſſo ſtaret, tanquam ſi Dacos, & Cathos debellaret? ſed firma magis interpretationem cum ipſo Statio qui *Lib.* 5. *ſilv.* 1. de ipſo Imperatore hoc carmen dat,

Cum te pulverea bellorum nube videret, Ipſemet autor notatum belli in Domitiano fingit eundem inter
5 pulveream bellorum nubem. Nec frigeat aliquis in hoc interpretamento, quod pulvis in Coloſſo depingi non potuerit, quia eam difficultatem jam præſolvit Seneca *Cap.* 7. *de vita beata*, dum *virtutem* (inquit) *in templis invenies, in foro, in curia, pro muris ſtantem, pulverulentam, coloratam, calloſas habentem manus:* vide pulverem in virtute depictam. Sic ſane eſt, quod pulvis paſſim à poëtis, & hiſtoricis detur in milite, in duce, in campo, in palæſtra, & illo pulcherrime deceant, magis quam imbelles, & effeminati equites, unguentis delibuti & cirrorum criſpatione, aut compoſitione formoſuli, aut magis turpiſſimi, O indigniſſima virilitatis effeminatio!

His accedo *ad l. unicam, C. de Caſtrenſ. omnium* 6
palatinorum Lib. 12. (tranſlata *à l.* 15. *C. Theod. de privileg. eorum qui in ſacro palatio militant*) in qua Conſtantinus caſtrenſis peculii palatinis privilegium communicat, qui hac juſta ratione movetur. *Sed nec alteri ſunt à pulvere, & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur: qui præſto ſunt ſemper actibus: quos intentos, & eruditos ſtudiis itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet*, quæ verba eleganter à præſcriptis illuſtrantur. Cæſar enim pulverem caſtrorum dixit, ut ſignificaret, pulverulentos milites; qui quidem pulvis tam proprius eſt, quod pulveris nomen adſumpſerit, ut in illo ſignificaret militum graviores ærumnas, & labores, ut verbo ſubſequenti explicat, nam pulverem *pro labore* accipi frequens eſt, ſic proprie ca-
piendus Horatius *Lib.* 1. *Od.* 1. 7

Sunt, quos curriculo pulverem Olympicum
Collegiſſe juvat,

Id eſt, laboraſſe in certamine Olympico, idem *Od.* 8. *Patiens pulveris atque ſolis*, quod jam notavit Paſſerat. *ad Propertium Lib.* 4. *elog.* 10. & comprobant præſcriptæ autoritates, ſed apertiſſime
dict. l. unica, quæ expoſitive pulveri addidit labo- 8
rem. Sed ipſe Cæſar Conſtantinus jam nos vocat ad elegantiſſimum undique reſcriptum *in l. milites* 15. *C. de teſtam. mil.* in quo ſumma proſequitur indulgentia militum ultimas voluntates, quod quomodocumque eas expreſſerint, ratæ habeantur: audi digna ſpiritu Gaii verba. *Proinde ſicut Juris rationibus licuit, ac ſemper licebit, ſi quid in vagina, aut clypeo litteris ſanguine ſuo rutilantibus adnotaverint aut in pulvere inſcripſerint gladio, ſub ipſo tempore, quo in prælio vitæ ſortem derelinquunt, hujuſmodi voluntatem ſtabilem eſſe oportet.* Duo caſus ſunt teſtamenti: unus, ſi in vagina, aut clypeo ſuo ſanguine heredem ſcripſerit miles: aut ſi ſub ipſo prælio mortali vulnere ſaucius in pulvere ſignaverit gladio heredem: cum decore pulverem prælii notavit, tunc pulvis ardente pugna, tunc pulverulenti milites, ut optime Virgilius 11. *Æneid. fumantes pulvere campos* dixit, ſcribere heredem in pulvere, id eſt in campo militari, ut loca tradita aperte probant.

Catullus de nuptiis Juliæ, & Manlii, Carm. 61. v. 206. 9

Ille pulvis Erythræi, (aut *Enthei* cum Scaligero).
Siderumque micantium
Subducat numerum prius, &c.

Horatius *Lib.* 4. *Od.* 6.

—— Aut impulſa cupreſſus Euro
Procidit late: poſuitque collum in
Pulvere Teucro

Unde illud Virg. Æn. VII. v. 163.

—— Domitantque in pulvere currus

Propert.

Propert. *Lib. 3. eleg. 20.*

Garyonis ſtabula, & luctantum in pulvere ſigna
Herculis, Antæique, Heſperidumque choros.

In pulvere ergo heredem ſcribere, eſt in ipſa arena, aut in campo militari, ad modum quo Ariſtippus philoſophus naufragio ad litus Rhodienſium ejectus Geometrica in eo ſchemata deſcripta invenit, quibus viſis, exclamaviſſe ad comites dicitur, *bene ſperemus, hominum enim veſtigia video:* quod, præter alios, M. Vitruvius Pollio *in præfatione ad Lib. 6. de Architectura* refert. Sed quid ſi in pulvere vaginæ, aut clypei pulvere conſperſi heredem ſcripſerit? de voluntate ſuſtinenda, non dubitatur; ſed de Conſtantini voluntate, quod ſic ſcripſerit in reſcripto, dubitari poterit, & id magis decorum videbatur, quod in pulvere vaginæ, aut clypei inſtitutionem fecerit, ad formam illius eruditi pulveris Geometricorum, quando adoleſ-
10 centes ad perdiſcendam Geometriam, ſeu alias affines artes conveniebat in gymnaſiis, & abacum pulvere deferebant conſperſum, in quo lineas ducerent, de quo more intelligendus Perſius *ſatyr.* 1.

Nec qui abaco numeros, & ſecto in pulvere metas
Scit riſiſſe vafer

Claudian. in conſul. Manlii

Invenit Ætheræos ſignantem in pulvere currus

Sic capiendus Apuleius Apologia 1. *quem tu librum Æmiliane, ſi noſſes, non modo campo, & glebis, verum etiam abaco, & pulviſculo te dediſſes*, Cicer. 5. *Tuſculan. homunculum à pulvere, & radio excitabit:* is eſt *eruditus pulvis* apud eundem 2. *de natur. Deorum*, de quo more videndus Caſaubonus, & alii interpretes *ad Perſium*, P. Colvius *ad Apuleium*, Joan. Brodæus *Lib. 1. Miſcel. Cap.* 1. Alciat. *Lib. 2. Parerg. Cap.* 26. Sed utrumque ſane accipi poteſt, *dict. l. milites* 15. id eſt, ſcribere heredem, aut in pulvere campi, aut in pulvere vaginæ, & clypei.

11 Tanto pulvere obruuntur, & honorantur milites; ſuſpicabar ſane, ſi ſtipendium militare inde diceretur *pulveraticum*, tanquam polvere, & labore quæſitum: ſed ridebunt forte antiquarii, audientes ſuſpicionem noſtram, cum certiſſima autoritate ſciant, pulveraticum, mercedem eſſe præbitam agrimenſoribus, ſive honorarium à pulvereo la-
12 bore: ad quod eſt expreſſa *conſtitutio Theodoſii, & Valentiniani*, apud Frontinum *de limitib. agror. Præcipimus* (verba ſunt) *itaque agrimenſoribus, ut pro laborum viciſſitudine geometricæ artis fundo, cui finem reſtituens in trifinii rationem ſteterit, & convenientiam trium centuriarum ibidem eſſe ſignaverit, tres aureos accipiant, abſque ſua pulveratica.* Aggen. Urbicus de limit. agror. *Agrimenſores tres aureos accipiant abſque pulveratico.* agnoſcunt J. Cujacius 4. *obſervat. Cap.* 16. Nicol. Rigalt. *in obſervat. & notis ad Frontin.* Alciat. *Lib. 2. Parerg. Cap.* 26. P. Colvius *in notis ad Apolog. Apuleij* Jacob. Guther. *de officiis domus Aug. Lib. 1. Cap.* 44. Sed adhuc ſic dijudico, & pro pulvere militari ſtipendium militare pulveraticum dictum fuiſſe, quod alibi non invenio obſervatum; moveor expreſſa conſtitutione *legis*
13 *contra 10. C. Theod. de Tiromb.* tractat de qualitate perſonarum admittendarum ad numerum militarem, & ſubdit, *ſervos etiam hujus autoritate edicti exhortamur, ut cum primum ſe bellicis ſudoribus offerant premium libertatis, ſi apti ad militiam arma ſuſceperint, pulveratici etiam nomine binos ſolidos accepturi, præcipue ſane eorum ſervos quos militia armata detentat.* Id probat etiam illud celebre carmen Ovidii.

Præmia militiæ pulverulenta ſequi.

Nam ſi pulveraticum agrimenſorum à pulvere nuncupatur, qui non, & majori fundamento ſtipendium militum pulveraticum dicetur, cum tota res militaris, & labor circumfundatur pulvere? Juvat *d. l. unica, C. de caſtrenſ. omnium Palatin. pecul.* ibi: *Sec nec alieni ſunt à pulvere, & labore caſtrorum, qui ſigna noſtra comitantur*, ſentiens ſtipendium militare ab illo caſtrorum pulvere provenire; & ideò illa ratione recte pulveraticum dicetur.
Eadem ipſa judicum, & curialium ſtipendium pul- 13
veraticum optime nominatur. *Novell.* Majorani *de Curialib.* ibi: *Strenarum, Kalendarum, ac pulveratici nomine a Curialibus nihil petatur* Caſſiodorus *Lib. 12. variar. epiſt. 15. Pulveratica quoque judicis funditus amputantes, trium tantum etiam dierum Præſulibus annonas præberi, ſecundum vetera conſtituta decernimus;* conducit *dict. l. unica*, in verbis datis, & iſtis ſequentibus, *qui præſto ſunt ſemper actibus, quos intentos, & eruditos ſtudiis, itinerum prolixitas, & expeditionum difficultas exercet.* In his enim actibus pulveraticum judicum conſideratur, & inſpicitur denominatio.

Sic tanquam pulvere conſperſi deſcendimus ad 14
varia reſcripta, & conſtitutiones noſtri Juris à pulvere Coloſſi ex ſententia Gevartii. Sed ab ejus ſententia omnino diſcedo, quia ſequentia verba expreſſe rejiciunt *par forma, decorque, par honor*, quæ ſummam pulchritudinem demonſtrant Domitiani, & commendant, non enim, pulvis bellicus, quamvis ornet, & illuſtret, & inde metaphorice pul-
cher dicatur, reddit pulchram faciem. Sed imò 15
fœdat, & turpat, Horat. *Lib. 1. Od. 6.*

——— Aut pulvere Troico
Nigrum Merionen?

Idem Horat. *Od.* 15.

——— Heu! ſerus adulteros
Crines pulvere collinet.

Valer. Flaccus *Lib. 1. Arg. v.* 13.

Namque poteſt ſolimo nigrantem pulvere fratrem

Statius ſic intelligendus *Lib. 1. Thebaid. v.* 421.

Non aliter, quam Piſæo ſua luſtra tonanti
Cum redeunt, crudiſque virum ſudoribus ardet
Pulvis.

Iterum Horat. *Lib. 2. Od.* 1.

Audire magnos jam videor duces
Non indecoro pulvere ſordidos

Sic capiendus Virg. 12. *Æneid. V.* 670.

Ardentes oculorum acies ad mœnia torſit
Turbidus.

Et 9. *Æneid. V.* 812.

——— Tum toto corpore ſudor
Liquitur, & Piceum (nec reſpirare poteſtas)
Flumen agit.

Id eſt Piceum flumen ſudoris cum pulvere mixti.

Statius 4. *Theb. v.* 261.

——— Et pulvere belli
Flaventem ſorde comam

Et idem 2. *Æneid. v.* 272. *de* Hectore tracto.

Raptatus bigis, ut quondam, aterque truente
Pulvere.

Quæ conſiderationes majoris vis ſunt in tanto amatore ſuæ venuſtatis Domitiano, qui enim pulcher ille Romanus Apollo depingi pateretur ſordidus, turbidus, & piceus? nugæ. Præcipue cum no-
ſter Papinius eundem Domitianum in Coloſſo de- 16
pingat pulcherrimum ibi. *Lib. 1. Silv. v.* 67.

——— Cum te prope noſſe, tuumque
Immortale jubar vicina ſede tueri

Quid enim *jubar*, niſi ſplendor Solis, Lunæ,
Luciferi aliorumque ſiderum *Virg.* 4. *Æneid. v.* 17
131.

It portis jubare exorto, delecta Juventus:

P. Herman. Hug. pia deſideris *Lib. 1. Emblem.* 1.

Cum redit Arctoo Titan vicinior axi
Exultat reducis quiſque videre jubar

Sed audi iterum Statium in eadem ſilva ad pulchritudinem Domitiani in Coloſſo. *v.* 102.

——— Et tua mitis
Ora Taras, tua ſidereas imitantia flammas
Lumina, contempto mallet Rhodos aſpera Phœbo.

Proba ſis nunc piceum pulvere Domitianum: Pulchritudo pulveris magis dicitur (ut dixi) metaphorice, ſeu metonimice propter ipſam virtutem, & gloriam, quam propter formam, & decorem ex-
18 tantem, apte P. Matth. Raderus *in commentar. ad Martial. Lib.* 8. *epig.* 65. ad illud, *formoſus pulvere*, inquit, *quim turpatus*, *& ſordidatus? pulvis enim non reddit formoſum, ſed inquinat: metonimia eſt pulvis bellicus ornat, non turpat, ſignificat enim fortitudinem, & certamen pugnantis*, ſic hoc ſenſu Seneca in loco dato, *virtutem pulverulentam* dixit, pulchre noſter Statius 4. *Theb. v.* 261. loquens de pulcherrimo Parthenopæo.

—— Tubas audire calens, & pulvere belli
Flaventem ſordere comam

Sordet ergo coma, licet flavens, & pulchra.

19 Quidam parum tinctus his humanioribus, ſeu pulcherrimis litteris, defendebat adhuc Gevartium ex eo quia in his carminibus fortitudinem militarem deſcriberet Statius, non pulchritudinem ejus, movebatur graviter ex illis, *par forma, decorque, par honor τῷ honore* (dicebat) virtutem militarem hic poëta ſignificabat, & ſicut virtus pulverulenta ex noſtra ſententia, id eſt pulchra dicebatur à Seneca, ſic
20 Domitianus. His auditis, occulte ſubriſi, & docui *τὸ honor* pulchritudinem ſignificare, idque apud antiquos frequentiſſimum eſſe, nec verbum ullum magis impugnare Gevartium, quam illud. Statim obtuli Virg. 1. *Æn.* dedi Cerdam.

—— Et lætos oculis afflarat honores

Et Statium in ſilvis. *Lib.* 2. *v.* 52.

O ubi venturæ ſpes non longinqua juventæ.
Atque genis optatus honos

Lucret *Lib.* 4.

Sed tamen eſto jam, quanto vis oris honore
Cui veneris membris, vis omnibus exoriatur

Petron. *in fragm.*

At totus tibi ſervit honor formaque Dearum
Fulges, & Venerem cæleſti corpore vincis.

Virgil. iterum 2. *Georg. v.* 404.

Frigidus, & ſilvis Aquilo decuſſit honorem.

Auſon. *Eidyl* 9.

Nec præferre ſuos auderet Tibris honores

Et infra *V*. 471.

Corniger extremas celebrando Moſella per oras.
Nec ſolis celebrande locis, ubi fronte ſupremo
Exeris auratum taurinæ frontis honorem.

Et Eid. 4. v. 31.

Nec Mora, ridentis Callathi patefecit honorem.

Mapheum in ſuo eleganti ſupplemento Maronis.

—— Quo ſplendidus altæ
Frontis honos?

Et iterum Statium 9. *Thebaid. v.* 504.

—— Multumque ſeveris
Aſperat ora minis, ſed frontis ſervat honorem
Ira decens.

Et *Lib.* 4. *ſilvar. in epul. Domitiani. v.* 43.

—— Tamen ore nitebat
Diſſimulatus honos

Claudian. 2. *de raptu.*

Nec membris, nec honore minor

J. Barclaium 1. *Argen.*

Sic roſeis ſtat forma genis, ſic frontis honore
Fulget apex.

21 Nec te turbet, (dixi) Paulus in *l. civitatibus* 122. *D. de legat.* 1. in qua diſtinguit Conſultus inter ornatum urbis, & honorem, & ab ipſo diſcrimine negare videtur nomen *honor* pulchritudinem ſignificare, quia ſi id ita eſſet, legatum in honorem civitatis deberet accipi pro relicto ad inſtruendum forum, theatrum, & ſtadium, in his enim pulchritudo civitatis conſiſtit, & tamen tribuit ea legato in ornatum civitatis relicto, & legatum in honorem accipit pro relicto in editionem ludorum, venationem, erogationem ſeu diſtributionem in populum, & alimenta certis miſerabilibus data perſonis, quia certum eſt, Conſultum non negare pro pulchritudine *τὸ honor* accipi poſſe, nec id poſſet, ſed in proprio ſuo ſignificatu, & ordinario teſtatoris verba accipit, *ſi in ornatum* datum legatum ſit, quis dubitabit, quim Teſtator voluerit publica ædificia ornare: *ſi in honorem*, quim curaverit dignitatem, autoritatem, gloriam, æſtimationem ejus, in quibus autoritas civitatis conſiſtit,
hæc enim eſt propria acceptio *τῷ honoris* inter alias 22
quas habet, ut tuus Calepinus te docebit; verba enim Teſtatoris, in propria, & ordinaria ſignificatione audienda ſunt, niſi regionis, aut Teſtatoris uſus mentem ejus ad aliam ducat, *l. librorum* 51. *§. quod tamen Caſſius* 4. *D. de legat.* 3. *l. Labeo, D. de ſuppel. leg. l. cum de lanionis* 18. *§. item cuccabos* 3. *D. de fund. inſt.* cum aliis multis interpretibus, quos in hanc rem congeſſit Velaſc. *in axiomat. Jur. litt. V. à num.* 23. nomen autem *honor* in Jure noſtro, & apud omnes acceptione ordinaria auditur, pro dignitate, nomine, autoritate, & æſtimatione, *l. nuper* 42. *D. de donat. inter. vir. & uxor. l. honorem* 10. *l. honor* 14. *D. de muner. & honor. l.* 2. *§. eod. tempore, D. de orig. Jur.* cum aliis quibus id comprobant Hotoman. Calvin. *in ſuis lexicis* Cornel. Brederod. *in Theſauro Juris.* Fontanell. *de pact. nupt. clauſul.* 4. *gloſ.* 17 *à num.* 1. Et ſic Paulus merito *τὸ honor* in ordinarium ſignificatum accepit, ut ſic voluntas Teſtatoris adimpleretur, qui creditur, ſic intellexiſſe. His auditis, erexit ſupercilia, & tacuit novus Statii hoſpes.

Sed cum Gevartius parum primæ interpretatio- 23
ni fideret, aliam propoſuit, quam majori animi fiducia amplexus fuit. Cenſuit ergo, in illis Pa-
pinium carminibus deſcribere ducis, & Imperato- 24
ris vultum, qua gravitate, & humanitate: qua majeſtate, & jucunditate apparere debeat. In judice jam expreſſi decorem vultus in noſtra recta Juris Civilis ſcientia; O ſi Deus annuat conatibus illis! O ſi adſpiret immenſo illi labori! pro cujus componendo vultu, multa hujus loci expendi, nunc tantum aliqua addam. Claud. *de 3 conſulat. Honor.*

—— Radiat quem torva voluptas
Frontis, & Auguſti majeſtas grata pudoris

Calpurn. Sicul. *Eclog.* 6.

—— Utcumque tamen conſpeximus ipſum
Longius, ac (niſi me decepit viſus) in uno,
Et Martis vultus, & Apollinis eſſe putant.

De Claudio Cæſare, dum legatis Parthorum præcepta dat, hæc Tacitus refert *Lib.* 12. *Annal. Addiditque præcepta (etenim aderat Meherdates) ut non dominationem, & ſervos, ſed rectorem, & cives cogitaret, clementiamque ac juſtitiam quanto ignota barbaris, tanto tolerantiora capeſſeret*, ſed de his ego plurima præcitato loco præſcripſi, in quo illuſtra-
mus *l. obſervandum* 19. *D. de officio Præſ. Cap. quan-* 25
do 4. *diſt.* 86. & alia præclariſſima Jura judicum, & Principum juſtitiam, & miſericordiam moderantia, atque illis vultus decorem componentia: quæ, Deo annuente, leges & dijudicabis. Quæ ſententia placuit Cruceo hic (quæ reapſe parum diſtat à ſua) & Jano Parrhaſio *de quæſit. per epiſtolam epiſt.* 56. *& aliis.*

Sed nimis audax, & extentus tropus eſt, ſignifi- 26
care ſeveritatem Imperatoriam per *notas belli*, multoque audacior judicandus ille, qui per illa verba poſita juxta ſubjectum tale, utpotè Imperatorem Domitianum inſtructum ita, ac ſi propemodum congreſſurus foret, ſubintelligi velit ſeveritatem, & non arma Domitiani, præcipue cum rectus ſenſus æquior, convenientiorque ſubjecto, quam ſubintellectus ſit. Quæro unde ſeveritas? Unde clementia? Qui & qualiter ſubintelligitur in illis carminibus? Cum mens Papinii,

nii, proprietaſque verborum abhorreat tali interpretamento, omnia enim verba diriguntur ad pulchritudinem Domitiani, quæ diverſa res eſt à clementia, & ſeveritate. Ratio illa decidendi Statii *par forma*, *decorque*, *par honor*, non poteſt eſſe ratio ſeveritatis, & clementiæ, ſed pulcherrimæ, & admirandæ faciei, immenſæque venuſtatis, qua conſideratione hic receptior intellectus mihi placere nunquam potuit.

27 Poſt tantas eruditorum Interpretum ſententias; quas aviditate Civilia Jura illuſtrandi (ea enim cura ſemper, & ubique nos circumſtat) hinc inde traximus; offero jam noſtrum judicium cenſuræ, & periculo. Sed ut certis argumentis fundemus illud: primo obſervo, ſtatuam Domitiani

28 equeſtrem fuiſſe: ipſumque Imperatorem inſediſſe equo, non ſolum galeatum, ſed circumſeptum armis à planta pedis, uſque ad verticem Capitis. Sic præter alios ſcriptores, loquentes de hoc Coloſſo, quos Capite præcedenti dedimus, cum ſolo noſtro Statio probabimus, & armabimus Domitianum, quod nullus audebit negare, nam abſolute inquit maximus poëta, extare Cæſarem, quaſi Germanos, & Dacos debellaret.

At te Palladiæ talem Germanice nobis
Effinxere manus, qualem modo frena tenentem
Rhenus, & attoniti vidit Domus ardua Daci?

Scutum attribuo illi, & quaſi formo ab illo difficillimo carmine, quod & multorum exercuit ingenia.

Dextra vetat pugnas, lævam Tritonia virgo
Non gravat, & ſectæ prætendit colla Meduſæ.

Galeam du ex illo verſu.

Ipſe autem puro celſum caput ære ſeptus
Templa ſuperfulges

Quid autem eſt ſeptum caput, niſi galea circumdatum? *Gladio* accingo inde.

——— *Latus enſe quieto*
Securum.

29 *Chlamyde* ab illo. *It tergo demiſſa chlamys:* & chlamydem paludamentum fuiſſe militarem perſpicuum eſt ex Virg. 8. *Æneid. V.* 588.

——— *Ipſe agmine Pallas*
In medio chlamyde, & pictis conſpectus in armis:

Unde apud eumdem 5. *Æneid.* v. 250. Militi certatori chlamys in præmium datur.

Victori chlamydem auratam quam plurima circum,
&c.

Valer. 6.

Nec levior comitatur Aron, horrentia cujus
Diſcolor arma ſuper, ſqualenteſque ære lacertos
Barbarica chlamys ardet acu.

Statius 5. *Thebaid.* v. 438.

——— *Chlamys huic, chlamys ardet, & illi.*

Idem *Lib.* 6. *Thebaid.* v. 570.

——— *Et torto chlamydem diffibulat auro*

Corippus *Lib.* 2. *num.* 4.

Cæſareos humeros ardenti murice texit
Circumfuſa chlamys.

Quod jam probarunt Robertus Valtur. *de re milit. Lib.* 10. *circa principium*, Juſt. Lipſ. *in eod. tractat. Lib.* 3. *dialog.* 12. Thomas Dempſter. *ad Roſin. Lib.* 10. *Antiq. Rom. Paralipom.* Cerda *ad Virgil. Lib.* 5. *not.* 7. Marcellus Donatus *in Capitolin.* ad Pertin. ibi: *Cirratas militares, & chlamydes caſtren-*

30 *ſes*, ad ea. Hinc intelliges *l. fortiſſimis* 3. *C. de milit. veſte Lib.* 12. *Fortiſſimis militibus nos per Illyricum, non binos tremiſſes pro ſingulis chlamydibus; ſed ſingulos ſolidos dari præcipimus.* Tractat de canone militarium veſtium, & ſignanter de pretio, contributione ad chlamydem, ut intelligas militarem eſſe veſtem. Sed in hanc rem apertiſſima eſt, & elegantiſſima Gratiani, & aliorum Cæſarum con-

31 ſtitutio *in l.* 1. *C. Theod. de habitu, quo uti oportet intra urbem. Sine exceptione* (inquiunt) *temporis matutini dumtaxat intra mœnia conſtitutus nullus Senatorum habitum ſibi vindicet militarem, ſed chlamydis terrore depoſito quieta colobiorum* (ſeu colobiorum) *ac penularum induat veſtimenta*, quod quidem reſcriptum certas conſtituit cæteras autoritates, & nos firmat contra Ulpian. *in l. veſtis* 23. §. 2. *D.* 32
de aur. arg. legat. ibi: *Puerilia ſunt* (veſtimenta) *quæ ad nullum alium uſum pertinent, niſi puerilem, veluti togæ prætextæ, alicula* (five caligulæ, quod non diſputo) *chlamydes, pallia, quæ filiis noſtris comparamus.* Nam quamvis chlamys fuerit indu- 33
mentum militum, ſic fuit etiam puerorum veluti, & Imperatorum, & venantium, viatorum, atque amantium aliorumque: ſic Andromache chlamyde donavit puerum Aſcanium, apud Virgil. 3. *Æneid. verſ.* 482.

Nec minus Andromache digreſſu mæſta ſupremo,
Fert picturatas auri ſubtemine veſtes
Et Phrygiam Aſcanio Chlamydem:

Sic puer Tyberius à Pompeia donatur chlamyde apud Sueton. *in eo Cap.* 6. Plautus in Mercator. *Act.* 5. *Scen.* 2. *verſ.* 71.

Optime advenient, puere cape chlamydem

Apuleius ſic intelligendus eſt *Libr.* 10. *Metam. Adeſt luculentus puer nudus, niſi quod ephebica chlamyda ſiniſtrum contegebat humerum:* quod agnoverunt interpretes in his locis, Donat. *ad Capitol. ſup.* Pareus *in lexico Plautin.* Roſin. *antiq. Roman. Lib.* 5. *C.* 31. & alii.

Secundo obſervo Imperatorem Domitianum 34
ore pulcherrimum fuiſſe, & quamvis id præcedenti Capite, & iſto, aliqua loca adduxerim, facileque id colligi poſſit ex multis aliis à nobis aliam rem agentibus expenſis, tamen, cum noſtra ſententia firmetur maxime hac prænotione, ſubdere decrevi autoritates aliquas acute animadverſas: addo ergo præſeminatis per hæc Capita Martialem *Lib.* 8. *Epig.* 21. in hunc ſenſum ſubtiliter 35
intellectum: loquitur de adventu Cæſaris in urbem.

Jam, Cæſar, vel nocte veni: ſint aſtra licebit
Non deerit populo te veniente dies.

Sic capio Plinium in Paneg. ad Trajan. *Et populus quidem Romanus delectum Principem ſervat, quantoque paulo ante concentu formoſum alium; hunc fortiſſimum perſonat.* Formoſus Princeps, ſcilicet Domitianus, ut & Lipſius *ibi n.* 16. voluit. Redeo ad Martialem *Lib.* 9. *Epig.* 24. *ad Charum*, qui ſtatuam Domitiani, quam domi habebat, corona oleaginea condecoraverat.

Aſpicis, en Domini fulgentes marmore vultus
Venit ad hos ultro noſtra corona comas

Emphaſim habent illa *fulgentes vultus*, ſed præclariſſimum eſt aliud ejuſdem poëtæ *Epigram.* 25. & dignum ingenio Hiſpano, ad eundem.

Quis pallatinos imitatus imagine vultus
Phidiacum Latio marmore vicit ebur?
Hæc mundi facies, hæc ſunt Jovis ora ſereni:
Sic tonat ille Deus, cum ſine nube tonat.

Et Lib. 9. *Epigram.* 67. ad Herculem ſub imagine Domitiani.

Alcide Latio nunc agnoſcende tonanti,
Poſtquam pulchra Dei Cæſaris ora geris.

Idem voluit, idem Epigrammatarius *Lib.* 4. *Epig.* 1.

Longa precor Pylioque veni numeroſior ævo,
Semper & hoc vultu, vel meliore nite.

Sed hoc expreſſe Sueton. Sine concinnitate carminis, in *Domitiano, Cap.* 18. Flav. Joſeph. *de bell. Jud. Lib.* 7. *C.* 24. (Latine ſic) *Domitianus autem adequitabat ipſe quoque ornatus pulchritudine.* Quæ pulchritudo adeo ſibi grata fuit, & complacuit, quod ſciret ſe ab ea, & verecundia commendari, quod ipſe in ſenatu attigit. *Uſque adeò,* 36
inquit, certe, animum meum probaſtis, & vultum. Sueton. *ſupr.* Cauſa autem, qua in tantum ejus pulchritudo celebrata ſit, deducitur ex illis, quæ docte animadvertit Cerda *ad Virgil. eclog.* 2. *verſ.* 17.

17. *in explicatione littera A.* inquirens, quare ſæpe ſæpius Virgilius Alexim formoſum vocet, & cauſam reddit in his verbis. *Præclare vero illud* O formoſe, *quia cum reſpectu ad initium eclogæ, quaſi ſæpe recurrat ad eoſdem ſcopulos, impingatque in eumdem lapidem formoſitatis, nam hæc una reddebat paſtorem infamem*, ſic & infra, *huc ades o formoſe puer.* Et ſic cum Domitianus captaretur valde hac blanditiarum plaga, jaculantur in eum omnes ſuam pulchritudinem, utpotè noſter Papinius, & Martialis.

37 Nec huic veriſſimæ antiquitati Domitiani pulchritudinis obſtat Plinius in Paneg. *Superbia in fronte, ira in oculis, femineus pallor in corpore, in ore impudentia multo rubore ſuffuſa*: nam imò hæc verba probant egregriam venuſtatem ejus, præcipue ſi τὸ *fæmineus pallor*, adjungas rubori illi, ſic in eo Suet. *d. c.* 18. *Statura fuit procera, vultu modeſto ruboriſque pleno, præterea pulcher ac decens.* Congruit optime Virgil. 12. *Æneid. V.* 65.

Flagrantes perfuſa genas, cui plurimus ignem
Subjecit rubor, & calefacta per ora cucurrit.

Claud. *Lib.* 1. de rapt.

——— *Niveos infecit purpura vultus*
Per liquidas ſuccenſa genas.

38 Plura alia accipies à P. Cerda ad *Virgil. hic*, venuſtus ſane Cæſar erat quamtumvis iram in oculis, impudentiam in ore præferret. Ex quo inſero, adulatorium eſſe illud noſtri Papinii, commendantis in præſenti Domitiani vultum à modeſtia, & decentia. Sic etiam intelligo Cornel. Tacitum in Julii Agricolæ vita in his de Domitiano verbis: *Cum denotandis tot hominum palloribus ſufficeret ſævus ille vultus, & rubor, à quo ſe contra pudorem muniebat.* Quæ impudentia effrenis magis ac magis, ſine dubio, crevit abſoluta poteſtate imperii; in principio enim rubor ejus pro modeſtia acceptus fuit Populo Romano, Tacitus *Lib.* 4. hiſt. *Quo die Senatum ingreſſus eſt Domitianus de abſentia patris fratriſque, ac juventa ſua pauca, & modica diſſeruit decorus habitu, & ignotus adhuc moribus, crebra oris confuſio pro modeſtia accipiebatur*, vide Alexan. ab Alexan. *Lib.* 2. *dier. Gen. Cap.* 19. Ex his acute conjiciebat Cruceus verba noſtra *mixta notis belli*: percipienda eſſe, quod per iram, & ſievitatem vultus demonſtraret militare os, temperatum pulchritudine, & rubore ejus, in quo pax: ſed quis crederet, objeciſſe ſuo Principi Principem poëtam iram, & impudentiam oris, quamvis ſub involucro verborum? Præcipue cum ſequentia excludant, ibi: *Par forma, decorque, par honor.*

39 Reſpectes rogo venuſtatem Domitiani eximiam, ipſumque, tanquam congreſſurum, circumſeptum armis in altiſſimo Colloſſo extare: ab his duc (utinam feliciter) noſtram ſententiam. *Juvat ora tueri.* Domitiani *mixta notis belli*, quia galea circumductam habebat faciem, & corpus inſtructum armis, cataphractum: ita ut denotaret bellum, arma enim notæ ſunt belli, ad id enim comparata ſunt; patet: procedit vates, *placidamque gerentia pacem*, hic ſubeſt Domitiani pulchritudo (cum ut jam probavi ſtatua ſculpta fuiſſet, & compacta ad formam ejus venuſtiſſimæ imaginis) quaſi dicat Statius: ora tua Domitiane, iſta venuſtate à natura donata ſunt, quod quamvis armatus ſis, caſſideque ora obumbrata habeas, & ſic mixta notis belli; tam inſignis eſt pulchritudo tua, ut delectetur viſum, juvetque ora tueri, ut inter armorum horrorem geras, & demonſtres pacem (ut in ſimili Lucan. de Pompeio dixit *Lib.* 9. Pharſ.

——— *Sed pacem armatus amavit*)

Prævaleatque vis rutilantis oris præſumptioni belli legitimæ ex armorum notis. Subtile, & dignum magno Papinio argumentum deductum ab oppoſitis, & contrariis. Procedit poeta. *Nec veris majora putes*, in quibus verbis tacitæ objectioni ſatisfacit, potuit enim incredibile videri, hyperbolicumque argumentum, quod prædixerat, potiuſquam veritati, & rationi ſubnixum, quid enim magis fide indignum, quam aſſerere hominem armatum, non bellum, ſed geſtare pacem, cum natura & ratio armorum contrarium dictent. Sed rationem ſeu argumenti ſtatim ſubjicit Statius in illis verbis, *par forma, decorque, par honor*, natura enim exhauſit penicilli artem pingendo, & elaborando Domitiani os, confluxeruntque in eum ſuæ potentiæ, ſapientiæque beneficia, & dona, ornando eum parem forma, decore. & honore (id eſt pulchritudine) & ſic nil mirum, ſi inter armorum notas gerere dicatur pacem. Sic enim blanditur Domitiano ſuus vates mirifice, ut credibile eſt ſui eximii ſpiritus, ejuſque benevolentiam captat modo magis ſpeciali, & conſono Imperatoris voluntati: ſed idem poëta ſatis hunc ſenſum aperit ibi.

Diſcitur è vultu quantum tu mitior armis

Et idem argumentum repetit in Domitiano. Sic ſane accepto Statio, nulla verba reſiſtunt, in ſua enim proprietate intelliguntur: nullum divinationis periculum imminet, congruunt ſane omnia antiquitati, Imperatoris vanitati, & ipſi Statio qui impingit ſæpe ſæpius ſuam venuſtatem Domitiano.

40 Sed quamvis noſter Papinius ſic intellectus placiturus ſit, ut ſpero, doctis acuti ingenii, tamen æquum duxi in ejus confirmationem aliqua inducere, quæ omnem dubitationis ſcrupulum evellant; & primo expendo Virgilium, qui hucuſque (ſalva multorum pace) non perceptus fuit, Maro ergo *Lib.* 7. *Æneid. Verſ.* 667. Aventioum Herculis filium depingit, pro galea geſtantem corium Capitis leonis, & caput horribilibus leonis ſetis impexum, quia ſetæ, & pili adhuc impexi, neque dum arte aliqua curati, ſed ita hiſpidi, atque ita adſtaret rictus, ac ſi rugeret leo: audi Maronem.

Ipſe (Aventinus) *pedes tegmen torquens immane leonis*
Terribili impexum ſeta, cum dentibus albis
Indutus Capiti, ſic Regia tecta ſubibat
Horridus, Herculeoque humeros innixus amictu.

Hic Virgilius vocat horridum Aventinum, & merito præferens ſpeciem leonis; at eundem paulo ſupra, in eadem pictura, & tractu pulchrum dicit.

Victoreſque oſtentat equos, ſatus Hercule pulchro
Pulcher Aventinus.

Quæ difficultas tanta viſa fuit Servio Honorato, quod pro *pulchro* fortem explicuerit, cui doctiſſimus Cerda ſubſcripſit *not.* 3. Ego autem à tam violenta interpretatione recedo, cognoſco Maronis mentem in verbis abſtruſam, eam fuiſſe, quod hoc verborum involucro voluerit efferre, & commendare Aventini venuſtatem, quaſi diceret, adhuc pulcher Aventinus eſt, licet horridus ſetis, dentibuſque galeatus leonis: ea eſt vis pulchritudinis, prævalere tanto horrori: ſed non mirum, inquit, latenter Maro, quod Aventini venuſtas præſulgeat, ſi *ſatus Hercule pulchro.* Hæc omnia verba in emphaſi ſunt, in eiſque reddit rationem ſui argumenti, ſi ſatus Deo Aventinus eſt, cum omnes Dii pulcherrimi habiti fuerint, ut notat ibi Pontan., merito pulcher Aventinus etiam in rictu leonis. Ad modum quo noſter Statius pulchritudinem Domitiani laudat inter armorum horrorem, & præferre pacem dicit, tanta ergo erat. In Turno invenio eandem Maronis mentem 11. *Æneid. v.* 486.

Cingitur

Cingitur ipſe furens certatim in prælia Turnus,
Jamque adeo Rutulum thoraca indutus ahenis
Horrebat ſquammis.

Cum de eodem idem poëta iofra dicat.

Fulgebatque alta decurrens aureus arce,

42 Et Lib. 7. v. 55.

—— Ante alios pulcherrimus omnes
Turnus.

Et alibi. *Hunc decus egregium formæ movet.* Eodem argumenti filo duco J. Barclaium 1. *Argen.* depingentem Palladem. *Hinc caſſide ad mediam frontem producta pulcherrime horrebat*, quem elegantiæ modum à ſuo magiſtro Statio, ſine dubio accepit 2. *Thebaid.* v. 715. ad finem in eadem Pallade.

Diva ferox, magni decus, ingentumque parentis
Bellipotens, cui torva genis horrore decoro
Caſſis.

Idem Statius 2. *ſilvar. Epiced. Pil. Vrſ.*

———— Blandique ſevero
Igne oculi. qualis belli jam caſſide miſſa.
Parthenopæus erat, ſimplexque horrore decoro
Crinis.

Adjungo Italicum de Scipion. *Lib.* 8. *V.* 560.

Martia frons, facileſque comæ, nec pone retroque
Cesaries brevior, flagrabant lumina miti
Aſpectu, gratuſque inerat viſentibus horror.

Quid eſt enim pulcherrime horrere, & decorus horror, quam pulchritudo Domitiani, & decor inter notas belli? quibus addo noſtri Papinii celeberrimum locum ex *Theb.* 9. *V.* 698.

Interdum criſtas hilaris jactare comantes,
Et pictum gemmis galeæ jubar. Aſt ubi pugna
Caſſis anhela calet; reſoluto vertice nudus
Exoritur. Tunc dulce coma, radiisque micantes
Dulce nitent viſus.

Id eſt, poſtquam aperitur nudus, & galea aperitur, in occiputque dejicitur, tunc comæ, & oculi etiam ioter armorum horrorem fulgent propter vim pulchritudinis, ſed fulgent *dulce*, nota in hoc verbo acutam poëtæ mentem. Graviter ſic ornat Romam Sidon. Apollinaris paneg. Major.

Sederat exerto bellatrix pectore Rôma,
Criſtatum turrita caput, cui pone capaci
Caſſida, prolapſus perfundit terga capillus
Lætitia cenſura manet, terrorque pudore
Creſcit, & invita ſuperat virtute venuſtas.

Idem voluit J. Barclaius 1. *Argen.*

Nec tu Lemniacis Mavors formoſior armis
Frena quatis

Sed ſingularis eſt locus Terentii *in Phorm.* Act. I. 43
Sc. II. qui noſtram aperte probat ratiooem.

—— Virgo pulchra, & quo magis diceres,
Nihil aderat adjumenti ad pulchritudinem,
Capillus paſſus, nudus pes, ipſa horrida,
Lacrumæ, veſtitus turpis, ut, ni vis boni
In ipſa ineſſet forma, hæc formam extinguerent.

Hæc habeo, quæ tibi offeram, erudite lector, circa præſtantiſſimi Statii Papioii controverſum locum, cujus pluma altiori volatu ſupervolat hominum mentes, & viſus.

C A P. XII.

In P. Virgilium, & J. Barclaium Criſis, (impugnantur Capite iſto, ſequenti propugnantur) ex Didonis, & Timocleæ equitatione à n. 1. *Equus acre, & belligerum animal.* 2. *Feminas militare Romanorum legibus prohibitum erat.* 3. *Sic & Græcorum.* 4 *Subtilis conſideratio in Propertio.* 5. *Decor Maniæ uxoris Zenis oppugnantis urbem à curru.* 6. *Et aliarum feminæ coronant murum, & ab illo belligerant.* 7. *Et ſecundum Platonem hæc fuit muliebris militia.* 8. *Etſi aliquando in acie adſtant ad commiſerationem, & animos bellatorum.* 9. *Niſi fera gens aliud admittat, & quæ.* 10. *Explicatur Plato.* 11. *Feminæ à feudi ſucceſſione excluſæ, an intelligantur Heroïnæ, & nomen militiæ dantes.* 12. *Ab Olimpico certamine feminæ arcebantur.* 13. *Et à Romanorum ludis.* 14. *Cenſura in Heliodorum.* 15. *Græcæ feminæ nec conviviis, foro, virorum cœtui adeſſe poterant.* 16. *Hunc morem reſpexit* l. optimam 14. C. de contrah. & committ. ſtip. & l. maritus 21. C. de procur. & aliæ ibi expenſæ. 17. *Romanæ matres primo carpentis vehebantur intra, & extra urbem.* 18. *Pauli Marſi, & Viti Ammerbachii error.* 19. *Poſtea pilenti, & carpenti uſus matronis interdictus.* 20. *Sed poſt Camilli promiſſionem exſolutam ex ornamentis mulicbribus, pilenta, & carpenta reſtituta ad ſacra, ludos, & feſtos dies.* 21. *Inde explicatur Virgil.* 22. *Adſtruitur Claudiano lectio.* 23. *Sacra pilenta unde dicta? ſacra nurus: veſtales pilentis vehebantur.* 24. *Supplentur Feſti verba, & integra dantur.* 25. Lex Oppia *de moderando matronarum cultu vehiculi honorem illis ademit.* 26. *Sed reſervavit ad ſacrificia, & publica ſacra.* 27. Oppia lex *per viginti annos obſervata, quando abrogata.* 28. *Poſt abrogationem libere matronæ utebantur pilentis, & carpentis.* 29. *Divinatio, ſeu conjectura de reſtituta* lege Oppia, *aut alia ſimili.* 30. *Acute ad id expenditur* C. Tacitus. 31. *Cæſarum temporibus Jus carpenti quibuſdam matronis conceſſum fuit privilegii loco.* 32. *Error Pithæi.* 33. Leges Oppiæ *mitigatæ: & poſtea admiſſæ carrucæ, ſellæ, lecticæ, donec Cæſar prohibuit, & ſolum indulſit certis perſonis.* 34. *Carpenti honor ſumma pompa, & dignitas.* 35. *Carpentum celerrimum fuit vehiculum.* 36. *In civitatibus equitare homines prohibitum fuit.* 37. *Et in quibus provinciis non dabatur facultas habendi equos, explicatur* l. 1. 2. 3. & fi. C. Th. quibus equorum uſus. 38. *Palatinis indulta fuit: datur* l. 4. C. Th. eod. tit. 39. *Tandem per urbes in equis inſideri permiſſum fuit.* 40. *Dictator in acie non eques, ſed pedes gerebat bellum.* 41. *Philoſophi*

equi ſeſſiones fugiebant. 42. *Sic & ſacerdotes Ægyptii, & Itali. n.* 43. *Viduarum vivendi decor, quantum dedeceat eas equitatio.* 44. *Excuſatur Virgilius ab equitatione Didûs.* 45. *Amor per effrenem equum ſignificatur.* 46. *Regnantium abſoluta poteſtas. Solitudo miſera viduarum.*

AB equo maximo Domitiani proſpectavimus nobiliſſimos equorum greges, vulnera, cicatrices, bellicum pulverem, Martiales campos: & contemplati fuimus mixta notis belli Domitiani ora. Jam apparent his capitulorum campis, feminarum equitationes, virorum, ſacerdotum: & quamvis antiquitatum nebulis confuſæ, jam aliquæ appropinquant diſtinctæ, jam conſiſtunt indiſcretæ. Ducunt agmen duæ equitantes viduæ: Dido apud Maronem 4. *Æneid.* & Timoclea apud Barclaium 1. *Argen.* Illi

——— Oſtroque inſignis, & auro
Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.

Huic *incitatus verberibus equus, non ſufficiebat incurſum effuſæ.*

1 Incitamur & nos (tanquam verberibus) in Maronem, & in Barclaium, & ab eis reqoirimus. Unde abiit matronalis pudicitia? quæ inaudita muliebris iſta equitatio? abſiſtat à pudicis auribus tam profanus uſus, & ab oculis inhoneſtus aſpectus. Diſcurramus cum Didonis eqno per antiquitatum campos (nam Timocleæ equus nec incitatus verberibus ſufficiet) & ſcrobes, O quantæ! iſtius equi veſtigium impedient, quibus eqous impeditus ſeſſorem ſuum effundet in gramen!

2 *Belle armantur equi bellum hac armenta minantur.*

Non ergo hæc inſeſſio Martialis, vaniſſimaque equitatio pudicitiæ matronæ conveniebat: bene Statius 7. *Thebaid. pecus utile bellis*, dixit, & ſi iſta videret, non matronis utile affirmaret. O quam immodeſtum eſſet ſpectaculum (conſpectare lectores) generoſi equi, cui *Virgil.* III. *Georg. Verſ.* 79.

——— Ardua cervix
Argutumque caput, brevis alvus, obeſaque terga
Luxuriatque toris animoſum pectus
Et qui *Stare loco neſcit, micat auribus & tremit artus.*
Collectumque premens volvit ſub naribus ignem
Denſa juba, & dextro jactata recumbit in armo:
At duplex agitur per lumbos ſpina, cavatque
Tellurem, & ſolido graviter ſonat ungula cornu.

Cui quidem veneranda matrona inſidet, & innato equi gyrat generoſo furore: mens avertit oculos, & pudet conſiderare, quod abhorreret adſpicere.

3 Ab immodeſtia iſta (præter alias cauſas) & militare feminas antiquis Romanorum legibus prohibitum fuit, cum equitandi ars inter nobiliſſimas militiæ connumerata foerit A. Clarus Silvius *ad ll.* 12. *tab. C.* 15. & alii. Unde Statius Papio. *in* 5. *ſilvarum Abaſcantii in Priſcillam pietas. v.* 130.

Et ſi caſtra darent, vellet geſtare pharetras.

Propertius *Lib.* 4. *Eleg.* 3.

Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis.

Unde merito in Cleopatram ivit Maronis reprehenſio, cum Antonio ſuo militantem 8. *Æneid. V.* 688.

——— Sequiturque, nefas! Ægyptia conjux.

Idem Virg. 7. *Æneid. V.* 443. (loquitur Turnus ad mulierem).

Cura tibi Divûm effigies, & templa tueri:
Bella viri, pacemque gerant, queis bella geranda.

Optime Dio Chriſoſtomus *orat.* 3. *de Regno.* ἀλλ' ἐκεῖναις μὲν τὰ πολλὰ τῶν ἔργων κατ' οἰκίαν ἐστι, καὶ ἄπειροι μὲν ὡς τὸ πολὺ χειμώνων διατελοῦσι, ἄπειροι δὲ πολέμων, ἄπειροι δὲ κινδύνων, τοῖς δὲ ἀνδράσι πρέπει μὲν στρατεύεσθαι, πρέπει δὲ πλεῖν, πρέπει δὲ ναυκληρεῖν, id eſt. *Atque illæ domeſtica fere opera curant, & ætatem exigunt ſub tecto inexpertæ tempeſtatum, inexpertæ bellorum, inexpertæque periculorum. Viris autem congruit in militiam ire, congruit navigare, congruit navigandi ſolertia.* Unde Cræſus apud Xenoph. *Lib.* 7. *de Pedia Cyr.* uxorem ſuam refert ad Cyrum, bonarum rerum participem eſſe, & addit: φροντίδων δ' ὥσπερ ταῦτα ἐστὶ, καὶ πολέμου, καὶ μάχης, οὐ μετῆν (idest μετῆν ſecundum Heſychium) αὐτῇ, id eſt: *Curarum vero ut hæc ſunt, & belli & pugnæ particeps non erat*, plurimis aliis condonaberis à Domitio, Morelo, Bernartio *ad Statium ſup.* Paſſeratio, Philippo Beroaldo *ad Propertium*, P. J. Ludovico Cerda *ad* 8. *Virg. Æneid.* Lipſio *de milit. Rom. Libr.* 5. *Dialog.* 18. *& in comment. ad Tacitum Lib.* 14. *Annal. n.* 75. God. Stewechio *in commen. ad Vegetium Lib.* 3. *Cap.* 10. *& latius Lib.* 1. *C.* 3. & doctiſſimè à Thom. Dempſter. *ad Roſin. antiq. Rom. Lib.* 10. *Paralipomenōn Cap.* 12. Carol. Sigon. *de antiq. Jure Civ. Rom. Lib.* 2. *C.* 2. A. Tiraq. *in l.* 15. *connubial, à nu.* 24. *cum ſeqq.* P. Faber. *Lib.* 3. *ſemeſt. C.* 14. Chriſtoph. Forſner. *in notis politicis ad Tacitum ad Lib.* 3. *Annal.* Græci ſane ſic merito obſervabant, nec in eorum caſtris merere femina poterat. Homer. *Iliad.* 5. 4

Οὔ τοι τέκνον ἐμὸν δέδοται πολεμήϊα ἔργα
Ἀλλὰ σύγ' ἱμερόεντα μετέρχεο ἔργα γάμοιο.

Id eſt.

Filia non conceſſa tibi ſunt munia belli,
Dulcia conjugii potius ſint munera curæ.

Quamvis Plato *Lib.* 5. *de Republica* circa Pontum mulieres militare affirmet: & ipſe denique *Lib.* 7. è Republica eſſe, militare illas doceat variis argumentis, & rationibus. Apud Xenophontem ſane in Cyri minoris exercitu *Lib.* 4. lego plurima interfuiſſe ſcorta συνωλόλυξαν δὲ καὶ αἱ γυναῖκες ἅπασαι (πολλαὶ γὰρ ἦσαν ἑταῖραι ἐν τῷ στρατεύματι), id eſt. *Quem plauſum, & ipſæ mulieres (erant enim non parum multa in exercitu ſcorta) lætum tollentes clamorem comprobarunt.* Idem *Lib.* 6. καὶ οἱ Παφλαγόνες ἠρώτων εἰ καὶ γυναῖκες συνεμάχοντο αὐτοῖς, οἱ δ' ἔλεγον ὅτι αὗται καὶ αἱ τρεψάμεναι εἶεν βασιλέα ἐκ τοῦ στρατοπέδου, id eſt. *Quæſierunt Paphlagones, numquid mulieribus, etiam in pugna uterentur, imò Græci reſponderunt, hæ ſunt, quæ Regem à caſtris rejecerunt*, ſed in exercitu Cyri præter Græcos aliæ plures gentes, vel ex licentia militari præter legem mulieres, & ſcorta ibant, ut apud Q. Curtium *Lib.* 5. *C.* 7. *de geſtis Alex. de die inibat convivia, quibus feminæ intererant, non quidem quas violari nefas eſſe, quippe pellices licentius, quam decebat, cum armato vivere aſſuetæ.* Undè apud eundem *Lib.* 6. *C.* 2. *n.* 2. *greges pellicum* dicuntur, vel quia (non Jure matrimonii) licet militibus concubinas habere, ut voluit Cuj. *Lib.* 33. *q. Pap. ad l. mulierem* 14. *D. de his quæ ut indignæ auferuntur*, & J. Lipſ. *ad Corn. Tacit. Lib.* 14. *Annal. not.* 75. Vel quia non ſacramento militari adſtrictæ merebant ſub Imperatore, ſed denique Ariſtot. *Lib.* 2. *Polit. Cap.* 9. muliebrem militiam damnat rationibus, & exemplis.

Conjiciebam ex his conſiderationem in Propertio ſubtilem *Lib.* 3. *Eleg.* XI. ſic Pantheſileam celebrante. 5

Auſa ferox ab equo quondam oppugnare ſagittis.
Mœotis Danaûm Pentheſilea rates.

Τὸ *auſa* animadvertit Paſſeratius, præter ſexum, adducitque illud Virg. 1. *Æneid.*

——— Audetque viris concurrere virgo.

Bene ſane: ſed emphaſim Propertianam ſuboleo, quia virago propugnabat ab equo, ideò *auſa ferox*

rex ab equo, quaſi minoris admirationis Pentheſilea eſſet, ſi pedes oppugnaret, ideò quia eques, *auſa ferox*, alias ſi reſpectus iſte deficeret, quaſi memoria equi fruſtra daretur. In contentione ea inter Catonem, & L. Valerium ſuper legis Oppiæ abrogationem, dicterium in Catonem Valerius injicit per argumentum ſubſequens decoris feminarum: *καὶ τί δαί; σύ γε καὶ ὥπλισας ἐφ' ἵππους τε ἀνεβίβασας, καὶ ὡς δοκεῖ σοι, καὶ εἰς τὴν Ἰβηρίαν ἀνάγαγε.* id eſt. *Atque etiam ſi Diis placet armato, & equis impoſitas* (mulieres) *in Hiſpaniam ducito*, tanquam per impoſſibile, ſed magis inhoneſtum, legibusque prohibitum: conjungit Valerius militiam, & equitationem in feminis, tanquam qui ſenſit, ita indecorum, & inhoneſtum militare eſſe, ac equitare feminas; Zonaræ verba ſunt *ex tom. 2. Annal.* Hinc etiam decorem Maniæ Zenis uxoris agnoſco apud Xenophontem *rer. Græcar. Libr.* 3. quæ cum à Pharnabazo in Satrapiam conjugis ſubrogata fuiſſet, eivitates viriliter oppugnavit, & cepit, ſed in oppugnatione ſic ſe gerebat *ξενικὰ μὲν ἱκανῶς προσβάλλοντα τοῖς τείχεσιν*, (adverte) *αὐτὴ δ' ἐφ' ἁρμαμάξης θεωμένη: ὃν δ' ἐπαινέσειε τούτω δώροις ἀμέμπτοις ἐδίδου*, id eſt. *Græcô enim ac peregrino exercitu muros adorta, ipſa in curru ſpectatrix aderat, & ſi quem dignum quid agere vidiſſet, immenſis prædictum donis laudavit*, ſane quamvis ductrix exercitus, quamvis in bello Imperatrix, femina erat, ſedet *ἁρμαμάξης* majeſtuoſius, & decentius, quam in equo gyrans, idem Xenoph. *Lib. 7. de Pædia Cyr.* aliqualiter congruit, cum uxorem Abradatæ referat carpento ad exercitum ventitare Cyri, & cum ſequ. *καὶ νυνὶ ἐπιλέγεται αὐτοῦ ἡ γυνὴ ἀνελομένη τὸν νεκρὸν καὶ ἐνθεμένη εἰς τὴν ἁρμάμαξαν ἐν ᾗπερ αὐτὴ ὠχεῖτο*, id eſt. *Et nunc dicitur ejus uxor mortuum ſuſtuliſſe, impoſuiſſeque in carpentum, in quo ea vehebatur.* Heliodorus ſuam Charicleam honeſtiſſime vectam producit in conſpectu populi *ἤγετο μὲν γὰρ ἐφ' ἁρμαμάξης αὕτη συνωρίδι λευκῶν βοῶν ὀχουμένη. Vehebatur enim rheda, quam jugum boum album trahebat*, non ergo ſolum in carpento, ſed illud non equi, ſed boves trahebant. mehercle ſi aliquando mulieres in bello, aut coro-
7 nant murum, Virg. 11. *Æneid. v.* 475.

——— Tunc muros varia cinxere corona
Matronæ.

Statius 7. *Thebaid. v.* 240.

——— Trepido tamen agmine matres
Conſcendunt muros.

Cæſar *Lib. 3. de bello Civili*, §. 9. Salonarum mulieres in oppugnatione Octavii ſic diſponit, *pueris mulieribusque in muro diſpoſitis, ne quid quotidianæ conſuetudinis deſideraretur ipſi manuſacta, &c.* Sic mulieres Chiæ, injuriis Philippi laceſſitæ, accurrunt ad mœnia, lapides, telaque ſuggerunt, adhortantur pugnantes, & obteſtantur donec propugnando, & petendo hoſtes Philippum rejecerunt, referente Plutarcho *de claris mulierib.* & verbo *Chiæ*. Conſule interpretes in his locis, ſed præcipuè noſtrum P. Ludovicum Cerdam. Hæc ducunt, ut intelligamus, quam militiam magnus ille Plato dederit mulieribus, *in ſuis de legibus Libris*, ſane ſe explicat
8 *Lib.* 7. audi pulcherrima verba. *Et puellæ quidem ſaltare, pugnareque cum armis conſueſcant, mulieres autem caſtra movere, ordines ſtruere, & arma ſumere, atque deponere, ſi nullius rei alterius gratia, attamen ſi res cogat, ut in militiam viri omnes proficiſcantur, poſſint ipſæ interim, ſi quid adverſi acciderit, civitatem defendere: vel ſi tanta hoſtium ſive Græcorum, ſive barbarorum multitudo agros invaſerit, ut neceſſe ſit, mulieres quoque pro civitate arma capere, quorum nihil eſt, quod non facile evenire poſſit. Magno certe Reipublicæ vitio dandum eſt, ita ignave mulieres educari, ut nec veluti aves quidem pro filiolis contra feroces audeant beſtias pugnare: morique potius velint, cunctaque ſubire pericula, quam ſtatim ad aras, templaque confugere, opinionemque de genere hominum dare, omnium ignaviſſimum animalium eſſe.* Sententia ergo Platonis de militia muliebri in eo ſiſtit, quod quamvis peritia ducendi exercitum, caſtra ordinandi, rotandi arma congruat ipſis: reapſe ſane ad propugnationem ſuæ civitatis tota illa feminea ducitur militia: ex decore ſane ſic fecit, nec equitationis in cuncta illa militari doctrina verbum ullum inſerit, cum tamen militia equeſtris gravior ſemper,
& nobilior fuerit. Aut ad commiſerationem, in- 9
jiciendosque animos uxores, liberi, feminæque proſtant in bello, & in præſentia decertantium proponuntur: heû quantum ſimile ſpectaculum incendit viros, ſic optime fecerunt Germani adverſus Cæſarem, teſte ipſo, & referente *de bell. Gall. Libr.* 1. §. 51. *Omnemque aciem ſuam rhedis, & carris circumdederunt, ne qua ſpes in fuga relinqueretur, ac mulieres impoſuerunt, quæ in prælium proficiſcentes, milites paſſis crinibus flentes implorabant, ne ſe in ſervitutem Romanis traderent*, & *Lib.* 7. idem Cæſar ejuſdem belli Gallici, §. 48. *Majores feminas, quæ paulo ante Romanis de muro manus tendebant, ſuos obteſtari, & more Gallico, paſſum capillum oſtentare liberoſque in conſpectum proferre cœperunt.* ſic Aſſyriorum ſociorumque uxores apud Xenoph. *Lib.* 3. de Pædia Cyri. *Sed ubi Aſſyriorum ſociorumque uxores vidiſſent, jam etiam in caſtris fugam fieri clamabant, diſcurrebantque præ ſtupore, aliæ liberos habentes, aliæ, hæque juniores, lacerantes peplos, ſeque laniantes, omneſque in quemcumque inciderent, ſuppliciter orantes, ne fugerent, ne ſe desererent, ſed auxilium ferrent, & filiis, & uxoribus, & ſibi ipſis*, ſic Camillus in re ultima, Gallico intra urbem exercitu, apud Livium *Lib.* 5. ab U. C. *Suos in acervum conjicere ſarcinas, & arma aptare, ferroque non auro recuperare patriam jubet, in conſpectu habentes ſana Deûm, & conjuges, & liberos, & ſolum patriæ deforme belli malis, & omnia quæ defendi, repetique, & ulciſci fas ſit.* Ad miraculum accedit quantum influxerit ſuarum mulierum aſpectus Germanis, ex traditione, quam dat Tacitus in ſua Germania. *Memoriæ proditur quaſdam acies inclinatas jam, & labentes à feminis reſtitutas conſtantia precum, & objectu pecto-*
rum, & monſtrata cominus captivitate. Militiæ ta- 10
men navaſſe operam feminas aliquas nullus audebit negare, ſed nationes aliquæ ferarum gentium: ut de Germanis adſerere videtur Dio. Caſſius *Lib.* 61. *ſuæ hiſt. ἐν μέντοι τοῖς νεκροῖς τῶν βαρβάρων, καὶ γυναικῶν σώματα ὡπλισμένα εὑρέθη*, id eſt. *Inter cadavera barbarorum corpora mulierum armata reperta ſunt*, & de Tartaricis mulieribus I. Bœmus *de omnium gentium moribus Lib. 2. Cap.* 10. & de circa Thermodonta Amazonibus omnes, & optime noſter Statius *Lib. 1. ſilvar. ultim. ſilva. v.* 53.

Stat ſexus rudis, inſciuſque ferri
Et pugnas capit improbus viriles.
Credas ad Tanain, ferumque Phaſin;
Thermodontiacas calere turmas.

De quibus forte intelligendus eſt Plato *Lib. 5. de* 11
Republica, circa Pontum dicens feminas eſſe militantes, ut deducimus à notatis à Jano Rutgerſio *Libr. 4. variar. lect. Cap.* 4. Amazones enim citra Pontum habitant affines Saurematicis: & de Lacedæmoniis Ariſtot. *Lib. 2. Polit. Cap.* 9. Bœmus *Lib. 3. Cap.* 3. ſic apud Heſiodum *in Theogonia v.* 666. Titanes feminæ.

——— Μάχην δ' ἀμέγαρτον ἔγειραν·
Πάντες, θήλειαί τε καὶ ἄρσενες ἤματι κείνω.

Id eſt.

——— Pugnam vero arduam excitarunt
Omnes feminæque, & mares die illo.

Ex his poſſibilitas quæſtioni datur, ſi, feminæ à feu- 12
di ſucceſſione excluſæ, intelligatur de feminis Heroïnis, & nomen militiæ dantibus, quas tamen ad ſucceſſionem non admittunt, Piſt. 2. *quæſt.* 34.

num. 3. Vulteius *Lib.* 1. *Cap.* 9. *num.* 33. Niellius *diſp.* 5. *de feud. Theſ.* 3 *litt. A.*

13 Adde iſtis Olympicum certamen equeſtre fuiſſe, & feminas ab illo ita excluſas fuiſſe, ut nec ſpectationi ejus locus daretur, aliàs feminæ transgredientes honeſtam ſacrorum legem, præcipitarentur à ſaxo. Undè noſter Papinios 1. *Thebaid. v.* 424.

—— *Excluſæque expectant præmia matres.*

Pauſanias *in Eliacis*, & alii antiqui ſcriptores, quibus antiquitatem firmarunt iſtam Lactantius, & Bernartius ad *proximum Statii locum:* A. Clarus Silvius *ad ll.* 12. *tab. Cap.* 15. *fol. m.* 409. C. Barthius *Lib.* 21. *adverſar. Cap.* 12. J. Cæſar Bulenger. *de ludis Circenſibus*, *Cap.* 58. Marcell. Donatus *in dilucidationibus ad Sueton. in Domitiano*, *Cap.* 4. Alexand. ab Alexan. *Lib.* 5. *dier. gen. C.* 8. obi A. Tiraquell. *litt. H.* notavit, *& in commentario ad ll. connubial. l.* 4. *gloſ.* 4. *part.* 4. *num.* 37. P. Faber *Agoniſticon Cap.* 26. *& Lib.* 3. *Semeſt. C.* 14. *f. m.* 197. Cælius Rhodigin. *Lib.* 14. *antiq. lect. Cap.* 14. niſi cui feminæ curſus ſpectatio privilegio aliquo daretur, ut Pherenici, & aliis, Ælian. *Lib.*
14 10. *variæ hiſt. Cap.* 1. P. Faber *ubi proxime.* Quæ decora prohibitio poſtea Romæ in ſuis ludis obſervata fuit, ut relati probant, niſi aliquando ſub perverſis Imperatoribus perverſa contraria daretur licentia, Marcell. Donatus *dict. Cap.* 4. & alii Scholiaſtæ *Suetonii* Bulenger. *de venatione Circ. Cap.* 37. & Dio atque Xiphilinus. Expende quanto contra bonos mores, indecentius magis cenſeretur inſedere mulierem equò, equumque rotare, ſi contra matronalem pudorem æſtimatum fuerit, de-
15 certantes, curſus ſpectare. Conjiciebam ex his, ſi in Heliodorum merito cenſerem, quod Charicleam in curſibus, & foro inducat ſpectatam, & ſpectantem *Lib.* 2. *Ethiopicorum* ϗ, ὅπῃδε φανερωθῇ ποτὲ, ἢ ἱεροῖς, ἢ ἀγορᾷ καθάπερ ἀρχέτυπον ἄγαλμα πάντων ὄψεις ϗ διανοίας ἐφ᾽ αὐτὴν ἐπιστρέφει. *Denique ubicumque apparuerit, ſeu in delubris, ſeu curſibus, ſeu in foro, tanquam recens facta ſtatua Dei cujuſpiam, omnium mentes ac vultus in ſe vertit:* qui ergo in curſibus? ſi ſpectare eos puella non decebat, ex ſacra
16 Olympicorum lege: qui in foro? ſi nec ex Græcorum moribus feminæ adeſſe poterant in illo, in virili convivio, imò virorum conſpectum fugiebant, & in penetralibus ſedebant domus, Xenoph. in Oeconom. Τῇ μὲν γὰρ γυναικὶ κάλλιον μένειν ἔνδον. *Pulchrum mulieri eſt intus manere*, Æmilius Probus *in præfatione libelli virorum illuſtrium. Quem enim Romanorum pudet uxorem ducere in convivium? aut cujus materfamiliàs non primum locum tenet ædium, atque in celebritate verſatur? quod multo fit aliter in Græcia, nam neque in convivium adhiberetur, niſi propinquorum, neque ſedet, niſi interiori parte ædium, quæ gynæconitis appellatur: quo nemo accedit, niſi propinqua cognatione conjunctus*, ſane Marcius apud D. Halicarnas. *Lib.* 8. *Primum quidem mulierum audaciam eſt admiratus quæ hoſtium caſtra, ſive virorum præſidio auſæ fuiſſent petere, filios adducentes, nec ullam pudoris, qui ingenuas, & pudicas mulieres decet rationem amplius habentes, quominus in hominum inſuetorum conſpectum ſe darent.* Pudorem iſtum reſpexit Livius *Lib.* 33. in principio, tractans legis
17 Oppiæ abrogationem. *Matronæ nullæ, nec autoritate, nec verecundia, nec imperio virorum contineri limine poterant, omnes vias urbis aditusque in forum obſidebant, &c.* & infra reprehendente Catone. *Equidem non ſine rubore quodam paulo ante per medium agmen mulierum in forum perveni, quod niſi me verecundia ſingulorum magis majeſtatis, & pudoris, quam univerſarum tenuiſſet, ne compellatæ à Conſule viderentur, dixiſſem, qui hic mos eſt in publicum procurrendi, & obſidendi vias, & viros alienos appellandi?* & probat erudite ex Cicer., Arnobio, Lyſia, Hubert. Giſanius *Lib.* 4. *Polit. Ariſtot. C.* 15. D. Lambinus *ad Probum hic numer.* 19. *&* 20. P. Faber *dict. Lib.* 3. *Sem. Cap.* 14. quem morem ſine quæſtione noſter Juſtinianus reſpexit *in l. optimam* 14. *C. de contrah. & commit. ſtipul. vel mulieres, quas naturalis pudor, non omnibus perperam ſeſe manifeſtare concedit*, expende τὸ *manifeſtare:* & Conſtantin. *in l. maritus* 21. *C. de procuratorib. ne feminæ perſequendæ litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris irreverenter irruant, & conventibus virorum, vel judiciis intereſſe cogantur*, animadverte τὸ *conventibus virorum* (ex Græcorum more) & τὸ *judiciis:* Denique ſic decori matronali convenire in noſtro Jure ſtabilitum eſt, *l.* 2. *D. de reg. Jur. l. fin. C. de receptis arbitris*, ibi: *Ab omni judiciali agmine ſeparari*, *l.* 2. *§.* 1. *C. de his qui veniam ætatis impetrav. Sed eas propter pudorem, ac verecundiam feminarum cœtus publico demonſtrari non cogimus*, ex dato more: Iſtis ſane apponi poſſunt alia affinia, quæ adverſus Ægyptios expendi *Lib.* 5. *meorum Paralip. c.* 5. *à num.* 39. *cum ſeqq.* O ſi ſic, & noſtræ Hiſpaniæ matronæ ſederent, Lares ſuos, & penetralia domus colentes, quantum decus familiis inde, quanta ſalus Reipublicæ, quantum ſie gratarentur Optimo Maximoque Deo! ſed judicium tale in Heliodorum non fero, aptiſſime compoſuit illa de Chariclea ſua: ſane ex Ægyptiorum more, Ethiopicorumque, quorum indigena virgo erat: apud illos autem perverſus mos eſt feminas aſſidere foro, & commerciis, ut longe probavi *d. Lib.* 5. *Paralip.* propter quod merito inducit Heliodorus in foro puellam, & curſibus.

Redeo ad me, & ad inſtitutam viam matronalis in inceſſu decoris: ſane in Republica Romana, quæ ſpecimen orbi terrarum præſtitit, Romanæ matronæ pedites incedebant, donec pilenti, & carpenti honorem liberalitate ſua acquiſiverunt à Senatu, in quorum uſu aliquando variatum fuit, & ſane res eſt, quæ ordinem temporum, explicationem rerum deſiderat ad cognitionem.
Primis ſane temporibus Romanæ matres carpen- 18
tis vehebantur intra & extra urbem.
Ovidius Naſo 1. *Faſtor. v.* 619. aperte docet.

Nam prius Auſonias matres carpenta vehebant
Hæc quoque ab Evandri dicta parente reor

Sic voluit Servius *ad Lib.* 2. *Georg. Virgilii: erat enim pilentum contextum rotis quatuor, quibus matronæ olim utebantur*, & ſic apud Livium, & Halicarnaſſeum legimus, Tulliam carpento volaſſe, & egiſſe impie per cadaver patris, & ſane ſic liceret, cum nulla lege id eis ſtaret prohibitum, *l. nec non* 28. *§.* 2. *D. ex quibus cauſis majores*, *l.* 1.
D. de teſtib. l. qui accuſare 8. *D. de accuſationib.* 19
errat ſane Paulus Marſus *in commentario ad Faſtos*, qui Ovidii carmen accipit de indulgentia matronis à ſenatu facta: cum quo conſentire videtur Vitus Ammerbachius *in Scholiis ad eundem poëtam*, nam tunc, naſcente Roma, nulla prohibitio carpentorum in urbe fuit, cum fere barbarus populus eſſet (ut jam obſervavi *Lib.* 5. *meorum Paralipomenῶν*) Senatus autem conceſſio aliquanto poſtea ſucceſſit, ut jam ſcribo. Poſt iſtam autem naturalem poteſtatem matronis pilentorum carpentorumque uſum interdictum fuiſſe probat aperte Ovid. *dict. Lib.* 1. *Faſtorum*, *v.* 619. qui poſt 20
ſcripta carmina, iſta ſubjicit.

Mox honor eripitur, matronaque deſtinat omnis
* *Ingratos nulla prole novare viros,*
Neve daret partus; ictu temeraria cæco
Viſceribus creſcens excutiebat onus.

Quæ carmina doctore Plutarcho intelliges *in quæſtiomb. Centuriatis Romanorum cur Carmentæ ædem initio, fama eſt, à matronis fuiſſe conditam, quam nunc quoque præcipue colunt? Fabula narratur, cum vetitum fuiſſet à Senatu mulieribus carpentis, quæ equis juncta*

cta eſſent, uti, coitionem eas ad ulciſcendum viros in-
ter ſe feciſſe, ne conciperent, nec parerent, dum mu-
21 *tata ſententia hæc eis indulſere.* Sed poſtquam ma-
tronæ aurum, & omnia ornamenta ſua in ærarium
contulerunt, ut inde Camillus perſolveret pro-
miſſionem, quam voverat Vejentium bello: ob
eam munificentiam illis indultum fuit, quod ad
ſacra ludoſque pilentis uterentur, carpentis au-
tem feſto, profeſto: Livius ſane his verbis refert
Lib. 5. ab U. C. *Matronæ, cœtibus ad eam rem*
conſultandam habitis, & communi decreto pollicitæ tri-
bunis militum aurum, & omnia ornamenta ſua, in
ærarium detulerunt. Grata ea res, ut quæ maxime
ſenatui unquam fuit: honoremque ob eam munificen-
tiam ferunt matronis habitum, ut pilento ad ſacra lu-
doſque, carpentis feſto profeſtoque uterentur, non ſa-
ne indiſtinċte ad omnes uſus pilenti, carpentique
honor eis decretus fuit, ſed ſub moderamine eo,
ſcilicet pilento tantum ad ſacra, ludoſque, car-
pento autem feſto, profeſtoque. Sic etiam pro-
bat Zonaras *tom.* 2. *Annal.* ἀνέθετο δὲ καὶ κρατῆρα
χρυσοῦν ἐκ τοῦ τῶν γυναικῶν κόσμου πεποιημένον, ἀνθ' οὗ
τιμὴ αὐταῖς ψήφισμα ἐψήφιστο, ἡ δὲ ἦν, τὸ ἐπ' ὀχη-
μάτων αὐτὰς ἐς τὰς πανηγύρεις φοιτᾶν, αὐτοποδὶ βαδι-
ζούσας πρότερον ἐς αὐτάς. id eſt. *Dedicavit etiam cra-*
terem aureum ex muliebribus ornamentis conflatum, pro
quo ſtatim eis honos decretus eſt, ut curribus ad ſolem-
nia feſta veherentur, at quæ pedibus prius ire ſolitæ
22 *erant.* Cum eodem reſpeċtu Virgilius 8. *Æneid.*
v. 665. qui ſic intelligendus eſt.

——— *Caſtæ ducebant ſacra per urbem*
Pilentis matres immollibus

Uti inſinuat Iſidorus *Lib.* 20. *originum*, *Cap.* 42.
& poſt eum alii.

23 „ Forte ex his adſtruitur leċtio in Claudiano de nu-
ptiis Honorii, & Mariæ *v.* 286.

Ante fores jam pompa ſonat, pilentaque ſacra
Præradiant ductura nurum.

Sacra pilenta (ſic ſane legitur in codice antiquo
ex editione Thadæi Ugoleti Parmenſis collata
cum tribus codicibus antiquiſſimis, & agnoſcit
Cerda *ad Virgilium ſup.*) ideò diċta, vel quia ute-
24 bantur illis matronæ ad ſacra: vel quia illis vehe-
bantur ſacræ virgines Veſtales, de quo more Pru-
dentius 2. *in Symachum V.* 1089. ubi Iſaacus Gran-
gæus, Adrianus Turnebus *Lib.* 11. *adverſ. Cap.* 6.
Juſtus Lipſius *in ſyntagmat. de veſta & veſtalib.*
Cap. 11. Ex quo more C. Barthius legebat in
Claudian. *ſacrum nurum*, quam leċtionem Pulma-
nus, & alii conſecuti fuerunt, ſed quamvis nurus
ſacra ambicioſe, quia Imperatoris ſponſa dici po
tuit, non tamen congruit ſacris virginibus, &
ſacris quibus quaſi dicatum erat pilentum, placet
25 ſane antiqua leċtio. Cunċtis iſtis ſupplentur Feſti
verba, quæ & mentem, ſeu morem interpretan-
tur *in pilentis*, verba ſunt. *Pilentis, & carpentis*
per urbem vehi matronis conceſſum eſt, quod cum au-
rum non reperiretur ex voto, quod Camillus voverat
Appollini Delphico contulerunt. Feſtus abſolute con-
ceſſum à Senatu, refert, matronis pilentorum,
& carpentorum uſum, cum non ſic fuiſſe præ-
ſcripta conteſtentur, ſed ad ſacra ſolum, ludos,
feſtaque: ſuſpicabar Pauli hîc ſubeſſe crimen, ſi
abbreviavit: aut ipſius Feſti epitomatoris Ver-
rii Flacci, quia rem tantam aperire, & diſtingue-
re debebat Feſtus ſeu Verrius: ſed quomodocum-
que ſit, ſic interpretatione ſupplendus Feſtus
eſt.

26 Honor autem iſte decretus à Senatu matronis
circa anni tempora ab U. C. 358. ut in Faſtis, &
Livio computamus, ſic Senatuſconſultum iſtud
ſtetit uſque ad annum cond. Urb. 540. quo C.
Oppius legem tulit de moderando matronarum
cultu, quæ & inter alia vehiculi honorem illis ade-
mit: Livius ſane *Lib.* 34. in principio aperte de-
clarat, *M. Fundanius, & L. Valerius tribuni ple-*
bis, ad plebem tulerunt de Oppia lege abroganda
Tulerat eam C. Oppius tribunus plebis, Q. Fabio. Ti.
Sempronio Conſulibus in medio ardore Punici belli: ne
qua mulier plus ſemuncia auri haberet: neu veſtimento
verſicolori uteretur, neu junċto vehiculo in urbe, op-
pidove, aut propius inde mille paſſus, niſi ſacrorum
publicorum cauſa veheretur, & Valerius Maximus
Lib. 3. *Cap.* 2. §. 3. *Quo tempore matronæ Brutô-*
rum domum auſæ ſunt obſidere qui abrogationi legis
Oppiæ intercedere parati erant, quam feminæ tolli cu-
piebant, quia his, nec veſte varii coloris uti, nec au-
ri plus ſemuncia habere, nec junċto vehiculo propius
urbe mille paſſus, niſi ſacrificii gratia vehi permitte-
bat, lex autem Oppia matronis reſervavit vehi- 27
cula ad ſola ſacrificia, ſeu publica ſacra (ut in-
quit Livius) & ſic intelligendus eſt Zonaras in-
diſtinċte loquens *Lib.* 2. *Annal.* νόμου δὲ τεθέντος
μετὰ τὴν ἐν Κάνναις τῶν Ῥωμαίων συμβᾶσαν ἧτταν μὴ
χρυσοφορεῖν τὰς γυναῖκας, μήτε διφροφορεῖσθαι, μηδ' ἄλλως
ἐσθῆτι ποικίλῃ κεχρῆσθαι. *Cum autem poſt Cannenſem cla-*
dem lex eſſet lata, ne mulieres aurum geſtarent, neve
vehiculis, aut varia veſte uterentur. De qua etiam
mentio apud Tacitum eſt *Lib.* 3. *Annal.* & refe-
runt Hotoman., Calvinus, A. Auguſtinus, Paulus
Manucius *in commentariis ſuis de legibus Romanis*,
J. Roſinus *antiq. Roman. Lib.* 8. *Cap.* 13. *in fine:*
Præter ſacrificia autem, ad omnia cætera pedibus
ibant matronæ, Livius *Lib.* 34. ex ore L. Vale-
rii ibi: *Cum illas* (extraneas ſcilicet) *vehi per ur-*
bem, ſe (matronas Romanas) *pedibus ſequi.*

Hæc autem *lex Oppia* in Populo Romano per 28
viginti ſolum annos obſervata fuit, ut inquit Va-
ler. Maximus *diċt. Lib.* 9. *Cap.* 1. §. 3. & Li-
vius *diċt. Lib.* 34. *poſt principium*, in oratione L.
Valerii, nam M. Fundanius, & L. Valerius tri-
buni plebis ad plebem tulerunt de Oppia lege
abroganda anno ab U. C. 558. diſſuadente acri-
ter M. Portio Catone Conſule, & ſuadente L. Va-
lerio, quorum pulchræ, & perelegantes ſuaſo-
riæ orationes à Livio referuntur *diċt. Lib.* 34.
poſt maximas altercationes, & cum plebs uſque
ad ſeditionem fere perveniſſet, vicit tandem Va-
lerii ſententia.

Poſt *legis Oppiæ* abrogationem, videbatur ma- 29
tronis Jus fuiſſe pilenti, & carpenti honore uten-
di, non ſolum ad ludos, ſacrificia, feſtis pro-
feſtiſque diebus, ſed indiſtinċte ad omnia, quod
Jus habuiſſe matronas perpetuo ſubſequentibus
temporibus Lipſius, & Pithœus ſentiunt in locis
infra referendis, qui excruciantur Cornelii Taci-
ti loco. Sane res meo judicio incerta, & ſepul-
ta antiquitate ipſa: ego autem per conjeċturas,
& tempora rem ducam; forte ſic ſubodorabimus
veritatem, & quaſi per tranſitum lucem dabimus
Tacito, & aliis. Sane poſt abrogationem Oppiæ
matronæ Jus illud habuerunt plenum, & abſolu-
tum, & à Livio colligimus *diċt. Lib.* 34. maxi-
me à L. Valerii oratione, dum conqueritur pe-
regrinas mulieres pilentis per urbem vehi, ma-
tronas autem populi Romani pedibus incedere,
tanquam peregrinarum famulas, & pediſſequas,
viderique extraneas, quaſi imperium in urbe ha-
bere, aliaque in hanc rem, integer locus Livii
ſuppeditabit argumenta. Sed poſt iſtud tempus 30
(hîc nubes hîc caligo, & obſcuriſſimæ tenebræ)
ſi non divino, opinor mehercle; aut renovatam
legem Oppiam fuiſſe, aut ſimilem aliam legem la-
tam, qua matronis Jus carpenti, & pilenti abla-
tum fuit (invenire ſane non poſſum, ſi ad ſacra
ſaltim reſervatum habuerint: ita exiſtimo, duċto
argumento ab illo primo Senatuſconſulto Camilli
tempore lato, & ab ipſa *lege Oppia*) pro noſtra

31 opinatione primo expendo Tacitum *Lib.* 3. *Annalium*, in oratione ſane Cecinæ diſſuadentis uxores non comitari debere Proconſules ad provincias, hæc verba leguntur. *Ab his negotia ſuſcipi, tranſigi, duorum egreſſus coli, duo eſſe prætoria, pervicacibus magis, & impotentibus mulierum juſſis, quæ Oppiis quondam aliisque legibus conſtrictæ, nunc vinclis exſolutis, domos, fora, jam & exercitus regerent*, & in oratione Meſſallæ contraria ſimilia inſeruntur verba, *placuiſſe quondam Oppias leges, ſic temporibus Reipublicæ poſtulantibus: remiſſum aliquid poſtea, & mitigatum, quia expedierit.* Æmilius Ferretus *in hunc locum not.* 12. dubitat de legibus Oppiis, nam à *C.* Oppio unam invenit latam in medio belli Punici ardore: & verè conjicit, per Oppiam, & illam, & alias ſimiles latas demonſtrari in Tacito. Dicet aliquis per ſyllepſim numero plurali legem Oppiam demonſtratam: ſed hunc ſyllepſis modum non probo in Tacito, ferrem in poëtis, aliiſque in ſoluta oratione poëtice luxuriantibus, ſed eſto, ſic elegantiſſimus Tacitus loqueretur, tamen non ſic illum interpretarer, cum verba ſequentia non patiantur, τὰ ſane, *aliiſque legibus conſtrictæ*, fuerunt variæ leges de re Oppica: ſine dubio Cornelii verba ſic volunt. Ad quæ etiam duco illa orationis Meſſallæ, *remiſſum aliquid poſtea, & mitigatum*, errabit, qui ad legis Oppiæ abrogationem referat, cum illa omnino Oppia lex abrogata fuerit, & à Jure avulſa non mitigatur lex, nec remittitur ab illa aliquid abrogatione, ſed derogatione, *l. derogare, D. de Verb. ſign. l. verbis legis, eodem.* Ex quibus conjicio, poſt legis abrogationem Oppiæ, & alias leges latas fuiſſe (quæ Oppiæ dictæ fuerunt, quia de eadem re ſtatuebant, nomen autem legi à vario effectu inditum fuit, ut ad regulam Catonianam probo) quibus res in lege Oppica ſtabilita, poſt abrogationem tamen, iterum adſerta, & poſtea remiſſa aliquantulum & mitigata ut (ni vehementer fallor) hæc duo inſignia Cornelii Taciti loca, feliciter inſpecta, commonſtrant.

32 Invenio autem in Cæſarum temporibus matronis quibuſdam Jus carpenti conceſſum fuiſſe, privilegii loco ſane uxori Cæſaris Claudii Valeriæ Meſſalinæ indultum fuiſſe Dio Caſſius refert *Lib.* 60. *hiſt. Rom.* καὶ τε Μεσσαλίνῃ τὴν προεδρίαν ἣν καὶ ἡ Λιουία ἐσχήκει, καὶ τῷ Καρπέντῳ χρῆσθαι ἔδοσαν. *Meſſalinæ primum in conſeſſu locum, utque carpento veheretur, decreverunt*, ex quo privilegio *currum ejus* (Claudii) *Meſſalina uxor Carpento ſecuta eſt*, verba Tranquilli ſunt *in Claudio Cap.* 17. τῶ Carpento ἐσφαλμένως hiſtoricus mentionem facit, ſic idem Cæſar eundem Carpenti honorem matri conceſſit, referente eodem Suetonio, *Cap.* 11. *Matri carpentum, quod per Circum duceretur, & cognomen Auguſtæ ab avia recuſatum.* Caligula etiam defunctæ matri conceſſit, Suetonius in eo, *C.* 15. *Et eo amplius matri Circenſes, carpentumque quo in pompa traduceretur*, de quo Carpenti honore nummus extat in honorem Agrippinæ matris Caligulæ, quem jam expreſſit Torrentius *d. Cap.* 15. atque Joan. Hemelarius *in Imperatorum nummis matrib. tab.* 5. & meminit ejus Lipſius *ad Tacitum*, infra referendus. Sic etiam eundem honorem Claudius ſecundæ uxori Agrippinæ indulſit, Dio Caſſius in eo, ſive *Lib.* 90. hiſt. Rom. καὶ ἡ μὲν ταχὺ καὶ αὐτὴ Μεσσαλῖνα ἐγένετο καὶ μάλιστα ὅτι καὶ τιμὰς ἄλλας τε, καὶ τῷ Καρπέντῳ ἐν ταῖς πανηγύρεσι χρῆσθαι παρὰ τῆς βουλῆς ἔλαβεν, id eſt. *Mox in Meſſalinam plane commutata eſt, tum præſertim, cum Senatus ei honores quoſdam, utque carpentis ludis veheretur, decrevit* (τὸ autem καρπέντῳ places cum P. Fabro 1. *ſem. C.* 3. & cum Xilandro *in notis ad Dionem*, cum vulgo legatur καρπέντῳ, errat etiam ſane Caſaub. in commentario ad Sueton. in Claudio C. 17. ſi hæc Dionis verba de Lollia Paulina accipiat, (ex ejus verbis ſic voluiſſe videtur) Tacitus *Lib.* 12. *Annal. Suum quoque faſtigium Agrippina extollere altius, carpento Capitolium ingredi, qui mos ſacerdotibus, & ſacris Druidibus antiquitus conceſſus, venerationem augebat feminæ* (τὸ Druidibus emendant P. Pithæus *Lib.* 1. *ſubſecivar. Cap.* 5. & Lipſius *in notis ad Tacitum, num.* 97. & *Lib.* 2. *antiq. lect. Cap.* 16. cujus diſquiſitionem ſuſpendo.) Conſidera ſpeciali privilegio graviſſimis matronis carpentorum honorem indultum fuiſſe: non ergo vulgo ſic licebat cuicumque carpento per urbem
vehi. Errat ſane toto cœlo Pithæus *d. Cap.* 15. 33
exiſtimans carpenti Jus commune fuiſſe cunctis matronis Imperatorum temporibus: nam quamvis tentet reſpondere Tacito de uxore Caii Agrippina, quid de Meſſalina, & aliis dicet? Lipſius carpentorum uſum deſiſſe matronis, & ſacris virginibus ſacerdotibusque, aut in numerum Deorum relatis reſervatum, exindeque carrucas in vulgati uſu feminis fuiſſe, non diſplicet, ſed forte ego rectius album tetigi, poſt abrogationem legis Oppiæ, iterum revivixit illa, aut alia ſimilis lex lata, unde in Tacito bis leges Oppiæ dicuntur, & alias, inſinuatur, latas, ut conſtringe-
rentur matronæ, utque carpentorum Jus omnino 34
illis ablatum fuerit, ſed poſtea jam circa tempora Imperatorum leges illæ Oppiæ mitigatæ, & ab eorum rigore aliquid remiſſum, jam ergo pullulabat Romana laſcivia, & admiſſæ carrucæ, ſellæ, lecticæ, & alia vehicula, unde Cæſar lecticarum uſum prohibuit, niſi certis perſonis, ætatibus, certiſque diebus; Sueton. *in eo C.* 43. quod explicat Euſebius in Chronicis, *prohibitæ* (matronæ) *lecticis uti, margaritiſque, quæ nec viros, nec liberos haberent, & minores eſſent annis quadraginta*, Domitianus (teſte *in eo* Suetonio C. 8.) probroſis feminis lecticas ademit. Sic ergo ſecundum Tacitum remiſſum aliquid à legibus Oppiis eſt, denique procerto habeo carpentorum Jus ablatum ſemper matronis fuiſſe, poſtquam lex Oppia reſurrexit, & reſervatum ſacrificiis, ſacriſque Veſtalibus, aut ſpeciali privilegio Auguſtis conceſſum feminis, utpote Meſſalinæ, & Agrippinæ, aut earum defunctarum memoriæ ſtatuæ, aut aliisve ſupremæ autoritatis, quibus ſpeciali favore gratiam eam indulgerent Cæſares,
carpentum enim ſummam pompam & dignitatem 35
præ ſe ferebat, ut colliges à Pithœo, P. Fabro, Juſt. Lipſio, *ubi ſup.* Gutherio *de officiis domus Auguſtæ Lib.* 2. *C.* 16. Salmas. *in Vopiſco*, & aliis prædictis locis, unde bene Iſidorus *Lib.* 20. *orig. C.* 12. vocat *carpentum Pompaticum*, & ſic non decebat vulgaribus communicari matronis. Tandem mulier ille Imperator Heliogabalus Senatuſconſultum fecit muliebre de hac etiam re, quod refert Lampridius in eo, *quæ quo veſtitu incederent, quæ cui cederet, quæ ad cujus oſculum veniret, quæ pilento, quæ equo ſagmario, quæ aſino veheretur; quæ carpento mulari, quæ boum, quæ ſella veheretur, & utrum pellicea an oſſea, an eborata, an argentata.* Expende rerum humanarum varietates, & tenebras. Res ſane eſt, quæ longum commentarium deſiderabat, vectatio ſcilicet Romanorum: hæc volui dare de inceſſus, & vectationis feminarum antiquitate, faxit Deus, quod latiori commentario, non ſine ingenti fructu noſtri Juris Civilis, antiquitates iſtas evolvam.

Vela colligo, & ad Virgilium Barclaium redeo, & ſuarum æquitationem viduarum: & expende cum iſtis quantum dedecus in ea, ſi P. Romanus vectationem matronarum tantis coercuerit legibus,

legibus, cum pilentum, carpentum, lecticas ho-
neſtior vectatio fuerit. Dices in urbe, & ſub-
urbiis eas vectationes matronis prohibitas, non
in itinere (in quo Timoclea equo ferebatur) ut
aperte declarant, & diſtinguunt leges latæ. Sed
inde telum in Barclaium injicio, ſi in itinere ma-
tronis pilenti, carpenti, & ſellæ uſus, in eo ſuam
36 matronam induceret, carpentum enim celerrimum
vehiculi inſtrumentum fuit: colligimus à D. Hali-
carnaſſeo *Lib.* 4. Rom. antiq. *At Lucretia illum caſum
ægerrime ferens, quanta maxima potuit celeritate conſ-
cendit carpentum, & Romam atrata petiit.* Sic eod.
Lib. idem hiſtoricus de impia Tullia celeritate car-
pento vecta, *cum autem peranguſtus eſſet vicus ille,
qua carpentum erat tranſiturum, mulæ cadavere con-
ſpecto territæ ſunt, &c.* ſumma Tullia celeritate fe-
rebatur, ut caſus, & ambitio mulieris petebat,
& ſic etiam deducimus a Propertii loco (alias diſ-
ficili) *Lib.* 4. *eleg.* 8.

Spectaclum ipſa ſedens primo temone pependit.
Auſa per impuros frena movere locos:
Striga. nam rapto Volſi carpenta nepotis.

(Sic legit Paſſeratius, aliter Scaliger, aliter Be-
roaldus) Juvenalis *ſatyr.* 8. *verſ.* 146.

——— *Volucri*
Carpento rapitur pinguis Damaſippus, & ipſe,
Ipſe rotam ſtringit multo ſufflamine Conſul.

Unde Apuleius *Lib.* 11. metam. *ac de hinc carpento
pervolavi.* Unde Ant. Conſtantius in commenta-
rio ad 1. Faſtorum carpentum inde denominabat,
*quod eo commode iter carpatur, vel quod celeriter eatur,
quoniam carpere interdum eſt, celeriter præterire,* ad
quod & aliæ *leges C. Th. in tit. de curſu publicò* re-
ferri poſſent.

37 Sed iterum ad equorum curſum, ſeu ſeſſionem
revertimus, & ſi comparamus cum muliebri ſeſ-
ſione antiquitatem aliam, fœdior cenſebitur illa.
Invenio; antiquorum aliquos Imperatores prohi-
buiſſe per civitates ſederi in equis, ſic fecit Adria-
nus apud Spartianum *in eo*, & M. Antoninus Phi-
loſophus teſte Capitolino in eo, *idem Marcus ſede-
ri in civitatibus vetuit in equis, ſive vehiculis.* Tandem
Valentinianus, & Valens Cæſares conſtitutione ſua
præcluſerunt equi habendi copiam per Picenum,
Flaminium, Apuliam, Calabriam, Brittios, Lu-
caniam, atque Samnium, exceptis aliquibus per-
38 ſonis, ut videmus *in l.* 1. *C. Theodoſ. quibus equorum
uſus conceſſus eſt, aut denegatus,* quam prohibitio-
nem Arcadius, & Honorius extenderunt, & con-
probarunt in Piceno, & ad provinciam Valeriam.
l. fin. C. Theod. eod. tit. & tandem certis perſonis
propter ſuſpitionem delicti equitandi licentia inhi-
bita fuit ab eiſdem Valentiniano, & Valente *l.* 2.
& 3. *C. eod. tit.* ſed quod magis eſt, nec ad itine-
rum neceſſitatem vehi equis per Picenum licebat,
donec, Palatinis ea facultas à Cæſaribus eiſdem
39 indulta fuit *l. Palatini* 4. *C. Theod. eod. tit. Palatini
utendorum equorum per Picenum ad itinerum neceſſita-*
40 *tatem habeant facultatem.* Sic poſtea ſimiliter, &
per urbes inſideri equis conceſſum fuit, & anti-
qua Adriani, & Antonini philoſophi abrogata con-
ſtitutio, colligo ex verbis à Vopiſco in Aurelia-
no. *Nam ingrediente eo Antiochiam in vehiculo, quod
præ vulnere, tunc equo ſedere non poſſet, ita pallium
purpureum, quod in honorem ejus expanſum fuerat, deci-
dit, ut humeros ejus tegeret, & cum in equum tranſi-
re vellet, quia invidioſum tunc erat vehiculis in civita-
te uti, equus eſt ei Imperatoris applicitus, cui per feſti-
nationem inſedit. Sed ubi comperit, ſemet ad ſuum
tranſtulit.* Ex tantis legibus circa inſeſſionem
equorum, hoc ſaltem inferes argumentum, invi-
dioſam cenſitam fuiſſe eam ab Imperatoribus,
cum tantis reſcriptis coercuerint illam, ſane in ci-
vitatibus indecora viſa fuit: quid ni in muliere?
cum Senatores atque honorati, & qui provincias
adminiſtrant, veterani, decuriones in provinciis,
in legibus deſignatis à conſtitutione exempti fue-
runt, cur non mulieres, aut ſaltim ad itineris ne-
ceſſitatem ſelectæ. Sed quis ſimilem inhoneſta-
tem expoſtulabit à lege?

Video apud Romanos tanti equitationem valuiſ- 41
ſe, ut in temperamentum majoris Dictaturæ
poteſtatis decretum fuerit, Dictatorem non equo
inſidere in acie, imò permixtum peditem militibus
incedere, proh advertire quantus equi uſus? Ele-
ganter Alexander ab Alexandro *Lib.* 4. *dier. genial.
Cap.* 23. ſic. *Sed quamvis eo excellentiæ creverit Di-
ctator, ut ſummum teneret imperium, præcipua majeſta-
te polleret, ipſi tamen equo vehi minime Jus erat, id
enim veteri lege exceptum fuerat, ſcilicet ut inhibita
nimia poteſtate, tantus honor aliquo ſine præſcriptus po-
puli ſuffragio indigeret,* & ſic M. Junius Dictator,
cum ſe ad bellum præcingeret apud Livium 3. *ſe-
cundi belli Punici,* ad populum tulit, ut equum aſ-
cendere liceret: quod & Fab. Maximus fecit apud
Plutarchum *in ejus vita* cujus inſignia verba ini-
quum præterire judico (omitto græca, quia mul-
ta) *Poſtquam igitur in unam ſententiæ omnium congrue-
runt, Fabius Dictator deſignatus magiſtrum equitum L.
Minucium dicens, primum à Senatu petiit, ut equo uti
ſibi Dictatori liceret, non enim antea equitare Dictatori
fas erat, ſed per quemdam veterem legem, prohibitum
fuerat, ſive quod majores vires ineſſe pedeſtribus copiis
arbitrarentur, & propter hoc Imperatorem in phalange
permanere oportere, nec locum deſerere, ſive quoniam
cum ad alia omnia tyrannica magnaque ſit ejus principa-
tus potentia, in hoc voluerint Dictatorem populo inferio-
rem videri*, vel (ut inquit P. Greg. *Lib.* 47. *ſyn-
tagmat. Juris*, *C.* 17. *n.* 9.) *quod ex eo popularem
quodammodo videretur referre poteſtatem*, docet P.
Valer. *Lib.* 4. *Hieroglyph. C.* 26. qui poſtquam hæc
omnia hujus argumenti retuliſſet, ſententiam no-
ſtram verbis iſtis confirmat, *eſt enim equus animal
omnino ſuperbum, & equitare magnificum habetur. Un-
de Ariſtippus apud Horatium, cum Diogenis vilitatem
argueret, ſplendidius multo eſſe dicit, equus ut me por-
tet Alex. Rex: id vero Diogenes, ac plerique alii philo-
ſopho minus dignum arbitrabantur: quare Plato cum* 42
*in equum aliquando conſcendiſſet, ſtatim deſiliit ad ter-
ram, ſe vereri dicens* μὴ ἱπποτυφίᾳ ἁλῷ *ne equino quo-* 43
piam faſtu contaminaretur, lego etiam ſacerdotes
Ægyptios tam generoſo animali, non potuiſſe in-
ſidere, quia profaniſſimum judicatum fuit, docet
Pier. Valer. *hieroglyph.* 4. *C.* 25. *& in præfat. ad
cum.* Qui & inde infert ſuo quoque tempore per-
duraſſe antiquitatem eam in Italia, in qua ſacro-
rum flamine tangi animal illud, nec permiſſum
erat, & primores Antiſtites equo per urbem vehi
ſolemnibus præſertim diebus contra morem, &
decorem haberetur: præterquam uno maxime om-
nium feſto die, quo novus Pontifex Maximus ad
Lateranum deducitur; tunc enim in albis equis
omnes præſules convehi moris erat. Si ergo in
temperamentum equus adeptus fuit majori poteſta-
ti, Dictatori ſcilicet, & è Republica eſſe judica-
runt Romani, cur non, & feminis quarum ſexum
ſævum, ambicioſum, poteſtatis avidum Severus Cæ-
cina in oratione apud C. Tacitum dixit *Lib.* 3.
Annal. & in ſimili oratione apud Livium *Lib.* 34.
magnus ille Portius Cato oravit, nihil aliud eſſe,
quam *date frenos impotenti naturæ, & indomito animali.*
Et cum prudentiſſimi philoſophi equos veriti fue-
runt inſidere, ne modeſtia equino faſtu contamina-
retur, quanto rectius in mulieribus tale periculum
debebat timeri, cum earum licentia, vanitas, &
ſuperbia tantis legibus cohibita fuerit (ut noſtra
Juriſprudencia ſuppeditat) & infirmitas earum ſe-
xus tantis remediis (& fere meaſſim) ſublevata.

44 Et ſi nec iſta ſufficiunt (quid ni?) ſufficiet ſi Timocleam, & Didonem animadvertas, fuiſſe viduas. Quantum pudet ſpectaculum iſtud equitationis viduæ? quæ eſt iſta ſui gynæcei profanata cuſtodia? quo immani abuſu viduitatis pudor violatus? qua injuria verendi conjugis manes fuerunt affecti? eheu quam ſanctius fecerit Polynicis uxor, marita adhuc apud Statium 4. *Theb. v.* 198. ſuam viduitatem præſagiens, ſuique viri abſentiam dolens? Nam

—— Ipſa ſacros gremio Polynicis amati
Depoſuit nexus haud mæſta, atque inſuper addit:
Non hæc apta mihi nitidis ornatibus, inquit,
Tempora, nec miseræ placeant inſignia formæ
Te ſine. Sat dubium cœtu ſolante timorem
Fallere, & incultos aris advertere crines.

45 Sed (id condonemus) equitet ſane Phœniſſa Dido apud Maronem 4. *Æneid. Cui*

—— Oſtroque inſignis, & auro
Stat ſonipes, ac frena ferox ſpumantia mandit.

Licet ſuo Sichæo vidua. Non equidem mirum, ſi furioſa amore Trojanum peribat, & amans quas non tranſgreditur leges? Ovid. 2. *de art.*

Fungitur in vobis munere legis amor.

46 Unde *Lib.* 1. idem *ſuæ artis* μεταφορικῶς quaſi amanti equitationem dat, aut ſaltim per incitatum equum ejus furorem ſignificat.

Dum licet, & loris paſſim potes ire ſolutis

Præterea, & Regina Carthaginis naſcentis erat, 47
cui convenire poterat Juſtini illud *Lib.* 2. *ſuæ hiſtoriæ, quia libido Regum pro legibus habebatur*, & Herodoti *Lib.* 3. *in qua* (Monarchia) *licet pro libidine agere omnia impune*, & ſic amanti, & Reginæ qui imperii, & honeſtatis fines obſtarent? Non ſic autem Timoclea noſtra quæ ſolum.

—— Pædore obſita
Vidua ante thalamos, exul invisa omnibus
Æthere negato.

Viduitatis malis ſuccumbere debebat, ex judicio Senecæ *in Agame.* ad finem. Unde merito D. Hieron. *epiſt.* 99. *Quid facit hæc vidua inter familiæ multitudinem, inter miniſtrorum greges?* & equum girans, diceret, ſi videret noſtram? Abjicio plura, quæ ad calamum habebam de triſtiſſima, & ſolitaria viduarum vita: quicumque colliget, cum ad manus ſæpiſſime occurrant. Hæc in Barclaium injici inpræſentiarum cenſui: ſuſpendat lector judicium, donec Caput ſequens perlegerit.

C A P. · XIII.

Ab objectionibus præcedentis Capitis defenduntur Maro, & Barclaius in equitationibus Didonis, & Timocleæ. Opinatur licere ex conſuetudine regionis. n. 1. *Equus quare immolabatur Marti.* 2. *Ignobilis equus utilis, præter bellum, alii miniſteriis.* 3. *Hinc ab officiis, & equorum uſibus varia epitheta indita equis.* 4. *Agminales equi* in l. munerum 18. §. patrimoniorum 21. D. de muner. & honor. *qui.* 5. *Equus ſagmarius.* 6. *Ignobilis equus Caballus dicebatur.* 7. Caballus *pro jumento.* 8. *Jumentum pro camello, equo, aut alio animali juvante.* 9. *Pauli Diaconi, & Socratis loca conferuntur, & explicantur.* 10. Καβάλλην *quid.* 11. τὸ ἵππος *in Socrate quid?* 12. Conſtitutio *amovens à curſu publico mulas, boves, & aſinos.* 13. *Cum hæc animalia curſui publico deputata erant, ubi de* l. 1. 2. & aliis, C. Th. de curſ. pub. 14. *Elegantia Pomponii expenditur* in l. ſi ita 15. D. de fund. inſt. 15. Caballatio *quid?* in l. 34. C. Th. de erog. milit. annon. 16. *Explicatur Perſius in fonte Caballino.* 17. *Poſtea nomen* Caballus *extentum fuit ad nobiliores equos.* 18. *L. Rhodomani verſio in Q. Calabro taxatur.* 19. Caballus *unde dictus.* 20. τὸ equus *comprehendit caballarium equum.* 21. *Defenditur judicium J. Barclaii.* 22. *Exponitur* tit. C. Th. qq. equorum uſus conceſ. eſt. 23. *Equitationes feminarum admiſſæ, & ab equis decertaſſe probatur.* 24. *Propertius declaratus.* 25. *Plato in confirmationem adducitur, & illuſtratur ab ante dictis.* 26. *Viduis à Romanis impoſitum fuit, equos alere.* 27. *Defenditur Maro.* 28. *Equus neceſſarius ad venationem.* 29. *Feminæ in ultimo rerum labore, & in caſtra deſcenderunt.* 30. *Apte expenditur equeſtris ſtatua Clæliæ.* 31. *Recluſio viduarum qualiter admittenda ſit.*

SIC Capite præcedenti argumentabamur in Maronem, & præmaxime in Barclaium, multa ſane in illos intulimus, ſed, ut veritas judicat, invulnerati ſemper fuerunt, conquaſſavimus ſolum, ſed non evertimus; plura & meliora obſtacula eos propugnant, & defendunt (ut Capite
1 iſto videbunt Docti). Tota concertatio inde provenit, quia in equum eduxerant Timocleam, & Didonem, qui non? Si forte utriuſque regionis mos ſic ferebat, ut peragerent in equis matronæ ſua itinera. Velle ſic videtur Argenis autor, cum in eo legamus, & Timocleæ ancillam in eodem conflictu moderari equo: & ſic ex regionis more excuſationem juſtam haberet uterque, cum & illo delinquentium pœnæ, aut deleantur, aut temperentur, ut cum multis probat A. Tiraquell. *de pœnis temperand. cauſa* 38.

Sed ſola iſta, licet tutarentur poëtarum judicium, proponimus (ut noſtri Interpretes dicunt) ſubſidiarie. Equi autem generoſi, quamvis pro- 2
priè animis ſuis aptiſſimi bello ſint alacritate ſpiritus, & pernicitate corporis (propter quas cauſas immolabantur Marti.) Feſtus verbo *october equus*, & verbo *equus*, Plutarchus *in Romanis quæſtionibus*, Natalis Comes *Lib.* 2. *Mytholog. Cap.* 7. Flamin. Carthar. *de imaginibus Deorum fol. mihi* 273. Bulenger. *de circo in tractat. inſerto equo, Cap.* 3. P. Valerian. *Lib.* 4. *hieroglyph. Capit.* 31. Anton. Clarus *Lib. ſingul. ad ll.* 12. *tabul. Cap.* 6. *fol. mihi* 99. (& paſſim alii) tamen, & ignobilis equus

equus eſt utiliſſimus aliis hominum miniſteriis, uti
3 diſtinguit M. Terentius Varro de re ruſtica *Lib.* 2.
Cap. 7. *Equi quod alii ſunt ad rem militarem idonei, alii
ad vecturam, alii ad admiſſuram, alii ad curſuram, non
item ſunt ſpectandi, atque habendi. Itaque peritus belli
alios eligit, ac docet, aliter quadrigarius, ac deſultor; ne-
que idem qui vectarios facere vult, ad ephippium, aut ad
prædam, quod ut ad rem militarem, quod ibi ad caſtra
habere volunt acres, ſic contra in viis habere malunt
placidos, propter quod diſcrimen maxime inſtitutum, ut ca-
ſtrentur equi,* congruit Columella *in eodem tractatu Lib.*
6. *Cap.* 29. Palladius *in Martio Cap.* 13. optime
Conrardus Heresbach. *Lib.* 3. *de agricultura*, D. Iſi-
dorus *in orig. Lib.* 12. *Cap.* 1. *Equorum tria ſunt
genera, unum generoſum præliis & oneribus aptum,
alterum vulgare, & gregarium ad vehendum, non ad
equitandum aptum, tertium ex permixtione diverſi ge-
neris ortum, quod etiam bigenerum dicitur, quia ex di-
verſis naſcitur, ut mulus,* quam veram diſtinctio-
nem ſequitur Bulenger. *in tractatu de equo Cap.* 1.
4 Hinc varia epitheta, & nominum demonſtratio-
nes attributæ equis ab officio, & miniſterio, cui
mancipantur: generoſum, Virgilius, Statius,
Lucretius, aliique poetæ vocant, bellatorem, for-
tem, aſperum, igneum, & ſimilibus nominibus
quibus generoſitatem equi demonſtrant; & è con-
tra epitheta ſervilia alia,* & à miniſterio indita
equi ignobiliores habent, Heſychio ἵππος ἐργάτης,
equus operoſus, Sidonio, *clitellarius*, ſic à ſerendis
clitellis, & ſic apud Budæum, ſarcinarii: & *equus
ſtrigoſus*, id eſt itinerarius, ſatigatus, & inter-
5 quieſcens (de quo alibi forte) inde etiam *veredi*
à vehendis rhedis, *agminales*, qui agmen ſubſe-
quuntur portantes impedimenta; de quibus men-
tio *in l. munerum* 18. *§. patrimoniorum* 21. *D. de
munerib. & honorib.* ut voluerunt Cuj. *ad tit. C. de
curſu publ.* Gothofred. *dict.* §. 21. Budæus *in an-
notat. poſter.* & cum eis Calvin. & Briſſon. *in le-
xicis*, Gutherius *de Officiis dom. Aug. Lib.* 3. *Cap.*
14. ſed cum aperte Conſultus de equis curſus pu-
blici loquatur: malo dictos fuiſſe agminales, quia
turmatim incedebant *l.* 3. *C. Th. de curſ. pub.* ibi:
Uſurpandi agminalis, ſeu paraveredi licentia derogetur,
ſic Pancirol. *in notitia orient. C.* 6. Autor vitæ B.
6 Hilarii inter equum, & ſagmarium diſtinguit,
*quod ubi vir Dei comperit, protinus & ipſe pedibus iter
ingreſſus urbem Romam ſine equo, ſine ſagmario intra-
vit*, ſic etiam Vopiſcus *in Aureliano*, ex fide Pala-
tini Codicis *equum, & ſagmarium ſuum defricet*,
cum alias legatur, *equum ſagmarium*, quaſi autores
iſti diſtinctione diſcernant inter equum, quo quis
vehitur, nobiliorem, quam ſagmarium, qui one-
ra portat, & cum ſic Claudius Salmaſius in hoc
Vopiſci loco doceret, acute alterum Lampridii
locum diſpungebat, ſeu leviter emendabat (cujus
verba dedimus Capite præcedenti *num.* 35.) *quæ
pilento, quæ equo, quæ ſagmario, quæ aſino vehere-
tur*, id eſt mulier (ſcio tamen Marcel. Donatum
in ſuis ad Vopiſcum dilucidationibus, legere in eo, &
Lampridio, *non ſagmarium, ſed ſaginatum* equum;
quam tuetur lectionem adverſus Turneb. Rhodigi-
num, & alios, ſed ego nunc ſuperſedeo, videbo
forte alias).

Obſervo tamen ignobiliorem equum Antiquos
7 vocaſſe *Caballum*, Heſychius, καβάλλης ἐργάτης ἵππος,
caballus equus operoſus, & alibi Lucilius *Lib.* 2.

Succuſſatoris, tetri; tardique Caballi.

Unde apud Horatium *olitoris caballus*, & Auſo-
nium *tripedes Caballi*: Petronium, *Laſſus Caballus*,
& ſic poſſunt intelligi antiquæ autoritates, quas
Nonnius dat in voce, *Caballus*, & Seneca, *Epiſt.*
77. *Catonem uno caballo eſſe contentum*, τὸ Caballo,
ἐμφατικῶς, ita ut Caſaubonus *ad Perſium in prolo-
go*, τὸ *caballus*, pro quocumque jumento accipiat,
ταλαεργῷ, ſcilicet laborum patiente, ſive jumento 8
doſſuario, in cujus dorſo onus injiciatur (ut lo-
quitur Varro.) jumentum, ſi derivationem vocis
expendimus, non ſolum pro aſino, ſed pro equo, 9
camello, aut alio animale juvante receptum ſit,
ut tuus Calepinus te docebit, & D. Iſidor. *in orig.
Lib.* 12. *C.* 1. Sypontin. *in commen. ling. lat. f.
m.* 720. & alii; unde idem Caſaubonus Pauli Dia-
coni è *Lib.* 11. *hiſtoriar.* affert locum, qui ſic 10
verbo Socratis vertit, *abſcidit quoque etiam publicum
curſum mularum, & caballorum*, in his verbis ver-
tere videtur Paulus Socratis iſta verba de eadem
re ἀφεῖλε δὲ καὶ τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον οἷον ἡμιόνων,
βοῶν καὶ ὄνων, ſed meo judicio non bene, quia τοὺς
ὄνους nominatim *aſinos*, demonſtrat, dixit autem
Socrates τὸν δημόσιον τῶν χρειῶν δρόμον, i. *curſum publi-
cum utilium, & neceſſariorum animalium* (vel ad ne-
ceſſarios uſus accommodatum) οἷον ἡμιόνων βοῶν καὶ
ὄνων, *qualis eſt mularum, boum, & aſinorum*, nam
quamvis caballus (ut inquit Heſychius) ἐργάτης *ſub
his animalibus comprehendi poſſit*, ex lata ſignifica-
tione καβάλλειν, ſive καταβάλλειν, ut inquit Caſau-
bonus *ad Perſium*, ab injiciendo, unde καβάλλη- 11
ς, aptus ad injiciendum, tamen ſpecifice Socra-
tes per τοὺς ὄνους *aſinos*, ſignificavit, & nomine uti-
lium neceſſariorum animalium comprehendit com-
paratione ad equos, qui in curſu publico ordinarii
ſemper fuerunt, & poſt varias conſtitutiones re- 12
manſerunt in eo, & ſic diſtinguit Plutarchus *in
tract. non eſſe ſænerandum*, ὄνῳ τινι τῷ τυχόντι καὶ κα-
βάλλῃ χρώμενος, i. *Aſino quocumque vulgari, & ca- 13
ballo utens*, loquitur autem Socrates *Lib.* 3. *Cap.*
1. *circa finem*, de Juliani conſtitutione, qua mu-
los, boves, & aſinos à curſu publico amovit, cui
equos ſolum præfecit, integer locus ex verſio-
ne I. Chriſtophorſonii ſic ſe habet, *quum etiam
vecturam publicam ad neceſſarios uſus accomodatam,
non amplius per mulos, boves, & aſinos fieri permiſit,
ſed in publicis ejus generis negociis obeundis, equis
ſolum utendi conceſſit facultatem*, cum enim antea 14
animalia iſta, & curſui publico deputata eſſent,
ut aperte deducimus *ex l.* 1. *l.* 2. *l.* 34. *l.* 38.
l. 41. *l.* 53. *l. fin. C. Theod. de curſu publico*, &
obſervavit Pancirolus *in comment. notitiæ orientis,
Cap.* 6. è Republica eſſe Julianus judicavit: ſi
animalia hæc à curſu publico auferrentur; & man-
ciparentur uſibus (ut ego intelligo) agricul-
turæ aliiſve vitæ humanæ neceſſariis, ut deduci-
mus à *l.* 1. *C. Th. de curſ. publico.* Quæ omnia 15
ſatis demonſtrant caballum doſſuarium animal,
non generoſum equum ſignificare. Ex his vide-
mus elegantiam Pomponii *in l. ſi ita* 15. *D. de
fundo inſtruct.* qui in legato, quæ piſtrini cauſa
parata ſunt, *reſpondit, & caballos, qui in piſtrinis
eſſent, legatos videri*, inde *Caballatio in l.* 34. *C.
Theod. de erogatio. militar. ann.* quæ in Juſtinea- 16
neo eſt *l.* 14. *eod. tit.* id eſt munus alendi cabal-
los publicos curſuales, ut jam obſervarunt alii.
Similiter Concilii Aurelianenſ. 3. §. 27. *quia per-
ſuaſum eſt populis die dominico, cum caballis, &
bobus, & vehiculis itinerari non debere, &c.*
Cum his accedimus ad Perſium in prologo *Sa- 17
tyr.* 1.

Nec fonte labra prolui Caballino.

Qui ergo *Caballino fonte*, ſi apertus ab ungula
volantis equi Pegaſi? *equino*, decentius ſcribe-
re Satyricus debebat, ut Hyginus *in fabulis, &
aſtron.* ſic cum decore vocat. Statius 2. *Sil-
var.* 2. *v.* 37.

——— *Largeque volantis
Ungula ſe det equi.*

Et Ovidius 5. *Metam. in prin. Meduſæi ſigna te-
netis equi.* Nonnus Dio. *Lib.* 38. ἡμιφανὴς Λίβυς
ἵππος, id eſt. *Semi apparens Libycus equus*, & alii
paſſim,

paſſim, fecit ſane Satyricus per irriſionem, & contemptum fontis, cui in prologo illo irridet, ſentiens caballum eſſe viliorem indegeneremque equum: ſic ſentiunt in eo loco interpretes A. Nebriſenſ., Cafaubonus, Ann. Cornutus, & Th. Marcilius. Auſonius ſane *Epiſt.* 5. cum in ea Muſis Theonis irrideat, eleganter imitatus eſt Perſium.

Quid rerum, Muſæque gerunt, & cantor Apollo?
Muſæ non Helicone ſatæ, nec fonte Caballi,
&c.

Sed prætermittere non debeo, quod quamvis apud patres linguæ antiquæ latinæ nomen iſtud
18 *Caballus*, ſic acceptum eſſet, poſtea tamen, & cum puritas elegantiæ illa aliqualiter maculari incepit, extenſum fuit ad nobiliores equos, & indiſtincte pro quocumque equo accipi, ita ut & hodie apud nos nullum aliud nomen equi remanſerit, niſi *Caballo.* Sic Martian. Capella *Lib.* 2. *de nuptiis Philologiæ* in re ſeria, non jocoſa Hypocrenis fontis ortum dat his verſibus.

Semper complacitis amica muſis
Cui Magneſia poculum fluenta
Et fons Gorgonei tulit Caballi.

Sangallenſis *Lib.* 1. de geſtis Carol. Magn. §. 6. *Defuncto quoque alio Pontifice quemdam juvenem in locum ejus ſubſtituit Imperator, qui cum lætus ad abeundum exiret, & miniſtri ejus, juxta gravitatem Epiſcopalem, caballum ei ad gradus aſcenſionum adducerent, &c.* & infra. *Eſto igitur interim ſocius laborum noſtrorum, dum tam celeriter aſcendere potes caballum.* Idem Sangallenſ. *Lib.* 2. §. 20. *Ne caballum maximum in ejus non dicam fluenta, ſed nec liquentia poſſet impellere, apprehenſis habenis ſtuitatem poſt ſe traxit,* & §. 26. *In clypeo nihil apparuit, niſi ferrum, cavallus quoque illius animo, & colore furum retinebat.* Autor de S. Ottone, & Pommeranorum converſione *Lib.* 2. *C.* 13. *Fortitudo enim, & potentia nobilium, & Capitaneorum ſecundum copiam, vel numerum æſtimari ſolet caballorum.* Autor incertus S. Greg. Pap. *Tunc Gregorius, revelante ſpiritu, Dæmoniacam immiſſionem cognoſcens, facto crucis ſignaculo, tam caballum à præſenti rabie liberavit, quam maleficos, &c.* Walafridus Strabo in ſuis poëmatib.

Et lini obſequitur candentia fila caballus,
Plurimus hunc ornat ſpecies fulgentis habenæ.

Unde Hadrianus in ſuo *Epigrammate* ad equum Boryſthenem, quem honoravit ſepulchro, ſic ſcribit.

Βορυσθένης Ἀλανὸς
Καισάρειος Καβαλλος,

Id eſt.

Boryſthenes Alanus.
Cæſareus caballus.

Unde in *gloſſario* Iſidori, *cabo, caballus, ſonipes equus:* & *gloſſæ veteris Juris.* Καβαλλάριος, ἱππότης, ὁ ἐν ἵππῳ καθήμενος, κάβαλλος γὰρ ὁ ἵππος, id eſt. *Caballarius eſt eques in equo inſidens, caballus enim eſt equus*, unde apud nos hodie τὸ *Cavallero*, quod & prævidit Brodœus *Miſcellean. Lib.* 2. *C.* 23. ſed ſimpliciter, & ſola ſua autoritate
19 firmat, & ſic Lauren. Rhodomanus in verſione *Q. Calabri Lib.* 1. *v.* 164. Pentheſileæ nobiliſſimum equum, munus hoſpitale Orythiæ, caballum vocat, cum Græcus ſic ſcripſerit.

——— Ἕζετο δ᾽ ἵππῳ
Καλῷ τ᾽ ὠκυτάτῳ τε.

Id eſt.

Et inſidebat caballo
Eleganti celerrimoque.

Mallem ſane in verſione reponi, *equo*, congrueret magis verſor Calabro, antiquitate, & decori nobiliſſimi equi, ſed forte ſui temporis rationem Rhodomanus habens, caballum dixit, ſed melius Jodocus Valæreus vertit. *Inſidebat enim equo egregio ac velociſſimo.* His convenit denominatio 20
caballi, quam in his verbis dat Iſidorus *Lib.* 12. *Orig. C.* 12. *Caballus a cavando, dictus propter quod gradiens ungula impreſſa terram concavet, quod reliqua animalia non habent, inde & ſcrupes, quod pedibus ſonet*, derivatio autem iſta & nobiliſſimis equis congruit, aliam autem ex Græcis ſupra dedimus num. 11.

Video tamen vocem *equum* comprehendere e- 21
tiam caballarium, optime adſtruimus a Ruricio Epiſcopo ſui temporis elegantiſſimo patre *in Epiſtola ad Sedatum Epiſcopum*, *Epiſt.* 34. in qua caballum manſuetum, & animis temperatum ſcribit ſe mittere, cui idem Sedatus reſcribit *Epiſt.* 19. & ludit elegantiſſime in munere vilitatis equi, equumque vocat. Sic etiam colligimus *ex titulis C. Th. quibus equorum uſus: & de curſu publico*, & ex plurimis noſtri Juris reſcriptis, & reſponſis, in quibus curſorii, piſtrinarii, itinerarii, aliique degeneres, equivocantur, quod & ſanciunt multa ante dicta, & alia quæ quicumque ſine labore ab antiquis ſcriptoribus quibit colligere.

Ex quibus omnibus deducimus non ſolum bello 22
equinum pecus aptum exiſtere, ſed itineribus, piſtrinis, hortis & aliis miniſteriis hominum, ut præmiſſa ſatis aperte demonſtrant, & experientiæ uſu docemur: quanam ergo ratione Argenis autor matronam Timocleam, ejuſque famulas in equis inſidentes educere non debebat in itinere? Longe hoc diverſum eſt ab eo, quod indecorum, & inhoneſtum conſideravimus matronæ in media civitate per vicos, per plateas gyrantis equum: ſane in civitate Romana, & vehicula adempta, & reſtituta ex variis cauſis, quas ad variarum legum rogationes, & abrogationes æquas duxit magnus ille Populus Romanus, & ſic & equitatio civibus in civitate prohibita, ſuadente ſic politica ratione Populi, at in itineribus nullum animal magis in uſu, quam equus. Qui aliter humanas viarum neceſſitates genus humanum adimplere poſſet? Nec feminæ omnes carpentis, pilentis, ſellis, aliiſve vehiculis itinera conficere valerent: ſed prout ſtatus conditio cujuſque ferebat, aut patiebatur, jam mulabus, jumentis, equis, vehiculis vias tranſigunt, quibus ſane, tanquam uno verbo ſatisfacimus illis omnibus, quæ accurate inveximus in Barclaium, & Maronem Capite præcedenti, à numero primo, cum multis ſequentib. nec aliud *in tit. C. Theod. qui-* 23
bus equorum uſus conceſſus eſt, continetur, quam equum equamve, ſeu gregem eorum habendi copia omnibus præcluſa ſit (præter ibi contentos) per Picennum, Flaminium, Apuliam, Calabriam, Brittios, Lucaniam, atque Samnium: non (ut inſinuat P. Greg. *Lib.* 37. *ſyntag. C.* 5. *num.* 5.) prohibitio iſta generalis fuit, ſed reſtricta memoratis partibus, & regionibus propter certas rationes (quas nunc referre nimis longum eſſet). Imò ex eo, quod excepti erant honorati: & nobiliſſima matrona in exceptione veniret, vel quia vidua clariſſima erat, *l. feminæ de Senat. l. fin. C. de incolis Lib.* 10. *Novell. de conſulib. C.* 2. Sed quid habet commune iſtud, cum antiquiſſimo Trinacriæ ſtatu, ſeculis multis ante lapſo? Imò à contrario titulus ille mihi probat, facultatem cuicumque fuiſſe equos, ſeu equinum armentum habendi, ſi quidem poſtea Cæſares eam poteſtatem certis in locis inhibuerunt. Nam quod Dictatori, niſi ſpeciali beneficio, equo non liceret vehi, humiliationem politicum temperamentum

temperamentum majoris poteſtatis impoſuit, ſeu aliæ ſingulares cauſæ, quas libavimus Capite præcedenti, *num.* 41. & eruditi expoſuerunt, & ſimili rationis luce evaneſcunt alia, quæ ſubnotavimus in Capite illo.

24 Sed quod de muliebri militia diximus, prætereire non debeo: verum eſſet femineum ſexum à militia exterminatum, & merito in regionibus politieis, ſed apud varias gentes feminæ etiam nomen dabant militiæ, ut Capite proximo probavimus *n.* 10. cum ſeqq. Sed tunc ſane, & equitaſſe feminas, & ab equis ſubiiſſe certamina, nullus, niſi antiquitatis omnino rudis, audebit negare, nam præter quod ipſa ratio vehementer ſuggerat, cum ex eo, quod ad militiam admiſſæ, non deberet eis equorum inſeſſio denegari, probant monumenta litterarum antiqua. Camilla apud Maronem 11. *Æneid.* delilit ab equo: Penthesilea, cæteræque Amazones ab equis pugnant in Ilii propugnatione, conteſtantibus Virgilio, Calabro, Triphiodoro, & aliis: unde Ariſtophan. *in Lyſiſtrat.* ἃς Μίκων ἔγραψ' ἐφ' ἵππων μαχομένας τοῖς ἀνδράσι, id eſt. *Quas* (Amazonas) *Micon depinxit in equis pugnantes contra viros*, & de eiſdem Hippocrates *Lib. de aere, locis, & aquis*, loquens de eiſdem ἱππάζονται καὶ τοξεύουσι, καὶ ἀκοντίζουσιν ἀπὸ τῶν ἵππων, καὶ μάχονται τοῖς πολεμίοις ἕως ἂν παρθένοι ὦσιν· οὐκ ἀποπαρθενεύονται δὲ μέχρις ἂν τῶν πολεμίων τρεῖς ἀποκτείνωσι, id eſt. *Equitant, arcu utuntur, jaculantur ex equo, cum hoſtibus bellum gerunt, quoad virgines ſunt, neque ante virginitatem deponunt, quam tres hoſtes interfecerint*, vide Lyſiam *in epitaph.* Unde Propertiana Penthesilea (de qua *n.* 5. *in præcedenti Capite*) ex more militari ſuo militabat ab equo, quin ἱππωνεῖον in eo aliquam inveniamus, cum & Reginam iſtam Orythia Bojeæ uxor hoſpitali munere equi donaverit, in quo inſederat, & provocabat ad ſingulare duellum Achillem, & in Græcos acerrime invehebatur, referente Q. Calabro *Lib.* 1. *& ſequentib.* παραλειπομένων. Sed & aliæ feminæ equeſtri militiæ decertarunt, veluti Saxamathæ, vel Jaxamathæ, quarum pedites viri erant P. Mela *Lib.* 1. *de Situ orbis Cap.* 21. Alex. ab Alex. *Lib.* 6. *dierum Genialium*, C. 21. & Spartanæ, de quibus Propertius. *Lib.* 3. *Eleg.* 12.

Gyrum pulſat equis, niveum latus enſe revincit.

Et Myſſicæ apud Philoſtratum *in Heroicis*, & Tartaræ referente I. Boemo *Lib.* 2. *de gentium morib.* C. 10. *f. m.* 113. de Zenobia hæc verba ſcripſit Trebellius Pollio, *in ea: uſa vehiculo carpentario, raro pilento, equo ſæpius.* Sic equitarunt etiam Semiramis, Artemiſia, aliæque Heroinæ feminæ, quarum fortitudinem ſecula immorta-

26 litatis marmore ſculpſerunt. Quid magis? Ab his argumentum ducit Plato *Lib.* 7. *de legib.* & militare feminis licere, & equitare, accipe integrum locum Latinum. *Noſtris quoque temporibus, non ignoro eſſe circa Pontum innumera mulierum millia, Sauromatidaſque vocari, quibus non equorum modo, verum etiam arcuum, cæterorumque armorum æqualis cura cum viris, & exercitatio ſit inſtituta. Sed rationem quoque ad hæc hanc habeo. Aio equidem, ſi hæc ita fieri poſſunt ſtultiſſimum hoc in noſtris regionibus eſſe, ut non iiſdem ſtudiis mulieres, ac viri omni conatu conſenſuque dent operam: ferme enim civitas omnis hoc modo pro dupla dimidia ſit ex iiſdem laboribus atque tributis.* Sic etiam in Populo Romano, ejuſque ludis ab equis decertaſſe feminas, donec variis conſtitutionibus prohibitum fuerit, undique liquet.

27 Non ergo à re equeſtri omnino mulieres inhibitæ fuerant, video etiam apud Romanos viduis feminis alere equos impoſitum fuiſſe. T. Livius *Lib.* 1. ab U. C. *ad equos emendos dena millia æris, & quibus equis alerant viduæ attributæ.* Sic & apud Olympica, quamvis illis exterminabantur feminæ, equos qui in palæſtra decurrerent, ingenti cura alebant, à quorum victoria coronis cingebantur, quod diligenter perſcrutati fuerunt P. Faber. *Agoniſt. Lib.* 1. C. 26. J. Cæſar, Bulenger. *de ludis Circenſib. Cap.* 58. & Andromache apud Homerum *Iliad.* 8. mariti ipſa Hectoris curabat equos. Regina Dido 28
quamvis nec amans, nec Regina eſſet, ad venandi nobile exercitium equo meritiſſime inſedit. Tribuamus ergo libidini regnandi, & amoris, quod ſuo Sichæo vidua, cum peregrino Ænea libere venationem auſa fuerit; non quod equo fuerit invecta, cum quaſi in neceſſarium venationis antecedens in eo inſeſſura erat, unde Martialis *Lib.* 14. *epig.* 86.

Stragula ſuccincti venator ſume veredi:
Nam ſolet à nudo ſurgere ficus equo.

(Alii legunt *pectus*, ſed Scaliger vertit σῦκον, id eſt, *ficus*, quæ lectura Radero, Farnabio, & aliis placuit, quam & ego libentiſſime amplector, cum ſenſus epigrammatis ſic expoſcat) unde Oppianus *Lib.* 1. κυνηγετικῶν ad venationem hoc præce- 29
ptum dat.

Ἵππους δ' ἐς θήρην μέγα κυδήεντας ἀγέσθων.
Equos autem venatum valde generoſos ducant.

Qui longe equeſtrem venationem per integros libros tractat, & Natalis comes *in eodem tractatu*, & omnes qui eam rem tetigerunt: ratio aperta eſt, quia ſine equis qui feras perſequeremur? Jacob. Pontan. ſecunda tertii pro gymnam. 77. *Quia ſcilicet alia agreſtis, ſive campeſtris eſt, quæ per campos apertos, per montes, colles, ſilvas, agros hominibus, canibus, equis, feras acerrime inſequitur*, quod quidem duplici Virgilii loco comprobat, nec alia argumenta neceſſaria in oculata fide ſunt. Ex quibus profluit, non indecoram feminis equitationem eſſe in itinere, bello, venatione: nec in ſimilibus futurum ſi ea neceſſario indiget natura actus, quem exercent ipſæ. Unde comprobo, femineum bellum à murorum crudeſcere corona, ſed non id ab interdicta equitatione (ut argumentabamur *Cap. d.* à *n.* 7.) ſed à decentia ſexus, & fragilitate, alias ſi fuiſſent in campum deſcenſuræ, quare & in equum aſcenſuræ non fuiſſent? In aliarum exemplum Romanorum legibus interdictum eſt eis in acie adeſſe, ſed urgente neceſſitate, quando omnia licent, & omnia expetuntur, ſuorum periculis accurrunt, ut poſſunt aut à muris propellendo hoſtem, ut fecerunt plures, quarum exempla dedi, *Cap.* 10. *d. n.* 7. cum (ut inquit Maro) *vocat labor ultimus omnes*, aut in campum deſcendentes. Magnus poëta *Libr.* 10. *Thebaid. v.* 565. trepidationem ultimam Thebarum noſtro exemplo eleganter depingit.

Una omnes, eademque ſubit formido per annos.
Poſcunt fata ſenes, ardet, palletque juventus,
Atria femineis trepidant ululata querelis.
Flent pueri, & flendi nequeunt cognoſcere cauſas
Attoniti, & tantum matrum lamenta timentes.
Illas cogit amor, nec habent extrema pudorem.
Ipſæ tela viris, ipſæ iram, animoſque miniſtrant,
Hortanturque, unaque ruunt.

His ſubjicit Lactantius, *quia in calamitate nul-* 31
lus pudor eſt feminis prodire in publicum, vel aliquo pro patria fungi officio. Ex quibus infero meritiſſime Romanum Senatum equeſtri donaſſe ſtatua Clæliam propter nocturnæ fugæ, ab inimicis caſtris, terribilemque tranſnationis Tyberinæ audaciam. Unde Livius *Lib.* 2. ab U. C. *Pace redintegrata Romani novam in femina*

 virtutem

virtutem novo genere honoris ſtatua equeſtri donavere, in ſumma ſacra via fuit poſita virgo, inſidens equo. Seneca in conſolat. ad Martiam, *in qua Clœliam, contempto hoſte & flumine, ob inſignem audaciam tantum, non in viros tranſcripſimus, equeſtri inſidens ſtatuæ in ſacra via celeberrimo loco Clœlia exprobat juvenibus noſtris pulvinum aſcendentibus in ea illos urbe ſic ingredi, in qua etiam feminas equo donavimus*, referunt Valerius, Plutarch., & alii antiqui.

32 Nec quod vidua eſſet Timoclea ad juſta itinera equo abſtinere debebat; quamvis autem tanta viduarum commendetur reclufio, non ideò tamen eam ſic intelligere debemus, quod tanquam aquæ, & igni interdictæ terra, & aëre, omnique conſortio humano exutæ, pædore obſitæ jacere debeant, ſed damnaremus impudicam, & inviſam hominibus equitationem propalam in civitate, & in ore omnium. Nam ſi juſtis cauſis ducta, ſi obediens præceptis Regis remeaſſet ad aulam, quæ culpa in vidua inveniri poſſet; attente ergo Barclaius viduam iſtam ad aulam Regis venientem inducit, ut omnis ſuſpicio inhoneſtatis emacularetur. Cætera autem, quæ *Capite præcedenti*, in Virgilium, & Barclaium inveheximus, prædictis diſſolvuntur in iſto (veluti quæ de philoſophis, & ſacerdotibus Ægyptiis diximus, quæ à nimia ſuperſticioſa religione procedebant, ferrem in ſacerdotibus in civitate; ſed in itineribus, qua cauſa non equitarent, haud invenio?) Aut parva ſunt, ſi expendamus, quæ Capite iſto congeſſimus. Quæ longe latèque probant Virgilii, & Barclaii judicium, nec pigebit diſcuſſiſſe, cum inde aliqualem fructum tribuerimus noſtri Juris Civilis antiquitati (cui ſemper, & ubique inſervimus) & ſcriptorum antiquorum.

LIBER

LIBER QUARTUS
PARALIPOMENON
E T
E L E C T O R U M
JURIS CIVILIS.

C A P U T I.

Toto libro diſputatur quæſtio an ſi ſub quartæ Falcidiæ nomine, & Trebellianica comprehendatur, *à num.* 1. *Ubi & utilitas hujus quæſtionis. Lex Falcidia à quo lata.* 2. *Quo anno.* 3. *Error Antiquorum.* 4. *Quæ Capita habuerit.* 5. *Qui quatuor Capita attribuerint.* 6. *Hæc ſententia improbatur.* 7. *Præter cognita, alia inveſtigantur Capita* 8. *Probatur Cuj. & aliorum ſententia, varia fuiſſe Capita legis, dicentium.* 9. *Nulla fere lex Romanorum antiqua pervenit ad nos integra.* 10. *J. Paulus* in l. 1. hoc tit. *duorum Capitum ſolum meminit.* 11. *Fran. Huſmannus acriter defendit unicum hujus legis fuiſſe Caput à num.* 12. Principium l. 1. *ex communi criticorum ſententia abruptum, & viciosum eſt.* 13. *Primum legis Caput oppugnat Huſmannus.* 14. *Verba* l. 1. uti hac lege ſequenti licebit, *ſuſpecta fuerunt Baroni & aliis.* 15. *Defenditur recepta lectio.* 16. *Et principium legis.* 17. *Conſulti noſtri nunquam integras tradiderunt leges.* 18. *Gravis proponitur difficultas adverſum principium legis.* 1. 19. [illegible] *quid.* 20. *Familiaris fuit Juris Conſultis.* 21. *Interpungendi ratio fere apud Antiquos in uſu non fuit.* 22. *Utilitas hujus cognitionis.* 23. *In ſubſidium offertur correctio legis* l. 1. 24. *Leges antiquæ conſtabant prologo, Capitibus, & ſanctione.* 25. *Prologus ſeu proœmium legis quid.* 26. *Aliqua dantur exempla.* 27. *Suppletur legis Agrariæ fragmentum.* 28. *Capita legum quæ* 29. *Sanctio legis* 30. *Inſtat adhuc Huſmannus.* 31. *Verba,* ut hac lege licebit, *ſolemnia in antiquis legibus* 32. *Primum Caput referebatur ad aliud.* 33. *Quodcumque Caput legis, lex habetur.* 34. *Huſmanni alia dantur argumenta.* 35. *Lege Furia teſtamentaria quid ſanciretur.* 36. *Quid Voconia.* 37. *Primum legis Falcidiæ Caput an reſpectu harum legum datum ſit.* 38. *Majori ratione primum legis Caput præfixum fuit legi Falcidiæ.* 39. *A regula ſemper deducuntur limitationes.* 40.

CUM ſuperiori libro labore accurato perquiſiverimus, an, ſub appellatione legati, fideicommiſſum, atque hereditas contineretur, & longe verum eſſe invenerimus, nunquam ſic noſtros Juris Autores commiſcuiſſe diſtantes res: ea arrepta occaſione, juvat ſimilem ſubire laborem: *ſi*
1 *ſub quartæ Falcidiæ nomine & Trebellianica comprehendatur?* (quæ quidem omnium ſententia fuit). Juvat equidem eam palæſtram ingredi, acer enim campus eſt periculis, & fortuna: à quo multum laudis, qui ſtrenue decertaverit, reportare quibit: nos enim fert animus ad divagandum occaſione iſta per utrumque Falcidiæ, & Trebelliani titulum, ut utilior noſter labor lectori ſiſtat. Ut ergo noſtra diſquiſitio recto procedat tramite, originem utriuſque deducere debemus, & inveſtigare diſcrimina: ut his præcognitis dijudicare poſſimus, an ſi noſtri Juris interpretes recte, & vere cenſerint. Primo ergo ad *l.* Falcidiam accedo.
2 Legem autem Falcidiam a P. Falcidio tribuno plebis latam fuiſſe probant inſtitutionum Interpretes *ad principium hoc tit.* & A. Auguſtin., J. Calvin. *de legib. P. R.* Cujac. *in notis ad l.* 1. *D. hoc. tit.* ex Dione, Suida, Euſebio, Iſidoro, & A. Contius *in notis ad faſtos conſulares*, Fran. Hotoman. *vol.* 1. *variarum diſputat. diſputatione de quarta Falcidiam.* A. Matheac. *Lib.* 2. *de via, & ration. jur. Cap.* 22. Ludov. Cælius Rodigin. *Lib.* 12. *antiq. lect. Cap.* 9. Melchior. Vallentia *Lib.* 1. *illuſt. Juris tractat.* 1. *Cap.* 5. *num.* 2. quos omnes firmat Idacius *collect.*
chronica Lib. 2. *Cap.* 31. Alii anno ab Urbe Condi- 3
ta 711. alii 712. alii 713. alii 714. errore antiquorum deſpecto, qui à falce legem Falcidiam denominabant, quem ſequi videtur Scholiaſtes Con-
ſtantini Harmen. *Lib.* 5. *tit.* 9. *in princip.* & Sypon- 4
tin. *ad.* 2. *epig. ſpectacul. f. m.* 172. cum non viderint, *Cap. quædam* 2. *diſt.* & alias eruditorum autoritates.
Sed major adhuc perſiſtit contentio inter Inter- 5
pretes noſtros circa noſtræ legis capita, & correctionem *d. l.* 1. *D. ad l. Falcidiam*, nam Minſinger & Ritterſhuſius, & alii antiqui inſtitutionum Interpretes, & noſtri Juris Civilis ad *dict. l.* 1. duo

Capita agnoſcunt, cum quibus ivit A. Auguſtin.
de legib. ſuper hac lege, & Joachim. Hopperus *Lib.*
10. *de vera Juriſprudentia*, *Cap.* 16. J. Roſin. *Lib.*
8. *antiq. Roman.* C. 18. & Briſſon. 2. formul. for-
te cum eis: Pauli reſponſis adducti *in dict. l.* 1.
Alii quidem & graviſſimi Interpretes, quatuor com-
6 poſuerunt Capita, utpote Duaren. *Lib.* 1. *diſput.*
Cap. 58. Fran. Hotoman. *dict. diſp. de quarta Fal-
cid.* & Hug. Donell. *Lib.* 8. *com. Cap.* 22. J. Cal-
vinus *dict. legibus*, ſequentes Æmar. Ranconet.
7 quem hujus opinionis autorem ſuſpicor. Sed u-
tramque ſententiam nunquam probavi: nam Ran-
coneti proxima, & ſequacium cui placere poterit
adverſus ipſius Pauli autoritatem, qui ſecundo Ca-
piti locat, & attribuit, quæ iſti fregerunt in tria,
& diviſerunt? & denique altera Minſingeri, &
aliorum convincitur expreſſe, quia veſtigia aliorum
Capitum hujus legis remanent adhuc in Conſultorum
reſponſis, ex quibus & Ranconetus ſuis Capitibus
ſuperaddere potuit alia, nam de ære alieno, fu-
neriſque impenſa deducenda prius in lege Falcidia
expreſſe cautum eſſe, innuunt Juris Conſulti *in l.*
8 1. *§. final*, *& in l. æris alieni* 39. *& in l. quantitas*
72. *D. hoc tit.* quaſi interpretantes legem Falcidiam
dum de ære loquitur alieno, ex eoque inferentes,
ut Gaius facit *d. l. quantitas*, quibus convenit *l. ſuc-
ceſſores* 16. *C. hoc tit.* ſic etiam videtur tempus
mortis in lege Falcidia, ad quantitatem patrimo-
nii æſtimandam, expreſſum fuiſſe ex *l. in quantitate*
73. *D. hoc tit.* *§. pen. inſt. eod. tit.* Atque etiam
nominatim in ipſa lege Falcidia cautum fuit, ut
res emptæ paratæque uxoris cauſa extra modum
legis eſſent *l. ſi uſusfructus* 81. *§. fin. D. hoc tit.*
Aliud etiam Caput habuiſſe pro certo habeo quoad
teſtamentum militis, ut ex eo non deducatur Fal-
cidia, quod mihi ſatis demonſtrat *l. in teſtamento*
12. *C. de teſtament. milit. l.* 1. *§. denique* 18. *D. ad
S. C. Trebell.* quod quidem privilegium, cum in
Cap. 2. *legis* 1. apertum non ſit, credere debemus
ſuum locum in lege habuiſſe. Idem judico in re-
tentione quartæ, nam cum ſecundo Capite legis
ſolum conſtitutum eſſet, ne ultra illam teſtatori
legare liceret, merito ſuſpicamur, & ſuum Caput
in lege retentionem habuiſſe J. Paulus *Lib.* 3. *ſen-
ten. tit.* 8. *in principio*, *l. unica*, *C. quorum legatorum*,
& obſervat præter Duaren. infra referendum, Fr.
9 Huſman. *ad. l. Falcid. Paradox.* 6. Ex quibus liben-
ter probo opinionem Cuj. *ad. l.* 1. *C. hoc tit.* *& in
Parat. ad eundem tit.* Hotoman. qui *d. diſputat. de
quarta Falcidia.* poſt quatuor aſſerta Capita, &
plura alia fuiſſe ſentit, Duaren. *in commentar. ad
hunc tit.* C. 8. (qui verius præſenſerat de hac quæ-
ſtione, quam poſtea, cum Ranconeto) Æguina-
rii Baronis *in Manualib. ad pandectas in* 5. *part. Di-
geſtorum Lib.* 5. *ad hunc tit.* qui omnes in eo con-
ſentiunt aliis pluribus Capitibus legem Falcidiam
præſcriptam fuiſſe: quod valde ſuadet integer ipſe
titulus, in quo varia reſponſa apparent, quæ con-
cernere videntur varia legis Falcidiæ Capita, quæ
10 interpretantur hinc inde Juris Conſulti. Nulla
enim fere lex Romanorum antiqua, aut ad nos in-
tegra pervenit, aut à Conſultis integre refertur,
11 ut bene Franciſcus Huſmannus perpendit *Paradoxo*
1, *ad l. Falcidiam.* Julius autem Paulus *dict. l.* 1.
duo præcipua Capita ſolum propoſuit de poteſtate
legandi, reſtricta tamen, uſque ad dodrantem, &
ſic ipſe in exordio legis auſpicatur legem Falcidiam
latam eſſe, quæ liberam legandi poteſtatem uſque
ad dodrantem dedit: cui propoſito duo correſpon-
dentia ſubjicit Capita. Nec ordinem Capitum ab
Æguinario Barone compoſitum [illegible] varia fuiſſe ſci-
mus, ſed ordinem ignoramus, præter primum,
& ſecundum quod ex Pauli teſtimonio, & autori-
tate credimus.
12 Sed longum proponit certamen Fran. Huſman-
nus tribus Paradoxis, tanquam duelli libellis affi-
xis, quibus adverſus autoritatem Pauli, & inter-
pretum Juris cohortem defendit ſolum unum Ca-
put *in l. Falcidia* conſiderandum eſſe, & injicit
conjecturam, Tribonianiſmum eſſe primum legis
Caput. Et ut uno curſu percurramus quæſtionem
noſtram, & conjecturam reſponſi J. Pauli, quam
multo vulnere fœdatam invenio: enucleabo Huſ-
manni, & aliorum fundamenta, & conjecturas, ut
per adverſantia diſcrimina clariorem intueamur
veritatem. Huſmannus equidem *Paradoxo* 3. non
Pauli Caput illud primum ſuſpicatur eſſe, quia illa
verborum interjectio quid autoritate Pauli indig-
num præ ſe fert quod nec ſequentibus verbis cohæ-
reat. Præcipue cum Juris Conſultorum moris fue-
rit, edicta, leges, ſenatus conſulta, quæ inter-
pretanda ſuſcipiunt, integra dare, non interſe-
care, ut hic factum eſt inter utrumque Caput: &
poſtea interpretationem ſubdere, ſed & ſuæ opi-
nionis duces habuit Huſmannus, aut aſſeclas: nam
Cuj. *in notis ad hanc l.* ſecuro animo affirmat princi-
pium legis extare abruptum, Fran. Hotoman. *de
quarta Falcid.* ſic reſtituit reſponſum, *lex Falcidia* 13
lata eſt, *quæ primo Capite liberam legandi facultatem
dedit*: *ſecundo Capite modum legatorum conſtituit his
verbis*, *quicumque civis Romanus poſt hanc legem*, *&c.*
accipe ab eo fundamenta; mihi ſane longe illud
fortiſſimum videtur, quod in principio referat
Paulus, legis Falcidiæ primo Capite liberam le-
gandi poteſtatem datam fuiſſe uſque ad dodrantem:
maxime ingenium noſtrum remoratur, *τὸ uſque ad
dodrantem*, cum primo Capite ſolum fuerit libera
poteſtas indulta, ſecundo autem Capite libera po-
teſtas, & modus legatorum uſque ad dodrantem,
quod cum ſic præcenſuiſſet Hotoman. inter alia
verba *τὸ uſque ad dodrantem* extirpavit, nec Ha-
loander admiſit, nec legunt noſter A. Pichard. &
Minſing. *in hoc princip. inſt.* Apud Cujac. & Go-
thofredum dodrans, *νοθεύονται*, ſive *παρέλκει*, ſive
abundare, vel *ſpurium eſſe*, & denotare Ruſſardum,
ut miror doctiſſimos viros Briſſonium 2. *formular.*
A. Auguſtinum *de legib.* & A. Goveanum *in com-
mentario ad hanc l.* retinere hæc verba, & non a-
nimadvertiſſe obſtaculum, nec etiam A. Matheac.
Lib. 2. *de via*, *& rat. Cap.* 22.

Sed nullam Huſmannus relinquit viam, qua non 14
oppugnet primum legis Caput, nam ſi Triboniа-
nus illius autor (inquit) non eſt, erit ſaltim prolo-
gus legis, aut ingreſſus, aut exordium illius: nam
non poteſt eſſe de ſubſtantia legis, quod legem
ipſam nondum inchoatam præcedit, ut expreſſe
in eodem Capite declaratur ibi: *Ut hac lege ſequen-* 15
ti licebit, quæ verba ita ſuſpecta fuerunt Æguina-
rio Baroni, *ut in manualib. ad hunc tit.* extirpave-
rit à reſponſo, & ſimiliter Cujacius *in l.* 1. *C. hoc
tit.* ſpuria eſſe judicaverit: quibus quidem Lauren-
tii Vallæ *Lib.* 4. *elegan. Cap.* 48. convenire poteſt
cenſura, qua improbat noſtros Interpretes, quod
quæcumque verba legis, ſeu Caput, legem vo-
cent, cum ſecundum eum integra lex hoc inſigni-
ri nomine ſolum deberet, ſecundum enim Huſman-
num verba illa nihil aliud demonſtrant, quam le-
gem Falcidiam in ſecundo reſponſi Capite dari,
& primum exordium eſſe: nam ſi aliter acciperen-
tur, ſequeretur ſine iſto primo Capite legem Fal-
cidiam ſubſiſtere non poſſe, quod contrarium eſt,
quia quamvis primum Caput à lege Falcidia ſepa-
retur, adhuc integra, & plena manebit, cum ſit
in ea modus legatorum uſque ad dodrantem conſti-
tutus eſt, nihil de modo iſto cum primo Capite,
& ſic ſimiles leges conſiderarentur veluti antiquio-
res Furia, & Voconia, & ſi quæ aliæ, quæ con-
ſtituerent legatorum modum: nemo addubitabit
primum noſtrum Caput illis poſſe præfigi: genera-
le eſt ergo exordium, quod ſub legis Capite acci-

pi

pi non debet. Procedit Huſmannus ultra *Paradoxi* 4. & fortiſſima arietis ratione quaſſat Caput, ea ſcilicet, quod in *l. Falcidiæ* libera legandi facultas non potuerit dari, cum imò ipſa minuat eam teſtatoribus poteſtatem, uſque ad dodrantem conſtringens: qui ergo in una eademque lege liberam, & reſtrictam conſiderabimus poteſtatem, & utrumque ex adverſo oppoſitum? Neque ulla recta ratio, aut neceſſitas ad id faciendum conſiderari poterat, cum antea lege 12. *tab.* ſtabilitum eſſet: necne præſumere debemus publica Magiſtratus autoritate in magno illo Populo Romano, quid vanum, quid inutile, quid ſuperfluum conſtitutum eſſe? abſit ab ejus majeſtate, & decore. Nam quod de lege Furia, & Voconia inferunt aliqui, plane commentitium eſt, nam legibus illis libertas legandi abrogata non fuit non minus quam ipſa lege Falcidia, quæ modum etiam conſtituit: quod quidem Caput non magis potuit eſſe legis Falcidiæ, quam illarum legum Furiæ, aut Voconiæ, cum his omnibus certus legandi modus teſtatoribus præſcriptus eſſet: qui ergo magis in Falcidia, quam in illis libera legandi poteſtas? aliud enim eſt jura abrogare; aliud interpretari: quamvis enim *lex illa* 12. *tabularum* interpretatione Conſultorum, & legum reſtricta eſſet, non abrogata jacet ita, ut lege Falcidia neceſſario redintegranda eſſet. Sed quid ultra? quomodocumque primum accipiatur Caput, & ejus libera legandi poteſtas: eandem in ſecundo Capite ſtatim plene conceditur, ad quid ergo in primo? & ſi in illo; at quid in 2.? exulare ergo debet ab uno eorum. Deducit ergo Huſmannus *in Paradoxo* 6. unum fuiſſe Caput legis Falcidiæ, quo teſtatoribus legandi certus conſtituitur modus, & quantitas: & ſic cum Juris conditoris ſuas interpretationes ſubjiciunt legi Falcidiæ, nihil unquam comminiſcuntur de libera legandi poteſtate: quæ ſi in lege comprehenderetur, dubitari non poteſt, quin aliquando aliqualis ſubeſſet mentio, aut remaneret veſtigium. Claudit agmen rationum autor, contineri in unico legis Falcidiæ Capite cuncta alia, quæ nos ſupra hinc inde congeſſimus, & ex quibus varia fuiſſe legis Falcidiæ Capita auſpicati ſumus. Hic Huſmanni ratiocinationis nucleus, non ſuavis cuicumque, qui obviam ire paraverit.

16 Sed ſemper animo judicioque inſedit, veram fuiſſe lectionem receptam *l. 1. D. hoc tit.* quamtumvis variis ingeniorum ventis conquaſſata, quaſi avulſa, & inclinata jaceat; tamen reſtituere, & ſublevare, quantum viribus potuerimus, conabimur, dum fortiora fulcimenta alius ſubjiciat: nunc ſuo, quo librata fuerunt, ordine, aggredimur argumenta. Huſmannus, & alii præſcripti viri Triboniano imponunt *noſtræ l. principium*, utpote abruptum, & ab illo fœdatum; ſed non (ex ſententia mea) abſque injuria Anteceſſoris id faciunt.
17 Nam quod quid indignum autoritate Pauli reſponſum præ ſe ferre judicent, nec bene ſecum cohærere, ſequentia probabunt non ita eſſe. Altera Huſmanni conjectura à Jure Conſultorum more, ponendi primum integra edicta, S. Conſulta, leges, poſteaque interpretationes ſubdendi, non interſecandi, ut in noſtra lege; neſcio plane, qua autoritate, & ratione ſubſiſtat, imò vide (ut in a-
18 perto eſt in noſtro Jure Civili) nunquam Conſultos noſtros integras tradidiſſe leges; Senatus Conſultave, ſed liberrime proceſſiſſe in eo: nunc hic unum legis Caput, aut fragmentum illius: nunc illic poſt reſponſa varia alterum Caput: nunc ibi fragmentum, vel ut maluit Tribonianus compilator. Vide *legem Aquiliam*, *l. Juliam de adulteriis*, & alias noſtri Juris hinc inde diſcerptas, & tractas: quid magis? Franc. Hotomanus *in diſputatione de quarta Falcidiana in princip.* inquit, Juris Conſultos noſtros leges nunquam fideliter tranſ-
ſcripſiſſe ſed de memoria poſuiſſe, exemplo legis illius 12. tab. *uti quiſque legaſſet ſuæ rei*, &c. tam varia contextura ab omnibus ſcriptæ: ſed ſi verum amamus, Paulus in *l. iſta* voluit ſolummodo præcipua legis Falcidiæ capita dare, & referre; ideò primum adſcripſit, poſteaque diſtincte ſecundum, & denique ſubjecta fuit interpretatio in §§. & legib. ſubſequentibus tituli. Quæ ergo hic interſectio, imò nuſquam pleniora capita legis alibi quam hic ſiſtunt, & mos ipſe, quem requirit Huſmannus: nam quod inter utrumque Caput interpoſuerit verba, *ſecundo Capite modum legatorum conſtituit his verbis*, neceſſario fecit, ut Capita legis diſcerneret, & animadverſio potius laude, quam vituperatione ab omnibus reputabitur: magiſque, quando ſubjiciat oculos his, quæ de legum Capitibus ſubſcribemus.

Gravior obſtat, vel (ut ſic loquar) furit ſubſe- 19
quens difficultas: quod cum in 2. *Capite* legatorum modus contineatur uſque ad dodrantem; Paulus in principio legis attribuat primo: quod ſuperfluum aut adulterum eſſe opinati ſunt omnes ſupra: ego autem *id uſque ad dodrantem*, non retuliſſe Paulum ad Caput primum ſuſpicor, ſed adjeciſſe his, quæ de primo Capite retulerat, inquit ergo Paulus, *lex Falcidia lata eſt, quæ primo Capite liberam legandi facultatem dedit.* Hæc de primo Capite: & adjicit, *uſque ad dodrantem*, quaſi diceret, uſque ad dodrantem ſcilicet, non relatione ad 1. Caput: qui poſſet cum id ad 2. pertineat? ſed id per *παρένθεσιν* ſcripſit, ut in principio legis utrumque ſignare Caput comprehenderet, quod præcipuum in lege Falcidia habebatur, cum infra, dum ſecundum Caput prælibat, non dodrantis meminerit, ſed ſolum modum legatorum eo conſtitutum eſſe dicat. Parentheſis enim ſecundum Quintilianum
Lib. 9. Inſt. oratoriarum. Cap. 3. eſt interpoſitio 20
vel interclusio, cum continuatione ſermonis medius aliquis ſenſus intervenit, cum quo convenit Aldus Manucius *in ſua orthographia*, *Cap. de interpungendi ratione*, Sanctius Brocenſ. *in ſua Minerva lib. 4. Cap. de Ellipſi, §. de Hyperbolo, & ejus partibus*: qui quidem orationis pulcherrimus ornatus, tum antiquis eruditis familiaris fuit, ut præter iſtos, & alios plures erudite probat Edmundus Richerius *de arte figurarum Lib.* 1. *Cap.* 100. tum no- 21
ſtris etiam Jure Conſultis, utpote qui omni elegantiæ flore ſua reſponſa exornarunt, & ſparſerunt (de qua nos plura *Lib.* 2. *Cap.* 1.) & quamvis paſſim obvia erunt reſponſa, interim unum, vel alterum accipiat tyro; *l. 1. §. fin. D. de offic. quæſtor.* ibi: *Sicuti diximus. l. 1. de orig. Juris*, ibi: *ut ita dixerim*; *l. 2. D. de leg. 2.* ibi: *veluti conditio: l. civitatibus* 122. *D. de leg.* 1. ibi: *Senioribus, vel pueris puelliſque.* Ex quibus nullo timore principium legis, ſic lego, & interpungo. *Lex Falcidia lata eſt, quæ primo Capite liberam legandi facultatem dedit* (uſque ad dodrantem) *his verbis*, nam quamvis circulorum interpunctionem in textu non vidaas; ne aliqualiter ea ſuperſtitio te tangat, ſcias apud Antiquos in uſu non fuiſſe, ut ex noſtro Nebrixa, & Deſpauterio probat in hoc tractatu Pater Fran. de Robles *regul.* 25. Taurellius 22
ſane pandectis adjecit parentheſes, ut perfectum redderet ſenſum, cum antea nullæ invenirentur in eis, & profitetur Joann. Niellius *in controverſ. feud. diſput. 3. in corollario litt.* K. veteres autem (ut docet Janus Rutgerſius *Lib.* 3. *variar. Cap.* 19.) ſolebant, continuatione litterarum, unam ſeriem verborum facere, non ut nunc ſingulas voces per intervalla ſcribere, noviterque præcipuas interpungendi regulas inventas fuiſſe: apud Antiquos enim punctum unum, vel duplex ſolum in uſu fuit, propterquod apud noſtros eruditos homines in his interpungendi regulis maxime diſſentitur;

 ut

ut idem Aldus agnoſcit, unde pro ſuo captu illi
hoc modo, hi iſto, ſua interpungunt ſcripta, &
edunt: & ſic videbis in variis Juris Civilis editio-
nibus variari, & omnem fere παρένθεσιν, non his
circulis circumduci: & licet aliquando invenias,
id Typographorum fuit ſolertia, & ſedulitas, non
neceſſaria animadverſio à noſtris Conſultis dimana-
ta, quod à te maxime vellem obſervatum iri: mul-
23 tum enim conducit, ut recte capias tam noſtrum
Civile Jus, quam eruditos antiquos, aliosve
autores quoſcumque, plurimaque diſrumpas ob-
ſtacula: multoties enim ignoratione hujus in-
terpungendi rationis laboratur, ut idem Riche-
rius obſervat, & Aldus, atque Robles *ſup.* & e-
nixe commendar Aon. Palear. *in elegantiſſima o-
ratione in L. Murænam.* Redeo ad viam: ut enim
nec primum legis Caput noluit abſolutè præſcri-
bere, liberam legandi facultatem eſſe datam, ni-
ſi ſuppoſita adjectione illa, *ut ſequenti lege licebit*,
ſic nec Paulus id voluit, niſi per parentheſim ad-
jecto, *uſque ad dodrantem*, nam cum Falcidia lex
modum legatis conſtitueret: quid diſſonum vide-
batur, ubicumque legeretur, liberam facultatem
ea lege conceſſam fuiſſe? Ideò cum decore legis
adjicitur terminus ille facultatis, tam à Jure Con-
ſulto, quam à primo Capite legis. In quam inter-
pretationem, ſeu receptæ lectionis defenſionem,
ſi mihi liceret, jurarem.

Sed tamen ſi aliquis, cui ſemper cordi eſt tru-
cidatio, & glorioſum habet, eo vitio diſſentit ab
iſtis, & emendatio maxime placet, nullo addi-
to demptove verbo, ſed tranſmutato ſolummo-
24 do, legat componatque principium, *lex Falcidia
lata eſt, quæ liberam legandi facultatem, dedit, uſ-
que ad dodrantem: primo Capite his verbis:* quaſi Pau-
lus in principio poſt explicatam legem Falcidiam,
ſeu ejus præcipua Capita enucleata, ſubdat primi
Capitis verba, poſtea ſecundi: ſed ſuavior prima
eſt medicina.

Protendo ulterius: nam qui Huſmanni, aliorum-
que partes ſequatur adhuc ſub eis merebit, niſi
cuncta obſtacula prorumpamus. Poſtquam Tri-
boniani ſuſpicionem ſeminavit in hac lege, ut viis
omnibus nos intercluderet ad veritatem, ſcribit
primum legis Caput exordium, ſeu prologum le-
gis eſſe, non Caput. Cujus opinionis fundamen-
ta pleniora ſupra tibi dedi, reſpice illa, ut ad no-
ſtra accedas. Ad quod (ut recto veritas ſuo tra- 25
mite veniat) obſervo primo leges antiquas à Ro-
manis præſcriptas conſtitiſſe prologo, capitibus,
& ſanctione: ſic cum impenſe erudito A. Augu-
ſtino divido in tractatu *de legib & Senatuſconſul-
tis, Cap. 6.* De utroque membro expreſſe no- 26
bis in monumentis antiquis ſuperſunt autoritates
de proœmio, ſeu exordio legis, aut prologo, Cic.
teſtis eſt, *Lib. 2. de legib.* ibi: *Habes legis proœ-
mium, ſic enim hoc appellat Plato*, & infra ſtatim,
*nihil enim jam diſſimile eſt, quam vel ea, quæ ante
dixiſti, vel hoc ipſum legis exordium*, Seneca Epiſt.
94. *Non probo, quod Platonis legibus adjecta prin-
cipia ſunt: legem enim brevem eſſe oportet, quod faci-
lius ab imperitis teneatur velut emiſſa divinitus vox ſit,
jubeat non diſputet; nihil videtur mihi frigidius, ni-
hil ineptius, quam lex cum prologo*, ut agnoſcit Mu-
retus, atque Rhodigin. *Lib. 18. lection. antiq. c.*
19. in fi. Hubert. Giſanius [illegible]. *in Polit.* 27
Ariſt. in principio, prologus ſeu exordium legis
habebatur, quando in ea præfatio aliqua inſcribe-
batur de tempore, quo rogata fuit, quæ tribus
primum ſciverit, quis rogaverit, quæ tribus prin-
cipium fecit, quæ ſit legis utilitas, ut ex præ-
ſcriptis ſatis conſtat: ſed accipe exemplum (quo
magis rem capias) legis Quinctiæ ex J. Fron.
Libr. 2. de aquæ duct. quod & prævidit Auguſt.

T. QUINCTIUS CRISPINUS COS. POPULUM JURE ROGAVIT, POPULUS
Q. JURE SCIVIT, IN FORO PRO ROSTRIS ÆDIS D. JULII PO.
RO. K. JULIIS TRIBUS SERCIA PRINCIPIUM FUIT
PRO TRIBU SEX. L. F. VARRO.

Sic etiam ſenſit F. Urſin. *in notis ad leges & Senatuſconſulta*, circa hanc eandem legem, ſic etiam apud eundem Agrariæ legis fragmentum *in tabula.* I.

PIUM FUIT. PRO. TRIBU. Q. FABIUS. Q. F. PRIMUS. SCIVIT, &c.

τὸ *pium fuit* ſupple ex antecedenti lege, & ex his quæ Urſin. & Anton. Auguſtin. referunt *principium fuit.* Et apud eundem Urſinum *tabul.* 15.

C. ANTONIUS. M. F. CN. CORNE. FUNDAÑIUS C. F. TR. PL. DESS. PLE-
BEM PRIMUS SCIVIT. &c.

Et tabul. 21. de lege parieti faciendo inciſa,

AB. COLONIA. DEDUCTA ANNO XC. N. FUFIDIO. N. FILIO. M.
PULLIO. DUO. VIR P. RUTILIO. CN. MALLIO. COS. OPERUM.

LEX. II.

Sic & in S. Conſulto Municipali tab. 23.

L. ARRUNTIO. STELLA
L. JULIO. MARINO. COS.

XIII. K. NOV.
M'. ACILIUS PLACIDUS. L. PETRONIUS FRONTO. IIII. VIR. I. D. S. C.
FERENT. IN I. IN. CURIA. ÆDIS.
MERCURI. SCRIBUNDO. ADFUERUNT. Q. SEGIARNUS. MÆCIANUS.
T. MUNNIUS. NOMAÑLINUS.

Denique

Denique prologus, ſeu legis exordium erat, quid-
quid diſpoſitionem, ordinationem, & Capita legis
præcedebat.
29 Quod plerumque diſtinctæ capitibus eſſent le-
ges, prout ſuggerebat res, plurimæ ſunt autori-
tates, atque ipſarum legum adhuc monumenta ſu-
perſunt, noſter J. Paulus in præſenti dubitatione
caret, *l. Gallus* 29. §. *& videtur primum Caput eos
ſpectare, qui cum naſcerentur, ſui heredes futuri eſ-
ſent*, *l.* 4. *D. ad l. Aquiliam & in* §. *fin. ejuſdem
legis, & inſtit. eodem tit.* §. *tertio Capite*, *l.* 3. *D.
ad legem Cornel. de Sicariis*, *l.* 9. *C. Theodoſian. de
bonis præſcript.* Sueton. *in J. Cæſare*, *Cap.* 28. *Ac-
ciderat autem, ut is legem de Jure Magiſtratuum fe-
rens, eo Capite quo à petitione honorum abſentes ſub-
movebat, ne Cæſarem quidem exciperet*, lex antiqua
de viatoribus apud Briſſon. *Lib.* 2. *formular. quo-
minus quod in hoc Capite ſcriptum eſt ita ut ei eſt, ſiet.*
Cicero *in oratione* 2. de *l. Agraria*, contra Rul-
lum, *item inquit eodem, quo modo Capite altero,
ut comitiis Pontificis Maximi*, & infra, *quidquid in
ſecundo Capite ſcriptum eſt, non meminit in tertio*, &
infra, *quid attinet tertio Capite legem curiatam ferri
jubere*, diſtincta ſunt Capita legis Mamiliæ, &
Peduceæ his notis demonſtrata K. L. III. K. L.
IV. K. L. V. id eſt, *Kaput Legis* 3. *Kaput Legis*
4. *Kaput Legis* 5. ut Briſſonius accipit *Lib.* 2. *for-
mul.* & expreſſe interpretatur Fulvius Urſin. *in
notis ad leg. & S. Conſulta. fol. m.* 41. & A. Au-
guſt. *ſup. de legib. Cap.* 6.
De ſanctione, quæ ultima pars legis erat, do-
30 ctè egit A. Auguſtin. *dict. Cap.* 6. In eâ pœna
tranſgreſſoribus legis ſanciebatur, de qua intelli-
gitur *lex ſanctio*, *D. de pœnis*, §. *ſanctæ*, *inſtit. de rerum
diviſ. l. ſacra* 9. §. *proprie* 3. *D. eodem*, fragmen-
tum eſt apud Fulvium Urſin. *Regiæ legis de impe-
rio Veſpaſian. tab.* 19. cum ſanctione, quod & A.
Auguſt. vidit, & tranſcripſit, & Verrucius *in in-
dice legum Romanarum*, & aliud fragmentum *legis
tabul.* 14. cujus ſanctionis nihil aliud ſuperſuit,
quam hoc SANCTIO.... NIE.... ſed de
ſanctione legis multa prætermitto, quia parum illa
intereſt ad diſquiſitionem noſtram.
En prologus, & Capita legis: & ſi Huſmannus
31 doctè prænoſceet prologos legum, non adſereret
legis Falcidiæ primum Caput prologum, & exor-
dium fuiſſe legis, non Caput, quando in eo ex-
preſſe ſtabilitur libera legandi poteſtas cuicumque
civi Romano. Quid ergo commune habet hæc
conſtitutio, cum prologo, & exordio legis?
Quando in eo ſolum de autore, de tempore, &
aliis præfatinnibus agitur, quæ in ſe nihil conſti-
tuunt, ſed tanquam prælaſoriæ conſtitutionum
Capita præcedunt. Et quam plane frigidum ſit
32 argumentum, quod ſummopere effert ex illis ver-
bis, *ut ſequenti lege licebit*, patebit cuicumque,
qui conſideraverit nihil magis in antiquis legibus
frequens reperiri, quam verba iſta, *ut hac lege li-
cebit*: ſolemnia enim verba legis fuerunt. Lex
Quinctia apud Frontinum *Lib.* 2. *de aquæ duct.* quam
& reſtituit Briſſon. *dict. Lib.* 2. *formular.* ibi:
Præterquam quidem hac lege licebit, *oportebit*, & apud
eundem in l. Thoriæ fragmento, *poſſidebit fruetur
quam ex HL licebit eum agrum*: & in altera ejuſdem
legis parte, *quod ei facere ex lege PL. SC. exque fœdere
licuit, ſed fraude ſua facere liceto*, quod obſervavit Ci-
cer. *de lege Agraria contra Rullum oratione* 16. circa
principium ibi: *quam per ætatem, ac leges liceret*, &
Philippica 13. *ſi quidem licere dicimus, quod legibus,
quod more majorum inſtitutiſque conceditur*, *l.* 1. §.
1. *l. nec non* 28. §. *quod ejus D. ex quibus cauſis
majores, quod ejus per leges, plebiſcita, Senatuſ-
conſulta, edicta, decreta Principum licebit.* Nec
33 quod primum Caput ſe referat ad ſecundum, in-
ſolitum, ſuſpectumque in lege judicari debet;
nam nihil magis in antiquis legibus frequentius,
reſpice ſuperviventia *l. Mamiliæ* fragmenta, & ex-
preſſe in uno Capite de altero mentionem fieri vi-
debis. Quid ultra? Imò id perfectiſſimum judi-
cabatur in lege, & decentiſſimum, M. T. Ci-
cer. *de lege agraria contra Rullum ad populum. Et
is orbem terrarum conſtringit novis legibus quiquid in ſe-
cundo Capite ſcriptum eſt, non meminit in tertio.* 34
Nec dubitare debemus quodcumque legis diſtin-
ctum Caput legem eſſe legemque poſſe nominari,
quis enim negare poterit legem eſſe Caput ipſius
legis? Quid ergo erit niſi lex? Alias ei impune
non pareretur, quod ridiculum eſt, nam præter-
quod expreſſa *noſtra l.* 1. ſit inique, & inhuma-
ne corrupta à criticis iſtis, qui nihil aliud ma-
gis, quam hoc gloriantur, probant fragmenta an-
tiquarum legum: *dict. l. Mamiliæ*, in qua verbum
hac lege, & *hac lege eſto*, ſæpius repetitum in ſuis
Capitibus ad Caput ipſius legis aptius refertur,
ſed perapta eſt *lex Thermenſium Majorum Piſida-
rum*, cujus nobis proponit tabulam Fulvius Urſin.
& Briſſonius, & cum uno contextu, ſine diſtin-
ctione Capitis lex appareat, in fine ſubjiciuntur
hæc verba, *& quo minus ea quæ in hoc Capite ſcripta
ſunt, ita ſint, ſiant ejus, hac lege nihilum rogatur,
&c.* cum enim lex aliqua pluribus Capitibus con-
ſtat, quorum unumquodque perfectam diſpoſitio-
nem in ſe continet, tanquam pars perfecta, velu-
ti totum in ſe debet nominari lex, vel ſaltim ab
integra lege, cujus pars Caput exiſtit: ſic ergo
cum communi noſtrorum Interpretum ſenſit Hu-
go Donellus *dict. Lib.* 8. *Cap.* 22. (nullo tamen
fundamento) quem libenter ſequor, quidquid,
contraria ſentientes, conjurent Huſmannus, Lau-
rent. Vall. *ſupra* J. Corraſius *in commentario ad ti-
tulum de legibus*, *numer.* 12. & J. Ræverd. quem
à ſuis operibus, cum his conſentire, colligimus.
Errant ſane apertiſſime iſti noſtri Juris Interpre-
tes, cum nulla congrua ratio aſſignari poſſit, qua
legis Caput non poſſit vocari lex, ſic ſane practi-
ce legem vocamus pragmaticæ Sanctionis, quod-
cumque Caput, ſeu partem. 35
Quod autem ſubjicit Huſmannus impedimen-
tum, & inconveniens, ſuo judicio neceſſarium,
ſi primum Caput legis non pro exordio accipere-
tur, fore, ut lex Falcidia ſine iſto primo Capite
eſſe non poſſet, quod cum abſque eo integra exi-
ſtere poſſit, utpote cum in ſecundo Capite mo-
dus legatorum conſtituatur, nulliter juvari lex
Falcidia Capite iſto, nam quibuſcumque legibus
præfigi poſſet, & Furiæ ſimiliter, & Voconiæ,
modum legatorum conſtituentibus. Unde cum
Caput primum generale ſit, magis pro exordio,
quam pro legis Capite accipi debet. Quid Huſ-
mannus in his fundaverit, quo judicio decreverit,
plane non video. Ex eo enim, quod ſine hoc Ca-
pite lex Falcidia conſtare poſſet, ideò in lege Fal-
cidia non numerabitur? Dele, mi Huſmanne, anti-
quarum legum fere cuncta Capita, ſine quibus ip-
ſæ leges conſtare poſſent. Reſpice præter alias
legem Juliam de Adulteriis, *legem Juliam*, *& Pa-
piam*, & quamvis ſi unum, vel alterum Caput ex
eis abradas, leges manebunt utiles, & neceſſariæ
Reipublicæ. Quæ enim lex conſiderari poteſt,
cui, & non addi, vel diminui poſſet? Nulla cer-
tè: componitur ergo à legiſlatore ſecundum id
quod magis utile viſum eſt: Perfectum datur cu-
juſcumque legis perfectum Caput, & ſic in noſtra
lege Falcidia Capita de poteſtate teſtandi, de mo-
do legatorum, de uxoris cauſa paratis, quod ex-
tra modum legis ſint, de teſtamento militis, de
ære alieno, de funeris impenſa, quatenus omnia
in ſe perfecte diſponere judicantur; tamen quam-

vis eorum aliqua tollerentur, non ideò minus lex
non ſtaret Falcidia. Omnibus inquit prætereà le-
gibus adaptari poteſt, falſum eſt, non niſi quan-
do æquum videretur legislatori eam legandi po-
teſtatem variis ſucceſſibus inclinatam reſtituere,
& ſic ante leges Furiam, & Voconiam, cum il-
libata 12. tabular. lex de teſtamentorum Jure,
& poteſtate maneret, inutilis eſſet, ſed poſtea-
quam eam primævam poteſtatem invaſerunt variæ
36 leges, & multum illius deminuerunt, veluti *l. Fu-
ria*, qua prohibebatur Teſtator alicui ſupra M. aſ-
ſes legare, mortisve cauſa donare, ita ut ſi quis
legati donationisve cauſa titulo aliquid ſupra illam
quantitatem accepiſſet, ejus quadruplum reſtitue-
ret, uti tractant Anton. Auguſtin., J. Calvin. *de
legibus Romanis ſuper hac lege*, P. Manutius *in eo-
dem tractatu fol. mihi* 96. Anton. Govean. *in præ-
fation. ad tit. D. ad l. Falcidiam, num.* 14. memi-
nit Cicer. *in oratione pro Cornel. Balbo.* Cujac. *in
notis ad noſtram l.* 1. Anton. Pichard. *in principio,
hoc tit. numer.* 17. Angel. Matheac. *dict. Cap.* 22.
num. 2. Petrus Gregor. *Lib.* 42. *ſyntagmatum Jur.
Cap.* 34. *numer.* 2. Alexand. ab Alexand. *Lib.* 6.
dierum Gen. Cap. 15. A quibus elegantes autorita-
37 tes accipies. Lex etiam Voconia, quæ prohibe-
bat, ne cui cenſus eſſet, poſſet heredem inſtituere
virginem, mulieremve ſupra quadrantem bono-
rum ſuorum, cuiquamve plus legare, quam ad
heredem heredesve perveniret, ut neque feminæ
abinteſtato ſuccederent ultra conſanguineos, uti
erudite tractant, & exornant Calvin. & Anton.
Auguſtin. *in hac lege.* Petrus Faber *ad l.* 2. *D. de
regul. Jur. in principio*, P. Manucius *in tractat. de
legibus, fol.* 96. *& fol.* 232. Anton. Govean. *ubi
ſupra à num.* 13. noſter D. Nicol. Fernandez de
Caſtro *ad princip. inſtit. de emption. & vendition.* §.
27. *num.* 86. Roſin. *Lib.* 8. *antiq. Roman. Cap.* 18.
Iſaac Caſaubon. *ad Lib.* 2. *Sueton. pag.* 38. *num.*
48. Cicero *in orat. pro Cornel. Balbo. & Philip.* 3.
Cuj. *in notis ad noſtram l.* 1. Pich. *de princip. n.* 19.
ubi Conrad Ritterſhuſius, & alii, A. Matheac.
de via, & ratione Jur. d. C. 22. *n.* 2. P. Greg.
d. C. 34. *n.* 3. Alexan. ab Alexandro *dict. Cap.* 15.
& ſic cum Falcidius tribunus plebis videret legem
illam 12. tabular. de poteſtate teſtandi variis le-
gibus reſtrictam (de quibus intelligenda eſt, *l.
verbis legis, D. de verborum ſignificatione*) primo
Capite quaſi abrogavit omnes, & liberam pote-
ſtatem teſtandi conceſſit, ſub modo tamen in Ca-
pite ſequenti comprehenſo, & ſic omnes Caput
primum Falcidianæ legis ad leges Furiam, &
Voconiam contrahunt, & propter illas præſcri-
38 ptum fuiſſe. Uti Anton. Auguſtin. *in tractatu de
legibus Roman. in lege Furia*, Anton. Govean. *in
commentariis ad noſtram l.* 1. & ibi Gothofred.
Duaren. *in commentario ad hunc titulum, Capit.* 1.
Donellus *Lib.* 8. *Commentarior. Cap.* 22. & ibi Oſvald.
litt. I. Anton. Pichard. *in principio inſt. de leg. Falcid.
num.* 21. 22. ubi & Conrad. Ritterſhuſius, Angel.
Matheac. *dict. Cap.* 22. *num.* 3. Pet. Gregor. *dict. Lib.*
42. *ſyntagm. Jur. Cap.* 34. *numer.* 2. Alexand. ab
Alexand. *Capit.* 15. Melchior de Valentia *Lib.*
1. *illuſtrium tractat.* 1. *Cap.* 5. *numer.* 2. ſentit D.
Gothofred. *ad l. fin. D. de conſtitution. princip.*
Patet ergo neceſſarium fuiſſe legis Falcidiæ pri-
mum caput, nec ita generale, ut cuicumque legi
poſſet accommodari: Adjunge, ſi lubet, legi Ju-
liæ de adulteriis: legi Aquiliæ: Papiæ, & aliis,
& ridebis diſſonantiam, & conglutinationem; at
vero in noſtra lege Falcidia neceſſario præpoſitum
fuit ex ante dictis. Inſtat ad huc Huſmannus: ſi
in lege Falcidia legatorum modus oritur, non ma-
gis iſti legi, quam Furiæ, & Voconiæ Caput iſtud
præfigi poterat, cum & in his poteſtas Teſtato-
rum temperetur. Nimiæ iſtæ ſubtilitates ipſæmet 39
evaneſcunt. Quod ne inconveniens, ut ſimile
caput aliqualiter ſimilibus legibus præfigeretur?
Sed multa majori cum ratione legi Falcidiæ, quæ
præter dodrantis gravamen plenam teſtatoribus le-
gandi poteſtatem indulſit, quod non ſic erat in
Furia, & Voconia, ut ex præſcriptis facile col-
ligitur. Adde, quod Caput iſtud operatur dero-
gationem legis Voconiæ, & legis Furiæ (ſi ad
huc iſta derogata non erat) quo ſolo effectu, &
operatione quare neceſſarium non ſuſtinebitur ca-
put? Alias ſi demas, mi Huſmanne, neceſſario ſe-
queretur, leges Furiam, & Voconiam, & poſt
legem Falcidiam permanſiſſe non derogatas, quo
nihil abſurdius excogitari poteſt *contra principium
inſtit. hoc tit.* & cuncta retro ſcripta. Nec mira-
ri debes Caput iſtud præſcriptum eſſe in lege Fal-
cidia, nec videri legem in ſe contrarias diſpoſi-
tiones contineri, ut ſimiliter argumentatur, *in Rul-
lum* Cicer. in proximis verbis, *qui quod in ſecundo
Capite ſcriptum eſt, non meminit in tertio*, ut dicas
ex primo Capite libera tribuitur facultas, & ex
ſecundo reſtringitur, id nihil magis in noſtro Ju-
re Civili frequens, cunctaque Juriſprudentia re-
peritur, in quo ſemper regula aſſeritur plene, &
ſemper à regula ſubſequuntur limitationes, & ex-
ceptiones, *l.* 1. *D. de regul. Juris, l. in his, D.* 40
de legibus, l. 1. *D. de regul. Catonian.* Vide no-
ſtrum Velaſcum *in axiomatibus Juris, litt. E. nu.*
84. Imò eo magis, quod ab illa regula generali
Capitis primi exceptio Capite ſequenti datur,
tantum abeſt, ut oppoſita conſiderentur, quod
imò magis regula ipſa confirmetur, *l. nam quod
liquide, §. final. D. de penu legata, l. quæſitum* 12.
§. idem reſpondit 43. *D. de fund. inſtructo*, plurimos
ſuper hoc axiomate cumulat Velaſc. *litt. C. num.*
16. *in axiomatib. Juris.*

His longe plene ſubtilitatibus Huſmanni ſatisfa-
cimus, nam ſi præter iſta, aliqua ſua prætermiſi-
mus, nugæ meræ ſunt. Concludo denique, ſi-
ſtoque ex tam longo curſu gradum, Falcidiam
legem plura Capita habuiſſe, verumque, & ne-
ceſſariam fuiſſe, quod præfixum Caput dedit no-
bis poſteris Paulus, ejuſque contexturam reſponſi
ſuſtinendam contra tantorum virorum criſim, quo-
rum multi, præcipue Huſmannus, magis novandi
ſtudio, quam recta Juris ratione ducti fuerunt,
adverſus Pauli reſponſum, quod legitime ſtat, &
patentiſſime deducitur ex aliis juribus per totum
titulum ad legem Falcidiam diſſeminatis, ut meo
judicio evidentiſſime probavi, quæ quidem, ut
confido, facile docti comprobabunt.

CAPUT

C A P. II.

Lex Falcidia cujus cauſa lata fuerit? num. 1. *Per integrum Caput Teſtatorum gratia ex ſententia aliquorum.* 2. *Heredis, alii exiſtimarunt.* 3. *Quarta Falcidiana invito Teſtatore deducitur.* 4. *Heres renunciare poteſt legi Falcidiæ.* 5. *Secus Teſtator.* 6. *Lex Falcidia beneficium quartæ heredi competentis eſt.* 7. *Longe Interpretamur Juſtinian.* in principio inſtitut. de leg. Falcidia, *à numer.* 8. *Cur lege Falcidia inſtituti non compellantur adire.* 9. *Utpote in aliis partibus Juris Civilis.* 10. *Iterum in Juſtiniani Interpretatione inſiſtimus.* 11. *In Teſtamentis militum qualiter lex Falcidia locum non habeat.* 12. *Sententia noſtra, favore publico legem Falcidiam prolatam eſſe.* 13. *Explicatur* l. 1. D. hoc titul. 14. *Publice interfuit, curare, ut ultimæ voluntates adimplerentur.* 15. *Aliqua de religione, reverentia, cura defunctorum, & eorum actuum.* 16. *Sepulchri violati actio publica eſt.* 17. *Injuria morientum abinteſtato.* 18. *Explicatur iterum Juſtinian.* dict. princip. 19. *Illuſtratur Dio Caſſius.* 20. *Cur Teſtator non potuerit renunciare legi Falcidiæ?* 21. *Secus heres.* 22. *Legis virtus permittere.* 23. *Lex Falcidia non ſolum permittit, ſed jubet.* 24. *Quare Falcidia de Teſtamento militis non detrahatur.* 25. *Qua ratione milites teſtentur Jure Gentium, & non Civili, & publico?* 26.

1 Cujus cauſa lex Falcidia lata fuerit, tanta altercatio eſt inter noſtræ Juriſprudentiæ graviſſimos cultores, ut fere temeritatis arguatur, nomen dare militiæ, ſeu offerre fortunæ: ſed tantus veritatis cultus in animo mihi eſt, ut propter periculum nominis, non à conatu deſiſtam: forte melius, aut exuberantius, quam alii: ſic parvis allucet noſter O. M. q. Deus. Diſcordiæ, & diſſenſus præcipua cauſa fuerunt Cæſar Juſtinianus *in principio hoc tit.* in his verbis, *viſum eſt hanc legandi licentiam coarctare: idque ipſorum teſtatorum gratia proviſum eſt*, quæ quidem verba evidenter demonſtrant teſtatorum gratia proviſum fuiſſe *in l. Falcidia*, quod ibi omnes inſtitutionum Scholiaſtæ defendunt, &
2 Anton. Auguſtin. *de legib. Roman. ſuper hac lege*, D. Joannis Matien. *in l. filium quem* 24. *C. famil. erciſc. n.* 46. (qui alios dat) P. Greg. *Lib.* 4. *ſyntag. Jur. C.* 34. *n.* 27. Balduin. *de l. Falcid.* Oſvald. *ad Donell.* 8. *Com. C.* 22. *litt. D.* Mich. Graſſ. *ſentent.* §. *Falcid. in prin. n.* 5. Claudius Chiflet. *de portionib. C.* 17. ſed J. C. Julius Paul. *in l. poteſt* 71. *D. eod. tit.* in illis verbis, *quia ea lex heredis cauſa lata eſt, nec fraus ei fit, ſi Jus ſuum diminuat heres*, contrariam movit ſententiam. Cujus partes, id eſt heredis, defendunt
3 Gaſpar Schieferdecker. *Lib.* 3. *tractat.* 7. *quæſtion.* 11. Alexan. *dict. l. poteſt*, Ant. Fab. *Lib.* 6. *con. Cap.* 3. Ann. Robert. *Lib.* 4. *rerum jud. Capit.* 17. ſed ingenti conatu Franciſc. Huſmannus *in Paradoxis ad l. Falcidiam Paradox.* 2. *per totum*; quorum lubet præcipua congerere fundamenta, ut altior noſtra diſcurrat diſquiſitio, & à fundamentis altioribus veritas inquiratur: fortiſſima enim forte alicui videbantur, nec pœnitebit legiſſe: nec collecta conſpicere.
Pars igitur iſta, id eſt, heredis, multum J. Pauli autoritate juvatur, ſed & ratione: qui enim favore teſtatoris legem Falcidiam fuiſſe introductam adſerere poterimus? cum neque ejus lex meminerit, *qui nullum omnino Jus ex lege habet, cui lex non competit, qui legis beneficio nec indiget, nec unquam uti poteſt* (ut utar verbis Franciſci Huſmanni) ſed imò invito Teſtature quarta Falcidiana detraha-
4 tur, ut idem autor ſcribit, & cum eo D. Franciſc. Sarmient. *Lib.* 2. *ſelectarum, Cap.* 7. *numer.* 9. & 10. Hubert. Giffan. *in commentar. ad l.* 4. *C. de teſtament. milit.* Anton. Goveanus *in commentario ad l. Titia* 86. *D. ad l. Falcid. num.* 4. ubi Gothofred. & *ad l. in quartam* 91. *numer.* 7. *ejuſdem tituli* quamvis contrariam teneat cum aliis Æmil. Ferret. *in d. l. Titia, D. ad l. Falcidiam, num.* 30. tenet etiam Cardin. Mantica *de conjecturis ultim. volunt. Lib.* 9. *tit.* 14. *num.* 15. J. Menoch. *Lib.* 1. *præſumption. quæſt.* 46. *num.* 8. Angel. Peruſin. *in tractat. de ſuitate* 10. *quæſtion. numer.* 37. pro quibus aſſiſtit expreſſum Juliani reſponſum *in dict. l. Titia*, ibi: *Quoniam contra ſententiam matrisfamiliæ lex Falcidia induceretur, l. qui quod* 46. *D. eod. tit.* ibi: *Voluntatem teſtatoris ſecutus*, cum aliis quæ præcitati conſiderant, & ante omnes Juſtinian. *in authen. de heredib. & Falcid. Cap.* 2. & ratio in aperto eſt, nam ſi Falcidia poteſtatem reſecat teſtaturis uſque ad dodrantem, & tamen limites à lege conſtitutos Teſtator excedit: id voluiſſe patet, & conſequenter ipſo invito poteſtatem teſtandi coanguſtatam fuiſſe. Quo ergo favor iſte Teſtatoris? Qui ipſum continet, & quaſi freno in maxillis impetum refringit, & teſtatore meherele transgrediente legem, tunc lex naſcitur; & ſe intra dodrantem continente, moritur: qui ergo favor Teſtatoris conſiderari quibit?
Quid aliud? Si favore Teſtatoris Falcidia lex foret indulta, quæſo à doctis, non poſſetne Teſtator renunciare ex vulgari regula, qua Juri pro ſe introducto unicuique licet, & reſiſtere, & re-
nunciare, *l. ſi quis in conſcribendo, C. de pactis*, 5
regul. invito, cum vulgatis *de regul. Juris*, & ſic ipſemet heres, quia ex Paulo cognovimus ejus favore legem Falcidiam latam eſſe, legi renunciare valet, *dict. l. poteſt, dict. l. qui quod* 46. *l. ſi patronus* 20. *D. de donationibus, l. fin. C. ad l. Fal-*
cidiam, ſecus eſt in Teſtatore, qui invitus, & 6
reluctans legis jugum ſubire cogitur, *l. ſi pater filium* 15. §. *Avia* 1. *l. quod bonis* 15. §. 1. & §. *fin. D. ad l. Falcidiam*, ubi nec minuere quartam Teſtator poteſt, Duaren. *in Commentario ad hunc titulum, Capit.* 8. *ad finem*, Cujac. *in Comment. ad Lib.* 33. *Pauli ad edictum, dict. l. poteſt*, Berengar. Ferdinand. *repetitione ad l. in quartam* 4. *præfatione, numer.* 2. præter ordinarios dictis locis: unde ergo hoc tam longum diſcrimen, niſi à cauſa, quod alter favore ſuo introductam legem habet; alter neutiquam? Quid enim aliud eſt Falci- 7

diæ lex, quam beneficium quartæ heredi compe-
tentis: heredi inquam ſoli, non legatario, non
fideicommiſſario, de quo latius ſuo loco *l. ſi pa-
troni* 55. *§. qui fideicommiſſam* 2. *D. ad Senatuſ-
conſult. Trebellian. l. pater* 54. *dicta l. poteſt* 71. *D.
hoc tit.* ergo heredis ſolius introducta eſt lex, cui
beneficium competit, non autem Teſtatoris, qui
nec eo beneficio jam rebus humanis exutus frui
unquam poteſt: conſule doctiſſimum Melchiorem
Valent. *Lib.* 1. *illuſtr. tractat.* 1. *Cap.* 5. *num.* 3.
8 Nam quod aliqui ex Juſtiniano tentant deducere
ex principio inſtit. hoc titul. Teſtatorum gratia le-
gem Falcidiam introductam eſſe, ut lucro quartæ
heredes inſtituti adeant hereditatem, non id ita
accipiendum eſt, ut ipſorum Teſtatorum gratia
præcipue introducta l. Falcidia eſſe cenſeatur; ſed
imò heredis, nam cum inſtituti nullo, aut minimo
lucro recuſarent ſuſpectam hereditatem adire;
propterquod inaditæ multæ relinquebantur here-
ditates: factum fuit à ſapientiſſimo Imperatore,
ut ſi onerata, aut exhauſta eſſet hereditas, poſ-
ſent inſtituti ſemper ſalvam quartam deducere:
beneficium ergo iſtud lucri, & quartæ ſolum inſti-
tutos reſpexit, non Teſtatores: & ſic illorum
cauſæ fuit lex attributa, non horum, quim con-
trarium noſter Juſtinianus ſcripſerit, uti acute ex-
cogitavit Huſmannus: nam ſi Teſtatorum gratia
fuiſſet, neceſſario diſponeret lex, ut inſtituti com-
9 pellerentur hereditatem adire: cum beneficio quar-
tæ, utpote ipſi heredes invitis Teſtatoribus benefi-
cio legis fruantur, quod quidem non ſic eſt, ut a-
deant; cum imò lucroſam hereditatem, quanto magis
10 exhauſtam poſſunt repudiare, & inaditam relin-
quere *l. obligari* 9. *§. hereditatem* 3. *D. de autori-
tate tutorum*, *l. ſi quis omiſſa* 17. *D. ſi quis omiſſa
cauſa Teſtamenti*, ſed exemplis magis informan-
tur animi, & illuſtrantur res ipſæ, nec diſceda-
mus ab eadem lege *ſi quis omiſſa.* Nam in Sena-
tuſconſulto Pegaſiano, ſeu Trebelliano ſcriptus
heres cogitur hereditatem adire Prætoris juſſu, *l.*
1. *cum ſuis §§. l. Papinianus* 43. *D. de Senatuſcon-
ſult. Trebellian. §.* 6. *inſtitut. de fideicommiſſar. he-
red. dict. l. ſi quis omiſſa*, idem ergo, ſi favor Te-
ſtatoris attenderetur, debebat in l. Falcidia ſanci-
ri. Sui etiam, & neceſſarii heredes ſive velint,
ſive nolint, hereditatem adire coguntur, *§. ſui*,
*inſtitut. de hered. qualitat. & different. tit. C. de ne-
ceſſar. ſervis heredib. inſtitut. cum vulgatis:* in qui-
bus Teſtatorum favor conſideratur; & provide-
tur, ne inteſtati decedant: de ſuis per planum
eſt, de Trebelliano probat evidenter, *l.* 1. *§.* 4.
D. eodem, & ſaltim his exemplis non miraremur,
ſi Falcidia lex quid ſimile conſtitueret ad exem-
plum Trebelliani, & ſuorum: lex enim favore
11 Teſtatorum imperare, & vetare (cujus virtus eſt)
debebat *l. lege* 7. *D. de legibus*, Unde eſt, quod
quando Juſtinianus Teſtatorum favore introductam
eſſe legem ſcribit, intelligere debemus non prin-
cipaliter, ſed ab aditionis effectu; cum quartæ
lucro inſtitutus hereditatem adeat, qui effectus in
favorem Teſtatoris reſultat, & alius etiam effe-
ctus in favorem Reipublicæ oritur, cujus intereſt,
ut ultimæ voluntates effectum habeant. Idem pro-
cedit in Senatuſconſulto Macedoniano, & Vel-
leiano, quæ cum mulierum favore, & parentum
introducta fuerint, tamen Reipublicæ, & aliorum
favor conſiderari poteſt; ſed non tamen eorum
favori attribuemus, ut latius idem proſequitur
Huſmannus. Et cum cauſa quæ præcipua ſit, quæ
magis vigeat, prææſtimari debeat in actu (ut la-
tius probo ad regulam Catonianam) in præſenti
12 potius hæredis præſpici debet, quam Teſtatoris.
Sed quod gravius urget Interpretes, ita ut com-
moverit Schieferdecker (loco infra deſignando)
ea fuit ratio, quod in Teſtamentis militum lex
Falcidia nunquam militaverit, *l. ſi poſt miſſionem*
17. *l. ad veterani* 40. *l. fin. D. ad l. Falcid. cum
aliis* à noſtro Anton. Pichard. congeſtis *in princip.
eodem tit. num.* 4. quod latius exagitat Schieſer-
decker. *Lib.* 3. *tractat.* 7. *per varias quæſtiones*;
quod cum hoc ita in Juriſprudentia apud Conſul-
tos noſtros admiſſum ſit, tantuſque favor militi-
tibus in ea fuerit attributus, quid quæſo in cau-
ſa eſſe poteſt, ut & Falcidiæ favor, ſi Teſtato-
re reſpexit, non indulgeretur etiam militibus?
Quare magis adduci debemur legem Falcidiam po-
tius heredum, quam Teſtatorum cauſa proditam
eſſe, quod argumentum in eam ſententiam Schie-
ferdeckerum disjecit *dict. tractat.* 7. *quæſt.* 11. *ut
principii inſt. ad l. Falcid.* autorem dederit Tribo-
nianum in ea parte, qua de favore Teſtatorum
meminerit.

Nos autem non tam ipſius Teſtatoris præcipue: 13
non tam heredis, quam Juris publici legem Fal-
diam eſſe proditam auſpicamur: quod deviare
magis à vero videtur, cum non ſolum Juſtinia-
num, ſed ipſum Jul. Paulum offendi, dijudicare
poſſit aliquis. Sed non ita eſt, cauſa publica præ-
cipua fuit in hac lege, ad quod magnum teſtem
profero Papinianum *Lib.* 13. *reſponſorum in l.
quod de bonis*, *§.* 1. *D. hoc tit.* ibi: *Privatorum cau-
tione legibus non eſſe refragandum conſlitit, & ideò* 14
ſororem Jure publico retentionem habituram. Sic ſe-
curiſſime intelliges Caput ſecundum legis Falcidiæ
in l. 1. *eod. tit.* ibi: *Is quantam cuique civi Romano
pecuniam Jure publico dare legare volet, Jus poteſtaſ-
que eſto*, quæ verba nec Accurſius, Govea, nec
Cujacius *in notis ad eam*, & Weſembec. *in Pa-
rat. D. ad l. Falcid. num.* 4. (referentes ad ſolem-
nitatem, & autoritatem Teſtamentorum *ex l.* 3.
D. de teſtament.) intellexerunt, quod & diſpli-
cuiſſe D. Gothofredo *dict. l.* 1. evidenter conſtat:
referenda mehercle verba ſunt ad Jus publicum,
quo lex Falcidia introducta fuit, & modus legato-
rum impoſitus, cum Gothofred. ibi *ex l. quamvis*
67. *D. hoc tit.* & ſic optime in ſecundo Capite le-
gis, in quo modus legatorum datur, interpoſita
fuerunt, & non in primo, in quo de poteſtate
Teſtatoris reſtauranda propter *l. Furiam*, & *Vo-
coniam* agi probavimus *ſup. Cap.* 1. & ſic hanc Ju-
ris publici cauſam agnoſcunt Cujacius *Lib.* 13. *re-
ſponſ. Papinian. dict. l. quod de bonis*, *§.* 1. *& in
commentario ad Lib.* 33. *Pauli ad edictum*, *dict. l.
potes* 71. *& in Novella de hered. & Falcid.* Duaren.
in commentar. ad hunc tit. Cap. fin. in fin. atque
etiam noſter Anton. Pichard. (quamvis alias cau-
ſas probaverit) hanc etiam inſerit *in principio hoc
tit. num.* 40. uti fecit Mantica *de conjectur. ultim.
volunt. Lib.* 9. *tit.* 14. *num.* 4. & 5. 15

Hæc cauſa publica inde æſtimata fuit, quod pu-
blice intereſſe exiſtimatum fuerit, curari, & di-
ſponi, ut ultimæ morientum voluntates exitum
habeant, non fruſtrentur, nec illa, quaſi ſacra
morientum deſideria, evaneſcant: in quod ſumma
ope P. Romanus annixus eſt, & tam ab Impera-
toribus, quam à Jureconſultis allaboratum: *l.
vel negare* 5. *D. quemadmodum Teſtament. aperian-
tur*, *l.* 1. *D. ſi quis omiſſa cauſa Teſtam. l.* 1. *C. de
Sacroſanct. Eccleſiis* (quod quidem plena manu
tractavi *ad regulam Catonianam*, dum defunctorum
actuum ſuſpenſionem nego, quid enim juvat ver-
boſas tranſcriptiones inſerere) ſumma enim cum
religione defunctorum actus, nomina & res apud
Romanos excepti fuerunt, ita ut ſanctos defun-
ctos dicerent, & quaſi pro ſacrilegio eorum man- 16
data violari fuerit (quod & ad dictam *regulam Ca-
tonianam aſſero*) propter quod exiſtimarunt Rei-
publicæ eſſe, quidquid reſpiceret defunctorum ho-
norem, memoriam, venerationem, & decorem,
præter autoritates hic dictas, & remiſſas, probant
laté

latè ſequentia, quæ ex hoc principio naſcuntur. Ulpianus *Lib.* 25. *ad edictum in l. Neratius* 20. *D. de religioſ. & ſumptib. funer.* ibi: *Si vero alius funeravit, poſſe eum maritum convenire, quia pacto hoc publicum jus infringi non poſſit,* Jus enim ſepeliendi mortuos publicum eſt, *l. ſunt perſonæ* 42. *D. eod. Nam propter publicam utilitatem, ne inſepulta cadavera jacerent ſtrictam rationem inſuper habemus, l. quod ſi nulla* 28. *D. eodem tit.* divine Seneca *Lib.* 5. *de Benef. Cap.* 20. *Hoc tamen ita beneficium eſt, ſi non miſericordiæ, & humanitati dedi, ut quodlibet cadaver abſconderem: ſed ſi corpus agnovi, ſi filio tunc hoc præſtare me cogitavi; at ſi terram ignoto mortuo injeci, nullum habeo hujus officii debitorem, in publicum humanus:* optime Statius Papinius *Libr.* 12. *Thebaid.* v. 568. qui hoc Jus Gentium dicit.

Quantum etenim ſupereſſe rear? nuda oſſa, putremque
Urere permittat ſaniem. Properate verendi
Cecropidæ: vos iſta decet vindicta, priusquam
Emathes Thraceſque dolent, queque extat ubique
Gens arſura rogis, maneſque habitura ſupremos.
Nam quis erit ſævire modus? bellavimus: eſto,
Sed cecidere odia, & triſtes mors obruit iras.

Et infra idem autor eod. Lib. v. 642.

Terrarum leges, & mundi fœdera mecum
Defenſura manus, dignas inſumite mentes
Cœptibus. Hac omnem Divumque hominumque favorem
Naturamque ducem, cœtusque ſilentis Averni
Stare palam eſt.

Execratur impium Creontis imperium vates; ne Argivi, qui ad Thebas conciderant, ſepelirentur, contra quem Argivæ auxilium expoſtularunt à Theſeo, de quo plurima mentio apud Sophoclem in *Antigon.* & ſpecialis apud Demoſthen. *in oratione funebri* [illegible], id eſt. *Jura defunctorum violari non ſiverunt, cum ſeptem illos, qui in expeditione Thebana ceciderant, humari Creon prohiberet,* & ſic intelligendus eſt Plato, *in Menexeno*, qui eodem argumento utitur, quo Demoſthenes *in oratione funebri ad Athenienſes.* Inde etiam eſt, quod actio ſepulchri violati popularis, & publica ſit *l.* 3. *§. fin. l. ſepulchri* 6. *l. ſepulchri* 8. *D. de Sepulch. violat. l.* 3. *C. eod. tit.*

17 Quid autem magis publicum eſt, quam lex, uti elicimus *ex l.* 1. *&* 2. *D. de Legib.* & ex Ciceron. *Philip.* 3. apud quem *in publicis nihil lege gravius:* & tamen leges, & defunctorum Jura Demoſthenes adæquat in oratione contra Nicoſtrat. [illegible], id eſt. *Leges defendite, & defunctorum curam habete, ne eorum nomen, & familia pereat.* Unde Stobæus *ſerm.* 122. ex Sophocle hanc ſententiam refert, *oportet autem mortuo viventem inſervire, & auxiliari, utpote moriturum & ipſum,* faciunt quæ eloquentiſſime perorarunt Demoſthen. *in oratione Funeb.* 22. Plato in *Menexeno*, Pericles *apud Thucidyd. Lib.* 2. *belli Peloponeſiaci in oratione Funeb.* conſtat ergo nihil magis Reipublicæ curæ fuiſſe, quam defunctorum actus, & res, ut eleganter perpendit A. Faber *Lib.* 19. *conject. Cap.* 16. nam ſi ſic Reſpublica pro defunctorum rebus anxia non eſſet, heu quantum defunctorum jura, & voluntates naufragarentur! quibus ipſi ſubvenire non poſſunt, merito ergo Juri defunctorum favet Reſpublica, ſi in defunctis ſuum Jus tutatur, Jurique proprio venerationem attribuat, cum Stobæo ſup. unde eleganter reſolvit Ariſtoteles *ſect.* 29. *Problemat. quæſt.* 9. [illegible], id eſt. *Cur juſtius habitum eſt hominibus vita functis opem ferre, quam vivis. An quia vivi præſidio eſſe poſſunt; illi defuncti nihil præterea poſſunt?* Quis ergo jam addubitabit Jure publico defunctorum voluntates dirigi, & gubernari? Nam ſi tantus honor defunctorum ubicumque perpenditur, & ubicumque etiam omnis defunctorum injuria extirpatur: ingens honor mortuis præſtatur, dum ejus voluntates in melius diriguntur, autore Juſtinian. *in Authen. de hered. & falcid. in princip.* & ab ingenti injuria vindi- 18 cantur; dum legali præcautione diſponitur, ne abinteſtato, ſine herede decedant eorumque voluntates evaneſcant *l. ſi patroni, §.* 2. *D. ad Treb. §.* 1. *inſt. quibus ex cauſis manumittere non licet*, ubi Scholiaſtes, Quint. *declamat.* 374. *in fin.* In quo ſenſu poterit Alciati ratio percipi *in Rubrica, D. ad l. Falcid. num.* 2. Duaren. *in commentar. ad eundem tit. in fin. fol. mihi* 1246. Berengarii Ferdin. *in repetitione ad l. in quartam* 1. *præfatione, num.* 6. & eleganter ſententia ipſius Juſtiniani in *dict. princip. inſt. hoc tit.* Teſtatorum gratia legem latam 19 Falcidiam eſſe ſcribentis; gratia ergo, & favore publico ipſorum Teſtatorum, quorum venerationi, & gratiæ tantum in Populo Romano appenſum eſt, ut præſcripta ſatis demonſtrant, atque etiam Dio Caſſius *Lib.* 48. *Roman. hiſt. lex Falci-* 20 *dia à P. Falcidio tribuno Plebis lata, quæ nunc quoque plurimum valet in hereditatibus adeundis: ea autem permittit, ut heres adire hereditatem gravetur, quadrante accepto reliquum dimittat.* Tota ergo lex Falcidia in Jure publico conſiſtit, & ab ejus ratione dimanat. Hæc ſi perpenderet Huſmannus, jam non miraretur Teſtatorem, non valentem legi Falcidiæ renunciare: qui poſſet? Si in Jure publico innixa eſt, *dict. l. quod bonis* 15. *§.* 1. *D.* 21 *hoc tit.* nam cum Teſtamentum ſuum ſortiatur effectum poſt mortem Teſtatoris, cum magis jam defunctorum publica cauſa; quam perſona ipſius Teſtatoris attenditur, quæ jam in rebus humanis deſiit eſſe, merito redacta ad id temporis renunciatio nullam operationem habebit: ſecus eſt in 22 herede ipſo, cujus privatum Falcidiæ reſpicitur lucrum, & ideò merito renunciare poteſt *dict. l. poteſt* 71. *D. hoc tit.* nec ideò quod heres Falcidiæ renunciet, inadita relinquitur hereditas, deſeritur Teſtamentum, honor Teſtatoris violatur: ita ut in renunciatione iſta, privatum undique reperiatur commodum, non vero publicum, uti inſinuat *dict. l. poteſt, l. patronus* 20. *D. de donat. l. quidquid* 46. *D. hoc tit.* cum aliis. Nec quod lex Falcidia 23 inſtitutum non jubeat adire, ſed permittat; vi, & autoritate legis caret, cum inter alias virtutes legis recenſeatur permiſſio legis *l. legis virtus* 7. *D. de Legib.* uti explicat Don. *Lib.* 1. *commentar. Cap.* 5. *& ibi Oſvald. litt. B. C. D. l.* 5. *titul.* 1. *part.* 1. imò lex jubet Falcidia, cum cogat Teſtatores de- 24 tractioni quartæ aſſentire (de quo latius nos agimus alibi) & hoc favore publico morientium ne inaditæ eorum hereditates relinquantur, ut ſupra ſcripſi. Argumentum, quod magnifecit Huſman- 25 nus, & Schieferdecker deſignatis locis, de Falcidia militari Teſtamento non detrahenda, leviſſimum eſt, ex quo inferebant, non Teſtatoris cauſa legem Falcidiam proditam; nam ſi id ita eſſet, qui non militis, ſummo favore ad omnes actus in Jure Civili recepti? Unde Interpretes *ad principium inſt. de leg. Falcidia*, in hac aperienda ratione inſudarunt graviter & plurima excogitarunt, noſtro Anton. Pichardo recenſente aliqua, etiamque dijudicante quæſtionem. Quæ alteratio à non attactâ Juris Civilis ratione profluxit: nam ſi animadverterent Falcidiam legem in Juris Publici ratione niti, nulla de Teſtamento militis obſtaret difficultas, cum & Tyronibus pernotum ſit, à Jure Publico Teſtamentorum conſtitutionibus Imperialibus milites exemptos fuiſſe, *l.* 3. *D. de Teſtamentis*, adjuncto titulo *de teſtamento militis*: imò Jure Gentium

teſtari (ut nos tractamus infra hoc libro) vel propter publicum armorum favorem, ut cenſuerunt
26 Decius in *l. quamquam, C. de teſtamento milit.* & Fran. Hotoman. & Hubertus Giphanius *in princip. inſt. eod. ex l. milites 31. C. locati, ex l. ult. D. eodem & ex l. 1. D. de bonorum poſſeſſ. ex teſtamen. milit.* vel propter imperitiam militarem, ut cum Viglio. *dict. princip.* voluerunt alii, *ex l. 1. D. de teſt. mil. l. milites 31. C. locati, ex l. ult. D. eod. & ex l. 1. C. de Juris & facti ignorantia: arma etenim magis, quam jura ſcire milites ſacratiſſimus Legiſlator exiſtimavit*, ut Juſtinianus ſcripſit *in l. fin. C. de Jure deliberan.* vel ut ex ore Marii, Valerius refert *Lib. 5. Cap. 2. inter armorum ſtrepitum verba ſe Juris Civilis exaudire non potuiſſe.* Sic ergo cui mirum judicabitur, legem Falcidiam ad militaria teſtamenta non pertinuiſſe? ſub diſtinctione tamen quam nobis Conditores Juris præſcripſerunt, majori examine dignam.

C A P. III.

De origine Senatuſconſulti Trebelliani, & Pegaſiani, & de rebus in eis contentis totum digeritur Caput. Senatuſconſultum Trebellianum quando factum fuit. 1. *Quid in eo cautum?* 2. *Et* 3. *Senatuſconſultum Pegaſianum quando, & à quibus conſulibus factum, & quid præcavit.* 4. *Hujus autoritate quarta deducitur.* 5. *Et heres onera hereditaria ſuſtinebat.* 6. *Et ſtipulationes de damno, & lucro.* 7. *Gravis Theophili error.* 8. *Alter Huberti Giphanii.* 9. *Quando quarta deducatur.* 10. *Quæſtio quando inſtitutus quartam retinere nolebat, ex quo Senatuſconſulto reſtituatur hereditas?* 11. *An S. Conſuitum Pegaſianum derogaverit Trebelliano?* 12. *Difficile Valentis reſponſum explicatur* in l. heres 68. D. ad Senatuſconſultum Trebell. 13. *Et Ulpian.* in fragm. tit. 25. 15. *Et Juſtinian.* in §. ergo, inſt. de fideicommiſſar. hered. 15. *Longe ſatisfit Julio Paulo* Lib. 4. ſententiarum. 56. *Verbis*, quod magis eſt, *& ſimilibus, quando utantur Conſulti.* 17. *Explicatur Modeſtini reſponſum* in l. qui totam 45. D. ad Senatuſconſultum Trebell. 18. *Stipulationes Pegaſiani diſplicuerunt Jureconſultis.* 19. τò quaſi *quid in reſponſis?* 20. τò tunc *quid denotet.* 21. *Expenditur Ulpian.* in fragm. tit. 25. *num.* 22. *Subdisjunctiva locutio.* 23. *Vi Prætoris ex Pegaſiano cogebatur heres.* 24. *An in compulſionis caſu utrumque Senatuſconſultum concurreret.* 25. *Veſtigia Pegaſiani adhuc remanent in Jure Civili.* 26. *Iterum Ulpian. expenditur* dict. tit. 25. 27. *Et Modeſtin. in* l. qui totam 45. D. ad Senatuſconſultum Trebellian. 28. *Atque iterum reſumitur Valentis reſponſum* dict. l. ſi heres. 29. τò hodie *in pertinentibus ad S. Conſultum Trebellianum, denotat Pegaſianum.* 30. *Explicantur Ulpian. & Paulus.* 31. *Heres compulſus hereditatem adire, reſtituit eam ex S. Conſ. Trebelliano.* 32. *Et actiones transferebantur ſine ſtipulationibus.* 33.

Jam præſtitimus originem, & cauſam legis Falcidiæ: antequam ad alia procedamus prænoſcere oportet etiam S. Conſulti Trebelliani, & Pagaſiani originem, & cauſam, ut ſic prælibatis his: præcognitoque inter utrumque diſcrimine, libere ingredi poſſimus noſtræ diſceptationis campum: an ſcilicet quarta Trebellianica ſub Falcidiæ appellatione veniat: in quo lectorem attentum rogo, nam quamvis Juſtinianus Pegaſianum ſuſtulerit, tamen adhuc in S. Conſultorum reſponſis veſtigia ſubolemus ejus, circa omnia capitula ipſius. Senatus ergo Conſultum factum eſt Neronis tempo-
1 ribus *octavo Calendas Septembris, Annæo Seneca, & Trebellio Maximo Conſulibus*, quod dictum fuit Trebellianum, cujus verba referuntur *in l. 1. D. hoc titul.* & aliquibus immutatis, ab Æguinar. Barone,
2 *in manualib. ad Pandectas Lib. 5. fol. mihi* 207. quo Senatuſconſulto cautum fuit de transferendis cunctis actionibus in fideicommiſſarium, cui reſtituta fuerat hereditas, ſeu hereditatis pars: Cum iniquiſſimum cenſitum fuerit, oneribus, quæ ordinarie inferunt hereditates, prægravari heredes, qui nomine tenus ſolum ſiſtunt: ipſos autem fideicommiſſarios, in quos cuncta hereditatis commoda devolvuntur, liberos, & indemnes his oneribus exiſtere: propterquod multoties defunctorum voluntates evaneſcebant. Explicant præter Calvin. & Antonium Auguſtin. *in tractatu de Legib. & Senatuſconſultis*, Anton. Faber. 2. *tom. err. Pragmat. decad.* 27. *err.* 5. *à num.* 11. *cum ſequentib.* Nicol. Bellonus *ſuper* 1. *par. inſt. in §. reſtituta, inſt. de fideicommiſſar. hered. num.* 5. G. Pancirolus *Lib.* 2. *Theſaur. V. lect. Cap.* 278. Joachimus Hopperus *de vera Juriſprudentia Lib.* 10. *Cap.* 16. Duaren. *in commentar. ad tit. D. ad L. Falcid. Cap.* 7. Donell. *Lib.* 7. *comment. Cap.* 21. *ubi etiam Oſvald.* P. Gregor. *Lib.* 42. *ſyntagmat. Jur. Cap.* 31. præter ordinarios *ad l. 1. D. hoc tit. & ad §. & Neronis 4. inſt. de fideicommiſſar. heredib.* Melchior de Valentia *Lib. 1. tractat. illuſt. tract. 3. Cap. 3. num.* 14. A quibus multa, quæ noſtri animi non eſt evolvere, accipere poteritis, illiſque illuſtrare. Senatus ergo Conſultum Trebellianum ſanxit, actiones in fideicommiſſarium cunctas transferendas eſſe, ſi cunctam hereditatem heres gravatus eſt reſtituere, *l. 1. D. hoc tit. §. & Neronis 4. inſt. de fideicommiſ. hered.* Ulp. *in fragment. tit.* 25. *§. ſi heres*, J. Paul. *Lib. 4. ſentent. tit. 2. & tit. 3. §. totam hereditatem.* Et ſi non totam here- 3
ditatem, pro parte ſaltim qua reſtituebatur hereditas, *§. ergo. 6. dict. tit. de fideicomm. hered.* Ulpian. *in fragment. tit. 25. §. is qui rogatus eſt*: obſervat Nicol. Bellon. & Anton. Pichard. *dict. §. ergo num.* 1. & Franc. Hotoman. *enuntiat.* 1. *cum. aliis.*

Sed cum plene conſervationi ultimarum volun- 4
tatum præcautum non eſſet S. C. Trebelliano, *quia heredes ſcripti cum aut totam hereditatem, aut pene totam plerumque reſtituere rogabantur adire hereditatem ob nullum, vel minimum lucrum recuſabant, atque ob id extinguebantur fideicommiſſa, poſtea Veſpaſiani Au-*

guſti

guſti temporibus, Pegaſo, & Puſione conſulib. Senatus conſultum, ut ei, qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur, verba Juſtiniani ſunt, §. *ſed quia 5. inſt. de fideicommiſſ. hered.* J. Paul. *Lib. 4. ſententiarum tit.* 3. ſic intelligitur Gaius *Lib. 2. inſt. tit.* 7. Ulpia. *tit.* 25. §. *is qui rogatus, cum ſeqq.* Franc. Duaren. *in comment. ad L. Falcid. Cap.* 7. Æguinar. Baro *in manualib. ad Pandectas Lib.* 5. Guid. Pancirol. *Lib.* 2. *Theſau. var. lect. Cap.* 288. Giſanius, Hotomannus, Broeus, & alii ordinarii Interpretes *in* §. *ſed quia, inſt. de fideicomm. hered.* Fran. Raguell. *in commentariis ad deciſion. Inſt. ad l. generaliter, C. de Inſt. & ſubſtit.* Donell. *Lib. 7. comment. cap.* 21. & *ibi.* Oſvald. *lit.* G. Anton. Faber, *Lib. 6. conject. Cap.* 1. & *tom.* 2. *errorum pragmat. de cad.* 34. *error.* 1. Cujac. autem pluribus in locis, & alii plures Jurium Interpretes: quod verum puto; quidquid contendat Huſman. *paradox.* 9. & 10. *ad l. Falcidiam* Senatuſconſultum Pegaſianum falſum eſſe, atque à Triboniano, ſeu Juſtiniano ſuggeſtum: cujus temeritati in ſequen-
5 tibus obviam ibo. Senatus ergo Conſulto Pegaſiano cavebatur, ut quartam partem hereditatis deduceret heres gravatus, quam reſtituere rogatus erat, ſi tamen ultra dodrantem, non totam hereditatem reſtituere juſſus eſſet, locus dabatur Pegaſiano, & heres uſque in complementum quartæ, ita ut ei ſalva, & integra remaneret, deducebat: expreſſus eſt Juſtinian. *dict.* §. *ergo*, & Ulpia-
6 nus *dict. tit.* 25. §. *is qui rogatus.* Et poſt hoc Senatuſconſultum Pegaſianum heres onera hereditaria ſuſtinebat, *dict.* §. *ſed quia* 5. Ulpian. *dict.* §. *is qui rogatus*, ibi: *Ipſe qui ſcriptus eſt heres, hereditatem reſtituat, & in ipſum actiones conferantur*, nec mirum quia cum hoc Senatuſconſultum ad exemplum Legis Falcidiæ normamque proditum eſſet, in qua heres inſtitutus onera ſuſtinet hereditaria, ſic ſimiliter in eo cautum fuit, ut heres oneribus hereditariis teneretur, ſed etiam eodem modo, ad exemplum ſtipulationum, quæ inter heredem, & legatarium partiarium interponebantur, interpo-
7 nuntur ſtipulationes de damno, & lucro inter heredem, & fideicommiſſarium, ita ut heres à fideicommiſſario damna, & onera pro parte ſibi retribui ſtipuletur, & è contra fideicommiſſarius ab herede lucra *dict.* §. *ſed quia*, Ulpian. *dict.* 25. Jul. Paul. *Lib. 4. ſententiarum tit.* 23. *l.* 2. *C. ad S. Conſ. Treb. l.* 1. §. *ult.* & *pen. D. hoc tit.* explicant eleganter, & exemplis illuſtrant Theoph. *de* §. *ſed*
8 *quia*, & Hotom. & Giphan. *in commen. ad eundem* §. ſed ingentem Theophili errorem diſſimulare non poſſum qui *dict.* §. *ſed quia* poſtquam heredem oneribus hereditariis ſubjectum docuit, ſubjicit *ἀλλὰ ταῦτα ἤρεσε τὸν φιδεικομμισσάριον τάξιν ἐπέχειν ληγαταρίου παρτιαρίου*, *ſed poſtea placuit fideicommiſſarium eſſe loco legatarii partiarii*, quaſi a principio, & non ex ipſo S. C. interponerentur ſtipulationes inter ipſos fideicommiſſarium, & heredem, ſed potius (ut ipſe Theophilus innuit) ex interpretatione J. Conſultorum id effectum ſit, cum totum contrarium præſcripſerit Ulpian. *dict. titul.* 25. & colligitur ex J. Paulo *dict. Lib. 4. ſententiarum tit.* 3.
9 & ex Juſtinian. *dict.* §. *ſed quia*, ut nuper ſcripſimus Senatuſconſulto Pegaſiano has attribuentes ſtipulationes: & ſic invenio opinionem Theophili diſplicuiſſe, & autoritatem viluiſſe Æguinario Baroni *in manualibus ad Pandectas d. 5. part. & Lib.* 1. (de cujus Interpretis autoritate nos ſuo loco) eodem fere errore Hubertus Giphanius lapſus eſt, *d.*
10 §. *ſed quia*, interpretationi Juriſconſultorum, non S. Conſulto Pegaſiano onera hereditaria attributa docens, cum contrarium noſter Juſtinianus doceat & expreſſius Ulpian. *dict. tit.* 25. §. *is qui rogatus.* Conſtat ergo conſtanter ex ipſis Juris conditoribus S. Conſultum Pegaſianum quartam induxiſſe in favorem gravati reſtituere, ſive totam hereditatem, ſive pluſquam dodrantem: oneraque hereditaria in heredem danda: ſed interponi ſtipulationes de damno, & lucro pro rata communicando inter heredem, & fideicommiſſarium.

Si vero ſcriptus heres quartam, quæ Pegaſiano ſi- 11
bi competebat, retinere nolebat, eamque fideicommiſſario donabat, tunc non interponebantur de damno, & lucro pro rata ſtipulationes; ſed emptæ, & venditæ hereditatis ex S. Conſulto Pegaſiano *d.* §. *ergo*, ſed non vacat ingenti difficultate hæc ſententia, nam Julius Paul. *Lib. 4. ſententiarum, tit.* 3. §. 2. ex S. Conſulto Trebelliano reſtitui hereditatem, transferrique actiones ſcribit: Modeſtin. *in l. qui totam 45. D. hoc tit.* reſtitutionem eidem Trebelliano adſcribit: quid ergo de Juſtiniano dicemus? Cuncti Interpretes ad eum, & Cuj. *ad J. Paulum*, & Anton. Faber. *in ration. ad l. 1. D.* 12
de condit. in deb. fol. mihi 328. ſentire videntur S. Conſultum Pegaſianum, non derogaſſe Trebelliano: ſed utrumque concurrere in hoc caſu: quos ipſe Juſtinianus excludit, dum *in* §. *ergo in fine*, unam deſignat ſpeciem, qua utriſque S. Conſulti concurſum dat: expellit ergo alias: ſic idem Imperator demonſtrat *in* §. *ſed quia 5. & in dict.* §. *ergo*, dum certis in caſibus locum tribuit Pegaſiano, & ex eo S. Conſulto effectus contrarios, quam ex Trebelliano deducit. Non enim recta Juris ratio pateretur duo contraria S. Conſulta in una eademque ſpecie obſervari, nam quamvis leges ſpeciales illibatæ multoties conſerventur in his quæ contraria non ſunt, ſi tamen una alteri obverſatur, trahitur, & cedit prior poſteriori, *l. 1. D. de conſtit. Princip. l. non eſt novum, cum ſeqq. D. de legib. l. 1. D. ad l. Aquil. Cap. 1. de conſt. Libr.* 6. explicat præter alios Donell. *Lib. 1. com. Cap.* 12. & ibi Oſvald. Si enim Trebellianum, nullis ſtipulationibus transferebat actiones in fideicommiſſarium, cum integram hereditatem reſtituere rogatus erat, & eo caſu S. Conſultum Pegaſianum diſponat, quartam heredem poſſe deducere, ipſumque onera hereditaria ſuſtinere, interponendasque eſſe ſtipulationes de damno, & lucro: abnuet nec-ne aliquis, non derogatum eſſe S. Conſulto Trebelliano? Nullo modo. Nec remorabitur ſententiam noſtram difficile Valentis reſponſum *in l. ſi heres 68. D. ad S. Conſul. Trebell.* ibi: *Sed & ſi* 13
ſua ſponte adierit, ex eodem S. Conſulto reſtitutus eſt: Trebelliano ſcilicet, de quo loquitur, id enim ſpeciale eſt in eo reſponſo, in quo ſolvendo non erat hereditas creditoribus, ut in principio præfigitur, non ergo quarta poterat detrahi, nec ſtipulationes interponi, nec locum habere Pegaſianum: tunc ergo reſtituenda eſt hereditas ex Trebelliano, quo ſimpliciter in fideicommiſſarium transſeunt actiones: aliter enim ſi hereditas eſſet ſolvendo, cum ea, quæ juſſiſſet Pegaſianum, adimpleri poſſent, merito ex eo reſtitutio fieret, nam Pegaſianum, ſecundum ea quæ colligimus ex Juſtiniano in *dict.* §. *ſed quia 5. cum ſeqq.* deductionem, vel remiſſionem quartæ comprehendebat ſtipulationes, quæ in utroque caſu interveniebant, coactionemque heredis; non vero hujus reſponſi ſpeciem, quando hereditas non erat ſolvendo, & ſponte inſtitutus hereditatem adibat, cum tunc nec quarta detrahi, vel remitti poterat, & per conſequens interponi, nec emptæ, & venditæ hereditatis, nec partis, & pro parte. Unde eſt, quod cum contraria diſpoſitione Pegaſianum non derogaverit Trebelliano, iſtud ſtare debebit ex juribus ante datis: ut ſic non mireris, ſi in hoc caſu ex Trebelliano reſtituatur, & quando remittitur quarta ex Pegaſiano ex ſpeciali ejus proviſione *d.* §. *ergo* (quæ quidem *infra hoc Capite*, &

ſequenti magis declarabuntur ex dicendis) redeo
ad viam, unde diſceſſi, nam ſimiliter cum diſpo-
nat Pegaſianum emptæ, & venditæ hereditatis
interponendas eſſe ſtipulationes, cum heres donat
fideicommiſſarium quartam ſidumque obſequium
defuncto præſtat: credemus Trebellianum adhuc
habere locum? Et ex eo ſimpliciter reſtituendam
eſſe hereditatem? Et nullis ſtipulationibus actio-
nes in fideicommiſſarium transferri? Nullo etiam
modo: cum Pegaſianum in hoc caſu heredi one-
ra hereditaria tribuat; Trebellianum in fideicom-
miſſarium transferat *dict. l. 1. hoc tit.* atque ipſe
Juſtinian. *dict. §. ergo*, locum eſſe S. Conſulto
Pegaſiano hoc caſu dicat, quis admitteret hanc
repugnantiam Juris, & S. Conſultorum antino-
mias? Et ea cauſa eſt concurſus utriuſque S. Con-
ſulti, quando cogitur adire heres, quia tunc ex
nullo S. Conſulto ſtipulationes interponuntur (de
quo infra latius.) Eodem filo dependimus *in Cap.
1. hujus Libri*, Pauli reſponſum *in l. 1. D. ad l.
Falcidiam*, uam cum de moderatione legatorum
præceſſiſſent Leges Furia, & Voconia, nec ad-
huc earum remediis recta teſtandi norma ſtabilita
eſſet, donec ultimo præſcripta fuit Lex Falcidia,
defendimus cum communi priores Furiam, &
Voconiam per iſtam derogatas fuiſſe, ſic idem
nunc obſervamus, nam cum Trebelliano agnoſ-
ceret Teſtatorum voluntatibus non ſatisfuiſſe
Conſultum, proditum fuit Pegaſianum ad exem-
plum legis Falcidiæ, teſte Juſtiniano *dict. §. 5.*
quo plenius morientum voluntates gubernarentur,
& conſequenter neceſſario derogationem Trebel-
liani ſubveniſſe, ut & Anton. Pichard. *dict. §. er-
go, numer.* 12. agnoſcit. Jactus opinionis noſtræ
iſte erit, S. Conſulto Trebelliano Pegaſianum de-
rogaſſe, quod & nude tamen Chifletius agnoſcit
Lib. 4. de Jure fideicomm. Cap. 8. quando ultra do-
drantem, vel integram hereditatem reſtituere gra-
vatus fuit, tuncque locum S. Conſulto Pegaſiano
fuiſſe in quocumque caſu, ſive retinere vellet, ſi-
14 ve non quartam Pegaſianam inſtitutus. Probat
ſententiam noſtram aperte Domitius Ulpian. *in
fragmentis titul. 25. dict. §. is qui rogatus*, lege
verba. *Is qui rogatus eſt alii reſtituere hereditatem,
Lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non
plus puta, quam dodrantem reſtituere rogatus eſt, ex
Trebelliano S. Conſulto reſtituit, ut ei, & in eum den-
tur actiones, cui reſtituta eſt hereditas; Lege autem
Falcidia interveniente: quoniam pluſquam dodrantem,
vel etiam totam hereditatem reſtituere rogatus ſit, ex
Pegaſiano S. Conſulto reſtituit, vel deducta parte quar-
ta ipſe qui ſcriptus eſt heres, hereditatem reſtituat,
& in ipſum actiones conſerventur, is autem qui recepit
hereditatem, legatarii loco habeatur*, en caſus in qui-
bus utrique S. Conſulto datur locus: ſi enim he-
res rogatus eſt reſtituere hereditatem, non intra
dodrantis partem, id enim eſt Lege quidem Falci-
dia locum non habente, Trebelliano datur locus
dict. §. ergo, ſi vero intra dodrantem reſtituere
rogatur, ita ut Falcidiam locum habeat, tunc Pe-
gaſianum operabitur, ſic explicant Hotoman. *in
dict. §. ergo enunciat.* 1. & Pichard. *dict. num.* 3.
Cujacius *ad J. Paulum dict. Lib. 4. ſententiarum tit.
2. & 3. & in Paratis. D. ad S. Conſult. Treb. &
Lib. 8. obſer. c. 5. & in Novell. de hered. & Falcid.*
(ſecundum quæ ruit fundamentum Huſmanni *Pa-
rad.* 10. ex his Ulpiani verbis augurantis, quar-
tam Pegaſianam à Lege Falcidia introductam eſſe,
quod ſuo loco, & tempore fortius evertemus.)
15 Ipſemet Juſtin. *d. §. ergo* fundamentum erit ingens
huic ſententiæ, qui ſolum Trebellianum admittit,
quando reſtituere gravatus eſt heres non ultra do-
drantem; cæteris autem in caſibus S. Conſultum
Pegaſianum obtinere docet, ſed quid reſponde-
16 bimus Paul. *d. Lib. 4. ſentent. tit.* 3.? *Totam here-
ditatem reſtituere rogatus, ſi quartam retinere nolit,
magis eſt ut eam ex S. Cto. Trebell. debet reſtituere,
tunc enim omnes actiones in fideicommiſſarium dantur.*
Cuj. autem ibi utriuſque S. Conſulti concurſum
admittit, Pegaſian. & Trebell. ut ex illo interpo-
nantur ſtipulationes emptæ, & venditæ heredita-
tis, ex iſto ſimplicius, & expeditius tranſlatis
actionibus ex ipſo S. Conſulto Trebell. ſed refel-
lunt Cuj. interpretationem proxime jactam, &
maxime Modeſtini reſponſum *d. l. qui totam* 45.
ſtatim expendendam. Sententia autem J. P.
diverſa omnino fuit ac exiſtimavit Cujacius, &
Fran. Huſman. *Parad.* 10. ea (ni fallor) talis
eſt, nam cum Julius Paulus conſideraret, here-
dem non retenta quarta, ex S. Conſulto Pegaſia-
no hereditatem debere reſtituere, ejus S. Conſul-
ti verbis attentis, & his, quæ ejus S. Conſulti
poſteritati mandavit Juſtinian. *dict. §. ergo*, electi-
ve comparativeque utriuſque S. Conſulti habita ra-
tione, reſpondet: magis eſt, ut ex S. Conſulto
Trebelliano debeat reſtituere hereditatem: ſen-
tiens reſtitutionem ex S. Conſulto Pegaſiano fieri,
ſub cujus titulo hoc reſponſum collocatum eſt:
quaſi diceret Conſultus, quamvis ex S. Conſulto
Pegaſiano fiat reſtitutio, cum tamen hoc S. Con-
ſultum ad detractionem quartæ præcipue præſcri-
ptum fuerit, ut ſic invitarentur homines ad im-
plendas teſtantium voluntates, *dict. §. ſed quia 5.*
& in hoc caſu heres inſtitutus nullam detrahat
quartam, magis eſt, ut ex S. Conſulto Trebellia-
no debeat reſtitutionem facere, cum eo transfer-
rentur actiones aptius, & ſimplicius; quam ex S.
Conſulto Pegaſiano. Formulare enim ipſis Con-
ſultis fuit, in valde ambiguis quæſtionibus in
utramque defenſionem pronis, abſolvere eas, ſic:
quod magis eſt, quod magis eſſe, magis eſt, tunc 17
enim magis effectum, veritatem, & æquitatem
quæſiti reſpiciunt, *l. ſtatu liberi 29. §. quintus, l.
ſi ſervo* 31. *D. de ſtatu Lib. l. emancipatum 7. §. 1.
D. de Senator.* J. Robertus *Lib. 1. animadverſ. c. 7.*
Nec quiſquam hoc nimis abſconditum in Pauli
mente penetrare nos judicet, ſuperficiemque ver-
borum contrarium demonſtrare, nam prætulit
opinioni meæ facem Modeſtini reſponſum, *dict.
l. qui totam 45. D. hoc tit.* qui in eadem facti ſpe-
cie ſic reſpondit *ſua ſponte adire debebit hereditatem,
quaſi ex Trebelliano eam reſtituturus.* Τό enim *quaſi* 18
quid aliud nobis demonſtrat, quam reſtitutionem
ex Pegaſiano directe fieri, ſed reapſe quaſi ex
Trebelliano æſtimari? uti relicta ſententia Baldui-
ni, & Weſembec. noſter Anton. Pichar. acce-
pit *in §. ſed ſi recuſabat 6. de fideicom. hered. num.*
8. & ſic non audiendus Baro *in manualib. ad Pan-
dectas Lib. 5. ad 5. part. Digeſtorum*, reponens ex
Pegaſiano, Nec Claudius Chifletius *Lib. 4. de Jur.
fid. Cap.* 8. hæc Pauli, & Modeſtini reſponſa re-
torquens ad Pegaſiani deſuetudinem: nam cum
quarta non detrabatur, ſolumque in fideicom-
miſſarium transferantur actiones, id potius ex
priori S. Conſulto Trebelliano cenſeri accipien-
dum eſt, non ex Pegaſiano, quod ad detractio-
nem magis quartæ, quam ad tranſlationem actio-
num proditum fuit. Id inde profluit, quia ipſis Ju-
riſconſultis ſtipulationes ex S. Conſulto deſcen-
dentes diſplicuerunt: imo & ipſe magnus Papinia-
nus captioſas appellavit *§. ſed quia 7. inſt. de fi-* 19
deicommiſ. hered. ſemper quodammodo declinantes
eas, & amplectentes Trebelliani ſimplicem reſti-
tutionem: ſi non re & poteſtate; qui poſſent Con-
ſulti abrogare conſulta Senatus? Saltim judicio.
Nemo autem addubitabit. Τό *quaſi* Modeſtini 20
reſponſi improprietatem denotare, Conſule Briſ-
ſon. & Calvin. *de verbis Juris*, & eundem Briſſo-
nium *Lib. 8. formul. fol. m.* 826. necue ſi reſtitu-
tio ex Trebelliano directe fieret, Modeſtinus re-
ſponderet,

ſponderet, *quaſi ex Trebelliano eam reſtituerus?* Imò
quaſi ex Pegaſiano, vel ex Trebelliano directè;
qua loquendi improprietatis formula multoties lo-
cuti fuerunt Conſulti, amplectentes, quantum in
ipſis fuit, autoritatem Trebelliani, ut multis exem-
plis, & reſponſis addocebimus Capite ſequenti. Se-
cundum quæ, meritò deſpicere poteris ſubtilitatem
Huſmanni, *Parad. 9. ad l. Falcidiam*, planè in re-
ſponſo iſto inneptientis. Redeo ergo ad Paulum,
qui ſimili verborum modo, eandem prodit ſen-
tentiam, quam Modeſtinus, *magis eſt* (inquit)
ut eam ex S. Conſulto Trebelliano debeat reſtituere,
id eſt verius eſt, eam ex S. Conſulto Trebellia-
no debere reſtituere, quia nulla detrahitur quarta
ut dixi, *& tunc omnes actiones in fideicommiſſarium
dantur*, ut Paulus inquit, *tunc*, ſcilicet quando ex
Trebelliano reſtituitur, dantur actiones, quibus
verbis etiam demonſtratur non directè fieri reſti-
tutionem ex S. Conſulto Trebelliano, aliàs dice-
21 ret, *quia ſic omnes actiones in fideicommiſſarium da-
buntur*, *vel dantur*, non *tunc* quod denotat aliquid
non fieri, ſed ſupponi, quod non inſolens in Ju-
re Civili eſt *l. 1. C. de ord. Jud.* uti eleganter ex-
22 pendit Don. *Libr. 17. com. c. 9.* Pro noſtra etiam
ſententia penetrari poteſt Ulpian. *fragmentum d.
tit. 25. §. is qui rogatus*, in illis verbis, *vel dedu-
cta quarta parte*, inquit ergo Ulpian. ex S. Conſul-
to Pegaſiano reſtitui hereditatem, *vel deducta quar-
ta parte*, quando ultra dodrantem, vel totam he-
23 reditatem reſtituere gravatus heres eſt, Cuj. *ibi*
emendat, *ut deducta quarta parte*, ſed non ea Ulp.
fuit mens, ſubdisjunctive enim locutus fuit, qua-
ſi diceret, *vel deducta*, vel non quarta parte, ut
Martialis *Lib. 3. epigram. 5.*

*Eſt illi conjux, quæ te manibuſque ſinuque
Excipiet, vel ſi pulverulentus eas.*

Excipit equidem, vel ſi pulverulentus eas, vel
non, de quo genere ſubdisjunctivo latè ſcripſi
Lib. 1. c. 11. ſubſiſto ergo defendens ex S. Con-
ſulto Pegaſiano hereditatem reſtitui interpoſita
emptæ, & venditæ hereditatis ſtipulatione quan-
do gravatus quartam retinere nolebat.

24 Alterum S. Conſulti Pegaſiani Caput erat, ut
ſi inſtitutus recuſaret hereditatem adire, ut Præ-
toris autoritate hujus S. Conſulti, eam adire co-
gebatur, nulliſque mediis ſtipulationibus actiones
in fideicommiſſarium tranſibant, veluti ex S. Con-
ſulto Trebelliano: qua in ſpecie utrumque con-
currebat S. Conſultum, probat expreſſe Juſtinia-
25 nus *d. §. ſed ſi recuſabat inſt. de fideicommiſſar. he-
reditat.* & alia J. Conſultorum reſponſa infra ex-
pendenda. Hac ergo in ſpecie concurrebat utrum-
que, nam quamvis Pegaſianum poſterius eſſet,
non inde Trebelliano derogabat, cum utrumque
eandem rem diſponeret: tranſlationem inquam
actionum, ſine ſtipulationibus ullis (ut ſup. ſcri-
pſimus) ſed hanc non guſtabunt enucleationem
Pichard. *num. 3. dict. §. ſed ſi recuſabat*, Huber-
tus Giſanius, Franciſc. Hotoman. *ibidem* Cujacius
*Libr. 8. obſervation. Cap. 5. & in commentario ad l.
in fideicommiſſaria 18. D. ad Trebellianum*, ſentien-
tes compulſionem ex Senatuſconſulto Pegaſiano
fieri, reſtitutionem autem actionum ex Trebellia-
no, qui aliquibus male perceptis reſponſis (meo
judicio) falluntur, nam cum Senatuſconſultum
Pegaſianum cogebat inſtitutum adire, vi Prætoris
periculoque fideicommiſſarii, cum ſatis inſtituto
cautum eſſet in compulſione *l. 4. D. hoc titul.* non
æquum judicavit, ut denuo emptæ, & venditæ
hereditatis ſtipulationes interponerentur, & ſic
ſine ullis ſtipulationibus transferebat onera, &
actiones hereditarias in fideicommiſſarium, &
cum Senatuſconſulto Trebelliano idem cautum
fuiſſet, ut transferrentur ſcilicet per id, nullis in-
terpoſitis ſtipulationibus, actiones, meritò iſti per
Pegaſianum derogatum non fuit, imò cum utrum-
que idem diſponeret, utrumque in hoc caſu concur-
rebat, ſic meritò Juſtinianus accipiendus eſt, ſi er-
rorem odimus. Quid ultra? Multa ſunt Juriſconſul- 26
torum reſponſa, in quibus Pegaſianum ſubolemus,
expreſſe noſtram doctrinam aſſerentia; ſine contro-
verſia pro nobis ſtat Ulpianus *in fragmentis dict. titulo
25. §. ſi heres*, lege verba: *ſi heres damnoſam hereditatem 27
dicat, cogetur à Prætore adire, & reſtituere totam: ita
ut ei, & in eum, qui recipit hereditatem, actiones
dentur, perinde atque ſi ex Trebelliano S. Conſulto re-
ſtituta fuiſſet, idque ut ita fiat Pegaſiano S. Conſulto
cautum eſt*, expreſſe ergo cavet Ulpianus, S. Con-
ſulto Pegaſiano heredem cogi, & reſtituere, actio-
neſque tranſire, perinde atque ſi ex Trebelliano
S. Conſulto reſtituta fuiſſet: en ſolum Trebelliani
allatam ſimilitudinem, qua evidenter demonſtra-
tur ad formam Trebelliani S. Conſulto Pegaſiano
actiones tranſire, quando compellitur heres: quis
enim credet, Pegaſianum & compellens, reſti-
tuenſque hereditatem: cum æquum judicaret, ſi-
ne ullis ſtipulationibus (per rationem jam tradi-
tam) actiones transferendas, id non juſſiſſe, &
imperaſſe; ſed mendicare tranſlationem à Trebel-
liano? Ipſe Modeſtin. *dict. l. qui totam 45. D. ad* 28
Trebellian. non obſcure hoc demonſtrat, ibi: *Sua-
ſerim tamen ſuſpectam potius dicat hereditatem, coa-
ctuſque à Prætore reſtituat, hoc enim caſu ex ipſo
Trebelliano reſtituere videtur.* Nam quamvis Ægui-
narius Baro *in manualib. ad Pandectas dict. Lib.
5 fol. 208.* reponendum exiſtimaverit *ex ipſo Pe-
gaſiano*, quia iſtud S. Conſultum cogebat heredem
hereditatem adire: hanc emendationem facilius
tolerarem in aliis reſponſis, non in iſto in quo
majorem mihi difficultatem ingeneraret Baronis
cenſura, quando Modeſtin. ſcribit, *reſtituere vide-
tur.* Tò enim *videtur* improprietatem denotat *l.
qui actionem, D. de reg. Jur.* cum ibi notatis, ſen-
tit ergo Conſultus ex ipſo Pegaſiano reſtitutionem
fieri, ſed reapſe ex Trebelliano dari modo quo
ejuſdem legis principium *ſup.* explicuimus: quia
quotieſcumque Juriſconſulti demonſtrare potuerunt
hereditatem reſtitui, transferri actiones re vera,
vel ad formam S. Conſulti Trebelliani (quod ſum-
me ipſis placuerat) nunquam omiſerunt (ut &
ſup. obſervavimus quando quarta non retinebatur)
dubium ergo non eſt, actiones ſine ullis ſtipula-
tionibus tranſire in fideicommiſſarium ex S. Con-
ſulto Pegaſiano, quando heres inſtitutus cogeba-
tur hereditatem adire. Hinc expenditur difficile
Valentis reſponſum in una ejus parte decertatum
in d. l. ſi heres 68. ad Trebell. ibi: *Rogatus heredi- 29
tatem reſtituere, ſuſpectam ſibi dicit, dubium non eſt,
quin hodie coactus ex Trebelliano S. Conſulto reſtituere
poſſit*, nam quamvis Cuj. & Gothofred. *in notis
ad iſtam legem tò ex Trebelliano.* Triboniano attri-
buerint, reponendumque eſſe ex Pegaſiano, ut in
ſimili ſenſit ſupra Æguinar. Baro; ſane rectæ Ju-
riſprudentiæ antiquitati congruit reſponſum, nam
quando cogitur adire heres ex Pegaſiano, li-
bertatem habet reſtituendi ex Trebelliano, aut
Pegaſiano, ad cujus veritatis comprobationem
præclarum hoc ſiſtit reſponſum, inquit er-
go Valens, *dubium non eſt quin hodie* (heres)
coactus (*hodie* ex S. Conſulto Pegaſiano uti jam ob-
ſervavit Cuj. *d. Lib. 8. obſ. c. 5.* & ex eo Gothofr.
ibidem, & ex hoc reſponſo, & *ex l. 1. §. hodie*, 30
D. ſi cui pluſquam per l. Falcid. quod & nos *Cap.
ſeq.* confirmabimus, quod verum puto quidquid
Huſm. *d. parad. 9.* ad Trebell. referat) poſſit re-
ſtituere hereditatem ex Trebell. ideò qui dixit,
poſſit. quia poterat etiam ex Pegaſiano reſtituere,
arg. *l. non quidquid 40. D. de judic.* Nec obſtat,
quod

quod ſup. reſolvimus de ſecunda reſponſi ſpecie, quando ſponte inſtitutus adibat neceſſario hereditatem, ex Trebelliano reſtituendam eſſe, quia hereditas erat non ſolvendo: nam cum heres cogitur ex Pegaſiano, ex vi ejus, licet hereditas non ſit ſolvendo, poterit reſtituere ſi vellet, quia tunc jam ſumus in caſu uno S. Conſulti Pegaſiani, & Capite ejus pernoto coactionis heredis: non ſic eſt, quando ſponte adibat heres, quem caſum non agnovit Pegaſianum (ut fuſius expendimus ſup.) quæ interpretatio omni ex parte convenit Valentis reſponſo, nam ideò in primo caſu ſcribit reſtituere poterit, ut inſinuaret heredis poteſtatem ad reſtituendum ex S. Conſulto, quo vellet: & in ſecundo reſtituturus eſt, ut neceſſitatem exprimeret ex uno S. Conſulto reſtituendi: quæ ſi conſideraſſet Huſmannus, minus in Valentis reſponſo inſiſteret *dict. Paradox.* 9. Stat ergo ſententia, heredem coactum ex S. Conſulto Pegaſiano, & Trebelliano reſtituere poſſe: ſic etiam intelli-
31 gendus eſt Ulpian. *in l. quia poterat ad S. Conſult. Trebell.* 4. & Paulus *in l. ſed & ſi reſtituatur* 28. *D. de judiciis*, & *Lib.* 4. *ſententiarum tit.* 4. *in fin.* ſic etiam heres compulſus hereditatem adire, reſtituit eam ex S. Conſulto Trebelliano *l. cogi* 16. §.
1. & §. 3. *l. ita tamen* 27. §. *ſi pater* 2. *D. ad S.* 32
Conſultum Trebellianum, & alia Juris reſponſa, quæ facile inveniri poſſunt: & ex eodem principio provenit, compulſo ad reſtitutionem herede, ipſo Jure, ſine ſtipulationibus ullis actiones in fideicommiſſarium tranſire *l.* 1. §. *ſed & quoties* 9. *l.*
Recuſare 6. §. 2. *l. cogi* 16. §. 2. & 5. *cum ſequentibus*, *l. ita tamen* 27. §. 3. *D. ad S. Conſultum Trebellian.* Elicimus ergo ex tam longe diſcuſſis, poſt ſtabilitum Pegaſianum concurriſſe cum eo Trebellianum quando cogebatur hereditatem reſtituere heres, atque ex Trebelliano etiam reſtitui hereditatem, quando heres non intra quartam gravatus eſt reſtituere, vel ſi ultra quartam, ſi hereditas non eſt ſolvendo, & ſponte inſtitutus addit ex juribus proxime expenſis. 33

Tandem has diſputationes ſuſtulit Juſtinianus, more ſuo extirpans S. Conſultum Pegaſianum, ejuſque ſtipulationes, uti ipſe Imperator declarat in §. *ſed quia* 7. *Inſt. de fideicom. hereditatib.* & ibi latius ordinarii ejus Scholiaſtæ.

C A P. I V.

Contentio cum Franciſco Huſmanno contumaciter negante S. Conſultum Pegaſianum, & ſtipulationes Pegaſianas unquam fuiſſe, à num. 1. *Per integrum Caput fundamenta Huſmanni à num.* 1. *cum ſeq. Ariſto J. Conſultus quo tempore vixerit.* 2. *Expendit alia reſponſa.* 3. *Trebellianum an ſub ſimplici S. Conſulti mentione comprehendebatur.* 4. *Reſolvit S. Conſultum Pegaſianum à Juſtiniano fictum nullaſque ejus fuiſſe ſtipulationes.* 5. *Juſtinianus S. Conſultum Pegaſianum, ejuſque ſtipulationes extirpavit.* 6. *Et loco Pegaſiani repoſuit Trebellianum, unde lux multis reponſis.* 7. *Unde omnia pertinentia ad Pegaſianum attributa Trebelliano fuerunt.* 8. *Unde reſtitutio ex Trebelliano fit, cum integra hereditas reſtituitur, quo illuſtrantur varia reſponſa.* 9. *Et quarta ex Trebelliano deducitur.* 10. *Trebellianica in Jure non appellatur Civili, ſecus in Canonico.* 11. *Juſtinianus rectæ Juriſprudentiæ diſcrimina commiſcet.* 12. *Disjecit Pegaſianas ſtipulationes.* 13. *Explicatur* l. 1. §. 20. cum aliis reſponſis, *ſuper quibus notatur Huſman.* 14. *Tentatur reſtitutio antiquæ lectionis* in l. ſi legatur 30. §. multum intereſt 3. D. ad S. C. Treb. 15. *Damnatur Juſt. ſeu Tribon. facinus, quod in media Juriſprudentia multa antiqua aboluerit.* 16. *Et quod novas ſuas conſtitutiones reſponſis J. Conſultorum inſeruerit.* 17. *Veſtigia Pegaſiani ſuboderantur in Conſultorum reſponſis.* 18. *Expenditur* l. meminiſſe 6. §. ſed & ad filium 2. D. ad Senatuſconſultum Trebell. 19. & 20. *Subodoramus etiam* in l. cogi 16. §. cum quidam 7. D. eod. 21. *Et* in §. inde queritur. 22. *Et* in §. idem Mæcianus 9. 23. *τό* hodie S. *Conſultum Pegaſianum innuit.* 24. *Et à lege Falcidia auſpicabatur.* 25. *Explicantur inde varia reſponſa.* 26. *Et* l. ita tamen 27. §. ſi pater 3. D. eodem. 27. *iterum Ariſto Juriſconſultus.* 28. L. heres 21. D. ad Senatuſconſultum Trebellian. 29. *Quid ſit Ariſtonem tractare Jura antiqua, ut recentia, inde lux C. Plinio.* 30. *Utilitas ingens hujus Capitis.* 31.

Sed quæ Capite præcedenti diſcuſſimus, recto
1 Juris Civilis tramite ferri poſſent: ſed obicem opponit eis Franciſc. Huſmannus *Paradox* 9. *ad l. Falcid.* defendens poſt Senatuſconſultum Trebellianum nunquam partis, & pro parte, retenta quarta, interpoſitas fuiſſe ſtipulationes: &
2 non retenta, emptæ, & venditæ hereditatis; ſed ex ipſo Senatuſconſulto Trebelliano, vel inſolidum, vel competenti portione in fideicommiſſarium tranſlatas fuiſſe actiones: & non contentus his, poſtea *Paradox.* 10. Senatuſconſulti Pegaſiani autoritatem negat, unquamque latum fuiſſe; imò & inventum fuiſſe Triboniani: quod utrumque ingenti examine, & conatu autor tutari auſus fuit. O Pegaſianum (ut ipſe inquit) quam multos feciſti de te laborare in vanum! ſed ad Paradoxon primum accedamus, & expendamus præcipuas rationes, quibus Senatuſconſulti Pegaſiani ſtipulationes ſtirpare conatur.

Primo autem pro certo habet quartam, quæ de fideicommiſſis detrahitur, heredisque coactionem ante Veſpaſiani tempora introductam fuiſſe, nec fuiſſe denuo neceſſarium ſingulare Senatuſconſultum Pegaſianum, idque expreſſe ex Juriſconſultorum reſponſis probari: ſtipulationes autem, earumque veſtigium nunquam in Pandectis viſas, nec poſt Senatuſconſultum Trebellianum inter heredem, & fideicommiſſarium interpoſitas fuiſſe

dicit,

dicit, ſed imò contrarias eſſe Juriſconſultorum
reſponſis qui poſt Trebellianum tranſlatas in fidei-
commiſſarium actiones, ſive in ſolidum, ſive pro
parte, ſive quarta retenta, ſive non, ſine ullis
ſtipulationibus reſpondent. Nobiſque Imperato-
res, & Juriſconſultos inſinuat, nullo (more ſuo)
allegato reſponſo, apud quos quarta retinetur,
quando hereditas ex Trebelliano reſtituitur, &
retinetur ipſa quidem pro autoritate Trebelliani:
imò Jure hereditario retenta, actiones dividi, &
ſciendi inter heredem, & fideicommiſſarium. Hiſ-
que alia ſubjicit, quibus inanes, & inutiles Pe-
2 gaſianas fuiſſe ſtipulationes probat. Movetur ul-
tra, quia cum Ariſto tempore Veſpaſiani vixiſſet,
in detrahenda hereditate, vel detrahenda quarta
nunquam mentionem ullam Pegaſiani, ſed Trebel-
liani fecit: quod Franciſc. Huſmanno non cen-
ſetur credibile facturum Ariſtonem, ſi verum, &
3 non ſpurium Pegaſianum fuiſſet. Adducit poſtea
Ariſtonem *in l. heres* 21. & Mæcianum *in l. qui
totam*, *D. ad Trebellianum*, in quibus nullæ inter-
ponuntur emptæ, & venditæ hereditatis ſtipula-
tiones, cum ſine detractione quartæ hereditas re-
ſtituitur, quod ex Juſtiniani autoritate fieri neceſ-
ſario debebat. Denique in auxilium vocat Va-
lentem Juriſconſultum in *l. ſi heres* 68. *D. ad Tre-
bellianum*, in quo ſi coactus hereditatem heres adit
ex Trebelliano reſtituit, idemque ſi ſponte. At-
tendit ultra Juris conditores multoties nulla Pegaſi-
ani, aut Trebelliani ſubjecta mentione S. Conſul-
tum nominare, quod ſine peccato non facerent,
quando ex uno, vel altero S. Conſulto hereditas de-
4 beret reſtitui ſecundum ſpecies utriuſque: unum
ergo, infert, Trebellianum erat, quod S. Conſulto
mentione ſemper ſubauditur ſubintelligiturque.
Nam ſi Pegaſianum, quod aut neceſſario admitten-
dum erat, Juriſconſultorum temporibus abolitum aut
antiquitatum jacebat, quam operationem dabimus
Juſtinianeæ præſcriptioni extinguenti omni modo
Pegaſianum, & in Trebellianum transformanti?
Unde ex his deducit Franciſc. Huſmannus unicum
apud Conſultos inveniri Conſultum Senatus, idque
5 Trebellianum eſſe. Siſtit denique is autor, aliis à
nobis prætermiſſis parvi momenti, ſentiens Sena-
tuſconſultum Pegaſianum, aut à Juſtiniano fictum,
aut à Triboniano falſo ſuggeſtum, nullaſque hu-
jus Senatuſconſulti ſtipulationes poſt Senatuſcon-
ſultum Trebellianum lectas, aut viſas fuiſſe in me-
dia Juriſprudentia. Nam quod Theophilus *in §.
§. inſtitut. de fideicommiſſar. heredit.* ſcribit ante Se-
natuſconſultum Trebellianum in reſtitutione he-
reditatis emptæ, & venditæ hereditatis ſtipulatio-
nes interveniſſe, probat autor ſane, & non ſo-
lum illas ſtipulationes; ſed & partis, & pro par-
te; non tamen credibile fieri hujuſmodi ſtipulatio-
nes revixiſſe ſemel Trebelliano extinctas.

Hæc fuit Franciſc. Huſmanni ſententia, cui
Capite ſuperiori ſuis locis, non reſtitimus, ut
ſpecioſior appareret pugna: ipſaquemet veritas
ne argumentorum, & conſiderationum turbine
convolveretur, multa tandem jam tetigimus ibi, &
libavimus quæ reſpicere facillimum lectori erit.
Negat equidem Franciſc. Huſmannus, poſt Tre-
bellianum viſas, ſive auditas ſtipulationes illas in
media Juriſprudentia, ſeu Juriſconſultorum reſ-
ponſis, & omnino inanes nulliuſque momenti
fuiſſe: hoc autem non nego, cum Papiniano, &
Juſtiniano, cunctiſque Juris conditoribus diſpli-
cuerint, *§. ſed quia 7. inſtit. de fideicommiſſar. he-
redit.* nec illius officii eſt diſquiſitio an æque, vel
inique eas ſanxerit Pegaſianum: tunc profeciſſet,
ſi Franciſc. Huſmannus adeſſet in rogatione, ſeu
latione; non jam quando latum fuit, & abroga-
tum à poteſtatem habente ferendi, & abrogandi.
Illud autem ſcilicet ſi veſtigium aliquid ſtipulatio-
num in reſponſis: ſi ſuggeſtæ falſo à Juſtiniano,
ſeu Triboniano fuerint magis angit, & vexat.
Ante omnia tamen verum agnoſco, & adſero Juſti- 6
nianum à cuncto Jure Civili, reſponſis, & reſcriptis
Juriſconſultorum, & Imperatorum Senatuſconſul-
tum Pegaſianum, ejuſque ſtipulationes extirpaſſe;
qui aliter, non occurreret memoria aliqua ejus,
aliquodve reſponſum in fideicommiſſaria reſtitu-
tione? cum in viridi fuiſſet obſervantia, à tem-
pore Veſpaſiani uſque ad Juſtiniani, hoc Senatuſ-
conſultum: nam ſi antiquatum fuiſſet, ad quid ſua
conſtitutione abrogaret Juſtinianus, quæ *dict. §.
ſed quia 7.* refertur? (ut ipſemet argumentatur
Franciſc. Huſman. *Paradox.* 9.) & totum Pegaſia-
num in Trebellianum transferret? Unde effectum
fuit (an æque tu diſquire) Pandectarum compi-
latores Pegaſianum à Jure Civili exegiſſe, & in
reſponſis, & reſcriptis Pegaſiani loco Trebellia-
num repoſuiſſe: nam præterquod ipſa veritas ſa- 7
tis ſibi conſtet, ſic docent graviſſimi viri Cujac.
in Commentario ad l. in fideicommiſſaria 18. *D. ad
Senatuſconſultum Trebellian. & in notis ad l. ſi heres*
68. *D. eodem*, *& in l. jubemus*, *C. eodem*, Ægui-
nar. Baro. *in manualibus ad pandectas in* 5. *part. di-
geſtor. & ad §. ergo*, *inſtitut. de fideicommiſſ. hered.*
Franciſc. Balduin. *in §. ſed quia* 7. *eodem num.* 4.
Hubert Giſan. *in §. ſed quia* 5. *inſtit. eodem*, ubi
Anton. Pichard. *à numer.* 3. *& in §. ſed quia* 2.
numer. 24. Anton. Auguſtin. *in tractat. de legibus
in Senatuſconſulto Pegaſiano*, I. Corraſius *in commen-
tario ad l. filium quem*, *C. famil. erciſcund. à nu-
mer.* 55. Franciſc. Huſman. *Paradox.* 8. *ad l. Falcid.
fol. mihi* 55. ſed parva hæc omnia, cum ſui facti
teſtem produco Juſtinianum *in l.* 2. *§. quintus* 6.
C. de veter. Jur. enucleand. ibi: *Solum autem Sena-
tuſconſultum Trebellianum ponendum eſſe exiſtimavi-
mus, captioſas etenim, & ipſis veteribus odioſas Pe-
gaſiani Senatuſconſulti ambages, & utriuſque Senatuſ-
conſulti inter ſe, tam ſuper vacuas, ſcrupuloſas diverſi-
tates reſpuentes totum Jus ſuper his poſitum Trebellia-
no Senatuſconſulto adjudicavimus*, quid ergo jam ri-
matur Franciſc. Huſmannus, ideò ſuppoſitum Pe-
gaſianum, quia in Pandectis non inveniatur, cum
ex Juſtiniani compoſitione Pandectarum, & con-
ſtitutione ſua effectum fuit, ut quartæ deductio,
coactio actionum tranſlationes, ſine ſtipulationum
mentione, & alia ad Pegaſianum pertinentia at-
tributa Trebelliano fuerint, & in reſponſis Juris-
conſultorum Imperatorumque reſcriptis pro Pe-
gaſiano repoſitum Trebellianum ſit, uti conſtan- 8
ter patet ex multis reſponſis, & reſcriptis, quæ in
hanc rem adduxerunt Interpretes ſupra dati, &
ad quam cunctus Senatuſconſulti Trebelliani titu-
lus patet. Quæ ſi conſideraſſet Franciſc. Huſman-
nus, non jam miraretur Pegaſiani ſtipulationes
poſt Senatuſconſultum Trebellianum, non viſas.

Hinc eſt, quod quamvis cum quis rogatus eſt 9
integram reſtituere hereditatem, locus Senatuſcon-
ſulto Pegaſiano daretur (ut Capite præcedenti in
principio docuimus) tamen hujuſmodi reſtitutio-
nem ex Senatuſconſulto Trebelliano fieri, multa
referunt Juris reſponſa *L.* 1. *§. ſed & ſi uxor* 12. *&
§. ſi heres* 16. cum aliis antecedentibus, & ſubſe-
quentibus *dict. l. ita tamen* 27. *§. qui ex Trebellia-
no* 7. *& in §. Trebellianum* 8. ubi apertior Tribo-
nianiſmus in his verbis eſt, *Trebellianum Senatuſcon-
ſultum locum habet quoties quis ſuam hereditatem, vel
totam, vel pro parte fidei heredum committit*, quod
ſane non ſic eſſet ſecundum certiſſima Juris prin-
cipia à nobis aſſerta *dict. Cap.* 3. *ſupra*, poſt
principium: imò Tribonianum inſertiiſſe, ut to-
tum extirpaſſet Pegaſianum, & *in §. ſi ex Trebel-
liano* 11. *l. mulier* 22. *§. fin. l. cum hereditas* 40.
l. ſi patroni 55. *& in §. cui Titiana* 4. *ejuſdem le-
gis*, *l. deducta* 58. *§. qui poſt tempus* 2. *l. ſi ejus*

64. §. *ſi quis* 2. *l. ſi heres* 70. §. 1. *cum aliis plu-*
rimis D. h. tit. in quibus S. Conſulto Trebellia-
no, hereditas reſtituitur, cum imò id fieri debe-
ret ex Pegaſiano, ad id ſancito quando ſcilicet
cuncta hereditas, vel ultra dodrantem quis à te-
ſtatore gravatus eſt, fideicommiſſario reſtituere
(uti *dict. Cap.* 3. probavimus ex Juſtiniano, &
Ulpiano aliiſque) Tribonianus enim cæterique
Pandectarum compilatores id perpatrarunt in his
reſponſis delentes Senatus Conſultum Pegaſianum,
ejuſque memoriam, atque pro eo Senatuſconſul-
tum Trebellianum reponentes, ut Juſtinianus ipſe
dict. §. *Quintus* profiteri non erubuerit.

10 Similiter cum quartam inveniſſet Senatuſconſul-
tum Pegaſianum, præſtarique heredi juſſiſſet (ut
præcedenti Capite docuimus) nec Trebellianum
ejus meminiſſet, nihilominus tamen, invenimus
Trebelliano attributam, & Trebellianum auto-
rem nuncupatum, *l.* 1. §. *ſi heres* 16. *D. ad Sena-*
tuſconſultum Trebellian. l. 2. *l. jubemus* 6. *C. eodem.*
& innuit l. 3. §. *fi. dict. l.* 22. § *fin. l.* 58. *D. eodem*,
& animadverterunt Cujacius *dict. l.* 2. Æguinarius
Baro *ad* §. *ſed quia*, *inſtitut. de fideicommiſ. heredit.*
Franciſcus Broæus *ibi num.* 1. *&* 2. Anton. Pi-
chard. *num.* 4. & alii jam ſupra relati, quos in ea
animadverſione fuiſſe retulimus, ſcilicet exploſi
11 Pegaſiani: à quo fonte, & hic rivulus cadit. Non
tamen invenio, quartam, à Senatuſconſulto Pega-
ſiano inventam, quamvis attributa Trebelliano
fuerit, Trebellianicam appellari in Jure noſtro,
ut vulgo noſtri Juris Interpretes appellitant; quod
& præſervarunt jam Franciſc. Duaren. *Lib.* 2. *diſ-*
putation. Cap. 10. Guid. Pancirol. *Lib.* 2. *Theſaur.*
variarum lect. C. 105. *in fin.* J. Matienzus, Peralta
in dict. l. filium quem 24. *C. Famil. erciſcund. numer.*
25. & inſinuat J. Corraſius *in eadem lege*, *num.* 37.
quamvis Trebellianicæ nomen receptum ſit in Jure
canonico, uti obſervat Anton. Pichard. *dict.* §. *ſed*
quia 7. *num.* 2. *inſtit. de fideicommiſ. hered.* ex quibus
Franciſc. Huſmanno recte ſatisfit *Paradox.* 9. *&* 10.
ad l. Falcid. ex hoc fundamento Pegaſianum ſuppo-
ſitum eſſe conjecturanti cum ultra quartam reſtitui-
tur hereditas; vel deducitur quarta, autor Trebel-
lianum habeatur.

12 Hoc autem à more innato Juſtiniani, potiuſque
Triboniani procedit, qui ſemper in animum indu-
xit, commiſcere rectæ Juriſprudentiæ diſcrimina.
Sic cum quatuor legatorum modi diverſi eſſent, unam
eorum fecit naturam, formas eorum delens, & ex-
tinguens §. *ſed cum olim*, *inſt. de leg.* Sic cum tam
longe legata diſtarent à fideicommiſſis, per omnia
abeo exequata ſunt, uti patet *ex l.* 1. *&* 2. *C. commun.*
de legat. ſic commiſcuit & uſucapionem cum præſ-
criptione omnino diſtanti ex conſtitutione, *l. uni-*
cæ, *C. de uſucapion. transformanda*, & cum tam ſo-
lemniter differret receptitia actio à conſtituta pecu-
nia, totam illam in iſtam transfudit, *l.* 2. *C. de*
conſtituta pecunia. Quid de rei uxoriæ actione,
cum actione ex ſtipulatu patet *ex l. unica*, *C. de rei*
uxoriæ actione. Idem ergo fecit in Senatuſconſul-
tis Trebelliano, & Pegaſiano, ut quidquid iſtud
poſtea ſanxerat in illud translatum ferat, ſic ani-
madverunt Franciſc. Broæus *in* §. *ſed quia*, *num.* 2.
inſtitut. de fideicommiſ. heredit. & Hubertus Giſanius
ibi aliique ordinarii interpretes in his locis, Joach.
13 Hopper. *de vera Juriſprud.* 10. *titul.* 16. Idem de
ſtipulationibus Pegaſianis dijudico: nam cum dis-
jeciſſet eas Tribonianus, quid argumentatur Fran-
ciſc. Huſmannus *dict. loco*, non inveniri in Jure Ci-
14 vili? ſed expende incogitantiam hominis: nam
ſtipulationes Pegaſianas requirit in ſpecie, *l.* 1. §.
ſi quadringenta 20. *& in l. ſi legetur* 30. §. *multum*
intereſt. 3. *D. ad Trebellianum*, quando ſcilicet non
ultra quartam reſtituere, quis gravatus erat: cum
eo in caſu Trebellianum ſuum obtinere locum, nec
ei à Pegaſiano derogatum eſſe prædocuerimus Ca-
pite præcedenti, & ſic ſtipulationes interponi non
debuiſſe. Ex quibus antiqua lectio *dict.* §. *multum* 15
defendi poterat, ibi: *Utrum quarta pars Jure here-*
ditario retineatur, ſed jam impugnavit eam Hoto-
man. 1. *tom. diſputation. in tractat. de quarta Pegaſia-*
na, quem ego non moror, cum quomodocumque
ſit, ſententia noſtra adverſus Huſmannum conſtet.
Sed hoc magis tolerabile eſſet, nam ſi æquum vi-
ſum fuit Juris conditori Juſtiniano ſolemnitates
antiquas expellere, leviſſimoſque antiquitatum ti-
tus reſcindere, contento æqui bonique Jure, fi-
deque ſincera, cur ſi potuit, non facturus erat?
ſed quod immane mihi ſemper viſum fuit, quod 16
Jus illud antiquum, licet abrogatum ſuis novis con-
ſtitutionibus purum non reliquerit, ſed imò vicia-
tum ab ipſo, & profanatum, inſertis in eo ſuis
novis conſtitutionibus, ut in his S. Conſultis vide-
mus, quod indignum relatum eſt: tanta mentita Ju-
ris reſponſa, tanta vulnera veritatis antiquæ infli-
cta conſpici, & paſſim offendi in tractu de S. Con-
ſulto Trebelliano, & ſuæ novæ conſtitutionis au-
tores falſo Juriſconſultos faciat: in quo quidem,
non ſemel Tribonianus peccavit, ſed iteravit er-
rores: cum, quotieſcumque datur occaſio, no- 17
vas conſtitutiones mediæ Juriſprudentiæ inſerit, &
autores pro libito Juriſconſultos inſcribit, uti ex
ſententia multorum fecit *in l.* 1. *l. fin. D. de Sena-*
toribus l. nutu de legat. 3. *l. ſi pluribus* 33. *D. de le-*
gat. 1. conſule Cujac. & alios criticos in his locis,
Oſvald. *ad Donell. Lib.* 14. *commen. Cap.* 36. *litt. C.*
Viglium *in* §. *ſi neque*, *num.* 1. *inſt. de teſtament.* ſed
nunquam certius id habemus, quam in S. Conſul-
to Pegaſiano, & Trebelliano, ſi quidem ipſe Ju-
ſtinianus id confeſſus fuit. Ex quo magis ſcoten-
tia aliquorum hæc reſponſa ad conſtitutiones no-
vas Juſtiniani referentium, aſſeritur. Cum hæc
ita ſe habeant crocitet Huſmannus, & umbras di-
verberet, tentans nullum fuiſſe S. Conſultum Pe-
gaſianum falſoque Juſtinianum, ſeu Tribonianum
prodidiſſe.

Sed tamen quamvis ea audacia Triboniani fue- 18
rit, & cura; ſubodoramus Pegaſiani veſtigia ali-
qua, male impreſſa in media Juriſprudentia, &
primo ſe offert Ulpian. *in l. Meminiſſe* 6. §. *ſed &*
ad filium 2. *D. ad S. Conſultum Trebellian.* in quo
hoc Senatus Conſultum locum habere in filio, qui in
poteſtate eſt, & in cæteris neceſſariis heredibus
reſpondit, ut à Prætore compellantur miſcere ſe
hereditati; ſic deinde eam reſtituere, quod ſi fe-
cerint, tranſtuliſſe videbuntur actiones (ipſa fere
Ulpiani verba ſunt) quid enim aliud ſanxit Pegaſia-
num? ita ut renuens aditionem heres compellere-
tur adire à Prætore, ſicque reſtituere, & ſine ullis
ſtipulationibus transferrentur actiones. Moveor 19
ad ſic conjiciendum verbis illis, *hoc Senatuſconſul-*
tum, omiſit caute Pegaſianum Tribonianus prop-
ter exilium, in quod S. Conſultum iſtud amanda-
verat, ut ſic poſſit intelligi, *l.* 1. §. *ſed & quotiens*
9. ibi: *Senatus cenſuit. l. ex aſſe* 28. *ad Senatuſ-*
conſultum Trebell. & optime, *l.* 1. *C. eodem*, ibi:
Si ex Senatuſconſulto quartam partem hereditatis re-
tinuiſti, quis dubitat Imperatores dixiſſe? *Si ex*
S. Conſulto Pegaſiano, *& in l. & ſine ſcriptura* 5. *C.*
eodem in fine, *l. cogi* 16. §. *ſi quis* 4. *&* §. *cum qui-*
dam 7. *l. ex facto* 17. *D. eodem tit. & addidit* [illegible]
[illegible] *hoc*; ſcilicet S. Conſultum Pegaſianum, quod
tunc vigebat *l. ſi ejus* 64. §. *fin. D. hoc tit.* (infra 20
expendenda) ut ſimiliter ex ſententia Cujacii ad
verbum *hodie* interpretabimur infra. Sed in hanc
conjecturam inducunt magis ultima verba, *dict.* §.
ſed & ad filium 2. *quod ſi fecerint*, *tranſtuliſſe vide-*
buntur actiones, quaſi diceret, ſi neceſſarii com-
pulſi adierint, & reſtituerint hereditatem, nul-
lis ſtipulationibus ad transferendas actiones opus
eſt,

eſt, quæ Pegaſianum introduxerat; ſed ipſo facto
tranſtuliſſe videbuntur actiones, quæ loquendi for-
mula non ita Trebelliano adaptari poterat, cujus
21 autoritate nullis ſtipulationibus ab eo inventis trans-
ferebantur actiones, quod ſine ullo improprietatis
verbo reſpondere Conſultus poterat. Ex eadem
obſervatione inveſtigamus Pegaſianum in *dict. l.
cogi* 16. §. *cum quidam* 7. *D. eodem tit. ad Trebellian.*
in quo cum duo heredes inſtituti invicemque ſub-
ſtituti, gravatique, dimidiam hereditatis partem
alicui poſt quinquennium reſtituere: *Suſpectam ſibi
hereditatem dicant: fideicommiſſarius autem deſideret
ſuo periculo adiri hereditatem, cenſuit Senatus ambos
heredes, alterumve cogi adire hereditatem, & fideicom-
miſſario eam reſtituere, ita ut fideicommiſſario, & ad-
verſus eum actiones competant quaſi ex Trebelliano re-
ſtituta hereditate*, verba Ulpiani ſunt *Lib. 4. fidei-
commiſſorum*, à quibus verbis non ambigue Pegaſia-
num elicimus, nam de compulſione Pegaſiani agi-
tur, ejuſque omittitur nomen ex ratione conjectu-
ræ noſtræ, ſed illa expreſſior eſt, quam poſtrema
afferunt verba, *quaſi ex Trebelliano reſtituta heredi-
tate τὸ quaſi* improprietatem denotat, quaſi Ulpia-
nus reſponderet, ex Pegaſiano reſtituitur re ipſa
hereditas, ſed ita actiones fideicommiſſario com-
petunt, & in eum dantur quaſi ex Trebelliano re-
ſtitueretur hereditas, nam cum nullæ interpone-
rentur ſtipulationes, quando heres cogebatur adi-
re, ſed eodem modo tranſibant, quod diſpoſue-
rat Trebellianum id eſt ſimpliciter ex ipſa heredi-
tatis reſtitutione, S. que Conſulti autoritate: in-
quit Ulpianus comparative, quaſi ex Trebelliano
videtur reſtituta hereditas, uti alia Juris reſponſa
Capite præcedenti feliciter adepti ſumus conſidera-
22 tione iſta, quo reſpectu ſcripſit Ulpian. *dict. l. co-
gi* §. *inde quæritur*, Julianum exiſtimare Trebellia-
no S. Conſulto locum eſſe, qui ergo exiſtimaret,
ſi unicum S. Conſultum eſſet? indubius eſt idem
23 Ulpian. *dict. l. cogi* 16. §. *idem Macianus* 9. ibi: *Et
cum hodie hoc Jure utimur, ut totum tranſeat ad eum
qui coëgit, conſequens erit dicere, quartæ rationem ami-
ſiſſe eum, qui coactus eſt, quia in ſolidum actiones tran-
ſierint in eum qui coëgit*, integrum in his verbis Ca-
put Pegaſiani nobis proponit Ulpian. nam ut Ca-
pite præcedenti diximus, quamvis ex Pegaſiano
heres præripiat quartam, & ſtipulationes pro par-
te interponantur inter fideicommiſſarium, & eum,
tamen ſi coactus adiit, beneficio quartæ privatur,
& ſine ſtipulationibus tranſeunt actiones, ſed ſi
his addis conſiderationem verborum illorum ibi:
Et cum hodie hoc Jure utimur, pro Deus! quam ex-
preſſum latet S. Conſultum Pegaſianum! vel quam
expreſſe inde avulſum eſt! quid enim eſt, *hodie
hoc Jure utimur*, niſi demonſtrare Conſultum, non
tum temporis Trebelliano, ſed Pegaſiano, uti Ca-
pite præcedenti ex Cuj. & Gothofred. obſervavi-
mus τὸ *hodie* S. Conſultum Pegaſianum innuere: vi-
24 de Briſſon. *Lib. 1. ſel. antiq. C.* 3. Calvin. & alios
in lexic. Juris, quidquid iterum itruat Huſmannus
Paradox. 10. *ad Trebellianum*, τὸ *hodie* referens, &
neſcio quid formularium verba illa *Falcidiæ benefi-
cio uti*, *dict.* §. *idem Macianus*, præ ſe ferunt S.
Conſulti Pegaſiani, quibus idem Ulpianus uſus fuit
in fragmentis Lib. 25. §. *is qui rogatus*, in quo S.
Conſultum Pegaſianum à lege Falcidia auſpicatur,
25 de quo nos latius præcedentibus Capitulis. Quibus
junctis omnibus ſimulque perpenſis, nullus recti
judicii abnegare audebit, aut in reſponſo iſto la-
tere Pegaſianum, aut audaci vi Triboniani inique
abruptum eſſe, & ex omnibus his intelligenda eſt,
26 *l. ita tamen* 27. §. *quod ſi Mævius*, *l. ſi patroni* 55. §.
2. ſed optime Mæcianus *in l. ſi ejus* 64. §. *fin.* ibi:
*Si ſua ſponte adierit, erit Falcidiæ locus, ſi coactus in
ſolidum tranſibunt actiones ex hoc Senatuſconſulto, D.
ad S. Conſultum Trebellian.* Eadem inventa veritas
nos ducit, ut interpretemur Julianum *Lib. 40. Di-* 27
geſtorum in dict. l. ita tamen 27. §. *ſi pater* 3. ibi:
*Iſque ſuſpectam ſibi eſſe ducit, poterit ex Trebelliano
S. Conſulto hereditas reſtitui*, qui poterit? Si nullam
aliud S. Conſultum, quam Trebellianum, imò re-
ponendum erat, *debebit*, aut aliud ſimile verbum,
ſed attentiſſime Julianus ſcripſit *poterit*, nam cum
Pegaſianum in ea ſpecie daretur, quando ſuſpecta
dicebatur hereditas, inquit Conſultus nihilominus
ex Trebelliano poterit reſtitui transferrique actio-
nes, nam quamvis compulſionem Pegaſianum ſan-
xerit, in optione compulſi heredis erat, an vellet
reſtituere hereditatem transferreque actiones ex
S. Conſulto Pegaſiano, aut Trebelliano, cum u-
trumque S. Conſultum in hac ſpecie concurreret,
ut adverſus doctiſſimos viros Capite præcedenti
defendimus; poterit ergo ex Trebelliano S. Con-
ſulto hereditas reſtitui, ſcriptum fuit, tacito Pe-
gaſiani reſpectu, ex quo poterat etiam reſtitui:
quæ quidem ſimul cum aliis, quæ proximo Capite
dedimus, manifeſte probant, autoritatem S. Con-
ſulti Pegaſiani, & in his, & ſimilibus reſponſis
demonſtrari: quibus addo, & in Pandectis Floren-
tinis præfigi *titulum ad S. Conſultum Trebellianum,
& Pegaſianum*, uti obſervavit Cuj. *in Paratitla ad
eundem tit.*

Quod autem Huſmannus ab autoritate Ariſtonis 28
fundamentum injicit, quod cum ſcilicet Veſpaſia-
ni tempore vixerit, Pegaſianum ignorare non po-
tuit, & ſi verum eſſet, non fictum, illius memi-
niſſet: leviſſimum eſt: fateor Ariſtonem tantum
& talem Conſultum, non potuiſſe S. Conſultum
Pegaſianum ignorare, nec id probare poteſt Huſ-
mannus, & quod in reſponſis, quæ ab eo ſuper-
fuerunt à reſtitutione hereditatis mentio non fiat
Pegaſiani, effici potuit aut Triboniani injuria, qui
Pegaſianum ab eis avulſit, (ut jam probavimus)
aut quia occaſio non ſe obtulit: quod enim Huſ-
mannus conſiderat ex *l. heres* 21. *D. ad S. Conſultum* 29
Trebellianum, ineptiſſimum eſt, quid enim com-
mune habet retentio quartæ, vel repetitio cum ſti-
pulationibus Pegaſianis? nam ſi reſtituens heredi-
tatem ſtipulatione ſibi non cavit, quod amplius
lege Falcidia, vel Pegaſiano liceret, reſpondet
Ariſto ſimilem eſſe eis, qui retentiones quas ſolas
habent, remittunt, ut cum Accurſio ipſe Huſ-
mannus agnoſcit. Ad quid ergo in quæſito ſimi-
li Pegaſianus interſereret ſtipulationes, plane im-
pertinentes? conſule Donell. 7. *commen. Cap.* 29.
Quid autem erit, ſi reſponderemus Huſmanno
proprium Ariſtonis vitium eſſe tractare jura anti-
qua, ut recentia? quod comprobari videtur ab C.
Plinio *Lib. 8. Epiſt. in Epiſtola ad eum miſſa*, ibi: 30
*Deinde medearis ſcientia tua, cui ſuperfuit cura, ſic
Jura publica, ut privata, ſic antiqua, ut recentia, ſic
rara, ut aſſidua tractare*, quod ſic intellexiſſe J.
Cujacium apparet ex *Lib. 17. obſervat. Cap.* 4. ita
ut tantorum virorum autoritate Huſmanno reſpon-
dere poterimus Ariſtonem Jura antiqua, & re-
centia confudiſſe: & ſic Pegaſianum, cum Tre-
belliano commiſcuiſſe. Quid ad hæc mi Huſman-
ne? ſilebis: ſed tamen non fruor occaſione cavil-
lationis, quamtumvis perapta; quis enim de tan-
to Jure Conſulto credet commixtionem iſtam? &
æque de prudentiſſimo cultiſſimoque Plinio laudi
vertiſſe Ariſtonis errorem tantum? longe alia mens
eſt mittentis epiſtolam: tantam fuiſſe, ſcilicet,
Ariſtonis ſcientiam, ut omnia Jura, ſive publica,
ſive privata, ſive antiqua, ſive recentia, ſive
rara, ſive aſſidua æque docte, æque graviter
tractaverit: in quo ſumma laus Ariſtonis ſiſtebat,
uti ſic intellexerunt Maria Cataneus *in expoſitioni-
bus ad eum* P. Rutilius *de vitis Juriſconſultorum in A-
riſtonis*,

riſtonis vita, & præcipue J. Robertus *Lib.* 3. *animadverſ. Cap.* 22. qui ſuper hac Pliniana interpretatione cum ſtomacho reprehendit Cujac.

Cætera autem quæ Huſmannus innexit *Paradoxo* 9. & 10. adverſus Senatuſconſulti Pegaſiani exiſtentiam, & autoritatem antiquam, plene Capite iſto, & præcedenti disjecta ſunt, alia autem ita apud me parvi momenti dijudicantur, ut nec manu noſtra digna viſa fuerint, vel potius, ut inquit Schieferdecker. *Lib.* 3. *tract.* 7. *quæſt.* 6. (de Huſmanno loquens) riſum movent interius conſiderata, juvatque iſta tam late tractare, ut S. Conſulti Trebelliani Pandectarum titulus altius penetretur dignoſcaturque, quo in reſponſo manus Triboniani peccaverit, cum Cuj. in deſignatis locis unum, vel alterum locum Pegaſiani ſubodoraverit ſolum.

C A P. V.

Quæſtio diſcutitur per integrum Caput, an quarta Pegaſiana deducatur de fideicommiſſis particularibus; an de univerſalibus ſolum à num. 1. *cum ſequentibus. Autores, qui defenderint Falcidiam pertinere ad fideicommiſſa particularia.* 2. *Fundamenta eorum à num.* 3. *Senatuſconſulta Trebellianum, & Pegaſianum hereditatis cauſa, non rei particularis præſcripta fuerunt.* 4. *Heres cogi non poteſt adire propter fideicommiſſa particularia.* 5. *Nec quarta Pegaſiana detrahitur ex re ſpeciali, ſeu parte bonorum legata.* 6. *Explicatur* l. ſi quis priore 29. D. ad S. Conſultum Trebellian. 7. *Legis interpretatione effectum fuit, quod Falcidia extenderetur ad fideicommiſſa ſpecialia, ne aliàs eluderetur lex.* 8. *D. Pius legem Falcidiam extendit ad fideicommiſſa.* 9. *Ab exæquatione legatorum, & fideicommiſſorum argumentum deſumitur.* 10. *Expenditur* l. lex Falcidia 47. §. 1. D. ad l. Falcid. 11. *Senatuſconſultum Pegaſianum interpretatione legis Falcidiæ eam extendit ad fideicommiſſa particularia.* 12. *Sed ex ſententia Cuj. etiam ad univerſalia.* 13. *Pro hac ſententia Synopſis Baſiliconis locus expenditur.* 14. *Huſmanni opinio in lege Falcidia comprehenſa fuerunt fideicommiſſa, aut interpretatione Juriſconſultorum, aut Prætoris fideicommiſſarii.* 15. *Argumentum deſumitur ex* l. 1. D. ad l. Falcid. 16. *A. Contii aliud judicium circa hanc extenſionem.* 17. *Obſervatio ad idem ex* l. 2. D. ad Senatuſconſultum Trebell. 18. *Autores qui contrariam ſententiam defenderint.* 19. *Quam ſequitur autor.* 20. *Lex Falcidia de legatis tantum locuta fuit.* 21. *Extenſio ejus ad fideicommiſſa qualiter procedere debebat.* 22. 23. *Lex iſta extenſa fuit ad donationes cauſa mortis.* 24. *Et donationes inter virum, & uxorem.* 25. *Cujacii, & aliorum error de extenſione hujus legis.* 26. *Explicatur* §. ſed quia inſtit. de fideicomm. hered. 27. *Quartæ Pegaſianæ ſimilitudo, & cauſa.* 28. *Quæ ab ejus ſanctione S. Conſulti orta fuit.* 29. *Quartæ Pegaſianæ, & Falcidianæ quædam diſcrimina.* 30. *Neceſſitatis ratio, de extenſione legis Falcidiæ longe excluditur.* 31. *Lex non ſtatim prævidet damna, aut eis medetur.* 32. *Juriſconſulti an habuerint poteſtatem ferendæ legis.* 33. *Argumentum ab exæquatione legatorum diſſolvitur.* 34. *Longa conſideratione proſequimur* §. ſed quia 3. inſt. de fideicomm. hered. 35. *Belloni, & aliorum Interpretatio ad eum.* 36. *Expenditur* l. 2. §. quintus, C. de veteri Jure enucleand. 37. *Et* l. facta 63. §. ſi cum ſuſpectam 11. D. ad S. Conſultum Trebell. 38. *Fideicommiſſarius particularis, an cogere poſſit heredem adire.* 39. *Ratio deducendæ quartam à fideicommiſſis particularibus.* 40. *Diſſolvitur* l. 1. D. ad Trebellian. 41. *Et* l. 1. ad l. Falcid. 42. *Verbum* do *ad legatum vindicationis pertinet.* 43. *Et ad damnationis legatum.* 44. *Verba* do lego *idem ſignificat, & quando.* 45. *Mos ſolemnis antiquus apponendi generale verbum ſpeciali.* 46. *Explicatur* l. & omne 7. D. ad l. Falcid. *contra Huſmannum.* 47.

Quæ præcedentibus Capitibus non inaccurate (an feliciter tu dijudicabis) tractavimus, fundamenta ſunt ad quæſtionem noſtram: ſed adhuc altius aperienda ſunt: & inquirendum, an de fideicommiſſis univerſalibus ſolum; an de particularibus ſimul quarta deducatur Pegaſiana, vel potius particularia fideicommiſſa ad quartam
1 Falcidiam pertineant. Quæſtio ſane hucuſque dubia, tantorumque virorum vario voto difficilior; quam magis aggredior, quia quomodocumque judicium noſtrum labatur comitem erroris habebit: ſicque magis apud doctos lapſus noſter remiſſior erit; fuerunt equidem ſententiæ variæ: alii enim in eam convenerunt, aperte Falcidianam quartam ad fideicommiſſa particularia, nec ab iſtis Pegaſianam deduci: dabo aliquos hujus opinionis ſequaces, qui poſſem tantos? Simon de Pretis *de interpretation. ultimarum voluntatum Libr.* 2
3. *interpretation.* 3. *dubio* 1. *ſolution.* 2. *numer.* 7. (qui ſententiam ſuam exornat Bartol., Bald.; Jaſone, Alexan., Socin., Jun., Pariſ., Cravet., Guid., Pap., Beroio, & aliis antiquis) & poſtea *dub.* 5. *ſolut.* 9. *num.* 29. P. Gregor. *Libr.* 42. *Syntagmat. Jur. Cap.* 31. *num.* 6. & 7. J. Parlador. *ſeſquicent. quotid. different.* 20. *numer.* 1. & 2. (qui refert Accurſium, Azon., Rolandin. & Spinum hujus ſententiæ autores) Guid. Pap. *deciſ. Gratian quæſtion.* 466. ubi Ranchin. & ejus additionatores alios referunt: antiquorum plurimos congerit Coſta *in Cap. ſi pater* 2. *p. verbo Trebellianica, numer.* 16.

Bereng.

Bereng.; Ferdinand. *in repetition. l. in quartam §.
præfat. num.* 6: Cardinalis Mantica *de conject. ul-
timar. volunt. Lib. 7. tit. 2. num.* 6. *& tit.* 11.
num. 20. Michael Graſſus *ſententiarum*, *§. Falci-
dia; quæſt.* 3. *num.* 2. Gaſpar Schieferdecker *Lib.
3. ad Anton. Fabrum tractat. 7. quæſtion.* 7. Donell.
Lib. 8. commen. Cap. 14. *ubi Oſvald. litt. A.* qui
in ſuam ſententiam memorat Chiflet., Peregr.,
Vulte., Mencka. quæ quidem communior Inter-
pretum fuit opinio, ut Æmilius Ferretus agnoſ-
cit *in Rubr. D. ad l. Falcidiam*, *num.* 9. & in
quam inclinare videtur Hotoman. *in tractatu de
quarta Falcidiana*, bene A. Faber. *Lib. 6. con. Cap.
3. & in rationali ad l. 1. D. de condict. indeb.*

Quæſtionem agnoſco valde ancipitem, vereor-
que futuram: ita utrinque valida ducum, argu-
mentorumque manu circumſeptam video, ut
utrinque ſemper obſtabit acies, nunquamque in
alteram partem declinabit victoria. Cui ergo, &
nos committemur? Vel ſub cujus vexillis mere-
bimus? Anne tantum ſperabimus, ut noſtro ad-
ventu altera profligetur acies? Abſit, ut tantum
de me affectem, hoc ſaltim ſolum, ut numerum
faciam, vel quod maximum ſit, adventus noſter
auxilium aliquod inferat, ut ergo quæ æquior, &
juſtior pars fuerit, appareat: conſiderabo utriuſ-
que rationes, & fundamenta. Pro ſententia eo-
rum quos ſupra dedimus, & qui defendunt Falci-
dianam quartam de fideicommiſſis particularibus
deduci, ſequentia videntur ſecure expendi.
3 Primo nam Senatuſconſulta Trebellianum, &
Pegaſianum hereditatis cauſa in univerſum non
vero rei ſpecialis præſcripta fuerunt *l. 1. D.
4 ad Senatuſconſultum Trebellian. §. ſed quia, cum ſe-
quentibus inſt. de fideicommiſſar. hered.* longeque
probant cuncta ea, quæ antecedentibus Capitibus
contexuimus: ſi enim de fideicommiſſis particula-
ribus S. Conſulta iſta locuta non fuerunt, quo-
modo quarta Pegaſiana ad ea pertinebit? Sed in
S. Conſulto Trebelliano immorandum non eſt, ut-
pote quod nullam detractionem invehexit; ſed
imò in Pegaſiano, quartæ fideicommiſſorum au-
tore; quod ea quidem de cauſa illam invenit, ut
beneficio ejus homines allicerentur ad adeundas
hereditates, dolens aliter inaditas relinqui; in
tantum, quod ab ejus autoritate inſtituti compel-
lerentur per Prætorem adire (ut latè, & laborio-
ſe hanc Senatuſconſulti partem, aliaque non vul-
garia ejus *Cap. 3. & 4. ſup.* adſeruimus) quid er-
go iſta commune habent cum fideicommiſſis par-
ticularibus? Præcipue ſi in ea conſideratione ſi-
ſtas, non poſſe cogi inſtitutum heredem adire pro-
pter fideicommiſſa particularia *l. nam quod* 14. *§.
quare 6. cum ſequentibus, D. ad S. Conſultum Trebel-
5 lianum*, quod ſatis aperte innuunt *l. cogi* 16. *§. in-
de quæritur 3. & alia, D. eodem titul.* ceſſat ergo
S. Conſultum Pegaſianum in illis, uti Simon de
Prætis, & Oſvald. Hilligerus *in prædict. locis*, ratio-
6 cinati fuerunt. Hæc autem in tantum vera ſunt
quod ſi bonorum pars alicui relicta, vel legata
fuerit, non in illa bonorum parte Pegaſiana detra-
ctio fiat *l. mulier* 22. *fin. D. ad Trebell.* quia tunc
legatarii loco habetur *l. quotiens* 13. *C. de hered.
inſt. l. ſi quis ſervum* 8. *§. fin. cum l. ſeq. D. de leg.*
2. uti ad id ipſe Guid. Pap. ejuſque additionatores
7 expendunt, & Franc. Huſman. *Parad. 8. ad l.
Falcid. f. mihi* 48. cui nec obſtat *l. ſi quis priore* 26.
D. ad Treb. in quo ſuppletur quarta Falcidiana inſti-
tuto heredi ex certis rebus, quia procedit, quan-
do univerſaliter alius ſimul inſtitutus heres non
fuerat, tunc enim in uno fundo inſtitutus heres
univerſus conſideratur *l. 1. §. ſi ex fundo 4. D. de
hered. inſt.* ita eleganter explicat Franc. Hoto-
man. *1. tom. variar. quæſt. de quarta Pegaſian.* P.
Mattheus *in notis ad Guid.* Anton. Pichard. *in §.
ſed quia* 3. *inſt. de fideicommiſſ. hered. à num.* 40. *cum
ſequentib.* Angel. Peruſ. *in novell. de hered. & Fal-
cid. §. ſi vero expreſſim*, Rolandin. 1. *part. flor. in
rubr.* 29. *num.* 12. Michael Graſ. *ſententiarum*, *§.
Falcidia quæſt.* 5. Covarruvias *in Cap. Raymuntius*,
§. 1. Mantica *de conject. ultim. volunt. Lib. 4. tit.
5. art. 7. num.* 18. (qui alios plures referunt) li-
quet ergo, quartam Pegaſianam nunquam pertine-
re poſſe, nec deduci ex fideicommiſſis particula-
ribus, cum ſolum S. Conſultum iſtud aditionem
heredis meditatum ſit, & ejus ea ſola cura fuerit,
nec fideicommiſſa particularia curaverit, aut in de-
ductione quartæ, aut in coactione Prætoris: ergo
neceſſario eorum limitatio ad Falcidiam legem
pertinebit, & de ſua erit Juriſdictione ea reſtrin-
gere, & (ut inquiunt) defalcare: quod ſatis in-
nuere videtur, *dict. l. ſi quis priore* (de cujus legis
Interpretatione gravius in ſequentibus Capitibus
laborabimus) alias enim in fraudem legis Falci-
diæ totam Teſtator hereditatem exhaurire poſſet fi-
deicommiſſis particularibus, ſi ab eis quarta Falci-
diana deduci non poſſet, cum è recta Juriſpruden-
tia videatur eam deductionem ad S. Conſultum Pe-
gaſian. non pertinuiſſe, quod inconveniens nullus
ſani judicii tolerabit (ut aliàs obſervavimus *Lib.* 8
3. ſup. in Interpretatione *ad l. & fideicommiſſum*
loquentes de legibus Julia, & Papia) ſed quid
magis expreſſum? D. Pius legem Falcidiam ad fi-
deicommiſſa extendit, teſte Paul. *Lib. 11. quæ-
ſtionum in l. filius 18. D. ad l. Falcidiam*, ita ut
quamvis lex iſta de legatis locuta fuerit, tamen
per extenſionem D. Pii, jam in fideicommiſſis
particularibus, utpote in legatis, libertatem te-
ſtandi reſtrinxit. Sed imò ſi non ita expreſſe, ut 9
per conſtitutionem D. Pii effectum fuit, tamen
ſub umbra id voluerunt Juris conditores, quando
primam legatorum, & fideicommiſſorum fecerunt
exæquationem, quæ ab Ulpiano refertur in diffi-
cili reſponſo *l. 1. D. de legat.* 1. tunc enim inter
alios caſus, ſeu ſpecies, in quibus legata exæ-
quata fuerant fideicommiſſis, illud præcipuum ha- 10
bebatur, ut lex Falcidia ad fideicommiſſa ſpecia-
lia pertineret, ne aliàs lex illa illuderetur relictis
fideicommiſſis impune ultra dodrantem: quam ex-
æquationem ad hunc effectum agnoſcunt Oſval. &
alii, quos ipſe refert, & Ferretus *ſup.* Broeus *d.
§. ſed quia, num* 2. & ſentit Parlador *dict. diffe-
rentia* 20. A. Faber *dict. Lib. 6. conject. Cap.* 3.
Franc. Huſman. *dict. Paradox. 8. ad l. Falcidiam*
denique Oſvald. & P. Gregorius conjecturam de- 11
ſumunt *ex l. lex Falcidia* 47. *in §. unico, D. ad l.
Falcidiam*, ad confirmandam ſententiam iſtam,
nam cum in eo Ulpian. reſpondeat legatarium fi-
deicommiſſo gravatum legis Falcidiæ beneficio uti
non poſſe, inferunt à contrario, licere heredi ex
fideicommiſſo particulari quartam deducere Falci-
dianam, aliàs enim ni ſic acciperetur Ulpian. fri-
geret, denegans legatario, quod nec ipſi heredi
licebat: ſed Chifletius, & alii, quos ex Oſvald.
ſupra dedimus, Coſta *dict. Cap. ſi pater*, verbo,
Trebellianica, *num.* 16. A. Govean. *in rubrica*, *D.
ad l. Falcid. num.* 15. Schieferdecker. *dict. tract. 7.
quæſt.* 7. in ea ſunt opinione; quod quamvis lex 12
Falcidia ab origine non reſtrinxerit fideicommiſſa,
tamen poſtea S. Conſultum Pegaſianum legem in-
terpretans Falcidiam, eam ad fideicommiſſa par-
ticularia extendit, & ſic quarta Falcidiana ab eis
deducitur: ſed parva iſta, cum magnus Cujacius
non ſolum Pegaſianum legem Falcidiam extendiſſe
doceat ad fideicommiſſa ſpecialia; ſed ad univer- 13
ſalia, moveturque non leviter *ex l. 1. hodie 5. D.
ſi cui pluſquam per legem Falcid. Hodie* (inquit Ul-
pian.) *ſub ſimile aliquid fit in fideicommiſſis*, nam
cum *τὸ hodie* ſubſignetur S. Conſultum Pegaſianum,
demonſtrare videtur Conſultus legem Falcidiam

 (de

(de qua ſermonem facit) interpretationem feciſ-
ſe, & extendiſſe S. Conſultum illud ad fideicom-
miſſa: in qua non ſemel fuit ſententia, ſed quo-
tieſcumque fuit occaſio, aſſervit eam, utpote *in*
l. 1. *D. de leg.* 1. *& in §.* 2. *C. commun. de leg. &*
Lib. 11. *quæſtion. Paul. in l. filiusfamiliàs* 18. *D.*
ad l. Falcid. & Lib. 18. *obſervat. Cap.* 4. *& in Pa-*
ratitla, C. ad S. Conſultum Trebellian. quæ ſententia
placuit I. Pacio enantiophanōn *Jur. cent.* 6. *quæſt.*
2. & Franciſc. Broæo *in §. ſed quia, inſt. de fidei-*
commiſ. hered. & noſtro doctiſſimo I. Parexæ *in ocio*
quadrimeſtri ad l. Jul. & Pap. nu. 15. & aliis, quos
refert, & ſequitur A. Pichard. *in §.* 3. *inſt. de fi-*
deicommiſ. hered. num. 35. & Chifletio *de Jure fidei-*
commiſ. Lib. 4. *Cap.* 8. & inde auſpicantur omnes
quartam Pegaſianam appellari in Jure *Falcidiam*,
ut ſæpius fundamentum iſtud pro ſua ſententia eri-
git, & extollit Huſman. *dict. Paradox.* 8. quæ
confirmari videtur ſententia *ex Lib.* 41. *Synopſ.*
Baſil. tit. 1. *Capit.* 84. cujus hæc ſunt verba.
14 Ἐὰν ὁ ἀνὴρ δωρήσηται τῇ γυναικὶ ἢ ἡ γυνὴ τῷ ἀνδρὶ τελευ-
τῇ δὲ δωρησαμένου βεβαιοῦται ἡ δωρεὰ ἐπειδὴ δὲ κατὰ τοῦτο
μιμεῖται φιδεικομμίσσου μονεῖται τῷ Φαλκιδίῳ, id eſt: *Si*
vir uxori donaverit, vel uxor viro, morte donantis
confirmatur donatio, & quoniam in hoc fideicommiſſi
eſt imitatio, per Falcidiam fit detractio, duo ergo
Synopſis nobis demonſtrat, unum Falcidiam ex
fideicommiſſis deduci: alterum ad imitationem fi-
deicommiſſorum ex donationibus conjugalibus Fal-
cidianam quartam deſumi: ergo ſubeſt in his ver-
bis primo quartam ex fideicommiſſis Falcidianam
deductam fuiſſe ad legatorum exemplum: ſecun-
do ad fideicommiſſorum formam ex donationibus
inter virum fuiſſe deductam: unica ergo Falcidia-
na quarta fuit in legatis, & ex Interpretatione,
poſtea in fideicommiſſis, ſive ex Teſtamento,
vel ab inteſtato, donationibus cauſa mortis, & do-
nationibus inter virum, & uxorem, ut ex præ-
ſcriptis conſtat, in quo maxime nititur Huſman.
15 *dict. Parad.* 8. ex mente legis Falcidiæ compre-
henſa fuiſſe fideicommiſſa, aut ex Interpretatio-
ne J. Conſultorum, Prætorum, qui de fideicom-
miſſis cognoſcebant: idque obtentum fuiſſe, aut
tempore Tiberii, Caligulæ, aut Claudii, nec Ve-
ſpaſiani tempora expectanda, longiora enim fue-
runt, quam pateretur juſtitia, veritas, & æqui-
tas Populi Romani, in contrarium enim nullam
rectam inveniri poſſe rationem ſentit, cum ea-
dem ratio in fideicommiſſis ſit, quæ in legatis da-
tur, ad quod expendit *l.* 1. *D. ad l. Falcid.* ibi:
16 *Ut eam pecuniam, eaſque res, quibuſque dare legare*
volet, ut ex larga interpretatione utriuſque verbi
dare legare, non ſolum legata, ſed contineantur fi-
deicommiſſa: ad quod optimum eſt reſponſum
Pauli *in l.* 1. *§.* 7. *D. ad l. Falcid.* ibi: *Omne quod ex*
bonis defuncti erogatur, refertur ad hanc legem, nam
leges non ſolum expectant res præſentes, ſed &
futuras, *l. non eſt novum* 26. *l. ideò* 27. *D. de le-*
gib. & ſic lex Falcidia fideicommiſſa ex æquitate
rationis expectavit, & ſic in eadem *l.* 1. hæc in-
feruntur verba, *dum ita detur legetur ne minus par-*
tem quartam hereditatis ex titulo heredes capiant, quæ
verba, & ratio, ex omni parte fideicommiſſis
congruit. A qua ſententia non multum recedit
A. Contius *Lib.* 2. *ſubceſ. lect. Cap.* 4. conjiciens
legem Falcidiam ad fideicommiſſa extenta fuiſſe
toto illo, quod excucurrit tempus, à latione legis
Falcidiæ ad S. Conſultum Trebellianum, & inde
aſſuetos J. Conſultos legi, vocaſſe quadrantem
17 Falcidium. Sed non leviter præter fundamenta
hic congeſta roborari videtur hæc ſententia ex
principio *legis* 1. *D. ad S. Conſultum Trebell. expli-*
18 *cito* (inquit Ulpia.) *tractatu, qui ad fideicommiſſa*
ſingularum rerum pertinet, tranſeamus nunc ad Inter-
pretationem S. Conſulti Trebelliani, cum ergo præ-
cedentes proximioreſque tituli *de lege Falcidia* fue-
rint, *& ſi cui pluſquam per legem Falcidiam licuerit,*
legatum eſſe dicetur, & ad iſtos retulerit fideicom-
miſſa Ulpianus in verbis datis, ſenſit ergo fideicom-
miſſa ſpecialia pertinere ad Falcidiam legem aliter
Trebelliani S. Conſulti copularet, & immiſceret
tractatui. Quis ergo, iſtis conſideratis & perpen-
ſis, non certum ducet legem Falcidiam ad fidei-
commiſſa particularia pertinuiſſe, vel univerſalia
(ut exiſtimavit Cujac.) ſive per extenſionem Ju-
riſprudentum, aut conſtitutiones Imperatorum,
vel S. Conſulti autoritatem id effectum fuerit.

Sed quamvis hæſitantiæ locum nullum videan-
tur permittere proxime dicta; id ex aliquorum ju-
dicio ita cenſeri poteſt; non è noſtro, aliorum-
que plurium, qui conſtanter in ea opinione fue-
runt, legem Falcidiam, nec ad univerſalia, nec
ad ſpecialia pertinuiſſe fideicommiſſa: ſive ab ori-
gine, ſive per extenſionem quamcumque, ſed utra-
que fideicommiſſa è provincia Pegaſiani fuiſſe.
Sic feruntur in diverſas partes humana judicia!
conſpirarunt denique in hanc ſententiam graviſſi-
mi, & Juriſprudentiſſimi viri, utpotè Accurſ.,
Angelus, Aretin., Ludovicus Romanus, Raphaël
Fulgoſius, Raphael Cumanus, Socin., Petrus Ma- 19
theſilan. quos refert Emanuel Coſta *dict. Cap. ſi*
pater, verb. *Trebellianicæ, dicto num.* 19. Emilius
Ferretus *dict. Rubrica, D. ad l. Falcid. à num.* 11.
cum ſequentibus, qui Doctores Senenſes in ea opi-
nione fuiſſe refert, latè Fachineus *Lib.* 5. *contro-*
verſ. Cap. 12. *per totum*, Fran. Duaren. *in com-*
mentario ad tit. D. ad l. Falcid. Cap. 7. *& Lib.* 2.
diſputat. anniv. Capit. 10. A. Auguſtin. *in tractatu de*
legib. & S. Conſultis in Pegaſiano, Franc. Hotoman. *in*
tractatu de quarta Pegaſiana, & in commentario ad dict.
§. ſed quia 3. *inſt. de fideicommiſſ. heredit.* ubi Theo-
phil. & Hubertus Giſan. & melius noſter A. Pichard.
(qui alios dat) *num.* 50. atque Æguinar. Baro *ibi-*
dem, & in manualib. ad Pandectas Lib. 5. *fol. m.* 208.

Hi ſunt qui huic opinioni adſident, quam ſi fe- 20
liciter, & exacte defendiſſent, fortaſſe æternam
interpoſuiſſent pacem inter doctos: multoties enim
expertus ſum, inde contrarias opiniones oriri,
quia ſolum in diſcutiendis illis, libant illas Inter-
pretes, aut ſolum tangunt, aut non alte ab origi-
ne per ſuos tramites quærunt. Mea equidem fuit
ſententia quartam Pegaſianam deduci, tam de fi-
deicommiſſis univerſalibus quam de particularibus
cui uno curſu fundamenta ſubſtruemus; & deſtrue-
mus contraria. Certum enim eſt legem Falci-
diam locutam fuiſſe de legatis tantum, nec ullum
verbum in ea fuiſſe de fideicommiſſis, patet ex *l.*
1. *D. eodem tit.* & ex his quæ *Cap.* 1. *hujus Lib.* 21
in principio, præſcripſimus, nam cum lex illa lata
fuerit per annos *ab Urbe Condita* 711. aut 712. aut
713. aut 714. ut *Cap. eodem*, ex vario chronolo-
gico judicio deſcripſimus, non potuit quocumque
horum tempore Falcidia fideicommiſſa, ſive par-
ticularia comprehendere, & limitare, nam mul-
to poſt Auguſtus Cæſar anno videlicet *ab Urbe Con-*
dita 750. aut 751. aut per alios proximos iſtis an-
nos (uti laborioſe inveſtigamus *Lib.* 3. *C.* 3.) æ-
quiſſimum unum, vel alterum exemplum præſti-
tit, quibus fideicommiſſa Populo Romano in ne-
ceſſitatem præſtandi redigerentur, & cum legis
Falcidiæ lator Falcidius poſtea adſertam fideicom-
miſſorum neceſſitatem præſagire non poſſet, pla-
num eſt, nec meminiſſe, nec potuiſſe in legis la-
tione de illis præcavere, perſpicuum ergo eſt à
ſuo origine Falcidianam quartam ad quæcumque
fideicommiſſa pertinere non potuiſſe, ut ergo po-
ſtea lex iſta Falcidia ad fideicommiſſa pertineret, 22
& extenderetur, neceſſario id efficiendum erat,
aut reſcripto Principum, aut Juriſconſultorum
interpretatione, aut moribus Populi Romani, ſed
nihil

nihil tale eorum exhibent nobis contrariæ opinionis aſſertores, nec ullus unquam Interpretum, niſi ſub falſa ſuggeſtione ex Jure Civili probavit: credemuſne ſua virtute, nec ab aliquo provectam legem Falcidiam fideicommiſſa apprehendiſſe?
23 quam monſtroſum, & fabuloſum id eſſet! ſemper enim protenſa lex fuit, aut interpretatione morum Populi Romani, aut Juriſconſultorum ſive Principum Romanorum reſcriptis. Peraptum habemus exemplum in legibus Julia, & Papia, quæ dum inhiberent ſolum hereditates, & legata, neque fideicommiſſorum meminerint: interpretatione Juris conditorum ad fideicommiſſa, & donationes cauſa mortis extenſa fuit, *l. & fideicommiſ-*
24 *ſum* 87. *D. de leg.* 3. (quod & nos latius exegimus *dict. Lib.* 3. *Cap.* 3.) ſic ſimiliter conſtitutione D. Severi, multo poſt tempore, lex Falcidia ad donationes cauſa mortis protenſa fuit, *l.* 2. *C. de donationib. cauſa mortis*, *l. ſi mortis cauſa* 5. *C. ad l. Falcidiam*, *l. cum pater* 77. §. 2. *D. de leg.* 2. *l.* 1. §. *ſi quis* 5. *D. quorum legatorum*, quod agnitum eſt à cunctis Juris Interpretibus, utpotè Hotomano in *diſputatione de quarta Falcidian*, *fol. mihi* 5. Cujacio *in Paratitla*, *D. ad l. Falcidiam*, & *in notis ad Jul. Paul. Lib.* 3. *Cap.* 5. *in princip.* & *Lib.* 2. *quæſt. Papin. ad l. ita ſtipulatus* 15. *D. de verborum obligat.* & *Lib.* 8. *obſervat. Cap.* 4. & *Lib.* 19. *reſponſ. Papin. in l. quod bonis* 15. *D. ad l. Falcid.* & *Lib.* 11. *quæſt. Paul. in l. filiusfamilias* 18. *D. eodem tit.* & *in prælectionibus ad l.* 1. *D. de legat* 1. & *ad titulum*, *C. ad legem Falcid. in prologomen. ad eum titulum*, Didacus Covartuv. *ad rubricam de teſtament.* 3. *part. numer.* 20. Franciſc. Balduin. *ad principium inſtitut. de lege Falcid.* Joann. Corraſ. *ad l. ubi ita donatur*, *D. de donationibus cauſa mortis*, *numer.* 13. Anton. Govean. *Lib.* 2. *variarum*, *Cap.* 20. *numer.* 3. & *in rubrica ad legem Falcid. num.* 15. Petrus Gregorius *Lib.* 40. *ſyntagmat. Juris. Cap.* 2. *numer.* 4. Franciſc. Raguell. *in commentario ad l. unicam*, *C. quod legatorum*, Anton. Faber. *decad.* 43. *error.* 3. *numer.* 11. Donell. 8. *commentar. Cap.* 24. *ubi Oſoald. litt. B.* Synopſis Baſil. *Lib.* 47. *tit.* 3. *Cap.* 39. Franciſc. Huſman. *dict. Paradox.* 8. Gaſpar Anton. Theſaur. *diſputation. Lib.* 3. *quæſtion. Forenſ. quæſtion.* 33. *per totam.* Stephan. Gratian. *diſceptation. Forenſ. Cap.* 247. *numer.* 16. Matienzus *in l.* 7. *tit.* 10. *Libr.* 5. *Recopilat gloſ.* 2. *numer.* 43. Michael Graſſus *de ſucceſſion.* §. *Falcid. quæſt.* 8. Eodem modo ex interpretatione Juriſconſultorum eadem protenſa fuit lex Falcidia ad donationes inter virum, & uxorem morte confir-
25 matas, *l. in donationibus* 12. *C. ad l. Falcid. l. quod bonis* 15. §. *ex donationib.* 5. *D. eod. tit. l. cum hic ſtatus* 32. §. 1. *D. de donationibus inter virum*, & *uxorem*, explicant Franciſc. Hotoman., Cujac., Corraſ., Govean., Matienzus *in locis proxime datis*, D. Gothofred. *in his legib.* Synopſ. Baſil. *dict. Lib.* 41. *tit.* 1. *Cap.* 84. ubi optime obſervat Carol. Labbæus *fol. m.* 128. Similiterque in aliis caſibus lex Falcidia viget à principio in ea non comprehenſis, quorum aliquos examinabimus in ſequentibus Capitulis: & cum hæc ita ſe habeant, nec reſponſum, reſcriptum, conſtitutionem inveniamus, quorum aliquo Civili modo lex Falcidia fuerit ad fideicommiſſa, ſive univerſalia, ſive particularia extenſa, qua ratione addocere audebimus Falcidianam quartam, vel de fideicommiſſis particularibus, vel de univerſalibus deduci? Niſi ſolum noſtra voluntate velimus extenſionem contineri.

26 Quod enim Cujacius multis in locis, & cum eo alii docuerunt Senatuſconſultum Pegaſianum legem Falcidiam ad quæcumque fideicommiſſa extendiſſe, ſomnium (pace tanti viri loquar) meum eſt, nam cum verba ipſiſſima Senatuſconſulti iniquitate temporis, ſeu (quod malo) Triboniani perierint, & ejus unicum habeamus teſtem Juſtinianum, qui deponit quartam inveniſſe ſuam, id eſt Pegaſianam; nec Falcidiam per Senatuſconſultum extentam ad fideicommiſſa: cur tantum imaginaria conjectura prævalere poterit, ut autoritatem tanti teſtimonii deſpiciamus, in hac re unici, & ſingularis? Nec illis verbis Cuja- 27
cius uti poteſt *dict.* §. *ſed quia* 3, *inſtitut. de fideicommiſ. heredit. Senatus cenſuit, ut ei qui rogatus eſſet hereditatem reſtituere, perinde liceret quartam partem retinere, atque ex lege Falcidia ex legatis retinere conceditur*, non enim Juſtinianus refert conſtituiſſe Senatum ex fideicommiſſis legem Falcidiam deduci, ſed quod accepta ex quarta Falcidiana ſimi- 28
litudine, cujus lucro provocantur ad adeundas hereditates heredes, ſic ſimiliter ſuam Senatuſconſultum invenerit quartam Pegaſianam, ut præmio illius facilius invitarentur inſtituti: (de quarum quartarum ſimilitudine infra latius) quæ verba, ſine intolerabili violentia aliter accipi non poſſunt, ut bene accepit Franciſc. Huſman. *ubi ſupra*, Cujacii tacito nomine interpretamentum rejiciens: ſatis hoc explicat Ulpian. *dict. titul.* 25. §. *is qui rogatus*, in quo docet inſtitutum ultra dodrantem gravatum reſtituere ex Senatuſconſulto Pegaſiano, *vel deducta quarta parte*, ſubdisjunctive ſcilicet (ut ſupra interpretatus ſui hoc libro) ſentiens ex eo Senatuſconſulto quartam deduci, pro qua ſententia 29
totum Jus clamat, in quo nihil frequentius invenitur, quam ex Senatuſconſulto Pegaſiano, vel (ex repoſitione Triboniani) Trebelliano quartam deduci: unde ergo iſta extenſio à Cujacio invecta? Sed introeamus naturas deductionum iſtarum, & inveniemus diverſas, contrarias, & inamicabiles: in Falcidiana enim computantur, quæ ſolum he- 30
res cœpit Jure hereditario; in Trebellianica non ſolum quæ Jure hereditario, ſed quæ alio titulo accepit, veniunt *l. in quartam* 91. *D. ad l. Falcid.* ultra per Senatuſconſultum Pegaſianum quarta accepta interponebantur ſtipulationes illæ de damno, & lucro communicando pro rata inter heredem, & fideicommiſſarium, quas exprimit Juſtinian. *dict.* §. *ſed quia*, *cum ſequentibus*, Ulpian. *ubi ſupr. dict. tit.* 25. (& nos late *ſupr. Cap.* 3.) quis autem tales ſtipulationes in Falcidiana quarta legit, vel audivit in tota noſtra Juriſprudentia? Diſtinctæ ergo, & diverſæ deductiones ſunt, & ſi ex Cujacii ſententia ſolum Falcidia lex eſſet extenta ad fideicommiſſa, utraque deductio, tam ex legatis, quam ex fideicommiſſis eſſet eadem in omnibus, & per omnia, ut utique eſt illa, quæ deducitur de donationibus cauſæ mortis, & inter virum, & uxorem, & ex legatis: aliæque ſunt differentiæ, quæ colligi facile a Fabro poterunt *dict. Lib.* 6. *conjectur. Cap.* 3. & aliis Juris Interpretibus, quos plena manu nos ſequentibus Capitibus dabimus; qui quidem Anton. Faber contradicit Cujacio, quatenus l. Falcidiam voluit extentam ad fideicommiſſa univerſalia: & merito, fortiſſima enim argumenta ſunt, quæ hujuſmodi extenſioni obſtant, imò omnimodo expellunt eam, cum ſi ſine affectu rem expendas, invenies extenſionem invectam fuiſſe, ſine lege, ſine ratione, & autoritate certa ab antiquitate deducta.

Ex quibus recta ratione colligimus, legem Falcidiam, quæ primum de legatis locuta fuit, non inveniri extenſam conſtitutione reſcripto, aut interpretatione aliqua ad fideicommiſſa univerſalia, ſeu particularia: & multo minus extenſionem pro- 31
babimus à neceſſitatis ratione, eo quod ui ſic extenderetur ad fideicommiſſa particularia eluderetur Falcidia, cum liberum eſſet Teſtatori titulo fideicommiſſi ultra dodrantem relinquere. Nam

cum legiſlatione Falcidianæ, multoque poſt tempore fideicommiſſa non fuerint effecta neceſſaria, illud inconveniens nunquam in conſideratione eſſe potuit. Animadvertere enim debemus latam fuiſſe legem anno *A. U. C.* 172. parum minus aut magis: & fideicommiſſa (exemplus ab Auguſto datis) cœperunt eſſe neceſſaria in perſona Lentuli *anno* 570. aut 571. (ut ſupra ſcripſi) nec tum conſtitutione expreſſa ab Auguſto, ſed quod Populus Romanus ſumpto ab Auguſto exemplo, inceperit paulatim neceſſitati fideicommiſſorum obedire, uti expreſſe colligitur *ex principio inſtitut. de fideicommiſ. hereditat.* & nos obſervabimus latius inſra hoc libro *ad l.* 2. *D. de legat.* 1. ita ut neceſſario credere debeamus multum temporis ſpatium prolapſum fuiſſe, quo uſque plene, & omnino populi conſenſu neceſſitas fideicommiſſorum ſtabilita fuerit: præcipue in re, in qua non indies dabatur occaſio, comprobandi morem, & introducendi neceſſitatem eorum: nam quamvis fideicommiſſa frequentia fuerint, non ita ut de die in diem ea offeretur occaſio, & ſic Populus Romanus plene inconveniens præcavere non euravit, tollereque illud, uſque ad Veſpaſiani Auguſti tempora, ad quæ ex computatione noſtra 70. plus, aut minus anni prolapſi, fuerunt: dum enim adſeritur fideicommiſſorum neceſſitas ab Auguſti exemplis, eaque mutuo populi conſenſu comprobatur, & inconveniens in populo conſideratur, non multum cucurrit temporis 70. annorum, quamvis contrarium exiſtimaverit Franciſc. Huſ-
32 man. Neque enim de momento ad momentum, ſtatimque leges remedia adſerunt præjudiciis, damnis, inconvenientibus Reipublicæ, ſed multoties, cum illis per magna tempora tranſit Reſpublica, illaque patitur, donec aperta eorum experientia, aut omnino eis medetur lata lege, aut interpretatione declinat: certiſſima hujus veritatis præ manibus exempla habemus, cum leges Julia, & Papia ſolum legata prohiberent, & certa earum legum illuſio eſſet, ni extenderetur ad fideicommiſſa: non antea ſcimus leges illas ad fideicommiſſa, & donationes cauſa mortis extentas, Juriſconſultorum interpretatione, quam tempore Julii Pauli, qui ſub Alexandro floruit *dict. l. & fideicommiſſum de legat.* 3. ſic ipſa lex Falcidia ad donationes cauſa mortis tracta conſtitutione Severi fuit, & interpretatione Juriſconſultorum tempore ejuſdem Alexandri (uti ex autoritatibus præſcriptis colligitur) reſpecta ergo quanto longiora tempora fuerint prolapſa à principio, & origine uſque ad harum legum extenſionem, quam in Senatuſconſulto Pegaſiano, & lege Falcidia fuerunt. Imò brevius Senatuſconſultum inſurrexit, & ad ſimilitudinem legis Falcidiæ ſuam ordinavit quartam, ad invitandos homines ad adi-
33 tionem, & fideicommiſſorum reſtitutionem. Maxime ſi his addas, quod quamvis Conſulti non habuerint legem ferendi poteſtatem, uti adverſus Anton. Fabrum, & Schieferdeckerum ſtrenue defendit amiens noſter Carrança *de part. deſignat. c.* 2. *§.* 1. *illation.* 13. *ſection:* 2. *à num.* 220. *cum ſequentibus*, & ipſe agnoſcit Franciſc. Huſman. *dict. Paradox.* 8. tuncque interpretationes ex mente, & verbis legum deducebantur; id enim erat officium interpretandi, non autem libere conſtituendi: poteſtas enim ea erat legiſlatorum, uti graviter docet Donellus 2. *commentarior. Cap. ultim. & penult.* ubi Oſvald. *latè* Duaren. *Lib.* 2. *diſputation. Cap.* 10. noſter D. Joann. Parexa *ad l. Juliam, & Papiam, à num.* 12. Franciſc. Huſmannus, & Carran. *ubi ſupra*, mirum eſſet, non ſuperfuiſſe reſponſum aliquod hujuſmodi interpretamenti, uti in donationibus, & aliis rebus invenimus, præcipue cum fideicommiſſa non infrequentia in P. Romano fuerint, neceſſario ergo exiſtimare debemus nunquam obtinuiſſe interpretationem talem, nec Tiberii, nec Caligulæ; nec aliorum Imperatorum tempore, uti conjecturavit Franciſc. Huſman., aliàs enim ſi ea pars præocupata foret ab interpretatione Conſultorum in vanum prodierat Veſpaſiani temporibus Pegaſianum, quibus etiam ſatisfit Contii Conjecturæ *dict. Lib.* 7. *ſub. Cap.* 4. quam jam impugnaverat Oſvald. ad Donell. *Lib.* 7. *commentarior. Cap.* 21. *litt. D.* Anton. Pichard. *in §.* 3. *inſtitut. de fidei. hereditat. à num.* 32, hæc ergo cuncta ſatis excludunt inconveniens, quo contrariæ ſententiæ Interpretes connituntur, neceſſitate illa *l.* Falcidiam ad fideicommiſſa particularia ex Interpretatione protractam fuiſſe, cum ſtatim ſine mora aliqua, quod agnovit Senatus conſtituit, & aboluit inconveniens Senatuſconſulto Pegaſiano lato, ita ut ei debeatur, attribuaturque quarta, & deductio illa, non interpretationi Juriſconſultorum legem Falcidiam ad fideicommiſſa particularia protrahentium.

Sed eodem modo debiliſſimum eſt argumentum, 34
quod ab exæquatione legatorum *dict. l.* 1. *D. de legat.* 1. contrarii Interpretes deſumunt, debiliſſimum equidem eſt, nam quamvis Ulpiani tempore in aliquibus caſibus exæquatio legatorum erat, plurima adhuc remanebant diſcrimina inter legata, & fideicommiſſa, aliàs enim inutili conſtitutione multo poſtea Juſtinianus communia faceret (uti legimus *in l.* 1. *&* 2. *C. communia de legatis*) quod cum ita ſit, nec nobis demonſtrent exæquationem eſſe factam legatorum, ad hoc ut Falcidia de fideicommiſſis detrahatur, remanentibus adhuc tempore Ulpiani tantis diſcriminibus, qui in hac parte exæquationem admittemus? Aliis multis fundamentum iſtud oppugnat Æmilius Ferretus *ad rubric. D. ad legem Falcidiam à num.* 20. *cum ſequentibus.* Quæ cuncta quidem ſtricto Jure non ferunt extenſionem legis Falcidiæ ad fideicommiſſa, ſive particularia, ſive univerſalia: quod præcipuum in hac quæſtione fundamentum judico: ſed an autem ea extenta fuerit lex ad fideicommiſſa ab inteſtato, *ex dict. l. filiusfamiliàs* 18. *D. ad leg. Falcidiam*, non eſt diſquiſitio ea quæſtionis noſtræ: ſed quomodocumque ſit, aptiori loco eam exigemus.

Sed quantum fundamentum iſtud, noſtraque ſen- 35
tentia adſtruetur, ſi ſubjiciamus magnam expreſſamque Juſtiniani autoritatem in *dict. §. ſed quia* 3. *inſtitut. de fideicommiſ. heredit.* in illis verbis? *Ex ſingulis quoque rebus, quæ per fideicommiſſum relinquantur, eadem retentio permiſſa eſt*, quod fundamentum Æmil. Ferretus *dict. rubric. D. ad l. Falcid. numer.* 11. ineluctabile, & deploratum, à quo nemo ſanus explicare ſe poſſet, dicit: & corrupti eſſe judicii, qui verba iſta retorqueant aliò: id ideò quia Socin., Jaſon., antiquique alii, atque noviores, utpotè Berengar. Ferdinand. *in repetitione ad l. in quartam* 3. *præfatione, num.* 6. Oſvaldus ſcilicet, aliique ab eo relati, condocebant, non ſcripſiſſe Juſtinianum ex ſingularibus fideicommiſſis quartam deduci Pegaſianam, ſuiſſe permiſſum; ſed ſimpliciter nulla præhabita relatione, dixiſſe, *eadem retentio permiſſa*: innuentem, jam ante Senatuſconſultum Pegaſianum à lege Falcidia fuiſſe, ſed præter quod Bolognet. *in rubric. D. ad legem Falcid.* cui adhæſit noſter Anton. Pichard. *dict. §. ſed quia heredis, num.* 50. non levi brachio eam audacem interpretationem diſjecerit: nec non Andr. Fachuin. *dict. Lib.* 5. *controverſiarum Jur. Cap.* 12. deſpexeritque Æmil. Ferretus, *ubi proxime*, & cum his alii ſane in hujus §. interpretatione conſidero, atque miror illorum contumaciam, qui ſemel ſuas ſententias conſcripſerint, quam

quam mordicus invita ratione, & Juris Civilis autoritate, eas retineant, & propugnent: ſi enim noſter Juſtinianus unica contextura ſcripſerit, permiſſum fuiſſe heredibus ad eorum incitamentum quartam Pegaſianam deducere ex hereditatibus quas reſtituere gravati erant ex Senatuſconſulto, Veſpaſiani facto temporibus: ſubſequenterque ſubjicit, ex ſingulis quoque rebus per fideicommiſſum relictis eandem retentionem fuiſſe permiſſam: quis judicii ſani defringet contexturam, & relationis hiſtoriam Sectione tam improba? Ut prima pars ad Pegaſianum referatur, & altera ad legem Falcidiam: quod ſi ſic interpretibus debacchari liceret, heu quam incerta hauriretur doctrina à Juris Civilis monumentis: ita ut facili manu quidquid hucuſque ab eis traditum eſt, retorqueri in aliam partem liceret. Quantum enim *vi quoque vi eadem*, *dict.* §. *ſed quia*, commiſcent, & conjungunt priora poſterioribus, quaſi Juſtinian. diceret, utpote enim retinere quartam licet heredi ex hereditate, eadem retentio permiſſa eſt ex ſingulis rebus: ſi enim eadem, cur non Pegaſiana, de qua ſermonem inſtituit Juſtinianus? Et malunt contrarii Interpretes divinare in permiſſione illa ſubintelligendam legem Falcidiam, de qua nec verbum ullum ad hanc rem, ſolumque tracta ad ſimilitudinem fuit, quam Senatuſconſultum Pegaſianum, de quo cunctus eſt ſermo, & in §. & in titulo? Cum ſaltim ſuperforet titulus, ſub quo jacent verba, ut quando in eis hæſitantia ſiſteret, ad eum referremus: ſed præter quod iſta apertiſſima ſint, nec in medio curſu clarior Phœbus allucet: ab errore Interpretes in errorem, ut frequentiſſimum eſt, delabuntur: nam præſupponunt ex ſingulis rebus fideicommiſſi retentionem eſſe permiſſam à lege Falcidia, quod nos varia argumentorum ſerie hoc Capite aper-
36 tiſſime oppugnavimus. Et nihilo feliciores fuerunt Ripa, Bellon. & alii, qui verſiculum noſtrum accipiunt de ſingulis rebus in fideicommiſſo univerſali comprehenſis, contra quos Jam coiverunt Coſta, *ubi ſupra* verbo *Trebellianica*, *num.* 16. Andre. Fachuin. *dict. Cap.* 12. Anton. Pichard. *in dict.* §. *ſed quid*, *num.* 50. & ſic pro noſtra ſententia aperta eſt antoritas Juſtiniani, cui nanquam ſatis congruum reſponſum dari poterit. Sed ipſe Juſtinianus, ſi non ita expreſſe, ſaltim aperte ſuppoſuit veram eſſe ſententiam noſtram in enarratione, quam facit de compoſitione Digeſtorum *in*
37 *l.* 2. §. *quintus* 6. *C. de veteri Jure enucleando*, in illis verbis, *cumque nihil tam peculiare fuerat*, *quam ut legatis quidem legis Falcidiæ narratio*, *fideicommiſſis autem Senatuſconſulti Trebelliani*, *ſingulis libris utrique eorum applicatis*, *tota pars quintæ in novem libros coadunata eſt*, diſtincte ergo dijudicarat Imperator tractatum legis Falcidiæ titulis de legatis applicandum fore, & fideicommiſſis Senatuſconſultum Trebellianum, id enim eſt ſingulis libris utrique eorum applicatis, & quamvis Æmilius Ferretus ubi proxime parvi faciat hujuſmodi fundamentum, quia legati appellatione fideicommiſſum ſpeciale continetur, & aliis rationibus, quæ in hoc Capite convictæ jacent: tamen ſemper apud me magni momenti erit, cum falſiſſimum ſit ſub legati nomine fideicommiſſa venire (de quo integrum ſecundum librum contexuimus) minuſque faciendus Franciſc. Huſman. *dict. Paradox* 8. qui Juſtinianum falſitatis arguit in illis verbis, omni verecundia depoſita: ſed quid reſpondebunt adverſarii
38 Gaii reſponſo *in l. Facta* 63. §. *ſi cum ſuſpectum* 11. *D. ad Senatuſconſultum Trebellianum*, in quo, cum reſpondiſſet Conſultus, heredem legis Falcidiæ beneficio adverſus legatarios uſurum, non tamen id probat beneficium in fideicommiſſo particulari.

Sed non deducemur ab incepta opinione, eo 39
quod, ut in principio præcenſuimus, fideicommiſſarius particularis, vel partis bonorum legatarius, inſtitutum cogere non poſſint hereditatem adire, ſicque deficere videri præcipuam Senatuſconſulti cauſam Pegaſiani, quia hoc rectiſſime in his perſonis conſtitutum eſt; nam cum æquitatem præ oculis noſtrum Jus Civile habeat, cenſet iniquiſſimum fore, propter fideicommiſſarium particularem, & legatarium heredem inſtitutum compelli adire, nam ſic eveniret, quod immunis ab oneribus hereditariis fideicommiſſarius iſte ſuo fideicommiſſo frueretur, & legatarius ſuo legato, cum in eos, niſi in ſucceſſores univerſales, actiones hereditariæ non intententur *l. fin. C. de heredit. actionib.* & ſic compulſus heres ſuccumberet, vel ſaltim ſubjaceret gravaminibus hereditariis, quod ſumme iniquiſſimum eſſet: quam rationem eleganter Hermogenian. præſtitit in his verbis, *dict. l. nam quod* 14. §. *non omnis* 5. *D. ad S. Conſultum Trebell. neque enim æquum eſt, ad hoc quem compelli adire hereditatem, ut emolumentum quidem hereditatis refundat, ipſe vero oneribus hereditatis obſtrictus relinquatur.* Senatus enim Conſultum Pegaſianum rigorem illum compellendi ioviten ad aditionem temperavit, transferens per ſuas ſtipulationes actiones hereditarias in fideicommiſſarium, alias enim quis non tyrannum & inſolens Senatuſconſultum appellaret: quæ ſimilis inſolentia, & tyrannis inveniretur in fideicommiſſario ſpeciali, ſeu legatario impune cogente ad aditionem. Adde nltra, quod cum Senatuſconſultum heredibus compulſionem præſcripſerit adverſus Juris Civilis ſtrictas regulas, merito exceptione inſtitutus excludere poterit fideicommiſſarium rei certæ, & legatarium, quamtumvis partis bonorum, quod de illis non locutum fuerit Senatuſconſultum: & alia ratione legatarium, quia Senatuſconſultum ſolum fideicommiſſa, non legata agnoverit, ſed præmaxima illa ratio eſt, quia ex legatarii, vel fideicommiſſarii aditione, confirmatio teſtamenti non datur, uti multis exornat noſter doctiſſimus D. Melchior Valentia *Lib.* 1. *illuſtrium Juris tract.* 1, *Cap.* 5. *numer.* 3. & ſic præcipua Pegaſiani cauſa deficit, quod invitavit lucro quartæ inſtitutos, ne inaditæ relinquerentur hereditates; optime ad has rationes Donell. *Lib.* 7. *Comment. Cap.* 22. & ibi Oſvald. *litt. C. D.* Berengar. Ferdinand. *in repe-* 40
tition. in quartam 3. *præfat. num.* 4. ceſſat equidem in utroque compulſionis ratio; ſed non deducendi quartam ex fideicommiſſis particularibus, quando ipſe inſtitutus ſua que ſponte hereditatem adire decrevit, quæ res longe diſſimilis eſt, cum præmio à Senatu conſtituto fruatur, & patiatur propter illud moleſtias, onera, quæ ex gravatis hereditaribus ingruunt. Leviſſimum etiam eſt, 41
quod *ex l.* 1. *in principio*, *D. ad Trebellian.* adverſarii eliciunt, cui docte reſpondent noſter Anton. Pichard. *dict.* §. *ſed quia*, *num.* 52. Fachuin. *dict. Cap.* 12. Agnoſco tamen ſupereſſe diſputatiooem, & cognitionem multarum legum, quarum aliquas hoc Capite dedimus, & plures dabimus in hoc libro, quæ aperte demonſtrare videntur legem Falcidiam ad fideicommiſſa pertinere; ſed cum acrem longamque diſputationem requirant inveſtigationes earum, rejicio eas in ſequentia Capitula, ea enim eſt, præcipua noſtra diſquiſitio, poſtquam alia præjecerimus fundamenta Falcidiæ, & Trebelliani, in quibus facilius imponemus notionem perardui tractatua earum, quod te monitum volui doctor, ne judices, inconſulto nos eas præterire.

Solum jam supereſt, ut ſatisfaciamus verbis le- 42
gis Falcidiæ *in l.* 1. *D. eodem tit.* ibi: *Dare*, *legare velet*, & infra *ita detur*, *legetur*, ex quibus tentabat

Aaaaaaa 2 Franc.

Franc. Huſman. legem Falcidiam de fideicommiſſis locutam fuiſſe, vel ſaltim τὸ *dare* adjectum in *l.* illa legatis, voluiſſe ut præter legata quidquid aliud in Teſtamento detur, de eo quarta Falcidiana deducenda ſit, & ſic ex mente legis fuiſſe fideicommiſſa comprehenſa, quamvis tunc temporis neceſſaria non fuerint. Sed quam incerta conjectura ſit fundamentum Huſmanni ex illis verbis, præterea, quæ Capite iſto prægeſſimus, facile quicumque judicabit, ſi animadvertat τὸ *detur* ad legatum vindicationis referri, uti præexiſtimarunt D. Gothofredus *in notis ad eam legem*, Æguinar. Baro *in manualibus ad* 5. *partem Digeſtorum Lib.* 5. *fol. mihi* 201. nam τὸ *dare* ſolemne fuit in legato vindicationis, Ulpianus *in fragmentis tit.* 24. ibi: *Per vindicationem his verbis legamus,*
43 *do, lego, capito, ſumito, ſive habeto*, Gajus *Lib.* 2. *inſtit. tit.* 5. I. Paul. *Lib.* 3. *ſententiarum tit.* 6. §. *in mortis*, *l. nonnunquam* 52. *D. de condition. & demonſtrationib. l. Stichum* 15. *D. de manumiſ. Teſtament. l. in ſingulos* 8. *D. de annuis legatis*, cum aliis plurimis. Sed nunquam mihi hæc ſententia placuit, quia τὸ *lego* abſolute ſcriptum quodcumque legatorum genus comprehendit, ut perquam notiſſimum eſt, & præcipue acceptum in legato vindicationis, J. Paul. *dict. Lib.* 3. *ſententiarum tit.* 6. §. 3. Gaius *dict. titul.* 5. *dict. l. nonnunquam*, *dict. l. Stichum*, *dict. l. in ſingulos*, & ſic non diſ-
44 criminis ratione τὸ *dare* adjectum fuit τῷ *legare:* præterea verbum *do* acceptum legimus in damnationis legato J. Paul. *dict. tit.* 6. §. *in mortis tempus*, *dict. l. hujuſmodi*, *dict. l. Stichum*, *l. Quintus* 7. *l. legatum* 17. *D. de annuis legatis*, cum aliis Govean. *in commentario ad hanc legem.* Verrucius, & Calvin. in *ſuis lexicis*, in verbo *do* ſelicius con-
45 ſcripſerunt verba iſta *do*, & *lego* in *noſtra lege* 1. idem ſignificare, ſed originem moris geminandi verba non expreſſerunt: fuit equidem antiquorum præcautio, præcipue in legibus ferendis: nec non & in aliis actionibus, ut verbo propriſ-
46 ſimo rei, vel actus apponeretur aliud generaliſſimum, ut ab omni parte præcaveretur lex, ſeu diſpoſitio, ne cavillatione eluderetur, vel deduceretur in quæſtionem: ſic in *dict. l.* 1. *D. ad legem Falcidiam*, ſcribitur *detur*, *legetur*, cum enim de legatis lex locuta fuerit (ut jam ſcripſi) verbo proprio legis *legetur* ſuperadditur *detur*, quod quamcumque præſtationem continet: à more iſto ducit originem reſponſum Pauli *in l. ſi quis ita* 30. *D. de auro, & argento legato*, ibi: *Uxori meæ mundum, ornamenta, ſeu quæ ejus cauſa paravi, do, lego*, *l. Stichum* 39. *D. de ſtatu liberis*, ibi: *Stichum Attio, do, lego*, Ulpianus *in fragmentis*, *titul.* 24. §. 3. & quod ſubdiſjunctive exemplum tradidit Gaius *dict. titul.* 5. §. 2. *illum ſervum tibi do, aut lego*, Similis eſt clauſula Teſtamentaria, quam interpretatur Scævol. *in l. Lucius* 88. *de legat.* 2. *Si quid cuique liberorum meorum dedi, aut donavi, aut in uſum conceſſi, aut ſibi acquiſiit, aut ei ab aliquo datum eſt, aut relictum eſt, id ſibi præcipiat, ſumat, habeat*, Paul. *in l. ſæpe* 53. *D. de verborum ſignificatione*, ibi: *Et cum dicimus, quod dedi, aut donavi utraque continemus:* generalis enim eſt terminus τὸ *dedi*, & ſic præponitur donationi, legato, & aliis præſtationibus, utpote in receptiori formula, *dare, facere, præſtare*, & ſimiliter Paul. *dict. l. ſæpe*, ibi: *Quod eum dare facere oportet*, *l. qui libertinus* 37. ibi: *Dare, facere, præſtare debeto*, *l. Julianus* 13. §. *idem Julianus* 6. *D. de actionibus*, §. *ſic itaque diſcretis*, *eodem titul.* cum aliis plurimis, quibus hanc formulam illuſtrant Cujac. *in commentario ad l. exempto*, §. 1. *D. de actionibus empt.* docte Joann. Corraſius *dict.* §. *omnium*, *numer.* 8. & *dict.* §. *ſic itaque diſcretis*, *à numer.* 1. *cum ſequentibus*, eruditiſſime Barnar. Briſſon. *Lib.* 5. *formularum fol.* 415. *cum ſequentibus*, quæ antiquitas multis, quæ in infinitum excreſcerent exornari, & illuſtrari poſſet, & facile quicumque quibit, ſi antiquas formulas, & monumenta reſpectet. Stabit ergo ex formula præcautionis ſimili in lege Falcidia ſcriptum eſſe *detur*, *legetur* per ἐξάλλων, nam quamvis hæc obſervantia plerumque procedat ab elegantia dicendi, vel exornationis gratia, ut diu obſervavit A. Gel. *Lib.* 13. *noct. Atticarum*, *Cap.* 23. id magis poëtis & oratoribus adaptarem, quam antiquis legibus, in quibus ſemper ſuperaddita leges verba in aſſecurationem legis, & præcautionem. Non ergo ex verbis legis Falcidiæ, nec ex ejus mente (ſi reſpectas tradita ſupra) fideicommiſſa, nondum accepta lationis tempore, comprehenſa fuerunt: & quomodocumque poſtea ad ea extenſa, cum ſtatim quo conſenſu certo Populi ſtabilita fuerunt, S. Conſultum Pegaſianum præſcriptum fuit, quod extenſionem, quam ex mente, & neceſſitate ſortiri poterat (ut in aliis legibus obtentum fuit)
impedivit. Nec in conſideratione aliqua eſſe cui- 47
quam poterit reſponſum, quod magni fecit. Huſman. *ex d. l.* 1. §. & *omne* 7. *D. ad l. Falcid.* quia in *eo* §. & in antecedentibus, & ſubſequentibus ſolum Conſultus tractat non de titulis, & juribus quibus bona Teſtatoris relicta fuerunt; ſed quod detrahatur Falcidia de quibuſcumque rebus erogatis in Teſtamento, ſive alienæ ſive teſtatoris ſint, ſive in corpore conſtet certo, ſive incerto, ſive pondere numero menſura conſiſtant, ut uſusfructus, aut nomen, quod diſſimile eſt.

C A P. VI.

Differentiæ aliquæ offeruntur quartarum Falcidiæ, & Pegaſiani, à num. 1. *Prima à nomine.* 2. *Secunda ab origine.* 3. *Quarta Pegaſiani dicebatur commodum S. Conſulti, ſicut Falcidiana Falcidiæ.* 4. *Tertia differentia à cauſa.* 5. *Quarta quia Falcidia ad legata, ſecus Pegaſiana, quia ad fideicommiſſa.* 6. *Quinta in deductionis modo.* 7. *Sexta in temporis conſideratione, quoad deductionem.* 8. *Septima in Jure deductionis.* 9. *Octava in obligatione.* 10. *Nona in Jure.* 11. *Decima in computatione utriuſque quartæ.* 12. *Plurima congeruntur reſponſa in quibus videtur Falcidia deduci de fideicommiſſis particularibus, & univerſalibus?* 13. *Refertur Interpretatio aliquorum ad ea.* 14. *Et refellitur.* 15. *Quæ fuit Cujacii, & aliorum.* 16. *Et A. Contii.* 17. *Et Hugonis Donelli.* 18. *Et Franciſc. Huſmanni.* 19. *Quæ noſtra? nomen*, Falcidia, *pro quacumque deductione ſumitur.* 20. *Et non ſolum quartæ, ſed dimidiæ aliquando.* 21. *Et ſic prolatum ſimpliciter*

pliciter pro Pegaſiana accipitur in multis reſponſis. 22. *Ad deducendam Pegaſianam norma, & regula tradebatur à lege Falcidia.* 23. *Noviter intelligitur titulus,* ſi cui pluſquam per legem Falcid. 24. *Lex Falcidia competebat, quando Teſtator ipſo in Teſtamento abſolute, aut ſpecialiter aſſignabat quartam.* 25. *Explicatur* l. ſi legatus 30. D. ad S. Conſultum Trebell. 26. *Ex* l. ex aſſe 28. §. fin. D. eodem. 27. *Et late* l. qui ita 66. eodem tit. 28. *Ex prælegatis Falcidia deducitur, utiliſſimum ſane Caput, pro plurimorum Jurium intellectu, novaque rerum obſervatione.*

1 Cum præſcripta in hoc libro promiſcuerimus
de lege Falcidia, & S. Conſultis Trebelliano, & Pegaſiano, proferamus nunc in medium
differentias aliquas, vel præcipuas quartæ Falcidianæ, & Pegaſiani, ut inde ſubminiſtremus J.
Conſultorum reſponſa quæ videntur quartam Pegaſianam appellare Falcidianam: iſtamque deduci
de fideicommiſſis univerſalibus, & particularibus
in quo non levem laborem ſubibimus; ſi altius
introïre certamen non perhorreſcimus. Acce-
2 damus ergo ad diſcrimina. Et primò à nomine
diſcriminamus quartas; alia enim à lege Falcidia
Falcidiana, alia à Pegaſiano S. Conſulto Pegaſiana
(ſeu Trebellianica poſtea ex Triboniani ſuppoſitione, vel transformatione, ut diximus *Cap.* 4.
ſupr.) agnoſcitur diſcrimen in toto Jure Civili ex
ſeparatione titulorum *de lege Falcidia, & ad S.
Conſultum Trebellianum,* §. *ſed quia cum ſequentib.
inſt. de fideicommiſ. heredit. l. Titia* 86. cum aliis
plurimis *D. ad l. Falcidiam, l. jubemus* 6. *C. ad S.
Conſultum Trebell.* probant Franciſc. Hotoman. *in
tractatib. de quarta Falcidiana; & Pegaſiana,* Berengar. Ferdinand. *in repetition. ad l. in quartam* 3.
præfatione, num. 4. à nomine equidem recte differentia deſumitur *l. ſi idem, C. de codicill. l. à nullo, C. de feriis, l. divinos, C. de frumento, Alex.
Lib.* 11. Nicolaus Everardus *in locis legalibus in loco ab Ætimolog.* 4. Sed diſcrimen iſtud longius examen requirit (ut dixi) acuetur in poſterioribus
3 ſubſequentibuſque Capitibus. Secunda, ab origine eadem, nam Falcidiana à lege Falcidia: Pegaſiana à S. Conſulto Pegaſiano, quidquid nubes
offundat Huſmannus, arenaſque oculis injiciat,
jam enim Phœbo rationis nubes diſſolvimus, &
abſterſimus arenas: & adhuc invoco Juſtinianum,
licet ſuſpectum ipſi, omni fide majorem teſtem,
4 *dict.* §. *ſed quia,* & Ulpian. *in l. ſi ſponſus* 5. §. *ſi
quis rogatus* 13. *D. de donationibus inter virum, &
uxor.* ibi: *Omiſſo Senatuſconſulti commodo,* ad quæ
Ulpian. verba ſe perhorruiſſe fatetur Huſman.
Parad. 8. *ad l. Falcidiam,* ſed magis ego ad ejus
ſententiæ ſonum, nam commodum Senatuſconſulti dicitur quarta, ſicut quarta Falcidiana commodum legis Falcidiæ *in l. ſi heres* 90. *D. ad l.
Falcid. l.* 2. *in fine D. ſi quis aliquem teſtari prohib.* obſervat. Briſſon. *Lib.* 3. *de verbor. ſignification.* verbo. *Commodum,* Pichard. *in* §. 3. *inſt.
de fid. hered. num.* 36. Coſta *in Capit. ſi pater, de
teſtam.* 2. *part.* verbo. *Trebellianica, numer.* 24.
Broæus *dict.* §. 3. *num.* 1. ſed cur non perhorruit Cenonis reſcriptum, ſeu conſtitutionem *in l.
jubemus* 6. *C. ad S. Conſultum Trebellianum,* ibi: *Ut
omnibus modis retenta quarta pro autoritate Trebelliani
S. Conſulti,* & aliorum Imperatorum *in l.* 1. *& in
l. ſi pater fideicommiſſum* 3. *& in aliis legibus ejuſdem tituli;* potuitque etiam deſpicere, aut præcagere alia Juriſconſultorum reſponſa plena manu
datir à nobis, *Cap.* 4. ſed maxime J. Paul. *Lib.*
4. *ſententiarum Cap.* 3. ibi: *Cum quartam retinere
5 ex Pegaſiano debuiſſet.* Tertia à cauſa nam lex Falcidia favore publico introducta eſt, ne inaditæ relinquerentur hereditates, uti adverſus plures defendimus, *Cap.* 2. *ſup.* non ſic S. Conſultum Pegaſianum introduxit quartam præcipuo rei publicæ favore, ſed heredum quibus ſubvenire voluit
l. 1. §. 4. *D. ad S. Conſultum Trebellianum:* nam
cum heredes eo S. Conſulto cogerentur adire hereditates, præcipuus ille favor publicus ceſſabat,
ſuccurritur ergo deductione heredibus eorumque
favor in conſpectu fuit, uti docte conſideravit Alciat. *Lib.* 5. *Paradox. Cap.* 19. vide ſis Schieferdecker. *Lib.* 3. *tract.* 7. *quæſt.* 5. licet ſecundario, & favor aliquis publicus reſultet ex Pegaſiana
quarta, cum heredes commodo ejus ad adeundam
hereditatem etiam provocetur *d.* §. *ſed quia,* &
ſic videretur eandem cauſam in S. Conſulto interveniſſe, quæ in lege Falcidia intervenit, tamen
ſi altius conſideremus, magis heredum favor,
quam Reipublicæ in conſideratione fuit, quia aditionis publica ratio jam fuerat ab eodem S. Conſulto præocupata, heredes inſtitutos cogente, &
ſic non tam ejus rei cauſa, quam ut in beneficium,
& incitamentum heredum, ut ſic adirent libentes,
nec ad remedium coactionis, durum equidem,
perveniretur, quod (nî fallor) veriſſimum eſt,
animadverſioneque dignum pro prædictorum jurium ſententia, interpretatione, & concordia.
Quarta, quia lex Falcidia ad legata pertinet; Pe- 6
gaſiana autem ad fideicommiſſa univerſalia, ſive
particularia uti Capite præcedenti defendimus.
Quinta, incertarum rerum deductione, quod ſci- 7
licet in *l. Falcidia,* antequam heres quartam deducat, præeximantur æs alienum, funeris impenſa,
& pretia manumiſſorum, §. *fin. inſt. de lege Falcidia:* in Pegaſiana autem nihil horum, ſed cuncta onera in fideicommiſſarium transferuntur *l.* 1.
D. ad S. Conſultum Trebellianum, l. fin. C. hoc tit.
(uti nos diximus *ſup. Cap.* 3.) & præter ordinarios
dict. locis explicat Donell. *Lib.* 7. *comment. Cap.*
30. atque Oivald. *in notis ad eum, Capit.* 28. *ejuſdem Lib. litt. B.* & Franc. Hotoman. *in tractatib.
de quarta Pegaſian. & Falcidian.* Sexta, in dedu- 8
ctione legis Falcidiæ mortis tempore attenditur
quantitas patrimonii, ita ut quamvis poſtea medio
illo tempore uſque ad deductionem creverit, vel
decreverit hereditas, augmentum illud, vel diminutio lucro, vel damno legatariorum cedat,
nam ſuam quartam deducet heres, ſine conſideratione augmenti, quod ultra habebit: vel diminutionem à legatariis accipiet, pro rata illis legata
diminuens, *l. in ratione* 30. *l. in quantitate* 76. *D.
ad l. Falcidiam,* §. *quantitas* 2. *inſt. eodem tit.* ſecus eſt in Pegaſiana: nam quantitas tempore reſtitutionis perpenditur, ita ut ſi bona hereditaria
creverint, augmentum computetur in ea; ſin contra, ſcilicet decreverint decrementa diminuant
eam, & pro quantitate tunc exiſtentium bonorum
deducatur *l. mulier.* 22. §. *ſi heres* 2. *l. deducta* 58.
§. *cum autem* 6. *D. ad S. Conſultum Trebellian.* Sep- 9
tima differentia in aperto eſt, & à fundamentis
Capitibus præcedentibus ſubjectis, deducitur, videlicet quod Falcidianam deductionem Jure inſtitutionis heres deducit; Pegaſianam autem eo, quia
gravatus eſt heres, reſtituere hereditatem, aut
partem, aut aliquam rem, *l.* 1. *D. ad l. Falcidiam
principium inſt. eodem, l.* 1. *D. ad S. Conſultum Trebell.* §. *reſtituta, cum ſequentibus, inſt. de fideicommiſ.
hered.* Accurſ. *in his locis,* Berengar. Ferdinand.

dict. l. in quartam præfat. 3. *num.* 4. nam quamvis Pe-
gaſianam inſtitutus deducat, id procedit à reſtitutio-
nis gravamine: nam & S. Conſultum Trebellianum
ad ſucceſſiones ab inteſtato pertinet, *l.* 1. *§. hoc au-
tem S. Conſultum* 5. *D. ad S. Conſultum Trebel.* quod
10 axioma in ſequentibus nos exigemus. Octava, in
lege Falcidia heres ſemper obnoxius remanet
oneribus hereditariis, forte quia actiones heredi-
tariæ adverſus legatarios intentari non poſſunt, *l.
fin. C. de hered. actionibus*: ſecus autem eſt in Pega-
ſiano, & Trebelliano: nam per horum Senatuſcon-
ſultorum autoritatem in fideicommiſſarium trans-
ferebantur actiones, nec niſi pro modo deductio-
nis quartæ heredes tenebantur *dict. l.* 1. *ad S. Con-
ſultum Trebell. dicto §. ſed quia* (de quo nos latius
ſup. Capit. 3.) & explicat latius Berengarius Fer-
11 dinand. *dict. præfation.* 3. *numer.* 4. Nona, Fal-
cidiana quarta expreſſe in lege Falcidia præcauta
fuit, ita ut prohibuerint teſtatorem ultra dodran-
tem legare, quartamque Jure hereditario reſerva-
verit inſtituto, *dict. l.* 1. *D. ad l. Falcid.* At ve-
rò S. Conſultum Pegaſianum nihil tale ſanxit, pro-
hibuit, & reſervaverit: ſed ſolum permiſit, gra-
vatum heredem poſſe deducere quartam ex fidei-
commiſſis dodrantem excedentibus, uti colligitur
à Juſtiniano *dict. §. ſed quia*, ibique obſervat Bal-
duin. *num.* 2. & alii differentia ſequenti referen-
12 di. Decima, in computatione utriuſque quartæ
conſiſtebat, nam in Falcidiana, quod Jure here-
ditario captum erat imputabatur; in Pegaſiana au-
tem quidquid capiebatur aliud *l. in quartam* 91. *D. ad
l. Falcidian.* quod diſcrimine communi voto ab om-
nibus Interpretibus acceptum eſt, utpote Alciat.
in rub. ad l. Falcid. & Lib. 6. *Parad. Cap.* 4. Beren-
gar. Ferdinand. *dict. præſat.* 3. *num.* 4. Duaren.
in commentar. ad tit. D. ad l. Falcid. Cap. 8. *& Lib.*
2. *diſputat. Cap.* 10. Nicol. Everard. *in locis legali-
bus loco* 34. *de Falcidia ad Trebellianicam*, *num.* 6.
Franc. Hotoman. *dict. §. ſed quia ſeq.* 3. ubi Bal-
duin. *num.* 2. & Hubertus Giſan. *ibidem* Guid. Pan-
cirol. *Lib.* 2. *Theſaur. var. lect. Cap.* 105. Donell.
Lib. 7. *comment. Cap.* 30. Anton. Faber. *in rationa-
li ad l.* 1. *D. de condit. in deb. & Lib.* 6. *conſ. Capit.*
3. *&* 4. Schieſerdecker. *Lib.* 3. *tractat.* 6. *quæſt.* 6.
noſter Anton. Pichard. *in §.* 1. *inſt. de lege Falcid.
à num.* 11. Roland. à Vall. 1. *tom. conſ.* 27. *num.* 4.
diſcutit Ferretus *in rub. ad l. Falcid. à num.* 20.
quidquid expreſſo errore aliud exiſtimet. Iſtæ ſuf-
ficiunt differentiæ, ut cognoſcamus utriuſque de-
ductionis naturas, longaque diſcrimina: omitto
alia, aut quia controverſa, aut quia noſtro cona-
mini præſcripta ſuperabundent, tu vide Berenga-
garium Ferdinand. ſup. Roland. à Vall. *dict.* 1.
tom. conſ. 27. *num.* 18. Æmil. Ferretum, & Al-
ciat. *in rub. D. ad l. Falcid.* & alios jam citatos Al-
ciat. *reſpon.* 63. *num.* 3. Rolandin. 1. *part. Florum
in rub.* 29. *de Falcidiæ detraction. nu.* 4. Anton. Fa-
brum 2. *err. decad.* 26. *err.* 10. *num.* 8. *cum. ſeqq.
&* 1. *tom. decad.* 11. *error.* 6. *num.* 5. Guid. Pan-
cirol. *Lib.* 2. *Capit.* 105. *Theſaur. var. lect.*

Sed quartum illud diſcrimen, quo Falcidiam
defendimus, ad legata pertinere; Pegaſianam au-
tem ad fideicommiſſa, magis obſtringit: nam
quamvis fere nullus noſtrorum Interpretum dene-
gare audebit, cum totum Jus noſtrum proclamet,
& cuncta quæ hoc *Lib.* congeſſimus noſterque præ-
ſertim Juſtinian. *dict. §.* 3. *cum ſequentib. inſt. de
fideicomm. hered.* Ulpian. *in fragment. tit.* 20. Jul.
13 Paul. *Lib.* 4. *ſententiarum tit.* 3. tamen ingentem
difficultatum tempeſtatem erigit, quod non uno
ſolum loco legimus ſed pluribus, Falcidiam ſeu
legem Falcidiam de fideicommiſſis tam univerſa-
libus, quam ſpecialibus deduci: quæ ad manum
habeo reſponſa ſeu reſcripta, tibi offero; nam ſi
alia occurrerint forte interpretatione donabis; ex
ſententiis, & doctrinis, quas præſtiterimus his
reſponſis, quæ ſunt accipe tumultuarie, *l. cohere-
di, §.* 9. *D. de vulgar. l. filiusfamilias* 18. *l. Ti-
tia* 86. *l. pater filium* 54. *l. ſi heres* 90. *l. Divi Se-
verus* 89. *l. is cui* 31. *D. ad l. Falcid. l.* 1. *&* 2.
3. *l. ſi ut allegas* 12. *C. eodem tit. ad l. Falcid. l.
cum filio* 11. *D. de legat.* 1. *l. unum* 67. *§.* 1. *D.
de legat.* 2. *l. ſi ſponſus* 5. *§. ſi quis rogatus, D. de
donat. inter vir. & uxor. l. Papinian.* 8. *§. unde
ſi quis* 11. *& §. meminiſſe, D. de inofficioſ. teſta-
ment. l. ſi patronus.* 20. *§.* 1. *D. de donationib. l.
patrem* 19. *D. quæ in fraudem credit. l.* 1. *§. ho-
die, D. ſi cui pluſquam per legem Falcid. in teſta-
mento* 12. *C. de teſtament. milit. l.* 1. *§. ſi is qui qua-
draginta* 17. *l. unde Neratius* 19. *l. cogi* 16. *§. idem
Mecianus* 9. *l. ſi quis priore.* 9. *l. deducta* 58. *§.* 3.
l. mulier 22. *§.* 2. *l. ſi legatus* 30. *l. ita tamen* 27.
§. quod ſi Mævius 10. *l. ſi patroni* 55. *§.* 2. *l. ſi
ejus* 65. *§. fin. l. qui ita* 66. *D. ad Trebell. l. ju-
bemus, C. eodem tit. l.* 10. *C. famil. erciſcund. l.
Lucius* 78. *§. maritus* 14. *D. ad Trebell. l.* 9. *§.*
5. *D. de Jur. & fact. Ignor. §.* 3. *inſt. quibus mo-
dis teſtamen. infirmentur.* Ulpian. *in fragment. tit.*
25. J. Paul. *Lib.* 3. *ſentent. tit.* 8. Synopſ. Baſi-
licon. *Lib.* 41. *tit.* 1. *Cap.* 84.

Hinc varias ſententias invenerunt Interpretes 14
noſtri, ut tantæ, tam continuæ repetitæque dif-
ficultati lucem adhiberent: nam Æmil. Ferret. *ad
rub. D. ad l. Falcid. à nu.* 4. Æguin. Baro *in ma-
nualib. ad Pandect. Lib.* 5. *fol.* 208. Franc. Dua-
ren. *in commentario ad titulum, D. ad l. Falcid.
Cap.* 7. *& Lib.* 2. *diſputat. Cap.* 10. Franc. Ho-
toman. *in diſputat. de quarta Pegaſiana in principio*,
& multoties alibi, Coſta *In Cap. ſi pater* 2. *part.*
verbo *Trebellianicæ*, *nu.* 23. Hubertus Giſanius *dict.
§. ſed quia, inſt. de fideicommiſ. hered.* Gaſpar
Schieſerdecker. *Lib.* 3. *tract.* 7. *quæſt.* 1. in
eam opinionem convenerunt, eadem cauſa Falci-
diam appellari Pegaſianam, quia utilitatis cauſa,
& exemplo à Falcidia arrepto Pegaſiana ſancita
fuerat: à quorum ſententia Franc. Balduin. non
recedit, *qui dict. §. ſed quia* 3. *num.* 2. docet κα-
ταχρηστικῶς Conſultos noſtros locutos fuiſſe, ex ſimi-
litudine, quam cum Falcidia Pegaſiana habet. Sed 15
nunquam hæc ſententia animo inſidere potuit, nam
ſimilitudinis ratione nunquam tantum Juris condi-
tores patrare potuerunt, vel audere, ut quarta-
rum deductiones tantis diſtantes intervallis con-
funderent, ſine juſta æquave ratione, aut cauſa;
imò notorio periculo errorum, quos commixtio
iſta in recta Juris Civilis doctrina ingenerare, ſeu
inferre poſſet: reviſe, quod in ſimili argumento
digeſſimus, ut alium ſimilem expelleremus erro-
rem *ſup. Lib.* 3. *Cap.* 2. quibus ſane commotum
ſpero noſtræ cenſuræ te acquieturum. Cujacius 16
Lib. 8. *obſervat. Cap.* 4. exiſtimavit, ideò Juriſ-
conſultos in detractione Pegaſianæ legis Falcidiæ
meminiſſe, quia per Senatuſconſultum Pegaſianum
protracta fuerat ad quæcumque fideicommiſſa uni-
verſalia, ſeu particularia, quem ſecutus fuit no-
ſter A. Pichard. *dict. §.* 3. *inſt. de fideicom. he-
redit. numer.* 38. & in ea ſententia fuiſſe Duaren.
Baronem, Hotoman. Coſtamque refert, ſed fal-
ſo imponit, ut ex proxime dictis conſtat, verius
referret P. Gregor. *Lib.* 42. *ſyntagm. Jur. Cap.*
34. *num.* 5. Brotæum *dict. §.* 3. *inſt. de fideicom.
hered. num.* 1. J. Parex *ad l. Jul. & Pap. num.* 15.
Sed hanc Cujacii, iſtorumque ſententiam non am-
bigue (ni noſtris facile demulceor) convicimus
Capite proximo, omnimodo hujuſmodi extenſio-
nem denegans legis Falcidiæ ad fideicommiſſa:
Subtilius Anton. Contius *Lib.* 2. *ſubceſivarum lect.* 17
Cap. 4. excogitaverat legem Falcidiam de fidei-
commiſſis detractam fuiſſe à tempore, quo fue-
runt effecta neceſſaria, uſque ad Veſpaſiani im-

peritum,

perium, quo imperante Senatuſconſultum Pegaſianum ſancitum fuit, indeque remanſiſſe Juriſconſultis memoriam nominandi ſaltim legem Falcidiam in fideicommiſſis: præcipue cum exoſum eſſet Pegaſianum Juris conditoribus: ſed proximo Capite jam refellimus doctiſſimum virum ratione, argumentis, & autoritate Oſvaldi, atque Anton.
18 Pichardi. Hugo Donell. *Lib. 7. com. Cap.* 21. *litt. D.* eo vocari Falcidiam quartam Senatuſconſulto Pegaſiano inductam, quia primo Falcidiana conſtituta fuit, quæ conjectura omni ratione deſtituitur: nam ſi res ex omni parte diſſimilis eſt, nec convenit fere in aliquo cum Falcidia, niſi quod quadrans uterque ſit, nullus æquam cauſam, judicabit Conſultis fuiſſe, ut ſic rerum diverſarum
19 communicarent nomina. Nec ne Franc. Huſmannum feremus prorſus abnegantem *paradoxo* 8. *ad l. Falcid.* Senatuſconſultum Pegaſianum, jam cum Schieferdeckero Capite præcedenti deriſimus, & tantam audaciam extirpavimus. Denique hoc communi voto à noſtris Interpretibus acceptum eſt, Juriſconſultos quartam Senatuſconſulti paſſim Falcidiam vocitaſſe: præter jam datos, hoc axioma ſimpliciter agnoſcit Tobias Nonnius *in princip. inſt. de fideicom. hered. num.* 23. (qui refert Portium, & Accurſium) P. Fran. Linglois *ad* 50. *deciſiones Juſtinian. deciſ.* 24. *quæſt.* 2. *num.* 2. (qui Bartol. refert) Roland. à Valle 1. *tom. conſ.* 27. *num.* 2. J. Menoch. *de adipiſ. poſſ. rem.* 2. *num.* 24.

20 In tanto diſcrimine tentabam ſi τὸ *Falcidia* in prægeſtis reſponſis acciperemus magis pro deductione quacumque, quam proprie pro Falcidia lege: nam ab illa quarta Falcidiana aliæ deductiones fuerunt appellatæ Falcidiæ, & ſic certus dodrans nepotibus à Theodoſio aliiſque Cæſaribus conceſſus Falcidia nuncupatur, *l. ſi defunctus* 4. *C. Theodoſian. de legitimis hereditatib.* ibi: *Quod ſi hic defunctus, de cujus bonis loquimur, habebit ex filia nepotes, ſed præterea filios non habebit, ſed quid præferri nepotibus poſſint, habebit agnatos in quamdam Falcidiam, & in dodrantem nepotes Jure ſuccedant*: ad hoc nomen alluſit Seneca *Lib.* 2. *Cap.* 4. ibi: *Hæc itaque curæ habebit, ſi grate æſtimari qua præſtabis voles, ut beneficia tua illibata, ut integra ad eos, quibus promiſſa ſunt, perveniant, ſine ulla (quod aiunt) deductione*, id eſt, ſine ulla deductione Falcidiæ; en Falcidia beneficiorum: ſic quarta, qua excluditur quis ab inofficioſi querela, Falcidia dicitur *l. Papinian.* 8. *§. quarta* 9. *§. meminiſſe* 14. *D. de inofficioſ. teſtam. l. quæ nuper* 31. *C. eodem*, ſic quarta legitimaria filiis deſignata, & taxata, Falcidia nuncupatur Auth. *ut factæ novæ conſtitutiones Novell.* 66. *in præfatione*, ibi: καὶ αὖθις ἐκ πόσων οὐγκιῶν λογίζεσθαι χρὴ τὸ φαλκίδιον, ὃ τοῖς παισὶν οἱ γονεῖς καταλιμπάνουσιν, id eſt, *Et ex quantis unciis reputari oporteat Falcidiam, quam filiis parentes relinquant*, & in Auth. *de immenſis donationibus*, *Novell.* 92. *in princ. præfationis.* ἤδη τὰ περὶ τῆς φαλκιδίας, καὶ τῆς ἐκείνου μοίρας διωρίσαμεν, id eſt. *Illius parte decrevimus*, & *ſic in authen. unde ſi parens*, *C. de inofficioſ. teſtamen.* hoc nomen obſervatum eſt, ibi: *Quiſque tantum feret ex hereditate nomine Falcidiæ, quantum poterat ante donationem deberi*, Julianus Patricius, & anteceſſor urbis Conſtantinopolitanæ, ſive interpres, ſive collector Novellarum Conſtitutionem Juſtiniani *in conſtitution.* 34. idem nomen retinuit *Cap.* 114. ibi: *Omnes tam maſculi quam feminæ decedentes, ſi unum filium habeant, tertiam partem ſubſtantiæ ſuæ ei relinquant Falcidiæ nomine; & conſtit.* 37. *Cap.* 164. ibi: *Hoc autem quod de Falcidiæ deductione loquitur conſtitutio in liberis locum habet, quibus & pars Falcidiæ debetur*, ſimiliter pars, quæ filiabus reſervabatur à bonis proditoris patriæ, reique læſæ Majeſtatis condemnati, Falcidia dicebatur *l. quiſquis* 5. *§. ad filias* 3. *C. ad l. Juliam Majeſtat.* hinc claram accepit lucem Conſtantin. Harmen. *Lib.* 5. *Promptuar. tit.* 9. *in princ.* φαλκίδιος λέγεται ἀπὸ τοῦ νόμου, ὅταν ἐκ κοινοῦ τινος πράγματος εἰς ὃ μετέχουσι πολλοί, μέρος τι τούτων ἑκάστῳ τῶν μετεχόντων εἰς αὐτὸ δίδοται. *Falcidia in Juris corpore dicitur, cum ex re quapiam communi, cujus plures ſunt participes, pars aliqua cuique horum qui in ea communicant, datur:* unde Scholion antiquum ſubjicit, καὶ ἔστι φαλκίδιος ὁ συνήθως ὑπὸ τῶν κοινῶς μεγάδα καλεῖν, χρᾶται δὲ ἀρσενικῶς ὁ φαλκίδιος, καὶ οὐδετέρως τὸ φαλκίδιον ὡς εἰς ἐστιν μεγάδιον, *eſtque Falcidia, quod vulgo* μεγάδα *partem appellare ſolent, efferunt autem Græci, non nunquam maſculeo genere* ὁ φαλκίδιος *interim neutro* τὸ φαλκίδιον, *quaſi dixeris* μεγάδιον *hoc eſt, particulam.* Falcidia ergo non tam in uſu Juris pro lege Falcidia accipitur, quam pro detractione, ſeu parte defalcata, in quo ſenſu, non abnegarem derivationem à falce, ut ex aliquorum ſententia refert proximum Harmenopuli Scholion datum in ſubſequentibus verbis, & Sypontin. *ad* 2. *epig. Martial. ſpectacul. fol. mihi* 172. Sed verius judico ad ſimilitudinem Falcidiæ has nominatas Falcidias ſive Falcidianas deductiones, ut jam præſcripſimus, *Cap.* 1. *hoc Lib. num.* 2. & nunc addo Joann. Barclaium, qui 2. *part.* ſui Euphormionis Luſinini, dum ineptias caſtigat barbarorum hominum, cunctæ eruditionis expertum, & varia dementiarum exempla recenſet, inſerit hoc, & irridet his verbis. *Hic Falcidiam legem, quod inſtar falcis legata reſcinderet, volebat appellatam*, quas agnoſcunt denominationes erudite Franc. Hotoman. *in diſputat. de quarta legitimar. fol. mihi* 11. *& quæſt.* 43. *illuſtrium quæſt.* Anton. Contius *Lib.* 2. *ſubceſ. Cap.* 4. *num.* 2. Franc. Broeus *in §.* 3. *inſt. de fideicom. hered.* Nicol. Bellonus *in principio ejuſdem tit. num.* 13. Æmil. Ferretus *in rub. D. ad l. Falcid. num.* 4. Andre. Alciat. *in eadem rub. num.* 7. Anton. Faber. 2. *tom. error. decad.* 36. *error.* 4. *num.* 16. J. Calvin. *lexico Jur.* verbo *Falcidia*, Bart. *in Auth. de immenſ. donat. num.* 1. 3. 4. Azo *in Novell. de hered. & falcid. numer.* 6. P. de Caſtro *in l.* 1. *num.* 10. *D. ad l. Falcid.* Michael. Graf. *recept. ſentent. §. Falcidia in princip. num.* 2. Cuj. *in l. jubemus, C. ad Senatuſconſultum Trebell.* Sed quid 21
magis? in tantum Falcidia pro quacumque deductione ſumitur, ut non ſolum ad quartam; ſed ad dimidiam partem referatur: Julian. anteceſſor *dict. conſt.* 34. ibi: *Sin autem ultra quatuor ſint, dimidiam partem ſubſtantiæ paternæ habeant, ut in hoc caſu Falcidia lex dimidiam partem contineat, id eſt ſex uncias ſubſtantiæ defuncti, Novell. dicta* 18. *Cap.* 1. obſervavit. A. Alciat. *in antiqua lectur. ad rub. D. ad l. Falcid. num.* 3. non mirari ergo debemus, ſi quartam fideicommiſſorum Juriſconſulti Falcidiam nominaverint, maxime eo tempore quando inter ſe tantam affinitatem legata, & fideicommiſſa contraxerant. Subjice his, non conjecturam, ſed apertam veritatem, quæ valebit quemcumque contumacem animum adducere, nam cum ipſis Juriſconſultis Senatuſconſultum Pegaſianum odioſum fuerit (ut Capitibus præcedentibus, & ſubſequentibus dicemus) oderintque ejus ſtipulationes, facilius credemus, quartam ab eo Senatuſconſulto injectam denominaſſe Falcidiam, ſi quidem & aliis longe remotas, nulloque inductas odio ſic denominarunt, quid ultra? ſi Quæſtor Tribonianus, ſeu Juſtinianus, cum de abolitione Pegaſiani egit, & tranſlatione in Senatuſconſulti Trebellianum Pegaſianæ nomen abraſit, Falcidiæque repoſuit, cum idem non erubeſcat feciſſe in Senatuſconſulti Pegaſiani nomine (ut *in præcedentib. Capitib.* diximus) nam quamvis replices, tranſfuſo Senatuſconſulto Pegaſiano in Trebellianum, & omnibus locis iſto repoſito, & nomen Trebellianicæ reponendum eſſe, non oberit: nam cum Falcidiæ nomen ſolemne eſſet apud Juriſconſultos fauſtumque

nomen, in quacumque quartarum deductione, non mirabimur ſi id, & fideicommiſſis applicuerit nomen Falcidiæ, non Trebellianicæ, quod receptum non erat, nec in Pandectarum libris ſcriptum invenimus, (ut cum multis jam obſervavi *hoc Lib. 6.*) cum nec quartam Senatuſconſultum Trebellianum induxerit, licet inventionem ei tribuat *l. 1. 3. & 8. C. eod. tit.* & alia reſponſa *ſub. Cap. 4.* congeſta, ſed id ex repoſitione Trebelliani pro Pegaſiano (ut jam latius animadvertimus) facinore Tri-
22 boniani patratum fuit. Ex his liquet multa adhuc ſupereſſe reſponſa in Jure noſtro, in quo ſimplex nomen Falcidiæ pro Pegaſiana quarta accipiendum ſit, cum receptum (uti hîc animadverti) in Populo Romano fuerit, quamcumque detractionem Falcidiam nuncupari, expreſſa eſt *l. 1. §. inde Neratius 19. D. ad Senatuſconſultum Trebell.* ibi: *Reſtituere totam hereditatem, non deducta Falcidia*, verba teſtatoris ſunt, ut probes loquendi formulam id eſt, *non deducta quarta Pegaſiana*, hoc voluit Teſtator, *l. mulier. 22. §. ſi heres 2.* ibi: *Submovet Falcidiam, D. eodem*, id eſt, quartam, quam ſupra dixerat *l. ſi ejus 64. §. fin.* ibi: *erit Falcidiæ locus*, id eſt, detractioni *l. coheredi 41. §. quod ſi heredem 3. D. de vulgar. pupillar.* ibi: *Salva Falcidia, l. cum pater 77. §. Titio 31. D. de legat 2.* ibi: *Falcidiam compenſationi ſufficere, l. unum ex familia 67. §. 1. D. eod.* ibi: *Si Falcidia quæratur*, & ſic tu mi lector, ſi hæc tibi arrident (ut ſpero) poteſt in aliis obſervare reſponſis, & conſervare.

Sed adhuc in tam abſtruſa notione præcepta iſta ſola non ſufficiunt, occurrent alia, & plura reſponſa, quæ legem Falcidiam in fideicommiſſis admittere videntur, ſed animadverte ex obſervatione antiqua deducendæ Pegaſianæ ea formularia verba procedere: nam cum Falcidia lex fuiſſet præorta, & ad ejus exemplum Pegaſiana fuiſſet inſtituta, norma & regula præfigebatur ad dedu-
23 cendam Pegaſianam, & ut ex Senatuſconſulto Pegaſiano reſtitueretur hereditas, an ſi lex Falcidia locum haberet, id eſt gravatus eſſet inſtitutus reſtituere hereditatem, ultra modum in legatis à lege Falcidia aſſignatum, præfixumque, id eſt ultra dodrantem: ita quod ſi lex Falcidia locum haberet in legatis, tunç ex Pegaſiano reſtitueretur hereditas, quartaque detraheretur Pagaſiana; ſin ſecus id eſt alias lex Falcidia locum non haberet, id eſt gravatus non eſſet reſtituere dodrantem ultra, tunc ex Trebelliano exercebatur reſtitutio. Unicum hujus regularis formæ; ſeu computationis teſtem habemus Domitium Ulpianum *tit. 25. de fideicommiſ.* verba ſunt *is qui rogatus eſt, alii reſtituere hereditatem, lege quidem Falcidia locum non habente, quoniam non plus, puta, quam dodrantem reſtituere rogatus eſt, ex Trebelliano Senatuſconſulto reſtituit, ut ei & in eum dentur actiones, cui reſtituta eſt hereditas; lege autem Falcidia interveniente, quoniam pluſquam dodrantam, vel etiam totam hereditatem reſtituere rogatus ſit, ex Pegaſiano Senatuſconſulto reſtituit, vel deducta parte quarta ipſe qui ſcriptus eſt hereditatem reſtituat, & in ipſum actiones conſerventur, is autem qui recepit hereditatem, legatarii loco habeatur*, refert etiam Cujacius *in notis ad J. Paul. Lib. 4. ſentent. tit. 3. in princip.* Franc. Hotoman. *in §. ergo, inſt. de fideicommiſ. hered. enunciation. 1.* & nos obſervavimus *ſup. Cap. 3.* Hinc præclara expenduntur reſponſa, quæ ad hujuſmodi rationem, & regulam legis Falcidiæ Pegaſianam deductionem librant *dict. l. coheredi 4. §. quod ſi heredem 3. D. de vulgar. in fin.* ibi: *Citra Falcidiæ rationem debebitur, l. cum filiofamiliàs 11. D. de legat. 1.* ibi: *Habita ratione legis Falcidiæ, l. pater. 14. D. ad l. Falcid.* ibi: *Admiſſa compenſatione dotis in Falcidia ratione, l. Pater 54.* ibi: *Sed hac ratione nemo in Falcidia ratione quidquam deducet, D. ad l. Falcid. l. ſi patroni 55. §. 2. D. ad Senatuſconſultum Trebellian.* ibi: *Quartam enim Falcidiæ Jure fideicommiſſarius retinere non potuit Jure Falcidiæ*, id eſt ratione, & regula, *l. patrem 19. D. quæ in fraudem creditor.* ibi: *Omiſſa ratione Falcidiæ, l. 2. C. ad l. Falcid. in principio l. 3. C. eodem*, ibi: *Ad eum videlicet modum, quem lex Falcidia patitur:* qua præcautione non turbaberis, ſi legem Falcidiam in fideicommiſ-
ſis inveneris. Hinc forſan primus obſervo, quod 24
cum Pegaſiana ad formam, & regulam legis Falcidiæ deduceretur, merito acceptum fuit edictum illud *ſi cui pluſquam per legem Falcidiam licuerit legatum eſſe dicetur, l. 1. §. hodie 5. §. ſed & legatario 13. l. videamus 5. D. eodem, ſi cui pluſquam per legem*, ſic intelligo *l. is cui 31. D. ad leg. Falcid.* ibi: *Propter conditionem aliorum fideicommiſſorum, vel legatorum legis Falcidiæ cauſa pendebit:* cauſa, id eſt ratio, & computatio, nam ſi illa ratio, quæ in deducenda Falcidia adhibebatur, ſimiliter obſervabatur in Pegaſiana, edictum illud præcautionis *ſi cui pluſquam per legem Falcidiam* Pegaſiano merito applicatur. Sed quomodocumque ſit, ſive ex interpretatione Juriſconſultorum, ſive ex conſtitutione D. Pii, de qua in *l. filiusfamiliàs 18. D. ad l. Falcid.* extenſionem edicti jam prænoverunt Cujac. *in commentar. ad l. 1. D. de legat. 1. & in l. 2. C. commun. de leg. & Lib. 8. obſervat. Cap. 5.* Gothofred. *dict. leg.* Æguin. Baro *in manualib. ad Pandect. Lib. 5. fol. mihi 207.* Claud. Chiflet. *Libr. 4. de Jure fid. Cap. 8.* doctiſſimus Melchior de Valentia *tit. 3. ill. tract. 5. Cap. ult. num. 24.*

Multoties cum viderent Teſtatores, in reſtitu- 25
tione fideicommiſſi heredem inſtitutum retenturum quartam ipſi; aut certis bonis aſſignatis, concedebant: aut abſolute eam in teſtamento prætribuebant, quo caſu jure legati, aut quod certius eſt, prælegati præcipiebat trientem illum inſtitutus, pro qua reali deductione magis Falcidia lex competebat, quam Senatuſconſultum Pegaſianum: cum iſtud tunc habebat locum, quando nulla deſignata quarta, Teſtator rogabat heredem reſtituere, aut totam hereditatem, aut ſupra dodrantem ejus, *§. ergo, inſtit. de fideicom. hered.* (diximus *ſup. Cap. 3.*) ex quibus ſecure intelligetis difficile altas reſponſum in *l. Titia 86. l. ſi heres 90. D. ad l. Falcid.* ibi: *Quoniam quod ei paterfamilias dare voluit legis Falcidiæ commodum præſtat:* ſic etiam reſcriptum Severi, & Antonini Cocceio Campano miſſum, quod inſeruit Marcellus *in l. ſi quis priore 29. D. ad Senatuſconſultum Trebell.* ibi: *Ut contentus rebus ſibi datis, aut ſuppleta quarta ex lege Falcidia, hereditatem reſtituat, &c.* quod tranſtulit Juſtinian. *in §. ſed & ſi quis 3. inſt. quibus modis teſtamen. infir. l. deducto 58. §. 3. D. ad Trebell.* ibi: *Acceptis centum, hereditatem rogatus reſtituere totam pecuniam Jure Falcidiæ percipere videtur, l. 1. §. ſi is qui quadringenta 17. D. eodem, l. ſi heres 125. D. de leg. 1. l. filium 5. §. ſed & ſi portio, D. de leg. præſtand. l. ſi ut allegas 11. C. ad l. Falcid.* ibi: *Certiſque ſpeciebus pro Falcidia præcepit eſſe contentam, auxilium Falcidiæ, quod imploras apud ſuum judicem, non prohiberis flagitare, l. quotiens 10. C. familia erciſcund. l. 3. §. cum Pol-
lidius, D. de uſuris.* Ex his non inſubtiliter acci- 26
pies *l. legatus 30. D. ad Senatuſconſultum Trebell.* ibi: *Sed ut reverſus domum ſi putaverit ſibi expedire commodo Falcidiæ, vel teſtamento utatur:* disjunctio enim expoſitiva eſt (de qua nos plura *Lib. 1. Cap. 12.* & aliqua *hoc Lib. Cap. 3.*) ſubdisjunctive commodum Falcidiæ, ſeu teſtamentum, poſitum fuit, quaſi Conſultus diceret, utatur commodo Falcidiæ, ſcilicet bonis pro quarta ſua in teſtamento aſſignatis, id eſt in ſubjecta materia commodum

27 modum teſtamenti. Ex noſtra etiam ſententia accipiendus eſt Africanus *in l. ex aſſe* 28. §. *fin. D. ad Senatuſconſultum Trebell.* nam ex antecedenti §. patet, quadrantem inſtituto reſervatum fuiſſe, ad illum enim lex Falcidia pertinet. Majorem hæſitantiam nobis imponit Paulus *Lib.* 2. *fidei-*
28 *commiſſorum in l. qui ita* 66. *D. ad Senatuſconſultum Trebell.* nam littera reſponſi non indicat quartam inſtituto deſignaſſe Teſtatorem, & aperte de fideicommiſſo teſtamentario loquitur, & tamen lege Falcidia inſtitutum uſurum reſpondit: Terruit ſane reſponſum, ſed nihilominus lucella aliqua, non bene diſtincta, nec ſatis obſcura, ducit nos ad veritatem: duo enim ibi inſtituti fuerunt, & alter ſub conditione, ſi coheres ejus adiiſſet, coheres non libens, ſed compulſus adiit, dubium inde an inſtitutus, qui non coactus fuit, lege Falcidia uti poſſet, & reſpondere poſſet: fuit ſane inſtituto præſervata quarta à Teſtatore, qui inter coheredes diviſit hereditatem, utrique ſua portione aſſignata, qui aliter, cum fideicommiſſum teſtamentarium eſſet, & quod magis eſt, univerſale, ad legem Falcidiam pertineret? Inde enim augebatur dubium: nam cum inſtituiſſet heredem, & reſervaſſet portionem ſub conditione, ſi coheres ejus adiiſſet, reſponſum eſt *uti poſſe lege Falcidia*, quamvis coheres coactus adiiſſet, in illis enim verbis, in quibus conſiſtit reſponſum *uti poteſt lege Falcidia* aperte demonſtratur, quæſitum fuiſſe de quarta reſervata à Teſtatore, quæ ex lege Falcidia eſt, & pro ea datur, uti graviſſimis reſponſis hic confirmavimus: plerumque in noſtro Jure à reſponſione auſpicamur quæſtionem, ſic (uti alias obſervavi) fragmenta mutila, & trunca ſunt reſponſorum. Juvat & ſententiam noſtram inſcriptio: nam Paul. *Lib.* 2. *fideicom.* locutus fuit de rebus aliquibus ſpecialiter heredi deſignatis, uti colligitur ex *l. ſi à me* 29. *D. ad l. Falcid.* cum ergo conjecturæ à verbis, ab inſcriptione, à Jure conveniant, quieſcere poterimus. Deducimus ergo ex his ad legem Falcidiam pertinere deductionem, quam aſſignatam ab ipſo Teſtatore heres inſtitutus recepit, nam cum Jure prælegati accipiat, ut proxima reſponſa probant, non eſt mirum ſi Falcidiæ accommodetur, cum ex prælegatis deducatur Falcidia *dict. l. Titiæ* 86. *l. Neſennius* 22. 29
D. ad l. Falcid. l. à coheredib. 17. *C. eod. tit. l. ex facto* 35. §. 1. *D. de hered. inſt.* docent Cuj. *Libr.* 6. *reſponſ. Pap. ad l. heredi* 15. *D. de his quibus, ut indign.* & *d. l. facto,* & *l.* 125. *de leg.* 1. & *Lib.* 9. *reſp. Pap. in l. deducta*, §. *meminis ad Senatuſconſultum Trebell.* & *Libr.* 13. *reſ. Pap. ad l. quod bonis* 15. §. *fideicommiſſum*, *D. ad l. Falcid.* Æmilius Ferret. *in rub. D. ad l. Falcid. nu.* 31. Mantica *Lib.* 9. *de conject. ult. vol. tit.* 14. *n.* 19. D. Gothof. *d. l. coheredibus* 17. & ſic potuerunt ſub hoc reſpectu Juriſconſulti meminiſſe legis Falcidiæ in fideicommiſſis univerſalibus, ſeu particularibus, quod dignum animadverſione judico, ſed tamen ut noſtra complecatur diſquiſitio, animadverte ad ſequentia.

C A P. VII.

Diſputatur D. Pii conſtitutio, qua lex Falcidia ad ſucceſſiones ab inteſtato extenſa fuit à num. 1. *cum ſeq. Qui eam agnoverint,* & *tractaverint.* 2. *Lex Falcidia ſucceſſiones ab inteſtato cogitare non potuit.* 3. *Nec S. Conſultum Pegaſianum.* 4. *Nec Trebellianum.* 5. *Cauſa extenſionis D. Pii.* 6. *Diſquiritur ratio, qua tantum temporis id facere P. Romanus ceſſaverit.* 7. *Unde Contii aliorumque judicio ſatisfit.* 8. *Sed cur lex Falcidia,* & *non Pegaſianum inductum fuit.* 9. *Intellectus aliquorum* in l. filius familias, D. ad l. Falcid. 10. *Lex Falcidia nunquam pro Pegaſiana quarta capitur.* 11. *Traditur ratio, qua Pegaſianum non extenſum fuit.* 12. *Stipulationes Pegaſiani ambages,* & *circuitus odioſi ſunt.* 13. *Lex Falcidia acceptior fuit.* 14. *An Trebell. in fideicommiſſis ab inteſtato acceptum fuerit?* 15. & *Pegaſianum.* 16. *A id expenditur* l. recuſare 6. §. meminiſſe 6. cum ſeqq. D. ad S. Conſultum Treb. 17. *Unde gravis conſideratur difficultas.* 18. *Sententia certa datur ex conſtitutione D. Pii.* 19. *Cuj.* & *Gothofr. notantur.* 20. *Reſtitutio ex Trebell. fiebat, cum quarta à teſtatore deſignabatur, vel reſervabatur in teſtamento.* 21. *Trebell. dabatur in fideicommiſſis ab inteſtato.* 22. *Secus erat Pegaſianum.* 23. *Inde explicantur* l. 3. & 5. C. ad S. C. Treb. 24. 25. *Et* l. fi. quando dies legati cedat. 26. *Et* d. l. recuſare, §. 1. & 2. 27. *S. C. Pegaſianum in una coactionis parte ſemper gratum fuit,* & *pertinuit ad fideicommiſſa ab inteſtato.* 28. 29. *Sed cur non quoad detractionem quartæ.* 30. *Late explicatur Ulp.* d. l. recuſare, §. 1. & 2. 31. Et l. cogi 16. §. idem Mæcianus 9. D. ad S. Conſultum Trebellian. 32. *Fideicommiſſa in dubio accipiebantur de illis, qui ab inteſtato relinquebantur.* 33. *De hac inductione D. Pii aliqua reſponſa intelliguntur.* 34. 35. *Explicatur Synopſis Baſiliconis.* 36. *Curioſa animadverſio* in l. in teſtamento 12. C. de teſtam. milit. 37.

SED quamvis non ingratam, quam proximo Capite regulam adſeruimus, futuram multis, ſperarem: ut tanta obſtantia reſponſa ſedarentur, tamen inique (mea ſententia) facerem, ſi illi acquieſcerem quoad cuncta Juris reſponſa, quæ legem Falcidiam videntur accommodare fideicommiſſis: multa enim ſunt in quibus proprie lex Falcidia ſtat, ſedetque Jure non improprie, vel
(ut ita loquar) trahitur. Et primo utiliter pro 1
multorum Jurium cognitione, & ut ad alia æquam ſternamus viam, aggredior D. Pii conſtitutionem, qua lex Falcidia ad ſucceſſiones ab inteſtato extenſa fuit propter fideicommiſſa: cujus conſtitutionis monumentum reliquit J. Paul. *Lib.* 11. *quæſtion. in l. filiusfamiliàs* 18. *D. ad l. Falcid.* ibi: *Dixi, legem Falcidiam inductam eſſe à D. Pio*

etiam in Inteſtatorum ſucceſſionibus propter fideicommiſ-
ſa. D. enim Antoninus Pius, cum multa de Jure
ſanxiſſet, uti *in ejus vita* refert J. Capitolin., in-
ter alia (quorum multa adhuc in Jure Pandecta-
rum noſtro ſuperfuerunt, adſerente ſic J. Ræ-
vardo *Lib.* 3. *variar. Capit.* 10. dum Antonino-
rum differentias inquirit) celebrem conſtitutio-
nem condidit, qua legem Falcidiam ad ſucceſſio-
nes ab inteſtato propter fideicommiſſa utiliter in-
duxit, quam quidem libentes agnoſcunt noſtri Ju-
2 ris Interpretes, Alexander, veluti, *dict. l. filius-*
familiâs, J. Cuj. *in Paratil. D. ad l. Falcid. Lib.*
2. *quæſtionum Papia. ad l. ita ſtipulatus* 115. *D. de*
V. O. & Lib. 8. *obſervat. Cap.* 4. *& Lib.* 11.
quæſt. Paul. d. l. filiusfamiliâs & in commentario
ad l. 1. *D. de legat.* 1. A. Govean. *in præfation.*
ad tit. D. ad l. Falcid. a. 15. & Weſembec. *ad*
eundem num. 6. Franc. Huſman. *paradox.* 8. *ad l.*
Falcid. fol. mihi 34. A. Contius *Lib.* 2. *ſubceſ. lect.*
Cap. 4. Franc. Duaren. *in comment. ad tit. D. ad*
l. Falcid. Cap. 5. A. Pichard. *in prælect. ad dict. l.*
1. *D. de leg.* 1. *Cap.* 12. A. Faber. 2. *tom. err. de-*
cad. 36. *error.* 4. *num.* 9. *& in Juriſprudent. Pa-*
pin. titul. 11. *princip.* 9. *illation.* 5. Oſvald. *ad Do-*
nell. Lib. 7. *com. Cap.* 21. *litt. D.* Franc. Hoto-
man. *de quarta Falcid. fol.* 3. Gaſpar Anton. The-
ſaur. *deciſ. Pedem.* 141. *num.* 6. (qui ſic intelli-
gendus eſt) Melchior de Valentia *Lib.* 1. *illuſt.*
tract. 3. *n.* 11. Claud. Chiflet *de portionib. C.* 17.
Cum enim lex Falcidia ſolum quaſi præ oculis ha-
buiſſet legata, eaque in modum certum redegiſſet,
quæ cum niſi in teſtamento relinqui non poſſint,
3 §. *præterea, inſt. de fideicommiſ. hered.* ſucceſſiones
ab inteſtato cogitare non potuit, ac per conſe-
quens fideicommiſſa ab inteſtato relicta, quæ nec
tunc temporis erant neceſſaria, uti bene ſenſe-
4 runt Paul. de Caſtr. *d. l. filiusfamiliâs*, We-
ſembec. *ubi ſup. num.* 6. & A. Faber *d. illat.* 5.
eadem ratione inteſtatorum fideicommiſſa immu-
nia permanſerant à S. Conſulto Pegaſiano, quod
ſolum fideicommiſſa Teſtatorum comprehende-
rat, teſte unico Juſtiniano *in §. ſed quia inſt. de*
fideicom. hered. nam alias in vanum Antoninus le-
gem Falcidiam induxiſſet ad fideicommiſſa ab in-
5 teſtato. Quid autem S. Conſultum Trebellianum?
Solum illud actionum tranſlationem ex teſtamen-
to præſcripſerat, nec deductionem aliquam cura-
vit, excogitavitve, *l.* 1. *D. ad Senatuſconſultum*
Trebell. l. recuſare 6. *§.* 1. *D. eodem*, *§. reſtitu-*
ta, inſtit. de fideicommiſſar. hered. cum ergo lege
aliqua, vel Senatuſconſulto, aut Juriſconſultorum
interpretatione, quam non habemus, fideicom-
miſſa ab inteſtato nulli moderationi obnoxia ma-
nerent, ſentiens conſultiſſimus Cæſar D. Pius ſic
6 fraudari Falcidiam legem, S.que Conſultum Pe-
gaſianum, temperavit illa deductione trientis,
inducens ad ea, bono publico, ſalutarem legem
Falcidiam: ne alias tituli fideicommiſſi ab inteſta-
to, ultra quadrantem (quod tunc temporis fieri
7 poterat) relinqueretur, ſed qualiter P. Romanus
tantum temporis demoratus fuerit, ut ad fidei-
commiſſa ab inteſtato legem Falcidiam extenderet:
nam à tempore, quo D. Auguſtus exemplum præ-
ſtitit, à quo fideicommiſſa exorſa fuerunt neceſſi-
tatem in perſona Lentuli uſque ad D. Pii tempo-
ra tranſactum fuit ultra 142. annos, uti comperi-
mus *ſup. Lib.* 3. toto enim illo tempore fraudi
ſubjacebat lex Falcidia, aut S. Conſultum Pega-
ſianum, cum ultra quadrantem, aut legari aut fi-
deicommitti poterat titulo fideicommiſſi ab inteſta-
8 to: quod magis dignum animadverſione judico
contra A. Contii aliorumque judicium, qui ferre
non poterant fideicommiſſa nulli deductioni ſub-
eſſe uſque ad Veſpaſiani tempora, & ſic illo in-
termedio tempore Falcidiam, de quibuſcumque
fideicommiſſis deductam fuiſſet cui ſubtilitati jam
reſpondimus *ſup. hoc Lib. Cap.* 5. & ſane adhuc
apud me ſemper firma manet ſententia, ſedetque
animo, multum temporis prolapſum fuiſſe, donec
conſenſu certo populi fideicommiſſa neceſſaria
ſtabilita fuerunt, nam paulatim ea neceſſitas in-
troducta fuit *princ. inſt. de fideicom. hered.* & deni-
que quouſque neceſſitas legis agnoſcitur, ei-
que congruum remedium adhibetur, ô quantum
multoties Legiſlator cunctatur! reſpice tamen
quæ *d. C.* 5. expendimus, & non miraberis legis
Falcidiæ extenſionem tam diu in ſuſpenſo fuiſſe,
quouſque D. Pius ſanxerit eam, & induxerit.

Sed ſuaviter requiret aliquis, atque utiliter, ſi
Pegaſiana de fideicommiſſis deducitur univerſali-
bus, atque ſpecialibus, & tanquam fideicommiſ-
ſorum provincia S. Conſulto Pegaſiano ſubjaceat,
debuit D. Pius non legem Falcidiam, ſed S. Con-
ſultum Pegaſianum inducere ad fideicommiſſa ab
inteſtato. Niſi forte malimus, legem Falcidiam 9
(de qua in conſtitutione D. Pii fit mentio) ſub-
intelligendam Pegaſianam, quod viſi fuerunt Al-
bericus *d. l. filiusfamiliâs*, & A. Pichard. *d. l.* 1.
D. de leg. 1. *c.* 12. agnoſcere, cum frequentiſſi- 10
mum in noſtro Jure reperiamus Falcidiam pro Pe-
gaſiana ex congeſtis juribus Capite ſuperiori, ſed
nihilominus proprie lex Falcidia fuit, quam D.
Pius ad fideicommiſſa ab inteſtato induxit, non
Pegaſianam; nam quamvis aliquando in Jure no-
mina iſta promiſceantur (uti & nos nec abnui-
mus Cap[illegible]cedenti) non tamen lex Fal-
cidia pro[illegible]tuſconſulto Pegaſiano ſumpta
fuit, nec [illegible] *καταχρησιν* ſimilem inveni apud
Jureconſultos noſtros: cum enim Falcidia abuti-
mur pro Pegaſiana, magis τὸ *Falcidia* pro parte, 11
& deductione ſumitur, quam pro Falcidia lege,
ut Capite præcedenti probavimus; non ſic, quan-
do lex Falcidia expreſſe deſignatur, & eo nomi-
ne abuti volumus pro S. Conſulto Pegaſiano: hoc
enim inviſum eſt, nec tolerandum, uti prædo-
cuerunt Oſvald. ad Donell. *Lib.* 7. *Com. C.* 30.
litt. C. & Schieferdecker, *Lib.* 3. *tract.* 7. *q.* 6.
Legem equidem Falcidiam D. Pius ad fideicom- 12
miſſa ab inteſtato extendit; non S. Conſultum Pe-
gaſianum, ex ratione in præcedentibus jam à me
libata, quod ſcilicet S. Conſultum Pegaſianum,
ejuſque ſtipulationes odio habuerint ipſi Juris
conditores, uti Juſtinianus ipſe teſtatur *in §.*
ſed quia 7. *inſt. de fideicom. hered. l.* 2. *§. quin-*
tus 6. *C. de veteri Jur. enucleand.* quas circui-
tus, & ambages idem vocavit *in Auth. de heredib.*
& Falcid. Cap. 1. *καὶ μάλιστα ἐφ' ἡμῶν ὅσπερ τῷ Τρεβελ-* 13
λιανίῳ μόνῳ δόγματι δεδώκαμεν ὅτι τῶν τοιούτων φιδεικομ-
μίσσων χώραν τὰς τοῦ Πηγασιανοῦ περιόδους μισήσαντές τε, καὶ
ἐκβαλόντες: Et maxime apud nos, qui Trebelliano ſoli
dogmati dedimus in talibus fideicommiſſis locum, Pe-
gaſiani circuitiones odio habentes, & expellentes (quo
loci τὰς περιόδους merito Haloander *ambages* vertit)
ipſe equidem Papinianus, teſte eodem Juſtiniano
dict. §. 7. captioſas ſtipulationes vocavit (quod in
his verbis, ſine dubio reſpexit Juſtinian.) uti Pi-
chard., Balduin., Gothofred., & alii ordinarii *dict.*
§. 3. exemplis illuſtrant, & Claud. Chiflet. *de Ju-*
re fideicom. Lib. 4. *Cap.* 8. conducitque A. Faber 14
2. *tom. err. decad.* 27. *err.* 1. *num.* 17. lex equi-
dem Falcidia planior, & ſanior fuit, quæ nun-
quam inſtitutum heredem re, & effectu, nomine-
que ab obligationibus dimovit hereditariis, rectis
Juris conſervatis principiis: ac per conſequens
favorabilior: Roland. à Valle *tom.* 1. *conſ.* 27.
num. 4. Alex. 1. *vol. conſ.* 67. *num.* 3. Anton. Cor-
ſetus *in tract. eodem. Trebellianis. §.* 1. *num.* 5. Franc.
Porcellinus *in tract. de inventar. Cap.* 6. *num.* 18.
Ex quibus rationibus effectum fuit, ut ſemper lex
iſta extenderetur ad donationes cauſa mortis, ad
donationes

donationes inter virum, & uxorem; non verò
Pegaſianum.

15 Sed adhuc conſtitutio D. Pii in vanum videtur
extendiſſe legem Falcidiam ad fideicommiſſa ab in-
teſtato, cum Senatuſconſultum Trebellianum, non
ſolum in fideicommiſſis in Teſtamento, ſed ab in-
teſtato relictis obtinuerit locum, *l. recuſare 6. §.
meminiſſe* 1. & antea *in l.* 1. *§. hoc autem Senatuſ-
conſultum* 5. *l. Lucius Titius* 78. *D. ad Senatuſcon-
ſultum Trebell. §. præterea* 10. *inſt. de fideicom. he-
reditatib.* ſed obex iſte parum noſtrum ſiſteret cur-
ſum: nam ſi intelligeremus in Juribus iſtis proprie
Senatuſconſultum Trebellianum, quod ſolum a-
ctionum tranſlactionem curavit, non deductionem
trientis: diſſolveremus, id magis conſtitutionem
D. Pii effeciſſe per legis extenſionem Falcidiæ, ut
à fideicommiſſis ab inteſtato triens Falcidianus de-
16 duceretur; ſed Senatuſconſultum Pegaſianum e-
tiam in hujuſmodi fideicommiſſis inſedit, Pega-
ſianaque quarta ab eis deducitur, uti non ambi-
gue Cæſarum certa probant reſcripta, utpote Im-
peratores Carus, Carin., & Numer. *in l. fideicom-
miſſum* 3. & A. A. Diocletianus, & Maxim. *in
l. & ſine ſcriptura* 1. *C. ad Senatuſconſultum Trebel-
lian. & in l. fin. C. quando dies legati cedat:* nam
quamvis poſt D. Pium imperium obtinuerit, ſane
Pagaſianam agnoſcunt in fideicommiſſis ab inteſta-
to relictis: quamquam enim in reſcriptis Senatuſ-
conſulti Trebelliani mentio fiat, ſubintelligere
Pegaſianum debemus ex conſtitutione Juſtiniani
abraſum: Trebellianum enim nullam invenit quar-
tam; ſed Pegaſianum ſolum: & ſic quotieſcum-
que trientis deductionem in reſcriptis, reſponſiſ-
ve legimus, quamvis ſub Trebelliani nomine,
ſemper Pegaſianum intelligimus (uti cum multis
obſervavimus *ſupra Cap.* 4.) Cæſares ergo iſti, qui
poſt D. Pium longe imperium obtinuerunt, Sena-
tuſconſultum Pegaſianum in fideicommiſſis ab in-
teſtato evidenter attribuunt, & ejus autoritate ab
17 hujuſmodi fideicommiſſis quartam deduci. Ipſe
Ulpianus, qui ſub Alexandro floruit, pro certo
idem ſupponere videtur *dict. l. recuſare 6. §. memi-
niſſe, cum §. ſequent.* dum Trebellianum in fidei-
commiſſis ab inteſtato admittit, & cogi poſſe ne-
ceſſarios heredes abſenteſque reſpondit, propter-
quod neceſſario Pegaſianum ibi ſuſcipere debemus,
cum iſtud, non autem Trebellianum, compulſio-
nem intulerit: & ſic liquido apparere, pertinuiſ-
ſe, vel extentum fuiſſe Senatuſconſultum Pegaſia-
num ad fideicommiſſa ab inteſtato. Ex quibus in-
gens naſcitur difficultas, nam ſi D. Pius legem
Falcidiam ad fideicommiſſa ab inteſtato induxit, in
vanum id effecit, ſi virtute propria, aut exten-
ſione Juriſconſultum Senatuſconſultum Pegaſianum
ea præocupaverat: convincitur ergo ratio Go-
veani *dict. l. filiusfamilias*, aliorumque Interpre-
tum jam datorum, ideò, D. Pium; adſerentium,
legem Falcidiam ad fideicommiſſa extendiſſe ab in-
teſtato, quia ad illa, nec Falcidia, nec S. Con-
ſultum Pegaſianum pertinuerat, (quod & nos Ca-
pite iſto præpoſuimus) ſi autem hæc ratio vera
fuit, & ſi ex juſta neceſſitatis cauſa D. Pius Falci-
diam induxit, quid quæſo in cauſa eſſe potuit Cæ-
ſaribus, & Ulpiano, qua Pegaſianum Senatuſcon-
ſultum in fideicommiſſis admittant ab inteſtato, qui
neceſſario aut oblivionis, aut mendacii coarguen-
di veniant: quorum utrumque, aut adverſus D.
Pium, aut adverſos Cæſares iſtos, magnumque
Conſultum Domitium Ulpianum, multum detrahit
Juris autoritati.

18 Mirum eſt, quantum me hæc Juris difficultas
torſerit, & incruciaverit; nam ſi Juris Interpre-
tes conſulo, quietiſſime ſubjicere video: ſi ami-
cos, ſuperciliis erectis muſſitare: aut gravi ſilen-
tio immanem difficultatem comminari: forte feli-
cioribus ingeniis ridebitur angor noſter, ſed cum
inſtituti noſtri, atque innati moris ſit, verum in-
genue profiteri: ſic inpræſentiarum facio, ut faſ-
tum animadvertam doctiſſimos, eorumque doctri-
nam nos expetere, in hiſque anguſtiis ambire;
tamen ut doctrina eorum doceat, & cenſeat, æ-
quum duxi noſtrum judicium eis ſupponere. Pro- 19
bo Pauli ſententiam, & autoritatem, D. Pium
legem Falcidiam ad fideicommiſſa ab inteſtato in-
duxiſſe, nec de illis quidquam Senatuſconſultum
Pegaſianum ſomniaſſe, nec contrarium deduci ex
his reſcriptis inimice obſtantibus. Prætereo pri- 20
mo Cujacium, & Gothofredum, in eis concurre-
re legem Falcidiam & Trebellianum docentes:
quicumque dijudicabit, quam indigna tantorum
virorum ſententia ſit, ut quod nec in ea refellen-
da immoraremur, digni: Idem Cuj. *Lib.* 11.
quæſt. Paul. dicta l. filiusfamilias accipit *dict. l.* 3.
de lege Falcidia ex D. Pii conſtitotione: tu in ea
leges Senatuſconſultum Trebellianum, quid ergo
iſtud cum lege Falcidia, & conſtitutione D. Pii?
Alii varie fœdant elegantiſſimum reſponſum, &
loco τὸ *reſtitutio*, reponunt *retentio*, alii, *inſtitu-
tio*, ut apud Cuj. invenies *Lib.* 18. *obſervat. Cap.*
9. qui Græcos notat in hypotheſis conſtitutione.
Ego autem obſervo, multoties Romanos antiquos
in fideicommiſſis conſtituendis gravaſſe heredes
ſuos hereditatem reſtituere, vel deducta quarta:
vel loco ejus, bonis aliquibus aut deſignatis ipſis,
aut relictis, *l. Titia* 86. *D. ad l. Falcid. l. ſi quis
priore* 29. *ad Trebell.* cum aliis latiori tractatu ex-
pendendis ita ut libera quarta inſtituto maneret;
hoc in caſu hereditas reſtituebatur ex Senatuſcon- 21
ſulto Trebelliano: nam tunc Pegaſianum habebat
locum, quando ultra quartam quis gravatus reſti-
tuere erat hereditatem, uti obſervavi, *Cap.* 3. *ex
§. ergo inſt. de fideicommiſſar. hereditat.* & ex Ulpia-
no *in fragmentis tit.* 25. *§. is qui rogatus.* Hoc er-
go Senatuſconſultum Trebellianum, quamvis ejus
verba hereditatem teſtamentariam comprehendiſ-
ſe videantur *l.* 1. *D. hoc tit.* tamen in fideicom- 22
miſſis ab inteſtato Juriſconſultorum, qui favorabi-
liori interpretatione hoc Senatuſconſultum proſe-
cuti fuerunt, indubitanter colligitur *ex d. l.* 1. *§.
hoc autem S. Conſultum* 5. *& ex dict. l.* 3. *& ex
dict. l. recuſare*, §. 1. & ex aliis juribus jam præ-
ſcriptis: in hoc ergo caſu, quando triens ſuus
præſervatus à defuncto fuerat, & ex Trebelliano
reſtituebatur hereditas ab inteſtato, D. Pius legem
Falcidiam non extendit, nec neceſſarium fuit,
nec etiam S. Conſultum Pegaſianum, cum legiti-
mus ſuam quartam haberet, & ſic præmium & in-
citamentum ad aditionem. At vero cum Pegaſia-
num minus favorabile, imò odioſum fuerit Juriſ-
conſultis acceptum (ut hoc Cap. & alibi dixi)
quamvis ſolum de Teſtamentariis fideicommiſſis
locutum fuerit, non invenimus Juriſconſultos tra- 23
ctaſſe interpretatione ejus extenſionem ad fidei-
commiſſa ab inteſtato, ultra trientem legitimorum
relicta; quæ cum Pegaſianum, nec lex Falcidia,
nec Juriſconſultorum interpretatio comprehendiſ-
ſet, Conſultiſſimus Cæſar D. Pius Antoninus agno-
ſcens Pegaſianum, legemque Falcidiam facile
fraudari Teſtatoribus, titulo fideicommiſſi ab in-
teſtato ſuas ultimas voluntates diſponentibus, ex-
tendit, & induxit (per rationem ſupra traditam)
non Pegaſianum odioſum, ſed gratam Falcidiam
legem, ut de illis ſuum etiam trientem legitimi
heredes, hujuſmodi fideicommiſſo gravati, dedu-
cerent. Ex his patet ingreſſus ad *l.* 3. *&* 5. *C.* 24
ad S. Conſultum Treb. nam cum in illis legitimi,
retenta quarta, juſſi fuiſſent reſtituere heredita-
tem: reſtituunt eam ex S. Conſulto Treb. quod
ſemper in eo caſu viguit, non ex lege Falcidia
Antonini: non ex S. Conſulto Pegaſiano, ut hic

animadverti, & ſic ex eodem S. Conſulto Trebelliano retinent quartam, defuncti ſpeciali voluntate reſervatam, quod quidem expreſſum eſt *d. l. 5.* ibi: *Deſignavit velle ſucceſſionem obtinere, uſque ad dodrantem:* Teſtator enim ſe adæqoans ſententiæ S. Conſulti Pegaſiani (ſic intelligo ejuſdem reſcripti verba ibi: *Quantum penes eos ſententiæ Senatuſconſulti relinqui præcepit:* ideò enim ſententiam dixit, quia Pegaſianum ſolum de fideicommiſſis Teſtamentariis loquebatur, & ſolum ſententia demonſtraverat, quæ ab inteſtato relinquebantur) voluit legitimos reſtituere hereditatem, vel ſuc-
25 ceſſionem obtinere uſque ad dodrantem. Sic etiam ſecure interpretamur *l. 3.* nam cum Zoticus, & alii legitimi heredes, rogati fuiſſent uſque ad dodrantem, vel retenta quarta Reipublicæ hereditatem reſtituere, ipſique reſtituiſſent integram hereditatem quodam errore facti, vel alia ratione integra hereditas ad Rempublicam perveniſſet: quarta, ejuſque fructus, heredibus legitimis reſtitui debent *l. error 9. C. ad l. Falcid.* uti bene Accurſ. interpretatur *dict. l. 3.* & ſentit Hugo Donell. *in commentario ad eam*, & hoc, ex S. Conſulto Trebelliano, quod ἐμφατικῶς Imperatores ſubjiciunt, ab inteſtato quoque locum habere: ſubjecta verba ad differentiam Pegaſiani poſita ſunt, & ut quæſtioni fideicommiſſi ab inteſtato ipſis propoſitæ ſe adæquarent, & ſic quartam, quam legitimis reſervaverat defunctus, Reſpublica reſtituere debet, fructuſque quartæ, per Senatuſconſultum Trebellianum, quod obtinebat locum in hoc caſu: nam quamvis legitimi fructus quartæ interim perceptos non reſtituant *l. in fideicommiſſaria 18. D. ad Senatuſconſultum Trebellianum*, tamen ſi fideicommiſſarius reſtituat quartam, debet etiam fructus ejus reſtituere, qui, ſi bonis legitimi fruiti eſſent, ad ipſos pertinuiſſent, ut dominos rerum: uti optime Donell. *ad eandem l. 3. à num. 3.* cum ergo hîc ex Senatuſconſulto Trebelliano reſtitutio fit ab inteſtato, neceſſario intelligere debemus reſcriptum loqui de ſpecie illa unica ipſi Senatuſconſulto poſt Pegaſianum reſervata, quando non ultra dodrantem heres gravatus erat *d. §. ergo de fideicom. heredítat.* hoc enim officium boni Interpretis eſt ex ſuis principiis penetrare Jura, maxime noſtræ Juriſprudentiæ, in qua reſcripta, & reſponſa breviora Delphicis oraculis prodierunt, aliàs enim cunctæ interpretationes ſubverti, utpo-
26 te divinatoriæ, poſſent. Lex autem finalis *quando dies legati cedat* parum nos remoratur, cum ſucceſſori ſalvam fore quartam, ſolum reſcriptum ſit, nec ex quo titulo, an ex Trebelliano, vel Falcidia addatur, & ſecundum ante dicta, accidere potuit, quod ſi ultra quartam fideicommiſſum ſit, ex Falcidia Antonini: ſi intra eam, ex Senatuſconſulto Trebelliano: quod cum reſcriptum non expreſſerit, ſalva remanſit quarta legitimo ex altero duorum, ſecundum qualitatem quæſtionis.

27 Sed acrius nos circumſtaret Ulpianus *dict. l. recuſare, §. 1. & 2. D. ad Senatuſconſultum Trebellianum*, qui circa Pegaſianum reſpondere videtur, reſolvens, ab inteſtato Senatuſconſultum locum habere, uti gravius expendimus ſup. ſed præmunimus nos, aliud agentes, adverſus non levem difficultatem reſponſi *dict. Cap. 3.* prætentans utrumque Senatuſconſultum concurrere, quando compulſus inſtitutus adibat hereditatem, ita ut quamtumvis compulſio ex Senatuſconſulto Pegaſiano fieret, tamen reſtitutio ex Trebelliano fieri poterat. Cum ergo Ulpian. Senatuſconſultum ab inteſtato habere locum firmat, Trebellianum intelligimus, & ἐμφατικῶς ſcripſit *dict. §. 1. hoc Senatuſconſultum*, Trebellianum ſcilicet, ad Pegaſiani diſcrimen; ſenſus ergo *dd. §§. 1. & 2. eſt*, quod cum explicaret Ulpian. Senatuſconſultum tranſcriptum *in l. 1. D. eod.* (uti *dict. §. 1.* animadvertit Gothofred. & ex reſponſis antecedentibus colligitur) inquit ergo Conſultus, Senatuſconſultum, quod de Teſtamentis ſcriptum fuerit, verius eſſe, eo quo Jure uſos fuiſſe, ad inteſtatos (ſeu *in Teſtatorum*, ut legit A. Faber infra referendus) quoque ſucceſſores pertinere: ſive legitimi, ſive honorarii ſint. Poſtea ſubditur §. 2. (licet renuant A. Faber, & Schieſerdeckerus) in quo alia diſquiritur quæſtio, an Senatuſconſultum idem ad filium, & neceſſarios heredes pertineat (inſtitutos ſcilicet: uti recte A. Faber accipit *Lib. 7. conject. Cap. 7.* & Gaſpar Schieſerdecker. *Lib. 2. tract. 2. quæſt. 9.* nam inteſtatorum quæſtioni ſatis ample reſponderat Conſultus, in *dict. §. meminiſſe*) movebant dubitandi rationem, quæ hinc inde quaſi incerto jactu concitant Faber, & Schieſerdecker. ubi proxime, atque Oſvald. Hilliger. ad *Donell. Lib. 7. Commentar. Cap. 22. litt. A.* & Chiſlet. *Lib. 4. de Jure fideicommiſ. Cap. 3.* & alii præter antiquos: & ut à verbis colligimus reſponſi (non nunc acrem diſputationem ſubimus, majori examine, ampliorique tempore dignam) reſpondit Ulpian. ad filium, qui in poteſtate eſt, & ad cæteros neceſſarios pertinere hoc Senatuſconſultum (Trebellianum ſcilicet, de quo loquitur) in tantum, quod compelli poſſent hereditatem adire ſeu immiſcere ſe hereditati ex Senatuſconſulto Pegaſiano: ſic deinde reſtituere ex Trebelliano, ut inſinuare Conſultus videtur: non tamen negat ex Pegaſiano reſtitutionem fieri poſſe (*ex dictis Cap. 9.*) ſed quia Conſultus eam arreptferat qoæſtionem, quatenus ad neceſſarios Trebellianum pertinere poſſet, reſtitutionem intelligimus illi attribuiſſe, & Pegaſiani compulſionem. De inſtitutis ergo §. 2. loquitur: inſinuant verba, inſinuat Pegaſianum, inſinuant §§. ſequentes, & præſtita ratio, quia in §. *meminiſſe* inteſtatorum controverſia ſatis reſoluta. Sic ergo noſtra ſententia ſtabit, Senatuſconſultum Pegaſianum ad fideicommiſſa ab inteſtato non pertinuiſſe, nihil Ulpiani his reſponſis obſtantibus, & ideò legem Falcidiam ad fideicommiſſa ab inteſtato inductam fuiſſe à D. Pio.

Sed quamvis non aliena ratione, Jureque Civili hæc forte viderentur alicui non indocto, ut ſane me diſputante viſa fuerunt; tamen judicium meum non erubeſcam profiteri: ſcilicet Senatuſ- 28
conſultum Pegaſianum in una ejus parte ſemper grata, ſemperque accepta, & neceſſaria, Juriſconſultos antiquos recepiſſe, ſeu extendiſſe interpretatione quoad fideicommiſſa ab inteſtato. Moveor juſta æquitatis ratione, quæ ſemper mihi præ aliis autoritatibus valuit: & cui uni omnino deditus ſum. Papinianus enim, cæterique Juriſconſulti, quod præmaxime in hoc Senatuſconſulto odio habuerunt, ſtipulationes illæ fuerunt, captioſæ plurimum, plurimumque valentes ad fraudes, jurgia, liteſque, uti ſupra hoc Capite diximus
ex *dict. §. ſed quia 7. inſtit. de fideicommiſſar. hered.* 29
& aliis monumentis Juris Civilis; non ſic in coactione erat, quæ cum nullum inſtituto damnum inſerret, ſed ſolum intenderet voluntatem teſtatoris ad adimplementum, idque petente fideicommiſſario, ſumme accepta fuit, non ſolum in hereditatis nomine, ſed in peculii, bonorum, patrimonii, facultatum, aliorum quorumcumqueve, ita ut ſi quis rogetur reſtituere quidquid harum rerum ſub quocumque nomine, locus fuerit Senatuſconſulto Pegaſiano, *l. nam quod 14. §. fin. cum legibus ſequentibus, D. ad Senatuſconſultum Trebell.* quæ ſatis Pegaſiani acceptionem demonſtrant, imò ex cuncto Pandectarum Jure aperte colligitur ſemper, & ubique coactionis vim atteſtante, & approbante: cum ergo cogebatur inſtitutus adire hereditatem,

tem, ceſſabant ſtipulationes, quo in caſu utrumque Senatuſconſultum Trebellianum, & Pegaſianum concurrebat, & ſimpliciter transferebantur actiones *dict.* §. *ergo 6. inſtit. de fideicommiſ. hered.* (uti & nos diximus *Cap.* 3.) mirum non eſt ſi interpretatione Conſultorum ad fideicommiſſa ab inteſtato Trebellianum extenſum fuerit, quod & Pegaſianum ſic acciperetur in ejus coactionis parte: quod & juſtiſſima ratione effectum fuit, ut ſic magis adimplerentur fideicommiſſa, quorum tantus favor in Jure Civili paſſim invenitur, & ut ſimiliter inſtituti cogebantur, cogerentur etiam legitimi: ne aliter fideicommiſſa ab inteſtato evaneſcerent: nam quamvis hæc ratio inducere po-
30 tuit Conſultos, ut detractione quartæ Pegaſianum extenderit, remorabantur eos captioſæ illæ ſtipulationes, quæ pro rata de damno, & lucro communicando interponebantur inter heredes, & fideicommiſſarios, & ſic D. Pius legem (ut dixi) Falcidiam extenditpro quartæ deductione ex fideicommiſſis ab inteſtato, quam ipſi facere non poterant (ut eum doctiſſimo Carrança ſupra reſolvimus hoc Lib.) hanc ſententiam (niſi violenter eam ſeducimus) probat Ulpian. *dict. l. recuſare 6.*
31 §. 1. & 2. nam cum in §. 1. Senatuſconſultum, reſpondiſſet, ad inteſtatorum ſucceſſiones pertinere, ſive legitimi, ſive ſucceſſores honorarii eſſent, ſubditur §. 2. *ſed & ad filium, qui in poteſtate eſt, hoc Senatuſconſultum locum habet, & in cæteris neceſſariis, ut à Prætore compellantur miſcere ſe hereditati, ſic deinde reſtituere*, tanquam ſub una contextura Ulpian. ſcribit, Trebellianum ad ſucceſſores ab inteſtato pertinere, & ſpecifice ad filium in patria poteſtate conſtitutum, ad cæteroſque neceſſarios heredes, ut compellantur miſcere ſe hereditati: quæ compulſio non niſi per Pegaſianum fiebat, & ſic cum de heredum ab inteſtato compulſione tractetur, non aliter effici potuit, quam ſi ad eas ſucceſſiones Pegaſianum pertineat. Addo his, in toto ejus tituli tractu *à lege* 2. uſque *ad hos Paragraphos legis 6. cum ſequentibus*, de compulſione, & conſequenter de Pagaſiano agi, unde me etiam compellit conjectura ad exiſtimandum *dict.* §. *meminiſſe*, ex ſententia Juliani τὸ *hoc Senatuſconſultum*, intelligamus Pegaſianum ſcilicet, non ut per omnia Senatuſconſultum acciperemus ad ſucceſſiones ab inteſtato pertinere, nam eam ſententiam excludit D. Pii Conſtitutio; & alia Capite iſto prævidi, ſed quatenus de coactione agit: ia enim eſt ſcopus, tractus ſeu tractatus illius, & ſic claudit orationem Conſultus dicens *in* §. 1. & 2. hoc Senatuſconſultum pertinere ad inteſtatas ſucceſſiones, ut à Prætore compellantur, non ergo ad effectus alios, & ſic ἐμφατικῶς, *hoc*, aptior Pegaſiano redditur, quam Trebelliano, nam plerumque Juris Conditores, hac vel ſimili nota indicant Senatuſconſultum Pegaſianum, ut diximus *Cap.* 3. & 4.

Cum ergo obſervaverimus legem Falcidiam ex D. Pii Conſtitutione ad fideicommiſſa ab inteſtato inductam fuiſſe, & Senatuſconſultum Pegaſianum in ea coactionis parte ad eandem pertinuiſ-
32 ſe: novam accipiet lucem Ulpiani reſponſum aliàs difficile in *l. cogi* 16. §. *idem Mæcianus* 9. *ad Senatuſconſultum Trebellian.* in quæſtione illa, quando duobus, vel pluribus, rogatus fuerit hereditatem reſtituere, ſi cogente aliquo adire heredem, an Falcidiæ beneficio uti poſſit in eorum portionibus, qui coactionem non deſideraverunt: & in, ſumma ex Mæciani ſententiâ reſpondit Ulpianus, heredem beneficio Legis Falcidiæ non uſurum, ſi fideicommiſſarius integram hereditatem ſibi reſtitui coëgiſſet; ſin autem partem ſolam ſibi competentem, in aliorum portionibus id obtinebit: nam quamvis Anton. Fabr. *decad.* 31. *error.* 1. & alii plures exiſtimaverint *dict.* §. *idem Mæcianus* de fideicommiſſo Teſtamentario loqui, contrarium tamen cenſeo, cum expreſſe Mæcianus proponat quæſtionem, an ſi heres poterit legis Falcidiæ beneficio uti in fideicommiſſo, quod quidem ex conſtitutione D. Pii ad fideicommiſſa ab inteſtato pertinebat, nam ſi ſolum meminiſſet Falcidiæ, facile admittere poſſemus judicium Fabri, cum pro detractione congrue ſumi poſſet. Sed nunquam ſicuit legem Falcidiam pro Senatuſconſulto Pegaſiano accipi, nec id aliqua ratio ſuadere potuit, uti cum Oſvaldo, & Schieferdeckero ſupra probavimus, præmaxime cum in dubio ſecurius ſit, fideicommiſſa ab inteſtato accipi, quam Teſtamentaria, ut Claud. Chiſletius *in tractat de Jur. fideicom.* docte prædocuit *Lib.* 2. *Cap.* 2. *ex l. final*, *C. de* 33
codicill. l. quæ autem 6. D. ſi quis omiſ. cauſa Teſtamen. ſic ſimiliter Senatuſconſultum Pegaſianum, quod expreſſe in coactione *iſtius* §. ſubauditur, in eodem fideicommiſſo ab inteſtato accipiendum. Præter conſiderationem datam, movent ad id conjiciendum verba illa: *Et cum hodie hoc Jure utimur, ut totum tranſeat ad eum qui coëgit*, in quibus Pegaſianum demonſtrari ex multorum ſententia probavimus *Cap.* 4. & 5. ſed forte reſpectu alio potuit Conſultus iſta ſcribere, ut demonſtraret: hodie illos eo Jure uti, ſcilicet Senatuſconſulto Pegaſiano in fideicommiſſis ab inteſtato, quod cum ex interpretatione effectum fuerit ἐμφατικῶς animadvertis. De hac ergo lege Falcidia, inducta à D. Pio ad fideicommiſſa ab inteſtato expreſſe accipitur, *l.* 2. *D. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit*, & difficile Pauli reſponſum *dict. l. filiusfamilias* 18. *D. ad l. Falc.* in quæſtione illa, quando filiusfamiliàs rogavit patrem, ut peculium ſuum caſtrenſe Titio poſt mortem reſtitueret, de cujus reſponſi interpretatione, præter antiquos ordinarios, egerunt J. Cujacius *Libr.* 11. *quæſt. Pauli ad* 34
d. l. Anton. Contius *Lib.* 2. *ſubcuſ. lect.* 4. Oſvald. *ad Don. Lib.* 7. *Comment. Cap.* 21. *lit.* D. anxie A. Faber *in Juriſprudentia Papin. Lib.* 11. *princip.* 9. *illat.* 5. Anton. Pichard. *in prælect. ad l.* 1. *D. de leg.* 1. *Cap.* 12. & *in commentario ad tit. inſt. quibus non eſt permiſ. facere Teſtamentum in princip. num.* 74. quorum autoritati multum deferens ab interpretandi labore excuſamur. De eadem D. Pii conſtitutione intelligitur *l.* 2. §. *fin. D. de Jur. codill.* nam apertum ibi eſt fideicommiſſum ab inteſtato. Sic etiam interpretor J. Pau- 35
lum *Lib.* 3. *ſententiar. tit.* 8. *exhauſta legatis, aut fideicommiſſis, vel mortis cauſa donationibus hereditate, auxilio Falcidiæ inſtitutus heres quadrantem retinere poteſt*, fideicommiſſa enim hic ab inteſtato accipienda ſunt, ad quæ lex Falcidia extenta fuit ex conſtitutione D. Pii, nam præter quod ſic licet interpretari, & inter Jura amicitiam conſtituere, *l. ſed & poſteriores*, *l. non eſt novum*, *D. de legib. Cap. cum expediat*, *de elect. Lib.* 6. ſubjectum exemplum de donationibus cauſa mortis ſatis interpretationem firmat, ad quas lex Falcidia, utpote ad fideicommiſſa ab inteſtato extenſa fuit, ut multis probavimus ſupra: Paulus equidem de modia, ad quos pertineat Falcidia, & exhauriri poſſit hereditas, loquitur, præſtans ſententiam, ex illis quadrantem retineri poſſe. Eadem via ſy- 36
nopſis Baſilicon. ducenda eſt, *Lib.* 41. *tit.* 1. *C.* 84. in verbis, quæ jam dedimus, *dict. Cap.* 5. recipe latina, *ſi vir uxori donaverit, vel uxor viro, morte donantis confirmatur donatio, & quoniam in hoc fideicommiſſi eſt imitatio, per Falcidiam ſit detractio.* Nullus dubitabit quin de fideicommiſſis ab inteſtato loquatur, nam veluti ſine Teſtamento iſta relinquuntur, & ſuſtinentur, ſic donationes inter virum, quæ morte confirmantur abſque ullo Teſtamento, *l. ſed ſi mors* 13. *l. cum hic ſtatus* 32.

cum ſuis §§. *D. de donat. inter vir.* & ſpecifice in §. 1. ibi: *Quaſi Teſtamento ſit confirmatum, quod donatum eſt*, & ſicut de hoc fideicommiſſo Falcidia detrahitur, ſic de donatione conjugali, in his enim donatio fideicommiſſi eſt imitatio, inſinuans tacite ad exemplum fideicommiſſi ab inteſtato extenſam fuiſſe Falcidiam ad donationes conjugales; quam quidem extenſionem fecerunt Juriſconſulti (uti jam obſervavi ſup. *dict. Cap.* 5.) ad idque inducti fuerunt, & permoti inductione iſta D. Pii, qua protenta lex Falcidia fuit ad fideicommiſſa ab inteſtato, quod dignum animadverſione eſt pro cognitione hujus antiquitatis: forte an non uſibi veſtigium altius impreſſum apparebit, quam in hoc Baſiliconis loco. Cum ergo hæc ita ſe haberent, & Senatuſconſultum Pegaſianum pertineret ad Teſtamenta, Jure Civili ſcripta, ad quæ, propter odium ejus, reſtrinxerunt Juriſconſulti, cum decore obſervo locutos fuiſſe Cæſares Philippos *in l. in Teſtamento* 12. *C. de Teſtament. milit.* reſcribentes in Teſtamento militum, & in legatis, & fideicommiſſis legem Falcidiam ceſſare, non enim ex præſcripta ratione ad ea Teſtamenta Pegaſiana quarta pertinere poterat, cum militaria Teſtamenta Jure Gentium magis conſtet, quam Civili (ut obſervavimus infr. *ad l.* 2. *D. de legat.* 1.) nam ad mentionem legati, & fideicommiſſi ſubjectam Falcidiæ, & Trebelliani relationem invenio *in l. ſucceſſores* 26. *C. ad l. Falcid.*

C A P. VIII.

Longa interpretatione aggredimur l. ita tamen 27. §. quod ſi Mævius 10. D. ad Senatuſconſultum Treb. à num. 1. *cum ſequentibus. Quæſtio reſponſi à num.* 2. *Et dubitandi ratio.* 3. *Accurſii, & Antiquorum ſuppoſitio.* 4. *Juriſconſulti non omittunt præcipuas ſuorum reſponſorum cauſas.* 5. *Inſtitutus ultra quod à Teſtatore accepit, gravari non poteſt.* 6. *Quando quartæ inſtitutus cenſeatur renunciare.* 7. L. fin. C. ad l. Falcid. *expenditur.* 8. *Acceptans hereditatem cum ſua cauſa cenſetur facere.* 9. *Altera ſuppoſitio Accurſii, Bart. & aliorum rejicitur.* 10. *Officium Interpretis quale eſſe debeat.* 11. *Recta interpretatio à num.* 12. *Trebellianum de propriis hereditatibus locutum fuit.* 13. *Et ſimiliter Pegaſianum.* 14. *Caſus* dict. l. 27. §. 9. 15. *In aditione hereditatis quaſi contrahitur.* 16. *Explicatio* noſtri §. quod ſi Mævius, *à num.* 17. *Juriſconſulti in deductione quartæ qua forma ſoliti ſint reſpondere?* 18. *D. Pius multa circa fideicommiſſa conſtituit.* 19. & 20. τὸ etiam *relativum eſt.* 21. *An de Jure Civili duæ quartæ poſſint deduci.* 22. *Cum heres alienam hereditatem reſtituere gravatur aliena in præſtationis obligatione eſt.* 23. *Qui acceptat, ſeu adit hereditatem, cum ſua cauſa cenſetur id facere.* 24. *Dignum animadverſione Caput, per quod novam legis Falcidiæ inductionem introducimus.*

1 Succedit Juliani reſponſum *Lib.* 40. *Digeſtorum in l. ita tamen* 27. §. *quod ſi Mævius* 10. *D. ad Senatuſconſultum Trebellianum*, in quo D. Pii etiam conſtitutionem ſubodoramus, per quam lex Falcidia ad alterius generis fideicommiſſa protenta fuit: cunctus noſter labor in conjectura nitetur, ſed ducta a pellucidis Juris Civilis fontibus, demonſtrabo ſaltim, & forte primus, in reſponſo foveam, inviſam adhuc, & obſcuram, præcavendam à doctis, & illuſtrandam: quod ſolum ſi conſecutus fuerim, conſecutum non parum
2 me putabo. Julianus ergo quæſtionem proponit duplicis fideicommiſſi, ſi videlicet Teſtator Mævius rogaverit heredem ſuum hereditatem reſtituere ſuam, & Titianam aliam, quam Titius ipſi heredi reliquerat: & ſi ſponte inſtitutus Mævianam hereditatem adierit, Conſultus reſpondet, heredem legis Falcidiæ commodo uſurum, & quartam partem hereditatis retenturum Mævianæ, ita ut dimidiam, & quartam ex fideicommiſſo re-
3 ſtituat. Dubitabam, quid ſibi vellet Julianus cum legem Falcidiam his fideicommiſſis accommodaret, cum in hoc, & antecedenti reſponſo de fideicommiſſo Teſtamentario loqueretur, quod quidem ad Pegaſiani Trebellianique provinciam pertinebat: lex autem Falcidia ſi cum de legatis, & per inductionem D. Pii de fideicommiſſis ab inteſtato (*ut Capite præcedenti* ſcripſimus) locuta fuit, & ſuum quadrantem præſcripſit, & Julianus ſignate legis Falcidiæ quartam demonſtrat in illis verbis, *uteris legis Falcidiæ commodo*, ita ut ſalva verborum fide, non poſſimus audere illa retorquere aliò. Etſi utramque Mævianam & Titianam hereditatem inſtitutus reſtituit, qui ſolum quartam Mævianæ hereditatis retinet, & non ſimul Titianæ? Nam cum utramque reſtituat, aut ex lege Falcidia, aut Pegaſiano Senatuſconſulto utriuſque hereditatis quartam retinere debebat, cum ejus omnis, quod reſtituit, vel gravatur heres, quarta ei ſalva ſupereſſe debeat. Nam quod Accurſius ſup- 4
poſuit Mævianæ hereditatis quartam excedere valorem Titianæ hereditatis, & ſic eam debere reſtituere, nec gravari, ultra quod accepit, plane divinatorium eſt, nam quamvis Bart., Albericus, Paulus de Caſtro, Alexander, & alii Antiquiores eam probaverint, nec veſtigium ullum in reſponſo invenient, quo Juliani eam fuiſſe ſententiam ſubodorent: Conſultus enim abſolute inquit adita hereditate, quartam Mævianæ hereditatis retenturum: addunt equidem novum reſponſum reſponſo Juliani, nam cum ea futura erat præcipua reſponſi cauſa in qua inniti Conſultus debebat, qui omitteret? non utique Papinianus fecit *in l. cum* 5
pater 77. §. *Titio* 32. *D. de leg.* 2. & Scævola in *l. Lucius* 78. §. *maritus* 14. *D. ad Senatuſconſultum Trebell.* ſic etiam eadem conſideratio exprimitur *in l. quod bonis* 15. §. *cum fideicommiſſum* 4. & *in l. mulier* 22. §. *ſi heres* 2. *D. ad l. Falcid.* nec quidquam magis *in titul. de lege Falcidia*, & *Senatuſconſulto Trebellian.* frequentius reperimus, quam Juriſconſultos deductionis cauſas, & rationes reddere, ſi dubitatio ſit, quando, & qualiter quadrans deducendus eſſet: cum ergo ibi inſtitutus utramque hereditatem reſtituere gravatus Mævianam quartam

tam ſolum deducat: quæ eſt illa iniquitas, quâ
una contentus quarta, & dimidiam & quartam
partem Mævianæ hereditatis, & integram Titia-
6 nam amittet? Cum principium certiſſimum ſit,
inſtitutum, ultra quod à Teſtatore accepit, gravari
non poſſe *dict. l. Lucius*, §. *maritus*, *l. Imperator* 70. §. *ſi certum* 1. *&* §. *cum quidam* 2. *D. de
leg.* 2. & id ſane lex Falcidia, & Senatuſconſultum Trebellianum providerunt, eum nec ipſe
Teſtator præjudicium aliquod Falcidianæ detractioni afferre non potuit, *dict.* §. *maritus*, *l. quod
bonis* 15. §. 1. *& ultimo*, *D. ad l. Falcid.* (uti latius diximus *Cap.* 2.) Necne, quia ſponte adivit
inſtitutus, argumentum ſumemus adverſus eum, Juri ſuo renunciaſſe, & plenam fidem defuncto
7 præſtitiſſe? *ex l. poteſt* 71. *D. ad l. Falcid. l. qui
totam* 45. *D. ad Senatuſconſultum Trebell. l. ſi ſponſus* 5. §. *ſi quis rogatus*, *D. de donationibus inter virum & uxorem*: hoc, tantum abeſt verum fuiſſe, quod imò ſi inſtitutus reapſe præſtiterit legata integra errore facti, adhuc ſuum trientem repetere poſſit, *l. error* 9. *C. ad l. Falcid. l. fin. eodem titul.
l. regula* 9. §. *ſi quis Jus* 5. *D. de Juris, & facti ignorantia*, Nicolaus Valla *quæſtion.* 1. *de reb. dub.* neceſſarium enim erat, quod heres volens, & ſciens ſibi detractionem competere, adhuc ut plenam fidem defuncto præſtaret, integre perſolveret legata, & fideicommiſſa, reſtitueretque hereditatem, alias enim ſicut Falcidiam, Pegaſianam repetere poſſet: ſic etiam Capite præcedenti interpretati fuimus *l.* 3. *C. ad Senatuſconſultum Trebell.* ſed quod magis dignum animadverſione erat, ante Juſtinia-
8 ni conſtitutionem de qua *in l. fin. C. ad l. Falcid.*
quam poſtea controverſiam ſopivit Imperator Juſtinianus conſtitutione ſua *dict. l. fin.* quæ ſi recte conſiderentur, longe lateque ſtatuunt, aditione hereditatis ſimplici inſtitutos non viſos fuiſſe legi Falcidiæ renunciaſſe, quanto magis & ſi ſpecialiter id præcaviſſet, adhuc dubitaretur de validitate cautionis: ſed in noſtro Jure nihil magis ordinarium paſſim reperimus, quam inſtitutos poſt aditionem ſuos trientes integre depoſcentes audiri,
9 qui non *in noſtro* §. *quod ſi Mævius?* Eo enim ipſo, quod adiit, & acceptavit hereditatem, præſumitur, eum ſua cauſa, jure, & qualitate heredem adiiſſe, & acceptaſſe, id eſt reſervato legis Falcidiæ jure ſibi competenti arg. *l.* 2. *D. ad Senatuſconſultum Trebell. l. nam abſurdum* 7. *D. de bonis libert. l. cum quæritur* 16. *D. de adminiſtrat. tut.*
cum aliis plurimis, quæ ad rem iſtam congerunt A. Tiraquell. *de retract. convent. in fine à num.* 5. J. P. Surd. 1. *tom. conſil.* 50. *à num.* 40. *cum ſeqq.* Stephan. Gratian. 4. *tom. diſceptat. Forenſ. Cap.* 769. *num.* 25. & antea *Cap.* 717. *num.* 17. & latiſſime noſter Velaſcus *in Axiomatibus Juris lit.* & *num.* 26. qui innumeros referunt. Quod autem
10 Accurſius, Bartol., Alexan., & alii antiqui comminiſcuntur, neſcio quid de trientis fructibus ex Mæviana hereditate collectis, & compenſandis cum Titiana hereditate, ita ut Mævianus triens ejuſque fructus ſuperfuerint Titianæ hereditatis æſtimationi, bone Deus quis talia feret in Juliani reſponſo, nec fructuum ſolium unum adumbranti? iſtis ſuppoſitionibus heu quantum pulcherrima fœdantur reſponſa, & indignus redditur Interpres, cum ſic nec eorum altitudinem eorum penetrare, & ſuperficiem apparentem adſpiciamus: nam præterquod in computatione fructuum ſuperaddi multa neceſſario ſint, quæ hic conſiderat Alex. & Interpretes *in l. fideicommiſſaria* 18. *cum ſuis* §§. *D. eodem tit. ad Trebell.* quæ ſi noſtro reſponſa adjicere velimus, aut Julianum abſciſſe reſpondiſſe dicemus; aut integrum reſponſum reſponſo ſuperaddere; & ſupponere interpreti licere, fatendum ſit: cujus alterum, ſeu utrumque indigne nos, & contra majeſtatem Juriſprudentiæ, auderemus fateri.
Non diffiteor, ad juſtam, & æquam interpreta- 11
tionem officium Interpretis eſſe, aliquando ſubintelligere aliqua neceſſaria, ut animadvertit Giſanius *ad l.* 8. §. *fin. C. de hered. inſt.* ſed id quando aut à verbis, ab ordine, à titulo decentiſſime licet: & quando ipſa ratio quaſi manu nos ducit ad illud ſubſtruendum; ſed non tantam licentiam arripere debemus, ut noſtra propria autoritate, ſine verborum aliqua facultate, aut conjectura novam, & integram hypotheſim adjiciamus reſponſo, veluti in hoc Juliani, ſimpliciter inſtituto Mævianæ hereditatis quartam tribuentis: inſuper addimus quartam Mævianam fructus ejus ejuſdem fuiſſe æſtimationis, quam Titianam hereditatem: præcipue quando ſi id ita foret, deberet neceſſario Conſultus, reſponſi autor, ipſus exprimere (ut ſupra diximus) ut legitime reſponderet: tunc ergo nos tanquam ſuperfœtare cauſas non poſſumus, & malo omine divinare. Sed quid ſibi voluit Julian. in illis verbis, *dimidiam, & quartam ex fideicommiſſo reſtitues*, uti ego intelligo, & colligitur ex proximis aperte, ex fideicommiſſo Mævianæ hereditatis: dixerat enim, quartam Mævianæ hereditatis inſtitutum retenturum, & ſic addit, dimidiam, & quartam ex fideicommiſſo reſtituturum, Mæviano ſcilicet, quo integrum as completur, & adæquatur, cur non in reſtitutionis mentione Titianam hereditatem non comprehendit? imò in principali reſolutione reſponſi videtur omittere, cum indubitatum ſit, *ex* §. *antecedenti*, *& ex eodem*, §. 10. Titianam hereditatem reſtituturum heredem: debuerat ergo Julianus aperte ſuo loco reſpondere, aut integram hereditatem Titianam, aut etiam dimidiam, & quartam ejus reſtituturum heredem. Quocumque latere introſpiciamus reſponſum, cum plano ſinceroque Interpretum judicio, apparet durum, inacceſſibile, atque parum amicabilis ingreſſus: quæ cuncta ſane me impulerunt, ut altius rimarer reſponſum, & verum ejus theſaurum eruerem, communemque ſtudioſis facerem.

Ut autem noſtram aperiamus ſententiam, recto- 12
que tramite illa derivetur, ordiamur rem à §. *Trebellianum* 8. *ejuſdem noſtræ legis ita tamen* 27. In 13
eo ergo Julianus certam doctrinam præfigit: Senatuſconſultum Trebellianum præſcriptum fuiſſe de hereditatibus propriis teſtatorum, quas ipſi heredes ſuos rogant reſtituere, id etiam probatur ex *l. ex facto* 17. *cum.* §. 1. *D. ad Senatuſconſultum Trebell. l. filius familias* 114. §. *quid ergo* 7. *D. de leg.* 1.
quod ſatis demonſtrant Senatuſconſulti verba inſerta *in l.* 1. *ad Senatuſconſult. Trebell.* Idem etiam in 14
Senatuſconſulto Pegaſiano adſerendum eſt, quod ſolum de propriis teſtatorum hereditatibus locutum fuerit, non vero ſpecialem præſcripſerit, vel cogitaverit caſum, quando teſtatores alienas hereditates heredes ſuos reſtituere rogant, quod ſi Pegaſiani verba ſuperforent, ab eis indubitanter doceremur, ſed adhuc è veſtigiis ejus ſatis colligimus, ut pote à Juſtiniano *in* §. *ſed quia*, *cum ſequentibus*, *inſt. de fideicommiſſar. hered. l. vel omnia* 15. *ibi: Sua
l. cogi* 16. ibi: *Quidquid habeo, & ſi fortunas meas
& ſi ſubſtantiam meam, & ſi peculium meum*, §. 1.
ejuſdem l. ibi: *Ex hereditate bonisve meis*, §. *cum
quidam* 7. *D. ad Senatuſconſultum Trebell.* & alia plura ejuſdem tituli, quæ de compulſione, & deductione trientis loquuntur, quorum autor Pegaſianum fuit: ſic etiam conjicimus ab Ulpian. *tit.* 25. & à Julio Paulo *Lib.* 4. *ſententiarum*, *tit.* 3.
Hæc fuit dubitandi cauſa *dicta l. cogi* 16. §. *ſed &
quis*, *& in l. ex facto* 17. *& in noſtra*, *l. ita tamen*,
§. *Trebellianum* 8. *cum ſequentibus*, *D. eodem tit.*
nam ſi proprias, & alienas hereditates Trebellianum, & Pegaſianum comprehendiſſet, quid quæ-

ſo ſcrupulus dubitandi remaneret: & in vanum interpretatione ſubveniretur.

14 Cum ergo Julianus *dict.* §. *Trebellianum* 8. regulam certam præſcripſiſſet Senatuſconſultum Trebellianum locum habere, quando quis ſuam hereditatem heredem ſuum rogavit reſtituere, ſubjicit *in* §. *ſubſequenti*, quod ſi Mævius ſuum heredem rogaverit Titii hereditatem, à Titio ſuo heredi relictam, reſtituere, ipſeque heres adeat hereditatem Mævii, debere fideicommiſſum reſtituere, id eſt Titii hereditatem, non magis quam ſi legatum à Titio relictum ipſi heredi Mævius reſtituere gravatus eſſet, hoc autem in aditione hereditatis Mævianæ nititur: nam quaſi contrahere videtur heres cum teſtatore ſub conditione fideicommiſſi præſtandi, & adeundi, & reſtituendi hereditatem Titia-
16 nam *l. cum pater* 77. §. *Titio* 31. *D. de leg.* 2. §. *heres quoque* 5. *inſt. de obligat. quæ ex quaſi contract. naſcuntur l.* 5. § *heres quoque*, *D. de obligat. & actionib.* Unde legitime infert Conſultus, quod ſi ſuſpectam inſtitutus Mævii hereditatem dixerit, cogendus non ſit hereditatem adire Titii, tunc enim quaſi contractus ceſſat.

17 Poſtea in noſtro §. *quod ſi Mævius* 10. ſubjicit aliam ſpeciem, à præcedenti dependentem: quod ſi Mævius, & ſuam, & Titii hereditatem rogaverit heredem ſuum reſtituere, illeque ſponte adierit hereditatem, legis Falcidiæ commodo eum uſurum, reſpondit: & quartam partem Mævianæ hereditatis retenturum: dimidiam & quartam ex fideicommiſſo reſtituentem. Ego autem, ni conjectura, & recta apud me ratio fallit, exiſtimo deductiones duas trientum in hypotheſi præſenti præſtare Julianum, unam reſpectu hereditatis Titii, eamque *ex l. Falcidia.* alteram Mævianæ hereditatis, eamque ex Senatuſconſulto Pegaſiano, & ſic illa verba intelliguntur, *uteris legis Falcidiæ commodo: & partem quartam Mævianæ hereditatis retinebis:* nam alterum Conſulto dicere ſufficeret, vel deſignare commodum legis Falcidiæ, vel partis quartæ retentionem, ut plerumque ſic ſoliti fuerunt
18 reſpondere Conſulti, ut *in l. ſi ſponſus* 5. §. *ſi quis rogatus* 25. *D. de donat. inter vir.* ibi: *Omiſſo Senatuſconſulti commodo*, *l. cogi* 16. §. *idem Mævian.* 9. ibi: *Falcidiæ beneficio uti*, & *in l. ita tamen* 27. §. 2. ibi: *Nullum commodum ex teſtamento conſequitur*, *l. ſi legatus* 30. ibi: *Commodo Falcidiæ*, *vel teſtamento utatur*, *l.* 1. §. *denique* 18. ibi: *Nec tamen quartam reſtituere fideicommiſſario permittitur*, *l.* 4. ibi: *Nec quartæ commodo heres in reſtitutione utetur*, *l. ex aſſe* 28. §. *ad Senatuſconſultum Trebell.* denique ſi laborioſe varia Juris Conſultorum reſponſa perquiras in noſtro Jure civili, præcipue in titulis de lege Falcidia, & ad Senatuſconſultum Trebellianum, ordinarium fuiſſe Conſultis invenies alteram clauſulam arripere, vel locum eſſe legis Falcidiæ commodo, vel aliam ſimilem, aut quartam heredibus præſtare, quo enim tendit illa exuberantia verborum, *uteris legis Falcidiæ commodo*, & *quartam partem Mævianæ hereditatis retinebis:* referuntur equidem ſingula ſingulis, lex Falcidia ad Titianam hereditatem: quartæ retentio ad Mævianam ἐμφατικῶς *Mævianæ hereditatis* τὸ ſcripſit, nam raro, aut nunquam tale exemplum in Pandectis invenies; ſed ut cognoſceretur diſcrimen, Pegaſianam quartam de Mæviana hereditate deducendam, non de Titiana, quam jam legi Falcidiæ attribuerat. D. autem Pius multa circa fideicommiſſa, & le-
19 gem Falcidiam ſanxit uti colligi licet *ex l.* 9. §. 5. *D. de Juris & fact. ignorant. l.* 1. §. *ſi coheredis* 14. *D. ad l. Falcid. l. apud Julianum*, §. *fin. l. nam quod* 14. §. 2. *l. ex facto* 17. §. *fin. l. ſi cui pure* 31. §. 1. *D. ad Senatuſconſultum Trebell. l. fideicommiſſa* 11. §. 1. & 2. *D. de leg.* 3. *l. fideicommiſſa* 23. §. *quoties* 21. *D. de fideicommiſ. libertatib. l. poſt legatum* 5. § *& Falcidiæ* 19. *D. de his quibus ut indignis*, cum plurimis aliis noſtro Jure Civili ſparſis, ſed præci- 20
pue quod obſervantius eſt, legem Falcidiam induxit ad caſus fideicommiſſorum in Senatuſconſulto Pegaſiano non comprehenſos: ſic Capite præcedenti extenſionem illam tractavimus legis Falcidiæ ad fideicommiſſa ab inteſtato, & quamvis ad alia diverſæ qualitatis fideicommiſſa, quibus probemus inductionem, aperta non ſuperfuerint verba, ſubodoramus tamen ita fuiſſe à Julii Pauli reſponſo *in l. filius familiâs* 18. *D. ad l. Falcidiam* in illis feliciſſimis verbis, bono Juriſprudentiæ relictis, *dixi legem Falcidiam inductam eſſe à D. Pio*, *etiam in inteſtatorum ſucceſſionibus propter fideicommiſſa*, animadvertas quæſo τὸ *etiam*, quaſi Paulus aperte ſcribat ad alios caſus præter fideicommiſſa, & ſucceſſiones ab inteſtatu D. Pium legem Falci- 21
diam induxiſſe: quis dubitat adverbium *etiam* ſemper relativum eſſe rei alterius, aliaſque ſpecies ſupponere *l. mutu*, *D. de leg.* 3. uti ad eam obſervavi ſup. *Lib.* 2. *Cap.* 2. cum ergo odio ſuo Pegaſianum ſuis primitivis cancellis reſtringeretur, & à contra Falcidia lex gratia, & favore ſuo ad alios caſus, quam in ea comprehenſos, protenderetur (uti Capite præcedenti inveſtigavimus) certa conjectura duco, D. Pium legem Falcidiam extendiſſe ad ſpecialem caſum, quando teſtator heredem ſuum rogabat reſtituere hereditatem ab alio ipſi relictam heredi, qui in Pegaſiano comprehenſus non erat. Hoc non obſcure *in* §. *quod ſi Mævius*, probat Julianus, nam cum *in* §. *Trebellianum* 8. præſcripſiſſet Senatuſconſultum Trebellianum habere locum quando hereditatem ſuam rogavit teſtator reſtituere, ſubjicit quæſtionem quid obſervandum eſſet, quando aliam, vel ſuam & alienam reſtituere inſtitutum gravavit, & reſpondet heredem ſponte adeuntem hereditatem legis Falcidiæ commodo uſurum, per extenſionem ſcilicet D. Pii (ni noſtra conjectura fallit) in hereditate aliena, videlicet Titii, de qua loquitur Julianus. Nec te turbet, quod in §. 8. *Trebellianum* nominet nam eadem ratio in utroque Senatuſconſulto eſt, & *in hoc titulo*, ex repoſitione Triboniani, plerumque Trebellianum pro Pegaſiano capitur, uti in præcedentibus Capitibus paſſim obſervavi, ita ut multoties, de quo Senatuſconſulto loqueretur, divinare non poſſimus: ſic ergo ſtat ſententia noſtra, legem Falcidiam per extenſionem D. Pii ad hereditatem Titii pertinuiſſe, ex qua quarta Falcidiana detracta, heres inſtitutus dodrantem cæterum hereditatis Titii reſtituit. Hinc ambiguum aperitur reſponſum, quod cum Julianus reſpondiſſet, heredem legis Falcidiæ commodo uſurum, & conſequenter demonſtraverit dodrantem cæterum Titianum reſtituturum, merito ſtatim loquens in Mæviana hereditate; ſubjicit dimidium, & quartam ex fideicommiſſo, Mæviano ſcilicet, reſtituturum: nam cum plene reſponſum tradidiſſet in Titiana hereditate, nec potuit (ſi decorem amamus) nec neceſſarium fuit, de fideicommiſſo Titiano aliquid ſubdere, ſed ſolum ſe convertere ad Mævianam hereditatem, quod quidem reliquum erat: alias exprimere debebat aliquid de hereditate Titii, demonſtrans, integre, aut ſaltim dodrantem ejus reſtituendum fore. In illis enim verbis *dimidiam*, *& quartam ex fideicommiſſo reſtitues*, nunquam Titianam hereditatem integram contineri, aut ſubintelligi cenſeo, nam deductionis manifeſta verba excludunt reſtitutionem integram; niſi mavis, deducta quarta ex lege Falcidia à Titiana hereditate: & quarta retenta à Mæviana ex Pegaſiano Senatuſconſulto, dimidiam & quartam heredem inſtitutum ex fideicommiſſo reſtituturum: dimidiam, & quartam ſcilicet ex Titii hereditate, & aliam quartam & dimidiam ex Mævii: ita ut quomodo-

cumque verba illa accipiamus noſtra ſubſiſtet ſen-
tentia quartam Falcidiam de Titii hereditate de-
ducendam, & quartam Pegaſianam ex Mævii:
cæterumque dodrantem utriuſque hereditatis ex
fideicommiſſo reſtituendum: ſic planum & æquum
ſtat reſponſum, & placantur difficultates, quæ
contra illud aliter intellectum fortiter, & ſemper
obſtarent. Minoris momenti erit obſtaculum,
quod opponere voluerit alius, videri ex ſententia
noſtra inſtitutum duas ab una hereditate quartas
deducere, cum quamvis à principio Titii heredi-
tas, & Mævii diſtinctæ fuerint, tamen poſtea-
quam Mævianam heres adivit hereditatem, tan-
quam utramque confundit, & conjunxit, & unus
as reputari debeat, quod Julianus inſinuare vide-
tur *dict.* §. *quod ſi Mævius*, dum compellendum eſ-
ſe heredem Titianam hereditatem reſpondet adi-
re, ſi Mævianam adiverit. Nam quamvis aliàs
multum difficultatis habeat, an de Jure Civili quar-
tæ duæ poſſint deduci, & affirmativam partem
graviſſimi Interpretes, infra referendi, defende-
rint, cujus rei nunc diſputationem ſuſpendo, ta-
men non difficulter in Pandectarum Jure duplices
deductiones ab uno aſſe invenirentur conceſſæ,
cum proveniant diverſo jure, titulo, & reſpectu,
uti colligi licet *ex l. pater* 14. *l. quoties* 68. *D. ad l.
Falcid. l. quanquam* 10. *C. eod. tit. l. Papinianus* 8.
§. *meminiſſe, D. de inofficioſ. teſtament.* & plurimis
argumentis probant tractantque hanc quæſtionem
Franc. Hotoman. *illuſtrium quæſt.* 48. *& Capite ſe-
quenti*, in interpretatione *ad Capit. Raynutius de teſ-
tamentis*, Cuj. *Lib.* 8. *obſervat. Cap.* 3. D. Gotho-
fred. *in l.* 3. §. *item Pomponius* 2. *D. ad Senatuſcon-
ſultum Trebell.* Anton. Gomez, *in l.* 3. *Taur. à num.*
79. *cum ſequentibus*, J. Parlador. *Lib.* 1. *rerum quo-
tid. Cap.* 11. Andreas Fachin. *Lib.* 5. *controverſ.
Cap.* 2. Angel. Matheacius *de via, & ration. Jur.
Lib.* 2. *Cap.* 25. *per totum.* Oſvald. *ad Donell. Lib.* 7.
comment. Cap. 30. *litt. I.* & alii plures ab iſtis rela-
ti, & congeſti: qui omnes, ut ab ejus fundamentis
colligere licet, ſine difficultate aliqua noſtris aſ-
ſentirent: & quamtumvis aliqui eorum duarum
quartarum deductionem negent, ferrent tamen in
Juliani reſponſo, quartam Falcidianam à Titiana
hereditate, & quartam Pegaſianam à Mæviana de-
duci: nam aſſes diſtincti ſunt, & hereditates,
propterquod magnum illud inconveniens Hotoma-
ni, & aliorum, ceſſat, dicentium una deducta
quarta impoſſibile eſſe deduci aliam, quia ex pri-
ma deductione integer as non remanet, & quarta
quæcumque ab integro aſſe deducenda ſit. Nam
præterquod Fachineus huic argumento longe
ſatisfaciat, ſeu conetur, hic cum diſtincti ſint aſ-
ſes Titii, & Mævii, ab utroque integer triens, &
ſimul ſine impoſſibilitate, deduci poteſt, nam
quamvis inſtituti reſpectu ejus obligationis aditio-
ne contractæ altera hereditas ab altera dependeat;
non tamen confuſæ omnino ſunt; ſed diſtinctæ:

& ſic (ut inquit Julianus) una reſtitui poteſt
huic, & altera alii, cum ſuo utriuſque jure uni-
verſali. Titii enim hereditas ſolum in præſtatio- 23
nis obligatione eſt, & tanquam conditionis adim-
plemento, ſub qua Mævius inſtituit heredem;
non vero in confuſione, quæ dari nulla via po-
teſt: non magis, quam ſi heredem Mævius ro-
gaverit legatum, ſeu fideicommiſſum, ipſi heredi
ab alio Teſtatore relictum, præſtare, & reſtituere,
ut in §. 9. Julianus docet, quis tunc enim con-
fuſionem daret cum Jure univerſali hereditatis; ſed
ſolum obligationem præſtationis. Ex quibus cun-
ctis provenit, nullam poſſe reddi rationem, qua
negemus duos trientes ſimul deducendos, unum à
Titii hereditate: alterum à Mæviæ; ſed illud
non leviter movet, Teſtatorem jubentem ſuum
heredem alienam Titii hereditatem reſtituere;
in dubio voluiſſe, cum ſua cauſa, & jure inſito 24
à lege faciendam reſtitutionem, id eſt trientis de-
ductione, quæ ex D. Pii extenſione legis Falci-
diæ ad heredem pertinebat: hoc enim Jus ordi-
narium, ut cum ſua cauſa, qualitate, & jure in-
ſito, res ad alium tranſeat, perapte, & quaſi in
terminis probat Celſus *in l.* 2. *D. ad Senatuſconſul-
tum Trebellianum*, *l. final. D. de novi operis nuncia-
tion. l. ſi convenerit* 18. §. *ſi fundus* 2. *D. de pigno-
ratitia actione*, quod axioma innumeris reſponſo-
rum, & Interpretum autoritatibus cumulavit Ve-
laſcus in *ſuis axiomatibus litt. R. numer.* 76. *cum ſe-
quentibus*; dum enim Teſtator expreſſe non cavet,
ne inſtitutus alienæ hereditatis quartam deducat,
vel integram reſtituat, recte trientem, ſibi à lege
competentem, deducere poterit *dict. l. cum pater*
77. §. 31. *de legat.* 3. & ſimiliter heres, qui ac-
ceptavit, ſeu adjecit hereditatem, volens Titia-
nam reſtituere, præſumendum eſt, id voluiſſe ſal-
va lege Falcidia, & conſervato illo jure, quod à
lege in ejus favorem inſitum erat (ut ſupra dixi):
ſatis enim fuit ipſi heredi una contentus quarta,
cæterum Titii dodrantem reſtituere, & ipſi Te-
ſtatori id imperaſſe, quim imò integram heredi-
tatem reſtituere Titii, & ſuam etiam Mævii,
unica ſola ejus quarta retenta: nam quamvis triens
Mævianus poſſet æſtimatione Titianum præcede-
re aſſem, id non conſiſtit, nec credimus præceſ-
ſiſſe, aliàs qualiter tam ingentem, & præcipuam
rationem Conſultus omitteret, *ut dict.* §. *Titius:*

Hæc pro Juliani reſponſo noviter, ut ſpero, ex-
pendiſſe ſufficiat, docti dijudicabunt, an nos me-
liora ſenſerimus, an alii: nam in re mehercle
conjecturali antiquitatis penitus abſolutæ, & Tri-
boniani audacia ſepultæ, ſolum contentus ſum ani-
mi noſtri fundamenta proponere noſtrique judicii
rationes, ut amatores veritatis dijudicent, ſi nos
juſtis cauſis in hanc novam ſententiam deſcende-
rimus: quæ magis Capite ſequenti confirmabitur,
in quo ſimiliter novam tentamus fortunam ex in-
ductione D. Pii.

CAP. IX.

An lex Falcidia extenſa fuerit ad teſtamenta captivorum per integrum Caput, an Senatuſconſultum Pegaſianum ad ea teſtamenta pertinuerit. 1. *Conditio vera hominis in captivitate decedentis.* 2. *Lex Falcidia ad ea teſtamenta pertinuit.* 3. *Sed quare non Senatuſconſultum Pegaſianum?* 4. *Servus verus eſt, non civis Romanus ab hoſtibus captus.* 5. *Non poteſt fideicommittere.* 6. *Cornelia lex à Cornelio Sylla Dictatore eſt lata.* 7. *Leges priores ad poſteriores trahuntur, & è contra.* 8. *Lex Falcidia tracta eſt à Jure Conſultis ad* l. Corneliam teſtamentariam. 9. *Et cur non Senatuſconſultum Pegaſianum.* 10. *Explicatur* l. filiusfamiliàs 18. D. ad l. Falcid. 11. *Et* l. 1. §. 1. eodem tit. 12.

Ab ea via, quam proximis doobus Capitibus ſubodoravimus ad conſtitutionem D. Pii: quaſi manu ducimur ad ſpeciem aliam, non cognitam ab Interpretibus, quos ego viderim, cum ad eam indefeſſus revolverim plures; neſcio an ſi forte alius præviderit, & præſudaverit. Sed eſto, qood ita ſit, non ideò tamen vano forte timore à via recedam, cum ſic ambo ad ſanctæ Juriſprudentiæ aras, religionemque contenderimus. Singularis ergo ſpecies eſt in teſtamentis eorum, qui capti apud hoſtes deceſſerunt, quæ quidem lex Cornelia teſtamentaria confirmat *l. lege Cornelia*, cum vulgatis 12. *D. qui teſtamenta facere poſſunt.* Dubitamus equidem an ſi Pegaſianum Senatuſconſultum ad ea teſtamenta captivorum perti-
1 nuerit? Et pertinuiſſe videbatur, *quia lege Cornelia teſtamenta eorum, qui in hoſtium poteſtate deceſſerint, perinde confirmantur: ac ſi hi, qui ea fuiſſent in hoſtium poteſtate, non perveniſſent, & hereditas ex his eodem modo ad unumquemque pertinet*, verba Juliani ſunt *dict. l. lege Cornelia 12. l. lex Cornelia 28. D. de vulgari.* cum ergo perinde habeatur, ac ſi
2 in civitate captivus deceſſiſſet, nulla ratione effici poterat, Senatuſconſultum Pegaſianum ad ea teſtamenta non pertinere, unde Ulpianus *Lib.* 35. *ad Sabin. in l. in omnibus, D. de captivis & poſtlimin: reverſis*, reſpondet in omnibus partibus Juris eum, qui ab hoſtibus reverſus non eſt, quaſi tunc deceſſiſſe videri, cum captus fuit, quod adſtruit idem Julianus *in l. bona* 22. *D. eodem titul.* Fictio equidem Corneliana tanta eſt, ut in omnibus captum deceſſiſſe conſtituat in civitate, ac per conſequens dobitari non poteſt, quim inſtitutus quartam Pegaſianam deducere poſſit, tanquam à teſtamento ejus qui civis Romanus, & in civitate Romana ultimum diem clauſerit: ſed quid, non habemus Juriſconſultum Paulum expreſſum hujus rei autorem in *Libr. ſingulari ad legem Falcidiam in l.* 1. §. 1. *D. ad legem Falcidiam?* Ita ſane eſt, audi verba, & probabis: *Lex Falcidia, etiam ad eos, qui apud hoſtes moriuntur, propter legem Corneliam pertinere videtur, quod ea lex perinde eorum teſtamenta confirmat, atque ſi in civitate deceſſiſſent, propter quam fictionem lex Falcidia, & omnes teſtamentariæ pertinent.* Si ergo lex Falcidia, & omnes teſtamentariæ ad ea teſtamenta pertinent, ſimiliter & Senatuſconſultum Pegaſianum, quia in hac parte nulla congrua diſcriminis ratio aſſignari poteſt, & quia Senatuſconſultum ſine quæſtione inter teſtamentarias leges numerari debet, namque nulla certa ratione excludi poterat à teſtamento captivi, ita ut heres reſtituere rogatus hereditatem, non deducere poſſet Pegaſianum ex fideicommiſſo, perinde ac ex legatis poteſt, quæ ſane fundamenta quemcumque ſane doctiſſimum, & ſubtiliſſimum virum tenere poſſint, ut in ea ſententia ſiſtat.

Sed quanquam fortiſſime iſta urgere videantur, tamen altius mihi rem iſtam ſcrutanti contraria ſententia inſedit: nam rectius meo judicio exiſtimo, ad teſtamenta captivorum, lege Cornelia confirmata, non Pegaſianum, ſed legem Falcidiam pertinuiſſe, quando Teſtator, qui poſtea captus fuit, heredem ſuum rogavit reſtituere hereditatem, idque ſic effectum fuiſſe conſtitutione D. Pii: expreſſus eſt, ſine hæſitantia aliqua J. Paulus *in l. filiusfamiliàs* 18. *D. ad legem Falcidiam*, in cujus reſponſo ſubſtruximus præcedentibus Capitibus alia plura, & nova: cum ergo Paulus quæſtioni arduæ reſpondere aggreſſus fuiſſet, ſcilicet ut heres pater quartam deducere poſſet, ſi rogatus eſſet à filiofamiliàs, qui militaverat, peculium ſuum Caſtrenſe Titio poſt mortem reſtituere, & reſpondeat legem Falcidiam inductam eſſe à D. Pio, etiam in inteſtatorum ſucceſſionibus propter fideicommiſſa, ſubdatque ſtatim in propoſita quæſtione, nec hereditatem eſſe: nam cum peculium apud patrem remanet, non jure hereditario obtinetur, ſed adhuc Jus priſtinum doret, & peculium ſit (quod ego latius explicabo *infra in commentario ad l.* 2. *D. de legat.* 1.) delet ſtatim objectionem, quæ à ſimilitudine objici poterat, in his verbis: *Nec huic contrarium eſt, quod in teſtamento ejus, qui apud hoſtes deceſſit, exercetur Falcidia, nam fictio legis Corneliæ, & hereditatem, & heredem facit: ſed me non dubitare, quim debeat id quoque indulgeri legis beneficium, &c.* ex- 3
preſſa ergo verba Julii Pauli ſunt, in hoc teſtamento captivi non Pegaſianum, ſed legem Falcidiam exerceri: nec τὸ *Falcidia*, ſimpliciter pro detractione ſumenda eſt, & ſic pro quarta Pegaſiana, ut cum Anton. Pichardo voluerunt aliqui in prælectione *ad l.* 1. *D. de legat.* 1. *Capit.* 12. & quod gravior error eſt, Pegaſianam intellexerit in inductione D. Pii, nam apertiſſime convincitur ex his omnibus, quæ proximis Capitibus dedimus: certum enim eſt Paulum perſpicue ſenſiſſe in teſtamento captivi de lege Falcidia: nam antecedentia, & ſubſequentia verba commonſtrant, dum legis Falcidiæ meminerint, nunquam enim lex Falcidia pro Pegaſiana ſumitur (ut jam obſervavi) & ſi in præcipua reſponſi parte, quando pater reſtituere gravatur peculium, & in inductione D. Pii (quod ſumpſit argumentum Paulus) deducitur lex Falcidia: idem intelligere debemus in argumento ſubjecto Corneliani teſtamenti, ut argumentum legitime obſtaret. Sed expreſſa ejuſdem Pauli verba ſunt, ibi: *Sed me non dubitare, quim debeat id quoque indulgeri legis beneficium*, τὸ *id quoque legis beneficium* relativa ſunt ad præcedens, proximumque

objectum

objectum, quod de teſtamento captivi præpoſuerat Conſulens, ut veluti in illo teſtamento præſtatur Falcidia & exercetur, ſic in iſto filiofamilias, qui militaverat, ejuſdem legis beneficium exerceatur: ex quibus liquet, legem Falcidiam obtinere locum in teſtamento ejus, qui apud hoſtes deceſſit.

4 Sed quæret quicumque, unde ſic obtentum ſit, legem Falcidiam non Senatuſconſultum Pegaſianum obtinere in fideicommiſſo univerſali teſtamento Corneliano relicto, cum legis Corneliæ fictione omnes teſtamentariæ leges ſuſtineantur, quod noſtri Capitis præcipuus ſcopus eſt, ego ſeu-

5 tem ex ſequentibus deduco. Nam conſiderare debemus, captum ab hoſtibus, dum eorum poteſtati ſubjacet, ſervum verum eſſe, nec civem Romanum nuncupari deberi, *l. eos qui 4. l. poſtliminii 5. cum aliis, D. de Captiv. & poſtlimin. reverſ.* & ſic nec poteſt facere teſtamentum, *l. ejus qui 8. D. qui teſtamenta facere poſſunt*, nec proprie ſuos heredes habet, ſervum aut filium *l. lege Cornelia 12. D. eodem*, nec hereditatem proprie relinquere, *l. 3. §. 1. D. de verborum ſignification.*

6 quia ſervus eſt, & quod magis dignum animadverſione eſt, nec poteſt fideicommittere, *l. in bello 12. §. codicilli 5. de Captiv. & poſtlimin. reverſ.* cum ea poteſtas Juris Gentium ſit (de quo late agimus ſupra hoc libro) Senatuſconſultum Pegaſianum, quamvis ejus propria non habeamus verba, ſubveſtigamus, fuiſſe expreſſe locutum de cive Romano ad formam, & ſimilitudinem legis Falcidiæ, ut inquit Juſtinianus *in §. 3. Inſtit. de fideicommiſ. hereditat.* quæ ſub expreſſa civis Romani mentione ſancita eſt, ut videre licet *in l. 1. D. eodem titul.* ibi: *Quicumque civis Romanus poſt hanc legem rogatam teſtamentum faciet*, & ſic ergo Pegaſianum teſtamentum captivi comprehendere non potuit, imò expreſſis excluſit verbis, dum de cive Romano meminit: maxime ſi animadvertamus legem Corneliam teſtamentariam

7 præſcriptam fuiſſe à L. Cornelio Sylla Dictatore, & Conſule cum Q. Metello anno ab *U. C.* 673. uti referunt Franciſc. Hotoman., Anton. Auguſtin., J. Calvin., Paulus Manucius *in tractat. de legibus*, Joann. Roſin. *Libr. 8. antiquit. Roman. Cap.* 18. & alii: quo quidem anno *Sylla Dictator factus fuit, Tribunorum Plebis poteſtatem minuit, & omne Jus legum ferendarum ademit*, ut ex verbis epitomatoris Livii referimus *Lib.* 89. lex autem Falcidia anno *ab U. C.* 711. aut per illa excurrentia tempora præſcripta fuit, Senatuſconſultum Pegaſianum Veſpaſiani temporibus, multo equidem poſtea, uti perſpicuum eſt. Hinc naſcitur legem Falcidiam, & Senatuſconſultum Pegaſianum, non potuiſſe comprehendi in lege Cornelia, utpote quæ longiſſimis ſpatiis conſtituta fuerunt, nec lex futura divinare potuit: & ſimiliter lex Falcidia, & Pegaſianum non reſpexiſſe videntur legem Corneliam, quia cum illa de cive Romano loquerentur, & teſtamentum lege Cornelia confirmatum Captivi, & ſervi ſit, non civis Romani; videbatur Falcidia, & Pegaſiano teſtamentum Cornelianum excluſum: nec noviores iſtas leges ad illam antiquam Corneliam trahi poſſe, cum non ſolum ſimilitudinem non haberet, ſed contrarietatem, *l. ideo quia 27. D. de legibus*, ſed tamen cum non ſit novum, ut priores leges ad poſteriores trahantur,

8 & è contra, ad priores poſteriores, *l. non eſt novum 26. cum ſequentibus*, quas doctrina, & exemplis, illuſtrant Æguinar. Baro *in commentario ad eas*, Cujac. *Lib. 4. quæſt. Paul. ad d. l.* 26. Jac. Rævard. *Capit. 1. ad legem 12. tabul.* Donell. *Libr. 1. commentariorum, Cap.* 13. effectum fuit, ut per interpretationem Juriſconſultorum, quorum præcipuum officium reſpondere, & interpretari erat, ut, Deo volente, dicemus *ad titulum, D. de liber. & poſthum.* Lex Falcidia poſterior tracta

eſt, à Juriſconſultis ad legem Corneliam teſta- 9
mentariam, & aliæ ſimiliter teſtamentariæ leges, uti ſic recte intelligimus Paulum *dict. l. 1. §. 1. D. ad legem Falcidiam*, in qua præmaxime neceſſaria interpretatio fuit, quia Cornelia de Captivo, & ſervo erat, Falcidia de cive Romano: ſed cum captivus lege Cornelia civis Romanus fingeretur, merito ad ſalubrem & piiſſimam legem lex Falcidia extenta fuit interpretatione Juriſconſultorum, quaſi id Legumlatores voluiſſent, & ſic Paulus *pertinere videtur* inquit. Dices, ſed qui non Se-

natuſconſultum Pegaſianum ad Corneliam legem 10
tractum fuit, & id egerunt Juris Conditores: ſed idem perquirere poteras de fideicommiſſis ab inteſtato: de reſtituendis alienis hereditatibus, ad quæ lex Falcidia protenta fuit, non Pegaſianum (uti præcedentibus Capitibus laboravimus): ratio eadem eſt, quam præſtitimus ibi longius, odium ſcilicet Pegaſiani in ſtipulationibus, quas ſuper trientem heres, & fideicommiſſarius celebrabant, propter quod Juriſconſulti odio habuerunt: nec interpretatione aliqua juvarunt, ſuæque propriis nativæ originis finibus reliquerunt; contra Falcidiæ favor Jure publico introductæ tantum effecit, ut non ſolum ad donationes cauſa mortis inter virum, & uxorem extenſa fuerit, ſed conſtitutione D. Pii progreſſa fuerit ultra terminos ſuæ Provinciæ ad fideicommiſſa ab inteſtato ſcilicet, & alienæ hereditatis: quod cùm ita ſit, æquum erit, ut ad teſtamenta Corneliana credamus ex eadem ratione à P. Pio inductam fuiſſe Falcidiam; aliter quis adduci poterit, in tam vaſto Juris Civilis pelago non ſuperfuiſſe reſponſum aliquod ad Cornelianam Pegaſianum extendens, aut veſtigium ſaltim, in quo id ſubveſtigare poſſemus: ego mehercle graviter hæreo: Mihi autem hanc legis Falcidiæ inductionem non ſubobſcure videtur J. Paulum demonſtraſſe *in dict. l. filiusfamilias*

48. D. ad l. Falcidiam, quam de Falcidia D. Pii 11
totam intelligo, & deducenda in peculio filiifamilias, & in teſtamento Corneliano; ea fuit perapta argumentorum ſeries, & ſic, quamquam captivo omnia jura, perinde ac ſi in civitate deceſſiſſet, conſerventur: & omnes teſtamentariæ leges pertineant ad eum, teſtamentumque ejus; non ſic Senatuſconſultum Pegaſianum erat, quod habere locum non poterat in Corneliano teſtamento, propter rationem præſtitam, in quo ſenſu primus, & feliciter forte, accipio Pauli verba *dict. l. 1. §. 1.* ibi: *Quæ tamen poſſint locum habere* nam præter

Govenni, Cujacii, & antiquorum conjecturas, 12
& caſus, ad quos verba retulerunt, congruere illis verbis poteſt Senatuſconſultum Pegaſianum, cum ſubjecta materia Falcidiæ expoſcat, illique affine Senatuſconſultum, quod habere locum non poterat: tùm quia deſtitutum interpretatione Conſultorum erat, ſine qua extenſione gaudere non poterat, cum fere *[illegible]* eſſet: tum quia D. Pius ea ratione motus legem Falcidiam induxerat ad teſtamenta Corneliana. Quæ ſi ſupra ſubtilitatem alicui ſubtiliora viſa fuerint, & ſudat ipſe, forte ſors felicior alludet, & nos & ludemus docebimurque.

 CAPUT

C. A P. X.

Commentarium ad difficillimum Ulpiani reſponſum in l. 2. D. de legat. 1. *à Capite iſto uſque ad finem Libri.* 1. *Fideicommittens debet habere teſtamenti factionem.* 2. *Hæc poteſtas de Jure non de facto intelligitur.* 3. *Expenditur* l. 1. §. in filiis 6. D. ad S. Conſultum Trebel. 4. *Dubitandi ratio* ad dict. l. 2. *num.* 5. *Argumenta contra* noſtram legem*: Fideicommiſſum ab inteſtato poteſt relinqui.* 6. *Legatum ſecus, quod non poteſt relinquere, niſi qui facere teſtamentum poſſit.* 7. *Neceſſitas ſine qua: & neceſſarium ad actum qualiter conſideretur.* 8. *Neceſſarium pro parte, & pro parte non, non conveniunt, non magis quam teſtati, & inteſtati cauſa.* 9. *Cauſæ non permiſcentur, nec à ſeparatis ſit illatio.* 10. *Ut fideicommiſſa Jure teſtamenti valerent, teſtamenti factio requirebatur.* 11. *Expenditur* l. ex ea ſcriptura 29. D. de teſtamen. *cum aliis.* 12. *Et reg.* omnia 201. D. de reg. Jur. 13. *Hinc diſquiritur, an ſi aliqui fideicommittere poſſint, qui non habeant teſtamenti factionem, & an deportatus, à num* 14. *Deportatus omnibus actionibus civilibus, & civilitate Romana exutus fuit.* 15. *Mortuo adſimilatur.* 16. *Non poteſt teſtamentum condere.* 17. *Nec heres inſtitui civiliter.* 18. *Ab inteſtato ſuccedere non poteſt.* 19. *Ad hoc ratio A. Fabri datur, & refellitur.* 20. *Ratio noſtra, quod ex* l. 12. tab. *proximus agnatus vocatur ab inteſtato.* 21. *Qua lege agnatis ſolis defertur ſucceſſio.* 22. *Agnationis nomen, & ſucceſſio, Civilis eſt, non naturalis.* 23. *& ſeq. Adſtruitur lectio in* §. fin. inſt. de legit. agn. tut. 24. *Deportatus capax eſt earum rerum, quæ in Jure naturali conſiſtunt.* 25. *Et ſic utili actione experiri poterit.* 26. *Et vendere, emere, locare, & alios contractus Juris Gentium facere: & qualiter.* 27. *Matrimonium qualiter deportatione non diſſolvatur.* 28. *In teſtamento ratione veſtiarii, victus, & neceſſariarum rerum legatum datur.* 29. *Ad id certa ratio præſtatur.* 30. *Legatum uſusfructus in ſingulos annos deportatus non capit, & quare.* 31. *Servi relicti ad cuſtodiam templi capiunt legatum alimentorum ex ſua perſona.* 32. *Sextantem ad extremam inopiam ſublevandam relinquebat lex deportato.* 33. *Deportatus qualiter humana interpretatione ſuccedat ex Senatuſconſulto Orphitiano: unde exordimur interpretationem deſperati reſponſi Ulpiani* in l. 1. §. qui operas 6. D. ad S. C. Tertulian. *à num.* 34. *per plures. Succeſſio ex S. C. Orphitiano, & aliis naturalis eſt.* 35. *Senatuſconſulta partes ſunt Juris Civilis.* 36. *Expenditur in oppoſitum* l. 1. §. Capitis 8. D. ad Tertul. 37. *Refertur interpretatio Græci Interpretis, quem alii ſecuti fuerunt.* 38. *Sed refellitur.* 39. *Et alia Accurſii, quæ & Cuj. fuit.* 40. *Similiter rejicitur.* 41. *P. Faber triplici interpretatione ſuccurrit, & prima, num.* 42. *Secunda.* 43. *Tertia.* 44. *Sed nos nova interpretatione tentamus fortunam in immani difficultate, à num.* 45. *Deportatis aliquando non proſcribebantur bona, & tunc ex Orphitiano admittebantur.* 46. *Æquitatis naturalis vis in noſtro Jure.* 47. *Naturalis ſucceſſio etiam obumbrata Jure Civili naturalis conſideratur.* 48. *Humana interpretatio* d. §. qui operas, *explicatur.* 49. *Conjecturæ, deportato reſervata fuiſſe bona,* d. §. qui operas. 50. *P. Fabri interpretationes quare diſpliceant.* 51. Verſ. fin. d. §. qui operas, *noviter explicatur, & illuſtratur.* 52. *Deportati filiis certa portio reſervabatur à lege.* 53. *Materna bona ex ſucceſſione filii pleno Jure, & antiquo acquirebantur patri, in cujus erat poteſtate.* 54. *Filii quo ſenſu dicuntur eſſe in poteſtate deportati.* 55. *Alia ſubtilis conſideratio* d. verſ. fin. 56. *&* 57. *Deportatus, cui reſervata fuerunt bona, non acquirit materna filii.* 58. *Explicatur* d. §. Capitis, *à num.* 59. *Proſcriptio bonorum in Deportato Jus ordinarium erat.* 60. *Ex teſtamento militis deportatus capere poteſt.* 61.

Miror, quod raro, aut nunquam anteceſ-
ſores noſtri pertractaverint hoc difficile Ul-
1 pian. reſponſum *in l. 2. D. de legat.* 1. Diffi-
cile equidem judico, in inveſtiganda ejus re-
2 cta ratione. Quomodocumque ſit, ex hoc Ul-
pian. reſponſo aſſeritur principium apud omnes
certum, *fideicommittentem, debere habere Teſtamentum faciendi poteſtatem:* quod & comprobat
idem Ulpian. autor noſtræ *l. in l. 1. cum §§. ſeqq. D. de leg. 3. & in fragmentis, tit. 25. §. 4.* agnoſcunt principium iſtud Bart., Bald., P. de Caſtro, Alvericus, Alexan., Alciatus, Jaſ., Duaren. *in commentariis ad noſtram l.* Pereg. *de fideicom. art.* 1. *à num.* 7. J. Cuj. *in prælect. ad noſtram l. & in notis ad fragmentum Ulpia.* Fulvius Conſtantin. *in enarrationib. ad princip. inſt. de donationib. num.* 22. Donell. *Lib. 7. comm. Cap. 16. ubi Oſvald. litt. A.* A. Faber 2. *tom. err. decad.* 43. *err.* 5. *num.* 15. *& err.* 6. *num.* 9. Angel. Matheac. *de legat. & fid. Cap.* 1. *num.* 2. A. Pichard. *in §. ſervus autem* 6. *inſt. de hered. inſtituend. num.* 21. P. Faber *Lib.* 2. *Semeſt. Cap.* 13. *fol.* 170. Hanc poteſtatem
teſtandi de Jure intelligimus, veluti ſi ſit civis 3
Romanus paterfamilias, nec captus ab hoſtibus, nec deportatus, nec incertus de ſuo ſtatu, nam ſi de facto poteſtatem non habuerit teſtandi, veluti

luti ſi degat ruri, quò loci numerus teſtium inte-
ger non ſit, nec tabellio, tabulæve ad deſcriben-
dum teſtamentum, non dubitamus quim recte
hujuſmodi Teſtator poteſtatem juris non facti ha-
beat, & fideicommiſſum relinquere queat, ſic in-
telligitur Ulpian. *d. titul.* 25. ibi: *Licet non fue-
rint.* expreſſus eſt Paul. *in l. conficiuntur* 8. §. *Co-
dicilli* 2. *D. de Jure Codicill.* ibi: *Non tamen hoc ita
intelligemus, ut exigamus potuiſſe eum eo tempore quo
ſcribit eos Codicillos, teſtamentum facere, quid enim,
ſi ſufficientium teſtium facultatem non habeat? Sed
ſi jure teſtamenti factionem habuit*, & ita interpre-
tantur Interpretes noſtri reſponſi verba, ibi: *Te-
ſtandi jus habens*, id eſt poteſtatem de jure, non
de facto, uti Bart. & Bald. *ad noſtram l.* & Alciat.
num. 3. P. de Caſtro *num.* 2. Donell. *d. c.* 17.
ubi Olvald. *d. litt. A.* A. Faber. *d. err.* 6. *num.* 10.
4 P. Greg. *Lib.* 43. *ſyntag. Jur. c.* 1. *num.* 5. Hoc
etiam expreſſe voluit idem Ulp. *in l.* 1. §. *in filii*
6. *D. ad S. C. Trebell.* in quo filiusfamilias miles,
quia de caſtrenſi peculio teſtari poteſt. *princip. inſt.
de milit. teſtam. l. fin. C. de inoffic. teſtam.* ideò
infert fideicommiſſum relinquere poſſe, & Sena-
tusconſulto Trebelliano eſſe locum (ſcio variis
emendationibus eſſe diſcuſſum reſponſum illud,
uti videre licet apud A. Govean. 2. *V. c. fin.*
G. Schieferdecker. *Lib.* 3. *tract.* 7. *q.* 9. Sed
forte congruentiori loco, & nos cum laborem
ſubibimus) patet ergo poteſtatem teſtandi conſi-
derari ad hoc, ut quis fideicommittere poſſit, non
vero requiri teſtamentum perfectum, & (ut no-
5 ſtri alias dicunt) actuale, & ea fuit præcipua
noſtri reſponſi cauſa, nam cum fideicommiſſa,
ſine teſtamento ullo poſſint ab inteſtato relinqui
(ut infra dicam) dubitabatur apud Ulpianum an
fideicommittens neceſſario habere deberet teſta-
menti factionem, & reſpondet Conſultus, teſtan-
di jus habere debere, nam ſi ita non interpretare-
mur, ſequeretur inde immanis error, ut non poſ-
ſet niſi in teſtamento legitime confecto fideicom-
miſſum relinqui.

6 Sed ſemper mihi difficilis viſa fuit inveſtigatio
rationis ad hoc reſponſum, nam cum fideicommiſ-
ſa ab inteſtato poſſint relinqui, quim fideicom-
mittens ullum teſtamentum condat, ita ut inte-
ſtatus moriturus poſſit rogare eum, ad quem bona
ſua, vel legitimo jure, vel honorario pertinere
intelligit, ut hereditatem ſuam totam, partemve
ejus, aut rem aliquam alicui reſtituat (ut verba
uſurpem Juſtiniani) *in* §. *præterea* 10. *inſtit. de fidei-
commiſ. hereditatib. l.* 1. §. *hoc autem* 5. *l. Lucius
Titius* 78. *D. ad Senatusconſultum Trebell.* Ulpian.
in fragment. dict. tit. 25. §. 4. *l.* 3. *C. ad S.
Conſultum Trebell.* cum aliis pluribus, quæ congerit
Gothofr. & ordinarii inſtitutionum Scholiaſtæ
dict. §. *præterea*, non neceſſaria, imò impertinens
7 cenſeri debebat Teſtamenti factio. Si enim Con-
ſultus hanc neceſſitatem imponeret Teſtamenti fa-
ctionis, volenti legatum relinquere, libentiſſimus
ferrem, nam cum legatum oon niſi Teſtamento
poſſit relinqui, ut ipſe Juſtinianus diſcrimen agno-
ſcit inter legatum, & fideicommiſſum *dict.* §. *præ-
terea*, & Ulpian. *dict. tit.* 25. §. 8. merito legare
non poſſet, niſi qui Teſtamenti factionem habe-
ret. At vero cum totum contrarium in fideicom-
miſſis ſit, quia non egent Teſtamento ullo, ſed
voluntate ab inteſtato; nulla congruens inveniri
poteſt ratio, qua conjungamus diſtinctos actus, &
8 omnino inſeparabiles faciamus. Neceſſaria equi-
dem eſt Teſtamenti poteſtas ex Ulp. ſententia ad
relinquendum fideicommiſſum, ſed hæc neceſſi-
tas ſine qua (ut inquiunt Philoſophi) quorſum
tendat, quid operetur, in fideicommiſſis neſcio,
cum ab inteſtato relinquantur: nam quod neceſſa-
rium ad actum experimus, eſt illud, ſine quo a-
ctus expediri non valet, nec perfectus eſſet Ari-
ſtotel. *Lib.* 4. *Metaphyſ. Cap.* 5. Cic. *ad Treba-
tium*, J. Cæſar. Scalig. *de ſubtilitate ad Card. exer-
citat.* 254. latè Jul. Siren. *Lib.* 2. *de fato*, *C.* 6.
& 7. hoc autem in fideicommiſſis adaptari non
poteſt, cum ſine Teſtamento valeant *τὸ γὰρ ἀναγ-
καῖον οὐκ ἐνδέχεται ἄλλως, καὶ ἄλλως ἔχειν*, ſecundum
Ariſtotel. *Lib.* 2. *Metaphyſ. Cap.* 5. id eſt. *Neceſſarium* 9
enim non contingit aliter, & aliter ſe habere, quod enim
neceſſarium influit in actum, pro parte conſiderari
neceſſarium pro parte inutile, & nihil operari, nec
recta Philoſophia, nec ratio patitur. Sane in noſtra
Juriſprudentia hoc ita comparatum eſt, ut neceſſaria
ad actum judicentur illa, ſine quibus actus expediri
non poſſit, *l.* 1. §. 1. *D. ſi uſusfruct. petat. l.* 2. *D. de
Juriſdict. l.* 9. §. 9. *D. de ſervit ruſt. præd.* cum aliis
multis, veluti conſenſus in contractibus: verba in ſti-
pulationibus: Teſtamentum in legatis, ſine qui-
bus heredes conſtare non poſſunt. Cum ergo cau-
ſa teſtati tam diverſa, quam quæ magis ſit; imò
omnino contraria, invicemque repugnans, *l. Jus
noſtrum*, *D. de Reg. Jur.* non poſſunt ſic contraria
convenire ſimul in eodem ſubjecto, ut ex aliquibus
Ariſtotelis locis probavit P. Faber *dict. l. Jus no-
ſtrum*, ita ut fideicommiſſum pro parte teſtati
ſucceſſione; pro parte inteſtati indigere videatur:
quorſum hæc repugnantium concordia? Jus no-
ſtrum ſaltim eam non patitur. Unde merito Ve- 10
nuleius ſcripſit *in l. permiſceri* 52. *D. de acquir. poſſ.*
cauſas nunquam eſſe permiſcendas, quia ſic diffe-
rentias rerum colligimus, uti inquit P. Gregor.
Lib. 3. *art. mirab. Cap.* 14. *num.* 9. ac per conſe-
quens in ſeparatis de uno ad aliud nunquam infer-
ri, uti cum aliis exornat Math. Gribald. *Lib.* 1.
de rat. ſtud. Cap. 8. propter quod cum fideicom-
miſſa ſeparentur à Teſtamento, uti & multis
probavit Alciat. *in noſtra l.* 1. *num.* 3. & quia ſi-
ne eo relinqui poſſint, ſeparentur etiam à legatis,
quia non poteſt niſi Teſtamento legari, nec à le-
gatis poterit inferri ad fideicommiſſa: & ſimili-
ter, nec à Teſtamenti factione, cum qua nihil
iſta commune habent. Si enim ut relinquerentur 11
fideicommiſſa Teſtamento, & ut Jure Teſtamen-
ti valerent, Ulpianus ſcripſiſſet, Teſtatorem de-
bere habere Teſtamenti factionem, id perquam
conſonum cuncto Juri Civili eſſet, nam cum Te-
ſtamento relicta fideicommiſſa non valeant, niſi
Teſtamentum ſubſiſtat, eoque ſubverſo non de-
beantur, §. 1. *inſt. de fideicommiſ. hered. l. ex im-
perfecto* 23. *D. de leg.* 3. *l. ſi quis Teſtamento* 81. *D. de
leg.* 2. *l. eam quam* 14. *l. ſi veritas* 23. *l. ex Teſtamento*
29. *C. de fideicommiſ.* neceſſario ad relinquenda fidei-
commiſſa jure Teſtamenti, jus etiam Teſtandi de-
bebat habere Teſtator, quod innuere videtur J.
Paul. *in l. ex ea ſcriptura* 29. *D. de Teſtamentis*, in qua 12
reſpondet, peti non poſſe, nec ea quæ fideicommiſ-
ſorum verba haberent, ex ea ſcriptura quæ ad Te-
ſtamentum faciendum parabatur, ſi nullo jure Te-
ſtamentum perfectum eſſet, in illis enim, *nullo Jure*,
& defectus ex poteſtate teſtandi comprehenditur,
quod & admittit titulus *qui Teſtamenta facere poſſunt*,
ſub quo jacet reſponſum: ſed hæc ſententia utiliter,
& expreſſe probatur, *ex l.* 1. §. 1. *D. de leg.* 3.
ubi ſi filiusfamilias, vel ſervus fideicommiſſerint
teſtamento, fideicommiſſum non valet, quia ipſum
Teſtamentum deficit ex poteſtate Teſtantis, ſed
id optime probavit Papin. *in l. coheredi* 40. §. 1.
D. de vulgar. in fideicommiſſo à filio impubere
inſtituto relicto, vel quando verba precaria impu-
berem ætatem egrediuntur: *Quæ ita* (inquit Con-
ſultus) *locum habebunt, ſi patris Teſtamentum Jure
valuit; alioquim ſi non valuit, ea ſcriptura, quam Te-
ſtamentum eſſe voluit, codicillos non faciet, niſi hoc
expreſſum eſt*, ad quod Juris principium reducen-
da eſt Javoleni regula *in l. omnia* 261. *D. de Reg.* 13
Jur.

Jur. omnia quæ ex Teſtamento proficiſcuntur, ita ſtatum capiunt (ſic legit Giſanius infra referendus) *ſi initium quoque ſine vitio ceperint*, id initium reſiſto P. Fabri intellectu, ad poteſtatem Teſtatoris referendum eſt, id enim eſt principium & initium in Teſtamentis, uti docte intelligit J. Rævar. *in hac Regula*, & inſinuat Hubertus Giſanius *in commentario de Regul. Jur. Lib.* 2. *Cap.* 8. In hoc ergo legata conveniebant, & fideicommiſſa Teſtamento relicta, ut non niſi ab habente poteſtatem teſtandi relinquantur, ut ex præſcriptis patet, ſed quando ab inteſtato fideicommiſſa relinquuntur, indebite Teſtamenti factionem in fideicommittente requirimus.

14 Sed inquiramus, an poſſint in Jure noſtro inveniri aliqui, qui fideicommittere poſſint, quamvis Teſtamenti factionem non habeant, nam ſi invenerimus eos, aut actum erit de reſponſo Ulpiani, aut interpretatione ſubveniendum eſt ei. Et fuiſſe aliquos, qui fideicommittere potuerunt, quamvis non habuerint Teſtandi jus, pro certo habeo. Atque primo ſe offert deportatus, cui (ni vehementer fallor) poteſtas fideicommittendi fuit. Ad quod obſervo (ne videamur ſine notitia Juris præcipitanter agere) deportatum omnibus actionibus civilibus omnique civilitate Romana exutum
15 fuiſſe, *l. ſunt quidam* 17. §. 1. *D. de pœnis*, *l.* 1. §. *hi quibus* 2. *D. de leg.* 3. *l. ſed ſi hac leg.* 10. §. *ſed ſi per pœnam* 6. *D. de in Jus vocand. l.* 1. *C. de heredib. inſt.* nam cum per deportationem Civitas Romana amitteretur, ad peregrinitatem deportatus redactus, ita ut ſuperſtes ſit ei ſolum libertas, Juſque Gentium, non mirari debemus, ſi deportatum dicamus nudum fuiſſe omni re civili Romanorum; probant prædicta jura, & *l. inter pœnas* 6. *D. de interdict. & releg. l.* 2. *cum* §. 1. *D. de pœn.* §. 1. *inſt. quibus modis Jus pat. pot. ſolvit.* cum aliis, quæ præſcriptis locis congerit Gothofred. & explicat, atque etiam Vacon. *Lib.* 1. *declarat* 26. Cujac. *Lib.* 9. *quæſtion. Pap. ad l. ſi debitori* 47. *D. de fideijuſſorib.* D. P. Chumazer. *diſp.* 11. D. Martin. Larreateg. *Lib.* 1. *ſel. Cap.* 5. *num.* 7. Donel. *ad Rub. C. de Teſtament. à num.* 9. & *Lib.* 2. *com. Cap.* 26. & *Lib.* 9. *Cap.* 5. ubi alios refert Oſvald. *lit. R.* A. Faber *in rationali ad l. ſi mandavero* 22. *D. mandat.* & *in Juriſprud. Papin. tit.* 11. *princip.* 3. *illat.* 3. D. Melchior de Valent.
16 *Lib.* 1. *illuſt. tract.* 4. *Cap.* 9. *num.* 6. in tantum quod mortuo deportatus in aliquibus caſibus aſſimilatus ſit, §. 1. *inſt. quibus modis Jus patriæ poteſtat. ſol. l.* 1. §. *filium* 8. *D. de bon. poſſ. contra tab. l. ſi necem* 4. §. *ſi deportatus* 2. *D. de bon. libertorum*, *l. actiones* 65. §. *publicatione* 12. *D. pro ſocio*, & colligitur *ex l. ex ea parte* 121. §. *in inſulam*, *D. de verbor. obligation.* explicat præter alios innumeros Cujacius *Lib.* 14. *reſp. Pap. ad l.* 11. *de aſſignand. Lib.* P. Gilkenius *in commentario ad l. Gallus*, §. & *quid ſi tantum*, *D. de Lib. & poſthum.* 54. *cum ſequentib.* (qui plures dat) Hobert. Giſan. *in commentar. ad l.* 1. *C. de caduc. tollen. fol. mihi* 200. & *ad l. pen.* §. *ſed neque*, *C. de uſufruct.* Oſvald. *ad Donell.* 9. *commentar. Cap.* 5. *lit. R.* D. Joann. Chomazer. *diſputat.* 10. *à num.* 4. P. Faber 2. *Semeſt. Cap.* 12. P. Loriotus *de*
17 *apicib. Jur. tract.* 5. *axiomat.* 3. A. Pichard. *in l. Gallus Cap.* 7. *à num.* 125. Hinc fit deportatum non poſſe Teſtamentum condere *l. ejus qui* 8. §. 1. & 2. *D. de teſtam. l.* 1. §. *hi quibus* 2. *D. de leg.* 3. Ulpian. *in fragment. tit.* 20. §. 14. quia cum extorris ſit, nec Civis Romanus, ut hæc reſponſa docent, merito interdicta eſt ei Teſtamenti factio, cum hæc ſolis Civibus Romanis competat, *l.* 1. *D. ad l. Falcidiam princip. inſt. de teſtamen.* §. *fin. inſtit. quibus non eſt permiſſum facere Teſtamentum*, Ulpian. *dict.* §. 14. Lex enim Regia 12. tabul. qua Teſtandi poteſtas conceſſa fuit, locum habuit, juſque obtinuit inter ſolos Romanos Cives, ita ut ſi civis Romanus fuiſſet, aut Civitate Romana donatus, ea poteſtate teſtamentaria perfrui non poſſet, *dict. l.* 1. *Cap.* 2. *in Auth. de Nuptiis*, obſervant Interpretes in præſcriptis locis, præcipue P. Gilken. *in commentario ad l.* 1. *C. de hered. inſt.* A. Faber *in rationali ad l. legis* 7. *D. de legib.* J. Clarus *Lib.* 3. *ſententiarum*, §. *Teſtamentum quæſtion.* 22. Donell. *in commen. ad dict. l.* 1. & 6. *com. Cap.* 17. ubi Oſvald. *lit. N.* Nec ſo- 18
lum deportatus non habuit Teſtandi jus, ſed nec capacitatem inſtitutionis, ita ut quod nec ex Teſtamento ſuccedere potuerit *dict. l.* 1. *C. de hered. inſtit.* ubi late P. Gilken. pluribus in locis, & præcipue *num.* 34. Hugo Donell. *in eadem l. num.* 4. id autem à præſcripta procedit ratione, nam cum deportati ἄπολιδες eſſent, ſeu extorres exuti Civitate Romana, & Teſtamentaria ſucceſſio etiam lege 12. tabul. obveniat, nam quamvis à Teſtamento deferatur, cum ea Teſtandi poteſtas *à lege* 12. *tab.* jam ante proceſſiſſet, quæ Teſtamentarias ſucceſſiones confirmavit, perinde eſt ac ſi lege illa proveniret hereditas, *l. lege* 130. *D. de verborum ſignificat.* & ſic merito deportatus in- 19
capax eſt ſucceſſionis Teſtamentariæ. Ex eodem oritur fonte deportatum ab inteſtato non poſſe ſuccedere, quod in noſtro Jure receptum eſt, *l.* 1. §. *ultim. & pen. D. de bonorum poſſ. contra tab. l. ſi necem* 4. §. *ſi deportatus* 2. *D. de bonis libert. l.* 1. §. *Capitis* 8. *D. ad Senatuſconſultum Tertullian.* & ſic poteſt intelligi *l. ſi qua pœna* 7. *D. de his qui ſunt ſui, vel alieni Juris*, docet Alexan. *in l.* 1. *C. de hered. inſt.* & communem ſententiam dicit J. Clarus *dict. Lib.* 3. *ſententiarum in* §. *Teſtamentum quæſt.* 22. Michael Graſſus *in tractatu de ſucc.* §. *ſucceſſio ab inteſtato*, *quæſtion.* 6. P. Gilkenius *dict. l.* 1. *C. de heredit. inſtituen. num.* 44. A. Faber *in rationali ad l.* 7. *D. de legib.* P. Faber *Lib.* 2. *Se-* 20
meſt. Cap. 12. Ratio autem apud A. Fabrum ea eſt, quia cum Teſtandi jus à permiſſione legis procedat, verum enim eſt, quod niſi Teſtandi facultas lege 12. tab. permitteretur, ipſo Jure prohibita fuerat (ut infra dicemus) deportatus, & alii ſimiles non habent permiſſionem à lege. Et ſic etiam de ſucceſſione ab inteſtato, quæ permiſſiva ex lege fuit, non tamen circa deportatos. Nunquam hæc mihi ratio placuit, nam eo ipſo, quod lex Teſtamenta, & ſucceſſiones ab inteſtato permiſit, nec expreſſa mentione à Teſtamento, & ſucceſſione excluſit deportatos; ſed generaliter utrumque permiſit unicuique, ut ex earum verbis patet, recto jure credere debebamus deportatos comprehenſos, aut ita judicare, ex eo, quod excepti & excluſi à legum verbis non erant: nam firmior regula eſt prohibita, quæ non inveniuntur per legem, permiſſa cenſeri, *l. nec non* 28. §. *quod ejus* 2. *D. ex quibus cauſis major l.* 1. §. 1. *D. de teſtib. l. qui accuſare* 8. *D. de accuſat.* pluribus exornat Velaſc. *in axiomatib. Jur. litter.* 21
P. num. 6. Ratio ergo ab eo principio, quod adferuimus, provenit: nam cum ad ſucceſſionem ab inteſtato vocantur à lege 12. tab. agnatus proximior *princip. inſt. de legitima agnat. tut. princip. in-* 22
ſtit. de legitima agnatorum ſucceſ. Ulpia. *in fragment. tit.* 26. de qua lege intelligendus eſt Paul. *in l. ſi quis poſthumos* 9. §. *D. de Lib. & poſth. l. pronunciatio* 195. *D. de verbor. ſignification.* verba hujus l. 12. *tab.* varie leguntur apud omnes: vide Balduin. *ad l.* 27. & 28. 12. *tabul.* Roſin. *Lib.* 8. *antiq. Roman.* & Thomam Dempſter. qui ex Lipſio, Charonda, & aliis Interpretibus recitat leges, optime Gothofred. *in notis ad fragmenta* 12. *tab. tit.* 20. Stephan. Vinandus, Pighius *Lib.* 3. *ann.* Cicer. 1. *ad Herennium*, & *Lib.* 2. *de inventione*, P. Faber. *Lib.* 3. *Semeſt. Cap.* 24. J. Cujac. *in l. conjunctionem* 29. *D.*

de

de verbor. ſignificat. cum ergo ſucceſſiones ab inteſtato lege Civili Romanorum deferrentur, ut præſcripta probant, atque inſinuant, *l. lege obvenire*, *D. de verborum ſignificat.* merito non admittitur de-
22 portatus ad eam ſucceſſionem Civilem, cum Civili Jure ea excluſus ſit. Adde his, *lege iſta* 12.
23 *tabularum* agnatis ſolis deferri ſucceſſionem, non vero cognatis, qui fere Jure illo incogniti erant, quodque agnationis nomen Civile eſt, ſicut co-
24 gnationis naturale, *§. fin. inſt. de legitima agnatorum tutela*, nam quamvis τὸ *Civilis* in aliquibus codicibus non inveniri affirmet Petr. Broſſæus, ſeu Martin. del Rio *in remiſſionibus ad dict. §. finalem*, & tenere videtur F. Broeus *in commentario ad eundem*, tamen vulgaris lectio communior, & receptior eſt, & eam agnoſcunt antiquorum plurimi, & noviores, *dict. §. fin.* ut pote Hubertus Giſanius, Æguinar. Baro, Franc. Balduin., A. Pichar. & alii Interpretes ordinarii, A. Faber *in Juriſprud. Papin. tit.* 16. *princip. in illat.* 9. Theophilus vero vertit, *ἡ γὰρ ἀγνατίων νόμιμόν ἐστιν ὄνομα*, id eſt, *Quoniam agnatio legitimum eſt nomen*: optime ex infra dicendis, ſed ſequentia ejuſdem verba hanc lectionem mire adſtruunt, ibi: *Quia Civilis ratio Civilia quidem Jura corrumpere poteſt*, *&c.* cum reſpectu ad Civile nomen agnationis, quod antea dixerat: liquet ergo agnationis nomen eſſe Civile, & legitimum, ut intellexit Theophilus, & à lege præoccupatum, ſcilicet 12. tabularum, ut interpretatur Paulus *in l. Juriſconſultus* 10. *§. cognati* 2. *D. de gradib. & affinib.* & cum eo Accurſius, Æguinar. Baro, *dict. §. fin.* & Franc. Broeus *in §. quod autem de Capitis dimin. nu.* 2. & alii Inſtitutionum Interpretes ſupra dati, A. Faber. *dict. illat.* 9. Fran. Hotoman. *de gradib. cognat. in vol.* 1. *var. diſputat. fol. mihi* 250. J. Ræuard. *Lib.* 5. *var. C.* 1. Oliverius Textor in commentario *ad tit.* 3. *de gradibus in princip. à num.* 12. optime J. Calvin. *in lexico Juris*, *verbo agnati*, bene Bartol. *in l.* 1. *§. Capitis* 8. *D. ad S. Conſultum Tertulian.* agnoſcens ſucceſſiones 12. tab. delatas, Civiles eſſe, quia ſui, & agnati vocantur; contra autem, quæ Senatuſconſultis, & Conſtitutionibus differuntur, quæ naturales ſunt (de quo infra latius agemus) quamvis enim agnati, & cognati ſint, *§.* 2. *inſt. de legitim. agnat. tutel. dict. l. Jureconſultus* 10. *§.* 2. *l. inter agnatos* 5. *D. unde legitimi*, ſed tamen quia Jura de agnationibus, non præcipue naturam conſpexerunt, ſed magis decorem familiarum, & majeſtatem populi Romani, nimirum ut familiæ conſervarentur, & maſculi agnati, per virilem ſexum deſcendentes, honoratiores fierent, quod & media Juriſprudentia præcipue complexa eſt, *§.* 3. *inſt. de legitima agnatorum ſucceſ.* cum ibi notatis ab Interpretibus, uti optime præter alios jam ſupra datos explicat Hotoman. *dict. §. fin. inſt. de legit. agn. tut.* Inde dicitur agnationem Civile eſſe nomen, & ut ait Theophilus *νόμιμον* tanquam Civili Jure, & lege agnita fuerit agnatio ad ſucceſſiones, quod cum ita eſſet, & ad agnatum proximum ſucceſſiones ab inteſtato deferrentur, qui deportatus illam Civilem, & legitimam ſucceſſionem capere poſſet ex ſupra traditis?

25 Hæc autem omnia in deportato locum obtinent quoad Civile Jus, & cuncta ea, quæ ex Jure Civili procedunt per rationes in ſuperioribus expenſas late, ſed omnino contrarium ſentimus circa res illas, quæ in ſolo Jure Naturali Gentiumque nituntur, quod ſolum in deportato à deportationis pœna redemptum fuit, ſolumque ſuperfuit (ut ſu-
26 pra diximus ex Juriſconſulti ſententia, *d. l. ſunt quidam* 17. *D. de pœnis*) inde proveniunt in Jure noſtro variæ notiones, variæque ſententiæ, quæ ſic ſecuriſſime capiuntur, ſcilicet deportatum utili actione recte ſe poſſe defendere in judicio, quod expreſſe colligitur *ex l. eas obligationes* 8. *D. de Capit. dim. l. Papinianus* 20. *D. de minorib. l. ſi mandavero* 22. *§. is cujus* 5. *D. mandat. l. rerum* 25. *D. rerum amotarum*, quod confirmatur à contrario *ex l. relegatus* 14. *§. qui civitatem*, *D. de interdict. & relegat.* (inſerta à Cujacio *in hoc titulo ex Lib.* 54. *Baſilicorum*) probat etiam *l. in inſula* 3. *D. de bonis damnat.* congruit *l. tutelas* 7. *§. ultim. & pen. D. de Cap. min.* nam quamvis omnibus actionibus Civilibus deportatus exutus jaceat, tamen utiles actiones, non tam directe ex Jure Civili, quam Jure Gentium, rationeque naturali multoties provenire, abunde probavimus ſupra *Lib.* 3. *Cap.* 9. cum ergo hæc actio utilis ad defenſionem naturalem tendat, quis homini libero denegare audebit? quam quæſtionem, ſatis apud noſtros Interpretes arduam, erudite diſquirit, multis hinc inde relatis, Oſvald. Hilligerus *ad Donell. Lib.* 17. *com. Cap.* 4. *lit. G.* (quem ſecure conſulere poteſtis) & Cujac. *dict. l.* 121. *§. in inſulam*, *D. de verborum obligat.* Benedictus Pinel. *Lib.* 2. *Cap.* 10. *num.* 33. P. Loriotus *de apicib. Jur. tract.* 17. *axiomat.* 5. Duaren. *in com. ad tit. D. mandat. Cap.* 2. J. Pacius *enantioph. cent.* 4. *quæſt.* 87. Sic ſimiliter Jure Naturali Gentium- 27
que attento deportatus poteſt vendere, emere, locare, & alios Juris Gentium contractus facere *l. deportatus* 15. *D. de interdict. & relegatis*, ita ut utili actione ex his contractibus agat, non directa, ne actione Civili experiatur: explicat Cuj. *in commentario ad l. ex ea parte* 121. *§.* 3. *in inſulam*, *D. de verborum obligat.* Oſvald. *ubi proxime*, P. Faber *dict.* 28
Lib. 2. *Semeſt. Cap.* 12. A. Faber *decad.* 75. *err.* 8. J. Niellius *diſp. feud.* 4. *in Corollario* & ſic matrimonium deportatione non diſſolvitur, *l.* 1. *C. de repudiis*, *l. ſed ſi mors* 13. *§.* 1. *D. de donat. inter vir. & uxorem*, nam quamvis juſta ſponſa ex Civili Jure Romanorum non ſit, *princip. inſt. de nuptiis*, tamen cum Jure etiam Gentium naturalique matrimonium conſiſtat, remota Civilitate Romanorum, in illo ſubſiſtet, *l.* 1. *§. D. de Juſt. & Jur. l.* 2. *D. de rit. nupt. princip. inſt. de Jure nat.* P. Faber. & Niellius *ſup.* Hæc autem inſinuaſſe ſolum non tractaſſe ſufficiat, aliaque pluraque præterire juvat, quibus pleniſſime Jus Gentium deportatis adſereretur.

Sed accedamus ad ultimas voluntates, quarum Incapacem deportatum non eſſe, Jure Gentium attento, impenſius conabimur probare, ut ſic recto tramite ad diſquiſitionem noſtram perveniamus: an fideicommiſſum deportatus relinquere poſſit, & quaſi viam ſternamus planam ad eam rem. Et pri- 29
mo ſe offert, quod quamvis alias deportatus ex teſtamento nihil capere poſſit, tamen ſi ei victus, veſtiarii, aut uſuum neceſſariorum cauſa aliquid ſit relictum, reſcripto Imperatoris Antonini capere poterit, probat mihi Marcianus *tit.* 54. *Baſilicorum*, *de interdictis*, *& relegat.* in his verbis. *Deportati, neque hereditatem, neque legata capiunt, relinquuntur tamen eis teſtamento, quæ ad victum, & alios uſus neceſſarios ſufficiunt*, qui reſponſo Græcus antiquus Interpres ſubjecit hanc notam, & reſcriptum Antonini, *cum Ulpianus Damaſcenus rogaſſet Imperatorem, ut ſibi permitteretur matri relinquere ad victum neceſſaria, & mater per libertatem, ut quandam ſibi liceret filio deportato relinquere, Imperator Antoninus eis reſcripſit in hunc modum; neque hereditas, neque legatum, neque fideicommiſſum contra mores, & Jus publicum hujuſmodi perſonis relinqui poteſt, nec conditio harum perſonarum mutari debet, quod vero pie rogaſtis, liceat vobis ultima voluntate eis ad victus, & alios uſus neceſſarios ſufficientia relinquere, eiſque ex hac cauſa relicta capere.* Ex quo Interpretis notis tranſtulit Cuj. *reſponſum* 16. *ad titulum*, *D. de interdictis*, *& releg.* ut Gothofred. in illis additis legibus profitetur, ipſuſque Cuj. *Lib.* 10. *quæſtionum Pauli ad l. is cui.* 11, *D. de alimen. & cibariis legat. &*

Lib. 6, *obſerv. Cap.* 23. & quia Cujac. Græcuſque
Interpres eam non habuerunt poteſtatem, ſolis
Triboniano, aliiſque compilatoribus conceſſam,
diſponendi Civile Jus, ideoque parvi Martiani reſ-
ponſum facias, accipe l. *legatum pen. D. de Capit.
minut. dict. l. is cui.* 11. *de alimen. & cibariis leg. l.* 3.
D. de his quæ pro non ſcriptis habentur. Vide Synop-
ſim Baſilicon. *Lib.* 10. *tit.* 54. Quibus certa red-
ditur concluſio, relinquendi alimenta deportato,
placuitque ex aſſertis reſponſis Accurſio, Bart. &
Baldo, *dict. l. legatum*, & eidem Bald. *in l. ſi de-
portati* 7. *D. de leg.* 3. Paulo de Caſtro *dict. l. is cui*,
J. Cujacio *dict. Lib.* 10. *quæſt. Pauli ad eandem l. &
in commentario ad l.* 121. *§. in inſulam, D. de verbor.
obligat.* Gothofred. *dict. l.* 3. *& dict. l. is cui*, P.
Gilkenio *in l.* 1. *C. de hered. inſtituen. num.* 37.
Donell. *Lib.* 8. *commen. Cap.* 6. ubi Oſvald. *lit. F.*
Duaren. *in commentar. ad titulum, D. Capit. minut.*
Anton. Fabro *in rationali ad dict. l. legatum*, & Æ-
guinario Baroni *in ejus commentario*, & J. Petro
Surdo *in tractat. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 17. *num.*
30 21. 22. qui alios dat. Rationem autem reddidit Mo-
deſtin. *d. l. legatum*, ibi: *Videlicet, quia tale lega-
tum in facto potius, quam in Jure conſiſtit*, quaſi di-
ceret; hoc legatum annui alimenti magis in facto
naturali conſiſtit, ut deportatus ſcilicet ſuſtentari
queat, quod naturale eſt, quam in aliquo Civili
Jure, ad cujus effectum conſiderari non debet: ſic
certo judicio hanc Modeſtini expenderunt ratio-
nem Accurſ., Baldus, Paulus, Gothofredus, Cuja-
cius, Duarenus, Baro, A. Faber, & P. Surd. *in de-
ſignatis locis*, idem A. Fab. *in Jur. Papin. tit.* 16.
princip. 3. *illation.* 3. quibus favet Franc. Hoto-
31 man. *illuſtr. quæſt. Cap.* 41. Unde procedit ideo
legatum uſusfructus in ſingulos annos Capitis di-
minutione perire, quia uſusfructus cum conſiſtat
in Jure, merito quidquid Juris eſt, deportatio,
Capitisque diminutio abrumpit: ſecus autem quæ
naturalia ſunt, in quæ nullum imperium habet, *§.
fin. inſt. de legitima agnat. tut.* cum aliis, quæ ad-
ducit Faber, qui ſic interpretatur, *l. in ſingulos* 8.
D. de annuis legat. & alii ante eum ex ſupra rela-
32 tis. Sed quod mirum? Si hujuſmodi legatum ſer-
vis relictum, qui ad cuſtodiam templi relicti erant
(de cujus obſervantia Gaſp. Barthius agit *Lib.* 10.
adverſ. Cap. 1. cum ſpeciali mentione reſponſi infra
referendi) quamtumvis ex ſua perſona incapaciſſimi
ſint, ſuſtinetur in jure, cum nullum jus con-
ſideretur in eo, ſed nudum factum naturale ac-
cipiendi alimenta, illiſque fruendi, quorum ca-
paces natura ſunt, *l. ſervos* 17. *D. de alimentis, &
cibariis legatis, l. quod attinet* 32. *D. de regul. Jur.*
33 quod ſine dubio reſpexit Q. Symmachus *Lib.* 10.
epiſt. 54. *Servis teſtamentorum juſta commoda non
negantur*, quæ omnia à principio ſupra aſſerto pro-
cedunt ex *dict. l. ſunt quidam* 17. *§.* 1. *D. de pœnis*,
& quod magis dignum animadverſione eſt, adhuc
hujuſmodi legatum capere deportatum ex teſtamen-
to, quod totum Civile eſt, tantum ergo præpon-
deret naturalis cauſa ſecundum ea, quæ expenden-
tur infra: ſed nec hoc mirum cenſeri debet, quando
deportato ſextantem lex reſervat ad extremam ino-
piam ſublevandam, *l.* 8. *C. Theod. de bonis proſcript.*
34 Sed cum Cujacius *in commentario ad dict. l.* 121.
§. in inſulam, D. de verbor. obligat. hujuſmodi alimen-
torum legatum matri relinquere deportatum poſſe
ſcriberet, concludit, ſummo jure omnes tenere
Doctores deportatum humana interpretatione ma-
tri ſuccedere, quod probat ex *l.* 1. *§. qui operas*
6. *D. ad Senatuſconſultum Tertulian.* Occaſio ergo
audendi ex eo reſponſo deducitur, ut affirmemus
humana interpretatione, id eſt Jure Naturali, &
Gentium deportatum matri ſuccedere poſſe ex
Senatuſconſulto Orphiciano. Nec id vacare ra-
tione videbatur: nam quamvis Jure attento anti-
quo 12. tabul. ab omni ſucceſſione Civili depor-
tatus excluderetur, id in cauſa erat, quia civili-
ter ab illo Jure ſucceſſiones deferebantur, quod
non ſic erat in Senatuſconſultis, aliiſque Juribus
noviorib. cum ab illis deferantur naturaliter, id
eſt Jure naturali inſpecto, veluti matri, aut filio,
non vero agnatis (quod nomen civile eſt, ut ſu-
pra diximus) *l. tutelas* 7. *D. de Capit. min. l. Juriſ-* 35
conſultus 10. *§. inter* 4. *D. de gradibus*, explicat
Bartol. *in l.* 1. *§. Capitis, D. ad Senatuſconſultum
Tertulian.* Anton. Pichard. *in §.* 1. *inſtit. de Sena-
tuſconſulto Orphician.* Franc. Broæus *num.* 1. *&*
2. Atque etiam Æguinar. Barò, Franc. Balduin.,
Franc. Hotoman., Cujacius, & alii ibidem, idem
Cuj. *Lib.* 11. *ad edictum Pauli in dict. l. tutelas* 7.
in cujus rationali eleganter A. Faber obſervat,
& Æguinarius Baro, atque impenſe eruditus P.
Faber *Lib.* 2. *Semeſt. C.* 12. Sed ſi hæc ferretur
opinio, omnia ſupra injecta fundamenta corrue-
rent, in quibus pro certo impoſuimus nullam ſuc-
ceſſionem civilem deportatum accipere poſſe:
nam Senatuſconſulta non pars minima ſunt Juris
Civilis, *§. conſtat autem, inſt. de Jur. naturali
Gent. & Civil.* Præcipue cum cognationes Capi- 36
tis diminutione, qua aut civitas, aut libertas a-
mittitur, amittantur, *§.* 6. *inſt. de Capit. dimin l.* 4.
§. fin. D. de gradib. l. ex facto 17. *§. ex facto* 5. *D.
ad S. C. Trebellian.* uti eleganter diſquirunt, & do-
cent Anton. Pichard. & Broæus *dict. §.* 6. A. Fa-
ber *in Juriſprudentia Papinian. tit.* 36. *princip.* 3. *il-
lat.* 5. J. Cujac. *dict. tract.* 5. *ad African. ad l.* 23.
D. de bonor. poſſeſ. P. Faber *dict. Lib.* 2. *Semeſt. C.*
32. Miſinger. *dict. §.* 6. & Giſanius *ibi* Hotoman.
in §. 4. *de legit. agnat. tut.* nam effectus ſane co-
gnationis, veluti ſucceſſio, deportatione tollitur.
Nulla ergo humana interpretatione naturali, quæ
innititur in cognatione, conſequi poſſumus, ut
deportatus, ſeu rei capitalis damnatus matri ex
Senatuſconſulto Orphiciano poſſit ſuccedere. Sed
quomodocumque hæc reſiſteret, non longe à di-
cto *§. qui operas*, idem Ulpian. contrarium reſpon-
dit non ſub obſcuris verbis: deportatum, docens,
ad ſucceſſionem matris ex Senatuſconſulto Orphi-
ciano admittendum non eſſe, in eadem *l.* 1. *§.
Capitis* 8. *D. ad Senatuſconſultum Tertul.* Enancio- 37
phanes autem Græcus Interpres, ſeu quicumque il-
le fuit, in notis *ad Lib.* 45. *Baſiliconis tit.* 2. *& Lib.*
60. *tit.* 54. *in l. deport.* hoc Ulpiani reſponſum in- 38
terpretatione aggreditur, quod ſi ſummum Jus ſpe-
ctetur, deportatus matri ſuccedere non poſſit; ſe-
cus autem humana interpretatione, quod ſimpli-
citer videtur agnoſcere A. Auguſtin. *in tractat. de
legibus, & Senatuſconſultis* verb. *Orphicianum*,
Cuj. *dict. l.* 121. *§. in inſulam, D. de verbor. obli-
gat.* Nicol. Bellon. *Lib.* 4. *supput. Cap.* 4. *num.* 2. &
noviſſime eruditus D. Nicol. Fernand. de Caſtro
in prælect. ad l. unicam, C. de gladiat. numer. 39
13. quæ quidem hominis Græci interpre-
tatio parvi à doctis, qui perpenderint præſcrip-
ta, fiet, cum nulla ratione humanitatis ratio
ſubſiſtat, niſi cuncto Jure Civili funditus ever-
ſo. Unde cum in tantum ſe erigat difficultas, 40
tantumque menti conſtanter obſtet, Accurſius in
notis *ad eum §.* humanam interpretationem tentat
referre non ad rei Capitalis damnatum, ſed ad
eum qui mercedis cauſa, ut pugnaret cum beſtiis,
operas ſuas locaverat, qui (ut inquit P. Faber *d.
Cap.* 12.) adhuc Civis Romanus poſt locationem
remanet, quem quidem ſecutus fuit Bart. *dict. §.*
6. *&* 8. & quod magis eſt, magnus Juris magi-
ſter Cujacius *d. tract.* 5. *ad Africanum d. l.* 13. *D.
bonor. poſſ. & in commentar. ad l.* 12. *D. eodem tit.
de bon. poſſeſſionib.* Quæ merito diſplicuit ſane 41
conjectura P. Fabro *dict. Cap.* 12. nam ſub una
contextura, & relatione ad utramque hypotheſim
humanam

humanam interpretationem Domitius Ulpian. re-
ſert, quæ ſine violentia intolerabili ſcindi non po-
teſt. Quid ergo in tam immani difficultate, indiſ-
ſolubilique nodo tentabimus? cum impenſe do-
ctus, & eruditus P. Faber poſt ingentem crucia-
tum, & diſquiſitiones cum eruditiſſimis habitas Ju-
riſconſultis, ut mentem ſuam à tam cæco carcere
vindicaret, duodecimum, & decimum tertium
longiſſime contexuit Caput *in Lib. 2. Semeſt.* ut ja-
ceret certa legitimaque fundamenta ad ſphingos
iſtius ſuperandam arcem, quod triplici tentavit
42 via, *dict. Cap.* 13. Prima fuit ut emendaret reſ-
ponſum, & legeret *damnatus atque reſtitutus*, vel
ſic ſine conjunctione *damnatus reſtitutus eſt*, ſed
cum remedium iſtud antiquæ lectioni multis co-
dicibus comprobatæ repugnet, ipſique Baſili-
coni Græco, in quo damnatus, neque reſtitutus di-
citur, non debemus amplecti, & ideò ipſimet P.
43 Fabro diſplicuit. Propter quod ſecuriori remedio
ipſe tantæ difficultati ſuccurrit, quod quamvis ca-
pitalis rei damnatus dicatur ille, qui civitatem
vel libertatem amittit, aut vitam, tamen mul-
toties accipitur de eo, cui vita, civitas, & li-
bertas ſalva permanſit, veluti de condemnato pu-
blico judicio, quo famæ, dignitatis, pecuniarum,
& relegationis pœna condemnatus punitur, quod
eruditiſſime P. Faber probat, multis hinc inde con-
ductis: unde eſt, quod de cive Romano in utro-
que caſu Ulpian. accipiendus veniat, de eo ſcili-
cet, qui operas ſuas ad pugnandum cum beſtiis
locaverat, & de illo qui rei capitalis damnatus
erat, aut fama, dignitate, fortunis, & religione:
nam cum iſti cæterorum civium jure, & privile-
giis propter infamiam in multis non fruantur, du-
bitabatur an ex Senatuſconſulto Orphiciano matri
ſuccedere poſſent, cum expreſſe hujuſmodi condi-
tionis homines vocati non eſſent, nec à Principe
reſtituti honori, famæ, & dignitati forent: ideo-
que ad ſucceſſionem iſti maternam non admitteban-
tur, cum quaſi nec cives Romani in multis non
æſtimarentur, quod latiori, & elegantiori ſtylo P.
Faber proſequitur, ſed tamen humana interpreta-
44 tione (inquit Ulpian.) placuit ad ſucceſſionem ad-
mitti. Tertia P. Fabri interpretatio fuit, quod
cum in cauſis criminalibus pœnæ ex majori parte
arbitrariæ ſint, potuit aliquis in cauſa rei capita-
lis, id eſt, quæ capitalem merebatur pœnam, con-
demnari non legitima rei capitalis, per quam aut
vitæ, aut libertatis, ſeu civitatis amiſſio impone-
retur, ſed arbitraria mitiori alia, à qua libertas,
aut civitas ſalva remaneret: & tamen eum rei ca-
pitalis damnatum dicemus, ex eo quod cauſa rei
capitalis erat, licet non pœna reapſe fuerit capita-
lis, quo reſpectu, & conjectura, adhuc condem-
natus rei capitalis civis manet, & conſequenter hu-
mana interpretatione matri ſuccedere. Conſule eru-
ditiſſimum P. Fab., cujus fundamenta, non diximus
licere nobis transferre, cuique obvia, ne paginas
videremur complere extranei volutatione laboris.
45 Fateor ſane, ſic ſpe noſtra deſperatum eſſe Ul-
piani reſponſum, quod in tanto periculo quæcum-
que evaſionis ſeu ſolutionis tabula naufraganti ani-
mo gratiſſima ſit, ſed poſt ingentem cruciatum,
quem libenter ſub hoc tortore paſſus fui, profe-
ram confeſſionem tanquam reus judicii, & animi
noſtri: nam poſt tres Fabri tentatas vias, non
indignabimur lectorem, ſi unicam noſtram patefa-
ciamus, damus ei optandi jura in re perdifficili,
quod non dignum deſpectu eſt. Non contemni-
mus inſignis Fabri judicia, quæ tam anxia, & in-
ſomni cura quæſivit, ſed curamus ſolum, an ſi
opinationes noſtræ divinent minus, & adaptentur
46 magis reſponſo. Rei capitalis damnatis, ſeu de-
portatis ſententia aliquando proſcribebantur bona,
aliquando non, imò eis relinquebantur; quod u-
trumque non inerudite probo infra hoc libro *Cap.*
13. Si autem non adimebantur deportato bona,
quæſtio eſt an ex Senatuſconſulto Orphiciano ad
matris hereditatem admitteretur, & ſtricto jure
non ſolitum eſſe admitti, docet Ulpianus *dict. §.*
qui operas, quia cum deportatus eſſet, nec reſtitu-
tus, non cenſebatur civis Romanus, & ſic ex hoc
Senatuſconſulto, quod pars Juris Civilis erat, ut
jam præſcripſi, *num.* 36. ſupra agere nequibat de-
portatus, jurium incapax omnino civilium: & ſic
percipio verba illa Ulpiani *ex Senatuſconſulto Orphi-*
ciano ad matris hereditatem non admittebatur. Sed 47
tamen quamvis ſic obſtaret ſtricti Juris ratio, pro
deportato ſtat æquior alia naturalis, quæ ſtrictam
multo favore, & ratione ſuperat, & quæ in noſtro
Jure ſemper præfertur, *l. majorem 8. C. de pactis*, *l.*
1. §. ſi ego, *D. ſi pars hereditat. petatur*, *l. placuit*
8. C. de judiciis, nam cum Jus noſtrum jam in æ-
quo, & bono nitatur, *l. 1. D. de juſtit. & jur.* &
ſic naturali ratione *l. cum ratio 7. D. de bonis damn.*
l. ſcire oportet. 13. §. ſi enim 7. D. de excuſat. tut. non
mirum erit, ſi æquitatis ratio præferatur ſtricti Ju-
ris rationi. Illa autem naturalis ratio pro deporta-
to ſtat, quod cum ſucceſſio ex Senatuſconſulto Or-
phiciano, non civilis, ſed naturalis ſit, ut mul-
tis firmavimus *ſupra num.* 35. & Juris Naturalis ca-
pax deportatus ſit, etiam hoc Capite diximus *à*
num. 5. cum ſequentibus, ex eo principio matri
ſuccedere poteſt: nec enim aliud ei obſtare pote-
rat, quam proſcriptio bonorum, qua in ſententia
condemnatus erat, ſed cum ei reſervata fuiſſent
bona, æquum & rationabile eſt ad ſucceſſionem
admitti, nam cum ſententia ei indulxerit habendi
bona poteſtatem, quis abnegavit non conceſſiſſe,
& ſuccedendi: cum ab uno indulto utrumque du-
catur: ſtat ergo in Jure Naturali ſucceſſio; & ſic
quamvis Civili Jure obumbrata, non tamen id in 48
cauſa eſſe poteſt, quominus admittatur deporta-
tus: ſic videmus in utili actione, quia quamvis in
Jure Civili admiſſa ſit, & ordine extraordinario
Juris competat, nihilominus intentatur à deporta-
to, ut manifeſte probavimus *ſupra num.* 26. eadem
ratione capit legatum ex teſtamento relictum in
alimentum, nam quamvis lege tunc deferatur ci-
vili, ſuſtinetur in cauſa naturali alimentorum,
quæ quidem æquitatis ratione magis inſpicitur,
quam appendix ille civilis *dict. l. ſcire oportet. §. ſi*
enim 7. D. de excuſat. tut. §. fin. de legitim. agnat.
tut. Major enim ratio elidit minorem *l. ſi debito-*
ri in fin. D. de fidejuſ. l. cui pacto, *D. de ſervis ex-*
portand. Et dignum magis trahit ad ſe minus di-
gnum, *l. quæ religioſis*, *D. de rei vindicat. §. ſi in a-*
liena §. litteræ, *inſt. de rer. diviſ.* Et ſic cauſa illa ſan-
guinis naturalis, in qua innititur Senatuſconſultum
Orphicianum, reputatur præcipua, & ad ſe trahat ci-
vilem, quod latius diſputo Capite ſequenti. Si e-
nim indulgentia Principis bona deportato reſerva-
ta fuerunt, eadem indulgentia admittitur ad ſuc-
ceſſionem maternam, quia in bonis illud Jus ſuc-
cedendi reſervatum intelligitur, quo rationis duc-
tu defendimus *dict. Cap.* 13. deportatum non ha-
bere ſucceſſorem fiſcum quando bona ei non fue-
runt proſcripta, imò de illis fideicommiſſum re-
linquere poſſe. Ab hac humanitatis, & pietatis 49
ratione ſecuriſſime intelligimus illa noſtri reſpon-
ſi verba, *dict. §. qui operas. Sed humana interpreta-*
tione placuit eum admitti, ſcilicet, *humana interpre-*
tatione, id eſt ratione humanitatis, & pietatis de-
portato indultæ à Principe, reſervante bona, &
ratione æquitatis cum deportato: cui in contro-
verſo Jure favetur: nam ea eſt propriè interpre-
tatio, cum difficultas hinc inde datur, ratio hinc
inde, Jus ſtrictum, pietas, & æquitas hinc inde:
tunc ex Juris Civilis miſericordia interpretatione
piiſſima reo ſuccurritur: optime, & appoſita ad
rem

rem Hermogenianus *in l. 42. D. de pœnis*, *interpretatione legum pœnæ molliendæ ſunt potius quam aſperandæ.* Et ſic humana interpretatione in ſucceſſione matris deportato ſubvenitur. Dices, un-
50 de colligis, deportato bona reſervata fuiſſe? ex ipſa, reſpondeo, contextura, & ratione reſponſi: agitur enim de deportati bonis, de ſucceſſione: & ſic non de amiſſione civitatis dubitatio fuit, ea enim ſatis certa principiis Juris, & ipſo reſponſo, cum Conſultus ſupponat; rei capitalis damnatum, nec reſtitutum fuiſſe; circa bona ergo deportati ſupereſt diſquiſitio: & tunc in illis humana interpretatio datur, quod ſuccedat: quæ humana ioterpretatio, ſine ridiculo abſurdo ad civitatis amiſſionem traheretur: nec aliunde conſiderari poteſt ad ſuceeſſionem; niſi quia indulgentia principali non fuerunt proſcripta bona, cum ordinario Jure deportatus, & bona, & civitatem amittat, ut latè probo *dict. Cap.* 13. quorſum enim humana interpretatio io deportato exuto bonis, & eivitate: termini enim habiles (ut noſtri inquiunt) ſupponendi ſunt *l. qui teſtamento* 20. *in principio, D. qui teſtament. facere poſſunt*, & ex verbis in reſolutione reſponſi, & reſcripti paſſim cognoſcimus quæſtionem Conſulto, ſeu Imperatori, aut Pontifici propoſitam, ut jam notavi *ex Cap.* 1. *& gloſ. de appellat.* qua eoim ſybilla penetraremus has fragmentorum latebras? per legitimos ergo tramites, & quaſi freno intellectum contineo, non aliter poſſe Ulpiani humanam interpretationem intelligi, niſi ex bonorum conſervatione. Sane ea eſt obligatio boni Interpretis indagare, & inveſtigare reſponſa, ſeu potius hæc jura mutilata à Triboniano (ut alibi probavi) ſecundum poſſibilitatem, & directiooem Juris, & verborum qualitatem; aliter omne Interpretis officium à Jure exterminaretur. Vide, quæſo, hic in propria, & recta ſignificatione verborum intellectum reſponſum, & certis Juris principiis adæquatum, quid aliud ſcrupuloſe cenſor à me exigere, ſeu extorquere conaris? nam quod in has anguſtias me com-
51 pulit, & in opinationibus eruditiſſimi Petri Fabri frigeſecit, fuit conſideratio illa, quod vim inferebat doctus vir verbis illis *rei capitalis damnatus*, *nec reſtitutus*, non intelligens in deportato, cum quaſi forma ordinaria apud omnes ſit; & certa demonſtratio ſignificandi eum. Feſellit ſane Petrum Fabrum *verſiculus finalis: idem erit dicendum: & ſi hic filius in ejus ſit poteſtate, qui in cauſa ſupra ſcripta ſit, poſſe eum ex Orphitiano admitti.* Nam cum filius in poteſtate deportati eſſe non poſſet, ductus fuit, & quaſi arreptus ea conſideratione ad exiſtimandum Conſultum Ulpianum de deportato non loqui, cum
52 imò iſte verſiculus aperte contrarium probet, & firmet magis interpretationem noſtram: nam ſi non de deportati filio loqueretur, ridicula & indigna tanto Juriſconſulto quæſtio eſſet an filius civis Romanus admitteretur ad ſucceſſionem matris. Ulpianus ſane conſonat in hoc verſiculo om-
53 ni antiquitati: nam cum præter quod deportati filius in bonis paternis certam à lege portionem præſervatam haberet (quæ augmentum varium accepit pro voluntate Imperatorum, *l. cum ratio* 7. *D. de bonis dat. l.* 2. *l.* 3. *l.* 4. *l.* 6. *l.* 8. *l.* 9. *cum aliis. C. Theodoſian. de bonis proſcriptor. l. ſi deportatus* 8. *C. Juſtiniano eod. tit.* de quo latè Cujac. *Lib. 6. obſervat. Cap.* 23. P. Faber *ad l.*
54 97. *D. de regul. Jur.*) & præter eam (inquit) legitimam portionem, deportati filio reſervabantur bona, quæ à ſucceſſione matris, vel aviæ fuerant profecta, vide inſignem C. Taciti locum *Lib.* 13. *Ann.* loquitur de P. Suillio in inſulas Baleares deportato. *Igitur adempta bonorum parte (nam filio, & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quæ teſtamento matris, aut avi acceperant) in inſulas Baleares pellitur:* qui locus optime illuſtrat noſtrum Ulpiani verſiculum. Ratio autem ea dubitandi apud Conſultum eſſe potuit: oam cum antiquo Jure etiam bona ex ſucceſſione matris quæſita filio; patri acquirerentur pleno jure, quod certiſſimi Juris eſt, *l. qui in aliena 6. §. ſed & ſi 2. l. filiusfamiliàs 92. D. de acquir. hered. l. 3. §. 4. de donat. inter virum, & uxorem, l. 1. C. de liberis exhibend. argument. l. 1. C. de bonis maternis*, ubi Accurſius, Gothoſredus, & Cujacius latè probarunt, (quidquid in contrarium tentaret Alciatus, cui Cujacius longe reſpondit) dubitari poterat, an ſi patri jam ea quæſita bona comprehenderentur in proſcriptione, vel ad filium pertinerent, & non comprehendi ſentit Ulpianus. Hæc ratio expreſ-
ſo, aperit, Ulpianum non dicere in hoc verſic. fi- 55
lium in damnati poteſtate eſſe, uti P. Faber deceptus fuit, Conſultus enim de filio deportati loquitur, qui tempore damnationis in poteſtate ejus erat, qua conſideratione, docta cum emphaſi ſcripſit, *qui in cauſa ſupra ſcripta ſit*, id eſt in cauſa damnationis, quo tempore in patria poteſtate erat, noo enim dixit eo tempore in poteſtate parentis fuiſſe, poſt damnationem & ante reſtitutionem: ſed quamvis adhuc eo modo loqueretur, intelligendum erat de poteſtate patria ante damnationem. Sic inſinuat C. Tacitus in verbis datis, & *dict. l. 2. C. Theodoſ. de bonis proſcriptorum.* ibi: *In his enim etiam ſi liberos damnatus habeat, l. deportato 8. eodem: deportato ſi erunt liberi nepoteſve ſui*, & infra, *quod ſi idem, & emancipatos, & ſuæ poteſtatis filios, nepoteſve habuerit, beneficium tantum ad eos, qui in poteſtate ſunt, transferatur, l. 9. eodem*, ibi: *Si tamen nullus ſuorum fuerit inventus*, & per totam legem, & fere per totum titulum, quaſi Ulpian. *dict. verſicul.* diceret, filius qui in poteſtate deportati erat ad bona hereditatis maternæ ex Orphitiano admittitur, quia lex ei bona reſervavit, ntpote etiam ipſe deportatus pater matri ſuæ ex Orphitiano ſuccedit, quia humanitas Principis reſervavit bona: alte oune paritatem caſuum expende, & rationem, & probabis intellectum noſ-
trum. Sed adhuc fortiſſime his cunctis objicere 56
poteris, quod ſi Ulpianus reſponſum contexuit in deportato, cui bona proſcripta oon fuerunt, quæ ratio dubitandi eſſe potuit, quominus filius ad ſucceſſionem matris admitteretur ex Senatuſconſulto Orphitiano, ceſſat enim præſcripta ratio, qua dubitationem ſtatuimus, quod cum materna bona patri filius acquiſiſſet, jus aliquod fiſcus prætexere poterat, quo illa etiam in confiſcatione compre-
henſa viderentur. Fateor, actum eſſe de inter- 57
pretatione noſtra, ſi ea parte, *verſicul. finalem* duceremus, ſed aliud longe voluit Ulpian. quod nec Interpretes ſubodorati fuerunt. Nam cum deportato bona relicta fuiſſent, & ſucceſſio materna obveniſſet filio, quem tempore ſententiæ in patria poteſtate habebat, ſubtilis diſquiſitio oblata fuit, an deportatus maternam ſucceſſionem filii obtineret: nam cum indulgentia principalis ei reſervaſſet bona, per conſequens, & poteſtatem acquirendi: nam eo priocipio nos admiſimus ſupra deportatum ipſum ad matris ſuæ ſucceſſionem: qui non ad uxoris ex perſona filii, cum capacitatem acquirendi Principis beneficium dediſſe videatur?
Sed contrarium tamen voluit Ulpian. & ut ego 58
conjicio, ſubtili, & eleganti ratione: nam cum deportatus damnatione amiſerit patriam poteſtatem *§. 1. inſtit. quibus mod. Jus patr. poteſtat. ſolv. l. fin. C. de ſentent. poſſ. & reſtit.* & totus titulus D. *eodem, & de interdict. & releg.* deficit habilitas medii, quo deportatus ad ſucceſſionem matris filii admitti potetat: nam illa ſucceſſio non acquiritur capacitate naturali acquirendi, ſed poteſtate civili, quam ſententia amiſit, ſic docemus

dict.

dict. Cap. 13. *infra*, quod quamvis bona retineat deportatus; non ideò magis teſtamentum Jure Romanorum condere poterit, ſed fideicommiſſum valebit relinquere Jure Naturali, quatenus in pudore eorum, qui rogabántur, conſiſtit: longe aliud eſt, quod ipſe deportatus ex Orphitiano matri ſuæ ſuccedat, nam id non conſequitur civili poteſtate, & jure, ſed naturali, & humaniſſima ratione; ut latè explicuimus: in quibus quidem vera difficultas reſponſi ſiſtit, quam hucuſque Interpretes, quos ego viderim, non percaluerunt.

59 His ſic à recta Juris ſcientia derivatis, parum oberit idem Ulpian. *dict. l.* 1. *§. Capitis* 8. *D. ad Senatuſconſultum Tertullian.* in quo Conſultus ipſe ſtatim, ſine ambiguitate reſpondet, deportatum ad hereditatem matris non eſſe admittendum. Quis credet uno eodemque loco tantum Juris magiſtrum turpiſſime in tam contrarias ſententias iturum fuiſſe? cum nec in Teſtatore quocumque, vel contrahente homine, nunquam ad id perſuadeamur, niſi evidentiſſima correctione mutaverit primam voluntatem, *l. non ad ea* 89. *D. de conditio. & demonſtration.* Mihi ſane non multum difficilis viſa fuit interpretatio; Ulpianus mehercle reſponderat capitis diminutione ex Senatuſconſulto non perire delatas hereditates filio: qui limitat his verbis regulam: *Niſi magna Capitis diminutio interveniat, quæ vel civitatem adimit, ut puta ſi deportetur.* (vel ut legit Hotomanus *in §. 2. inſtit. de Senatuſconſulto Orphitian. vel quæ civitatem*, ſed quomodocumque idem ſemper mihi conſtat) negat ſane Ulpianus, ſucceſſionem filio ex Senatuſconſulto, ſi magna capitis diminutio interveniat, qua civitas, & libertas amittitur, vel ſi media, qua civitas ſolum, veluti deportatione. Hic quamvis agat de ſucceſſione deportati: non ita ut *dict. §. qui operas*, nam in *hoc §. Capitis*, de vi Capitis diminutionis agit, & quatenus obſtet ſucceſſionibus, vel non; & deportati denique meminit in ultimis limitationis verbis, at *dict. §. qui operas*, totum reſponſum contexuit de deportati ſucceſſione humaniſſima interpretatione, vel ſtricta admittenda, vel repellenda, ut nobis non obtrudas, quod antea *num.* 50. diximus Ulpianum *dict. §. qui operas*, egiſſe de deportati bonis, non de pœna civitatis, & ideò conjiciebamus deportato fuiſſe conſervata bona à Principe. Sed quicumque conſideraverit præfata Ulp. verba *dict. §. Capitis*, agnoſcet Conſultum loqui de deportato, cui jure ordinario bona fuerunt proſcripta, cum conjungat maximam, & mediam Capitis diminutionem, quibus civitas, libertas, & bona amittebantur: at *d. §. qui operas*, jungit deportatum cum eo, qui quamvis operas ſuas locavit, retinebat bona, & in multis aliis melioris conditionis erat, quam deportatus, uti jam probavit P. Faber *dict. C.* 12. & 13. & tandem ſubjungit deportati filium: quæ conjecturæ aperte demonſtrant, aliter conſiderandum eſſe deportatum *dict. §. qui operas, ac dict. §. Capitis.*

60 Præcipue dum, ſi conjecturæ in contrarium non urgent, ſemper in deportato proſcriptionem bonorum Jure ordinario intelligere debemus *l.* 1. *per totum titul. D. de bon. damnat. l.* 1. *l. relegatus, & per totum titulum, D. de interdict. & relegat. l. deportatorum* 8. *C. de pœnis, l. ea ſola* 97. *D. de reg. Jur.* ubi P. Faber, cum aliis quas *dict. Cap.* 13. dedimus: cum ergo Ulpian. *dict. §. Capitis*, uno verbo limitationem dediſſet regulæ, quis credet in illa, non intellexiſſe regularem caſum deportationis, cum amiſſione bonorum, & non ſpecialem cum reſervatione? Denique ſic Jure noſtro comparatum eſt, quod ut dixi, Interpretis officium ſit anxie concordias Jurium inveſtigare, & præmaxime hoc loco, quando in eodem tractu, adhærentibusque confiniis, contraria ejuſdem Conſulti primo obtutu apparet ſententia. Sic ſane dijudico, cenſeant docti, an ego proximior Ulpiano, quam alii, cum in deſperatiſſima re, & vires ingenii exuperante, tentaſſe ſolum glorioſum ſit.

61 Sed redeo ad inceptam viam; qua Jure Gentium deſerimus deportatum ſecurum, nec omnino nudum, & inopem: ſi quidem præter illa, quibus Jure illo hucuſque veſtimus deportatum, poterit & miles ditare, ſive inſtituendo, ſive legando, ſive fideicommittendo ei, cum perquam certiſſimum ſit, deportatum capacem eſſe hereditatis legati, fideicommiſſi ex teſtamento militis, utpote alterius, qui Jure Gentium teſtatus fuerit, *l. idem eſt* 13. *§. deportati* 2. *D. de teſtamento milit.* liberum enim conceſſit lex militibus arbitrium relinquendi quibuſcumque perſonis ex voluntate ſua *l. ex teſtamento* 5. *C. de teſtaments milit.* nam ab eo libero arbitrio proventum eſt, ut poſſent condere teſtamentum milites non legibus civilibus adſtrictum, ſed liberum, & ſub ampliſſima poteſtate Juris Gentium, cujus cum deportati capaces ſint, quidni ut ex teſtamento militari capere poſſint? Explicant Franc. Connan. *Libr.* 2. *commentar. Cap.* 3. *num.* 9. Cujac. *ad. l.* 12. *D. de bon. poſſeſſion. in fin.* Donell. *Lib.* 6. *commentarior. Cap.* 28. *& Lib.* 8. *Cap.* 6. Petrus Faber. *Lib.* 2. *ſemeſt. Cap.* 13. P. Gilken. *in l.* 1. *C. de hered. inſt. num.* 38. A. Pichard. *in princip. inſt. de milit. teſtam. num.* 17. præter alios plures in præſcriptis locis, ſed cum ſequentia graviori diſputatione indigeant, huic Capiti ſuperſedeo.

C A P. XI.

Tota diſputatio an deportatus fideicommiſſum capere poſſit à num. 1. *Fideicommittendi poteſtas an* in lege 12. tab. *teſtamentorum comprehenſa fuerit.* 2. *Satisfacimus argumentis, quæ pro contraria conſideravimus* Lib. 3. Cap. 1. *ubi de interpretatione* l. Pomponius 120. D. de verborum ſignification. *à num.* 3. *Expenditur* l. & fideicommiſſum 87. D. de legat. 4. *Fideicommiſſorum uſus non frequens in Populo Romano primis temporibus.* 5. *Non potuerunt comprehendi fideicommiſſa* lege 12. tabularum. *à numer.* 6. *In quacumque lege qualiter conſideretur imperium, etiam quando permittit.* 7. *Legatum legis modo quid apud Ulpian.* in fragmentis. 8. *Fideicommiſſa, cum precativa eſſent, non potuerunt pertinere* ad l. 12. tab. *quia imperium deficiebat.* 9. *Defectus poteſtatis ad facienda teſtamenta, & quare homines habere non poterant.* 10. *Fideicommiſſa aliena, & peregrina erant à Jure Civili.* 11. *Fideicommiſſa Juris Gentium ſunt.* 12. *Fideicommiſſa tempore quo non erant neceſſaria deportato relinqui poterant.* 13. *Quamvis teſta-*

mento relicta fuiſſent. 14. *Sed poſt neceſſitatem an deportatus capiat à teſtamento, & petere poſſit, à num.* 15. *Fideicommiſſa etiam neceſſaria effecta, permanſerunt in Jure Naturali, & qualiter, nec judicantur Juris Civilis.* 16. *Auguſtus non expreſſa conſtitutione ea neceſſaria effecit, ſed paulatim moribus populi id obtentum eſt.* 17. *Jus naturale Senatuſconſultis, Plebiſcitis, & Reſcriptis confirmatum, an Naturale conſideratur, vel Civile.* 18. *Et quid ſi obumbretur Jus Naturale certis formulis & ſolemnitatibus.* 19. *Teſtamenta quare Juris Civilis dicantur.* 20. *Et ſtipulationes.* 21. *Poſt conſtitutionem Juſtiniani de exæquandis legatis, & fideicommiſſis, deportatus fideicommiſſum capere non poterit.* 22. *Sed certa diſtinctione verior ſententia datur, neceſſitatem fideicommiſſorum Civilem eſſe, & Jus Gentium à Civili firmatum Civile manere.* 23. *Neceſſitas in fideicommiſſis magis Civilis judicatur, quam in aliis actibus.* 24. *Nec fideicommiſſum in teſtamento relictum, Civile judicatur, & capit deportatus.* 25. *Actus naturalis.* 26. *In deportato fideicommiſſario non ideò poteſt conſiderari illuſio & fruſtratio legis & pœnæ, quia ſatis amiſſione civitatis, & bonorum punitus eſt.* 27. *Jurisjurandi remiſſio ex edicto Prætoris admittitur in teſtamentis militum, & fideicommiſſis, & inde nova conſideratio pro ſententia noſtra.* 28. *Comparatio fideicommiſſi, & militaris teſtamenti.* 29. *Expenditur* l. ſi deportatus 15. §. 1. D. de interdict. & re legat. 30. *Et duo loca ex Baſilicone, & Synopſi Baſiliconis.* 31. *Manus Cujacii agnoſcitur* in 16. D. de interdict. & re leg. 32. *In Jure Civili certum reſponſum non invenitur, quo incapacitas deportati detegatur circa poteſtatem accipiendi fideicommiſſum.* 33. *Reſponſa loquentia de tacito fideicommiſſo incapaci relicto de quibus intelligantur.* 34. *Sententia noſtra intelligenda eſt in fideicommiſſo particulari, non vero univerſali.* 35. *Explicatur Ulpian.* in fragmentis, *& regula illa, quod fideicommiſſum poſſit relinqui, quibus legatum dari poſſit.* 36. *Vide tamen Caput ſequens.*

1 Cunctus noſter labor hujus Capitis erit in perquirendo, an ſi deportatus fideicommiſſum capere poſſit, & ut certo judicio ſequamur veritatem, ab origine veſtigatione deſcendamus ad noſtræ quæſtionis tempora. Teſtamentorum prima mater, ſeu origo fuit celebris illa *lex* 12. *tab.* à qua Teſtamentorum jura cuncta profluxerunt, ingensque illa poteſtas Teſtatorum ultra fatum diſponendi de rebus ſuis (de cujus poteſtate, & principio plurimam, nec vulgarem mentionem fecimus alibi) illa ergo lege indulgebatur cuicumque, uti ad libitum diſponeret in ultima voluntate de bonis ſuis, ſed non tamen fideicommittendi poteſtas in lege illa contenta fuit, & expreſſa
2 (nam quamvis hanc diſquiſitionem rejeceramus *ad* 2. *Paralipom. tomum*, é re judicavi hic præſumere) nec quid tale enumerat Pomponius *in l.* 120. *D. de V. S.* cum reſponderet, latiſſima illa poteſtate, & *heredis inſtituendi*, & *legata*, & *libertates dandi*, *tutelas quoque conſtituendi* facultatem attributam. Quæro a recti judicii Interprete, necne ſi & fideicommittendi licentia lege illa comprehenſa foret, omitteret Pomponius, cum fideicommiſſorum cauſæ tam ingentem provinciam in Jure noſtro ſibi vindicarint, ut majorem ejus partem occupet, & teneat, ita ut plures Juriſconſultorum (ſic ardua, & diffuſa res eſt) peculiares labores horum tractatui mancipaverint? Incuria ergo irremiſibili Pomponius prætermiſſerat fideicommiſſorum mentionem, dum legem illam enucleat, & tradit interpretationi. Nam
3 quod nos antea argumentandi ratione ſup. *Lib.* 3. *C.* 1. conjectavimus, Pomponium *d. l.* 120. ſolum aliqua exempla inſtitutionis, legati, libertatis, & tutelæ propoſuiſſe, non quod ſciret fideicommiſſa in illa non contenta eſſe lege, ſed quia exempla non legem coarctent (ut in proverbio eſt) ſufficereque ſolum judicaverit illa, quæ præſcripſerat, id ſane non eſt, cur enim magis princeps exemplum omitteret, & quod invito etiam ſe calamo offerret dignitate ſua, & frequentia uſus? Sed cum exempla, quibus fere ultimæ circumſcribuntur voluntates, exponeret, fideicommiſſum omiſit, quia non é legis re judicavit eſſe, nec ipſam attinere, nec in illa fuiſſe comprehenſum: hoc ſi verum amamus, ſedebit animo recto, & ſano. Quid aliud? Extenſione protraxit 4
Paul. *in l.* & *fideicommiſſum* 87. *D. de leg.* 3. fideicommiſſum ad legatum, ut legum Juliæ, & Papiæ ſubjaceret pœnis ille, qui adverſus illas egiſſet, fruique fideicommiſſo non poſſet, cum enim, tempore iſtarum legum, nondum agnita fideicommiſſa forent, quamvis lex Julia, & Papia orbos, & cælibes privaret capiendi ex teſtamento hereditatem, aut legatum: non tamen mentionem fecerat fideicommiſſi, quia ad teſtamentarias ſucceſſiones tunc non pertinebat; & ideò ne eluderentur leges, neceſſarium extendere fuit (ut longo Capite, feliciter forte, elucidavimus hoc reſponſum Paul. *Lib.* 8. *Paralipomenon noſtrorum.*) Si enim *l.* 12. *tabul.* fideicommiſſa forent 5
comprehenſa, major eorum acceptio, & uſus in P. Romano foret primis temporibus, & ſi tantus, tamque frequens eſſet, leges etiam Julia, & Papia meminiſſent eorum, à quarum mentione ſupervacua Juriſconſultorum extenſio eſſet de legato ad fideicommiſſa. Procedunt ergo hæc omnia recto tramite derivata, quia in teſtamentaria *l.* 12. *tab.* non fideicommiſſa fuerunt contenta. Sed 6
quod magis animadvertendum eſt, illud ſcilicet, quod nec potuerunt comprehendi fideicommiſſa lege illa, niſi neceſſario ad præſtationem compellerentur heredes: cum enim legis virtus præcipua ſit, imperare, vetare, permittere, & punire *l. legis* 7. *D. de leg.* ut inhibita declinent homines, & permiſſa ſectentur, *l. leges* 9. *C. eodem tit.* Semper in lege imperium, & juſſus ineſt: ſine 7
quo nulla lex ſubſiſtere poteſt, nec tale legis nomen mereri, verum enim ſit quod permittat, ſed permiſſio illa ita accipienda ſemper eſt, ut eam juſſus, & imperium circumſtet, & committentur; exemplum peraptum præ manibus habemus in hac teſtamentaria lege, quæ ſane permiſſiva eſt, cum Civi Romano Teſtamentum facere permittat, qui quidem, ſi nollet malletque inteſtatus decedere, nullo Jure Civili ad faciendum Teſtamentum cogeretur,

Digitized by Google

cogeretur, & cum hæc lex ejus naturæ ſit, & qua-
litatis, tamen in juſſu nititur, & ejus autoritas ab
imperio pendet, cum tantum habeat, cum adim-
pleri jubeat, quod teſtator ſuo Teſtamento legave-
rit, & diſpoſuerit: en juſſum, en permiſſionem,
ſine quo iſta ridicula foret: nam ſi factum teſta-
mentum nullum legis imperium ad effectum per-
duceret, quæſo per Deum immortalem, quid
inanius lege iſta foret? & quid acerbius permiſſio-
8 ne iſta? Hinc accipit lucem Ulpian. *in fragmen-
tis tit. 24. in principio* (quod & nos prælibavimus
dict. Lib. 3. Paralip. Cap. 2.) verba ſunt, *lega-
tum eſt, quod legis modo, id eſt imperative teſtamen-
to relinquitur: nam ea quæ precativo modo relinquun-
tur, fideicommiſſa vocantur*, quaſi diceret, legatum
eſt, quod modo legis relinquitur, quis autem mo-
dus legis eſt? imperium: nam ſine eo nullum mo-
dum habebit lex, & ſine modo foret circa ea om-
nia, quæ teſtamento relinquuntur: quod mirum vi-
debatur, cum teſtamentaria lex ſolum permitte-
ret, niſi ex noſtra interpretatione ſic intelligere-
tur. Unde merito Domitius Ulpianus infert, ea
quæ precativo modo relinquuntur, fideicommiſſa
vocantur, quaſi expreſſe diceret, fideicommiſſa
extra legem eſſe, quia nullius imperio ſubſunt, ſed
ſolum precibus reguntur, multoties inanibus, &
quaſi ventis traditis, unde & Anton. Faber *in
rationali ad dict. l. 7.* ſubtiliſſime infert, fideicom-
miſſa non pertinuiſſe *ad l. illam 12. tab.* teſta-
mentorum, nec potuiſſe, ut ego addo, nam im-
9 perio legibus ablato, natura, & modus auferre-
tur legibus, nec ſic nuncupari poſſent, quid enim
magis contrarium imperio, quam preces, quid ma-
gis oppoſitum? Unde ſi *legi 12. tab.* adjun-
geremus fideicommiſſa voluntaria, diverſarum
naturarum monſtrum ederemus. Et ſic intelligen-
dus eſt J. Pacius *cent. 1. quæſt. 9. enanciophanon*,
quem ſane non cepit Oſvald. Hilligerus *ad Don. lib.
1. comment. Cap. 5. litt. B.* Sed & in hoc *Lib.*
4. ſupra memini me ab oppoſitione Franciſci
Huſmanni defendiſſe hoc rationis ſcuto autorita-
tem legis Falcidiæ, non cogentis inſtitutum adi-
re hereditatem, quando juſſus, & imperium ma-
gnum in ea ſit, ut invito Teſtatore detrahatur,
cujus cauſa lex Falcidia præſcripta fuit. Liquet
ergo fideicommiſſa non *lege 12. tab.* antiqua fuiſ-
ſe contenta, nec contineri potuiſſe, quamvis
enim in illa ingenti, latiſſimaque poteſtate pote-
rat videri comprehenſum fideicommiſſum, relu-
ctabatur ejus natura (ut hîc dicimus) ad hoc ut
10 legi adæquari poſſet. Hoc autem ipſius legis ef-
fectu, & operatione evidenter apparet, cum
enim homines ſtrictis regulis Juris teſtari non
poſſent, nempe quia voluntatum ſuarum juſtam
ſententiam conferebant in tempus inhabile, in il-
lud ſcilicet, quo Teſtatores non futuri erant do-
mini rerum ſuarum, cum per mortem in rebus
humanis eſſe deſierint, ac paria ſint facere aliquid
tempore inhabili, ac conferre in tempus inha-
bile, *l. Titio cum morier. 51. D. de uſufruct. l.
Stichus 39. D. de manumiſ. teſtamen. l. 4. C. de
donationibus ante nuptias.* Inde neceſſaria fuit *lex
12. tab.* qua permitteretur teſtamenti factio civi-
bus Romanis, & ratum haberetur eorum arbi-
trium, quod amplius redditurum non erat, *l. 1.
C. de Sacro ſanct. Eccleſiis:* ut ergo in fideicom-
miſſis hæc lex obtineret, obtineretur etiam quod
fideicommiſſum ex voluntate diſponentis præſta-
retur illi, cui relinqueretur, quod quia id effe-
11 ctum non fuit, non alia cauſa eſſe potuit, quam
quod lex teſtamentaria non curaverit, nec agno-
verit fideicommiſſa. Sed quid varia ratiocinatio-
ne gravamur, cum ſententias Juriſconditorum
perſpicuas habeamus, quibus fideicommiſſa re-
ſpondent aliena, & peregrina eſſe à Jure Civili,
neque quidquam legis in ſe continere, ſed tota
pendere à voluntate relinquentis? Ulpian. *titul.
23. in fragmentis* ſic loquitur, *fideicommiſſum eſt,
quod non civilibus verbis ſed precative relinquitur, nec
ex rigore Juris Civilis proficiſcitur, ſed ex voluntate
datur relinquentis.* Juſtinianus *in principio inſtit. de
fideicommiſſar. hereditatib.* ibi: *Quia nullo vincula
Juris, ſed tantum pudore eorum, qui rogabantur,
continebantur.* Unde merito obtentum eſt, & in
eam à graviſſimis viris itum eſt ſententiam, fidei-
commiſſa in *l. 12. tab.* teſtamentaria comprehen-
ſa non fuiſſe, Paulus de Caſtro *in l. 1. D. de leg.
1. num. 3.* & ibi Jaſon. *num. 7.* Cuj. *in dict. l.
1. idem* Cujacius *Lib. 2. quæſt. Pap. ad l. 33. D.
de ſtat. Lib.* Nicol. Bellon. *in commentar. ad rub.
inſt. de fideicommiſſar. hered. num. 2.* Hubertus
Giſan. *in §. 1. inſt. eod. tit.* Anton. Faber. *2.
tom. err. decad. 44. err. 7. n. 5. & in rationali
ad l. 7. D. de leg.* P. Gilken. *in commentar. ad
l. 1. C. de hered. inſt. num. 27.* Donell. *Lib. 7.
comment. Cap. 15.* ubi Oſvald. *litt. D.* qui alios
dat.

Ex hoc certiſſimo principio profluit, veram 12
eſſe ſententiam eorum, qui exiſtimarunt fidei-
commiſſa Juris Gentium eſſe, utpote quæ in ſola
fide, & pudore rogati nitebantur, ſine mixtura,
& confirmatione, vinculoque aliquo Juris Civilis,
in qua quidem ſententia fuit Nicol. Bellon. *dict prin-
cip. de fideicommiſſar. hered. num. 2.* Cuj. *Lib. 14.
quæſt. Papin. ad l. ejus 34. §. militia miſſus, D.
de teſtamen. milit.* Giſan. *in commentar. ad l. hac
conſultiſſima 21. in §. ult. C. de teſtament.* P. Gil-
ken. *in l. 1. C. de hered. inſt. num. 27.* P. Faber.
Lib. 2. Semeſt. Cap. 13. Anton. Pichard. *in §.
ſervus autem. inſt. de hered. inſt. num. 19.* Do-
nell. *dict. Lib 7. comment. Cap. 35.* ubi Oſvald.
litt. D. & Cap. 17. Claud. Chiffletius *de jure fi-
deicom. Lib. 1. Cap. 2. ad finem*, fidem enim ſer-
vare Juris Naturalis, & Gentium eſt, ut per-
quam vulgare eſt, *ex l. 1. D. de conſtit pecun.* &
aliis, quæ ad rem iſtam adducit Anton. Pichard.
in princip. de fideicommiſſar. hered. num. 2. & Chiflet.
ubi ſup.

Quibus occurrit quæſtionis examen: an depor- 13
tato relinqui fideicommiſſum poſſit, de qua neu-
tiquam dubitandum eſt, ſi primora fideicommiſſo-
rum tempora retroſpiciamus, nam cum antequam
fierent neceſſaria, non continerentur *lege 12. tab.*
neque ullo Juris Civilis vinculo, ſed pudore præ-
ſtantium, & fide: ita ut vinculis Juris Naturalis,
& Gentium ſolum tenerentur, quid quæſo addubi-
tare poſſemus in deportatorum perſonis Juris Gen-
tium undequaque capacibus? Sic intelligendus
ſine controverſia eſt Juſtinianus *dict. princip. inſt.
de fideicommiſ. heredit.* Ulpian. *dict. tit. 25.* &
quod magis eſt, quamvis fideicommiſſum non ſo-
lum ab inteſtato, ſed in teſtamento relictum fue- 14
rit: quia tunc ſemper magis ex fide legatarii, ſeu
heredis capere intelligeretur deportatus, quam ex
teſtamenti vi, & autoritate, quæ nulla erat ad
præſtationem fideicommiſſi: ita ut non lege tale
fideicommiſſum venire pro certo ſit, ſed potius
ea fide, & pudore legatarii, atque heredis, &
conſequenter Jure Gentium, arg. *l. lege obveni-
re 130. D. de verbor. ſignificat.* utpote ſi ex teſta-
mento militis proveniret (ut ſupra diximus *Cap.
10. num. 61.*) hæc ſententia ex ipſo Ulpiano
probatur *d. tit. 25. in princip.* & Juſtinian. *dict.
princip. de fideicom.* ibi: *Quibus enim non poterant
hereditatem, vel legata relinquere, ſi relinquebatur, fi-
deicommittebant eorum, qui capere ex teſtamento po-
terant hereditatem*, quæ verba, cum de pe-
regrinis Latinis Junianis, & dedititiis, non
vero de deportatis Franc. Broæus intellige-
ret, deceptus omnino aliquibus reſponſis pu-

rum ab ipſis captis, ſtatimque enodandis: ni-
hilo faciendus eſt, & ſimiliter Guid. Pancirol.
Lib. 2. *Theſaur. var. lect. Cap.* 64. cum tum tem-
poris, quando fideicommiſſa nec neceſſaria erant,
ſolum Jure Gentium niterentur (ut pluries dixi)
denique hæc noſtra ſententia placuit Paulo de Ca-
ſtro, & Jaſoni *dict. l.* 1. *D. de leg.* 1. numeris
ſupra deſignatis, J. Cujacio *in commentario ad l.
non eſt ambigendum* 12. *D. de bonorum poſſeſſion. in
fin.* P. Fabro *Lib.* 2. *Semeſtr. Cap.* 13. Anton.
Pichard. *in princip. de fideicom. hered. à num.* 29.
Duaren. *in l. ſi mihi & tibi*, §. *regula*, *D. de le-
gat.* 1. Theophil. *dict. princip. de fideicom.* D.
Joann. Parex: *in ocio quadrim.* 2. *part. n.* 12. Sed
major eſt difficultas, an capere fideicommiſſum
poſſet, poſtquam neceſſitatis vi ea cohoneſtavit
Auguſtus exemplo dato: quæ ut rectius percipia-
tur, & ad clariorem doctrinam duce diſtinctione
procedere debemus: nam aut teſtamento, aut ab
inteſtato fideicommiſſum deportato relictum fue-
rit: ſi teſtamento hæſitantia major erit, durior-
que res, nam Baldus *in l. ſi deportati* 7. *D. de leg.*
15 3. & omnes antiqui *in dict. l.* 1. *C. de hered. inſt.*
A. Faber *decad.* 74. *error.* 8. Anton. Pichard. *in*
§. *ſervus* 6. *inſt. de hered. inſt.* præter alios plures,
teſtantur, fideicommiſſum deportato relinqui non
poſſe teſtamento, ſed tamen ſi attento intuitu per-
pendamus cauſam, in contrariam inclino ſenten-
tiam, deportatum ſcilicet relictum fideicommiſſum
teſtamento accipere (& quod magis eſt) petere
16 poſſe. Id probare conabor ex recta Juris ratione,
quia quamvis Auguſtus fideicommiſſa neceſſaria ef-
feciſſet, non tamen effectus Juris Civilis attribuit,
& cauſas: adhuc tamen verbis precariis relinque-
bantur, non civilibus, & directis, ſed imò qui-
buſcumque linguis Græca, Hiſpana, aliave, ut
probabimus *ad l.* 1. *D. de legat.* 1. Nec adhuc
actione Civili petuntur ex teſtamento, utpote le-
gata, ſed actione utili, & extraordinaria, rei-
que perſecutoria, *l. pecunia* 178. §. *actionis* 2 *D.
de verborum ſignification.* Ulpian. & enim *dict. tit.*
25. fideicommiſſa (inquit) non peti per formulam,
id eſt actionem civilem, ut legatum, ſed extra or-
dinem, uti *ibi* explicat Cujac. & Duaren. *in Apolo-
gia adverſus Æguinarium Baronem*, §. 6. & nos di-
ximus ſup. *Lib.* 3. *Paralipomen.* latiuſque noſter
A. Pichard. *in prælection. ad l.* 1. *D. de leg.* 1.
Cap. 5. *à num.* 22. Fideicommiſſa ergo non per
neceſſitatis effectum Juris Civilis fuerunt effecta,
ſed adhuc manſerunt Juris Naturalis, & Gentium:
non enim illa adjecta qualitas neceſſitatis transfor-
mavit fideicommiſſorum naturam, veluti, quod
in teſtamento militis relinquitur, qui cum Jure
Gentium Naturalique teſtentur, non ideò minus
deſinunt eſſe neceſſaria, carentque effectu teſta-
mento militari relicta (ut diximus *Cap.* 10. *hoc
Lib. num.* 61.) ſic etiam omnes actiones utiles,
& extraordinariæ, quæ cum non à Jure proce-
dant Civili, nituntur aliqua cauſa naturali, & gen-
tium æquaque, certumque obtinent effectum (ut
17 & latius *dict. Cap.* 10. aſſeruimus) neque enim ne-
ceſſitatis ratione induunt Juris Civilis naturam.
Auguſtus autem non expreſſa conſtitutione fidei-
commiſſa reddidit neceſſaria, ſed in uno, vel al-
tero caſu id conſtituit, ductus æquitatis ratione,
iniquum ducens, fidem præſtitam defunctis, quo-
rum apud omnes gentes, præcipue Romanas tan-
ta erat religio (ut latius alibi dico) decipi, in quo
tantum abeſt, quod extra Jus Gentium proceſſe-
rit, quod imò ſecundum illa rectiſſima jura, qui-
bus grave eſt fidem fallere, diſpoſuerit. Inde
paulatim moribus populi Romani effectum eſt, ut
in neceſſitatem redigerentur fideicommiſſa, tan-
tuſque eorum favor creverit, ut peculiarem Ma-
giſtratum meruerint, Juſtinian. *d. princip. inſt. de
fideicomm. hered. & principio inſtit. de codicill.* ita
ut fideicommiſſorum neceſſitas moribus conſtet,
ut pleræque aliæ res Pandectarum, quod reſpicere
videtur. *l.* 16. *D. de interdict. & re leg.* in illis
verbis (infra diſpungendis) ſuppoſitis à Græco
Interprete *nec fideicommiſſum contra mores*, in quam
ſententiam inclinare videtur Guid. Panc. *in The-
ſauro var. lect. Lib.* 2. *Cap.* 64. expreſſe Franc.
Huſman. *Parad.* 8. *ad l. Falcid. fol. mihi* 44. [illegible]
ſic intelligendus eſt Juſtinian. in §. *fin. inſt. de fi-
deicom. hered.* ibi: *Ideo D. Auguſtus ad neceſſitatem
Juris ea retraxit*, ſcilicet præſtito ab eo uno, vel
altero exemplo: uti poſt hæc ſcripta inveni Chi-
fletium ſic tenentem *Lib.* 1. *fideicomm. Cap.* 9. Ve-
rum enim ſit, quod aut Auguſtus expreſſa conſti-
tutione fideicommiſſorum neceſſitatem ſtabiliverit,
vel arrepto ab ejus autoritate exemplo moribus P.
Romani id paulatim proceſſerit: quamquam enim
Principum placita, moreſque tacito Populi conſenſu
approbati partes Juris Civilis ſint, §. *conſtat inſtit.
de Jur. natur. l.* 1. *D. de conſtit. Princip.* Non ta- 18
men inde deduces deportatum capere neceſſitatis
ratione, ex Jure Civili fideicommiſſum (quod
maxime urgere videbatur) nam quotieſcumque
pars aliqua Juris Civilis veluti Senatuſconſultum,
Plebiſcitum, Principum placita, mores diuturni
ſolum Juri Naturali, vel Gentium effectum attri-
buerint, & adimplementi indulxerint neceſſita-
tem, ſine alia civili formula, vel forma le-
galique obſervantia; tunc magis Jus Gentium
firmatur quam transformatur in aliam ſpeciem
(quod & præfirmavimus *dict. Cap.* 10. *num.* 48.)
ut iterum dicimus de Teſtamentis militum, quæ
neceſſitate, & effectu gaudent, ſine aliqua Ju-
ris Civilis forma, ſic etiam omnes extraordina-
riæ actiones, & utiles, quæ ſolum in effectu con-
ſiſtunt, non formulis, ita ut in eis ſyllabarum er-
rore non cadatur à cauſa (uti elaboravi *Lib.* 3. 19
Cap. 9. *& Capite præcedenti*) ſi autem Jus Gentium
comperiretur, & obumbraret aliqua Juris Civilis
pars formulis ſuis, ſuiſque legalibus obſervationi-
bus, transformatum in Jus Civile diceremus, ve-
luti in Teſtamentis, quæ cum inventione Juris 20
Gentium ſint, tamen ita in Populo Romano ador-
nata exiſtunt legalibus diſpoſitionibus, & ſolem-
nitatibus ut magis inter Jura Civilia connumeren-
tur, quam Naturalia, in qua ſententia fuerunt exi-
mii Juris Interpretes congeſti ab Oſvald. *ad Do-
nell. Libr.* 6. *commentar. Cap.* 4. *litt. A.* & Gilken. (ſta-
tim referendo) unde non mirum eſt, ſi deportatus ex
Teſtamento capere non poſſit, caperet utique ex
Civili Jure, ut optime conſiderat Tob. Nonnius *in
princip. de Teſtamentis*, *num.* 8. Viglius in §. *ſed prædi-
cta eod. tit. num.* 11. & antea Jaſ. *in l. legitima*, *D. de
pact.* latiſſime P. Gilkenius *in l.* 1. *C. de hered. inſt.*
ſic etiam cum pacta Juris Gentium ſint, dum in nu-
ditate remanent, cum remaneant, propriſſime in
ſua natura merito deportatus paciſci poterit, &
agere naturaliter ex illis (ut diximus *C.* 10.) Sed 21
tamen ſi veſtiantur ſtipulatione aliqua, quæ civi-
liſſima eſt, ab agendo ex illa, à celebrando illam,
excludetur merito, cum Juris Civilis incapax ſit:
explicant Cujac. *in commentario ad dict. l. ex ea
parte* 121. §. *in inſulam*, *D. de verbor. obligat.*
Franc. Duaren. *in commentar. ad titulum*, *D. de
Capit. min.* Hobert. Giſan. *ad* §. 1. *inſt. de fidei-
comm. hered.* Gilken. *dict. l.* 1. *num* 7. & idem
admittimus, ſi pacta in eodem contractus ingreſ-
ſu fuerint facta, quia cum adhærentia illius veſti-
ta ſint, non mirabimur, ſi Juris Civilis diceretur
l. Juris Gentium 7. §. *quin imo* 5. *D. de pact.* in
his enim, & ſimilibus caſibus merito deportatus
excludetur: ex quibus merito rejiciendus eſt Fran.
Connan. docens *Lib.* 2. *com. Cap.* 3. Jus Gentium,
quamvis ſimpliciter à Jure Civili confirmetur,

Civile

Civile debere æſtimari, quem merito jam refellit Oſvald. *ad Donel.* 12. *com. Cap.* 22. *lit. A.* vide Hotoman. *in* §. 4. *inſt. de legit. agnat. tut. emunciat.* 2. Unde rectiſſima argumentatione videtur deduci, deportatum fideicommiſſum capere petereque utili perſecutoria actione poſſe, quia Auguſtus, ſive Populi mores, non transformarunt ejus naturam, ſed aſſeruerunt neceſſariam, plenumque præſtiterunt effectum, relictam tamen in ſuo priſtino jure: ſi enim illis effectum eſſet, ut modos ſolemnes, verbaque civilia fideicommiſſa ob-
22 tinerent, & quod poſtea à Juſtiniano obtentum eſt, natura legatorum eis accommodaretur, non immerito deportato denegari poſſent, ut ſentit Cujac. *dict. l. non eſt ambigendum* 12. *D. de bon. poſſ. in fin.* Sed cum contrarium totum ſit, & nihil aliud, quam firmitatem, & neceſſitatem præſtationis obtinuerunt, poſt illam adhuc remanſerunt in Jure Naturali, quo jure deportatus capere, & petere poterit.

23 Sed hæc reſolutio, ſic ampliſſime accepta, non eſt ſecundum rectam juris rationem ſecura: diſtinctione certa veritas danda eſt. Verum enim ſit, quod fideicommiſſa etiam neceſſaria effecta in mero Jure Gentium conſiſtant, quia precativis verbis relinquebantur, modo proprio illo, quo in voluntatem heredis commendabantur, non formulis civilibus aliquibus veſtita, & ideò non civili actione, ut legata, ſed rei perſecutione naturali petuntur, ut ex Ulp. *dict. tit.* 25. & aliis ſupra diximus *num.* 16. Sed illa adimplementi neceſſitas moribus Populi Romani introducta, ſine quæſtione Juris Civilis eſt, cum mores Juris Civilis certiſſimæ partes ſint *dict.* §. *conſtat. inſt. de Jur. Natural. dict. l.* 1. *D. de conſt. Princ.* Hoc ſenſu dicimus plures actus Juris Gentium eſſe, ſed firmitatem, eis attributam à jure, eſſe Juris Civilis (in quò ſenſu vera eſſet Connani ſententia *dict. Libr.* 2. *comment. Cap.* 3. Sed ille nec hoc diſtinctionis ſcandere ivit, nec ſecura fundamenta ſumpſit, ut merito eum Oſvald. notaverit.) Hoc videmus in ſucceſſionibus inter matrem, & filium ex Senatuſconſultis Tertuliano, & Orphitiano, quia quamvis hujuſmodi ſucceſſiones naturales ſint, tamen quia S. Conſulta partes Juris Civilis ſunt, non poteſt deportatus ſuccedere matri, quia omni Jure Civili nudus jacet, *l.* 1. §. *qui operas, D. ad Tertullian.* ut longe ſcripſi *Cap.* 10. *à num.* 34. *hoc Lib.* Idem agnoſcimus in conſtituta pecunia quia quatenus pactum eſt, in Jure Naturali nititur, *l.* 1. *D. eod. tit. dict. l.* 1. *D. de pact.* & tamen Prætor ab eo pacto certam dedit actionem, & cum Prætorum edicta inter partes connumerentur Civilis Juris, *dict.* §. *conſtat.* ideò actio de conſtituta pecunia Civilis eſt, *totus tit. D. de conſtit. pecun. l. legem* 10. *C. de pact.* §. *in perſonam* 8. *cum ſequenti inſt. de action.* nam cum pacta nuda nullam efficacem obligationem producerent, *l. Juris Gentium* 7. §. *igitur nuda, D. de pactis, dict. l. legem,* tamen firmitas illa à Prætore præſtita dat efficaciam pacto conſtitutæ pecuniæ, quæ ſine dubio civilis eſt, cum ultra terminos Juris Gentium operetur. Idem dijudico in aliis contractibus, qui nudo conſenſu, ſeu nutu conſtant, ut latiſſime ſcripſi *Lib.* 2. qui cum Juris Gentium ſint, *l. ex hoc jure* 5. *D. de inſt. & jur.* ſed tamen cum Jus Civile firmitatem, & efficaciam illis præſtiterit, Juris Civilis judicantur & deportatus ex illis non civiliter directo petet, ſed utiliter, quæ eſt naturalis actio, ut utrumque probavimus *ſupr.*
24 *Cap.* 10. Hæc autem ratio fortiori vinculo procedit in fideicommiſſis, in quibus neceſſitas præſtandi apertiorem civilitatem dat: nam cum fideicommiſſa in prece conſiſtant non in mandato, non in diſpoſitione directa, cum verbis precativis relinquantur *princip. inſt. de fideicommiſ. hered.* nam quod relinquitur in alterius arbitrio nullam inducit obligationem, *l. ſub hac* 7. *D. de obligat. & act. l. in vendendis.* 13. *C. de contrahen. emption.* ut ſcripſit Amay. *Lib.* 2. *obſerv. Cap.* 3. *num.* 1. & 2. efficere neceſſarium quod voluntarium erat etiam ex diſpoſitione Teſtatoris, excedere videtur terminos Juris Naturalis, & voluntatis defuncti modum, quod ſolum Civile Jus efficere potuit; quod in cauſa eſſe potuit, ut Auguſtus non æquum judicaret certa conſtitutione neceſſaria fideicommiſſa efficere, quamvis aliàs rempublicam legibus firmavit; ut ex Dione prædiximus *Lib.* 3. *Cap.* 3. *num.* 41. voluit forte voluntati populi relinqui, ut ad eam neceſſitatem moribus ſe conſtringeret. In aliis autem actibus, pactis ſeu contractibus Juris Gentium præſtationis certa voluntas datur, ad id ſe obligant homines, & ideò non mirum ſi Civile Jus præſtiterit firmitatem; ſic etiam in ſucceſſionibus matris, & filii: nam Jure Naturali ad eam vocabatur filius, ut dicimus *C.* 13. *num.* 9. & *Cap.* 14. *num.* 27. & è contra pietate, & commiſeratione naturali mater ad ſucceſſionem filii, *l. ſcripto* 7. §. 1. *D. ſi tabul. teſtam. nullæ extabunt.* Sic ergo eſt, quod voluntas precaria fideicommiſſi & voluntarium ad implementum heredis, in quo fidei habitæ obſervatio ſiſtit, Juris Gentium ſit; at vero neceſſitas illa, qua infidelitas comprimitur heredis, & compellitur ad præſtationem, meri Juris Civilis ſit. Unde certa definimus ratione, deportato fideicommiſſum relinqui poſſe, quatenus Juris Gentium eſt, & ſiſtit in propriſſima naturali origine, & velit inſtitutus præſtare fidem defuncto; ſin renuat, non quibit deportatus agere adverſus heredem, ut ſibi res fideicommiſſa reſtituatur, ageret utique ex Civili Jure ad compulſionem, cujus omnino incapax eſt, non magis quam ſi ex Orphitiano maternam ſucceſſionem depoſceret, quam inutiliter peteret, *dict. l.* 1. §. *Capitis* 8. *D. ad S. C. Tertul.* Nec remoretur aliquem, quod teſtamento militari, quod Juris Gentium eſt, neceſſitatis effectus à Jure attributus ſit, & tamen ab eo capit deportatus, quia id condonat privilegium militare, & liberrima teſtandi facultas militantibus indulta, ut ſcripſi *Cap.* 10. *num. fin.* & *Cap.* 13. *à numer.* 44. denique hanc ſententiam civilitatem in fideicommiſſi neceſſitate conſiſtere probat Ulpian. *in l.* 1. §. 2. & 4. *D. de leg.* 3. uti accurate expendimus, & enodamus *Cap.* 13. *à n.* 46.

Nec ideò, quod in teſtamento relictum ſit fi- 25
deicommiſſum, dicemus ex Jure Civili capere fideicommiſſum, cum lege capi videatur, quidquid ex teſtamento proveniat *dict. l. obvenire, D. de verbor. ſignification.* Nam nihilominus ex Jure Gentium capere deportatum dicimus, civilitatem enim teſtamentum inferre non poteſt, ſed lex, quid enim probibet quominus actus Juris Gentium teſtamento inferatur? hoc non videmus in ſpecie *l. pen. D. de Capite min. l. is cui* 11. *D. de alimen. & cibar. leg. l.* 3. *D. de his quæ pro non ſcriptis habentur*, ſup. *Cap.* 10. expenſis, & conſideratis? in quibus alimenta illa, & alia neceſſariorum uſuum cauſa relinqui poſſunt teſtamento, & (quod magis eſt) legari deportatis, qui quamvis extorres ſint, rectè capiunt, quim obſtet quod teſtamento relictum ſit, nam cum in illis ſola cauſa naturalis inſpiciatur factum ſcilicet (ut jam expendimus *d. Cap.* 10.) nihil intereſt, quod teſtamento relictum fuerit, illud enim magis ſubſerviet ad comprobationem alimentorum legati, aut fideicommiſſi, & ad præſtandam autoritatem relictis, quam ad hoc ut fideicommiſſum ex eo civilitatem accipiat, actus 26
enim in teſtamento relictus, in abſtracto, ut inquiunt, conſideratur, non in concreto, cum teſtamento ad conſiderandam actus naturam, ut in exemplis proxime datis introſpicimus; unde eſt,

quod ſi uſusfructus legaretur deportato, quia magis
in jure, quam in facto conſiſtit, ille capere non
poſſet, ut & *dict. Cap.* 10. animadvertimus *ex l. in*
ſingulos 8. *D. de annuis legat.* quæ variatio non
conſideranda eſt à teſtamento, ſed à natura actus,
& ſic in teſtamento relictum fideicommiſſum cape-
re deportatus poteſt, qui magis Jure Gentium ca-
pere intelligitur ex fide heredis, ſeu legatarii ne-
ceſſario Teſtatori præſtanda, quam ex Jure Civili,
& teſtamento. Ex quibus ſatisfit Antonio Fabro
3. *tom. err. decad.* 74 *err.* 8. ſentienti fideicommiſ-
ſum deportatum ex teſtamento capere non poſſe,
quia Jure Civili, & *leg.* 12. *tab.* effectum fuit, ne
intercideret defunctorum voluntas. Inſtabit for-
titer, quod ſi ſic daretur locus fideicommitendi in
favorem deportatorum, neceſſario eveniret legis
illuſio: ita ut quod inſtitutione, & legatis capere
non poſſent, fideicommiſſi caperent jure, quod
tanquam inconveniens magni præjudicii omni-
no præcavendum, & extirpandum eſt, ut pluri-
27 mis tractavimus *Lib.* 3. *Cap.* 3. Sed hæc præcau-
tio in deportatis minime adaptatur, juſtam, am-
plamque ſatis ſubierunt pœnam amiſſione civitatis,
& bonorum, aliorumque privilegiorum, quæ ci-
vibus competunt Romanis, ſalvum autem eis man-
ſit Jus Gentium, cur ergo, & eo jure miſeros ho-
mines defraudabimus, & pœnarum rigores exten-
demus ad hoc, ut civili, & naturali jure exuti om-
nino ſuccumbant? quod quidem nec ſtrictum, nec
æquum Jus noſtri Civilis ferre quit, imo contra-
rium omnino, ſemper proclive ad pœnarum tem-
perationes, & pias interpretationes, *l. interpreta-*
tione. cum aliis vulgatis, D. de pœnis: tunc autem
præcautio illa maxime attendenda erat, quando
omnino pœnarum illuſio, & fruſtratio ſuccederet:
ſecus autem in ſatis juſtis pœnis punitis (ut optime
Cap. 3. diximus) quæ quidem ſatis ſuperque ſufficiunt
28 cum certo tramite rationis ducta ſint. In præ-
ſcriptorum comprobationem ſe offert P. Fabri a-
cuta conſideratio *d. Lib.* 2. *Cap.* 13. *Semeſt.* in
Marcelli reſponſo *l. ſi à milite* 29. §. 2. *D. de teſta-*
mento milit in quo Conſultus reſpondet jurisju-
randi remiſſionem à Prætore inductam heredibus,
& legatariis, obtinere locum in teſtamentis mili-
tum, atque etiam in fideicommiſſis, æquiparatio
29 ergo iſta (inquit Faber) militaris teſtamenti, & fi-
deicommiſſi inducit Jure Gentium fideicommiſſa
conſiſtere ſicut teſtamenta militaria, & ut ego ad-
do, etiam poſt neceſſitatem fideicommiſſis præſti-
tam, quod cum ita ſit, ſi deportatus ex teſtamen-
to militis capere hereditatem, & legatum poteſt
(ut *Cap.* 10. diximus) qui non & fideicommiſſum
à teſtamento Pagani, cum utrumque eodem jure
ſubſiſtat? eandem enmparationem Paulus fecit *in l.*
30 *fin. D. de his quæ pro non ſcriptis habentur.* Sentiens
ſine dubio idem quod Marcellus: ſic obſervo in
reſtituta *lege deportatus,* §. 1. *D de interdict. & re*
leg. ex Lib. 60. *Baſilicon. tit.* 54. *à Cujac.* reſpon-
dere Juriſconſultum Marcianum, deportatum à
Præſide ſine Principe, & heredem exiſtere, &
legata ex teſtamento capere poſſe, non tamen fi-
deicommiſſorum meminiſſe (ut deceptus A. Faber
addidit *tom.* 3. *err. decad.* 74. *err.* 8.) nam cum e-
tiam poſt legitimam deportationem, & autorita-
te Principis perfectam, poſſit deportatus fideicom-
31 miſſum capere, caute Juriſconſultus fideicommiſ-
ſi verbum omiſit, ne à contrario argumentum
deduceretur, non poſſe poſtea deportatum fidei-
commiſſum capere, unde ipſuſmet Marcian. *in eod.*
Lib. & titulo Baſilicon. deportati (inquit) *neque here-*
ditatem, neque legata capiunt, & in Synopſ. Lib. 60.
32 *tit.* 54. non vero additur fideicommiſſum, ubi ani-
madvertas rogo, Græcum interpretem addidiſſe
notam (ex qua J. Cujacius compoſuit *l.* 16. *D. de*
interdictis, & releg. ut jam ſcripſi *dict. Cap.* 10.)
falſoque in ea addidiſſe verbum illud: *neque fideicom-*
miſſum contra mores, Martiani enim, aut Impera-
toris Antonini illa verba non fuiſſe patet ex ſuo
reſponſo, & recta Juriſprudentia, ut nos firma-
mus, propterquod præcavendum eſt à Cuj. *dict. l.*
121. §. *in inſulam, D. de verbor. obligat.* & Anton.
Pichard. *in rub. inſt. de fideicom: hered.* (autoritate
Cujac. decepto) exiſtimantibus, conſtitutione An-
tonini factum fuiſſe, quod fiſcus fideicommiſſum de-
portato relictum vindicaret, ſine alio graviori funda-
mento, quam notæ Interpretis Græci, cum nihil tale,
imò totum contrarium in Jure Civili reperiamus.
Mirum eſt in tam vaſto Juris Civilis campo P. Roma-
ni, in quo tam frequens deportationis erat pœna, fi- 33
deicommiſſorumque poſtea tam frequens uſus, non
inveniri expreſſum conſtanſque reſponſum, quo
deportato fideicommiſſum dari non poſſe, probe-
tur; imò contrarium apparere ex aliquibus, aper-
teque deduci ex legitima Juris ſcientia. Quot- 34
quot enim reſponſa invenimus de tacito, vel aper-
to fideicommiſſo incapaci relinquendo in fraudem
legis (plurima enim congeſſit Anton. Pichard. *in*
princip. inſt. fideicommiſ hered. num. 7. *&* 8. *& num.*
31. *cum ſequentibus,*) nec ullam deportati mentio-
nem faciunt, nec inſinuant: accipienda enim
ſunt, vel de ſervis pœnæ, vel de legi Juliæ, &
Papiæ contumacibus, aliiſve, qui ex noviſſimis
juris principiis capere non poterant. Hoc tamen 35
velim de fideicommiſſo particulari, non vero uni-
verſali: iſtud enim ſolum civitatibus Romanis,
quæ ſub Imperio P. Romani ſunt, & conſequen-
ter civibus Romanis relinqui poterat ex Senatuſ-
conſulto Aproniano, *l. omnibus* 26. *D. ad Senatuſ.*
conſultum Trebellian. l. cum alicui 26. *D. de negoc.*
geſt. Ulpian. *in fragment. tit.* 22. §. 5. hoc autem
nimirum ea ratione procedit, quia cum aut Sena-
tuſconſulto Trebelliano transferrentur actiones in
fideicommiſſarium, *l.* 1. *D. ad Senatuſconſultum Tre-*
bell. §. *& Neronis* 5. *inſt. de fideicommiſ. hered.* vel
ex Senatuſconſulto Pegaſiano interponerentur ſti-
pulationes, vel pro rata de damno, & lucro, vel
emptæ, & venditæ hereditatis, § *quia cum ſe-*
quentibus, inſt. eodem tit. de fideicom. hered. (uti nos
late ſup. *hoc Lib.* 4.) quæ omnia Juris Civilis præ-
maxime ſunt, nec cum deportato tractari poſſunt:
ideò recto jure requirebatur, ut qui fideicommiſ-
ſum univerſale capere poſſet, civis Romanus eſ-
ſet, vel civitas Romana ſub Imperio P. Romani,
nam ex eadem ratione fit, quod deportatus cape-
re inſtitutionem non poſſet, cum ea civilis ſit for-
mulis verbis qui civilibus conſcripta. Ulp. *in frag-*
men. tit. 21. *l.* 1. §. 3. *D. de hered. inſt. l. quoniam.*
15. *C. de teſtament.* & ideò inferri non poteſt de
hereditate, vel fideicommiſſo univerſali ad ſpecia-
le. Denique non obſtat data ab Ulpiano regula 36
tit. 25. *in fragment.* qua præſcribit poſſe fideicom-
miſſum illis relinqui, quibus legari: unde cum de-
portatus legatum capere non poſſet, ut & nos hoc
Capite, & præcedenti agnovimus, videbatur di-
cendum, nec fideicommiſſum; ſed hæc regula
præterquam non ſit certa, nec abſoluta, ut idem
Ulpian. *dict. tit.* ſtatim ſubjicit, cum Latini Junia-
ni, quamvis legatum capere non poſſint, poſſunt
tamen fideicommiſſum, & alii ut ſequentibus Ca-
pitibus adſeremus, & in iſto patet, tamen non
ita intelligenda eſt, quod non poſſit fideicommiſ-
ſum dari, niſi illi cui legari poteſt; ſed longe ali-
ter; affirmative ſcilicet, quod qui legatum poſſit
capere, poſſit etiam fideicommiſſum, quod maxi-
me diverſum eſt: nam cum legatum capere non
poſſit, niſi civis Romanus ſit, multo magis ille ca-
pere fideicommiſſum poterit, quod & deportatus,
& alii non Romani cives capiunt. Explicat Pi-
chard. *in* § *ſervus* 6. *inſt. de hered. inſt. num.* 22. &
Claud. Chiflet. *de jure fideicom. Lib.* 1. *Cap.* 2. *in*
fin.

fin. tamen in complementum hujus quæſtionis, reſtat durum diſquiſitionis certamen, *l. ſi deportati* 7. *D. de leg.* 3. quod ita grave eſt, ut ſolum ſpectaculum mereatur, & in quo aperte noſtra ſententia adſtruitur. Cum hæc omnia ex recta Juris ratione deducamus in fideicommiſſis, etiam teſtamento relictis, facilius à quocumque probabuntur in fideicommiſſo ab inteſtato relicto, cum tunc minus civilitatem ſapiant.

C A P. XII.

Ad quæſtionem præcedentis Capitis, quod deportatus fideicommiſſum capere poſſit, expenditur l. ſi deportati 7. D. de legat. 3. *& per integrum Caput ſuper ejus recta interpretatione controvertitur, à num.* 1. *Difficultates adverſus reſponſum proponuntur à num.* 2. *Rogerii interpretatio.* 3. *Viviani, quem multi ſecuti fuerunt.* 4. *Bartoli & aliorum.* 5. *Baldi.* 6. *Pauli de Caſtro.* 7. *Saliceti.* 8. *Fulgoſi.* 9. *Donelli.* 10. *Oſvaldi.* 11. *Cumani.* 12. *A. Faber ſervi capacitatem ex fiſco accipit, ſed refellitur.* 13. *Alia longe diverſa interpretatio Fabri, à num.* 14. *A. Pichardi quæ?* 15. *Autoris ſententia & interpretatio.* 16 *Capacitas ſervi à domino eſt, & ſic à deportato.* 17. *Reſtitutio deportati in civitatem odioſa eſt, & quid contineat.* 18. *Retrotractiones & fictiones A. Fabri propter acquiſitionem fiſci imaginariæ ſunt.* 19. *Capacitas acquiſitionis in tempore, ad quod retrotractio fit, dari debet.* 20. *Juſta cauſa ſemper in fictione requiritur.* 21. *Jus heredib. quæſitum fideicommiſſi pro non ſcripto, non debet auferri per fictiones favore deportati.* 22. *Nec favore fiſci: caduca odioſa.* 23. *Explicatur* l. 86. §. cum ſervus, D. de legat. 1. *& ibi qualiter pendeat ſtatus ſervi legati.* 24. *Legatum & ſtipulatio ſervi legati qualiter conſideretur hereditate jacente.* 25. *Hæ Fabri ratiocinationes non adaptantur* d. lege ſi deportati. 26. *Longe enodatur* l. de hereditate 9 §. quid autem, D. de Caſtrenſ. pecul. *à num.* 27. *Pater qualiter poſſit legare ſervum peculii Caſtrenſis filii.* 28. *Et libertatem dare.* 29. *Sed quid ſi filius in teſtamento de iſto ſervo diſpoſuerit?* 30. *Sed quid ſi filius ab inteſtato moriatur?* 31. *Si in teſtamento libertas à patre data ſervo peculii, an ſuſtineatur?* 32. *Et quid ab inteſtato?* 33. *Pro libertate datur certa ratio in utroque caſu.* 34. *Tempore medio, quo inſtituti heredes à filio deliberant, legatum ſervo peculiari datum an pertineat ad patrem, qui ex illo teſtamento capere non poterat, an ad heredes.* 35. *Et quid ſi ſervus ſtipulatus fuerit?* 36. *Verecundia paterna quid?* 37. *Reſolvitur quæſtio, quando pater ex teſtamento acquirere non poterat.* 38. *Applicatio Fabri* d. §. quid autem *ad* l. ſi deportati *rejicitur.* 39. *Retorquetur contra Fabrum.* 40. *In* d. l. ſi deportati *ideo ad fiſcum pertinet fideicommiſſum, quia pertinuerat ad deportatum.* 41. *Inde alienare poterat ſervum deportatus, & conſequenter fiſco privare fideicommiſſo.* 42. *Servorum acquiſitiones erga dominos Juris Gentium ſunt.* 43. *Verba* vivo Teſtatore d. l. ſi deportati, *declarantur & expenduntur.* 44. *Sic ſi deportatus reſtituitur, ad ipſum plene fideicommiſſum pertinet.* 45. *Quam quæſtionem principalem Ulpianus diſcuſſerit* d. l. ſi deportati. 46. *Verſiculus* Similes d. l. ſi deportati *declaratur remiſſive.* 47.

1 DIU, multumque fuit, quo Domitii Ulpiani
reſponſum *in l. ſi deportati 7. D. de legat.* 3.
exercuit feliciora ingenia, & variis interpretationibus per ſecula varia aggreſſi ſunt ſtrenui noſtræ
Juriſprudentiæ duces, laceſſuntur iſti graviter in-
2 de, quod deportato concedat Domitius ſervum,
cui fideicommiſſum fuerat relictum, quod ad fiſcum pertinere affirmat, cum imò ad ipſum deportatum pertinere reſpondendum erat, cum fideicommiſſorum capaces ſint, aut ſi non capaces, pro non ſcripto debebat haberi *ex toto tit. D. de his quæ pro non ſcriptis habentur:* & ſi ad fiſcum, qua ratione eum fraudare poterit, alienatione vivo Teſtatore facta? & quid ſi mortuo? & qualiter reſtituto ipſi fideicommiſſum attribuitur? cum ea quæ ab ultima voluntate procedant, in ſuſpenſo eſſe non poſſint, *l. fin. D. commun. præd.* cur autem reſtitutionem fideicommiſſum expectavit? multum ergo lucis requirit abſtruſum hoc Ulpiani labiryntum, & multi tentarunt ingreſſum, ſed nec invenerunt reditum. Nullus ergo mirabitur, ſi & nos filo rationis ſubeamus idem periculum, forte & nos Theſea felicitate ad Superos evolabimus; ſin contra, in gloriam ſupererit auſus, & certamen, quod ut felicius ſuccedat, referamus aliorum Inter-
pretum vias, ut fugiamus invias veluti, & deper- 3
ditas. Rogerius antiquus interpres conjectavit deportationem à Præſide factam Principem non comprobaſſe, *argumen. l. deportatus* 15. §. 1. *D. interdict. & relegat.* sed merito eum jam rejecit Accurſ.
in noſtra l. qui nihilo felicius intravit eam, cum 4
nec præſenſerit graviorem ejus difficultatem. Nec Viviani, vel quicumque ille ſit caſuum formator, & diſpoſitor, cum delegato accipiat, quo nihil abſurdius eſſe poteſt: in quo errore (quod maxime mirandum eſt) fuit Bartol. & P. de Caſtro *in commentario ad eam*, Alex. & alii antiquorum *in l.* 1. *C. de hered. inſt.* & Connan. *Lib.* 2. *commen. Cap.* 3. *numero* 10. & Oſvald. *in loco infra referendo*, quo
involuti, jam nihil rectum excogitare potuerunt 5
ad interpretationem reſponſi. Sed tamen Bartol. *in l. deportati*, capacitatem domini ad perſonam ſervi, tunc eſſe reſpiciendam quando dominus capax eſt, ſecus autem quando non eſt capax, quia tunc magis perſona attendenda: & reapſe idem voluit *in l.* 1. *C. de hered. inſt.* quem conſecuti fue-

runt Bald., Angel., Paul. de Caſtro, & Alexan. *in*
ead. lege 1. & denique P. Gilken. *in eadem l.* n.
46. Sed mirabitur, quicumque reſpexerit ex dia-
metro contrariam rectæ Juriſprudentiæ interpre-
tationem tantis viris placuiſſe, niſi forte (ut opi-
nor) ad id compellat difficultatis vis: non deni-
que digna eſt cenſura noſtra, quando jam contra
eos inſurrexerint Jaſon *dict. l.* 1. *à num.* 3. (qui
tamen nihil certum firmat) Franc. Connan.
Lib. 2. *com. Cap.* 3. *numer.* 10. A. Faber. *decad.*
74. *err.* 8. Cuman. *d. l. ſi deportati*, & Eduard. Cal-
6 deir. *Lib.* 4. *var. lect. Cap.* 3. *n.* 33. Baldus autem
in noſtra l. ſi deportati, aliter agit, fideicommiſ-
ſum ſervo deportati relictum fiſco acquiri, quia
deportatus capax non erat, cum ſervus eſſet in
dominio deportati: ſecus autem in dominio al-
terius, quia tunc ille fideicommiſſum acquiret.
Sed ratio ex præſcriptis *Cap.* 11. infra, quibus
capacitatem probavimus deportati fideicommiſſum
habendi, & accipiendi ex teſtamento, convinci-
tur; præterquam alia difficiliora interpretamento
7 obſtant, quæ animadvertere quicumque poterit.
Paulus de Caſtr. in eadem *l. ſi deportati*, ducit eam
ab ſpe, quod fiſcus deportati bonis fruiturus ſit
in morte; ideòque ſuſtineri fideicommiſſum, vel
(ut ipſe inquit) legatum, cui reapſe convenit
Albericus *ibidem*. Sed contra cum jam præiverunt
8 Alex. *in l.* 1. *C. de hered. inſt. num.* 2. & A. Faber.
dict. decad. 74. *error.* 8. Salicetus *dict. l.* 1. Intelli-
git tempore teſtamenti deportatum non fuiſſe, ſed
poſtea, quod magis explicat Franc. Connan. &
ſequitur *dict. Cap.* 3. *num.* 10. necnon amplectitur
P. Gilken. *ubi ſup. numer.* 46. ſed divinant ſane
ad reſponſum Ulpiani, & merito disjecit Alex.
dict. l. 1. Oſvald. *ad Donell.* 6. *commen. Cap.* 17.
litt. V. Anton. Faber. *dict. err.* 8. Anton. Pichard.
dict. §. *ſervus autem* 6. *inſtit. de hered. inſtituen.*
9 *num.* 17. Feremusne Fulgoſii ſolutionem *dict. l.*
1.? Sane merito eam infirmavit Alexan. *dict. l.* 1.
10 quæ nulla ex parte Domitio Ulpiano adaptari po-
teſt: quid Hugonis Donell. *dicto Cap.* 17. (qui
cum Paulo de Caſtro convenire videtur) quan-
do ſuo aſſiduo ſectatori diſplicuit Oſvaldo Hilligero
11 *d. litt. V.* & merito? Quid quod ipſe Oſvald. ex-
cogitavit? Suſtineri ſcilicet legatum, ſeu ſub con-
ditione tacita, *cum ipſe capere poterit*, *vel alii ac-*
quirere, in quo ipſemet Oſvald. ſibi diffidit, quid
ego? Quando video integram conditionem inter-
12 pretem, quaſi vi & armis in reſponſum invehere.
Minus placet Cumani, quam ſequitur Æduard Cald.
dict. Cap. 3. ſane incongruens contexturæ reſponſi.
13 Anton. Faber variis in locis ſuperare difficulta-
tem reſponſi aggreditur, varioque rationum arie-
te oppugnare, is autem *Libr.* 12. *conject. Cap. fin.*
in fine, pertinere ad fiſcum fideicommiſſum, affir-
mat, ſervo deportati relictum, quia dominus ſer-
vi per deportationem fuerat effectus; unde capa-
citas ſervi ex fiſcali capacitate reſpicienda erat,
& æſtimanda. Sed ſuaviſſime à ſubtiliſſimo In-
terpretum quærerem, qua ratione dominium at-
tribuat ſervi fiſco, quando deportatus poteſt alie-
nare: ſi ergo id deportatus efficere poteſt, &
emptori domino fideicommiſſum acquiri poteſt,
non fiſcus, ſed deportatus ſervi dominus neceſſa-
rio judicandus erit. Non fixit pedem ſubtiliſſi-
mus vir in ſubtiliſſimo reſponſo, qui cum præ-
ſcriptam in ſuis conjecturarum libris tribuiſſet,
aliam longe diverſam interpretationem ſequitur
in decad. 46. *error.* 4. *num.* 6. in qua cum Salice-
14 to, & Franc. Connano convenit, deportatum, an-
te deportationem ſcilicet, alienaſſe ſervum, cui
fideicommiſſum relictum, deportatione ſecuta,
jure eo ad fiſcum pertinere, ſed non alio indige-
mus oppugnatore, præter Alexandrum, & Oſval-
dum ſupra datos, quam ipſomet A. Fabro, cui
ea ſententia omnino diſplicuit (neſcio, an ſi quod
& fuerit ſua, meminiſſet) *dicta decad.* 74. *err.* 8.
Is ergo *error.* 8. & 9. per nimia acumina, & fi-
ctiones, magis à ſe nove exiſtimatas, quam an-
tique à Jureconſultis aſſertas, nondum diſſolvere
quærit, & inveſtigat anxius, & dum veritatem
invenire cruciatur, involvitur arctioribus laqueis,
quam quibus à Domitio Ulpiano tenebatur, quos
cum rumpere jam parem, dum offero palæſtræ
interpretationem noſtram: ideò hic ſuperſedeo
conflictui cum doctiſſimo viro. Denique noviſſi- 15
me noſter Anton. Pichard. *in dict.* §. *ſervus*, *num.*
20. cum ſequentibus, eximio errore reſponſum
accipit, ſingulariter in ea ſpecie, quando ab in-
teſtato fideicommiſſum fuerit relictum, in ea
enim eſt opinione ab inteſtato deportatum capere
poſſe: ſecus autem ex teſtamento. Sed non ani-
madvertiſſe conſulti verba, cuicumque dicere li-
cebit (quæ de Teſtatore expreſſam faciunt men-
tionem) qui in eam ivit interpretationem. In
qua etiam ſententia interpretor eundem Anton.
Pichardum poſtea fuiſſe *in rub. inſt. de fideicommiſ.*
hered. num. 37.

Tanto ergo interpretationum cumulo, & no-
ſtrum lapidem adjicere nemo nos mirabitur, quid
magis culpæ attribuendum erit, quam cum tantis
doctiſſimis viris nos erraſſe? Minor ergo culpa,
& pœna apud doctos erit: hos euro, hos vene-
ror, non in detractionem pronos, & iram. No- 16
ſtra autem interpretatio ad Domitii Ulpiani re-
ſponſum *dict. l. ſi deportati*, non frigide à nobis
inſudata, inde procedit, quod fideicommiſſum
teſtamento, legitime condito, deportato poſſit
relinqui (uti proximo firmavimus Capite exami-
ne longo) neque ullum in patentiſſimo Juris Ci-
vilis campo (uti ſuſpicor) Juriſconſulti reſpon-
ſum inveniri quibimus, quo magis noſtra ſancia-
tur ſententia: ſic ergo apud nos ſtat, capere de-
portatum fideicommiſſum ex teſtamento poſſe, ſta-
bitque donec alius meliora attulerit. Hinc fit de- 17
portati ſervo fideicommiſſum relinqui poſſe, quia
dominus fideicommiſſi capax eſt, aliter enim fi-
deicommiſſum inutile redderetur, & haberetur
pro non ſcripto: ſervus enim cum ex ſua perſona
incapax ſit, capacitatem ex teſtamento accipien-
di à domino habet, quæ certiſſima regula Juris
Civilis eſt, *l. ſi mihi, & tibi* 12. §. *regula* 2. *D.*
de leg. 1. *l. ſi minus* 31. *l. ſi aliena* 43. §. 1. *D. de*
hered. inſt. §. *in extraneis* 5. *inſt. de hered. qualitat.*
& differentia, quæ capacitas tribus temporibus
conſpicitur, aut teſtamenti tempore, aut mortis
Teſtatoris, aut tempore quo fideicommiſſum ce-
dit, *d.* §. *in extraneis*. Unde ſi deportatus fidei-
commiſſi capax non eſſet his temporibus, nec ad
fiſcum pertinere poſſet fideicommiſſum, veluti,
qui nullo horum tempore ſervi dominus fuerat,
aliter cur deportatus ſervum alienare poſſet? Nec 18
ad ipſum deportatum, poſtea etiam reſtitutum:
cum ſimiliter incapax fuerit tribus temporibus:
& quamvis reſtitutio ea omnia, quæ deportati fue-
rant deportationis tempore, ſi plena eſt, reſtituat,
non tamen ea quæ nunquam habuit, reſtituet, *arg.*
l. fi. §. *fin. C. de ſent. paſſis, & reſtit.* nam ſequeretur,
quod eodem tempore deportatus, nec civis Romanus
eſſet, & eſſet, quod abſurdum eſt, maxime cum
reſtitutio, quamvis ab indulgentia Principis pro-
cedat, odioſa ſit (ut alibi obſervavi *ex l.* 14.
C. de pœnis, & *ex l. Papinianus* 20. *D. de minorib.*
& alii apte ibi conſideratis, cum remitti pœnas
legitime impoſitas exitioſum in Republica ſit) fa-
tis eſt ergo, quod deportatus bona recuperet re-
ſtitutione, quæ ante deportationem habuerat: non
tamen ea quæ nunquam fuerunt ſua, nec ei ceſ-
ſerant, ſed alii cui jus legitime acquiſitum jam
erat, à quo auferri iniquum quicumque judicabit,
uti

uti conſiderat Don. ***Lib.*** *2. com. Cap. fin.* An-
ton. Gomez 3. *tom. var. Cap.* 13. *num.* 39. &
in l. 1. *Taur. num.* 11. quod qualiter intelligen-
dum, loco inſinuato explico: quibus expreſſe con-
vincitur Anton. Faber *dict. decad.* 74. *err.* 8. con-
19 trarium docens. Replicat autem Anton. Faber,
quod cum deportatus reſtituitur, aut fiſcus in bo-
nis deportati ſuccedit, acquiſitio fideicommiſſi,
ſervo deportati relicti, retrotrahitur ad ceſſionis
fideicommiſſi tempora, cum ſolum in ſuſpenſo
fuerit fideicommiſſi acquiſitio, non vero ejus va-
liditas, ad quod expendit *l. ſi tibi homo* 86. §. *cum
ſervus*, *D. de legat.* 1. & *l. de hereditate* 19. §. *quid
autem*, *D. de Caſtrenſ. peculio* (quibus parum ejus
ſententia firmatur) facile equidem eſt retrotractio-
nes fingere, & fictiones retrotrahere levitate in-
genii, & ad guſtum; ſed difficile multoties Juri-
bus adaptare, rectæque Jurisprudentiæ rationi.
Non capio ergo, quo Anton. Faber judicio ac-
quiſitiones iſtas fideicommiſſi retrotrahat in fiſco,
& deportato ad diem, quo fideicommiſſum cedit
à tempore, quo unus reſtituitur, & alter ſucce-
dit; cum illo tempore, ad quod retrotractio re-
dit, nec deportatus ex ſententia ſua fideicommiſ-
ſum capere poſſet, nec fiſcus etiam, cum adhuc
dominium ſervi, per quem acquiri fideicommiſ-
ſum debebat, non haberet: ſi enim è contra fie-
ret, ad tempora ſucceſſionis, & reſtitutionis, to-
lerabilius foret: minuſque contineret abſurdum.
Sed cum videret Anton. Faber capacitatem fidei-
commiſſarii conſiderandam eſſe tempore, quo fi-
deicommiſſum cedit, & aliter acquiſitionem fieri
non poſſe, conſtituit ſic facere *ex regul. dict.* §. *in
extraneis.* Sed ſimiliter debebat conſtituere in fi-
20 ctionibus, & retrotractionibus capacitatis tempo-
ra præſervari, ut in poſtliminio, & lege Corne-
lia videmus *l. ſi qui pro emptore*, *D. de uſucapio-
nib.* cum vulgatis, *dict. l. de hereditate*: ita ut ſem-
per retrotractiones fiant ad tempora quo quis ca-
pere poterat: ſolus tu, mi Anton. Faber, in capa-
citatis tempus elegiſti: id forte eum undique te-
nebaris, nec ſatis tuta ceſſionis fideicommiſſi, nec
reſtitutionis deportati, & ſucceſſionis fiſci judica-
res, elegiſti meo judicio, ut aliqua parte, tan-
quam è vinculis, acumen tuum erumperet; per-
verſius tempus. Ultra, quam juſtam cauſam in
21 fictione, & retrotractione iſta inveniſti? Nam ad
hoc ut retrotractio, fictioque aliqua introducatur
in Jure, ſemper juſta, pia, æquaque cauſa, &
neceſſaria à noſtris Juris Conditoribus præeſtima-
ta fuit *l. poſtliminium* 39. *D. de captiv. & poſtlim.
revers.* videri licet in poſtliminio, & lege Cor-
nelia, ex favore eorum, qui pro Republica mor-
tem oppetere parati erant, vel oppetierunt, &
dict. l. de hereditate, §. *pater* 3. *D. de caſtrenſ. pe-
cul.* favor libertatis, æquum parentis votum, ju-
ſtaque ſucceſſio, ut & tu ipſe agnoſcis *Lib.* 7 *con-
ject. Cap.* 3. quo enim colore quaſi mentiretur Jus,
niſi ut ad id impelleret favor æquiſſimus, cauſa-
que juſtiſſima: necne ſimilem æquamve cauſam
in fictione Fabriana inveſtigare poterimus? Imò
iniquam ſane, & Reipublicæ inſalutarem: nam
quod per fictionem iſtam deportatus lucraretur fi-
deicommiſſum, ſi aliàs accipiendi jure à lege pri-
vatus eſſet, iniquum ſane eſſet, cum ejus reſti-
tutio odioſa ſit, & ſumme exitialis Reipublicæ:
nam ſi ſic eluderentur pœnæ, provocarentur ho-
22 mines ad delinquendum: quibus adde, ut perni-
cioſior æſtimetur res, auferri per fictiones iſtas
jus legitimum heredibus quæſitum, ad quos fidei-
commiſſum pertinebat, eo quod deportatus ex
Anton. Fabri ſententia incapax eſſet, cum pro
non ſcripto haberetur, *l.* 3. *cum ſuis* §§. *l.* 4. *D.
de his quæ pro non ſcriptis habentur* (quod majori
explicatione indiget) interim vide Donell. *Lib.*
6. *commentar. Cap.* 17. Petrum Gilken. *dict. l.* 1.
C. de heredib. inſtituen. num. 40. *cum ſequentibus.*
à quibus accipietis alios. Perpende ergo fictio-
nis, & retrotractionis cauſas, injuſtas, exitioſas
Reipublicæ, & heredibus præjudiciales. Nec 23
major favor in fiſco inveniri poteſt, ut favore ejus,
regulis Juris abruptis, fideicommiſſum competens
heredi accipiat: verum enim ſit, quod eximii fiſ-
ci favores fuerunt quoad alia meritiſſime in Jure
decreta; ſed tantus nunquam ita habitus eſt, ut
per fictiones invita Juriſprudentia jus alteri legiti-
me quæſitum auferre poſſet, cum imò caducorum
obſervantia ita antiquis Jureconſultis odioſa habi-
ta fuit, quod & variis modis illuderent, ut refert
Juſtinian. *in l.* 1. *C. de caducis tollend.* & quod
magis eſt, ipſe Cæſar Juſtinian. in eadem *l.* §.
hæc autem, privatorum commoda ei anteponat (de
quo & nos latius *Lib.* 3.) & ſic retrotractiones fa-
vore patris, quas *dict. l. de hereditate*, cum aliis
infra referendis, in peculio caſtrenſi filii admit-
tuntur, niſi inferatur præjudicium filio, peculii
ex conſtitutionibus domino: defecit ſane cauſa,
& æqua ratio, qua Fabrianæ fictiones, & retro-
tractiones ſubſiſtere poſſint. Nam quod infert ex 24
dict. l. 86. §. *cum ſervus*, *D. de legat.* 1. plane
ineptum eſt, in eo enim Conſultus reſpondit, ſer-
vi legati ſtatum, & quæ perſonam ejus attingunt,
in ſuſpenſo eſſe: nam ſi legatarius repulerit à ſe 25
legatum, nunquam ejus fuiſſe videbitur, ſi non
repulerit, ex die aditæ hereditatis ejus intelligi-
tur: & ſic quod ſervo legatum, aut donatum fue-
rit, ipſeque ſtipulatus, interim dum legatarius
deliberat, aut pertinebit ad heredem, aut ad le-
gatarium, ſecundum diſtinctionem præhabitam.
Sed hoc legitima ratione procedit, quia ſervus
iſte ſemper (quomodocumque conſideretur) apud
dominum capacem remanſit, & ex cujus perſona
acquirere poterat, nam aut ante aditam heredi-
tatem acquiſivit ſervus, quo vacabat hereditas,
ipſamet perſonæ vicem gerit, cui ſervus heredi-
tarius acquirit, *l. ſi is qui pro emptore*, *D. de uſu-
capionib. l. in eo* 33. §. *fin. D. de acquirend. rerum
domin. cum aliis*, aut heres adivit hereditatem,
per aditionem factus dominus rerum fuit heredi-
tariarum, & conſequenter ſervi legati: nam
quamvis à die mortis hereditatem ceſſiſſe, & lega-
tum dicamus: id procedit ex poteſtate *legis* 12.
tabularum, teſtamentariæ ad continuationem do-
minii à Teſtatore in heredem, & legatarium, ne
aliter, & cuicumque vacantes res hereditarias li-
ceret apprehendere: & ſimiliter ſervus legatus
non legatario; ſed heredi acquireret, quod iniqui-
tatem continere videbatur, cum jam Teſtator eum
ſervum legatario reliquiſſet, *l. à Titio* 64. *D. de
furtis*, uti præter alios ipſemet Anton. Faber ex-
plicat *Lib.* 7. *conject. Capit.* 3. pendet utique ſtatus
ſervi, non conditio, quia ſervilis in quocumque
caſu eſt, ut ipſe docet Anton. Faber *in Juriſpru-
dentia tit.* 11. *princip.* 7. Sed utique acquiſitio
pendet, quis ſcilicet, heres an legatarius ſervum
habuerit, & ea quæ interim ipſe acquiſierit; ſed
validitas legati, & acquiſitorum à ſervo nunquam
in ſuſpenſo fuit, nec eſſe potuit: nam ſemper
ſervus ſub domino capaci fuit: nam ſi veritatem
amamus; heres fuit, ſi fictionem ceſſionis, imò
magis diſpoſitionem legis, legatarius. At vero 26
dict. l. ſi deportati, à primo ad ultimum hæc cun-
cta deficiunt: nam ſervus nunquam ſub domino ca-
paci eſt: nam ex ſententia Anton. Fabri, non eſt
deportatus: nec ipſe fiſcus, ut ipſe agnoſcit, &
Ulpian. inſinuat, cum deportatus ſervum alienare
poſſit: unde validitas fideicommiſſi ſuſpendenda
erat, donec aut deportatus reſtitutus eſſet, aut
fiſcus ſuccederet, aut emptor emeret: hoc non
patitur Juriſprudentia, defunctorum actibus ſimi-

 lem

lem ſuſpenſionem denegans, *l. fin. D. commun.*
prædiorum (ut latius *ſecundo tomo* ſcribo) ſed nec
tempore ceſſionis fideicommiſſi acquiri poteſt, quia
ſervus dominos capaces non habuit, quæ capacitas
illo tempore conſideratur, *dict.* §. *in extraneis*, ergo
aut dicendum eſt, pro non ſcripto fideicommiſſum
deberi haberi, & ſi hoc nec Ulpian nec A. Faber ad-
mittunt, fuiſſe deportatum fideicommiſſi capacem.
Quod autem *dict. l. de hereditate* 9. §. *quid au-*
27 *tem, verſicul. ſecundum quod D. de caſtrenſ. pecul.*
infert Anton. Faber, magis eſt, ut nobis occa-
ſionem præbeat enodandi difficile Triphonini reſ-
ponſum (quem laborem, & ipſe Anton. Faber
jam ſubivit in Juriſprudentia Papinian. *titul.* 11.
princip. 6. *illation.* 17) in quem poſt hæc ſcripta
incidimus) quam ex eo firmum aliquid deducere
queat, quo ſuam interpretationem, ſententiam-
que adſerat; imò nullum gravius in Jure Civili in-
veniri poteſt, quo fortius oppugnetur. Sed ut
utrumque conſequamur, enodationem reſponſi, &
oppugnationem Fabri, rem altius, utiliter pro Ju-
riſprudentia, repetemus. Ita quodammodo reſi-
28 det peculium caſtrenſe apud patrem, ut poſſit ſer-
vum filii ſui caſtrenſis peculii legare, quod tamen
ſub ea conditione, & qualitate procedit, ut vivo
patre filius mortuus ſit: tunc enim firmatur, &
conſiſtit plene legatum, nam ſi filius jure ſuo non
utatur, id eſt, diſponat de peculio caſtrenſi, ju-
re ſpeciali retrotractio in jure fit, quaſi pater do-
minium retro ſervi habuerit, cum teſtamentum
condiderit, quod quidem expreſſe probat Ulpian.
in l. ſervum filii 44. *D. de legat.* 1. *& in l. propo-*
nebatur 9. *D. de caſtrenſ. peculio*, ibi: *Sed cum ni-*
hil de peculio decernit filius, non nunc obvenire patri,
ſed non eſſe ab eo profectum creditur, denique ſi ſervo
filii caſtrenſi libertatem pater adſcripſerit, moxque fi-
lius vivo patre defunctus ſit, non impeditur libertas,
cum, ſi filius patri ſupervixerit, impediatur libertas,
l. ex caſtrenſi 18. §. 1. *dict. l. de hereditate* 19. §.
pater 3. *D. eodem titul.* nam ſi ſupervixerit filius,
planum, & æquum eſt, non potuiſſe, nec de-
buiſſe patrem, jure conceſſo filio defraudare, &
inanire eum, tunc enim æquitate deſecta eſſet
retrofictio, in qua alias, filio præmortuo niteba-
tur; videndus J. Cujac. *in commentario ad dict. l.*
ſervum filii, & noſter Anton. Pichard. *in* §. *non*
ſolum, inſtit. de legatis à num. 19. *cum ſequenti-*
29 *bus*, qui alios refert. Hinc provenit ardua quæ-
ſtio, ſi pater libertatem dederit peculii caſtrenſis
ſervo, & teſtamento ſuo liberum eſſe juſſerit, &
inteſtatus filiusfamiliâs præmortuus fuerit, mox-
que pater, graviter apud Conſultos diſquirebatur
in utramque partem, ut videre licet apud Tri-
phoninum *Lib.* 18. *diſputation. dict. l. de heredita-*
te, §. *pater* 3. & contra libertatem opponebatur,
non poſſe dominium ſervi apud duos in ſolidum
eſſe, & quod ex Adriani conſtitutione filius pecu-
liarem ſervum poſſet manumittere: ita ut ſi pater
& filius manumiſiſſent ſervum teſtamentis ſuis,
non dubitaretur, quin ex teſtamento filii ſervus
libertatem acciperet, quæ quidem præmaxime
impugnare videbantur libertatem à patre conceſ-
ſam; ſed in contrarium propugnabant eam, quod
ſi filius jure ſibi conceſſo in diſpoſitione ſervi non
uteretur, nec teſtamento, vel alia ultima volun-
tate, eo non uteretur, euſque jus paternum
ceſſaverit: ita ut ſi inteſtatus moriretur, quaſi
quodam poſtliminii jure retrofingatur ſervum ha-
buiſſe (ut ſupra diximus) & ſic potuiſſe ſervum
libertate donare, quod quidem mire convenit
cum *dict. l. ſervum filii*, & *dict. l. proponebatur*, &
dict. l. ex caſtrenſi, §. 1. Procedit Triphoninus *in*
§. *quid autem* 5. (omitto §. *non tamen* 4. qui ad
noſtram quæſtionem non attinet) in quo gravius
difficultatis diſcrimen diſputatur: quid autem in-
quit Conſultus, ſi filius teſtamentum fecerit, &
de peculiari ſervo diſpoſuerit: non tamen ejus 30
ſit adita hereditas. Videtur enim defeciſſe quali-
tas, & conditio præcauta ſupra ad hoc, ut lega-
tum ſeu libertas peculiaris ſervi ſubſiſteret, ſcili-
cet ut præmoriatur filius, & jure ſibi conceſſo
non utatur, & quamvis id concedamus, præmor-
tuum fuiſſe filium, ut colligimus ex contextura
reſponſi, continuata à dicto §. *pater*, uſque
ad iſtum, ut ſic non obſtet, *dict. l. proponebatur*,
ſaltim obſtat, quod filius diſpoſuerit de ſervo.
Inde enim acute exigit Triphoninus, difficile eſ-
ſe affirmare continuatum in patrem, poſt mortem
filii, peculii caſtrenſis dominium, ad hoc ut fi-
ctionis, retrotractioniſque jure libertatem ſervo
conceſſam defendamus: medium enim illud tem-
pus, quo deliberant heredes, jurique deliberandi
tribuitur, imaginem, & umbram ſucceſſionis præ-
bet, & præmonſtrat, quo retrotractionis jus, in
quo libertas nititur, impeditur, alioquin enim,
ni ſic impediretur retrotractio, imò à morte filii
ſtatim ad patrem daretur, & admitteretur, pro-
veniret abſurdum intolerabile, quod neceſſario di-
cendum eſſet, dominium ſervi ad filium à patre
proveniſſe, quod nimis falſum eſt; cum imo jure
ſpeciali à conſtitutionibus habeat; vel proveniſſe
à patre ad heredes inſtitutos, quod ſimiliter dici
non poteſt, cum filii heredis ſint, nec teſtamen-
torum ratio patiatur, ut ab alio, quam à Teſta-
tore, hereditariarum rerum dominia inſtituti here-
des accipiant; unde neceſſario ſequitur, dum de-
liberant heredes, in pendenti peculii caſtrenſia
dominia fuiſſe, ut in aliis caſibus jus admittit, &
ſic non potuiſſe à morte filii in patrem continua-
ri, & rationem ſuſtinendæ libertatis defeciſſe.
Cum hæc Conſultus eximio acumine diſputaſſet,
ſubjicit quæſtionem, cujus diſſolutio à præceden-
ti diſputatione pendebat: *Secundum quod* (inquit)
difficile erit expedire. ſi dum deliberant heredes, dies
ceſſerit legati ſervo dati iſtius peculii teſtamento ejus,
ex quo pater nihil capere potuiſſet, an id ad ipſum per-
tineat, cum utique ad heredem filii pertineret, ſed
cum hæc inſeruiſſet, revertitur Conſultus ſtatim
ad inceptæ quæſtionis examen, & trutinam, ad
illam ſcilicet quando filius ſine teſtamento, vel
cum teſtamento deceſſerit, & ſubdit, *facilior ta-* 31
men de libertate ſervi deliberatio eſt in ſpecie in qua in-
teſtatus filius deceſſiſſe proponitur, quaſi diceret,
cum filius moritur inteſtatus, nec jure ſuo uſus
fuit, ita ut nullum interfuerit impedimentum,
quominus retrotractio fiat, facilius reſpondi, poſ-
ſe libertatem ſervo datam ſuſtineri, quod con-
venit reſponſis ſupra jam datis, in quibus li-
bertas, & legatum ex iſta retrotractione ſubſi-
ſtunt, & ſtatim Conſultus alterius quæſtionis
deliberationem aggreditur, quando teſtatus fi-
lius deceſſit: *non eſt ergo ratio reſpondendi, com-*
petere libertatem, eo tempore datam quo non fuit in
dominio patris, ſentit ergo conſultiſſimus vir 32
nullo modo, nullaque via inveniri poſſe, qua
defendatur libertas à patre ſervo peculiari conceſ-
ſa, quando teſtatus filius deceſſit: non enim in
dominio patris retrotractionis jure ſervus unquam
fuit: nam cum poſt mortem filii mox pater fuiſſet
mortuus, *ut dict.* §. *pater* præponitur: & domi-
nium peculiarium rerum in pendenti fuiſſet, dum
heredes inſtituti deliberabant: accidit, quod pa-
ter nunquam ſervi peculiaris habuerit dominium,
pendebat utique (ut Triphoninus inquit) ut ex
facto heredum retrofuiſſe patris, vel non fuiſſe
diceremus; ita ut ſi adiſſent, nunquam fuiſſe pa-
tris; ſin contra, crederetur patris fuiſſe: at jam
cum deliberarunt heredes, pater præmortuus erat,
& ſic nunquam dominium peculiaris ſervi apud
patrem fuit, & conſequenter rationem reſpon-

dendi

dendi non fuiſſe, *competere libertatem, eo tempore datam, quo non fuit in dominio patris.* Sic eleganter iſta verba capio, in qua ſententia convenit Conſultus cum Ulpiano, Mæciano, & Papiniano in reſponſis relatis; ſed tamen quamvis ita Tripho-
33 ninus ſentiret ex vera Juriſprudentia: tantus amor, favorque conſervandæ libertatis ipſum arripuit, ut in utroque caſu, quando filius teſtatus, vel inteſtatus deceſſit; reſponderit conſervandam fuiſſe libertatem, verba, quibus reſponſum claudit, ſunt *favorabilem tamen ſententiam contrariam in utroque caſu non negamus*, τὸ enim in *utroque caſu*, ſic intelligo, cum Alberico, Accurſii deſpecto errore, & aliorum, quos ipſe inſinuat, ad diverſas ſpecies verba retuliſſe, & deſpecto A. Fabri judicio totam hanc ultimam legis partem Tri-
34 bonianoo aſſignantis. Nec Tryphonini ſententia, ſeu æquitas vacat ſuo jure, & ratione, nam eo ipſo, quod filius teſtamentum fecerit, & heredes inſtituti non adierunt, cenſendus eſt, quaſi inteſtatus deceſſiſſe, inteſtatus enim non ſolum dicitur, qui teſtari noluit, vel non potuit, ſed cujus hereditas adita non eſt, ut longe docent Calvin., Verrucius, & Hutoman. *in ſuis lexicis*, ac per conſequens non ſuo jure, re quidem & effectu, uſum; ut ſic in amicitiam reducamus Juriſconſultum noſtrum cum Ulpiano *dict. l. ſervum filii*, & *dict. l. proponebatur*, ut tunc dicamus jura ſuo uſum filiumfamiliàs, quando teſtamentum ejus aditione confirmatum eſt, quod & in aliis caſibus obtinet, ut ſtatim ſubjiciemus: quid autem hîc propter eximium favorem libertatis, cujus cauſa, & ipſa juris principia aliquando abrumpuntur? *§. fin. inſt. de donat.* nam quamvis, *dict. l. proponebatur*, de hujuſmodi libertatis datione fiat mentio: non tamen niſi in caſu quo filius ſupervixit patri, quî autem tunc in præjudicium filii non improbaretur? Non autem Conſultus loquitur, quando præmortuo filio cum teſtamento, tamen ejus hereditas adita non eſt, qui noſtræ quæſtionis ſcopus eſt. Et quæ prænotaſſe neceſſarium fuit, ut verum adipiſceremur interpretationem *d. verſ. ſecundum quod.*

Hæc omnia peragraſſe neceſſe fuit, ut aperiretur eximius A. Fabri error, & vera verſiculi interpretatio *d. l. de hereditate, §. quid autem 5. verſ. ſecundum quod* (cujus verba, jam ſup. dedi) in
35 quo difficile (inquit Tryphoninus) eſſe expedire, illo medio, quo inſtituti deliberant heredes, ſi ſervo peculiari legatum eſſet in eo teſtamento, ex quo pater capere non poterat (poterant tamen inſtituti heredes à filio in peculio caſtrenſi) an legatum pertineat ad patrem. Ad quod obſervo, Papin. *in d. l. filiusfamiliàs 19. §. 1. D. de caſtrenſ. peculio*, eam tractaſſe quæſtionem, an patri acquiratur, quod ſervus peculiaris ſtipulatus eſt,
36 vel ab alio accepit, interim, id eſt, medio illo tempore, quo inſtituti heredes deliberabant, & ex recta Juriſprudentia reſpondit, ad patrem pertinere non poſſe: nam cum eo tempore, quo deliberant heredes, dominium ſervi in ſuſpenſo ſit, eo quod imago quædam ſucceſſionis ſit, & alia obſtent, ut conſideravimus *ſup. d. §. quid autem*, pater nunquam ſervi peculiaris dominus fuit; unde per eum acquiſitionem habere non poterit: quoad autem inſtitutos heredes in ſuſpenſo acquiſitio eſt, ſi ipſi hereditatem adeunt, vel non: nam ut iſte ſervus hereditarius, ipſis non intelligetur hereditarius, nec aliquid acquiſiſſe, ſed tamen pie, & ex verecundia paterna, id eſt, obſervantia, quæ patri exhiberi debet in rebus filii, contrarium conſtitutum eſt, ut ad patrem acquiſitiones iſtæ pertineant jure priſtino illo, quo peculium caſtrenſe ad patrem pertinet, quoties filius non diſpoſuerit de eo, ita ut ſemper credatur apud patrem reſediſſe (ut ſtatim dicam) & ſic retro habuiſſe, ac per conſequens ſervum peculiarem, quidquid fuerat ſtipulatus, vel aliter acceperat, acquiſiſſe parenti, cujus §. *verſiculum*, A. Fab. *dict. illation.* 17. Triboniano immerito attribuit, cum ex vera Juriſprudentia merito conſtet. Idem ipſemet Papinianus conſtituit, quando aliquid peculiari ſervo legatur, ut quamvis acquiſitio in pendenti ſit, dum deliberant heredes, tamen teſtamento omiſſo, & non adeuntibus inſtitutis legatum ad patrem pertinet, retro enim habuiſſe ſervum creditur, & retrotrahitur acquiſitio: nam ſi jus patris conſideraretur tempore, quo cedit legatum, pater habere non poſſet, cum eo tempore in poteſtate ſervum non habeat, imò dominium in pendenti ſit (ut nuper diximus) ex deliberatione heredum: & ſi legatum acquireretur peculio, utpote hereditati, eveniret, ut eo tempore, id eſt quando mortuus eſt filiusfamiliàs, ad quod hereditates retrotrahuntur, non poſſet patri acquiri, quia tempore mortis filiiſamiliàs pater dominus non eſt ex ratione data, nec eſt aliqua perſona, ex cujus capacitate poſſit ſervus acquirere peculio: non heredes inſtituti, quorum dominium in pendenti eſt, & ſi omiſerunt teſtamentum, nulla retrotractio ex eorum perſona poteſt fieri: ac ſic devenimus ad eum ſtatum, quaſi nunquam fuerint in rerum natura: non pater quia tunc temporis dominus nunquam fuit: non peculium, quia iſtud non retrotrahitur, ut hereditas: ergo neceſſaria eſt retrotractio, & ut non acquiratur peculio legatum, utpote acquiritur hereditati ad hoc, ut pater poſſit acquirere legatum. Vide Albericum in commentario ad hanc legem, & Cujac. *Lib. 27. quæſt. Papin. ad l. ſi ſervus 18. D. de ſtipulat. ſerv.* qui ſatis expreſſe hæc explicat, A. Fab. *d. illation.* 17. Hæc ergo ſententia Papiniani (ſic colligitur *ex dict. l. filiusfamiliàs*, quidquid Cujacius, ubi proxime, Ulpiano attribuat, & Triboniano Faber) fuit Ulpiani, & aliorum Juriſconſultorum, quos ipſe refert, qui ſatis plane, perſpicue, & diſtincte confirmat, *ut in l. in eo.* 33. *D. de acquir. rer. domin.* & *in l. proponebatur* 9. *D. de Caſtrenſ. pecul.* apud quos, ſervi dominium, & acquiſita ab eo retrotrahuntur ad tempus, quaſi ſemper pater dominus fuerit ſervi, & peculii. Hæc autem omnia ſpeciali procedunt favore, ex verecundia, & obſervantia paterna, ut inquit Papinianus *dict. l. filiusfamiliàs*, §. 1. & ut interpretatur Cuj. ubi proxime (perverſe à Fabro perceptа, *ubi ſupr.*) quæ ab omnibus exhiberi debet, 37
quoties de jure patris diſceptatur: præcipue reſpectu peculii caſtrenſis, quod tam annexum eſt juri paterno, ut ſemper apud eum reſediſſe videatur, nec ab eo fuiſſe profectum, nec jure hereditario poſt filii mortem habere, *dict. l. proponebatur*, *l. 1. §. is qui bona* 22. *D. de collatione bonorum l. filiusfamiliàs* 18. *D. ad l. Falcid.* Viglius *in princip. quibus non eſt perm. facer. teſtamentum*, optime Synopſ. Baſilicon. quæ ſic intelligitur *Lib.* 57. *tit.* 2. *Cap.* 1. Ἐὰν τὸ στρατιωτικὸν πεκούλιον τοῦ παιδὸς μένῃ παρὰ τῷ πατρὶ, καὶ διαθήκης αὐτοῦ μὴ γένηται κληρονόμος, τῶν δὲ παρὰ τοῦ παιδὸς κληρονόμων γίνεται κληρονόμος, id eſt. *Si caſtrenſe peculium filii remanſerit apud patrem, filio quidem ſine teſtamento defuncto, pater non fit heres, ſed eorum tamen heres fit, quibus filius heres fuit.* Ex his patenter aperitur interpretatio. *dict. §. quid autem verſ. ſecundum*, quod in ſpecie propoſita quando, dum deliberabant heredes inſtituti à filio, legatum ſervo peculiari adſcriptum fuit ex eo teſtamento, ex quo pater capere non poterat: nam veriſſimum eſt, ſervum 38
acquirere non potuiſſe legatum patri, quocumque tempore ejus capacitas quæratur: nam ſi tempus, quo cedit legatum, inſpicimus, ſervus duplici incapacitate

capacitate tenetur: una, quod tunc temporis do-
minum non habeat patrem ex ſucceſſionis imagi-
ne, quæ dum deliberant heredes, oſtenditur, ut
ſupra diximus *ad dict. §. quid autem*: idque ma-
gis patet ex his, quæ ſupra conſideravimus: nam
ea ratione retrotractiones favore patrum inventæ
fuerunt, quia tempore acquiſitionis ſervi peculia-
ris parentis domini non habebantur: altera, quod
pater, à quo capacitatem dicebat habere ſervus,
ex teſtamento capere non poterat: & ſi retrotra-
ctionis jure antea fuiſſe dominum patrem ſuppo-
namus, ea retrotractio non delet incapacitatem,
& ſemper obſtat, quod ex illo teſtamento capere
non poterat, ſic expreſſe Tryphoninum ſenſiſſe
patet, & ipſe Faber agnoſcit, *dict. error.* 8. &
Cujac. *ubi proxime.* In hanc ergo digreſſionem
compulit, vel nos disjecit Ant. Faber, qui *dict. er-
ror.* 8. *&* 9. præcipuum aſſumpſit fundamentum
ex dict. l. de hereditate, & tanquam Amphionea ly-
ra inde ducens ſcopulos, ut erigeret interpreta-
mentum ad *dict. l. ſi deportati*: laboravimus ergo,
ut evelleremus eos, ne alius in illis hæreret, vel
39 ſubterlatentibus illideretur: ſcribit ergo Faber,
alterutrum evenire neceſſarium eſſe, ut deporta-
tus reſtitueretur, vel non reſtitueretur; reſtituto
ipſi fideicommiſſum cedat; ſin aliter, fiſco: un-
de ab initio certum eſt futurum eſſe, quod vel fi-
ſco, vel deportato fideicommiſſum acquireretur.
Et conſequenter nihil eſſe, quod impediat, ab
initio valere, nec in ſuſpenſo eſſe dici poſſit,
quemadmodum in ſpecie *dict. l. de hereditate* 19. §.
quid autem, *verſ. ſecundum quod*, in quo agitur de
legato relicto ſervo, qui in unum caſum capacita-
tem habebat ex heredibus, ſcilicet inſtitutis à fi-
lio in peculio caſtrenſi, licet non à patre, qui ex
tali teſtamento, in quo relictum fuerat legatum
ſervo peculiari, capere non poterat, ut jam ex-
plicui, nam ſecundum Fabrum, ut aliquid poſſit
eſſe in ſuſpenſo, neceſſe erat dari caſum aliquem,
in quo, nec huic, nec iſti legatum acquireretur,
qui *in lege deportati*, non invenitur: ita ut ſumma
ejus interpretationis ſit, à principio certam fuiſ-
ſe validationem legati, nec in ſuſpenſo fuiſſe,
cum neceſſario, vel fiſco, vel deportato acqui-
renda foret. Hæc quicumque reſpexerit, quam
obverſa Juriſprudentiæ fuiſſe, rectæque rationi,
facile cognoſcet: nam ſi deportatus vivo teſtato-
re alienaverit ſecundum Ulpianum *dict. l. ſi depor-
tati*, nec ad ipſum reſtitutum deportatum, nec
ad fiſcum fideicommiſſum pertinebit, ut ipſe agno-
ſcit; nec argumentum, in quaſcumque formas,
partesve ſe vertat Anton. Faber, diluere poteſt.
Quid autem ſi mortuo teſtatore? quod difficillimum
ipſe agnoſcit *err.* 9. tandem rumpit transformatio-
num facies, & aperto bello in Juriſprudentiam
(quid faceret terris obſeſſus, & undis) audet pro-
fiteri, pertinere fideicommiſſum ad deportatum
reſtitutum, & eo non reſtituto, ad fiſcum, ut ſic
dici poſſit, nunquam fideicommiſſum in ſuſpenſo
fuiſſe. Sed quo jure, mi Faber, ſi ipſe deporta-
tus incapax eſt ex perſona ſua, & fiſcus nondum
habeat ſervi dominium, & emptor acquiſierit,
jam cum ceſſerat fideicommiſſi dies, cur iſtud fi-
deicommiſſum pro non ſcripto habes? aliàs enim
ſuſpendis illud contra certiſſima principia Juris *ex
l. fin. commun. pred.* quod ſubterfugere abſurdum
nequis, quamtumvis plurimis latibulis utaris. Et
ex toto tractatu *l. de hereditate*, quem hic tua cau-
ſa locupletem dedimus, nihil firmum pro tua ſen-
tentia elicere vales, cum illud jus ſpeciale ſit ad-
verſus regulas Juris, paterna verecundia ſubnixum
ut jam demonſtravimus: nec ne ille favor indul-
gebitur deportato, & pari paſſu, cum patre am-
bulabit? nullus equidem feret, nec ab illo Jure
ſpeciali trahere argumentum quiſquam poterit ad
ſpeciem aliam non tali privilegio ſuſulctam, *l.
quod vero* 14. *cum ſequentib. D. de legib.* Præcipue 40
cum *dict. verſic. ſecundum quod*, expreſſe agnoſca-
tur legatum ſervo peculiari relictum ex teſtamen-
to, à quo pater capere non poterat, non pertine-
re ad ipſum patrem; quid minus in deportato,
vel fiſco, cum ſecundum ſententiam Fabri de-
portatus incapax ſit fideicommiſſi, & fiſcus
dominium non habeat? Ex qua ratione in ſpe-
cie *d. l. de hereditate*, *l. filiusfamiliàs*, & aliis,
è recta Juriſprudentia reſponſum eſt, legatum non
poſſe patri acquiri ſervo peculiari relictum, quia
tum temporis, cum cedit legatum, ex ſucceſſio-
nis umbra pater in dominio ſervum non habet,
cui fictionis jure ſuccurrimus ex paterna verecun-
dia, quæ cum in fiſco non admiſſa ſit, nec ta-
lia proponat Ulpian. non extendere debemus ad
caſus non permiſſos, & (ut ſupra diximus) be-
nignitatis non ſubſiſtat ratio, & denique *d. verſ.*
ſervus peculiaris acquirere poterat, quia heredi-
tarius erat, ut pluries diximus; at *dict. l. ſi de-
portati*, nullam reperimus perſonam, ex qua de-
ſumat capacitatem ſervus. Cætera autem, quæ
Faber excogitat, parvi momenti ſunt, nec indi-
gent oppugnatione noſtra, in qua longius quam
par eſt proceſſi, ut ex tempore *dict. l. de heredita-
te*, cum aliis aggrederemur, & extirparemus fal-
ſiſſimum interpretamentum.

Redeo ad noſtram interpretationem *dict. l. ſi
deportati*, in quo aſſeruimus: ideò fideicommiſſum
pro non ſcripto non haberi, quia deportatus acci-
piendi fideicommiſſum etiam capax eſt ex teſta-
mento, quod indubitatum ſuppoſuit Ulpianus in 41
hoc reſponſo, aliter enim qualiter ad fiſcum perti-
nere poſſet, niſi prius deportati fideicommiſſum
fuiſſet? nam cum poſt deportationem, ex aliquo
Juris Gentium contractu, cujus deportatus capax
eſt, ſervum acquiſiſſet (uti apud melioris notæ
Interpretes in comperto eſt) quo reſpectu depor-
tati ſervum Conſultus nominavit; ideò ad fiſcum
pertinet, nam aliter ſi pro non ſcripto haberetur,
ſi aliquis emiſſet, ſi ipſe reſtitutus fuiſſet, planum
eſt ex recta Juris ratione, & ex ipſiſſimis Ulpiani
verbis, non potuiſſe ad fiſcum pertinere; perti-
net ergo; quia deportati fuit, & quo jure potuit
eſſe deportati, niſi quia deportatus fideicommiſſi
capax erat, & ea capacitate fideicommiſſo frue-
batur. Inde eſt, quod poſſit ſervum, & in con-
ſequentiam fideicommiſſum, alienare deportatus:
necne id poſſet, niſi quia jure proprio valet? Ita 42
ſane eſt, cum imò in aliis caſibus (quos hic dige-
rere in animo non eſt, ne noſtra concertatio ni-
mium excreſcat) in fraudem fiſci alienationes pro-
hibeantur, *l. deportati* 15. *D. de interdict. & rele-
gatis.* Hic autem non in fraudem fiſci venire præ-
ſumitur, cum Jure Gentium emptio, & venditio
aliique naturales contractus permiſſi ſint, *dict. l.
deportatus.* Nec quiſquam æſtimare debet, quod 43
Faber *dict. err.* 8. noviter, & adverſus ſe ipſum
excogitavit inter alia, fideicommiſſum depor-
tato per ſervum acquiri non poſſe, quia per
ſervum, acquiſitio Juris Civilis erat, ad quod pro-
bandum inducit, §. *item vobis*, *inſt. per quas per-
ſonas cuique acquiratur*, *l. ſervus vetante* 62. *D. de
verborum obligation. l. etiam invitis* 32. *D. de acquir.
rerum dom.* à quibus talia non obtinebit, cum ſo-
lum probent per ſervos, in quorum poteſtate ſunt,
dominis acquiri. Sed qui obtinebit, cum incon-
cuſſum principium ſit, acquiſitionem ſervorum er-
ga dominos Juris Gentium eſſe, quod conſtanter,
& non ambigue probat *l.* 1. §. 1. *D. de his qui
ſunt ſui*, *vel alien. Jur. l.* 5. §. 1. *D. de ſtat. hom.*
ibi: *Ex ancillis noſtris naſcuntur*, agnovit Baro *dict.
l.* 1. §. 1. Donell. *Lib.* 2. *commen. Cap.* 9. & ip-
ſe A. Faber *in Juriſprud. Pap. tit.* 7. *part.* 3. ad-
juncta

juncta *illat.* 2. *& illation.* 5. *confutat.* 1. qui aliter
fieri poſſet, ſi ſervitutes ex Jure Gentium deſcen-
dant? *l.* 4. §. 1. *D. de ſtat. hom. l. manumiſſiones*
4. *de juſt. & jure*, §. 1. *inſtit. de jure perſ.* quid
enim magis Juri Gentium convenit, quam qui
poſſidetur, nihil poſſideat *l. ſervus* 24. *D. de ac-
quirend. poſſeſ. l. ſi evenit*, *D. ad l. Jul. de adult.*
§. *item vobis* 3. *inſt. per quas perſonas cuique acqui-
ratur*, ipſo enim jure, quod ſervitutes invenit,
effectum eſt, ut quidquid ſervi poſſiderent, perti-
neret ad eos, in quorum poteſtate ſunt, quis enim
hominum ſervos dominantes pateretur, qui tam
infamis, & abjectæ conditionis ſunt, ut mortuis
computati ſint: cum hoc ita verum ſit, nihil ergo
aliud nobis Ulpianus proponit, niſi quod fideicom-
miſſum ſervo deportati relictum pertineat ad fiſ-
cum, is enim finis acquiſitionis deportati eſt, ut
omnium quæ deportationis tempore deportatus ac-
44 quiſivit, fiſcum heredem habeat in pœnam irro-
gatæ condemnationis, tantum enim protenditur:
l. 2. *C. de bonis proſcriptorum* (de cujus ratione *Ca-
pite ſeq.* latior ero) id tamen limitat Ulpianus dua-
bus meritiſſimis ſpeciebus, id eſt, ſi ipſe depor-
tatus alienaverit ſervum vivo Teſtatore: tunc e-
nim ad emptorem fideicommiſſum pertinebit, quia
dominus ſervi invenitur tempore, quo fideicom-
miſſum cedit: ideò enim attentiſſime Ulpianus
ſcripſit, *vivo Teſtatore*, nam ſi deportatus poſt
teſtatoris mortem alienaſſet, & poſtquam fidei-
commiſſi dies ceſſerat, ſervum, non pertineret
ad emptorem, cum jam remanſerit apud depor-
tatum, & conſequenter ſucceſſionis Jure pertine-
ret ad fiſcum, & in eo ſiſteret *ex dict. l.* 2. Alte-
ra, ſeu ſecunda ſpecies eſt, quando ipſe depor-
tatus reſtitutus fuit, ad ipſum equidem pertine- 45
bit, plene reſtitutum fideicommiſſum: cum per
reſtitutionem deſinat fiſcum habere heredem, imò
ſi plena à Principe fuit indulta, bona, à fiſco præ-
occupata, auferat, *l.* 1. *C. de ſententiam paſſ. &
reſtitut.* Ita ut quod præcipuum Ulpian. in hoc
reſponſo tractaverit, non illud ſit, deportatum ac- 46
quirere potuiſſe, & capacem eſſe fideicommiſſi
ſervo relicti, de quo non dubitavit, ſed quod
quamvis fideicommiſſum fere ut in fiſco ſiſtat, ut-
pote legitimo deportati herede, nihilominus dari
caſus, in quibus non ad fiſcum pertineat, veluti
ſi alienaverit deportatus (quod maxime notandum
eſt) vel ſi reſtitutus fuiſſet. Vide qualiter verum
vero conſonet, & quam ſuavis veritas ſit, quam-
que placida via feratur, non tortuoſa, aſpera,
& irremeabili, quaſi ſpinis, & ſcrupis ictus in-
ceſſerit Faber. Ex his omnibus patet ergo fidei-
commiſſum deportato relinqui poſſe. Nec obſta-
re § *ſimiles* 1. *ejuſdem legis ſi deportati*, de cujus
interpretatione conſule Pichardum *in princip. de
fideicommiſſar. hered. num.* 38. & ea quæ nos latius
tractabimus, *Cap. ſequenti*, quo noſtra ſententia
magis, ac magis confirmabitur. Ex quibus dedu-
ces etiam ab inteſtato deportato fideicommiſſum
relinqui poſſe, cum tunc etiam alienum à Jure
Civili ſit, & planum ſit Jure Gentium ſimiliter
conſiſtere fideicommiſſum.

C A P. XIII.

Quando deportatus fideicommiſſum relinquere poſſit, à num. 1. *per integrum Caput. Deportatus poſt deportationem bona acquirere poteſt.* 2. *Sine publicatione bonorum multoties deportatio proferebatur.* 3. *Præcipue apud bonos, & pios Principes.* 4. *Illuſtratur Juvenalis.* 5. *Explicatur Spartian. ejus antiqua lectio retinetur.* 6. *Imperatores pii recuſabant aliquando ſuum nomen in rationalibus ſcribi circa publicationem bonorum.* 7. *Imperatores qui frequenter publicationem bonorum darent.* 8. *Ratio propter quam deportatus ab inteſtato fideicommittere poterit.* 9. *Propter ſucceſſionem fiſci negarunt poteſtatem fideicommittendi deportato.* 10. *Sed huic rationi ſatisfit.* 11. *Et plenius, à num* 12. *Fiſcus tunc ſuccedit deportato, quando ei bona proſcripta fuerunt, ſecus ſi reſervata.* 13. *Succeſſio fiſci datur in conſequentiam irrogatæ publicationis.* 14. *Nova luce donatur* l. ea ſola 77. D. de reg. jur. 15. *Aliud argumentum pro noſtra ſententia.* 16. *Pœna amiſſionis civitatis ad commiſerationem pro deportato inducitur.* 17. *Expenditur* l. deportatus 15. D de interdict & re legat. 18. *Illuſtratur* l. 4. Tauri 19. *Pro noſtra ſententia etiam animadvertitur* l. 8. §. 1. D. de teſtamen. 20. *Et* l. cum ratio 7. §. fin. D. de bonis damnat 21. *Et* Novella Juſtiniani 134. cap. fin. 22. *Et autor* l. 2. C. de bonis proſcript. *ubi explicatur Lampridius.* 23. *Difficultas* ex l. ſi mandavero 22. §. is cujus, D. mandat. *in medium proponitur, à num.* 24 *Conjectura cum Hotomanno an correctus fuerit nova conſtitutione Severi.* 25. *Referuntur, qui ſenſerint*, dict. §. is cujus, *non de deportato loqui.* 26. *Sed rejiciuntur, à nu.* 27. *Per publicationem ſolam bonorum damnatus etiam relegatus civis Romanus remanet.* 28 *Cui directa mandati actio competere debebat.* 29. *Amaræ reſponſio ſentientis utilem actionem civilem eſſe expendentisque* dict. l. ſi mandavero, §. ſi hi quorum 3. D. mandat. 30. *Pignus ſeu alia bona, quæ in ſubhaſtatione à creditoribus venduntur in dominio debitoris remanent.* 31. *Debitori competit actio directa mandati, ſi mandaverit illa bona emere.* 32 *Infertur* l. epiſtola 52. §. 1. D. de pact 33. *Mandatum conſiſtit, ſi propria mandatarii res emi mandetur.* 34. *Quando utilis actio mandati competat.* 35. *Optima ratio directæ mandati actionis*, dict. §. ſi hi quorum. 36. *Dominium à ſententia transfertur in publicatione bonorum.* 37. *Ex quo elegantes Juris formulæ obſervantur.* 38. D. §. is cujus, *de deportato loquitur: & argumentum.* 39. *Verba*, non ſequitur fiſcum, *explicantur.* 40. *Prætoris peregrini*

cognitio inter quos. 41. *Utilis actio non civilis eſt.* 42. *Interpretes qui acceperint* dict. §. *de deportato.* 43. *Ex teſtamento militum quod capit deportatus, in eo non babet ſucceſſorem fiſcum, ubi de acuta interpretatione* l. ſi deportati 7. §. 1. D. de legat. 3. *à num.* 44. *Cujacii emendatio rejicitur.* 45. *Conſiderationes pro bac ſententia* dict. §. ſimiles. 46. *Miles deportatus propter delictum militare poteſt teſtari jure militari de rebus caſtrenſibus.* 47. *Interpretatio* ad l. 1. §. 2. cum ſequentibus, D. de legat. 3. 2. *num.* 48. *Civiliter fideicommittere deportatus non poterat, ſecus naturaliter.* 49. *Nec teſtari, utrumque duplici ratione.* 50. *Nova, & ſubtili interpretatione illuſtratur* dict. l. 1. §. ſi quis plane 5. *à num.* 51. *Argumenta contra reſponſum: confertur* cum §. 1. *à num.* 52. *Quare fideicommiſſum à ſervo, & filiofamiliàs relictum, ſi manumiſſi deceſſerint, tacita voluntate ſuſtineatur.* 53. *Sententia autoris* ad dict. §. ſi quis plane, *à nu.* 54. *A quo conſtanter probatur deportatum Jure Gentium fideicommittere potuiſſe.* 55. *Qui poſtea civitati reſtitutus, nec capite minuitur, & adbuc Jure Gentium fideicommiſſum ſtat.* 56. *Teſtamentum militis non irritatur capitis diminutione.* 57. *Romanus civis poteſt relinquere fideicommiſſum voluntarium, etiam poſt neceſſitatem moribus inductam.* 58. *Difficultas contra* dict. §. ſi quis plane. 59.

QUÆ hucuſque, his tribus commixtis Capitulis egimus, fundamenta altiſſima, ſeu legitima fuerunt, ut cognoſceretur fideicommiſſorum natura, & origo, & quod jus circa ea deportatus haberet, ex cujus rei tractatu multum lucis, cognitionisque afferetur ad peregrinos, & alios, qui quamvis teſtamenti jus non habeant, fideicommittere poſſe conamur, ut per hos legitimos tramites inveſtigemus, quæ fuerit Ulpiani ſententia *in noſtra l.* 2. quam enucleandam ſuſci-
1 pimus. Sic ergo deſideratum locum obtinuimus,
quo ſecurius, poſt tantam concertationem defendere poterimus deportatum poſſe fideicommiſſum
2 relinquere. Ad quod ut ſemper venerata Juriſprudentia procedamus, obſervo, capacem eſſe deportatum habendi bona poſt deportationis pœnam irrogatam: ſed ſub diſtinctione, in qua ingens fundamentum jacio: nam aut poteſt habere bona, quæ poſt deportationem ex contractibus Jure Gentium acquiſivit *l. deportatus* 15. *D. de interdict. & relegat. l. ſi deportati* 7. *D. de leg.* 3. (quam præcedenti Capite interpretati ſumus) veluti etiam quod ex teſtamento militum acquiſivit, vel ſi quid veſtiarii alimentorumve cauſa ei legatum eſt (uti diximus *Capit.* 10.) ita docent Accurſius *in dict. l. ſi deportati*, Paul. de Caſtro *ibi num.* 7. Cujacius *in l.* 121. §. *in inſulam, D. de verborum obligat.* J. Pa:cius *cent.* 5. *quæſt.* 87. P. Faber. 2. *Semeſt. Cap.* 13. Amay. *Lib.* 1. *obſervat. Cap.* 11. *num.* 33. Gaſpar Barthius *Lib.* 39. *adverſar. Cap.* 14. J. Lipſ. *ad Tacitum Lib.* 6. *Annal. num.* 70. Oſvald. *ad Donell. Lib.* 17. *comment. Cap.* 4. *litt. G.* cum aliis plurimis.
3 Aliquando autem, cum tali temperamento procedebat ſententia, ut aliquis deportaretur, vel cunctis bonis, vel eorum parte deportato relictis, *l. relegatus* 14. §. *fin. D. de interdict. & relegatis*, ibi: *Qui civitatem amiſit, & bona detinet, utilibus actionibus tenetur*, ſic inſinuat *l. ſi ademptis* 5. *C. de ſententiam paſſis, & reſtitutis*, ibi: *ſi ademptis bonis in inſulam deportatus l.* 1. *C. de fidejuſſorib.* (quam in relegato accipit P. Faber *in reg.* 97. *D. de reg. Jur.*) *l. ſi qua militi* 40. §. 1. *D. ex quibus cauſis majores*, ubi D. Gothofred. & A. Faber *in rationali ad eum*, & in rationali *ad. l.* 10. *D. de in Jus vocand. &* 2. *tom. err. decad.* 46. *err.* 4. *num.* 2. Cuj. *Lib.* 15. *obſervat. Cap.* 35. Oſvald. *ad Donell. Lib.* 17. *commen. Cap.* 4. *litt. G.* Gaſpar Barthius *dict. Lib.* 39. *adver-*
4 *ſar. Cap.* 14. Imò apud aliquos, præcipue bonos, & pios Principes, ſe rem ita habuiſſe ſcimus: quod frequenter ſine proſcriptione bonorum præſcriberetur deportatio, aut ſaltim eorum parte relicta, recuſabaturque fiſcum augeri ex privatis bonis, ex quorum obſervatione intelligendi ſunt autores antiqui, & illis noſtra illuſtranda ſententia: Tacit. *Lib.* 13. *Annal. Igitur adempta bonorum parte (nam filio, & nepti pars concedebatur, eximebanturque etiam, quæ teſtamento matris, aut avi acceperant) in inſulas Balleares pellitur, & Lib.* 3. ibi: *Mox Scauro, qui filiam ex ea genuerat, datum, ne bona publicarentur*, & eod. *Lib. aquaque, & igni interdictum, bona cum publicari deberent, ne publicarentur, Scauri gratia factum.* Sic intelligendus eſt Seneca in conſulatione ad Helviam, *Cap.* 12. *Me quidem quoties antiqua exempla reſpexi, paupertatis uti ſolatiis pudet, quoniam quidem eo temporum luxuria prolapſa eſt, ut majus viaticum exulum ſit, quam olim patrimonium principum fuit*, ſic imperante Antonino Pio, *publicatio* (ut Capitolin. in eo refert) *bonorum rarior, quam unquam fuit: ita ut unus tantum proſcriberetur affectatæ tyrannidis reus, hoc eſt, Attilius Tatianus, Senatu puniente, à quo conſcios requiri vetuit filio ejus in omnibus ſemper adjecto*, & ſic apud eundem Capitolinum, Marcus Antoninus Philoſophus, *fiſco in cauſis compendii nunquam judicans favit*, ex hoc eleganter intelligitur Juvenalis *Sat.* 1. *v.* 47. cum reſpectu ad Sen. locum.

—— At hic damnatus inani 5
Judicio (quid enim ſalvis infamia nummis?)
Exul ab octava Marius bibit, & fruitur Dis
Iratis.

Expreſſior eſt Sueton. *in Julio Cæſar. Cap.* 42. *Pœnas facinorum auxit, & cum locupletes eo facilius ſcelere ſe obligarent, quod integris patrimoniis exulabant, parricidas (ut Cicero ſcribit) bonis omnibus, reliquos dimidia parte mulctavit*, ſed pulcherrime more ſuo Cl. Claudian. *de* 4. *conſulat. Honor.*

Nullæ nobilium cædes: non crimina vulgo
Texuntur: patria mæſtus non truditur exul:
Impia continui ceſſant augmenta tributi:
Non infelices tabulæ: non haſta refixas
Vendit opes: avidas ſector non voce citatur:
Nec tua privatis creſcunt æraria damnis.

Ex quo bonorum Principum exemplo Joan. Bapti- 6
ſta Egnatius *in notis ad Ælium Spartian. in Adriano*, emendabat ſic difficilem locum *ſtatim curſum fiſcalem inſtituit*, reponens, *inhibuit*, ſenſu tali, *probibuiſſe Adrianum ad conciliandam ſibi famam boni Principis, ne fiſcus acerbius pecunias exigeret, quod à bonis Imperatoribus cautum ſæpe legas*, verba Egnatii ſunt: ſed emendationem merito jam eruditi duo viri correxerunt, Marcell. Donatus, & Claud.
Salmaſ. *in dilucidationibus, & notis ad Spartianum*, in 7
tantum ergo multi piiſſimi Principes confiſcationes abhorrebant, ut ſi quando legitima foret, & approbarent, nolebant ſuum nomen in rationalibus ſcribi, ut nunquam fuiſſe autores bonorum proſcriptionis appareret, liquet hoc ex *C. Theodoſ. in l.* 11. *de bonis proſcript.* Sic ergo apud antiquam Romam

Romam res ferebatur, ut multoties, & frequentiſſime apud bonos, & pios Principes bonorum publicatio non ſequeretur deportationem, quod & præſervarunt antea Thomas Dempſter. *Paralip. ad Roſin. Lib.* 7. *Cap.* 36. Baptiſta Egnatius, *ubi proxime*, Lipſius *ad dict. Lib. 6. Tacit. num.* 70. & eum Aceurſio, Bald., Aretin., Peregrin. *de Jur. fiſc. Lib. 5. tit. 1. num.* 2. contrarium autem fecit Julius Cæſar *in Sueton. dicto. Cap.* 42. Tiberius apud
8 Dionem *Lib.* 56. & apud Tacitum *Lib.* 6. Sylla apud Appian. 1. *belli civ.* latè Alex. Neapolitan. *Lib. 3. dier. gen. Cap.* 23. aliique Imperatores publicationem, & proſcriptionem bonorum damnatis imponentes.

9 Duobus ergo modis, & cauſis bona potuerunt deportati habere: eum ergo hoc ita ſe habeat, ſine auſu adſerere poterimus, deportatum ab inteſtato fideicommiſſum relinquere poſſe: nam cum Juris Civilis fideicommiſſa non ſint, nec aliquo, ad eorum ſubſiſtentiam, teſtamento indigeant, nec diſpoſitione legali, quæ in teſtamentis neceſſaria fuit (uti adverſus A. Fab. prædocuimus *ſup. Cap.* 11.) nil obſtat quominus deportatus relinquere poſſet, eo principio, & ratione, qua capere fideicommiſſum ex teſtamento Pagani; hereditatem, & legatum ex teſtamento militis, utiliter ex contractibus agere Jure Gentium, & quoſcumque contractus naturales celebrare poteſt (quæ quidem proximis Capitibus elaboravimus) eodem ergo filo rationis ducitur, ut in his omnibus, quæ Juris Gentium ſint, ſicut deportatus acquirere poteſt, poſſit alienare (quod probavimus *dict. C.* 10. & 11.) & fideicommittere, naturaliter ſcilicet, non ut neceſſitas illa præſtationis (de qua late *Cap.* 11.) cum civilis ſit, in eo fideicommiſſo detur, & quamvis hoc argumentum non adaptetur in aliquibus ſpeciebus; tamen hic nulla diverſitatis ratio dari poteſt, de acquiſitione ad diſpoſitionem: nam cum Jure Gentium inventum eſſet, ut omnes ſuæ poſteritati conſulerent, & ultra fatum de rebus ſuis diſponerent (uti dicam *ad reg. Catonianam*) *l. cum ratio 7. D. de bonis damn.* quid impedimenti eſſe poteſt, quominus deportatus codicillis, in quibus non juſta, ſed precaria voluntas datur, ut Cuj. optime docet *in l. 1. & 3. D. de teſtamentis*, roget aliquem, ſine ulla civili ſolemnitate, ut reſtituat rem illam Titio, & ſic ſolummodo Jure Gentium permiſſo diſponat (cum & *Cap.* 14. *in fi.* poſſe deportatum Jure Gentium teſtari probem, quando ei bona in ſententia reſervata fuerunt) nam quod lex teſtamentaria civilis permiſit civibus Romanis, ut diſponerent de rebus ſuis, ultra fatum, & in tempus inhabile, id etiam Jus Gentium conſuluerat hominibus, uti omnes etiam agnoſcunt, qui teſtamentum Juris Gentium eſſe ab inventione, docent, de quo latè P. Gilken *in l. 1. C. de hered. inſt. à num.* 5. & ſic cum deportati, non poſſent lege civili in ſucceſſores bona transferre, transferent tamen Jure Gentium, quo ultra mortem diſponere de rebus ſuis hominibus permiſſum eſt; nulla enim gens fuit tam barbara, quæ ſucceſſores non amaverit, & elegerit: diſtinctio autem erit in obligatione adimplementi, quæ Jure Civili efficaciſſima eſt, ſecus Naturali (de quo forte aliqua *Cap. fin.*) & in forma teſtamenti, ut plenius diſtinguo, *Cap. 14. ſeq.* ſic Donell. *in rubr. C. ad titulum de teſtament.* probavit fideicommiſſum deportatum relinquere poſſe, quia Juris Gentium eſt, cujus capax deportatus eſt, ſed majori examine ſententia indiget: nam Tobias Nonnius in
10 *princip. de teſtamentis, num.* 10. P. Faber 2. *Semeſt. Cap.* 13. Petr. Gilken. *in l. 1. C. de hered. inſt. num.* 17. ſentiunt, fideicommiſſum relinquere poſſe deportatum: niſi in fraudem legis patraret, cum fiſcum neceſſario heredem habeat, *l. 2. C. de bonis damnatorum*, quod agnoſcunt Cujac. *Lib. 8. obſervat. Cap.* 23. J. Pacius *Cent. 4. quæſt.* 87. D. Gothofred. *in l. ſi mandavero 22. §. is cujus 5. D. mand.* ubi A. Faber, Oſvald. *ad Donell. Lib. 17. comment. Cap. 4. lit. G.* D. D. Franc. de Amay. *Lib. 1. obſervat. Cap. 11. à num. 32. & in l. 4. C. de Jure fiſci Lib. 10. num.* 34. (qui alios refert) P. Faber *in commentario ad l. ea ſola 97. D. de reg. jur.* Franc. Connan. *Lib. 9. com. Cap. 4. num.* 6. & Paul. de Caſtro, & antiqui *in dict. l. ſi deportati. D. de legat.*

9. Hæc fortius obſtat difficultas, quæque ter- 11
ruit Interpretes, ut in noſtram non irent ſententiam, ſed curſum meum, ut quò deſtinavi, contendam, non remorabitur: nam quamvis Alexandri conſtitutione effectum fuerit, quod neceſſarium heredem in bonis poſt deportationem acquiſitis, deportatus habeat, ſaltim à recta Juriſprudentia hoc conſequemur, potuiſſe ejus autoritate Jure Gentium fideicommittere, ni principalis conſtitutio fiſcalem ſucceſſionem inveniſſet: atque ſeparabilem rem eſſe fideicommittendi poteſtatem à teſtandi jure: nam in conſideratione eſſe non poteſt, quod poſtea noviter Alexander conſtituerit in bonis deportati ſucceſſorem fiſcum, ut plerumque Principum conſtitutiones ad ſtrictam diſputandi rationem inſuper habentur.

Sed parva iſta, & Aſylum forent, quando un- 12
dique obſideremur à Jure; ſed liberrimus, quietuſque patet campus, quo deferre noſtræ vexilla ſententiæ, cum omnium pace, poterimus: inde ergo ducimus agmen, quod Alexandri conſtitutio, ſolum ſucceſſorem fiſcum conſtituit, quando integre publicationem bonorum deportatio ſecum arripuit: ſin autem deportatio nuda fuit, nec gravior effecta nulla bonorum proſcriptione, ſine hæſitantia cenſeo, fiſcum non futurum heredem in deportati bonis, ſed ipſummet deportatum aliquo Juris Gentium modo, fideicommiſſi veluti, in vita & in morte diſponere potuiſſe. Commovent me ipſius legis verba, & ipſius legis autor, quæ ſatis
demonſtrare videntur: illa ſunt. *Deportati, nec* 13
eorum quidem rerum, quam poſt pœnam irrogatam, habuerint, heredem habere poſſunt, ſed hæ publicabuntur. Si ergo abrogata pœna bona illis præſervata fuerunt; nec acquiſierunt poſt pœnam (ut Alexand. inquit) quid quæſo dubii eſſe poteſt, quo intrepide non aſſeramus, deportatos fideicommittere poſſe, aliterve Jure Gentium diſponere, cum non habeat ſucceſſorem fiſcum? ex reſcripto enim Alexandri, & graviſſimorum interpretum judicio, bona, poſtea à deportato quæſita, publicantur, in conſequentiam irrogatæ jam publicationis magis, quam deportationis, & ſic intelligendus eſt Anton. Faber *decad. 74. err.* 8. & expreſſior D. Franc. de Amay. *dict. l. 4. C. de Jur. fiſci,*
num. 32. nam cum deportati bona publicata fue- 14
rint, fiſcoque proſcripta, abſtuliſſe quodammodo videtur ſententia poteſtatem? integram habendi bona deportato, indignumque ſucceſſore reddidiſſe, quando nudum à numero ſuorum civium exegit, & ſine civitate exulare non miſerta eſt: ſecus autem quando relictis bonis, ſolum civitate ſententia privavit deportatum, quod videtur ſatis
expreſſe innuere Hermogenian. *in l. ea ſola* 97. 15
D. de reg. Jur. ea ſola (inquit Conſultus) *deportationis ſententia aufert, quæ ad fiſcum perveniunt:* nam præter exempla quibus illuſtrant hanc *l. Revard. & Fab.* & alii in ea ordinarii Interpretes, & Hubertus
Giſan. *Lib. 2. de reg. Jur. part. 2. Capit.* 12. præ- 16
ſenti declarari poteſt, ut ſi proſcripta non fuerint bona deportati, nec ad fiſcum pervenerint, non intelligatur deportationis ſententiam abſtuliſſe, & conſequenter ſemper deportati fuiſſe, & de illis diſponere poſſe: nam ſi quod de Jure erat, quod deportationem bonorum proſcriptio committere-

tur, *l. 1. de bon. damnato. l. relegatus* 14. §. 1. *D. de*
interd. & releg. ſententiæ benignitate temperatum
eſt: tunc cum magis vindicta offenſi, & ſatisfa-
ctio Reipublicæ in reum ardentius inſtabat, quan-
to æquius admittere debemus in ſucceſſione, ut
poſſit libere diſponere de bonis, nec eum privare
ſolatio, quod pro morientibus piiſſime Jus Gen-
17 tium invenit in ſolatium mortis, *l. 1. C. de ſacro-*
ſanct. Eccleſiis? quando delictum victima deporta-
tionis ſatisfactum eſt, & peregrinus, exulque à
patria, patriiſque laribus novam, inacceſſibilem,
barbaramque ſedem quærere compulſus eſt, heu
quam juſtior cauſa, ut aliquali ſolatio deportatus
fideicommiſſi, fati munus impleat! & quæ in ip-
ſo fere crimine retinuit, ſane in morte, denique
jam punitus, quaſi retineat, & præ ſe ferat? Quis
enim feret acerbiſſimæ conſtitutionis extenſionem,
& interpretationem molliſſimam à noſtro Jure pœ-
nis addictam obdurari, contra receptam Juris pie-
tatem? *l. interpretatione*, *D. de pœnis*, *l. factum* 155.
§. 2. *D. de reg. Jur.* uti in hanc rem plurimus eſt
noſter Gabriel Velaſcus *in axiomatib. Juris litt. P.*
num. 52. *cum ſequentibus*, ita ſi Alexandri conſtitu-
tio fuerit præſcripta, quando bona publicata fue-
rint, trahamus illam invita Juriſprudentia, etſi
18 bona deportato relicta ſu rint? Noſtram ſenten-
tiam inſinuari videtur in Martiani reſponſo *in l.*
deportatus 15. *D. de interdictis*, *& relegat.* quod Cu-
jacius reſtituit *ex Libro* 60. *Baſil. titul.* 54., in
quo cum Conſultus reſpondiſſet, Jure Gentium
poſſe deportatum uti, & ſic vendere, locare, con-
ducere, permutare, fœnus exercere, & cætera
ſimilia, & poſtea quæſita pignori dare, ſubjicit,
niſi in fraudem fiſci, qui ei mortuo ſucceſſurus eſt, ea
obliget, *priora enim bona*, *quæ publicata ſunt*, *aliena-*
re non poteſt, expreſſe ergo reſpondit, in fraudem
fiſci alienare non poſſe deportatum, quæ deporta-
tionis tempore acquiſiverat, cum fiſcus ei ſucceſ-
ſurus ſit, nam illa etiam bona, quaſi jam (impro-
prie) à tempore condemnationis publicata fuerunt,
& poſtea in exitum vitæ (proprie) publicabantur
(ut parumper dixi) in qua ratione expreſſe niti-
tur *dict. l. 2. C. de bonis proſcriptorum*, ibi: *Sed*
hæ publicabuntur, in quo ſenſu ſic intelligenda eſt
19 noſtra *lex patria Tauri*, ibi: *Salvo de los que por el*
tal delito fueren confiſcados, ò ſe ovieren de confiſcar,
ò aplicar à nueſtra Camara, ò à otra perſona alguna,
loquitur etiam de morte civili, in conſequentiam
ergo publicationis primæ provenit, ut etiam quæ
tempore mortis habuit bona, publicarentur, quid
eſt ergo, quod Martianus refert, *priora enim bo-*
na, *quæ publicata ſunt*, *alienare non poteſt*, nam id
parum difficultatis habebat: quis enim addubita-
ret deportatum poſſe publicata bona alienare? ſed
hoc voluit ſignificare, denegans alienationem bo-
norum deportato, quæ tempore condemnationis
habebat, & acquiſierat uſque ad tempus mortis,
quod quando deportatus publicationem bonorum,
paſſus non erat, poſſet, ſine timore fiſci, & in
vita, & in morte alienare, & de eis diſponere
modo aliquo à Jure Gentium permiſſo: quam re-
gulam ſecum tacite conſtituiſſe Marcianus, li-
20 quet. Sub iſta conſideratione pro noſtra ſententia
optime expendes *l. 8. D. de teſtament.* ibi: *Bona*
quoque, *quæ tunc habuit*, *cum damnaretur*, *publica-*
buntur, ex publicatione ergo bonorum, quæ dam-
natus aquæ & ignis interdictione habuit, tunc
quando damnatus fuit, infert Gaius non poſſe
damnatum facere teſtamentum, & ſtatim ſubjicit:
in inſulam deportati in eadem cauſa ſunt, ſignanter
ergo Conſultus ſcripſit, *quæ tunc habuit*, *cum dam-*
naretur, ſentiens, quod ſi publicatio illorum bo-
norum præſcripta in ſententia non fuerit, diſpo-
nere de illis poſſit aliquo Juris Gentium modo,
nam aut illa verba cogeris delere, aut noſtram
ſententiam amplecti. Cum eodem reſpectu Pau- 21
lus locutus fuit *in l. cum ratio* 7. §. *fin. D. de bonis*
damnat. (reſtituto à Cujacio ex Baſilicone *Lib.*
6. *obſervation. Cap.* 23.) quod deportatus habeat
ſucceſſorem fiſcum, *ſi is* (ſit) *cujus bona publicata*
ſunt, ſentiens aperte, quod ſi bona publicata non
eſſent, poſſet ſuum ſucceſſorem naturali Gentium
Jure habere, ut in principio *dict. l.* 7. præſcripſit,
& ſic intelligendus eſt Juſtinian. *in Novel.* 134. *Cap.*
fin. qui has antiquitates reſpexit: ſi ergo juncta
reſcripta, & reſponſa, quaſi per extenſum funem,
cum hac animadverſione procedunt, quis ſibi per-
ſuaderi poterit, ſine docto arcano illam verborum
qualitatem inſertam non fuiſſe? quod alio, niſi ad
noſtram ſententiam retorqueri non poſſet. Num 22
cunctæ præſcriptæ autoritates, quibus deportatio-
nem aliquando, ſine bonorum proſcriptione exire
poſſe, probavimus, non demonſtrant, in depor-
tati bonis fiſcum non fore ſucceſſorem? ita eſt,
ſi quidem Principum pietas arguitur, eo quod æra-
rium ſeu fiſcum locupletare ex privatis damnis pe-
percerit, quod non ſic eſſet, ſi fiſcus deportato
ſuccederet in bonis, quæ publicata non fuerunt.
Moveor etiam ab autore *d. l. 2. C. de bonis proſ-* 23
cript. qui fuit Alex. Severus. Iſte enim Conſultiſſi-
mus Princeps (apud Ælium Lampridium *in ejus vi-*
ta) *leges de jure populi*, *& fiſci moderatas*, *& infi-*
nitas ſanxit, moderatæ ergo leges de jure fiſci (uti
ego conjicio) cum ſucceſſorem in bonis publicatis
deportati fiſcum inſtituiſſet, id autem *ne ærarium*
everteret, ut idem autor de Imperatore eodem in-
fra refert; qui autem de jure fiſci leges moderatæ
eſſent, ſi in utroque caſu fiſcus deportato ſucce-
deret, ſive publicata, ſive non fuiſſent deportati
bona? ex quibus omnibus pro certo habeo, fiſ-
cum deportato non ſucceſſiſſe in caſu iſto, quan-
do proſcripta non fuerunt bona, & conſequenter
jure fideicommiſſi potuiſſe alienare, vel aliter ex
Jure Gentium. Nec his omnibus ubſtat *l. ſi man-* 24
davero 22. §. *is cui* 5. *D. mandat.* in quo videtur ex-
cludi fiſcum à deportati ſucceſſione, quamvis illi
publicata fuerint bona. Necne ſic de media Ju- 25
riſprudentia erat, & cenſebimus nova conſtitutio-
ne Alexandri Severi derogatum fuiſſe? non ſane
perſuadeor, nam Paulus autor *dict.* §. *is cui.* vixit
temporibus Severi Imperatoris, in quo cum Ho-
tomano convenio *in. l. 8 D. de teſtament.* nam
quamvis temporis habilitas dari poſſet, quod poſt
reſponſum Pauli conſtitutio Alexandri præſcripta
fuerit, tamen cum elegantiſſimum Conſulti reſ-
ponſum ducere ſuaviter poſſimus in amicitiam cum
Cæſarea conſtitutione, inique talem conjecturam
admitteremus. Varie Pauli ſententia tracta ab in- 26
terpretibus eſt, circa cognitionem damnati, cui
bona publicata fuerunt. Tobias Nonnius *in prin-*
cip. inſtit. de teſtament. num. 9. J. Cujacius *in præ-*
lection. ad titul. C. de bonis proſcript. & in commentar.
ad l. 8. D. de teſtam & Lib. 6. obſerv. Cap. 23. An-
ton. Faber *in rationali ad dict.* §. *is cujus*, Platea, Odo-
fred., Pinellus, Fachin., & alii quos referunt Oſv. *ad*
Donel. L. 17. *commentar. Cap.* 4. *lit.* G. D. D. Franc.
de Amaya *Lib.* 1. *obſervation. Cap.* 11. *numer.* 27.
& noviſſime in *l. 4. C. de jure fiſci à num.* 33. Be-
nedictus Pinellus *Lib.* 2. *ſelectar. Cap.* 10. *num.* 31.
conſentiunt Conſultum de deportato non loqui,
ſed de alio cive Romano, cui ſine amiſſione civi-
tatis bona proſcripta fuerunt; & cum Cujacio
convenit D. Gothofr. *in notis ad dict.* § *is cujus.*
Sed ultra omnes ingenti conamine defendit hanc 27
interpretationem Amay. in dictis locis: quæ qui-
dem nunquam mihi placere potuit: nam ſi Con-
ſultus non de deportato loquitur, ſed de relega-
to, cui bona publicata fuerunt, neceſſario intel-
ligere debemus hominem cui proſcriptio bonorum
impoſita eſt, civem Romanum eſſe, cum relega-
tione

tione civitas non amittatur, nec teſtamenti cele-
28 brandi poteſtas *l.* 8. §. *ſed relegati* 3. *D. de teſta-
ment. l. relegati* 4. *l. relegatorum* 7. §. 3. *l. relegatus*
14. §. 1. *l. relegatus* 18. *D. de interdictis, & rele-
gat. l. cum ratio* 7. §. *fin. D. de bonis damnat.* uti
agnoſcunt Calvin. verbo *deportati*, P. Faber *Lib.*
2. *Semeſt. Cap.* 13. D. D. Franc. Amaya *dict. l.*
4. *numer.* 34. & ordinarii Interpretes in his locis:
ſi ergo relegatus teſtamentum jure Romano con-
dit, ſi alios civiles contractus celebrat, ſi liberos
in civili patriaque poteſtate retinet, qui non di-
recte mandare poſſet publicatorum bonorum em-
ptionem, ad modum quo ille, cui bona commiſſo
vindicata ſunt, non prohibetur ipſe emere, aut
alii mandare emptionem? *l. cotem.* 11. §. *eam rem*
29 4. *D. de publican. & vectigalibus*, ita ut relegato
directa mandati actio competat, ſi fidem mandata-
rius non adimpleverit recte, per totum titulum
D. mandat. Præſenſit vim argumenti D. D. Fran-
30 ciſc. Amaya *dict. Lib.* 1. *obſervat. Cap.* 11. *num.*
31. & reſponſionem dat ex qualitate mandati,
nam relegatus, quaſi mandat emptionem bono-
rum ſuorum, quod nec proprie mandatum judica-
ri debet, ſic ſane dijudicat argument. *l. ſi man-
davero* 22. §. *ſi hi quorum* 3. *D. mandat.* Movetur
etiam, quia actio utilis civilis eſt, quod probat
ex *l. actio* 47. *D. de negociis geſtis*, & ex traditis
ad Schieferdeck. *tractat.* 23. *quæſt.* 1. & 27. &
ſic nec deportatum agere utili poſſe. Sed tan-
quam ſententiæ oppigneratio in eas anguſtias, ne
dicam errores, doctiſſimum virum compulit, quia
dict. §. *is cujus*, planum mandatum refertur, &
directa mandati actio competere debebat, ſi Civis
Romanus, qui mandabat, erat. Nec *dict.* §. *ſi
hi quorum* 3. legitimum Amayæ argumentum erat,
ut directionem obligaret mandati, ut non legiti-
mum conſideraretur, quia loquitur Conſultus de
rerum oppignoratorum venditione: & fateor ſane,
quod pignora, adhuc in ſubhaſtatione, debitoris
ſint, nomineque debitoris etiam in concurſu cre-
ditorum vendantur, ſentit attentiſſime Paulus,
non poſſe conſiderari legitimum mandatum ad
31 propriarum emptionem rerum, & ſic inquit, *man-
datum non conſiſtit: nam cum rem tuam emas, nulla em-
ptio eſt in tua perſona rei tuæ.* Illud autem, quod
pignora etiam in ſubhaſtatione, in dominio debi-
toris ſint certiſſimi juris eſt, *l. reſcriptum* 12. *D.
de diſtraction. pignor. l. cum & ſortis* 15. *D. de pignorat.
action. l. ſi ſervum* 27. *D. de pignorib. l. cum te* 4. *l.
uſucapio* 7. *l. ſi dominium* 9. *l. cum dominam* 13. *l.
res obligatas* 21. *C. eodem titulo de pignoribus*, quod
integer *titulus D. & C.* probat *l.* 1. *C. ſi in cauſa
judicat. pignus captum ſit*, *l. ſi ob cauſam*, *l. ſi præ-
dium, C. de eviction. l. profectitia, D. de jure dotium,
l. à Divo Pio*, §. *ſi pignora, D. de re judicat.* con-
gruit totus *titulus D. & C. de pignorat. action.* in
quantum pignoris fructus in ſortem principalem
computantur, & alia debitori jura attribuuntur
in pignore, quæ ſine dominio non procederent,
agnoſcunt Bald. *dict. l. ſervum* 27. Alexand. *Lib.* 5.
conſ. 112. Parladorus *Libr.* 1. *rerum quotidian. Cap.*
3. §. 2. *numer.* 2. Paz. *in prax.* 1. *tom.* 4. *part. Cap.*
7. *à num.* 13. Avendan. *reſponſ.* 13. *numer.* 4. Ga-
ſparus Mancius *in patrocin. debitor. decad.* 2. *quæſt.*
9. *num.* 51. Anton. Faber *de error. pragmaticor. de-
cad.* 9. *error.* 10. *& in rationali ad dict. l. ſi man-
davero*, §. *ſi hi quorum* 3. & alii paſſim, quos con-
ſulto omittimus, cum ex hoc principio plures ef-
fectus naſcantur, quos pragmatici tractant, qui-
bus poſſemus facile paginas complere, & pro qui-
bus multa non vulgaria obſervata habemus, &
variis allegationibus ſcripſimus. Sic ergo atten-
tiſſime ſcripſit Conſultus *dict. l. ſi mandavero*, §. *ſi
hi quorum* 3. non proprie mandatum eſſe ad emen-
dam rem propriam mandatis, & ſic longe diverſa
eſt ab illa, quæ tractatur *dict.* §. *is cujus.* Sed
animadvertas, precor, unde noſter D. D. Fran-
ciſc. de Amaya probat, ſeu deducit *dict.* §. *ſi hi
quorum*, ex mandato emendi pignoris utilem actio-
nem mandati dari, cum a recta Juris ratione con- 32
trarium eliciam: nam quamvis ad emendam rem
propriam mandatum ſit, cum tamen mandati ra-
tio conſideretur, reſpectu mandantis, & manda-
tarii directa debet competere actio, ſi fidem debi-
tam non præſtitit: aliud enim eſt cauſa mandati,
id eſt emptio pignoris, quia nullus ſuam rem
emere poteſt, ſed cum hic juſta cauſa ſubſit,
quod pignus diſtrahendum ematur, ut bene expli-
cat Anton. Faber *in rationali ad hunc* §. æqua ratio-
ne ſuſtinetur mandatum, præcipue cum manda-
tum bonæ fidei ſit, §. *actionum* 29. *inſtitut. de actio-
nib.* Eſt ergo bonæ fidei, ſubeſt juſta cauſa man-
dati, agitur res inter mandantem, & mandata-
rium, qua recta Juris ratione directa actio debito-
ri decepto, non competeret? Probat ſententiam 33
noſtram *l. Epiſtola* 52. §. 1. *D. de pactis*, ubi in
hac facti ſpecie mandatarius, vel heres ejus *fidem
præſtare debet*, quæ verba, & tota contextura re-
ſponſi directam actionem demonſtrant. Ex ea-
dem Juris ratione, *dict. l. ſi mandavero* 20. §. *Ju-
lianus.* Mandati obligatio conſiſtit, licet ſtatua- 34
tur mandatum ad emendam rem propriam manda-
tarii, cui adjunges, *l. ſi quis mihi* 16. *l. ſi fundum*
35. *D. eod. tit. mandat.* res enim inter mandantem,
& mandatarium agitur, quæ cum ſit bonæ fidei,
nec aliquid obſtet, quo minus inter utrumque
mandatum ſtet, naſcitur directa mandati actio:
tunc ſane utilis actio ex mandato datur, quando 35
Jure mandatum non conſiſtebat, veluti ſi manda-
tarius per ignorantiam mandato ageret, morte
mandantis præſoluto, *l. inter cauſas* 26. *D. man-
dat.* vel in ſpecie *dict.* §. *is cujus*, ſi deportatus
mandavit: nam cum civiliter inter eum, & man-
datarium directa civilis conſiſtere nequibat, ſub-
venit utili actione Jus, ne fides Juris Gentium
deportato frangatur, & aliis Juris ſpeciebus, quas
longum eſſet digerere; ſed hoc non congruit *dict.*
§. *ſi hi quorum*, in quo non tam mandatum intel- 36
ligitur rei propriæ emptionis, quam rei diſtrahen-
dæ reſervationis, & ſolutionis creditoris, ad mo-
dum, quo ſuſtinetur legatum creditori relictum
debiti in diem, quod quamvis ſubſtantiæ rei nihil
addatur, utilitas repræſentationis conſervat, &
è contra ſi creditor debitum purum non legave-
rit debitori, ſed juſſerit, quod ad tempus non
petatur, §. *ſi quis* 14. *cum ſeq. inſtit. de legat.* qua
ratione legatum ſubſiſtit *in l.* 1. *D. de liberation.
legata*, §. *ſed uxori* 16. *inſt. de legat.* & aliis ſimi-
lib. jurib. quæ legato tribuunt effectum lucello ali-
quo ſuperveniente. Quæ omnia veriora exiſti-
mabuntur, ſi cum A. Fabro reſolvas *dict.* §. *ſi
hi quorum*, mandatarium ſuo nomine proprio
emere.

Si ergo *dict.* §. *ſi hi quorum*, debitor dominus
pignorum habetur, quæ diſtrahuntur, contrarium
eſt in bonis deportati publicatis: nam ipſa ſen-
tentia (quamvis alias ex communi opinione domi- 37
nium non transferat) publicationis transfert do-
minium, quando certi criminis patrationi pro-
ſcriptionem indixit lex: idque ipſo jure: vel à
tempore (ut aliqui malunt) delicti commiſſi, *l.
quiſquis* 5. *in principio, & in* §. *emancipationes* 4. *C.
ad l. Juliam Majeſtat. l. commiſſa* 14. *D. de publi-
can. & vectigalib. l. fin.* §. *fin. l. re legatus* 18. (à
contrario) *D. de interdict. & relegat. l.* 1. §. *an
bona, D. de jure fiſci, l.* 2. §. 1. *D. de bonis eorum
qui ante ſententiam, l. qui rei* 9. § 1. 2. 3. *& fin.
D. eod. tit.* Ex quo principio naſcitur illa loquen- 38
di formula, *bona vindicari à fiſco, l. cum ratio*, §.
1. *& in* §. *præterea* 4. *D. de bonis damnat. l.* 1. *D.*

Digitized by Google

de interdict. & relegat. l. deportatorum 8. *C. de pœnis*, quæ vindicatio fiſco non daretur, niſi jam præexiſteret dominus, ex *reg. legis officium* 9. *l. in rem actio* 22. *cum aliis*, *D. de rei vindicat.* Eadem ratione ἐμφαλέως ſententia adempta bona dicuntur, *l. relegati* 4. *l. relegatorum* 7. §. *ad tempus* 4. melius in *l. relegatus* 14. *D. de interdict. & relegat. l.* 1. *C. de fidejuſſoribus:* unde agnoſcimus Cornelium Tacitum *Lib.* 3. *Annal.* ex formula Juriſconſultorum locutum fuiſſe, *igitur adempta bonorum parte*, *&c. in inſulas Balleares pellitur.* Eodem reſpectu ducitur & formula illa, damnatione bona publicantur, *l.* 1. *l.* 2. *l. fin.* §. *fin. D. de bonis damn.* Sic etiam dicitur, bona ad fiſcum devoluta, *l.* 5. *C. de bonis proſcript.* Sic hanc ſententiam tuentur J. Stephanus Durantus *in libro notatiſſimar. quæſtionum*, *quæſtion.* 27. Peregrin. *de Jur. fiſci*, *Lib.* 5. *tit.* 1. *à num.* 52. D. Franc. de Alfaro *de officio fiſcal. gloſ.* 20. *à num.* 151. *cum multis ſequentibus*, A. Gomez *tom.* 3. *var. Cap.* 14. *numer.* 3. Giurba *conſil. criminal.* 67. *numer.* 18. P. Cavall. *caſu* 295. *per totum.* D. D. Franc. de Amaya *in l.* 1. *C. de Jur. fiſci*, *Lib.* 10. *à num.* 57. qui referunt Maſtrillum, Farinacium, Caſtillum, Barboſam, Hermoſillam, & alios plures; nam cum lege transferatur dominium Ulpian. *in fragm. tit.* 19. eo ipſo, quod deportatorum bona publicavit (ut jam diximus) operatione brevi tranſtulit dominium. Ex quibus deducimus *dict. l. ſi mandavero*, §. *is cujus*; niſi deportatus eſſet ille, cujus bona proſcripta fuerunt, habiturum directam actionem mandati, quomodocumque conſideretur, ſive dominium, ſive non, ſententia tranſlatum fuiſ-
39 ſet. Sane ſi deportationis publicatio bonorum ſequela eſt, & ſemper eam comitetur, cur non, niſi aliud apertiſſime conſtaret, reſponſum de de-
40 portato accipiendum ſit? Sane verba illa, *non ſequitur fiſcum*, quaſi manu nos ducunt ad deportatum: nam cum deportatus ſucceſſorem habeat fiſcum, *l.* 2. *C. de bonis proſcriptor.* & diximus ſupra, ea potuit eſſe ratio dubitandi, an deportato aliqua actio mandati daretur, an fiſco: & inde etiam dubitatum fuit, quia deportatus Civili omni Jure ſpoliatus, videbatur nullo actionis genere agere poſſe: ſed utramque difficultatem Conſultus reſolvit: primam, *quia publicatis bonis*, *quidquid poſtea acquiritur*, *non ſequitur fiſcum*, dum vivit ſcilicet, poteſt enim agere, emere, & contractus cæteros Juris Gentium celebrare, alienationesque facere, niſi cautè procedant in fiſci fraudem, *l. deportatus* 15. *D. de interdict. & relegat.* (ut ſup. *Cap.* 10. probavimus, *num.* 26. & 27.) & ſic ſi vivens deportatus libere tractat bona poſtea quæſita, merito mandare poterit, & ex mandato utiliter agere, quia non ſtatim bona acquiſita fiſcum ſequuntur: expende τὸ *ſequitur*, quaſi Conſultus diceret: non eo ipſo, quod deportatus bona quæſivit, ſequuntur fiſcum, & dominium in eum transfertur: nam ſi certum eſt ex *l.* 2. §.
41 *poſt aliquod* 18. *D. de orig. Jur.* Prætorem peregrinum creatum fuiſſe, qui inter non cives, id eſt peregrinos, judicaret, ſi deportatus deportatione in peregrinitatem redactus erat (ut *C. ſeq.* dico) neceſſario deportatus aliqua actione utili, & extraordinaria agere poterat, vel aliquis nomine ejus utiliter, ut optime advertit Oſvald. infra referendus. Alteram difficultatem uno verbo ſolvit, quia non directam, ſeu civilem actionem deportato præſtitit, ſed utilem, quæ naturalis eſt, nec ſub formula civili intentabatur, uti diximus
42 *dict. Cap.* 10. *num.* 26. & longiſſime *Lib.* 3. *Cap.* 9. ſupra, & ſentit Conſultus *dict.* §. *is cujus*, *utilis erit mandati actio*, *ſi non præſtet fidem*, refert ergo utilem actionem ad fidem fractam, in quo jus naturale violatur; errat ſane noſter Amaya dum utilem actionem *dict. Lib.* 1. *obſervatio. Cap.* 29. civilem aſſerit *ex l. actio* 47. *D. de neg. geſtis*, & ex notatis ab Schieferdeckero; nam *dict. l. actio* totum contrarium probat, & Schieferdeckerus judicia extraordinaria, & actiones utiles non adeptus fuit, ut utrumque non indiligenter probavimus *dict. Cap.* 9. *noſtrorum paralipom.* ſane in deportato *dict.* §. *is cujus*, intellexerunt Franciſc. 43
Duaren. *in commentar. ad titulum*, *D. mandat. Cap.* 2. J. Pacius *enantioph. cent.* 4. *quæſt.* 87. Hotoman., Æmil. Ferretus *dict. l.* 8. *D. de teſtam.* P. Loriotus *de apicib. Jur. tract.* 17. *axiom.* 5. Alciat. *Libr.* 1. *parerg. c.* 15. P. Gilken. *in l.* 1. *C. de hered. inſt. n.* 18. Pichard. *in l. Gallus C.* 7. *n.* 108. Oſvald. *ad Donel. Lib.* 17. *com. Cap.* 4. *litt. G.* quorum aliqui diverſimode hinc inde trahunt reſponſum: judicio ſane noſtro, præclarius introivit Duaren. & Oſvald.; tu tamen dijudica, ſi nos altius exegimus rem. Ex quibus omnibus deducimus, tunc fiſcum deportato ſuccedere, quando bona ei proſcripta fuerint: ſecus autem ſi reſervata fuerunt bona, quia tunc de illis liberis Juris Gentium modo diſponere poterat.

Nec ſolum in ſpecie præſcripta fideicommitte- 44
re poterit deportatus; nec habebit ſucceſſorem fiſcum, ſed etiam quando in teſtamento militis ei fideicommiſſum relictum fuerit, ſic reſpondit Ulpianus *in l. ſi deportati* 7. §. 1. *D. de legat.* 3. *ſi miles* (inquit Conſultus) *deportato fideicommiſſum reliquerit*, *verius eſt*, *quod & Marcellus probat*, *capere eum poſſe*, ex quo reſponſo Synopſis Baſil. *Lib.* 44. *tit.* 3. *Cap.* 7. ἀπὸ στρατιωτικῆς διαθήκης, ὁ δεπορτευόμενος λαμβάνει λεγᾶτον, id eſt. *Ex milita-* 45
ri teſtamento deportatus quoque capit legatum, ſcio Cujacium *ad l.* 12. *D. de bonorum poſſeſſion.* Triboniano attribuiſſe reſponſum iſtud, cum ex teſtamento Pagani deportatus fideicommiſſum capere poſſet; ſed non egemus tali ſectionis medicamento: imò magis, niſi de milite loqueretur Ulpian., fortius hærere rem in eo: felicius aggreſſus fuerat reſponſum noſter Anton. Pichard. in *princip. inſtit. de fideicommiſ. heredit. numer.* 38. non tamen feliciter perfecit, conjicio equidem inter militaria privilegia hoc conjectum fuiſſe, quod deportatus ex teſtamento militari fideicommiſſum capiat, ita ut in eo fiſcum ſucceſſorem non ha- 46
beat: moveor ex adherentia, & ſubſequentia utriuſque reſponſi *legis*, ſcilicet *ſi deportati*, *cum* §. iſto *ſi miles:* nam cum in lege illa reſponderit Ulpian. pertinere ad fiſcum fideicommiſſum (ut latè enucleavimus *ſup. Cap.* 12.) in teſtamento Pagani relictum, ſubjicit poſtea, quod ſi miles fideicommiſerit deportato, verius eſſe eum capere, *eum* ἐμφαλέως, non ſcilicet fiſcum, ſed eum, ſcilicet deportatum, ita ut in eo non habeat fiſcum ſucceſſorem: ad quid enim ſubjiceret Ulpian. militis ſpeciem, quando in Pagani fideicommiſſo id perplanum eſſet: quantum ſane frigeret Juriſconſultus? Ultra, ſi non ſolum fideicommiſſum, ſed legatum, atque hereditatem ex militari teſtamento capit (ut *ſup. Cap.* 10. *num.* 61. adſeruimus) hocque apud ipſos Juriſconſultos inconcuſſum erat, quid dubitationis poterat ſubeſſe in fideicommiſſo, Juris Gentium voluntate, & gaudente ab inteſtato ſucceſſione? Nulla equidem dabatur ratio dubitandi, & tamen anxie controverſum eſſe, ſatis expreſſe demonſtrat Ulpianus, cum in autoritatem reſponſi teſtem citet Marcellum, *& verius eſſe*, dicat, quod controverſiam denotat (ut alias ego notavi): fuit ergo controverſia, an ſi deportatus poſſet abſolute libere fideicommiſſum capere; abſque timore fiſcalis ſucceſſionis: non autem ſi ſimpliciter capere poſſet: id enim dubitabile non erat. Nec id mirum cenſeri debet in militum privilegiis, quorum cauſa Jura

Civilia

Civilia à ſede ſua abrupta ſunt: imò æquum &
juſtum privilegium eſt, cum eo ſolum conſequan-
tur, quod à recta Juriſprudentia deſcendit, ſcili-
cet quod fideicommiſſum deportatus capiat, deque
eo diſponat, non obſtante Severi conſtitutione,
quæ regulas in hac parte Juris correxit (ut hoc
Capite docuimus, & præcedentibus) cum nihil
magis æquum ſit, quam quod deportatus Jure Ci-
vili nudus, ſaltim miſer Jure Gentium, homini-
bus cum brutis communi, plene fruatur, & iſto
privilegio militari deportato adſeratur firmum,
quod recta Juriſprudentia dictavit: & nimis in-
gratum, non ſolum militibus, ſed cuicumque cen-
ſeretur, quod deportatus ſucceſſorem haberet fi-
ſcum in fideicommiſſaria re, quam ærumniis, &
ſanguine miles paraverat, & in ſignum amoris
47 deportato reliquerat. Maxime cum per eam ra-
tionem, quamvis miles damnatus, & deportatus
fuerit ex militari delicto, poſſit de rebus caſtren-
ſibus teſtari Jure militari, *l. ex militari* 11. *D.
de teſtamen. milit. l. & militib.* 13. *C. eodem, l.* 1.
D. de veteran. & milit. ſucceſ. l. ſi quis 6. §. *ſed &
ſi* 6. *D. de injuſt. nupt.* & ſi hoc ita in Jure recep-
tum fuit in ipſo milite delinquente, quanto ma-
gis in deportato à milite inſtituto, qui ſuis bonis,
fortunis, & civitate exutus miſerrimam vitam de-
git, commiſeratione dignam, cum quod humani-
ter patraverat, illis pœnis in exemplum fui, &
Reipoblicæ ſatis luerat; merito ergo comparatum
eſt, quod deportatus eam præcipuam rem habeat
à fiſcali ſucceſſione liberam, & juſtiſſime Ulpiani,
Marcelli, & aliorum prævaluerunt ſententiæ:
quod dignum animadverſione eſt, cum aliis hoc
Capite contentis, ut temperemus Severi deciſio-
nem, & definiamus, quando deportatus, & de
quibus bonis fideicommittere poſſit.

Sed cuncta iſta in vanum nos elaboraſſe clama-
bit (clamabunt forte illi, qui dogmata ſolum Anti-
quorum colunt, & in ſuperſtitionem uſque vene-
rantur) qui Ulpiani reſponſa reſpexerit *in l.* 1. §.
hi quibus 2. *cum ſeqq. D. de legat.* 3. *in* §. *autem* 2.
48 Conſultus non ambigue, non ſublatenter fideicom-
mittendi poteſtatem deportato denegat, quia te-
ſtamenti faciendi non habet jus, cum ſit *ἄπολις*,
id eſt, *ſine civitate*, vel extorris. Idemque re-
ſpondit in §. *à Præfectis* 4. ejuſdem legis, in quo
non per illationem, *ut dict.* §. 2. ſed diſtincte, &
deciſive deportato negat, & teſtamenti faciendi,
& fideicommittendi poteſtatem. Sed adverſus a-
pertiſſimam difficultatem, jam nos præmunimus
ſupra Cap. 11. conſtituens fideicommiſſa Juris Gen-
tium, & civilia; illa deportatis communia, ſecus
iſta: civile autem fideicommiſſum ſecure intelligo
(quod ordinarium Jus erat) ex neceſſitate morum
Populi Romani neceſſario præſtandum, neceſſitas
49 enim illa præſtationis civiliſſima erat, ut accurate
ſcripſi *dict. Capit.* 11. & ſic non mirum erit, quod
deportatus ſic fideicommittere non poſſit: de quo
fideicommittendi jure aperte ſenſiſſe Ulpianum,
ab ejus verbis colligitur, præſtat enim ad id ra-
tionem, quod deportatus extorris, & ſine civitate
ſit: ergo neceſſario de civili fideicommiſſo loque-
batur: nam ſi de Naturali & Jure Gentium, pe-
regrinis & deportatis communi, faceret ſermo-
nem, indigniſſimam adhiberet rationem, prorſus
alienam à ſubjecto, & quæſito: quid enim habet
commune fideicommiſſum Juris Gentium cum Ju-
ribus civitatis, ut longe *Capite* 10. *& final.* di-
50 ſtinguo. Teſtari, & fideicommittere civiliter
duplici ratione (Jure ordinario attento) deporta-
tus non poterat: una quia publicata ei fuerunt bo-
na, & renuens habebat ſucceſſorem fiſcum, quam
Gajus aſſumpſit *in l. ejus qui* 8. §. 1. *D. de teſta-
ment.* & nos explanamus, *Cap. fin. infra numer.*
58. Altera ratio, quod civis Romanus non ſit,
quam Ulpian. hic *dict.* §. 2. & 4. probat, ſicut
enim illa Gaii ratio utrumque teſtamentum com-
prehendit, tam civile, quam Juris Gentium, ut
diximus *dict. num.* 58. ita iſta Ulpiani ſolum com-
prehendit teſtamentum moribus, & legibus Popu-
li Romani factum, & fideicommiſſum eiſdem ne-
ceſſarium: nam aliàs fortiſſime obſtarent Ulpiano
omnia iſta, quæ adverſus eundem objecimus, &
ejus reſponſum *in l.* 2. *D. de leg.* 1. *Capit.* 10. *à
num.* 6. Ea autem dubitandi ratio apud Ulpian.
fuit, quod cum fideicommittendi poteſtas, & ip-
ſum fideicommiſſum Juris Gentium eſſet, cujus
capax deportatus erat, videbatur fideicommitten-
di habere poteſtatem, quamvis neceſſaria effecta
fuiſſent, cum adhuc precative relinquerentur, &
non peterentur legis modo, ſed perſecutione rei:
& ſic videri omnimodo Juris Gentium manere;
etiam poſt neceſſitatem, ut non leviter pro hac
ſententia inſurreximus *ſupra Cap.* 11. *à numer.* 16.
Sed nihilominus merito prævaluit contraria ſen-
tentia apud Ulpianum fideicommiſſum neceſſarium
civile eſſe per evidentiſſimas rationes quas dedu-
ximus, *dict. Cap.* 11. *à num.* 23. & ideò conclu-
dit, deportatum & aqua & ignii interdictum, fi-
deicommittendi non habere poteſtatem; nec
teſtandi, cum ſint extorres; ad quid enim Conſul-
tus conjungeret cum teſtamento fideicommiſ-
ſum, ſi non utrumque civile eſſet? & qualiter
unum ex alio inferret, cum fideicommiſſum poſ-
ſit ab inteſtato relinqui, ut prænotavimus *dict.
Cap.* 10. *num.* 6?

Sed in noſtræ aſſecuramentum ſententiæ, & 51
omnium, quæ longo & felici (meo judicio)
ducta, toto hoc Capite præfirmavimus, inſero
pulcherrimum Ulpiani reſponſum *dict. l.* 1. §. *ſi
quis plane* 5. *D. de legat.* 3. quod magni te factu-
rum ſpero: verba iſta lege. *Si quis plane in inſu-
lam deportatus codicillos ibi fecerit: & indulgentia
Imperatoris reſtitutus, iiſdem codicillis durantibus de-
ceſſerit, poteſt defendi, fideicommiſſum valere, ſi mo-
do in eadem voluntate duravit.* In hoc tractatu *Lib.*
1. *fideicommiſſorum*, Ulpianus de illis tractat, qui
poteſtatem fideicommittendi habent, primo de
ſervis, & filiisfamiliàs, poſtea de aqua & igni
interdictis, & deportatis, inſerens aliqua de ju-
re deportandi, & forma: & cum per aliquos §§.
prædocuiſſet, iſtos fideicommittere non poſſe
(ſecundum ea quæ prædiximus) ſubjicit elegan-
tem quæſtionem in deportato, qui, dum maneret
in inſula, codicillos fecit, in quibus fideicommiſ-
ſum reliquit, qui poſtea ab Imperatore civitati
reſtitutus fuit: propter quod quærit optime Con-
ſultus, an illud fideicommiſſum valere poſſet, ſi
in eadem primaque voluntate duravit, & perſti-
tit. Mihi ſane nullam rationem fuiſſe dubitandi 52
videbatur in quæſtione, ut fideicommiſſum ſubſi-
ſteret, & ut ita timide, & ambigue pro fideicom-
miſſo reſponderet Conſult. his verbis, *poteſt de-
fendi*, quæ demonſtrant, & exigunt difficilli-
mam, & laborioſam rem; nam ſi antea *in* §. 1.
ejuſdem legis, *conſtanter* adſeveravit, fideicommiſ-
ſum à ſervo, & filiofamiliàs, in poteſtate conſti-
tutis, relictum valere, & ſubſiſtere, ſi durave-
rint in eadem voluntate poſt manumiſſionem, qua-
ſi tunc datum, cum mors eis contigit: quæ cauſa
ſubeſſe potuit in deportato, ut diffidat quaſi, &
operoſam eſſe demonſtret defenſionem, ab eo
relicti fideicommiſſi? cum in ſervo, & filio nul-
la fideicommittendi poteſtas fuerit, ſubditis pote-
ſtati patriæ, & dominicæ; ſecus in deportato,
qui præter civitatem Romanam aperto Jure Gen-
tium fruebatur, & clariſſima libertate, & poteſta-
te omnium Juris Gentium actuum, ut ſcripſi plu-
ries. Etſi ideò fideicommiſſum à ſervo, & filio 53
relictum tacita ſtabilitatis voluntate poſt manu-
miſſionem

miſſionem ſoſcitatur, & valet, quia fideicommiſ-
ſum nuda voluntate, & nutu conſiſtere poteſt,
l. nutu 21. *D. de legat.* 3. (ut latè *Lib.* 2. expli-
cuimus) ut optime prævidit Gul. Onciac. *Acad.
quæſtion. Lib.* 1. *Cap. fin. num.* 3. Majori ratione
idem intrepide reſpondendum erat in deportato,
qui ſemper liberam voluntatem habuerat ad om-
nes Juris Gentium actus, & conſequenter ad di-
ſponenda fideicommiſſa. Antiquorum aliqui, qui
brevi ſermone libarunt reſponſum, inepiunt in
eo, nec attentiſſima Conſulti verba animadverte-
runt. Ego ſane, ultra mentem omnium, quos vi-
di, capio illud, & dubitandi rationem in recon-
54 dita quæſtionis parte conſtituo. Deportatus ſane
codicillos fecerat, & fideicommiſerat in eis: po-
tuit ſane ſic facere pleno jure, ſi in ſententia re-
ſervata ei fuerunt bona, vel aliquæ caperat ex te-
ſtamento militum, aut deportatus miles erat ex
militari delicto, ſecundum præſcripta à nobis hoc
Capite: id ſane fecerat Jure Gentium: ita ut ro-
gatus, ſi vellet, poſſet fideicommiſſum præſtare:
non tamen renuens cogi, cum deportatus, non
civis, illo civili Jure frui non poſſet, ut proxime
dixi, & latiſſime *Cap.* 11. poſtea deportatus re-
ſtitutus fuit, dubitabatur, an fideicommiſſum poſ-
ſet valere, id eſt Jure Gentium (ut ego exiſtimo)
ita ut heres ab inteſtato ad præſtationem cogi non
poſſet: non vero quæſtio incidit, an ſi codicilli
Jure Gentium à principio validitatem habuerint:
nam id pro certo, & indubitabili ſupponit Ul-
55 pian. & ſi tu confers, §. 1. *cum hoc* §. Jure Gen-
tium valuiſſe deportati fideicommiſſum, conſtan-
ter aperies: nam *dict.* §. 1. nullum fuiſſe fidei-
commiſſum à ſervo, vel filiofamiliâs relictum Ul-
pian. docet: at *in* §. 5. quid ſimile non præmit-
tit Conſultus latenter, aut aperte, ſed totum con-
trarium: inde eſt, quod *dict.* §. 1. cum fideicom-
miſſum nullum fuerit à principio, ſi poſt manu-
miſſionem ſervus, aut filius deceſſerunt, fidei-
commiſſum relictum cenſetur: quaſi tunc datum,
cum illi deceſſerunt, at *dict.* §. 5. deportatum,
inquit, deceſſiſſe eiſdem codicillis durantibus, id
eſt valide permanentibus: nam illa verba: *Iiſdem co-
dicillis durantibus deceſſerit*, nullatenus intelligere po-
teris propter novam voluntatem deportati poſt re-
ſtitutionem, cum in fine Conſultus addat, *poteſt de-
fendi, fideicommiſſum valere, ſi modo in eadem volunta-
te duravit*, vide, ubi novam voluntatem requirit
Conſultus ad neceſſitatem fideicommiſſi: ergo ne-
ceſſario illa verba *iiſdem codicillis durantibus*: non
ad novam reſtituti voluntatem; ſed ad propriam
Jure Gentium validitatem referenda ſunt: quibus
valde perſuadeor, deportatum reſervata habuiſſe
bona, & non fiſcum ſucceſſorem, ſive beneficio
ſententiæ, vel autoritate Juris, ut proxime ſcrip-
ſi: nam alter non iidem dicerentur codicilli, imò
conditi tunc cum deceſſerat, & tunc fideicom-
miſſum datum, *ut dict.* §. 1. Adde expreſſiſſi-
mum τo *iiſdem* eſſe, quod demonſtrat illoſmet codi-
cillos, quos tempore deportationis fecerat depor-
tatus: & ſi his ſubnectis cætera omnia, quibus
poteſtatem fideicommittendi deportatis adſerui-
mus, ſecure perſuadeor, quemcumque, qui non
contineatur protervia, ſed ſincero veritatis amore
ducatur, in noſtram iturum eſſe ſententiam. Fuit
ergo apud Ulpianum illa certa decidendi ratio,
quia cum legitime Jure Gentium deportatus codi-
cillos condidiſſet, quamvis poſtea civitati reſtitu-
tus eſſet, nulla capitis diminutio intervenerat,
nulla equidem juſta cauſa, ut irritarentur co- 56
dicilli, ex regul. §. *alio* 5. *inſt. quibus modis te-
ſtam. inf.* nam per reſtitutionem, non magis
deportatus capite minuitur, quam filiusfami-
lias, qui morte parentis liberatur à patria poteſta-
te, ſine capitis diminutione, *l. ſi quis* 3. §. *fin.
D. ad Senatuſconſult. Macedon.* & ſic Jure Gentium 57
etiam poſt reſtitutionem ſteterunt codicilli. Ad
modum enim, quo teſtamentum militis Capitis di-
minutione non irritatur, *l. ſi miles* 22. *cum l. ſeq.
l. idemque erit* 9. *l. in fraudem* 15. *D. de teſtam.
mil.* §. *denique* 6. *inſt. eod.* ut inquit Vultej. *ibi*,
quia cum teſtamentum militare Jure Gentium ſi-
ſtat, non potuit capitis diminutio Civilis irritare
illud: ita ut in milite nova voluntas non requira-
tur ad ſuſtinendum teſtamentum ſuum: nam quod
dd. legib. quaſi nova voluntate dicitur, magis fi-
cte accipiendum ſit, quam vere, uti ex eo declarat
Oſvald. *ad Don.* 6. *comm. Cap.* 28. *litt. D.* Sic
eodem modo quamvis per reſtitutionem deporta-
tus minueretur Capite, adhuc codicilli Jure Gen-
tium facti ſubſiſterent, cum civilis ratio natura-
lia perimere non poſſit, §. *fin. inſt. de legitim. a-
gnat. tut.* maxime facti tempore, quo non alio
Jure, quam Gentium, deportatus fideicommittere
poterat: nam quamvis Teſtator reſtitutus fuit, non
ſolo facto fideicommiſſum illud neceſſarium effe-
ctum fuit, potuit ſane non obſtantibus moribus Po-
puli Romani relinquere fideicommiſſum in ſuo pri-
ſtino jure voluntatis heredis, & non reducere ad
neceſſitatem *l. fideicommiſſa* 46. *D. de fideicomm.* 58
hered. l. ſi ſic legatum 75. *D. de leg.* 1. *in fin.*
quia Juris neceſſitatem Teſtator potuit remittere
heredi, ut docet Robert. 2. *ſententiar. Cap.* 10. &
ex eo, & aliis Oſvald. ad *Don.* 8. *com. Capit.* 15.
litt. K. ut aliis Juris neceſſitates plerumque remit-
tuntur, nec novum eſt in noſtro Jure, quod unus
actus poſſit admitti Jure Gentium, & idem Jure
Civili, ut latè animadverti, *Cap.* 11. *ſup.* Unde
quæſtioni ſubtiliſſime reſpondet Ulpian. poſſe de-
fendi fideicommiſſum valere, ſcilicet Jure Gen-
tium, ſi in eadem voluntatê duravit, quam tem-
pore fideicommiſſi præſtiti habuerat, cum depor-
tatus erat. ideò in reſponſo geminatur relativum
idem, cum reſpectu ad deportationis tempus: in
honorem ſane heredis id fecit, nam quem fide-
lem probaverat in deportatione, & quando ad
præſtationem cogi non poterat, voluit eandem fi-
dem ſequi mutato ſtatu, quando Jure Civili ad
præſtationem cogere poterat. Augebat difficulta- 59
tem, quod cum nutu, & tacita voluntate fidei-
commiſſum Civile poſſet conſiſtere, ut ex Onciа-
co jam notavimus, videbatur ſic voluiſſe Teſtato-
rem, & credendum erat, ſtatum quo reſtitutus
fuit, arg. *dict.* §. 1. ſed defendi contrariam poſſe
in hac re difficili, & abſtruſa, inquit Ulpian. ex
rationibus ſupra datis, quando ſcilicet reſtitutus
in eadem, & prima voluntate duravit: nam ſi de
fideicommiſſo Civili intelligeretur reſponſum,
ineptiſſime tantus dubitaret Conſultus, cum in ar-
ctiori ſpecie *dict.* §. 1. conſtanter, & intrepide
quæſtionem ſolverit, ut prænotavi ſupra. Dat
ergo Ulpian. in *hoc* §. ſpecialem caſum, quo de-
portatus fideicommittere poſſit, & fideicommiſ-
ſum Jure Gentium valere, ſine vinculo neceſſita-
tis, & ſic à regula ante data in §§. *antecedent.* exi-
mit hanc ſubtiliſſimam ſpeciem.

CAPUT

C A P. XIV.

De peregrinis, & de eorum Juribus, de poteſtate teſtandi, & fideicommittendi totum contexitur Caput, à nu. 1. *Peregrinus quis?* 2. *Quid ſit in peregrinitatem reduci: ubi explicatur Ulpian., Nonnus, Statius, Ovid.* 3. *Inde declaratur Sueton.* 4. *Latino ſermone neceſſario multi actus celebrabantur.* 5. *Peregrinis Romæ cuncta civilia denegata erant: inſtitui non poterat heres.* 6. *Notatur Gilkenius, ubi explicatur, quis ſit extraneus, in aliquibus reſponſis.* 7. *Sed an poſt conſtitutionem Antonini inſtitui peregrinus poſſit.* 8. *Peregrinus ab inteſtato ſuccedere non poterat.* 9. *Ea ſucceſſio civilior eſt, quam teſtamentaria.* 10. *Peregrinus uſucapere civis Romani rem non poterat.* 11. *Jus Civile pro* lege 12. tab. 12. *Hoſtis pro peregrino.* 13. *Æterno tempore non poterat uſucapere peregrinus* ex l. 12. tab. *quæ explicatur.* 14. *Nec nuptias contrahere cum cive Romana, in quo conjecturæ in Virg., Terentio, & aliis.* 15. *Peregrinæ mulieres meretrices habebantur.* 16 *Ex his interpretatur* l. de Jure 37. §. fin. D. ad municip. 17. *Uxor tranſit in forum, & domicilium mariti, ſi juſta, & legitima eſt.* 18. *Athenienſes, Thebani, & aliæ nationes odio habuerunt nuptias cum peregrinis.* 19. *Nomina Romana non licebat peregrinis uſurpare.* 20. *Capitalis erat pœna in peregrinos uſurpantes civitatem.* 21. *Unde criminationes profluebant in eos.* 22. *Rei peregrinitatis dicebantur, & explicatur Sueton. ſupinatio. Claudii Cæſaris.* 23. *Datur lex alia contra peregrinos ſe pro civibus gerentes.* 24. *De teſtamentis peregrinorum diſputatio: & poſt conſtitutionem Imperatoris Friderici: & an poſſit teſtari de bonis in alieno territorio exiſtentibus, remiſſive.* 25. *Sed an de media Juriſprudentia poſſet Jure Civili teſtamentum facere peregrinus.* 26. *Ab inteſtato heredem habere qualiter non poſſet.* 27. *Sed an fideicommiſſum capere, vel relinquere,* 28. *Sed an Jure Gentium teſtari poſſet longa diſputatione diſquiritur à nu.* 29. *Teſtamentum peregrini Jure Gentium quos effectus habeat.* 30. *Multi actus Romæ admiſſi naturaliter, & iidem civiliter.* 31. *Difficillimum Ulpiani fragmentum* tit. 20. §. 14. *longe latèque explicatur de teſtamento peregrini, & Dedititii, à nu.* 32. *Emendat Cujacius.* 33. *Ejuſdem interpretatio.* 34. *Dedititius ut peregrinus teſtari non poterat.* 35. *Quis ſit libertus Dedititius.* 36. *Quaſi ſervi reputati fuerunt.* 37. *Explicatur Cicer.* in Topicis. 38. *Et Cornel. Tacitus.* 39. *Et Tertulian. apud quem ſubverbuſti qui.* 40. *Dedititiorum libertorum origo à Populis Dedititiis, ubi exemplum deditionis Collatini.* 41. *Dedititii liberti ſecundo manumittebantur ex juſta cauſa.* 42. *Manumiſſores aliquando revocabant in ſervitutem.* 43. *Dedititius nullus in orbe civitatis civis eſſe poterat, à nu.* 44. *Libertus ſequitur domicilium, & originem patroni* 45. *Dediti hoſtibus ſuam civitatem amittunt.* 46. *Subtilis ratio contra teſtamenta Dedititii.* 47. *Ut Jure Gentium quis frui poſſit, & liber eſſe debet.* 48. *Et commorari in aliqua civitate.* 49. *Iterum fragmentum Ulpiani reſumitur in altera ejus parte.* 50. *Genitivi poſſeſſionis vis, & virtus.* 51. *Caſſiodori locus pro peregrinorum teſtamentis expenditur, & declaratur.* 52 *Et conſtitutio Friderici* in Authen. omnes peregrini, C. commun. de ſucceſſion. 53. *Cujacii, & Connani ſententia, negantium teſtamenti factionem peregrinis, rejicitur.* 54 *Obſes quis, remiſſive, diſtat longe à peregrinis.* 55. *Deportatus Jure Gentium poteſt teſtamentum condere contra communem, & quando.* 56. *Civis eſt in inſula deſignata.* 57. *Expenditur* l. ejus 8. §. 1. D. de teſtam. 58.

DE deportatis non parvum commentarium contexuimus, quo forte aſſecuti fuimus deportatorum conditionem, & ſtatum, & fideicommiſſorum naturam: dum ergo iſtam antiquitatem eruimus, & diſquirimus, ſubjecimus fundamenta, quibus innixi, leviori pede tranſibimus peregrinos, quos fideicommittere poſſe conamur.
1 Audiamus ergo peregrinos, qui ſibi fideicommittendi poteſtatem vindicant, & primo conditio-
2 nem eorum intelligamus. Peregrinus in Jure noſtro, & in P. Romano dicebatur ille, non qui civis peregrinabatur Romanus, ſed qui alienigena erat, nec in numero civium relatus, nec privilegiis P. Romani fruebatur, *l. 1. C. de hered. inſtituen. l. ſed ſi 6. §. ſolemus 2. D. eod. tit. l. 2. §. poſt aliquot 28. D. de orig. jur.* Ulpian. *tit.* 5. §. 4. *& tit.* 22. §. 1. latè Cicer. *in oratione pro P. Sylla & de Amicit. itaque cives potiores ſunt, quam peregrini & propinqui, quam alieni,* idem *Lib. 1. de Orator. cum omnino quid ſuum, quid alienum, quare denique civis an peregrinus, ſervus an liber, quiſquam ſit, ignoret, inſignis ſit impudentia.* Sed plura idem Princeps orator de peregrinis egit in *oratione pro Archia Poëta*, qui reus peregrinitatis factus eſt. Et in oratione *pro L. Cornelio Balbo*, quæ idem argumentum habet. Plutarch. in Moralib. de exilio: *neque eſt exul, vel hoſpes, vel peregrinus quiſquam, ubi idem eſt ignis, aqua, aër,* explicat Calvin., Hotoman., Verrucius, & alii *in ſuis lexicis*, Gothofred. *in dict. l.* 1. & P. Gilken. *à num.* 11. *cum ſeq.* Franc.

Connan. *Lib.* 9. *commen. Jur. Civ. Cap.* 4. *num.* 6. A. Alciat. *Lib.* 1. *Parerg. Cap.* 15. Barnab. Briſſon. *Lib.* 1. *ſelect. Cap.* 13. Pancirol. *Lib.* 2. *Theſaur. var. lect. Cap.* 7. *&* *Cap.* 64. noſter, nunquam ſatis laudatus D. Joan. Solorzan. *Lib.* 3. *de Indiarum gubern. Cap.* 19. *num.* 50. ſed hoc melius Græci uno expreſſerunt verbo, ἄπολις, id eſt, qui ſine urbe eſt, & ſic Lucian. eleganter in libris de hiſtoria ξένος ἄπολις αὐτόνομος ἀβασίλευτος, dixit, *hoſpes, ſine urbe, qui ſuis legibus vivit, & ſine Rege eſt*, (quo etiam verbo, αὐτόνομος uſus eſt Iſocrates *in Plataïca.* οὗτοι δὲ τότε μὲν ἐν ἁπάσαις ταῖς πρεσβείαις ὑπὲρ τῆς ἐλευθερίας, καὶ αὐτονομίας ἐποιοῦντο τοὺς λόγους, *iſti autem tum in omnibus legationibus nil niſi libertatem, niſi leges ſingulis uſitatis jactabant*) quod & admiſerunt Juriſconſulti *in l.* 1. §. 2. *D. de legat.* 3. & in *l. ſunt quidam* 17. *D. de pœn.* ut magis ſuam ſententiam exprimerent.

3 Hinc eſt, quod Juriſconſulti deportatum ad peregrinitatem reduci dicant, ut ſignificent, non civem eſſe, juraque ſuæ civitatis amiſiſſe, & tanquam peregrinum eſſe; *l. ſed ſi hac lege* 10. §. *ſed ſi per pœnam* 6. *D. de in jus vocand.* ibi: *Sed ſi per pœnam deportationis ad peregrinitatem redactus ſit patronus, dict. l.* 1. §. *hi quibus* 2. *D. de legat.* 3. ibi: *Cum ſint* ἀπόλιδες, id eſt, *extorres, dict. l. ſunt quidem* 17. §. 1. *D. de pœnis, item quidam* ἀπόλιδες *ſunt, hoc eſt, ſine civitate, ut ſunt in opus publicum perpetuo dati, & in inſulam deportati, l.* 1. *C. de hered. inſtituend.* ibi: *Tanquam peregrini*, ſic intelligo Ulp. *tit.* 17. *in principio*, ibi: *Vel legatarius ante apertas tabulas deceſſit, vel peræger factus ſit*, optime Ulpian. *in l. ſed ſi* 6. §. *ſolemus, D. de hered. inſtituen.* ibi: *Ut puta civis Romanus heres ſcriptus, vivo teſtatore, vel actus peregrinus, mox civitatem Romanam pervenit*, Gajus *Lib.* 1. *inſt. tit.* 6. *homo peregrinæ conditionis effectus*, & Cornelius Tacit. *Lib.* 3. ibi: *Gratias agenti, ob fratris exulis reſtitutionem, Syllano patribus coram reſpondit Tyberius, ſe quoque lætari, quod frater ejus ex peregrinatione longinqua revertiſſet*, Cicer. *Tuſcul. quæſt. Lib.* 5. *jam vero exilium, ſi rerum naturam, non ignominiam nominis quærimus, quantum demum à perpetua peregrinatione differt?* Plutarch. *ubi ſup. de exilio. Neque enim multos eſſe reor Sardianos, quem ſortem tuam, vel cum exilio præoptent, quos non pœniteat ita peregre vivere*, bene Iſocrates ubi ſupra *in Panatenaico*, loquitur de exulibus. Τίνας γὰρ ἂν ἡμῶν εὕροι τις δυστυχεστέρους, οἵτινες πόλεως, καὶ χώρας, καὶ χρημάτων ἐν μιᾷ στερηθέντες ἡμέρᾳ, πάντων τῶν ἀναγκαίων ταύτῃ ὁμοίως ἐνδεεῖς ὄντες, ἀλῆται, καὶ πτωχοὶ καθεστηκότες, ἀποροῦντες ποῖ τραπώμεθα, &c. *Quos etiam nobis miſeriores quiſquam inveniat, qui & urbe, & agro, & opibus uno die ſpoliari, rebus omnibus maxime neceſſariis æque omnes deſtituti errones, mendici, facti ſumus, ignari, quò nos convertamus, &c.* inde apud Nonnum dicuntur μετανάσται ὀρειπλανέες, id eſt, *exules montivagi*, noſter Statius *Lib.* 1. *Thebaid. v.* 312. loquens de Polynice, ſic intelligendus eſt, quem quaſi deportatum ab Eteocle intelligit.

Interea patriis olim vagus exul ab oris
Oedipodionides furto deſerta pererrat
Aoniæ.

Et infra *Lib.* 2. *v.* 397. *de eodem*,

Ut vagus ille diu, paſſuſque haud digna per urbes
Ignotas, pactæ tandem ſuccederet aulæ.

Sic intelligendus Ovidius 1. *de Ponto Eleg.* 1.

Si vacat, hoſpicio peregrinos Brute libellos
Excipe, dumque aliquo quolibet abde loco.

Peregrinos dicit, quia ipſe deportatus erat, & *Lib.* 1. *Triſt. eleg.* 1.

Nec te, quod venias magnam peregrinus in urbem
Ignotum populo poſſe venire puta.

Et paſſim in libris Triſtium, & de Ponto: conſule P. Gilken. *in dict. l.* 1. *num.* 12. Briſſon. 1. *ſelect. antiq. Cap.* 13. P. Fabrum *Lib.* 2. *ſem. Cap.* 12. Robert. 3. *ſent.* 9. & alios ſupra datos.

Ex his explico *in Claudio*, Sueton. *Cap.* 16. 4
Splendidum virum, Græciæque provinciæ Principem, verum Latini ſermonis ignarum, non modo albo judicum eraſit, ſed etiam in peregrinitatem redegit, & ut ego intelligo, exuit Græcum hominem jure & privilegio Civitatis Romanæ, & ut peregrinum reliquit in ea, non ſane ab ea deportavit. Cauſa ergo indignationis Cæſaris ea fuit, quod ſplendidus vir, & civis Romanus, judexque, linguam Romanam ignoraret; non ſane ea cauſa deportationis fuit, ſed indignatio juſta, ut eraderet ab albo judicum, & civium Romanorum numero, cum multa judices edere deberent Latino idiomate, non Græco, multique actus non niſi Latino 5
ſermone concipi poſſent, cujus linguæ ignorans judex percalere non poſſet, quod quamvis ſit res, quæ majorem cognitionem expoſcit, accipe nunc à nobis, quæ ad manum pro ſententia Claudii ſunt: *l. decreta* 48. *D. de re jud. l. fideicommiſſa* 11. *D. de legat.* 3. Ulpian. *in fragm. tit.* 25. §. *item Græci. Novella Theod. de teſtament. in fin. l.* 12. *C. de ſentent. & inter l.* Rævard. *Lib.* 4. *var. Cap.* 2. Pichard. *in prælect. ad l.* 1. *D. de leg.* 1. *Capit.* 3. *à num.* 13. Mancius *ad verſ. utrum autem, inſt. de verbor. obligat. & in* §. 7. *inſt. de fidejuſſor. & in tractat. de fidejuſ. Cap.* 4. *à num.* 40. Adrian. Turneb. *Libr.* 21. *adverſ. Cap.* 11. Si hæc propter ita pronunciavit Claudius, & nunc à Conſultorum numero multos eraderet, qui ἀναλφάβητοι, & prorſus non ſolum Juris Civilis, ſed linguæ Latinæ hoſpites & peregrini, graviſſimo Juriſconſultorum titulo condecorantur, & aliquali Juris patrii notitia, quod tumultuaric capiunt, ambiunt ſibi doctiſſimorum nomina, & ventoſi inſlantur: ita ut nec veneranda nomina Cujacii, & Fabri ferre queant, ſed ad ejus laudes caperent frontes, & corrugent nares viliſſimo deſpectu Juriſprudentiæ Heroum: ſed quamvis iſti mihi concinnatores intolerabiles ſint, dum iſta jactor fortuna, ægre admodum invitus ſufferam.

Peregrinus ergo erat qui quamvis Romæ eſſet, 6
non jure fruebatur civitatis Romanæ. Hinc proveniunt multa in noſtro Jure Civili, quæ extant peregrinis prohibita, exutis veluti Civili Jure Romanorum. Primo in inſtitutione heredis, cum peregrinus inſtitui non poſſet, *l. ſed ſi* 6. §. *ſolemus* 2. *D. de hered. inſt. l. ſed ſi accepto* 32. *D. de Jur. fiſc.* Ulpian. *in fragm. tit.* 17. *& tit.* 22. §. 2. & antea *tit.* 20. §. 14. *l. Eunomianis* 36. *C. Theod. de hæretic. l.* 1. *C. de hered. inſt.* quod axioma certiſſimum fuit apud Alciat. *Lib.* 1. *parerg. Cap.* 15. Briſſon. 1. *ſelect. Cap.* 13. Viglium *in* §. *fin. inſt. de hered. inſt. num.* 3. *&* 4. Mynſinger. *num.* 3. Duaren. *An. diſp. Lib.* 1. *Cap.* 9. Donel. 6. *comm. Cap.* 17. & ibi Oſvald. *litt. M.* eundem Donel., Gothofred., Cujac. & omnes *in dict. l.* 1. *C. de hered. inſt.* Cujacium *in l.* 31. *&* 32. *D. de Jur. fiſci*, A. Fabrum *in rationali l.* 7. *D. de legib.* Pancirol. *in Theſaur. var. Lib.* 2. *Cap.* 7. Amay. *in l.* 4. *C. de Jur. fiſci, num.* 25. Connan. *Libr.* 9. *com. Cap.* 4. *num.* 7. P. Fab. *Lib.* 2. *Sem. Cap.* 13. Pichard. *in princip. inſt. de hered. inſtituend.* 1. *num.* 11. Marcel. Donat. *in dilucidat. ad Suet. in Aug. Cap.* 40. nam cum teſtamentum Juris Civilis ſit, & inſtitutio heredis, quæ a poteſtate 12. *tab.* provenerunt, non poterat peregrinus capere, qui civis Romanus non erat, teſtamenti enim factio cum ſolis civibus dabatur Romanis, *l.* 1. *D. ad l. Falcid.* Ulpian. *in fragment. ſupr. l. ſed ſi accepto* 32. *D. de Jur. fiſci*, in qua obſides, ut poſſint inſtitui heredes, debent accepto uſu togæ, cives Romani exiſtere, quod exornare poteris illis omnibus, quæ quatuor præcedentibus Capitibus in

deportato

7 deportato diximus. Errat ſane Gilkenius, qui abſolute ſcripſit in commentario ad *l. 1. D. de hered. inſt. à num. 12. cum ſequentib.* peregrinos exteros, qui deportati non erant, capaces eſſe ex civis Romani teſtamento capiendi legatum, & hereditatem, deceptus *l. extraneum* 11. *C. de hered. inſt. l. quidam* 46. *D. eodem tit. §. fin. inſtit. eod.* quia non loquuntur de peregrino noncive, & qui incognitus erat Teſtatori, extraneo ſane, vel à familia, vel quia peregrinabatur civis adhuc, cum peregrinatione civitas non amitteretur: ſed ultra omnia inſignis eſt Ciceronis locus *pro Archia poëta*, defendentis eum civem Romanum eſſe, & inter alia argumenta hoc dat, *& teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus, & adiit hereditates civium Romanorum*, ad quæ verba ſine dubio erubeſceret Gilkenius: & ſic Interpretes dati optime reſolvunt, peregrinantem civem inſtitui heredem poſſe, non
8 vero peregrinum noncivem. An vero poſt conſtitutionem Antonini (quæ refertur *in l. in orbe Romano, D. de ſtat. hom.* quam & nos *Lib.* 5. infra illuſtramus) qua ſubjecti imperio cives Romani effecti ſunt, poſſent inſtitui omnes ſubjecti imperio heredes, id magis ferrem, licet res ſit, quæ ſeriam expoſcit cognitionem. Vide tamen Paneirol. *Lib. 2. variar. Cap.* 7. Donel. 6. *com. Cap.* 5. Pichard. *dict. princip. inſtit. de hered. inſt. num.* 13. & quæ nos infra *d. Lib.* 5. notamus; ſed peregrini, & alienigenæ ante conſtitutionem Antonini noncives Romani, aut poſt eam non ſubjecti imperio, non capere poterant ex teſtamento, quod magis ex ſequentibus apparebit: præterquod *l. 1. C. de hered. inſtit.* Gilkenium expreſſe convincit, uti optime expendit Donel. *à num. 1. in comm. ad eam: conducit l. ſæpe* 17. *D. de*
9 *ritu nupt.* Utpote ex teſtamento peregrinus ſuccedere non poterat, ſic nec ab inteſtato, quia lege 12. *tab.* ea deferebatur ſucceſſio, Ulpian. *in ſuis inſt. tit.* 26. Caius *Lib. 2. titul.* 3. quod latius præſcripſimus ſupra *Cap.* 10. *num.* 19. *cum ſequentib.* dum eam ſucceſſionem & deportato denegamus, nam ſi cum lege illa antiqua poſt ſuos agnati proximiorès vocarentur, neceſſarium fuerit, Senatuſconſulta Orphitianum, & Tertullianum, quibus mater ad ſucceſſionem filii, filius ad matris, admitterentur, ut bene declarat Ulpian. & Gaius ſupra, & integri tituli in his ſucceſſionis compoſiti: videas quæſo, ſi tanta religio in ſucceſſionibus ab inteſtato dabatur, qualiter peregrinus tota
10 civitate nudus ſuccederet. Civilior (ſi alte introſpicimus) ab inteſtato ſucceſſio erat, quam teſtamentaria: nam illam ipſamet lex ſua abſoluta poteſtate deferebat, ſine facto alterius, & ſine periculo retentionis, teſtamentaria ex voluntate Teſtatoris ex indulta poteſtate à lege proveniebat, & quamvis iſta lege obvenire dicatur, tamen ingentem partem ab hominis facto deſumit, in quo periculum fruendi, ſi à Jure deſcivit, quæ ſubtilitatis ratio coëgit Conſultum Ulpianum reſpondere *in l. lege* 130. *D. de verbor. ſignificat.* teſtamentariam ſucceſſionem lege obvenire, & ſententiam eorum refellere, qui improprie provenire aſſerebant, in quo verus legis nititur ſenſus: nunc audi elegantiſſimum Ciceronis locum *pro Cæcin. num.* 74. cuncta noſtra approbantem. *Mihi credite, major hereditas venit unicuique veſtrum in iiſdem bonis à Jure, & à legibus, quam ab iis, à quibus illa ipſa bona relicta ſunt; nam ut perveniat ad me fundus, teſtamento alicujus fieri poteſt, ut retineam, quod meum factum ſit, ſine Jure Civili non poteſt:* ſi ergo peregrinus non accipere ex teſtamento valet, in cujus ſucceſſione minus Civile Jus ſplendet, tantumque Juris Gentium mixtum ſit, ut prænotavimus ſupra *Cap. 11. à num.* 20. tantumque voluntatis factum gubernet, qui ab inteſtato ſuccedet cujus ſucceſſio tota (ut ſic loquar) defæcata eſt ab alio Jure, & in brachio legis ſolo, & Civili Jure perſiſtit?

Eadem ratione peregrinus Romani civis rem 11
uſucapere non poterat, quia *lege antiqua* 12. *tab.* introductæ fuerunt uſucapiones, forte in his verbis (ex Balduino *l.* 9. apud eum) *uſus & autoritas fundi biennium eſto, cæterarum rerum uſus annus eſto.* Cicero *in oratione pro A. Cæcina, num. mihi* 54. *lex uſum, & autoritatem fundi jubet eſſe biennium*, & infra *num.* 74. *Fundus à patre relinqui poteſt, at uſucapio fundi, hoc eſt, finis ſollicitudinis, ac periculi litium, non à patre relinquitur, ſed à legibus.* Idem *in Topicis ad Trebat. num.* 22. *quod in re pari valet, valeat in hac, quæ par eſt, ut quoniam uſus autoritas fundi biennium eſt, ſit etiam ædium.* Sic intelligen- 12
dus Juſtinian. *in principio inſt. de uſucap.* ibi: *Jure Civili conſtitutum fuerat*, id eſt *lege* 12. *tab.* ut alias Cicer. locutus fuit *d. orat. pro A. Cæcin.* tractans legem iſtam 12. *tab.* ſubjicit. *Aquæductus, hauſtus, iter, actus à patre, ſed rata autoritas harum rerum omnium à Jure Civili ſumitur*, Jus enim Civile pro *lege* 12. *tab.* accipitur plerumque *l. ſi te bonis* 10. *C. de Jure delib. l. fin. C. de hereditat. vel act. vend.* adjuncta *l. heredes* 25. *§. idem Juris* 13. *D. famil. erciſc.* quod jam obſervavit Gothofred. *dict. l.* 10. & Interpretes *dict. princip. inſt.* & nos alibi. Si ergo uſucapiendi poteſtas à *lege* 12. *tab.* proveniebat, mirum non erit, ſi prohibita peregrino fuerit uſucapio, uti prædocuerunt Briſſon. *Lib. 1. ſelect. Cap.* 13. Cujacius *in commentario ad l. 2. §. 4. D. de verbor. ſignificat.* Conr. Ritterſhuſ. *in comm. ad l. 12. tab. part. 2. claſſis 3. Cap.* 14. Franç. Bald. *ad l.* 10. 12. *tab.* Gothofred. *ad dict. l. 1. C. de hered. inſt. & in notis ad fragmenta* 12. *tab. tit.* 23. Sigonius *Lib. 1. civium Roman. Cap.* 11. Sane ex- 13
preſſa fuit 12. *tab. lex*, quæ uſucapionem peregrinis prohibebat, ſecundum Balduin. ſic: *adverſus hoſtem æterna autoritas eſto*, nam hoſtis ibi pro peregrino accipitur, interpretante Cic. 1. *officior. num. mihi* 37. *Hoſtis enim apud majores noſtros is dicebatur, quem nunc peregrinum dicimus, indicant enim duodecim tabulæ, aut ſtatus dies cum hoſte, itemque adverſus hoſtem æterna autoritas*, & colligitur ex *dict. l. quos nos* 234. *D. de verbor. ſignification.* ubi Cuj. obſervavit, & Alberic. Gentilis: atque Ritterſhuſ., Gothoſ., Balduin. *ubi proxime*, Roſin. *Lib. 8. antiq. Rom. ad l. 12. tab. Cap.* 24. Briſſon. *dict. Cap.* 13. Calvin. *in lexico.* Non ſane ad uſu- 14
capionis ordinariæ prohibitionem circa peregrinos, hæc certa, ſeu ſpecialis lex neceſſaria erat: nam certa juris ratione peregrini uſucapere non poterant, ſed lege illa prohibita peregrinis fuit æterna uſucapio: ita ut quamvis longiſſimo, ſeu æterno tempore civis Romani peregrini poſſederint rem quamcumque, non capiant uſu.

Addo alterum exemplum incapacitatis peregri- 15
norum Juris Civilis: id ſiſtet in nuptiis: nam legitimas, & juſtas ſoli cives Romani, non vero peregrini contrahere poterant. Ulpian. *in fragment. tit.* 5. *Connubium habent cives Romani cum civibus Romanis, cum Latinis autem, & peregrinis, ita ſi conceſſum.* Sic intelligendus Quintilianus *declamat.* 306. *Non omnibus præmium debetur* (loquitur de nuptiis) *non petet ſervus, non petet peregrinus. Tu hanc aſſerendo matrem, incertis te parentibus eſſe, confeſſus es.* apertiſſime Seneca *Lib. 4. de benef. Cap.* 35. *Promiſi tibi filiam in matrimonium, poſtea peregrinus apparuiſti, non eſt mihi cum extraneo connubium.* Hæ ſunt juſtæ nuptiæ apud Juſtinianum in *princip. inſt. de nupt.* & apud Macrob. *Lib. 1. Saturnal. c. 6. juſtæ materfamilias*, quod ſane Auguſtus anxie curabat, ut a verbis Suetonii *in eo*, colligimus, *Cap.* 40. *Magni præterea exiſtimans ſince-*

rum, atque omni colluvione peregrini; ac ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum, ſic condocent ordinarii Interpretes *dict. princip. de nupt.* P. Martin. del Rio *in* 2. *commentar. ad Senec. in Medea v.* 115. P. Erodius *in notis ad declamat. d. Quint:* Briſſon. *Lib.* 1. *ſelect. Cap.* 13. *& de Jure connub. fol. m.* 6. Guid. Pancirol. *Libr.* 2. *var. Cap.* 7. Sigon. *Lib.* 1. *de Jur. Civ. Rom. Cap.* 9. Fran. Connan. *commen. Lib.* 8. *Cap.* 6. *numer.* 1. Marcell. Donat. *in dilucidat. ad Sueton. dict. c.* 40. *Auguſt.* Forte ex hoc more P. R. hanc Turni quærelam dat Virgil. 7. *Æneid. v.* 579.

—— Teucroſque in regna vocari,
Stirpem admiſceri Phrygiam, ſe limine pelli.

Et Terentius *in Andria Act.* 1. *Scen.* 1.

Venit Chremes poſtridie ad me, clamitans,
Indignum facinus, comperiſſe Pamphilum
Pro uxore habere hanc peregrinam.

Et *Act.* 3. *Scen.* 1.

———————— Quid hoc?
Adeon' eſt demens? ex peregrina? Jam ſcio: ah!
Vix tandem ſenſi ſtolidus.

Et infra.

Hiccine ſi me imparatum in veris nuptiis
Adortus eſſet, quos mihi ludos redderet?

16 Imò peregrinæ mulieres meretrices nuncupabantur, & meretricum habebantur loco; ſic inſinuat Terentius in his locis, & obſervavit Donatus *ad Terent. d. Act.* 1. *Scen.* 1. *& d. Act.* 3. *Scen.* 1. qui acute expendit eundem Terentium in Eunuch. *Act.* 1. *Scen.* 2.

Th. *Samia mihi mater fuit: ea habitabat Rhodi.*
Pa. *Poteſt taceri hoc.* Th. *ibi tum matri parvulam*
Puellam dono quidam mercator dedit,
Ex Attica hinc abreptam. PH. *Civem ne?* TH. *arbitror:*
Certum non ſcimus.

Quaſi digito in his verbis meretricem comicus fuiſſe Samiam deſignat, puduit ſane Thais dicere matrem ſuam meretricem eſſe, Samiam dixit, & habitantem Rhodi: & puellam à mercatore dono accepiſſe: ideò alter reſpondit, *poteſt taceri hoc*, ſic intelliges eundem *in Phorm. Act.* 2. *Scen.* 2.

Ita ne tandem quæſo, ubi abuſus ſis
Mercedem dare lex jubet ei, atque amittere; an,
Ut ne quid turpe civis in ſe admitteret
Propter egeſtatem.

Ubi iterum Donatus obſervat, expende eundem Terent. iterum in *Phorm. Act.* 3. *Scen.* 2. ſic etiam intelligo Horatium *Lib.* 3. *Od.* 3.

———————— Ilion Ilion
Fatalis inceſtuſque judex
Et mulier peregrina vertit
In pulverem.

In odium, & admirationem *peregrinam* dixit, id eſt meretricem ex patrio more. Agnoſcunt antiquitatem iſtam Donatus *in locis datis*, Martin. del Rio *in* 2. *com. Senecæ in Med. v.* 115. Janus Meller. Palmer. *in ſpecileg. ad Andriam Terentii fol. m.* 830. erudite Tiraq. *in ll. connubialib. l.* 10. *gloſ.* 1. *part.* 10 *à numer.* 34. Frid. Taubm. *ad Plaut. in Trucul. Act.* 2. *Scen.* 2. *fol. mihi* 1184. nam quamvis Connan. 7. *com. Cap.* 6. *num.* 1. videatur ſentire contrarium in 2. *Terentii* loco *in Andria Act.* 1. *Scen.* 1. & refellere Donatum, tamen ſi videret loca cætera, forte in hanc ſententiam iret: nam, ut inquit Tiraquell. quid magis pudicitiæ feminarum obſtare poterat, quam hinc inde vagari, & peregrinari: non equidem omnes peregrinæ meretricum loco haberi poterunt, cum juſtis rationib. & commorari Romæ, aliaſque peragrari civitates in cauſa hab.bant, ſed hoc negari non poterit, quin peregrinantes male audiant, & ea ratione poſſint meretrices appellari peregrinæ, cum alias leges mulierib. commendent receſſus domeſticos, & publicorum communionem damnent; Cicero *Lib.* 1. in Verrem. *Cur prudentiſſimas lectiſſimaſque feminas in tantum virorum conventum inſolitas invitaſque prodire cogis.* Inſignis eſt locus Suetonii *in Auguſto C.* 74. quem rogo videas, & familiis commendes: relege, quæ ſup. *Lib.* 3. ſcripſimus, *C.* 12, *à num.* 15.

Ex quibus omnibus ſecure percipimus Calliſtrati reſponſum *in l. de Jure* 37. *§. fin. D. ad municipal.* in quo mulieres, quæ ſe illegitimo tradiderunt matrimonio, non civitatis, ex quibus ejus mariti ſunt, muneribus funguntur, ſed ſuæ propriæ civitatis; nam quamvis aliqui de meretrice reſponſum acceperint, quorum ſententia optime proxime dictis confirmari poſſet, tamen aperte Conſultus de peregrina loquitur nupta civi Romano: ideo vocat non legitimum matrimonium: nam ſi concubinatus eſſet meretricius, nec illegitimi matrimonii nomine Conſ. deſignaret: dubitandi ea ratio fuit, nam cum uxor legitimo matrimonio in forum, & domicilium mariti tranſeat, *l. feminæ* 8. *l. nuptæ* 12. *D. de Senator. l.* 1. *§. ſi vir, aut uxor, D. ad Senatuſconſultum Syllaman. l. penult. D. de juriſdict. l. exigere* 65. *D. de judiciis, l. ſi in patria, C. de incolis*, Accurſius *in l. domicilium, D. ad municipal.* latè Tiraquel. *in connubialib. l.* 1. *gloſ.* 1. *part.* 1. *numer.* 28. *&* 33. *Covar. in epitom. Lib.* 4. *decretalium* 2. *part. Cap.* 7. *§.* 1. *numer.* 6. 7. *&* 9. Velaſco *de privileg. miſerabilib. perſonar. quæſt.* 3. *numer.* 205. Anton. Pichard. *in prælection. ad titulum, D. de legat. Cap.* 18. *numer.* 12. & latiſſime *in diſputat. de nobilitat. communicat. ex numer.* 15. D. D. Franciſc. Salgad. *de retention. bullarum* 2. *part. Capit.* 33. *numer.* 74. Curia Holan. *dict. deciſion.* 5. latè etiam D. Joann. Baptiſt. Larrea *tom.* 2. *deciſion. Granaten. diſputation.* 63. per totam (qui innumeros alios referunt) Cujacius *in commentario ad dict. l. penultim. de juriſdiction.* tamen hoc tributum fuit legitimo matrimonio, non vero contracto contra leges Populi Romani, ut inquit Macrob. *dict. Lib.* 1. *saturn. Cap.* 6. Cum his perpende ſententiam Alciati *in l. cunctos, C. de Summa Trinitat.* qui contrarium ſentire videtur. Nec iſta 19
indigna Populo Romano cenſeri debent, cum & Athenienſium Reſpublica, à qua ſuas leges deſumpſit Roma, nuptias cum peregrino prohibuit, nec legitimum filium habuit, niſi procreatum ex patre, & matre Athenienſibus, ut teſtis omni exceptione major eſt Demoſthen. *in oration. contra Neer.* & Themiſtius *oration.* 1. Plato *Lib.* 6. *de legibus*, Ariſtotel. *Lib.* 3. *Polit. Cap.* 5. & prænotarunt Franciſc. Connan. *Lib.* 8. *commentarior. Cap.* 6. *num.* 1. D. Gothofred. *in notis ad fragmenta. Ulpian. titul.* 5. ſic etiam Thebani peregrinus nuptias reprobarunt, ut optimus locus eſt apud Euripid. *in Phœniſ. verſ.* 340. *cum ſequentibus*, & aliæ gentes, quas mihi longum eſſet dare, ſat erit, execrari, & maledici cum peregrino nuptias apud Senec. in *Medea V.* 115.

———— Tacitis eat illa tenebris
Si qua peregrino nubit fugitiva marito.

Et hoc per rationes, quas eleganter peſonat Themiſt. & deſcribit Plato, *ubi proxime*, tu vide Alexand. ab Alexand. *Lib.* 4. *dier. geni. Cap.* 10. Alciat. *Lib.* 1. *parerg. Cap.* 14. D. Gothofred. *in notis ad Cicer. Lib.* 3. *Officior. num.* 47. & quæ ſcribo infra *Lib.* 5. *Cap.* 8. *à num.* 16.

Plura alia exempla facile adderem, ut magis pernoſceremus, quantum Juris Civilis peregrini expertes eſſent: ſed quæ major religio, ſive dura animadverſio in eos, quam Claudii conſtitutio apud Sueton. *in eo Cap.* 25. *qui peregrinæ conditionis ho-* 20
mines vetuit uſurpare Romana nomina, duntaxat gentilitia, à quo deſumpſit Alexand. Neapolitan. *dict.*

Cap.

21 *Cap.* 10. Nec hæc Juris communio cum peregrinis levi manu in Populo Romano prohibita erat, ſed capitalis erat pœna præſcripta adverſus peregrinos, Civilia Jura uſurpantes, & ſe tanquam Romanos Cives gerentes: ſic ſane ſpeciali edicto ſanxivit Claudius *apud Sueton. dict. Capit.* 25. *Civitatem Romanam uſurpantes in campo Eſquilino ſecuri percuſſit*, ſed multo ante lex Licinia, & Mutia lata fuit adverſus peregrinos, qui ſe pro civibus geſſerant, ut refert Appian. *Lib.* 1. Cicero *Lib.* 3. *officior.* & ex aliis Calvin. *in leg. Roma.* Mar-
22 cell. Donat. *in dilucidation. ad Sueton. Cap.* 40. & alii legum Romanarum compilatores: unde criminationes profluebant peregrinos adverſus, qui ſe civitati, tanquam cives, ingerebant Romanæ, ubi paſſus fuit Archia poëta, & L. Cornelius Balbus, pro quorum defenſione elegantiſſimas peroravit
23 orationes Princeps ille eloquentiæ Tullius. Hi autem peregrini dicebantur peregrinitatis rei, Sueton. *in Claud. Cap.* 15. *peregrinitatis reum, orta inter advocatos levi contentione, togatumne an palliatum dicere cauſam oporteret, quaſi æquitatem integram oſtentans, mutare habitum ſæpius, & prout accuſaretur, defenderetur ve, juſſit.* Advocati autem contentione aliqua præluſerant in cauſa an reus peregrinitatis togatus, ut civis Romanus; palliatus, utpote Græcus, aut peregrinus in judicio ſtare deberet: ſed ſupinitate maxima Claudius alternabat veſtimentum; quando actoris, ſeu accuſatoris advocatio detonabat, pallio veſtiebat, quando ipſius rei defenſio ſuccurrebat, toga: & id magna æquitatis oſtentatione, ſed inſipientiſſima, cum ea ſtandi ratio admitti debebat à jure poſſeſſionis, in qua tempore delationis ſteterat reus. Vide tamen Briſſon. *Lib.* 1. *ſelectarum, Cap.* 13. Alciatum *Lib.* 1. *Parerg. Capit.* 14. *in fin.* Philipp. Be-
24 roaldi *ad Sueton. ibi.* Denique ſiſto, addens, Craſſum & Scævolam Conſules, ſpecialem tuliſſe legem, ne pro cive peregrinus ſe gereret; ſic teſtificatur Cicero 3. *Officior. numer.* 47. *Nam eſſe pro cive, qui civis non ſit, rectum eſt non licere: quam tulerunt legem ſapientiſſimi Conſules Craſſus & Scævola, uſu vero urbis prohibere peregrinos ſane inhumanum eſt*, eam ſane legem Claudius majori ſeveritate firmavit.

25 Hæc præſtitimus exempla, ut illis apertius cognoſceretur, quanto peregrini Juris Civilis expertes ſint, & ut illa poſſint aperire viam quæſtioni noſtræ de poteſtate teſtandi, & fideicommittendi peregrinorum: poſt *conſtitutionem* autem Imperatoris Friderici ſecundi *de ſtatutis, & conſuetudinib.* §. *omnes peregrini*, à quo deſumpta fuit *Authentic. omnes peregrini, C. communia de ſucceſſionibus* & noſtra patria *l.* 2. *titul.* 2. *Lib.* 5. *ordinament.* quibus ſpecialiter teſtamenti factio peregrinis, & advenis datur, & qualiter poſſint, vel non, teſtari de bonis in extraneo territorio, ſeu regione manentibus, quod copioſe diſputarunt Interpretes, quos refert Didacus Pérez de Salamanca *dict. l.* 2. *ordinamen.* Spino. *in Speculo teſtament.* 3. *part. rubr. numer.* 3. Rebuff. *ad conſtitution. Regias in proœm. gloſ.* 5. *num.* 82. Menchr. *de ſucceſſion. creat.* §. 11. *num.* 65. & §. 24. *numer.* 4. Valentin. Forſter. *de ſucceſſionib. Lib.* 1. *Cap.* 25. *numer.* 2. Anton. Gomez *in l.* 5. *Tauri numer.* 2. Azeved. *in l.* 4. *tit.* 4. *Lib.* 4. *Recopilation. num.* 13. J. Paponius *Lib.* 5. *titul.* 2. *articul.* 2. *cum ſequentibus*, latiſſime Renatus Choppin. *de doman. Franc. Lib.* 1. *titul.* 2. *per totum*, Franciſc. Connan. *Lib.* 9. *commentarior. Cap.* 4. *nu-*
26 *mer.* 7. Id ſane nos non diſquirimus, hos ſane conſulat, qui voluerit illud pernoſcere; nunc ſane noſtri officii eſt, præmittere, ſi peregrinus homo è media Juriſprudentia poſſet Jure Civili teſtamentum condere, & fideicommiſſum relinquere. Quoad teſtamentum negant Franciſc. Connan. *dict. Cap.* 4. *numer.* 7. Briſſon. *dict. Lib.* 1. *ſelectar. Cap.* 13. Pancirol. *in theſaur. variar. lect. Lib.* 2. *Cap.* 7. Duaren. *in commentar. ad titulum, D. ad l. Falcidiam, Capit.* 1. Anton. Pichard. *in princip. inſtitut. de hered. inſtituend.* Cujacius *in l. Divus* 31. *D. de jure fiſci*, negant ſane peregrinum Jure Civili teſtamentum condere poſſe: ex his duo, Franciſc. Connanus, & Cujacius, quia fiſcum heredem peregrinus habet, cæteri quia omnino Juris Civilis incapax. Sed omnino in contraria ſententia iverunt A. Alciat. *in l. cunctos, C. de ſumma Trinit. num.* 25. & 28. & *in l. inter claras, C. eodem, num.* 16. & 17. enixe Pet. Gilken. *in l.* 1. *C. de hered. inſtituen. à num.* 13. *cum ſequentib.* defendentes Jure Civili peregrinum teſtari poſſe. P. Faber autem 2. *ſemeſt. Cap.* 13. ad teſtandi facultatem peregrinum admittit, ſed Jure Gentium, nulla ad id ratione, aut reſponſo addito, & lætarer valde, ſi eruditus vir ſerius eam ſententiam firmaſſet. Ego ſane peregrinum teſtari non poſſe Jure Civili è recta Juris ratione dijudico: nam cum peregrinus civis Romanus non ſit, non video qua ratione poſſit Jure Civili teſtari: nam cum omnia Civilia Jura ei abnegata ſint, ut abunde probavimus, eadem ratione nec teſtamentum condere: nam quamvis nullum detrimentum cæteros inſequatur cives, quod peregrinus teſtamenti poteſtate Civili fruatur (quæ ratio apud Alciatum prævaluit) tamen ſic Jura Civilia comparata ſolum civibus ſunt, quod ſoli ipſi debeant illis uti, id ſane privilegium civitatis eſt, nam alias ſi jura civitatis omnibus communia eſſent, nullus eſſet qui numero civium cenſeri vellet ad onera, ad bella, ad tributa, & ſic plena advenis, & peregrinis ingens civitas Romana everteretur facillime, ſi nullus eſſet, qui Jure Civis poſſet compelli onera ſubire civilia. Si enim legitima matrimonia peregrinis interdicta erant (ut proxime ſcripſimus) cum tamen tantum Populus Romanus nuptiis ſtuderet, pœnis, & præmiis cives cogens ſuos, quis hoc Jure perpenſo Jura teſtamentorum audebit communicare peregrinis? Quid ultra? ſi nomina Romana ferre graviſſime peregrinis prohibitum fuit, hic ſcrupulus deterret mentem ab ea cogitatione, dandi peregrinis teſtamenti factionem. Sed ut firmemus iſta magis, animadverte *Cap.* 1. & 2. legis Falcidiæ *in l.* 1. *ad eum titul.* inſertum, & leges ſoli civi Romano teſtandi indultam facultatem, & apertiſſime Ulpian. *in fragmentis tit.* 22. §. 14. congruit nova *conſtitutio Frideric. dict. authent. omnes peregrini. C. communia de ſucceſſion.* & *l.* 1. *C. de emancipat. Liber.* & Cicer. *in oratione pro Arch. poëta* quem ut à peregrinitate excluderet, argumentum dat, Romanis legibus teſtamentum feciſſe, *quæ tu criminaris, nec ipſius quidem judicio eum in civium Romanorum jure eſſe verſatum, & teſtamentum ſæpe fecit noſtris legibus.*

Similiter nec peregrinus heredem ab inteſtato 27
Jure Civili Romanorum habere poterat, quia eadem incapacitas ei obſtabat, ut illa perfrui lege poſſet, ſic ſentiunt Cujac. *in l.* 1. *C. de heredib. inſtituend.* & in *l. unica, C. de caducis tollend. ad finem*, & *in l.* 32. *D. de jur. fiſc.* Franciſc. Connan. *Lib.* 9. *commentariorum, Cap.* 4. *numer.* 7. ea ſane ratione, quam longius digeſſimus, *Capit.* 10. *ſupra à numer.* 19. & *Capite iſto, numer.* 10. ut ego intelligo civilem ab inteſtato heredem, ordine, & modo à lege civili præſcripto; at vero naturalem ab inteſtato peregrino non denego heredem, cum & illæ ſucceſſiones Jure Gentium comprobatæ ſint, *l. ſi pater* 6. *ibi & rei æquitas, l. ſcripto* 8. §. 1. *D. ſi tabul. teſtament. nullæ ex tab. l. cum ratio* 7. *D. de bonis damnat. l. nihil intereſt* 50. §. 2. *D. de bonis libert. l. Julianus* 26. §. 1. *D. ſi quis omiſſa cauſa teſtament.* expreſſe Caſſiodor *Lib.* 9. *epiſt.* 14. quem explicamus *infra num.* 42. Sic ſane apud

 omnes

omnes Gentes obtentum eſt, quod filii, & proximiores ſuis ab inteſtato ſuccedant: unde quamvis apud Germanos nullum eſſet teſtamentum, admittebantur ſucceſſiones ab inteſtato, Corn. Tacit. *de moribus eorum. Heredes tamen ſucceſſoreſque ſui cuique liberi: & nullum teſtamentum, ſi liberi non ſunt, proximus gradus in poſſeſſione, fratres, patrui, avunculi*, dixi ſupra *Cap.* 13. *num.* 9. vide Gilken. *in l.* 1. *C. de hered. inſtit. num.* 7. & 8.

28 Hæc cuncta in peregrinis circa civilia admittimus, & recta Juris ratione procedunt; ſed quoad Jura Gentium longe diverſum ducimus: nam omnes Juris Gentium contractus illis permiſſi ſunt, ut in deportato ſupra *Cap.* 10. probavimus, ſic fideicommiſſum capere ex teſtamento civis Romani poterat, quia cum fideicommiſſum Juris Gentium eſſet totum in fidei præſtatione ſiſtens, merito dicemus capere peregrinum poſſe, utpote deportatum defendimus ſupra *Cap.* 11. *per totum*, & ita in utroque; ſic percipiebamus *princip. inſt. de fideicomm. hered.* & ſpecifice in peregrin. Theoph. & Broæus, & Anton. Pichard. *ibi* Duaren. *in l.* 12. *§. regula, D. de leg.* 1. Pancirol. *Lib.* 2. *Theſ. variar. lection. Cap.* 7. & alii inſtitutionum Interpretes *dict. principio de fid. hered.* Eademmet ratione adducor, peregrinum poſſe ab inteſtato fideicommiſſum relinquere, juribus, & fundamentis, quibus probavimus, id etiam poſſe deportatum facere, *Cap.* 13. cui nihil habeo, quod inſuper addam.

29 Sed fortiſſimum dabimus fundamentum, ſi probaverimus peregrinum Jure Gentium teſtamentum condere poſſe de rebus in populo exiſtentibus Romano, & hoc de media Juriſprudentia: ita ſane credo, quod ratione legitima, & autoritate conſtruemus. Conſidero mehercle peregrinum hominem rerum omnium, actuumque cunctorum Juris Gentium capacem eſſe, utpote illum, qui pleniſſima, & abſolutiſſima fruitur libertate, nullo debili delicto, nullo præpedita impedimento: ſic ergo eſt, quod omnes contractus Juris Gentium celebrat, non quod illis effectus aliquos Civilis Juris attribuamus, qui ſolum civibus Romanis aſſervantur, ſed Naturales: ita ut utiliter ex illis contractibus agat, argument. *l. ſi mandavero* 22. *§. is cujus, D. mandati*, ut latius præſcripſimus *ſupra Capit.* 10. & *Cap.* 13. & cum teſtamentum inventione Juris Gentium ſit, ut pluries Capitibus præcedentibus præſervavimus, nullam æquam reperio rationem, qua peregrino contractus Juris Gentium liceat, & non eodemmet Jure naturalis teſtandi
30 facultas. Nec ideò, quod peregrinus homo, ſine civilibus ſolemnitatibus teſtetur, melioris conditionis judicari debet, quam Romanus civis: nam quamvis illius teſtamentum duobus, vel tribus teſtibus conſtet, carebit ſane privilegiis aliis, & favoribus, quibus Legumlatores teſtamenta Romanorum proſecuti fuerunt; non denique teſtamentum peregrini lex Falcidia, non Trebellianum gubernabit firmabitque, non actiones civiles ejus ad implementum dabunt, ſed ſolum Jure Gentium ſtabit, quod quidem effectus ſuos proprios teſtamento illi naturali præſtabit, utiles ſane actiones, & exceptiones, *l. Juris Gentium* 7. *§. ſed cum nulla* 4. *D. de pactis*, ut in fideicommiſſis dicebamus, quæ cum non civilis, ſed Juris Gentium eſſent, non per formulam, non directam actionem demandantur, ſed extra ordinem, rei aliqua perſecutione, ſcilicet utili, & naturali, ut ex Conſultis Ulpian. *titul.* 25. & aliis præſcripſimus *ſupra Cap.* 11.
31 *numer.* 10. Nec novum eſt in noſtro Jure Civili, quod actus aliqui in ſua originali natura conſiſtant, & iidem etiam Jure Civili veſtiti. In pactis ſane id perſpicuum eſt, quæ in mero Jure Naturali fidem præſtandi recipiuntur in Jure; & in ſtipulationem deducta, Juris omnimodo Civilis ſunt: & ſic habent effectus varios: directas actiones ſtipulationes ſolummodo. Sic etiam teſtamenta: nam in cive Romano Juris Civilis ſunt, in milite Juris Gentium: ſic alii contractus in civibus civilitatem præ ſe ferunt, in deportatis, & peregrinis nudum Jus Gentium, ut diximus *Cap.* 10. quid ergo legitimum obſtare poterit, quominus in peregrino naturale admittamus teſtamentum, & in cive Romano civile, cum perſonarum qualitate, & diſcrimine legitima Juris ratio diformiter procedat, & conſtituat in cuncto Civili Jure? Nec ideò, quod admittamus Juris Gentium teſtamenta, poterit Romanus civis illo jure teſtari, cum liceat peregrinis; nam cum teſtamentum civile Publici Juris ſit, *l.* 3. *D. de teſtament.* cujus rationem nos altius exegimus *ſupra hoc. Lib.* 2. *Capit.* 2. non poterit Romanus civis, niſi Civili Jure teſtari: ſecus peregrinus, qui cum ad illud Jus Publicum admiſſus non fuerit, non eſt quod ei aliquid imputari poſſit, quod Jure Gentium ſuam poſtremam mandet voluntatem: quid ergo quæſo a doctis in peregrino rationis, aut culpæ dari poterit, qua non teſtari poſſit Jure illo Naturali, quod proprium ſibi commune illud Gentium reſervavit? cum ſi cæteri contractus minus favorabiles ipſi reſervati ſunt, multo magis, & piiſſima teſtandi facultas, quam in ſolatium ſui invenere Gentes, *l.* 1. *C. de Sacroſanct. Eccleſiis.*

Cum his à recta ratione deductis, accedo ad 32
difficillimum Ulpiani fragmentum *titul.* 20. *§.* 14. quod in aſſequenda ejus ratione, & mente, una & altera die animum noſtrum vexavit: unaquæque ejus particula reſiſtentiam juri, & latinitatis regulis ex compoſito opponere videtur. De teſtamento Dedititiorum Conſultus loquitur ſic. *Is autem qui Dedititiorum numero eſt, quoniam nec quaſi civis Romanus teſtari poteſt, cum ſit peregrinus, nec quaſi peregrinus, quoniam nullus certæ civitatis, ſciens ut adverſus leges civitatis ſuæ teſtetur.* Hanc lectio- 33
nem conteſtantur editiones omnes, ut apud Cujac. Gothofred., J. Tilium: & Cujacius τὸ *ſciens* corrigit, & reponit *civis ſit*, & illa *adverſus leges* interpretatur ſecundum leges, quem conſectantur Gothofred. hoc in loco, Calvin. acerrime *in lexico Juris* verbo, *adverſus*: & Hotoman. quem ipſe refert; ſed Robert. 2. *recept. Cap.* 32. notavit Cujac. Nos ſane ſine vulneris remedio, & τὸ *adverſus* in ſua naturali ſignificatione accipientes, intelligemus Ulpianum, eruentes ejus certiſſimam (ni vehementer fallimur) mentem: ſed ut fragmentum iſtud noſtræ quæſtioni aſſumamus, ſatis aperte Ulpianus peregrinum teſtari poſſe ſupponit, ſiquidem nec ut peregrinum teſtamentum condere
Dedititium docet. Sed cum ſubſequentibus ver- 34
bis fortiſſime noſtram ſententiam repelles, aut falſam ſententiam Conſulti definies: quod peregrinus teſtari poſſit de bonis, quæ in municipio, aut civitate ſua haberet: & tunc jure municipali ſuæ civitatis, quamvis teſtamentum Romæ celebraverit, quæ ſententia apud noſtros Interpretes receptiſſima fuit, ut colliges ab Antonio Gomez. Forſterio, & aliis *ſupra numer.* 25. congeſtis: nam ea ratione inquit Juriſconſultus, Dedititium teſtari non poſſe, utpote peregrinum, quia nullius certæ civitatis civis *eſt* (ut reponit Cujacius) ut *adverſus* id eſt, ſecundum *leges civitatis ſuæ teſtetur*: ideò ergo, legitime inferimus, peregrinus teſtatur, quia certam civitatem habet, & ſecundum leges civitatis ſuæ teſtari poſſit, non vero Dedititius, quia nec certam civitatem habet, nec ſecundum ejus leges ultimam voluntatem relinquere poſſit.

Hæc ſane ſententia in abſtracto certiſſima eſt, ſed tanquam vi, & armis in fragmentum infertur Ulpiani, quod docti ex ſequentibus comprobabunt:

bant: longe aliter ſubtiliſſima Conſulti mens provolavit, quippe quidem altiſſimam præſtat rationem, quare Dedititius homo non poſſit teſtari, utpote peregrinus, & ratio in duas dividitur partes, una
35 quia nullius certæ civitatis, id eſt ſit per [illegible], certum enim eſt Dedititios libertos illos eſſe, *qui*
36 *pœnæ cauſa vincti ſunt à domino, quibus veſtigia ſcripta fuerunt, qui propter noxam torti nocenteſque inventi ſunt; quive traditi ſunt, ut ferro, aut cum beſtiis depugnarent, vel in cuſtodiam conjecti fuerunt, deinde quoquo modo manumiſſi ſint*, verba Ulpiani ſunt in *fragmentis titul.* 1. §. 11. Hi ſane ſervi propter reprobam conditionem, & infamiam ex delictis contractam, quamvis à domino manumiſſi fuerunt, ex legis Æliæ Sentiæ conſtitutione non civitatem Romanam adipiſcebantur, ſed nec plenam liber-
37 tatem, qualem Latini, imò quaſi ſervi dediti erant poteſtati dominorum, ita ut nec teſtamentum condere poſſent, imò dominum ſucceſſorem haberent, cum quidquid acquirerent, manumiſſorum facerent; fragmentum antiqui Juriſconſulti *ex Doſithei grammatica* (cujus verba infra dabo). Ulpian. *dict. titul.* 1. Gaius *Lib.* 1. *inſtit. titul* 1. §. 4. *l.* Paul. *Lib.* 4. *ſententiar. titul.* 12. fere per totum, §. *libertinorum* 4. *inſtit. de libertin.* ubi Theophil. late explanat: Iſidor. *Lib.* 9. *orig. Cap.* 4. & præter ordinarios in his locis, & plures alios alibi A. Politian. *Miſcel. Cap.* 84. Alciat. *Lib.* 1. *parerg. Cap.* 14. Conan. *Lib.* 2. *commentar. Cap.* 6. *num.* 2. & 3. Marcell. Donat. *in dilucid. ad Sueton. Cap.* 40. P. Pithœus *Lib.* 2. *ſubceſ. Cap.* 9. Renatus Laurent. *ad Tertullian. de pallio*, Roſin. *Lib.* 1. *antiq. Roman. Cap.* 20. Ita ſane mecum reputo, quod Dedititii non plane liberi eſſent, aut plene, ſed libertatem manumiſſione indultam, quaſi ſopitam, aut vulneratam haberent: ſic alias male auditus,
38 aut acceptus, optime intelligendus eſt Cicero. *in Topicis, numer.* 7. *Tum partium enumeratio, quæ tractatur hoc modo, ſi neque cenſu neque vindicta, neque teſtamento liber factus eſt, non eſt liber, neque eſt ulla earum rerum. non eſt igitur liber.* Explicat Tullius argumentum ab enumeratione partium, & probat manumiſſionis ſumpto exemplo; nam cum legitima, & juſta libertas à manumiſſione per cenſum, per vindictam, per teſtamentum orietur, Ulpian., Juſtinian., Gaius *in locis proxime deſignatis*, quamvis per epiſtolam, inter amicos, in convivio ſervus à domino manumitteretur, vel alio modo, non plane liber eſt, cum infectam libertatem habeat. Aperte etiam Cornelius Tacit. *Lib.* 13. *Annal.*
39 *Quin, & manumittendi duas ſpecies inſtitutas, ut relinqueretur pœnitentiæ, aut novo beneficio locus, quos vindicta patronus non liberaverit, velut vinculo ſervitutis attineri*, ſic intelligo Tertullian. *de pallio*:
40 *quantum denotatui paſſivitas offert, libertinos in equeſtribus, ſubverbuſtos in liberalibus, dedititios in ingenuis, rupices in urbanis, ſcurras in forenſibus, paganos in militaribus*, queritur autem Tertull. de hominum perverſo ordine (qui & nunc inverſus) libertinos utpote equeſtres veſtitos incedere; ſic ſubverbuſtos, utpote liberos. Subverbuſtos autem vocat ſervos στιγματίας, notatos, & uſtos in fronte, & verberatos, uti explicant Scaliger. *ad Feſtum*, verbo *ſubverbuſtam*, Renatus Laurentius, P. Cerda, Salmaſius *ad Tertullian.* hic Dedititios equidem ex doctrina Ulpiani *dict. titul.* 1. & Gaii eodem 1. *titul.* & aliis datis: & quamvis Tertullianus ſtatim addat *Dedititios in ingenuis*, quibus videtur diſcriminare eos à ſubverbuſtis, & ſubverbuſtos, & notatos ſervos non eſſe Dedititios, non ita eſt: nam *Dedititios* de hoſtibus Dedititiis accipiunt P. Cerda, & Renatus, ex more, quem jam damus: ſic ergo erat, quod Dedititius homo non plane liber eſſet. Sed ſtrictius hoc probavit fragmentum antiqui Juriſconſulti, *ex Doſithei magiſtri grammatica. Antea enim una libertas erat vindicta, vel teſtimonio* (repone *teſtamento*) *vel in cenſu, & civitas Romana competit manumiſſis; quæ appellatur legitima libertas; hi autem qui domini voluntate in libertate erant, manebant ſervi, & manumiſſores audebant in ſervitutem denuo eos per vim ducere. Interveniebat Prætor, & non permittebat, manumiſſum ſervire. Omnia tamen, tanquam ſervus acquirebat manumiſſori, vel ſi quid ſtipulabatur, vel ſi per ſcripturam acceperat, vel ex quacumque cauſa alia acquiſierat, domini hoc faciebat, hoc eſt manumiſſi ad patronum pertinebat*, uti erudite obſervavit Theodor. Marcil. *ad Perſ. Satyr.* 5. ibi: *Hæc mera libertas*, & ibi Joann. Tornorupæus, Juſtus Lipſius *ad Tacit. dict. Lib.* 13. *num.* 85. Cujac. *in paratit.* l. *de Dedititia libertat. tollend.* Nam ſi Latinis, qui excepta civitate Romana, veram libertatem obtinebant, hi Dedititii inferiorem, & peſſimam habebant libertatem, ut inquit Juſtinian. *dict.* §. 4. & ibi Theoph., Ulpian., & Gai. proxime, neceſſario infertur compreſſam libertatem Dedititios habuiſſe. Cuncta iſta Deditionis origo maxime firmat, cum 41
Dedititii liberti inducti fuerint ad formam populorum rebellium, & contumacium, qui ſecundo aut ſæpius debellati imperio, & poteſtati Romanæ ſe dedebant, cum omnibus ſuis fortunis, ſacris, & rebus: celebre illud Deditionis exemplum, fere nulli ignotum ſed aptiſſimum, accipe ex T. Livio *Lib.* 1. deditionis Collatinæ, in qua Rex interrogat his verbis Collatinos legatos. *Eſtiſne vos legati, oratoreſque miſſi à Populo Collatino, ut vos, Populumque Collatinum dederetis? Sumus. Eſtne Populus Collatinus in ſua poteſtate? Eſt. Deditiſne vos Populumque Collatinum,* 42
urbem, agros, aquam, terminos, delubra, utenſilia, divina humanaque omnia in meam, Populique Romani ditionem? Dedimus. At ego recipio. Alia exempla ab eodem Livio, Plauto, Cæſare, Valerio eruditiſſimus Briſſonius nobis *Lib.* 4. *formul.* dat, quam antiquitatem ante eum prælustrarunt, Angel. Politian. *dict. Cap.* 84. *Miſcell.* Alciat. *dict. Lib.* 1. *Parerg. Cap.* 14. Cujacius *in l.* 5. *D. de juſtit. & jur. & in parat. ad titulum C. de Dedititia libertat. tollend.* Connan. *dict. Lib.* 2. *commentar. Cap.* 6. *num.* 3. Frid. Taubm. *ad Plaut. in Amphyt. act.* 1. *Scen.* 1. Perpende ergo, ſi hæc erat deditionis formula, & vis, ſi ad exemplum dediti populi, & reprobi ſervi, quamquamvis manumiſſi, dediti dominorum poteſtati adhuc obnoxii erant: ſic merito, introſpecta ſervi conditione, lege Ælia Sentia ſanciente: addubitare licebit, quin libertini Dedititii potius obumbratam libertatem gererent, quam veram. Unde erat, quod dominos haberent heredes, cum fortunas ſuas deditas illis legis poteſtate 43
tenerent. Quid ultra? liberti Dedititii, quia non juſtam manumiſſione prima obtinebant libertatem, iterum vindicta, cenſu, aut teſtamento poterant manumitti, utpote Latini Juniani, quod ſane exiſtimo, ſi aliqua juſta cauſa interveniebat (ne videamur contra Gaium ſentire *Lib.* 1. *inſtit. tit.* 1. §. 5.) nam non magis Æliæ Sentiæ dominus, quam teſtator legi Falcidiæ derogare poterat bono publico introductis (ut hoc *Lib.* late præſcripſi) ut plena cis uno ex tribus modis præſtaretur libertas; Plinius *Lib.* 7. *epiſt.* 16. *confido facile me impetraturum, ex itinere deflectas ad te, ſi voles vindicta liberare, quos proxime inter amicos manumiſiſti.* id voluit Tacitus *Lib.* 13. *Annal. Quin & manumittendi duas ſpecies inſtitutas, ut relinqueretur pœnitentiæ, aut novo beneficio locus.* Plautus in vulgatiſſimo illo carmine.

Sed meliore eſt opus auſpicio, liber perpetuo ut ſiem.

Fragmentum antiqui Juriſconſulti *apud Doſitheum. Hic autem, qui manumittitur, quocunque ſit annorum, Latinus fit, & ſolum ei hoc procedit libertas, ut iterum manumitti poſſit, & civis Romanus fieri*, uti jam viderunt Pithœus 2. *adverſar. Cap.* 9. Marcell.

43 & Lipſius *ſupra*. Tam proxima iſta connexa cum ſervitute libertas Dedititia erat, quod quaſi natæ, ſaltim non difficile eſſet dominis iterum in plenam ſervitutem revocare Dedititios: Tacitus ſic intelligendus, *ut relinqueretur pœnitentiæ locus*, & Plautus *ſupra*: *liber perpetuo, ut ſiem*, fragmentum antiqui J. Conſulti. *Hi autem, qui domini voluntate in libertate erant, manebant ſervi; & manumiſſores audebant in ſervitutem denuo eos per vim ducere*, &c. forte ſic intelligi poteſt Marcian. *in l. & ſervorum* 5. §. *fin D. de ſtat. homin.* ibi: *Si ancilla prægnans manumiſſa ſit, deinde ancilla poſtea facta*, Conſule Marcilium, & Lipſium *ſupra*.

44 Iſte ergo Dedititius homo, quomodocumque eum conſideres, civis alicujus civitatis in orbe terrarum exiſtere non poteſt, nec tanquam civis cenſeri: non ſane civitatis Romanæ, quia aperta lege Ælia Sentia ei denegatum fuit, cum & Junia Norbana idem prohibitum eſſet Latinis; qui clariore fruebantur libertate, ſane intermedia inter illuſtrem illam civitatis Romanæ libertatem, & reprobam Dedititiorum. Nec civitatis illius civis eſſe poterat, unde Dedititius originem ducit, vel alterius; in qua, ante labem ſervitutis, receptus fuiſſet: nam ſi Dedititium hominem ſervum, vel quaſi conſideramus, in numero nullius civitatis cenſeri poteſt, cum dominicæ poteſtati ſubjectus ſit, *toti tit. de Capt. usu. de captiv. & poſtlim. reverſ. ad municip. & de incolis* proclamant, & fere cunctum Civile Jus: & ſi tanquam plene libertinum judicas, etiam ſine impedimento, & repagulis legis Æliæ Sentiæ, ſequitur ori-

45 ginem, vel domicilium patronorum: tunc ſane cenſentur naſci liberti, cum tanquam mortui in ſervitute eſſent, vel quadrupedantum numero aggregati fuiſſent, *l. adſumptio* 6. §. *libertini*, *l. filii* 22. *l. ejus qui* 27. *D. ad municip. l.* 2. *C. de municip. & orig. Lib.* 10. *l.* 3. §. *liberti* 8. *D. de muner. & hon.* Sed ſi, quod verum eſt, iſtos homines deditos conſideres, nec ſuam civitatem retinent, deditione tanquam ſervitute amiſerunt

46 eam, *l. eos* 4. *l. poſtliminio* 17. *D. de captivis, & poſtl. reverſ. l. fin. D. de legat.* Cic. *in Topicis*, & *Li.* 3. *de orator. & in orat. pro Cæcin.* cujus verba refert ad idem Car. Sigon. *Lib.* 1. *de antiq. civ. Rom. Cap.* 6. comprobantque A. Fab. *in Juriſp. Papin. tit.* 11. *princip.* 8. *illat.* 1. D. Melchior Vallentia *illuſtr. Lib.* 2. *tract.* 3. *Cap.* 6. & latè D. Joan. Baptiſt. Larrea *tom.* 1. *deciſ. Gran. diſp.* 9. *à num.* 68. præter ordinarios in his locis. Si deditionis formulas reſpicis, invenies populos, hominesque deditos in poteſtate Populi Romani, & patronorum, ut nullum dubitandi veſtigium remanere queat, an civitatem deditus poſſit habere. Hæc cuncta, quæ longo, & neceſſario tractu deduximus, aperiunt clauſtra verbo-

47 rum Ulpian. *in fragmentis dict. titul.* 20. §. 14. adſerentis Dedititium, nec quaſi peregrinum poſſe

48 teſtari, quoniam Dedititius nullius certæ civitatis ſit, imò ut probavi, quaſi ſervus manumiſſoris, ut enim Jure Gentium frui quicunque homo poſſit, & actus Juris Gentium celebrare, plenam, & abſolutam libertatem primo tenere debet; nam ſi ſervus eſt, ſi addictam alicui poteſtati, vel deditam habet libertatem: tunc libertas magis vera ſervitus erat, aut ſaltim ſuppreſſa cenſebitur: nihil enim aliud ſervitus eſt, quam ſubjectio manui, & poteſtati alicujus contra Naturale Jus, quo omnes homines liberi naſcebantur, §. *Jus autem Gentium inſt. de Jure Natur.* §. 2. *inſt. de Jur. perſ. principium inſt. de libertin. l. manumiſſiones* 4. *D. de juſt. & Jur.* & ſic Jus Gentium iſtis ſubjectis hominibus impeditum eſt, nam cum libertas ſit naturalis facultas ejus, quod cuique facere libet, §. 1. *inſt. de Jure perſon.* ſervitutis jure compedita libertas jacet. Sic eodem modo (in quo ſecundum requiſitum conſiſtit) cum Jus Gentium nihil aliud ſit, quam Jura quædam, quæ uſu, & neceſſitate exigente, gentes humanæ univerſaliter introduxerunt *dict.* §. *Jus autem Gentium*, ita ut omnes Populi, qui legibus, & moribus reguntur, partim ſuo proprio, partim communi omnium hominum jure utuntur, *l. omnes populi* 9. *D. de juſt. & jur.* inde neceſſario fit, quod ad Juris Gentium uſum præter naturalem libertatem quis debeat habere uſum, & domici-

lium alicujus certæ civitatis: non enim liber ho- 49

mo, tanquam fera ſaltibus, & rupibus habitationem conſtituit: nam poſtquam Jure Gentium gentes in civitates, & populos coactæ fuerunt, *l. ex hoc Jure* 5. *D. de juſt. & jur.* (quod alibi latius tracto) ſemper in homine libero damus certam civitatis ſedem, in quo commercium naturale hominum conſiſtit, & ipſe exercet. Quod velim intelligas, non quod homo liber formaliter civis illius loci vel civitatis exiſtere debeat, quod in numero civium cenſitus ſit, id ſane ad civilia jura prodeſſet, ſed ad Jus Gentium, ſufficit quod civili univerſitati, ſive populo aggregatus, & immixtus ſit, quam congregationem Jus Gentium introduxit: unde præclariſſime capies Ulpian. *dict.* §. 14. *d. tit.* 20. qui ſcripſit ſolum *quoniam nullius certæ civitatis*, ſcilicet ſic: quod cum non perciperet Cujac. repoſuit, *civis*, non id voluit Conſultus, ſed quod peregrinus alicujus certæ civitatis eſſet, ut conderet teſtamentum: propter quod liber homo civis omnium mundi civitatum quoad Jus Gentium ſit, & conſideretur *dict. l. omnes populi* (quam ſententiam multis hinc inde collectis, & ordinatis pulcherrime exornavimus *Lib.* 5. *Cap.* 9.) eo enim ipſo quod alicujus civitatis liber homo ſit, capax eſt Juris Gentium fruendi, cum quæcumque civitas, præter municipalia jura, communi omnium Gentium utatur Jure *dict. l. omnes populi*, ſic ergo eſt, quod peregrinus cum pleniſſimam libertatem habeat, & alicujus civitatis ſit, omnes Juris Gentium actus celebrare poterit, omnibus orbis civitatibus communes, quia in eis totius mundi civis exiſtimatur; ſecus id æſtimare debemus in Dedititius, qui cum manumiſſorum poteſtati dediti ſint, nullius civitatis ſunt, nec exiſtimantur, non magis, quam ſervi: & ideò quamvis aliquam præ ſe ferant libertatem, eſt dedita, & tanquam ſerviens, libertas, nec dedititius alicujus civitatis ſit, cum portus ſit manumiſſoris, cujus poteſtati lex Ælia Sentia propter noxia crimina etiam manumiſſum tradidit: & cum ſervitus, & deditio ſit contra naturalem libertatem, & naturale Jus, *dict. l. manumiſſiones* 4. *cum aliis ſup.* merito deducimus ſervum, & deditum Jure Gentium non poſſe frui: & ideò elegantiſſime, ſubtiliſſimeque ſcripſit Ulp. Dedititium nec tanquam peregrinum poſſe teſtari, cum nullius certæ civi-

tatis ſit, & addit, *ſciens ut adverſus leges civitatis* 50

ſuæ teſtetur, quibus auget invidiam facti, & iniquitatem teſtamenti, quaſi diceret Conſultus, non ſolum teſtamentum facere non poteſt, quia nullius certæ civitatis ſit, imò ſit deditus manumiſſori, & ſic Jure Gentium tanquam peregrinus condere non potuit, quod recta Juris ratione deducebatur, ſed quod ſcienter adverſus leges civitatis Romanæ teſtetur, cum lex Ælia Sentia ſpecialiter Dedititiis interdixerit teſtamenti factionem; vocat ſane civitatem ſuam, non quod Dedititius civis Romanus eſſet, abſurdum poſt prædicta foret, ſed civitas ſua dicitur ſubjective, genitivus enim eſt poſſeſſivus, qui in Dedititio ſubjectio-

nem demonſtrat; ſic filium parentibus ſuis dicitur 51

acquirere, §. 1. *inſt. per quas perſon. nobis acquiritur.* Sic ſervum dominis ſuis *l. item* 9. §. 1. *D. de ſignificat. verb.* non quod filius, aut ſervus dominos

nes

nus in poteſtate habeat, ſed quod poſſeſſi ab illis ſint, jaceantque ſubjecti. Sic ſua morte decedere dicitur *in l. cum ratio 7. §. 1. D. de bonis damn.* non quod humanus contineat mortem, cum lege naturali humanum genus illi ſubjaceat: quod aliis exemplis Grammatici docent, vide Priſcian. *Lib.* 17. Brocenſ. *in ſua Minerva Lib. 2. Cap. 13.* eruditè Budæus *in comment. ling. Græcæ fol. mihi* 30. *&* 31. quod pueri ſciunt: civitas ergo ſua in Deditio, quia in ea vivit, quia ejus legibus ſubditus eſt, ut cæteri ſervi, Cujac. 7. *ad African. in l.* 21. §. 2. *de legatis.* 1. Oſvald. *ad Don.* 12. *com. Cap.* 22. *litt. A.* Hæc cuncta ſane obſtruſum Ulpiani fragmentum aperiunt, in quo invenimus peregrinum Jure Gentium celebrare teſtamentum poſſe.

52 Sententiam noſtram Caſſiodori locus aperte firmat *Lib. 9. Epiſt.* 14. lege attente verba. *Quorumdam etiam ſubſtantias mortuorum ſine aliqua diſcretione juſtitiæ fiſci nomine caduci te perhibent titulo vindicare, cum tibi hoc tantum de peregrinis videatur eſſe commiſſum, quibus nullus heres, aut teſtamentarius, aut legitimus invenitur. Nefas eſt enim, ut quod à nobis præcipitur, à te noſtro nomine per injuriam vindicetur.* Gildia Syracuſanæ civitatis Comes, cui ab Athalarico Rege injunctum erat, quod caduca peregrinorum bona fiſci nomine vindicaret, in fraudem etiam heredum ea uſurpabat, propter quod improbum factum reprehendit eum, & dirigit, explicatque mandata ſua, quod tunc peregrinorum bona eſſent vindicanda, quando nullus heres ſuperſit, aut teſtamentarius, aut legitimus: conſidera teſtamentarium heredem in peregrinis, qui non Syracuſanæ civitatis legibus poterant teſtari de bonis Syracuſis manentibus (multis poſt temporib. Friderici conſtitutio publicata fuit) ſed Jure Gentium, propter quod Gilda Comes (ut ego exiſtimo) cum manus ea teſtamenta prohiberet, auferebat ob inſtitutis bona; id ſane caſtigat Athalaricus, ſive ejus nomine Caſſiodorus, docens, tunc bona fiſci nomine capienda eſſe, quando nullus heres peregrino ſit (expende ampliſſima verba) ſive teſtamentarius, aut legitimus, quaſi diceret: tunc ad fiſcum bona perventura, quando nullus heres ſit, vel teſtamenti jure, vel ſanguinis, ea eſt ſane diſcretio juſtitiæ, quam Comiti Rex commendat.

53 Nec à *conſtitutione Friderici* 2. *tit. de ſtatutis, & conſuetud.* §. 10. à quo deſumpta fuit *Authentica* [illegible] *peregrini, C. communia de ſucceſſ.* quiſquam ſcrupulum formet, quia in ea legat, liberam teſtandi peregrinis indultam fuiſſe facultatem: ideò conjicieas antea peregrinos nunquam habuiſſe, quia conſtitutio iſta, attente perpenſa, nec aliquantulum remorari debebit doctum animum, in noſtram ſententiam pronum. Primò, quia non de peregrinis propriè noſtris loquitur, ſed de peregrinantibus, ut jam prævidit Franciſc. Duaren. *Lib.* 1. *diſputat. Capit.* 9. & antea Angel. & Paul. de Caſtro *d. Authen. Friderici*, Gregor. Lopez in *l.* 30. (infra referenda) *partita*, & verba ipſius conſtitutionis indubie exprimunt. Ex quibus laudo noſtram *legem patriam* 2. *tit.* 1. *Lib.* 5. *ordin.* ab hac tranſumptam, quæ patrio ſermone vertit *[illegible] peregrini, los Romeros que andan en ſus romerias, y peregrinaciones*, ut & fecit antea *l.* 30. *tit.* 1. *part.* 6. quibus adde *l.* 1. *&* 3. *titul.* 24. *part.* 1. Secundo, quia Fridericus eam præſcripſit conſtitutionem adverſus quorumdam locorum perverſos mores, in quibus hoſpites peregrinantium defunctorum bona uſurpabant, callideque illius juris improbo uſu peregrinantibus gravi afflictatis ægritudine impediebant teſtamenti factionem, ut ipſamet conſtitutio prodit, *&* *dict. l.* 2. *ordinam. & dict. l.* 30. *partitar.* Tertiò, quia conſtitutione illa teſtamentis peregrinantium omnes effectus civiles (meo judicio) attributi ſunt; ſic colligo ab illis verbis, *quorum ordinatio inconcuſſa ſervetur*, & colligitur ex legibus patriis ſupra datis, & *ex l. ſi quando* 35. *C. de inofficioſ. teſtamen.* & melius *ex l.* 1. *D. de teſtamen. milit.* Vide nunc quantum diſtet Novella illa conſtitutio à quæſtione noſtra, præcipue cum poſt mediam Juriſprudentiam multa intercedere potuerunt, quæ præſcriptionem illius legis exigerent, etiamſi velles de peregrinis intelligere.

Quod autem excogitarunt Cuj. *in l. Divus* 31. 54
D. de jur. fiſc. & in l. 1. *C. de hered. inſt. & in l. unica, C. de caduc. tollend.* & Connan. *Lib* 9. *comment. Cap.* 4. *num.* 7. peregrinum non poſſe teſtamentarium, nec legitimum heredem habere, quia bona cuncta ſua devolvuntur ad fiſcum, alieniſſimum à recta Juris ratione mihi viſum fuit. Ducit argumentum Cujac. *à d. l. Divus* 31. in qua obſidum bona, ſicut captivorum in fiſcum eſſe congerenda, datur & ſic ſimiliter peregrinorum: quis 55
ſane æquanimiter pariationem feret iſtam, cum tantum diſtet obſidum conditio a peregrinis? Ut aperte diſcrimen ſtat, & altius penetrabis, ſi legas D. Joan. Baptiſtæ de Larrea *diſputatione.* 9. *tom.* 1. *deciſ. Granat.* Cum obſes, quaſi captivus & deditus ſit, & in aſſecuramentum fidei vitæ neciſque poteſtatem in eum populus habeat, & ſic in bona merito uſurpandi jus, propter quod teſtamenti factio & interdicta fuit *l. obſides* 11. *D. de teſtament.* Cum ergo tantus peregrinorum concurſus in Populo Romano eſſet, quod ingens orbis in urbe fuiſſet, ut inquit Ovid. & ego latiſſime probo *infra Lib.* 9. heu quanti eſſent reditus ærarii, quantum peregrinorum bonis ditaretur, ſi in fiſcum omnium advenarum, & peregrinorum bona congerentur, quamvis teſtati deceſſerent! Sed quis talia audivit, aut legit in ſcriptoribus antiquis? Connan. *in l. non eſt ambigendum* 12. *D. de bonor. poſſeſ.* movetur in peregrinorum bona, ſeu ut verius dicam, ipſe Connan. publicat, cum *dict. l. omnino*, ineptiſſima ſit pro ejus ſententia: exiſtimo ſane Cujacium, & Connanum jure patrio allectos deceptos fuiſſe. Stat denique noſtra ſententia peregrinum Juris Civilis actus celebrare non poſſe, ſecus Juris Gentium; & ſic fideicommiſſum relinquere poſſe, cum Juris Naturalis ſit, ut pluries firmavi, & illo Jure teſtamentum condere poſſe.

Hæc omnia, quæ pro teſtamentis peregrinorum 56
produximus, meum excitant animum, ut perſuadear, deportatos, quibus in ſententia fuerunt reſervata bona, (ſecundum ea, quæ certo, veroque judicio præſcripſimus *Capit.* 13.) poſſe teſtamentum condere Jure Gentium; nam cunctas rationes quas pro peregrinis expendimus, in deportatis invenimus æquas. Plena iſti ſane fruuntur libertate, nulla ſane deditione enervi, aut maculatæ: deportatione enim ſolum civi Romano civitas ablata fuit, invulnerata manente libertate. Ad- 57
de, deportatum inſulæ in ſententia deſignatæ civem permanere, quod non ſub obſcuris verbis profitetur Cicer. *in oratione pro domo ſua. Civitatem nemo unquam ullo populi juſſu amittet invitus, qui cives Romani in colonias Latinas proficiſcebantur, fieri non poterant Latini, qui non erant auctores facti, nomenque dederant: qui erant rerum capitalium condemnati, non prius hanc civitatem amittebant, quam erant in eam recepti quo vertendi, hoc eſt mutandi ſoli cauſa venerant, id autem ut eſſet faciendum, non ademptione civitatis, ſed tecti, aquæ, & ignis interdictione faciebant*, ſi ergo deportatus in plena ſtabat libertate, ſi in inſula commorabatur, ad quam exportatus fuit, quod ſufficeret ſolum quamvis in numerum illius civitatis relatus non eſſet, in quam

deportatus fuit, per ſubtilem rationem, *num.* 48. ſupra præfixam, quid obſtare poterat; quo minus teſtamentum conderet? Ex ſententia Ulpiani in *fragment. tit.* 20. §. 14. ut autem inteſtatus maneret deportatus, tam Jure Civili, quam Gentium Jure, duæ ſane res efficiebant: una, quod Juris Civilis incapax eſſet, & ſic illo Jure teſtari non poterat, ut *Capite iſto*, & 10. longe prædiximus: altera, quod ſententia ablata ei fuerant bona, & habebat ſucceſſorem fiſcum, *l.* 2. *C. de bonis proſcript.* ut latius ſcripſimus *ſup. Cap.* 13. Sed ſi non Jure Civili teſtari velit, ſed imò Jure Gentium ſuo, & in ſententia ei fuerunt bona reſervata, ita ut nunc non habeat, nec vereatur fiſcalem ſucceſſionem, uti apertiſſime enodavimus, *dict. Cap.* 13. vel ſi bona habeat acquiſita à teſtamento militis ſecundum præſcripta. *Cap.* 13. *à num.* 44. quid quæſo ei objiciendum erit, quominus naturaliter
58 teſtetur? Hanc noſtram ſententiam, ſi Gaius alte penetretur, probat expreſſe *in l. ejus* 8. §. 1. *D. de teſtament.* dum deportato, & aquæ & ignis interdicto, teſtamenti factionem negat, qui dat rationem in illis, *bona quoque, quæ tunc habuit cum damnaretur, publicabuntur, aut ſi non videantur lucroſa, creditoribus concedentur.* Abſolute Gaius loquitur de teſtamento Civili, & Naturali, qui poſſint vel non utroque modo facere: & ideò in deportato non illam reddidit rationem, quia Civilis Juris ſit, cujus incapax deportatus exiſtit, ſed una ratione utrumque teſtandi modum deportato negavit, quia bona ejus publicantur, & ſucceſſorem obtinet fiſcum: nam cum certum eſſet, civiliter non poſſe teſtari, reſtabat dubitandi ratio an ſi Jure Gentium ex prædicta ratione, quod illa unica excludit cauſa: ſic intelligo §. *fin. ejuſdem legis*, ut qui ad ferrum, ad beſtias, aut in metallum damnati ſunt, non habeant teſtamenti factionem, quia libertatem perdiderunt, & eorum bona fuerunt publicata, ut ſic excludatur etiam teſtamentum Juris Gentium: nam quamvis deportatus, ſeu damnatus ad beſtias, bona haberent, Jure Civili teſtari non poterant, cujus omnino incapaces erant, diſquirit ergo Gaius de utroque teſtamento Civili, & Naturali. Unde mihi in mentem venit, ideò in toto iſto titulo non prohiberi peregrino teſtamenti factionem, nec diſputari de ejus poteſtate, cum tamen de omnium fere hominum conditione agatur, præmaxime, cum peregrinis Reipublica inundaret Romana: id ideò, quia certiſſimum erat, Jure Gentium teſtari poſſe ex rationibus ſupra datis. Unde cum P. Faber *Lib.* 2. *Semeſt. Cap.* 13. iſtam antiquitatem non plene animadvertiſſet, & diſtinxiſſet: abſolute deportato teſtamentum denegavit; cum quo ivit P. Gilken. *in l.* 1. *C. de hered. inſt. num.* 17. cum ambo peregrinis conceſſiſſent. Adjunge his ea omnia quæ, *Cap.* 14. conſideravimus circa poteſtatem fideicommittendi deportati, quibus omnibus ſpero cauſam teſtamenti pro deportatis integro doctos animo ſuſcepturos.

C A P. XV.

Explicatur Ulpian. regula in l. 2. D. de leg. 1. *& certa norma traduntur, qui non poſſint fideicommittere, quia inteſtabiles ſunt, à nu.* 1. *Interpretum error circa hanc regulam.* 2. *Inteſtabiles triplici cauſa, & eadem non poſſunt fideicommittere.* 3. *Prima cauſa conditione perſonæ: in qua ſervus, captivus, deportatus, peregrinus, Latinus Junianus, Deditiſius, obſes conſiſtunt.* 4. *Qui nec fideicommittunt.* 5. *Ex certa Juris ratione.* 6. *In eadem cauſa ſunt propter delictum inteſtabiles.* 7. *Cauſa, ut hi non fideicommittant, explicita eſt in Jure.* 8. *Secunda cauſa inteſtabilium ex bonorum defectu, à num.* 9. *In hac filiusfamiliàs à num.* 10. *Lex teſtamentaria antiqua ſub verbis.* 11. *Sic filiusfamiliàs non poteſt fideicommittere.* 12. *Nec obſes & alii.* 13. *Tertia cauſa inteſtabilium defectu judicii à nu.* 14. *Et furioſus non poteſt fideicommittere.* 15. *Et prodigus: ubi plura de ratione eorum.* 16. *Alia ratio additur.* 17. *Et tertia, quia bona non habet.* 18. *Minor quare teſtari poſſit.* 19. *Impuberes fideicommittere non poſſunt.* 20. *Nec teſtantur, quamvis tribunatum numerorum obtinuerint.* 21. *Nec dubitantes de ſuo ſtatu, qui nec fideicommiſſum relinquunt, ubi longe de hac ratione.* 22. *Difficilis examinatur quæſtio: an mutus ſurdus fideicommiſſum relinquere poſſit, à nu.* 23. *Morbus ſurditatis, & mutionis aliquando diſcretus.* 24 *Surdus mutus teſtamentum facere non poteſt.* 25. *Ratio in teſtamento antiquo per æs & libram.* 26. *(Notatur error Cujacii circa Apuleii locum.* 27.*) Sed quæ ratio in teſtamento Prætorio.* 28. *Poteſtati fideicommittendi muti ſurdi obſtat reg.* dict. l. 2. D. de legat. 1. 29. *Et fortius* l. nutu 21. D. de leg. 3. 30. *Autores, qui eam poteſtatem negaverint, recenſentur.* 31. *Sed contraria ſententia defenditur, à nu.* 32. *Inteſtabilis, ut non poſſit fideicommittere, qualiter conſideretur, à nu.* 33. *In muto nulla juſta ratio invenitur.* 34. *Ulpiani reg.* dict. l. 2. *Non pertinet ad inteſtabiles ratione facti.* 35. *Sic captus à latronibus fideicommittit.* 36 *Mutus ſurdus miles quare teſtari poſſit.* 37. *Teſtes in fideicommiſſis adſtant ad probationem, non ſolemniter.* 38. *Codicillus qualiter inter ultimas voluntates referatur.* 39. *Mutus licet non cernat hereditatem, poteſt gerere pro herede.* 40. *Muti à natura plerumque ſurdi ſunt.* 41. *Inde ſurdus pro muto accipitur.* 42. *Ratio ad id.* 43. *Aliquando audiunt.* 44 *Explicatur* l. diſcretis, C qui teſtam. facer. & l. ſervo invito 65. pen. D. ad Treb. 45. *Mutus aliquando intellectum habet, aliquando non.* 46. *Cerebrum hominis principium nervorum eſt, & ſic ſus omnis motusque voluntarii, à nu.* 47. *Palatium intellectus eſt, & mentis.* 48. *Ab inge-*

nio

nio argumentum ducitur, cum Galeno. 51. *In muto juſta cauſa dubitandi datur, ſi intellectum habeat.* 52. *Muti in Jure noſtro multoties agnoſcuntur ſtupidi à nu.* 53. *Illuſtratur* l. fin. D. de verborum ſignification. 54. *Notantur aliqui, qui mutos à natura ſemper ſine intellectu conſiderarunt.* 55. *Quando muti æquiparentur infanti, & furioſo.* 56. *Explicatur* l. cum Prætor 12. §. non autem 2. D. de judiciis. 57. *Quando muto curator detur.* 58. *Sed non ſemper intellectus privatio datur in eo.* 59. *Experientia docemur eſſe mutos à natura perſpicacis ingenii.* 60. *Et loqui edoctos induſtri humana.* 61. *Laudantur Conſulti, qui mutorum cauſas, & naturas alte cognoverunt ſemper diſtinguentes an habuerint intellectum, vel non.* 62. *Mutus inde paciſci poterit.* 63. *Emere, & vendere.* 64. *Matrimonium contrahere.* 65. *Sacramenta baptiſmatis, & pœnitentiæ accipere.* 66. *Servum manumittere.* 67. *Donare.* 68. *Conſtituere procuratorem.* 69. *Et ipſe conſtitui ad adminiſtrandum.* 70. *Notatur in hoc A. Faber.* 71. *Academicorum mos reſpondendi ſub dubitatione.* 72. *Mutus non ſtipulatur.* 73. *Nec arbiter, aut judex eſſe poteſt: nec advocatus.* 74. *Sed fideicommittere poterit.* 75. *Id novavit Juſtinianus.* 76. *Explicatur ejus conſtitutio.* 77. In l. nutu 21. D. de legat. 3. *manus agnoſcitur Triboniani, à num.* 68. *In* verſ. fin. *Cujac. primus ſuboluit.* 79. *Verba* ſi fari poteſt, ſi loqui *ordinaria Triboniano ſunt.* 80. *Ad nutu celebrandos actus, ſeu à muto, certa diſtinctio.* 81. *Vox in fideicommittente non requiritur.* 82. *Nec juſta eſt diſtinctio ad hoc an mutus natura, vel morbo ſit.* 83. *Licet interrogationibus totus mutus agatur.* 84. *Nec duci poteſt diſtinctio à factione teſtamenti, quod morbo mutus fecerit teſtamentum.* 85. *Mutus à natura teſtari poteſt indulgentia Principis.* 86. *Libellis adibatur Princeps.* 87. *Explicatur* §. plane, inſtit. de militar. teſtament. 88. *Tribonian. inſeruit* Conſultorum *reſponſis novas Juſtiniani conſtitutiones.* 89. *Deportatus, & peregrinus qualiter fideicommittere poſſint.* 90. *In quibus omnibus varia reſponſa illuſtrantur, explicantur, & corriguntur.*

1 Poſtquam his quinque Capitulis, inducti ſenten-
tia Ulpiani *in l. 2. D. de legat.* 1. laborioſe
deportatorum jura, & peregrinorum evoluimus
ad fideicommittendi jura, & ex animi noſtri ſen-
tentia fideicommittendi jus illis adſeruerimus,
quos tamen Jure Civili condere teſtamentum non
poſſe certiſſimum eſt, & nos multis in locis agno-
vimus, & probavimus: ſupereſt nunc, quò ten-
dat Ulpiani ſententia docentis, *eos demum fidei-
commiſſum poſſe relinquere, qui teſtandi Jus habent*,
quam multis aliis nos firmavimus *Cap.* 10. *à num.* 2.
Sed ab ipſis argumentis, ut ſemper experimur,
2 purior & clarior veritatis lux profulget. Ordina-
rii Juris Interpretes in hac lege non replent ani-
mum noſtrum expoſitionibus, ſeu commentariis
ſuis, ut ſolvant argumenta, quæ adverſus Ulpia-
num objecimus, *Cap.* 10. *à num.* 6. rationi, &
veritati Alciatus proximior fuit, ſed omnimodo
non apprehendit: dabo judicium noſtrum, ut cen-
ſeas, ſi forte nos Conſulti mentem penetraveri-
mus. Rectiſſima eſt ſane Conſulti ſententia, &
iniquiſſimum contrarium eſſet, quod aliquis fidei-
committere poſſet, qui Jus non haberet teſtandi.
Ut certo diſtinctionis duce variæ cohortes homi-
3 num ducantur: obſervo inteſtabiles eſſe homines
triplici cauſa, conditione perſonæ, facultate,
judicio mentis, ut magiſtraliter decrevit Donel.
Lib. 6. commentar. Cap. 5. hi omnes quacumque
cauſa inteſtabiles fideicommittere non poſſunt, qui
conditione perſonæ, quia illuderetur lex: qui fa-
cultate, quia bona ad fideicommittendum non ha-
bent, qui judicii morbo, quia eadem ratio in fi-
deicommiſſis obtinet locum, quæ in teſtamentis
dabatur: & aliquando una, & altera ratio con-
currit in una cauſa: nec enim eſt novum in Jure,
quod multis rationibus una Juris diſpoſitio ſan-
ciatur.
4 Accedo ad cauſam primam: ad inteſtabiles con-
ditione perſonæ: demus aliquas perſonas, exem-
pli gratia, quæ teſtamentum facere non poſſunt,
nam nec hæ fideicommittere valebunt. Servus,
primo, teſtari non poteſt, *l. filiusfamiliâs* 16. *D.*
de teſtamen. eidem fideicommittere non datur, *l.*
1. §. 1. *D. de legat.* 3. ſic captus ab hoſtibus,
utpote eorum ſervus inteſtabilis eſt, *l. ejus* 8. *D.*
de teſtament. qui ſimiliter fideicommittere non qui-
bit, *l. in bello* 12. §. *codicilli, D. de captiv. & poſt-
lim. reverſ.* Eodem modo deportatus non teſtari
poteſt, *dict. l. ejus* 8. §. 1. & 2. & ſic fideicom-
mittendi jus non habet, *dict. l.* 1. §. 2. *cum ſe-
quentibus, D. de legat.* 3. idem judico de peregri-
nis, per ea quæ ſcripſi *Capite ſuperiori*, vide ta-
men infra *hoc C.* ſic Latini Juniani, & Deditii,
quibus expreſſa lege teſtamenti factio interdicta
fuit, Ulpian. *in fragment. tit.* 20. §. 14. iidem
fideicommittere non poterunt ex ratione *dict. l.* 1.
§. 2. & ſentit Ulpian. *in fragm. tit.* 25. §. 7. &
ex his, quæ diximus Capite præcedenti: ſic obſes
l. obſides 11. *D. de teſtamen. l. Divus* 31. *D. de Ju-
re fiſci*, nec fideicommittere poterit, argument.
dict. l. Divus, & dict. l. 1. §. 2. Hi omnes ſane, 5
quorum in hoc una conditio eſt, quod non ſint
cives Romani, teſtamentum ideò celebrare non
poſſint, quia cum teſtamenti factio Juris Civilis
ſit, & Publici, *l.* 3. *D. de teſtamentis*, ſolum id 6
beneficium civibus reſervatur, non extorribus,
advenis, & peregrinis, ut pluries præſcripſimus
in ſuperioribus: unde cum teſtamenti factio iſtis
prohibita ſit, ſic ſimiliter fideicommittendi jus:
nam ſi contrarium admitteretur, facillime illu-
deretur lex, cum iſti jure fideicommiſſi poſſent
relinquere, quod teſtamento relicturi erant, pro-
pter quam fraudem, & dolum leges extenduntur
in noſtro Jure, etiam quamtumvis exoſæ, &
odioſæ, ne illudantur ab hominibus. Id experi-
mur in legibus Julia, & Papia, quæ ſolum de le-
gato, & hereditate locutæ fuerunt, & quia jure
fideicommiſſi, ſeu donationis cauſa mortis, cœlibi
relinquebatur, & jure Prætorio bonorum poſſeſſio-
nes in nugas, ſeu irriſionem legum: illæ protenſæ
fuerunt, tam ad fideicommiſſa, & donationes
cauſa mortis, quam ad bonorum poſſeſſiones, ut
ſic omni fraudi, & verſutiæ objiceretur clau-
ſtrum, propter quod obſervantia legum præfir-
mabatur,

mabatur, uti hanc Juris rationem diſtincte expli-
cui ſupr. *Lib.* 3. *Cap.* 3. Neceſſario ergo, qui
tanquam civis teſtari non poteſt ex diſpoſitione le-
gis Jure Civili, nec poterit fideicommittere eo-
7 dem jure, ex implicita legis virtute: eaque ra-
tione cum celebrans inceſtas nuptias, ex *l. ſi quis*
6. cum Authen. ſeq. C. de inceſt. nupt. inteſtabilis
ſit, & damnatus ob falſum carmen, *l. ob carmen.*
21. *D. de teſtib. l. is cui lege* 18. §. 1. *D. de te-*
ſtament. & manifeſtus uſurarius, *Cap. quamquam* 2.
de uſur. Lib. 6. non poterunt fideicommittere,
quia apertiſſime deciperetur lex. Adde in his, qui
conditione perſonæ inteſtabiles ſunt, quod fidei-
committendi jus non habeant non implicita, ſed
8 expreſſa Juris ratione: nam cum fideicommiſſa
quoad neceſſitatem Juris Civilis ſint, qui cives
non ſunt fideicommittere neceſſario non poterunt,
uti ſic intelleximus *dict. l.* 1. §. 2. *D. de legat.* 3.
ad quod reſpicias quæſo, quæ præſcripſimus *Cap.*
13. & 11. ubi plura de neceſſitate, & civilitate
fideicommiſſorum. Sic ergo eſt, quod extorres,
& non cives, aut delicto inteſtabiles facti, fidei-
committere non poſſint, cum teſtari nequeant,
quia illuderetur lex, & quia Juris Civilis incapa-
ces ſunt, ſed & horum aliqui, & ratione bono-
rum fideicommittere non poſſunt, quod jam ad-
ſumimus.

9 Secunda inteſtabilium cauſa eſt bonorum defec-
tus, exemplum erit in filiofamilias, nam quam-
vis variæ excogitatæ fuerint rationes ab interpre-
tibus, hanc ſane nobis reliquit Ulpian. *in frag-*
10 *ment. tit.* 20. §. 10. *Filiusfamiliàs teſtamentum fa-*
cere non poteſt, quoniam nihil ſuum habet, ut teſtari
de eo poſſit, ſed Divus Auguſtus Marcus conſtituit,
ut filiusfamiliàs miles, de eo peculio, quod in caſtris
acquiſivit teſtamentum facere poſſit, colligitur etiam
ex *l. teſtandi* 13. *C. de teſtament.* ibi *de pecunia ſua*,
& ex *l. verbis legis* 120. *D. de verbor. ſignificat.* ibi
Suæ rei, & ex *Novell.* 5. *Cap.* 5. & *Novell.* 76. à qui-
bus *Authent. ingreſſi, C. de Sacroſanct. Eccleſiis*,
deſumpta fuit, & ex *l. lex Cornelia* 28. *D. de vul-*
gar. ibi: *qui nulla bona in civitate reliquit.* Quæ
ratio Baldo, & aliis antiquis placuit, quos ſequi-
tur Anton. Gomez *in l.* 15. *Taur.* Donel., *Lib.* 6.
commen. Cap. 5. Et quamvis interpretes variis
ſen ntiis diſquiſivetint rationem, ut ab Anton.
Gom *ſup.* & Anton. Pichardo *infra referendo*, &
Oſval l. *ad Don. dict. Cap.* 15. percipi licet, ta-
men aſſignata tatio placuit antiquis Juris Condito-
ribus, ut præſcriptæ leges demonſtrant: propter
eam enim antiqua lex duodecim tabularum teſtan-
di facultatem conceſſit ſulum patribusfamiliàs:
nam cettior lectura antiquæ legis ſic fertur. *Pa-*
terfamiliàs uti legaſſit ſuper pecunia, tutelave ſuæ
11 *rei, ita jus eſto*, uti ex multis probat A. Pichard.
in princip. inſt. quibus non eſt permiſſum facere teſ-
tam. num. 51. & ſic cum nullus tecto Jure Civili
teſtari poſſet, niſi ex indulgentia legis, cum ad
tempus inhabile diſponat, ſcilicet poſt mortem
ſuam, *l. quod ſponſæ* 4. *C. de donationib. ante nup-*
tias, ut latius explicuit Anton. Pichard. *dict. prin-*
cip. à num. 42. & nos alibi, filiusfamiliàs in ea
lege, non comprehenſus, imò ab ejus verbis evi-
denter excluſus teſtari non poterat: ita ut in
ſumma, & quia non bona, & quia teſtandi fa-
cultatem à lege non habebat, inteſtabilis eſſet, ut
optime intellexit Anton. Pichard. *ubi ſup. à nu-*
mer. 54. & ſic Oſvald., Vultei., aliorumque ra-
tio de conceſſione legis apte cum noſtra con-
12 gruat: quia lex utramque comprehendit. Fi-
lius ergo familiàs, qui propter bonorum defe-
ctum teſtari non poterat, nec fideicommittere,
dict. l. 1. §. 1. *D. de leg.* 3. expreſſa Juris ratio-
ne, quia fideicommiſſum relinquere non po-
terat, niſi ex voluntate, & jure fideicommit-
tentis aliquid aggravatum perveniret, *l.* 1. §. *ſcien-*
dum 6. *D. de legat.* 3. *l. plane* 97. §. *fin. D. de le-*
gat. 1. *l. peto* 71. §. *mater, D. de legat.* 2. *l. ab eo,*
C. de fideicommiſ. l. 1. *verſ. cum enim, C. commun.*
de legat. Inde eſt etiam, quod obſes, præter quod
civis Romanus non ſit, & deportatus, ſive aqua
& igne interdictus, quia habent ſucceſſorem fiſ-
cum, teſtari nequeant, *dict. l. Divus, D. de Jur.*
fiſci, dict. l. ejus §. 1. *D. de teſtamen.* ſic & De-
ditiitius, quia omnia ſua bona manumiſſori acqui- 13
rit, ut dixi Capite ſuperiori, & ſervus, quia
quoad bona una fere conditio eſt cum filiofami-
liàs, unde in Jure noſtro paſſim pariantur: in
eadem conditione ſunt damnati ad ferrum, ad
beſtias, ad metallum, quia libertatem perdunt, &
eorum bona proſcribuntur, *dict. l. ejus* 8. §. *fin.*
omnes ergo hi, quia nulla bona habent, inteſtabi-
les ſunt, & conſequentur fideicommittere non
poſſunt, propter quod lex interdixit eis teſtamen-
ti factionem, ut fecit in filiofamiliàs, qui pro-
pter hanc rationem, ut parumper dixi, in *lege* 12.
tabularum excluſi fuerunt, & ſolum patres fami-
liàs comprehenſi: nec novum eſt, quod una juris
diſpoſitio multiplici firmetur ratione, ut pluries
invenimus.

Tertia cauſa propter quam non teſtantur Cives,
defectus judicii mentis eſt, quia cum teſtamentum 14
ſit juſta ſententia *l.* 1. *D. de teſtament.* ſane judicii
expertes merito inteſtabiles ſunt. Unde furioſus,
& mente captus, rite & recte teſtamentum con- 15
dere non poſſunt, ex certa ratione, quia mente
carent, §. 1. *inſtitut. quibus non eſt permiſ. l. filius*
16 §. *uni, D. de teſtament.* Gajus *Libr.* 2. *inſtitut.*
titul. 2. §. 4. eadem ratione, nec fideicommittere
poterunt, *l. furioſum* 9. *C. de teſtament.* ibi: *Teſta-*
mentum ſive quamcumque ultimam voluntatem, l. 2. *furio-*
ſus 3. *D. de codicillis, l. nec codicillos* 5. *C. eadem*, nam
quamvis nuda voluntas in fideicommiſſis obſerve-
tur, *l. penultima, D. de legatis* 1. quod alibi dixi,
nullam furioſus voluntatem habet, *l.* 40. *D. de*
regulis Juris, imò abſentis, & quieſcentis loco
habetur, ut inquit Conſultus *dicto* §. *furioſus*, prop-
ter quod omnes ejus actus invalidi: ſic videmus in
teſtamento militis, quia quamvis Jure Gentium ſo-
lum conſtet, neceſſaria tamen eſt in eo voluntas,
& quod de voluntate conſtet, *l. Divus* 24. *D. de*
teſtamen. milit. dixi ſupra *libr.* 2. *cap.* 10. *à numer.*
6. nam aliàs nullius dari poteſt actus, ita ſolem-
nitate ſolutus, ita privilegio ſuffultus, quod ſine
voluntate ſtet. Hæc ergo lex, quæ teſtamen-
tum improbat furioſi, aut aperte, aut ex eadem
ratione ei fideicommittendi negat poteſtatem,
cum eadem ſit ratio in fideicommiſſis, quæ in
teſtamento. In prodigis (quos impune multos
hæc ætas fert) eandem damus rationem, & non 16
minus æquas ſubdemus alias: hi merito inteſtabi-
les ſunt, *l. is cui lege* 18. *D. de teſtament.* §. 2. *in-*
ſtitut. qui ut non eſt permiſ. qui delirantes homines
proprio vitio ad tantam rem, ad illud hominum
ſolatium, diſponendi mature de rebus ſuis, ultra fa-
tum admitterentur, in quibus viventes graſſati fue-
rant, & tanquam furioſi hinc inde effuderant?
quæ juſtitia in ultima voluntate ſperari poterat à
perditiſſimo homine? qua æqua ratione bona in-
ter filios, aut inter proximos dividerent, meritis
tribuerent legata, ſuis aſſignarent tutelas, & alia
poſtrema cogitarent ſupremo judicio vinculanda,
qui nec ſui, nec ſuorum rationem habuerant, &
interdictionem bonorum fœde ſuſtulerant, forte
helluones, decoctores, & ſuæ conditionis homi-
nes præferentes ſuis? ſuccedant proximiores auto-
ritate legis, quæ æquius vocabit heredes, quam
ἄσωτοι iſti: ſic merito ſenſit Connan. *libr.* 9. *com-*
mentariorum cap. 4. *numer.* 11. quem ſcite probat
Oſvald. 6. *com. cap.* 9. *lit.* O. & Anton. Faber in

rationalis

rationali ad dict. l. 8. quidquid renuat Anton. Pichard *in §. item prodigus* 5. *inſtitut. quibus non eſt perm. numer.* 10. Cum ergo teſtamento prodigi, ſic ſancitum ſit, & eadem Juris ratione, & proxime dictis, nec fideicommittere poterit, argument. noſtræ *l. 2. de legat.* 1. cum & in fideicommiſſis ſana volontas, & ſanum judicium requiratur. Alia ratione prodigos inteſtabiles ſtatuit Anton. Pichard,
17 *ubi proxime num.* 10. *&* 11. quia intereſt Reipublicæ ne quis ſua re male utatur, *§. fin. inſtit. de his qui ſunt ſui, vel alien. jur.* & ſic in pœnam ipſius prodigi, ut reſipiſcat à perverſorum furore morum, & interdictus eſt bonis, eſt inteſtabilis ſtatutus *l. his qui* 12 *§. 2. D. de tutor. & curator. dat. ab his*, placet etiam ratio, & propter eam, nec fideicommittere poterit, quia ſi ſic prodigo liceret, facile illuderet legem, ut obſervavimus *ſupra*
18 *numer.* 6. ſed quid ſi ideò non teſtari poſſit, quia bona non habet? ſic videtur deduci *ex l. Julianus* 10. *D. de curator. furioſ. & prod.* ibi: *Quia in bonis non habeant*, & expreſſe Ulpian. *fragment. titul.* 20. *§.* 13. ibi: *Prodigus* (teſtari non poteſt) *quoniam commercium illi interdictum eſt, & ob id familiam mancipare non poteſt*, & quia interdictio bonorum omne jus interdicto aufert, ut bene animadvertit Franciſc. Hotoman. *dict. l.* 18. *de teſtament.* Sed hanc rationem reprobavit Anton. Pi-
19 chard. *ſupra*, quia & minori teſtamentum facere licebat, *l. Aurelio* 10. *§. 1. D. de liberat. legat. l. à qua ætate* 3. *D. de teſtament.* Sed nihilominus contrarium defendit idem Hotoman. probatque hanc rationem, quia longe diverſus eſt prodigus à minore, ille enim furioſi conditionem ſequitur, imò habet *l. 1. D. de curat. furioſ. dict. l. his qui* 12. *§. 2. D. de tutoribus, & curator.* ibi: *Furioſum faciunt exitum*, minor ſane quamvis curatorem habeat, bonos mores, ſanum judicium, & maxime cum conſilio alterius in quacumque re gubernabili, obtinere poteſt: ut meritò ei ultima voluntas fidi poſſit, quid autem ille contaminatus homo, penitus interdictione à lege? & ſic propter hanc rationem nec fideicommittere poterit, cum nihil gravato poſſit relinquere, ut ſupra dixi: quacumque ergo parte circumſpicias prodigum, fideicommittendi rationem ei intercloſam invenies fuiſſe. Cum his facile admittes, impuberes fideicommit-
20 tendi jus non habuiſſe, eadem ratione, qua inteſtabiles ſunt, *§. 1. inſtitut. quibus non eſt permiſ. l. qua ætate* 5. *l. ſi filiusfamiliâs* 19. *D. de teſtament.* Ulpian. *fragmentor. titul.* 20. *§.* 12. ubi eam rationem Conſultus dat, *quoniam nondum plenum judicium animi habet*, quam probavit Juſtinian. *dict. §.* 1. Si ergo judicium mentis non habent, nec ideò teſtari poſſunt, nec fideicommittere valebunt, cum quomodocumque voluntas favorabilis ſit, quæcumque ultima debet eſſe rationabilis, & juſta, & ab habente diſcretum animum prolata. Hac juſtiſſima cauſa, impuberibus, qui tribunatum numerorum obtinuerant, quibusque antiquis legibus teſtamentum condere licebat, ademptit eam facultatem Juſtinian. *in l. fin. C. de teſta-*
21 *ment. milit.* propter eandem rationem, quam dat in his pulcherrimis verbis, *indignum noſtris temporibus eſſe videtur, eum qui ſtabilem mentem nondum adeptus eſt propter privilegia militum ſapientium hominum jura pertractare, & in tam teneris ætate ex tali licentia parentibus forte ſuis, vel aliis propinquis nocere, propriam ſubſtantiam extraneis relinquendo.* Si ergo impuberibus militibus (de quibus egi *lib. 2. capit.* 11.) non licebat, etiam Jure Gentium teſtari, qui poterunt fideicommittere iidem, nullo privilegio excepti? Si hæc cuncta ita legitima Juris ratione firmantur, facile admittetur, incertos & dubitantes de jure & ſtatu ſuo præſenti fideicommittere non poſſe, uti explorati juris eſt, *in*
l. 1. D. de legatis tertio. l. Ariſto 9. D. de jure co- 22
dicillor. veluti nec teſtamentum facere valere *l. ſi repudiaverit* 2. *§. ſi quis deceſſerit* 3. *D. unde legit. l. qui in teſtamento* 14. *cum l. ſequent. D. de teſtament. l. ſi quis filio* 6. *§. hi autem omnes* 8. *D. de injuſtit. rupto, l. bona eorum* 22. *§. quod ſi filius* 2. *D. de captiv. & poſtlim reverſis*, nam cum teſtamentum ſit *mentis noſtræ juſta conteſtatio*, verba Ulpiani ſunt *in fragmentis titul.* 20. à quibus denominationem teſtamenti deſumpſit Juſtinian. *in principio inſtitut. eodem*, anceps, & ſuſpenſus in jure, & ſtatu ſuo nullam certam diſpoſitionem facere poteſt ſecundum mentem ſuam hinc inde tractam, & in ambiguitate hærentem, & hoc eſt, quod dixit Conſultus *dict. l. qui in teſtamento. Nam qui incertus de ſtatu ſuo eſt, certam legem teſtamento dicere non poteſt.* In hoc præcipue actu integritas mentis requiritur tempore, quo teſtamentum diſponitur *l. 2. D. de teſtament.* ut juſtam voluntatis ſuæ ſententiam teſtator proferat, *l. 1. D. eodem.* Sed dubius, & vacillans de ſtatu ſuo, quî certam ex animo diſpoſitionem edet, imò fortunæ obnoxiam, & caſu irritandam? Quod in actu tam gravi, & ſerio noſtrum Civile Jus non patitur, propter quod inſtitutio ab alieno arbitrio pendere non poteſt, *nam ſatis conſtanter Veteres decreverunt, teſtamentorum jura ipſa per ſe firma eſſe oportere, non ex alieno arbitrio pendere*, verba Gaii ſunt *in l. illa inſtitutio* 32. *D. de heredib. inſtituen.* quæ mire noſtram rationem probant: fere eadem ratione impuberes; & prodigi interdicti ſunt teſtamenti factione, quia in eis juſta voluntas, & integritas non invenitur mentis: ſic in his perplexis, & ambigentibus hominibus, qui ea cauſa juſtam ſententiam dare non poſſunt, propterquam rationem Franciſc. Hotoman. *in dict. l. 1. & dict. l. qui teſtamento*, juſtam ſententiam voluntatis *dict. l.* 1. retulit ad certum jus, & ſtatum Teſtatoris, quem rogo videas, & Oſvald. ad Donellum *dict. Lib. 6. commentar. Capit. 5. litt. Q.* atque Anton. Fab. *Libr. 10. conjecturar. Cap.* 8. & in rationali ad *dictam l. qui in teſtamento*, hujus principii rationem dantes, & quærentes. Si ergo in teſtamentis hæc juſtiſſima ratio prævaluit, quî non in fideicommiſſis, in qua non iniqua voluntas admittenda eſt, ut jam probavimus? Namquamvis fideicommiſſa omni favore Civile Jus proſecutum fuerit, & ampliſſimis regulis ipſa à juris conditoribus inſtituta ſint, non ideò ita libere accipienda ſunt, quod omni ratione deſtituta jaceant, & homines indigni ſive prodigi, aut incerti de ſuo ſtatu, aliique ſimiles, juſta ratione inteſtabiles, illa relinquere poſſint, nam tunc favor in ſummam iniquitatem, & injuriam verteretur, ut diximus de teſtamentis militum.

In muto ſurdo graviorem difficultatem ingenium 23
noſtrum invenit, cum ſine teſtamenti facultate à certiſſima Jurisratione dedocam fideicommittendi habere poteſtatem, nec in eis regulam *dict. l.* 24
2. de legat. 1. dari, aut aliquam adaptari rationem ex præſcriptis: ſunt ſane etiam muti, qui audiunt, & ſurdi qui loquuntur, quos diſcretos Juſtinianus vocat *in l. diſcretis* 10. *C. qui teſtamenta facere poſſunt*, quia non ſemper hujuſmodi vitia ſibi concurrunt, ut probat Viglius in *§. ſurdus, inſtitut. quibus non eſt permiſſ. facere teſtament.* Petr. Gilkenius *dict. l.* 10. *à num.* 2. tamen quomodocumque eos ſtatuas, ſive muti audiant, vel non; ſive loquantur, vel non ſurdi: ſive mutus à natura, vel morbo ſit, teſtamentum facere non poſſunt de media Juriſprudentia, *l. qui in poteſta-* 25
te 6. §. fin. cum leg. ſequent. D. de teſtament. l. octavi 9. §. fin. D. de unde cognati. l. ex facto 43. *D. de vulgar.* Ulpian. *in fragmentis. titul.* 20. *§.* 13. in

in tantum, quod de teſtamento, apto, ſanoque
tempore perfecto, dubitatum fuerit, ſi mutitio,
& ſurditas poſtea ſuperveniat, nullum reddat,
quam non obeſſe merito reſponſum, & reſcri-
ptum eſt *dict. l. 6. §. 1.* Juſtinian. *in §. item ſur-*
26 *dus 4. inſtit. quibus non eſt permiſſ.* Rationem
autem in teſtamento, ſuo tempore frequenti, per
æs & libram, præſtitit Ulpian. *dict. titul.* 20. in
hæc verba. *Mutus, quoniam verba nuncupationis*
loqui non poteſt; ſurdus, quoniam verba familiæ em-
ptoris exaudire non poteſt. Nam ſecundum eun-
dem Ulpian. *in §. 9. ejuſdem titul. nuncupatur te-*
ſtamentum in hunc modum, tabulas teſtamenti teſta-
tor tenens ita dicit. Hæc uti his tabulis, cerisve ſcri-
pta ſunt, ita do, ita lego, ita teſtor, itaque vos Qui-
rites teſtimonium præbitote, verba Conſulti ſunt.
Nec diſſimulare poſſum Cujacii errorem, locum
27 Apuleii expendentis *in not. ad Paulum* ſtatim reſc-
rendum, ut comprobaret hanc teſtamenti nuncu-
pationem, ſeu teſtationem, *ex Lib. 2. Meta-*
morph. longe aliam rem enarrat Apuleius, uti di-
judicare poteris ex à me præſcriptis *Lib. 2. Cap.*
1. *numer.* 21. & latius *à numer.* 53. ubi tranſcri-
pſi verba. Sed in teſtamento Prætorio, quod ab
28 inventione hucuſque viget, ſine illis ſane faſti-
dioſis venditionibus, undique mendacibus, eam
rationem, ut mutus, & ſurdus non teſtentur,
adſerimus, quia mutus accire teſtes non poterat,
nec ſurdus teſtimonium perhibentes audire, utrum-
que ſcrupuloſa antiqua Juriſprudentia ſanciebat,
J. Paul. *Lib. 4. ſententiarum titul. 4. Cæcus te-*
ſtamentum facere poteſt, quia accire poteſt adhibi-
tos teſtes, & audire ſibi teſtimonium perhibentes;
l. heredes 21. §. penul. D. de teſtament. Quam
probarunt rationem Hotoman. & Cujac. *in*
commentario ad dict. l. 6. §. 1. D. de teſtament.
& Anton. Faber. *in rationali ad eum*, atque An-
ton. Pichard. §. 4. *inſtitut. quibus non eſt permiſ.*
Sic vere illa ætas admiſit, ut omnis præcludere-
tur via fraudibus, quibus res teſtamentaria pate-
bat, in effectum poſt Teſtatoris fatum protracta:
propter quod certis aliis ſolemnitatibus præcauta
fuit, quæ aniles, vanæque religionis viderentur,
niſi contra aut impia, aut doloſa hominum corda
præfixæ fuiſſent, uti aperte nos docet Juſtinian.
in §. ſed his omnibus 5. inſtitut. de teſtament. Nunc
ſane difficultas, ſeu potius tempeſtas ſurgit, ſi
eo quod Jure Civili ſurdi, & muti inteſtabiles
ſint, nec poſſint fideicommittere? Sic mehercle
29 ex regula *dict. l. 2. D. de legatis 1.* deduci vide-
tur, cum illi ad fideicommittendum admittantur,
qui liberam teſtandi facultatem ſibi aſſerere poſ-
ſint. Sed ad diſputationem animum omnino de-
30 mitter noſtrum J. Paulus *Lib. 4. ſententiarum in l.*
nutu 21. D. de legat. 3. Nutu (inquit Conſultus)
etiam relinquitur fideicommiſſum, dummodo is nutu relin-
quat, qui & loqui poteſt, niſi ſuperveniens morbus ei
impedimento ſit, ſi ergo ut nutu fideicommittere
quis poſſit, illinguis eſſe non debet, ſed vocis fa-
cultatem habere, niſi organum ejus ſupervenien-
ti morbo præcluſum ſit, plane Conſultus demon-
ſtrat, mutum fideicommittendi non habere jura:
31 & ſic ſane prædocuit Bartol. *in hac l. in principio*,
Jaſo *in l. ſi is qui pro emptore, D. de uſucapionib.*
num. 175. Salicetus *in l. & in Epiſtola, C. de fi-*
deicommiſ. & cum Paul. de Caſtro, Raph. Corn.
Tiraquel. *de privileg. piæ cauſ. privileg. 9. num. 1.*
Spinus *in ſpeculo teſtament. in rubr. part. 9. gloſſæ.*
Mantica *de conjectur. ultimar. voluntatum Libr. 6. tit.*
4. *num.* 2. Anton. Gomez *in l. 3. Taur. num.* 114.
Peralta *in rubric. D. de legat. 2. num.* 14. Anton.
Pichard. *in dict. §. item ſurdus, inſtitut. quibus non*
eſt permiſ. in fin. Cujac. *ad l. 6. D. de teſtament.*
& ad titulum, C. de fideicommiſ. Donel. 8. *com-*
mentar. Cap. 15. Viglius *dict. §. item ſurdus*, Œ-
vald. *dict. Lib. 6. commentarior. Cap. 5. litt. R. P.*
Gilken. *in l. diſcretis 10. C. qui teſtament. à n. 16.*
(qui plures alios dat.) A. Mathaeacius *Lib. 2. Epit.*
legat. C. 1. n. 3. Duaren. *in l. 2. D. de legat. 1.*
Sed in hanc cauſam advoco doctos, qui rectam 32
Juris rationem præferunt majoribus autoritatibus.
Nam quamvis diu ſuſpenſus æquam juſtamque
rationem perquiſiverim, qua mutus fideicom-
mittere non poſſit, nullatenus inveni, nec
aliquis relatorum Interpretum dat; nam quod
inferunt ex *l. 2. D. de leg. 2.* (pace eo-
rum dictum, ſive omnium, velim) ineptiſſi-
mum eſt, tunc enim fideicommittendi poteſtas
denegatur illis, qui teſtamentum facere non poſ- 33
ſunt, quando à Juris prohibitione interdicta eſt
teſtamenti factio, ut in exemplis præſcriptis, &
in rationibus diſtinctè præjunctis, quando nec ci-
ves Romani ſunt, nec habent bona, nec mentis
integritatem, & ſic ne illudatur lex: & cum ea-
dem ratio verſetur in fideicommiſſo, quæ in teſta-
mento, merito fideicommittere non poſſunt; ce-
terum quando prohibitio teſtamenti non à jure, ſed
à facto deſcendit, nec ratio illuſionis legis, nec
illa, quæ in teſtamento, adaptatur in fideicom-
miſſo, quid obſtare poterit, quominus mutus fi-
deicommittere valeat? Duobus ex adverſo poſitis
exemplis noſtra ratio pateſiet. Deportatus, &
obſes (ut prædixi) inteſtabiles ſunt, & quia nec
cives Romani ſunt, quia habent ſucceſſorem fiſ-
cum, hi nec fideicommittunt more Romano; &
quia eadem ratio, & quia fraus fiſco fieret: ſic ſi- 34
militer de aliis inteſtabilibus perſonis; ſed è con-
tra in muto, nulla æqua ratiocinatio dari poteſt;
nam odium in ipſum nullum legis, ut inteſtabi-
lem reddat, civis enim Romanus eſt, bona ha-
bet, *lege 12. tabular.* teſtamentariam poteſtatem
diſponendi de ſuis bonis habebat, obſtat ei res
facti, quia mutus, ut ſuam teſtamentum condat;
illa ſcilicet ſcrupuloſa ſolemnitas, quod accire
teſtes, nec eorum audire teſtimonium, ſi utroque
morbo laborat, poſſit; quæ æqua ratio, etiam per
ſtrictas Juris religiones, excogitari poſſit, quomi-
nus civis Romanus, non odio, imò miſeratione
dignus, cum humaniter morbum patiatur, ſaltim
illa, qualis ſit, ultima fideicommiſſi voluntate non
fruatur? Sententia Conſult. Ulpian. *dict. l. 2. D.* 35
de legat. 1. ad inteſtabiles ratione Juris, non facti,
attentiſſime ab omnibus Juris Interpretibus accep-
ta eſt, quorum plures dedi ſupra *Cap.* 10. *num.* 3.
& 4. & nunc addo Anton. Fabrum *in rationali*
ad dict. l. 6. §. 1. D. de teſtament. apertiſſime e-
nim ſic exponit Paul. *in l. conficiuntur 8. §. codicil-*
li 2. D. de jure codicillor. nam ſi quis habitaret
villam, in qua ſufficiens numerus teſtium non
dabatur propter quod teſtari non poſſet, per-
ſuadebiturne aliquis ideò ex regula Ulpiani *dict.*
l. 3. fideicommittere non poſſe? Nullus equi-
dem: nam quamvis Paulus non præoccupaſſet
eam quæſtionem, ipſa naturalis ratio idem ſuadet.
A latronibus captus, cum in mera libertate ma- 36
neat, teſtabilis eſt *l. qui à latronibus 13. D. de te-*
ſtament. Si tamen adhuc in vinculis, verbo te-
nus fideicommiſſum mandaret, & legitime de vo-
luntate conſtaret, quamvis latronum vis teſtandi
facultatem impediret, quicumque ſani judicii pro-
babit relictum fideicommiſſum, quia inteſtabilis
facto, non jure extitit, & ut inquit Conſultus
dict. l. 8. §. 2. quod ſi quis jure teſtamenti factio-
nem habuit; quamvis facto impeditus eſſet, poſ-
ſit codicillos facere. Sic mutus, qui Jure Civili
Romanorum teſtari poterat, ſi natura vocem per-
didit, & ſic facto inteſtabilis fuit, qui non fidei-
committere poterit, cum morbus ille facti impe-
dimentum ſit? Ut optime Anton. Faber *in ratio-*
nali ad dict. l. 6. §. 1. & Tiraquel. *de privileg. piæ*
cauſæ

cauſa privileg. 9. *numer.* 1. Ex eo enim teſtari mu-
tus, & ſurdus non poſſunt, quia ſolemnitates teſta-
menti morbo impediti non queunt celebrare, quod in
facto ſiſtit, & ſic mutus, & ſurdus miles teſtari po-
teſt, *l. jure militari* 14. *D. de teſtament milit.* §. *qui-*
37 *nimo, inſtitut. eodem.* Hoc ideò, quia in teſtamen-
to militari nullæ requiruntur ſolemnitates, cum
Jure Gentium teſtentur, ut Tiraquel. & Anton.
Faber animadvertunt; licet Cuman. & Jaſo, ab
eodem citati Tiraquel. *nu.* 2. id privilegium mi-
liti denegent, cum omnimodo non adipiſceretur
mutorum cauſas, & rationes, propter quod Anti-
qui in eximios errores prolapſi fuerunt, contra
notiſſima reſponſa Juris: ut ergo eadem ratio da-
retur, quoad mutum in fideicommiſſo, quæ obti-
net in teſtamento, ut inteſtibilis ſit, neceſſario
mutus teſtes rogare debebat, ut fideicommiſſum
38 ſubſiſteret: ſed non ita in Jure noſtro compara-
tum eſt, cum teſtes non rogati adeſſe poſſint fi-
deicommittenti, ita ut non ad ſolemnitatem, ſed
ad probationem ſolum interſint, *l. fin.* §. *fin. C.
de codicill. l. & in epiſtola* 22. *C. de fideicommiſ.* ita
ut ſolemnitas aliqua in codicillis non requiratur,
§. *fin. inſtitut. de codicill.* quod latius explicat Do-
neil. *Lib.* 7. *commentar. Cap.* 19. & ibi Oſvald.,
Cujac. *tractat.* 2. *ad African. in l.* 14. *D. hoc ti-
tul.* & Menchac. *de ſucceſſionum creation.* §. 30. *à
num.* 4. (quos Oſvald. refert) aliique Interpretes
dict. §. *fin.* ſolum illud muto, ut fideicommittere
poſſet, obſtare poterat, quod eo ipſo, quod non
poteſt teſtamentum condere, nec fideicommiſ-
ſum relinquere ei condonandum ſit, quia codicil-
lus, ſive fideicommiſſum inter ultimarum volun-
39 tatum ſpecies refertur, *l. quidam* 14. *D. de codi-
cill. princip. inſtitut. de codicill.* quam rationem
præſtitit Cujac. *dict. l.* 2. *D. de legat.* 1. atque
etiam Duaren. *ibi*, ut ille qui teſtari non poſſet,
nec poſſet fideicommittere. Sed hæc argumentandi
ratio mera cavillatio eſt, nam quamvis teſtamen-
tum, & fideicommiſſum ultimæ voluntates ſint:
tamen una ab altera longis diſcriminibus diſtant,
cum teſtamentum multiplicem ſolemnitatem requi-
rat: fideicommiſſum autem ſolum nutu contentum
ſit, in tantum quod firmitatem, ſine teſtamento
nllo, retineat: & ſane nihil commune cum teſta-
mento habet, niſi quod utrumque ſit ultima vo-
luntas, ita quod illatio ab uno ad alterum violen-
tiſſima ſit, ut latius ſcripſi *ſupra Cap.* 10. *à num.*
6. Nec quomodocumque conſideremus, illa affi-
nitas, quod utrumque ſit ultima voluntas, ſuffi-
ciens erit, ut ille, qui non poſſit teſtari, non va-
leat fideicommittere, cum diverſa ratione utrum-
40 que gubernetur; id perapte agnoſcimus in aditio-
ne hereditatis, nam quamvis geſtio pro herede,
& cretio hereditatis generali aditionis nomine
concludatur, ut jam præſcripſi ſupra *Lib.* 2. *Cap.*
6. *numer.* 30. tamen mutus recte pro herede gerere
poterit, quia actus ille ſolum animum, non ver-
ba requirit, *l. mutum* 5. *l. pater* 93. §. 1. *D. de
acquirenda hereditat.* ſecus autem erit in cretione,
quia ſolemni verborum formula celebrabatur, *l.
ſervo invito* 55. §. *ſi pupillo* 3. *D. ad Senatuſconſul-
tum Trebellian.* ut longe latèque hanc rem expli-
cui *dict. Cap.* 6. præcipue *à num.* 48. Expendas,
quæſo amice lector, irrefragabile exemplum, quo
perſuadeor mutum fideicommittere poſſe, nam
quamvis teſtamentum certas ſolemnitates expo-
ſcat, veluti antiqua cretio: & ideò, quia pera-
gere mutus illud non poſſit, ſicut nec cernere he-
reditatem, tamen cum fideicommiſſum nutu con-
ſtet, & nuda voluntate tacitaque omnino ſubſiſtat,
ut geſtio pro herede, quis tam iniquus erit judex,
qui ad geſtionem mutum admittat, & non ad fi-
deicommiſſum?
Sed res iſta altiorem cognitionem deſiderat, &
cum diſtinctionis fœdere certam ſtatues in æter-
num pacem inter reſponſa varia, quæ ad invicem
collidi videntur. Ad quod obſervo primo. Sur- 41
dos à natura mutos plerumque eſſe. Plinius *natu-
ral. hiſtor. Capit.* 69. *Auditus cui hominum primo
negatus eſt, huic & ſermonis uſus ablatus, nec ſunt
naturaliter ſurdi, ut non iidem ſint & muti.* Alexan-
der Aphrod. *Lib.* 1. *problemat.* 138. *quare illi qui
naſcuntur ſurdi: ſunt etiam muti? Quoniam non poſ-
ſunt ea loqui, & proferre, quæ non audiverunt. Non-
nulli quoque medici aiunt, unam eſſe connexionem nervo-
rum, quæ ad linguam, & aures porrigitur: hinc fit,
ut ſimul afficiantur. Cæterum qui aliquo caſu fiunt
muti, non tamen fiunt omnino muti, quia ſolus nervus
auditus affectus eſt. Similiter, qui aliquo caſu fiunt
ſurdi, non tamen evadunt ſurdi: localis eſt enim illa
nervorum linguæ leſio.* Ariſtotel. *Lib.* 4. *de hiſtor.
anim. Cap.* 9. *Qui ſurdi jam inde ab ortu naturæ ſunt,
iidem etiam muti.* Idem *in Problemat. ſect.* 11. *quæ-
ſtion.* 65. Inde eſt, quod ſurdus pro muto acci- 42
piatur, ut jam probavit Barthius *adverſarior. Lib.*
19. *Cap.* 14. ex illo Propertii *Lib.* 4. *eleg.* 3. *Om-
nia ſurda tacent*, & ex aliis, & ſic apud Græcos
κωφὸς *ſurdus*, idem quod ἄφωνος, ἄλαλος, quod
agnoſcunt Stephanus Arnoldus, Hadrianus Ju-
nius, *in ſuis lexicis*, & Barthius *ibi.* Hoc voluit
Juſtinian. *in l. diſcretis* 10. *C. qui teſtament. face-
re poſſunt: diſcretis ſurdo, & muto, quia non ſemper
hujuſmodi vitia ſibi concurrunt.* Sentiens plerum-
que utrumque vitium concurrere. Ratio autem 43
utriuſque morbi connexionis illa certa eſt, quod
auditus, & vox ab eodem initio proficiſcuntur
Ariſtotel. *dict. ſect.* 11. *quæſtion.* 65. & ut inquit
Alexand. Aphrod. *d. problem.* 138. una eſt con-
nexio nervorum, quæ ad linguam, & aures por-
rigitur: quam rationem ſignanter explicat A. Lau-
rentius *de hiſtor. anatom. Lib.* 11. *de ſenſuum organ.
quæſtion.* 11. qui eruditas duas rationes dat, qui-
bus explicat Ariſtotelem; accipe primam in his
verbis. *Nervus quintæ conjugationis varios de ſe pro-
mit ſurculos, major in aurem, & membranam exqui-
ſitiſſimi ſenſus expanditur, & ſonorum omnium ſpe-
cies ad cerebrum defert: minor ad linguam, & laryn-
gem excurrit, ob vaſorum ergo communionem, quæ
una eſt apud Hyppocratem, & Galenum cauſa* τῆς συμ-
παθείας *ſimplicis aurium, & linguæ affectus facile
communicentur*, &c. Secundam rationem tu, ſi
mavis, vide. Sic ergo læſo illo originali nervo,
afficitur lingua, & auris, non magis, quam ex-
ſciſſo, vel exſiccato trunco, rami, ab illo depen-
dentes, idem damnum patiuntur; licet inte-
gri, & inter ſe diſtincti: & ſic ſurdus à natura
mutus eſt, & mutus à natura ſurdus. Sed non 44
ſemper hujuſmodi vitia concurrere poſſunt: nam
ex eadem ratione poſſemus dare mutum à natura,
qui ſurdus non ſit, & ſurdum, qui non ſit mutus:
ſurculus enim alter, qui à cerebro, ſeu nervo
quintæ conjugationis excurrit, ſive in linguam,
ſive in aurem variis de cauſis infici potuit, & ex-
ſiccari, ita ut muſculi rigeant, & organum vo-
luntarii motus amittant, & ſic ſurdus, ſine muti-
tione eſſe poſſit; & mutus ſine ſurditate: localis
enim eſt illa nervorum læſio: nam veluti caſu ali-
quo auditum quis poteſt amittere ſine voce, ſic
uſum linguæ ſine auribus, uti aperte docet A-
phrod. ſupr. & optime Galenus *Lib.* 2. *de decre-
tis*, ibi: *Quorum quidem nervorum, ſi vel laqueis con-
ſtrictum aliquem intercluſeris, vel etiam præſecaveris,
motu ſtatim orbaveris muſculum illum, in quem nervus
ille pertingebat, membrumque illud, quod priusquam
ſectus nervus fuiſſet, à muſculo eo motionis compos
efficiebatur, immobile reddideris*, eodem modo na-
turali vitio accidere potuit (rarius tamen inveni-
tur,) cum nervi illi ab imo fonte dimanent: qui
plerumque, aut dabit, aut denegabit utrique ſuc-

cum, & virtutem. Et ſic ſentit A. Laurentius
dict. quæſtion. 11. & poſſemus multis rationibus
45 comprobare, & Galeni, Hyppocratiſque locis,
ſed cum Juriſconſultum agimus, tetigiſſe ſuffi-
ciat, & ex his omnibus illuſtrare *dict. l. diſcretis*,
C. qui teſtament. facere poſſunt, ibi: *Sin autem infor-*
tunium diſcretum eſt, quod ita raro contingit, &c.
loquitur de ſurdo natura, & loquente, & de mu-
to natura audiente: unde abſolute Marcian. ſeri-
pſit, in *l. ſervo invito* 65. §. *pen. D. ad Trebell. Quod*
aliquatenus circa mutos expediri poteſt, nam ſi auditus
capaces ſunt, vel interrogati, nutu poſſint ſignificare,
velle ſe periculo ſuo hereditatem adire: id ideò, quia
à natura, & muti audire, & ſurdi loqui poſſunt,
non ſic eſt *in l. nutu* 21. *D. de legat.* 3. ubi ſuper-
venientem morbum vocem teſtatori abſtuliſſe
reſpondet Conſultus (ſi is autor diſſicilis legis
eſt.)
46 Secundo obſervo, mutum; ſive ſurdum, vel
audientem; aliquando mentem integram, & in-
tellectum retinere, aliquando rationis expertem,
& ſtupidum exiſtere actionis, ſeu operationis di-
ſcretæ omnino incapacem: utrumque certa ratio-
ne in muto inveniri poteſt: amentia ſane facile
in eo dari poteſt; ſi attendas humanæ fabricæ
ſtructuram divinam, & intellectus regiam ſedem,
nervorumque fontem. Cerebrum hominis, prin-
cipium quidem nervorum eſt, & ſenſus omnis,
motuſque voluntarii, ut latè docteque admirabi-
47 lis ille Apollo Claud. Galenus probat *Libr.* 1. *de*
decretis Hyppocratis, & *Platonis*, & *Libr.* 8. *de u-*
ſu partium corpor. human. & *Lib.* 7. *commentar. ad*
Aphoriſm. Hypocrat. aphoriſm. 3. & And. Lauren-
tius *in hiſtor. corpor. human. Libr.* 4. *quæſtion.* 10.
& *Libr.* 10. *quæſt.* 10. qui Galenum erudite ex-
plicat: quod evidenter probavit Galen. *in Iſagog.*
medicæ artis conſtitutione, *Cap.* 4. in horum ratione
verborum. *Enimvero cerebrum ipſum, quod nervis*
cunctis principium ejuſmodi ſit facultatis ex preciſſo quo-
vis nervo aperte dicicimus: cum in partibus ſupernis,
qui continuus cerebro eſt, functiones ſervet, in infer-
48 *nis deperdat.* Cerebrum divinum palacium eſt in-
tellectus, mentis, & animæ, hic ſedet, hic gu-
bernat, & ab hoc nervorum fibræ, ſeu fila ad-
mirabili compoſitione dependent, & tanquam
conſtituunt hæc corporis humani fruſta, forman-
tes & conſervantes pulcherrimam molem, Galen.
dict. Libr. 7. *in Aphoriſm. Hyppocrat. Aphor.* 14. quod
omni elegantia, doctrina, & eruditione illuſtravit
49 A. Laurent. *dict. Libr.* 10. *Cap.* 9. Hinc ab in-
genio qualitatem auſpicamur cerebri, ſi homo in-
genium habet, ſubtilem cerebri ſubſtantiam no-
ſcimus: ſi tardum intellectum, craſſam: ſi diſcen-
di facilitatem, formarum facilem ſubſceptivam,
& ſic ſimiliter ab aliis effectibus qualitatem ejus
50 elicimus, Galen. *Iſagog. de arte medica Capit.* 12.
hinc etiam eſt, quod cerebrum ſit omnium inſi-
pientiarum, & ineptiarum cauſa, Galen. *in com-*
mentar. ad Aphoriſm. Hyppocrat. Lib. 6. *Aphoriſm.* 53.
& *Lib.* 7. *Aphor.* 24. Ex qua ratione evenit, quod
balbutientes à natura habeant cerebrum humidum:
ita ut à cerebro tale temperamentum ſortiantur,
51 quod & experimur in ebriis, *qui aliquando balbu-*
tiunt partim, quia multa humiditate perfunditur cere-
brum, partim quia etiam ab ipſius multitudine prægra-
vatur, ſententia, & verba Galeni ſunt, *dict. Lib.*
6. *ad Aphoriſm. Hypp. Aphor.* 32. Et ut accedamus
ad mutos, expendo denique Hyppocratis *Aphoriſ-*
mum 58. *Lib.* 7. in hæc latina verba. *Quibus ce-*
rebrum aliqua ex cauſa concuſſum fuerit, neceſſe eſt,
ſtatim mutos fieri, quod ibi explicat Galenus, &
ſententiam ducit ab hac ratione. A cerebro er-
go architectura humana dependet, & in eo hu-
52 mana mens ſedem habet: cum ergo hominem in-
venimus mutum & ſurdum à natura, vel ex
morbo, vel mutum ſolum, vel ſurdum, merito
inquiri debet, an intellectum habeat: nam facile
perſuaderi poſſumus, mutum ſurdum illo carere
poſſe, cum cerebrum infectum, ſeu vitiatum vi-
demus in nervis ab illo procedentibus ad linguam,
& aures: nam ſatisſufficiens argumentum & ſignum
eſt, cerebrum pati, id eſt, vitia & injurias intrin-
ſecus habere, apparente utroque, vel altero vitio,
ut optime conjicit Galen. *in Lib. Iſagog. artis medi-*
cin. de ſignis cerebri patient. Cap. 76. & ſic Hyppo-
crates ſolitus eſt nominare mutos, quibus non ſo-
lum læditur vox, & aures, verum cum ejus læ-
ſione interit ſenſus per exuperantiam morbi, nam
ſic affecti plerumque, & vocis aurium & ſenſus
defectum patiuntur, veluti in apoplexia, ut de-
clarat Galen. *dict. Lib.* 6. *com. in Aphoriſm. Hypp.*
Aphoriſm. 51. & *Lib.* 7. *Aphor.* 58. Joann. Gorræus
definition. medic. lit. A. verbo, ἄφωνος. Hinc muti 53
in noſtro jure agnoſcuntur aliquando ſtupidi, & ni-
hil intelligentes, *l. ſervo invito* 65. §. *ſi pupillo* 3.
D. ad Senatus Conſultum Trebellian. in fin. ibi: *Quo*
exemplo, & *mutus, qui nihil intelligere poteſt, per cu-*
ratorem adjuvatur. Ex quibus etiam eleganter il-
luſtratur *l. final D. de verbor. ſignification.* in qua
mutus æquiparatur infanti, & furioſo, quod Cu-
jacio *in commentario ad eam* valde diſplicuit, ſed
aperte, ex Labeonis & Pomponii ſententia, mutus
ibi datur nihil intelligens, & in intellectu ſimilis
infanti, & furioſo nulla judicii diſcretione ornatis,
ut præjudicavit Alciatus *in eadem lege:* non quod 54
ideò quod mutus, & ſurdus à natura eſſet, nun-
quam poſſit habere intellectum, ut ſenſit Alciat.,
ibi, & P. Faber *in. l.* 124. *D. de reg. jur.* Bald., 55
Aretin., Roman., Jaſ. relati à Tiraquell. *de privil.*
piæ cauſ. privil. 9. *num.* 2. & 3. Anton. Gom. *tom.*
2. *var. cap.* 14. *num.* 29. & omnes Interpretes,
præcipue antiqui: contrarium enim verius eſt ex
ſupra traditis, & ſtatim ſubdendis, ſed quod quia
plerumque defectus mentis in mutis inveniri poſ-
ſit, ideo Conſultus *dict. l. fin.* inter infantem, &
furioſum mutum retulit: nam cum de muto ſtupi-
do agitur, multoties in noſtro jure cum infante,
& furioſo numeratur, *l. nec mandante* 8. §. *fin. D.* 56
de tutor. & curat. dat. ab his. §. 5. *inſt. de curator.*
dict. l. 65. §. 3. *D. ad Trebellian.* & *tit. D. de cura-*
torib. & aliis extra minores dand. eadem animad-
verſione intelliges, *l. cum Prætor* 12. §. *non autem* 2. 57
D. de judiciis, niſi cum majori diſtinctione (quam
magis probo) accipere velis Paulum ibi: *Natura,*
ut ſurdus mutus, & perpetuo furioſus, & impubes, quia
judicio carent: ſcilicet prohibentur judicare, quaſi
Conſultus dicat, natura judex eſſe non poteſt ſur-
dus mutus, quia lingua, & aures in judicio ne-
ceſſariæ ſunt, ad interrogandum & audiendum, &
hoc eſt naturæ impedimentum, ut infra dico *num.*
74, & addit Conſultus: & *perpetuo furioſus*, &
impubes, quia judicio carent, natura prohibentur:
ita ut defectus judicii ad furioſum, & impuberem
referatur: & ſic ordo latinitatis expoſcit, ſi atten-
te conſideramus: & ratio, quia quamvis mutus,
& ſurdus intellectum habeant, tamen judicare
non poterunt defectu naturæ, cum interrogare
non poſſint, nec reſponſa audire. Hinc ſane eſt 58
mutus, cui curator datur, cum nihil intelligat,
cum rebus ſuis ſupereſſe non poſſit (quod non vi-
deo ſatis certe percaluiſſe interpretes) non ergo
omni muto, & ſurdo curator datur, nam ſi in-
telligat, ſi res ſuas curare poſſit, inique curator
daretur homini, cum mutus intellectus capax alio-
rum bona adminiſtrare poſſit, ut ſtatim dicemus:
propter hoc ſane Conſultus, *dict. l. nec mandante*,
§. *fin.* & Juſtinian. *dict.* §. 5. inter furioſos, &
mente captos, quibus curator datur, mutum dedit
(ut proxime obſervavi) ſed apertius ſic ſenſit Ju-
ſtinian. *dict.* §. 5. in illis verbis: *Quia rebus ſuis*
ſupereſſe

Digitized by Google

ſuperaſſe non poſſunt, quæ ἐμφατικῶς dicta fuerunt, ut pernoſceremus mutos, quibus curator dandus eſt. Sed ſine controverſia, ſic voluit Conſultus *dict. l. ſervo invito*, §. 3. in verbis ſupra datis, in quibus tunc curator muto datur, quando intelligere non poteſt.

Sed non ſemper intellectus privatio datur in eo,
59 qui mutus, & ſurdus à natura exiſtit, imò multoties in eis invenimus ſanam mentem, & perſpicacem intellectum, id ſane certum invenimus ratione, experientia, & Juris noſtri reſponſis, & reſcriptis. Ratione, quia quamvis nervi illi, qui ad linguam, & aures protenduntur, affecti aliquo vitio ſint, cum localis illa læſio ſit, ut ex Aphoriſmo, & aliis prædiximus, recta temperatura conſtare poteſt cerebrum, etiam illis infectis nervis. Idque alia ratione apertum eſt, nam alii nervi, qui ab eodem cerebro ducuntur, non injuriam patiuntur, cum videamus mutum ſurdumque à natura clare perſpicere, & tamen nervus ſecundæ conjugationis, qui ad oculos dirigitur, à cerebro originem ducit, ut ex Galeno prædiximus, & probat A. Laurentius *in hiſtor. anat. Lib. 4. quæſt.* 5. ſic & alii nervi à cerebro dependentes integritatem ſanitatemque demonſtrant, cum officiis eorum, ſine impedimento mutus utatur: unde iſta, niſi quia morbus nervorum linguæ, & aurium localis eſt, & ſic eadem ratione cerebrum mentem capacem habere poteſt, quamvis ſub ſe ramuſculos illos nervorum laborantes habeat. In arbore ſic experimur, cujus truncus ſanus, & viridis eſt, quantumvis brachium, ſeu ramus aruerit, localis enim illa ſiccitas eſt, & variis de cauſis provenire poterit. Unde Galenus *in commentar. ad Aphoriſm. Hyppocrat. Libr. 7. Aphor.* 5. docet, non omnes, qui dolore capitis capti, muti fiunt, ſenſum amittere, ex ratione noſtra, quam & ſenſit J. Gorræus *diffin. med. lit. A.* verbo ἄφωνος. Hinc experimur mutos, & ſurdos natura perſpicacis ingenii,
60 & intellectus: vidi ego unum ingenioſe ludere carthis pictis luſoriis, & cætera humana, præter vocem & aures, plene perficere; alterum nobiliſſimum virum, in adminiſtratione rerum, ſumendiſque rationibus, operationibusque aliis, quæ perfectum hominem expoſcerent, ultra fidem hominum ſe gerere. Non longa tulit ætas pictorem alium, cujus nunc admiranda monumenta Apellis exæquantur pennicillos: ita ut divinitus illius intellectus ideæ invenirent, & rerum humanarum varietates comprehenderent, & calamis loquerentur: ſed jam vidit Popul. Rom. Q. Pedium natura mutum à Meſſala Oratore pingendi artem edoctum, ut teſtatur Plinius *natur. hiſt. Lib.* 35. *Capit.* 4. Suis ætatibus graves viri conteſtantur, naviſſe à natura mutos, ingenio præcellentes, ſcribendi ſcientia peritos, & facilitate aliorum legendi ſcripta, & æquabili cæteris hominibus præter vocem, & aures: quod non præſumpſit Juſtinian. *dict. l. diſcretis* 10. *C. qui teſtam. facer. poſſunt*, cum muto, & ſurdo à natura ſcribendi peritiam non dederit, ſic affirmant Rodolphus Agricol. *Lib. 3. de invention. Cap.* 16. *num.* 9. Balduin. *in §. præterea. inſt. quibus non eſt permiſſ. facer. teſtam. num.* 14. Menchac. *Lib* 3. *illuſt. Cap.* 103. P. Gilken. *in dict. l. diſcretis, à num.* 5. Goeddæus *de contrahend. ſtip. Cap. 7. concl.* 15. *numer.* 263. Oſwald. *ad Donel. Lib. 12. comm. Cap. 22. litt. X. & Lib. 18. Cap. 11. litt. Q.* Franciſc. Valleſius *de ſacra philoſoph. Cap. 3. fol. mihi* 71. (qui refert P. Pontium monachum S. Benedicti docuiſſe loqui
61 certo modo mutos à natura, docentem illos primum ſcribere, res ipſas digito indicando, & quid characteribus illis ſignificaretur; deinde ad motus linguæ, qui characteribus reſponderent, provocando: quæ docendi ars poſtea ad alios pervenit, & noſtra ætate muti à natura loquentes ſunt: & ego edoctum meis oculis vidi equitem Ordinis Alcantarenſis loquentem, licet difficile, magno ad omnia ingenio præditum virum: & ab eodem magiſtro (à quo iſte edoctus fuerat) accepi ab omnis fidei viro Comitem, aliosque nobiliſſimos juvenes voce, & lingua eruditos fuiſſe, inter quos Comes facilior in loquendi diſciplina evaſit: quod ſi humana induſtria hoc perfici poſſe noſſet Juſtinianus, diſſimilem præſcriberet conſtitutionem circa mutorum teſtamenta conducit Alciat. *in l. ex facto, D. de vulgar.* & Tiraquel. *de privileg. piæ cauſæ privil.* 9. Ex his provenit certa ſententia, colligi ſanum eſſe cerebrum illis, qui mentis conſtantiam, & acumen ingenii, electionemque intellectus habent, ut optime probat Galen. *comment. in Aphoriſm. Hyppocr. Libr. 2. Aphoriſm.* 53. & ſic mutos, quamvis nervos illos infectos habeant, ſanum cerebrum, & intellectum retinere ex mentis conſtantia percipi, quod cum noſtri Juris Interpretes non adipiſcerentur, in graves errores convenerunt. 62

Ex his cunctis laudabis merito noſtros Conſultos rerum omnium periti ſſimos, qui verè juſtitiæ ſacerdotes, eamque coluerunt religioſo ſcientiarum cultu, divinarum atque humanarum rerum notitia, non barbaro ritu craſſiſque ceremoniis, quæ multis hac ætate placent. Juris ergo conditores, cum ſic mutorum cauſas, & rationes introſpicerent, totam rem duplici diſtinctione compoſuerunt; ſcilicet an intellectum habeat mutus, vel non; quod ſi intelligeret, omnes actus celebrare poſſet, qui verba non requirerent; ſin autem mentem non haberet, & ſtupeſceret, ſimilis eſſet furioſo, & infanti, qui ex perſonis ſuis nihil agere in Jure poſſunt: primam diſtinctionis partem aperte probant Paulus *in l. ubi non voce* 124. *D. de reg. Jur.* ibi: *Mutus ſi intellectum habet*, & *l. pater* 93. *D. de acquir. hered: ut ſi intellectu non careat*, Papinian. *in l. fin. D. de bonor. poſſeſſion. fur.* ibi: *Si quod agatur intelligant*, *dict. l. ſervo invito* 65. §. *ſi pupillo* 3. *D. ad Trebellian.* ibi: *Qui nihil intelligere poteſt.* Si ergo mutus nihil intelligat, nullam poteſtatem agendi ei permittit Civile Jus, & ſic jura a *num.* 59. expenſa intelliguntur: ſi vero capaces intellectus habeat, omnem actum, qui nudo conſenſu conſtet, peragere poterit, ut dixi. Hinc notio plurium reſponſorum dependet, & ab eis aliqua deſumam exempla, quæ certam reddent hanc regulam. Ex primo expendo *l. item quia* 4. *cum* §. 1. *D. de pactis*: nam cum in legis principio prædocuiſſet Paulus, conventiones tacitas in jure dari ſine verborum ſolemnitate, inde merito infert, mutum paciſci poſſe, ſcilicet, ſi intellectum habeat. Eadem ratio 63
ne ducitur J. Pauli ſententia *Lib. 2. ſententiar. tit.* 64
17. *Mutus emere* (inquit Paulus) *& vendere poteſt, furioſus autem neque emere, neque vendere poteſt*, contractus autem emptionis, & venditionis, cum Juris Gentium ſit, nudo conſenſu conſtat, *l.* 1. §. *ultim. D. de contrahend. emption.* & ideò mutus eum contractum perficere poteſt, cum & nutus ſolus ſufficeret, ut latè ſcripſimus *ſupra Lib.* 2. mutus ergo intelligens, quod aperte ſenſit Paulus, dum contrarium conſtituit in furioſo: nam quamvis multoties mutus furioſo, & infanti æquiparetur, ut præſervavimus, *num.* 56. intelligendum eſt de muto inſipienti, & mente capto, aliter incapace intellectuum, judicumque demonſtrante, nam tunc longe diſcriminatur ab eo, ut hic Paulus docet. Ex his patet, mutum matrimonium contrahere, & dotis nomine obligari poſſe, non furio- 65
ſum, non infantem, *Cap. cum apud ſedem* 22. *de ſponſalibus*, *l. mutus* 76. *D. de jur. dot.* quia cum matrimonium ſimplici conſenſu, & nutu conſtet, *Cap. ſufficiat* 27. *quæſt.* 4. *l. nuptias*, *D. de reg. jur.*

ex præſtita ratione mutus uxorem ducere valebit,
ſecus furioſus, & infans qui nullum conſenſum
66 præſtare poſſunt, ut præter innumeros explicat
Anaſtaſ. Germon. *de ſacror. immunitat. Lib.* 3. *Cap.*
21. *num.* 50. & P. Gilken. *in l. diſcretis* 10. *C qui
teſtamen. facer. poſſ. à num.* 10. Sic ſanctum baptiſ-
matis, & pœnitentiæ ſacramentum mutis indulge-
ri poteſt, ſi voluntatem accipiendi certo aliquo
ſigno, vel nutu præmonſtraverint, *Cap. qui rece-
dunt* 7. 26. *quæſt.* 6. & Menchac. *dict. Lib.* 3. *illuſt.
Cap.* 10. ſe vidiſſe teſtatur, mutum à natura con-
67 fitentem peccata Vallis-Oleti. Inde etiam eſt,
quod mutus per epiſtolam, aut inter amicos rec-
te poſſit ſervum manumittere, cum illa manumiſ-
ſionis ſpecies nulla ſolemnia verba requirat: ſecus
ſi mutus juſtam libertatem vellet indulgere ſervo,
eum vindicta manumittens: cum hæc manumiſſio-
nis forma ſolemnibus gauderet verbis, donec
poſtea huic ſolemnitati remiſſum fuerit J. Paul.
Lib. 4. *ſentent. tit.* 12. *l. manumiſſio* 23. *D. de ma-*
68 *num. vindicta.* Sic eadem ratione mutus donare po-
terit, cum ſimplici voluntate donatio contenta
ſit, *l. qui id quod* 33. §. 1. *D. de donat.* quod reſ-
ponſum varia evolvit interpretatione Gilken. *dict.
l. diſcretis à num.* 15. cum Conſultus nec ſomnia-
verit eorum aliquid, cujus ipſe, & ab eo relati
69 comminiſcuntur. Vide Tiraquel. *de priv. piæ cauſ.
d. priv.* 9. *nu.* 2. Sic etiam mutus conſtituere pro-
curatorem poterit, *l. mutus* 43. *D. de procurat.* id-
que ſignis, & demonſtratione aliqua: ſic volunt
huius legis verba, *per eum modum, qui procedere po-*
70 *teſt*, (licet aliò vertat Cujac. ſtatim referendus,
bene ſane, ſed non apte ad verba.) Sed ipſe mu-
tus ſtatui legitime procurator non poteſt ad lites,
quia in judicio aures, & voces neceſſariæ ſunt,
ſine quibus procurator munus ſuum exercere de-
bite nequibit, *dict. l. mutus*, at vero ad admini-
ſtrandum ſatis congrue conſtitui poterit, cum il-
la res magis judicio regatur, quam lingua, ut Pau-
lus *dict. l.* prudenter diſtinguit: & ſi minus bene
aut apte geratur à muto adminiſtratio, impotet
ſibi, qui morboſum actorem elegit, quam ſenten-
tiam *ex dicta l. mutus* præter Accurſ. & antiquos
in ea, agnoſcunt etiam *ibi* Æguin. Baro, & Gi-
ſan. & optime Cujac. *Lib.* 9. *ad edictum Pauli dict.
l. mutus*, Fabius Golinus de Veſpaſian. *in tractat.
de procurat. part.* 1. *Cap.* 5. *à num.* 32. Oſvald. *ad*
71 *Donell Lib.* 18. *comm. Cap.* 11. *lit. Q.* ita ut ſine
ratione Anton. Fabr. *in rationali ad dict. l. verſ.
forſitan & ipſi dantur.* Triboniano attribuerit, ſem-
per facili in Tribonianum animo, quis mutus tu-
tor, nec teſtamentarius, nec legitimus dari poſſit,
l. 1. §. *ult. & pen. D. de tutel. l. pen. D. de legitim.
tutor.* ſed quantum tutor ab adminiſtratore diſtet
ipſi vi rationis muti adloquentur, uno verbo inſi-
nuavit Conſultus *dict. l.* 1. §. *ult. quia non tantum
loqui, ſed & audire tutor debet*, ſi vox & auditus in
tutore requiritur, qui munus ejus mutus adimple-
bit, plerumque utroque vitio laborans? Abjice à
tutela ſimplicem adminiſtrationem bonorum, &
invenies tutorem capiti libero datum, dirigentem
puerilem animum, adſtantem pro eo in tribunali-
bus, ſtipulationes concipientem, cernentem he-
reditatem, & alia plurima peragentem, quæ vo-
cem aureſque expoſcunt. Et ſi mutus adminiſtra-
tor toleratur in Jure, quia culpa nominationis no-
minanti imponitur, ut dixi, cum Barone, & Gi-
fanio, quis eam rationem pupillo imponet, æta-
te, & innocentia ſua indemni, & inculpato?
72 Nec loquendi modum Conſulti *forſitan & ipſi dan-
tur*, ſuſpectum Faber habeat, ſcire debuit Aca-
demicorum fuiſſe dubitandi ratione reſpondere,
ut jam præſervavit Cujacius, quod receptiſſimum
fuit apud noſtros Conſultos, ut longiſſime obſer-
vavit Briſſonius *in ſuis formulis*, & ego hoc libro,
& alibi. Jam ergo mutum ſtipulari non poſſe, cer- 73
ta ratione quicumque æſtimabit, quia cum verbis
ſtipulatio celebrari debeat, ſine lingua mutus hanc
ſolemnitatem adimplere non poterit, *l.* 1. *in princip.
D. de verbor. obligat. l.* 1. §. *pen. D. de obligat. &
actionib.* §. *mutum* 8. *inſtit. de inutilibus ſtipulat.* 74
Propter quam rationem arbiter non poteſt eſſe mutus
l. ſed & ſi 9. §. 1. *D. de receptis qui arbitrium receperunt:*
nec judex, *l. cum Prætor* 12. §. 2. *D. de judiciis*, quia
interrogationes in judicio neceſſariæ, & eas judex
ad cognitionem cauſæ facere debet, *l. judices* 9. *C.
de judiciis*, *c. judicantem* 30. *q.* 5. quod latius ex-
plicat P. Greg. *Lib.* 47. *ſyntagm. jur. C.* 9. *nu.* 3.
& Oſvald. *ad Don. Lib.* 17. *com. C.* 24. *litt. C.*
& nos *ſup.* diximus *n.* 57. ſic nec poſtulare, ut
perſpicuum eſt. Hæc omnia, quæ longe protuli
(poſſem & alia plura addere) ſatis conſtanter de-
monſtrant certam eſſe noſtram ſententiam, quam
circa mutos præſtitimus, quod ſi intellectum ha-
beant, poſſint agere, & perficere omnia, quæ
nudo conſenſu conſtent, ſine ſolemnitate verbo-
rum: relictis interpretum curis, & divinationi-
bus, quorum uni hæc principia intelligunt, &
ſupplent curatore auctorante mutis: alii de muto
audiente: alii de muto ſic effecto ſuperveniente
morbo: alii de muto ſcribendi perito: alii ad li-
bitum fingente cauſas, quæ omnia (ſine in-
vidia dictum velim) ſomnia & deliramenta ſunt,
cum noſtri Juris Conditores in tam repetitis reſ-
ponſis ſolum præfatam diſtinctionem amarint,
& tradiderint: nam aliàs qua ratione omitte-
rent, quas excogitarunt Interpretes, ſi in eis
conderent reſponſa, & alienas ineptias præfer-
rent?

Hæc omnia longe aperiunt rectam Juris ratio- 75
nem in mutorum notione: & ſi his adjungas
quæ ſup. *à n.* 62. conſideravimus, facile in eam
ſententiam adduceris, mutum fideicommittere
poſſe, cum ea res nuda voluntate ſine teſtamento
legitime ſtet. Sic ſane de media Juriſprudentia
cenſeo. Sed Juſtin. *d. l. diſcretis* 10. *C. qui teſta-* 76
menta facere poſſ. (cui ſemper odio fuit ſtricta Ju-
ris ratio) totam eam rem abrogavit, & cum an-
tea mutus, & ſurdus à natura poſſet fideicommit-
tere, donare, & manumittere (ut præfirmavi nu-
meris ante datis) ſua nuva conſtitutione eas facul-
tates abſtulit muto, & ne irreverenter agamus,
forte ea ratione (quam à contextura integra col-
ligimus) ne locus fraudi, & falſitati aperiretur,
jurgiis & contentionibus, ſi indiciis & demon-
ſtrationibus, quibus mutus voluntatem ſuam indi-
caturus erat, illam demonſtraverat perſonam: vel
muto ſolum à natura peritiam ſcribendi requirit,
qua ſatis evidenter muti voluntas enodatur, ſeu
explicatur. Ex qua ratione pro certo habeo, quod 77
ſi mutus, & ſurdus à natura ſcribere, ſeu loqui
edoctus eſſet, poſſet non ſolum fideicommittere,
donare, & manumittere, ſed teſtamentum con-
dere, ceſſat tunc ſane probibitionis ratio, & mi-
litat permiſſionis: in quam inclinat ſententiam Gil-
kenius *dict. l. diſcretis à num.* 4. Nam ſic ſancive-
rat Juſtinianus (ut prædixi) quia hominem mu-
tum, & ſurdum aut inſipientem putaverat, aut
induſtria humana non conſequi poſſe ſcientiam lo-
quendi, & ſcribendi.

Sed noſtræ ſententiæ qui lectionum antiquarum 78
uſque ad ſuperſtitionem cultor religioſus fuerit,
objiciet Pauli reſponſum *dict. l. nutu* 21. *D. de le-
gat.* 3. cujus verba dedimus *ſupr. num.* 30. quæ
cum diu varia cogitatione evolverem, in eam ſem-
per cogitationem arreptus ſui, ſcelus & flagitium
in his ſubeſſe Triboniani, quod ab ſtylo, & mo-
re, atque certa ratione deduco. Paulus autem
ſolum ſcripſerat, *nutu etiam ſolum relinquitur fidei-
commiſſum*, ad modum quo Ulpian. *tit.* 25. *in-
fragm.*

fragm. ſcripſit. *Nutu, & relinquitur fideicommiſſum,* ſequentia autem verba, *dummodo is nutu relinquat, qui & loqui poteſt, niſi ſuperveniens morbus ei impedimento ſit*, annotatio Triboniani ſunt, male conſuta reſponſo, & advecta à deciſione Juſtiniani *dict. l. diſcretis*: nam cum in ea muto, & ſurdo à natura fideicommittendi poteſtas denegetur; & concedatur, ſi ſupervenienti morbo ita effectus fuerit, ſi litteras ſciat, addidit Tribonianus Paulo, fideicommiſſum nutu relinqui poſſe ab eo qui loqui poſſit, niſi forte lingua intercluſa ſit ſuper-
79 veniente morbo. Magnus Cujac. *ad l. 6. §. 1. D. de teſtament.* jam ſuboluit Triboniani manum in illis, *niſi ſuperveniens morbus ei impedimento ſit*, à quo omnino non diſſentiunt Gothofred. *in notis ad dict. l. nutu*, & P. Gilken. *in dict. l. diſcretis num.* 22. licet ſuſpicio diſpliceat Oſvald. *ad Donell. Lib. 6. commentar. Cap. 5. litt. R.* ſed ſine certa ratione, qua tam immanis difficultas diſſolvatur: ego autem præter primam lineam cætera Triboniano attribuo, cum nulla æqua inveniri poſſit ratio, qua mutus à natura fideicommittere non poſſit, per ea cuncta, quæ longe deduxi.
80 Moris autem fuit Triboniani hanc clauſulam in ſimilibus actibus addere, *ſi fari poteſt, ſi loqui poteſt*: cum acceptam inveniret à Jureconſultis in variis Juris reſponſis, quo ſolito vitio maculavit reſponſum *in l. delegare* 17. *D. de novat.* uti jam emaculavi *ſupr. Lib.* 2 *C.* 7. *à n.* 20. quis JuriſConſultorum talem diſtinctionem invenit, aut in actibus qui nutu celebrantur, aut in illis quos age-
81 re poſſunt muti? cum in nutibus illa celeberrima diſtinctio ſit, an actus verba requirat ſolemniter, vel non, quod ſi verba, nutus perficere non poterit; ſin nudam voluntatem, nutu ſolo conſtabit: quæ ratio diſtinctionis ex ore, & mente Juris Conſultorum profluxit: ut longe dedimus *lib. 2. per totum.* In mutis, illa eſt celebris Juris ratio: an mutus intellectum habeat; vel non: & conſequenter verba expectantur neceſſariè in actu, ut hoc Capite multis reſponſis collectis probavi. Sed videant docti, quam evidenter commiſſura Triboniani ſtat: nec unquam, quocumquam te vertas, reſponſo Pauli adſuere poteris: nam ſi nutu relinqui poteſt fideicommiſſum, ad quid vox requiritur in eo, qui fideicommittit, nam eſt neceſſitas ſine
82 qua (ut optime expendi ſupra *dict. cap.* 10.) nec ab uno ad aliud infertur: ſic ſane legitime infertur, fideicommiſſum nutu relinqui poteſt, etiam ab eo, qui loqui non poteſt; aut è contra fideicommiſſum nutu non relinquitur, quamvis is nutu relinquat, qui & loqui poteſt, natura enim actus non variatur ex qualitate celebrantis, nam ſi verba expoſcit, mutus natura vel morbo, celebrare non poterit, ſi nuda geritur voluntate, mutus & alius quicumque, ſi intellectum habet, ſine verbis legitime perficere poterit, ut hoc Capite de geſtione pro herede, & cretione diximus, & latiſſime
83 *dict. l.* 2. His adjice inſipientiam majorem, omni dignam irriſione, quod ſi ſupervenienti morbo, quis mutus exiſtit, nutu fideicommittere poſſit, nec ne, quia mutus à natura minus favore dignus eſt, quam ille qui poſtea morbo effectus eſt mutus; quis talem diſtinctionem inſipienter probabit? cum utroque modo mutus morboſus ſit, *l. mutum* 9. *D. de Ædilit. Edict.* Aulus Gellius *lib.* 4. *Noct. Atticar. capit.* 2. imò miſeratione dignior eſt, qui à natura mutus evaſit, cum in ſupervenientem morbum culpa aliqua potuit, qui mutitionem patitur, pervenire, niſi velimus iniqui eſſe accuſatores naturæ, quod damnat Juſtinian. *in l. Maximum vitium, C. de liber. præter.* ut optime cum eo poſſimus dicere, *qui enim tales differentias*
84 *inducunt, quaſi naturæ accuſatores exiſtunt.* Dices forte, de fideicommiſſo nutu relinquendo agi, & cum hæc res interrogationibus regatur, quas fideicommittens audiens, annuit, ut in actibus cæteris, qui nutu perficiuntur, fit, ut dixi *dict. lib.* 2. *cap.* 9. & per totum librum, ea ratione diſtinguendum eſſe inter mutum à natura, qui ſurdus eſt, nec interrogationes audire poteſt, & mutum, qui accidenti morbo lingua, & voce privatus jacet, ſed hæc diſtinctio contra medicinæ principia datur, agnita in noſtro Jure Civili, & multis rationibus, & autoritatibus in præcedentibus numeris à me aſſerta: nam mutus à natura audire poteſt, ut probavi *d. nu.* 44. & aperte agnoſcit Juſtinian. *dict. l. diſcretis*, & è contra plerumque fit, mutos morbo repente factos aures & vocem amittere, & quod magis eſt, mente & ſenſu privari, ut ex Galeno, & aliis obſervavi, & experimur quotidie, præcipue in patientibus fortem apoplexiam. Horum ergo alterum damnare debet, aut nutu fideicommiſſum relinqui non poſſe à muto à natura, vel morbo ſupervenienti, forte quia uterque concluſas aures habet, aut totum contrarium, ſcilicet poſſe relinqui, quando natura, vel morbo initio facultatem audiendi præſervavit, quod apud me legitimum foret. Nec 85
rationem *d. l. nutu*, aliunde ducas, videlicet à teſtamenti factione, quod videtur innuere Oſvald. *dict. Lib. 6. com. Cap. 5. litt. R.* Viglius *in §. 3. inſt. de teſtament.* ita ut ille qui augeſcente infirmitate mutus factus eſt, aut fecerat teſtamentum, aut poterat facere, ſi litteras ſciat, & ſic fideicommittere, ex *reg. dict. l. 2. D. de legat.* 1. ſecus autem mutus à natura, qui cum inteſtabilis ſit, non retinet fideicommittendi facultatem, ſed quis, bone Deus! talia ferret? Cum hæc tota ratio, nihil aliud ſit, quam phantaſia, & divinatio ad Pauli reſponſum ſeu Triboniani, qui ſolum agit de fideicommiſſo nutu relinquendo ab illo qui loqui poteſt, vel non; ſed etiam animadvertendum eſt, mutum morbo de media Juriſprudentia inteſtabilem eſſe, quia rogare teſtes non poterat, nec eorum teſtimonia audire, ſi aures amiſerat, & ſic in hoc pari conditione erat, cum muto à natura, ut dixi *à nu.* 25. nec Juſtiniani conſtitutione diſtinctum fuit *d. l. diſcretis*, inter mutum à natura, & ſupervenientia morbi, cum annotatione ſi ſcribere ſciat, quod nec Tribonianus plene inſervit *dict. l. nutu*, omittens ſcribendi ſcientiam, quod antea à nullo Juriſconſultorum additum, & diſtinctum fuit. Etſi forte (quod nec ſomniavit Paulus, nec quacumque acri conſideratione à verbis *d. l. nutu*, deduci poteſt,) ante mutitionem fecerat teſtamentum infirmus, non ideò poſſet nutu relinquere fideicommiſſum, ſi aures ei concluſæ fuerunt, licet expeditam linguam haberet, cum tota nutus ratio ab auditu conſiſtat circa rem, quæ ſine verbis expediri poteſt; & ſic ſive teſtamentum fecerit, vel non; poteſtas fideicommittendi nutu non dependet ab impedimento linguæ, natura vel morbo; ſed ab aurium capacitate. His 86
adde quod mutus à natura indulgentia Principis poterat facere teſtamentum, *l. ſi mutus* 7. *D. de teſtam.* non enim eſt neceſſarium, quod litteras ſciat, ut Viglius, & Oſvald. in locis proxime datis, & Gilkenius *dict. l. diſcretis*, *nu.* 3. cum aliis ab hoc relatis exiſtimarunt; peritiæ enim litterarum, ſecundum hos neceſſariæ, Conſultus non meminit, imò abſolute concedit teſtandi licentiam ex privilegio Principis, ſine geſticulationibus, & ridiculis demonſtrationibus poterat mutus facultatem obtinere teſtandi; cum modo, quo poſſet, & ei poſſibile fuiſſet, ut inquit Conſult. *dict. l. mutus* 43. *D. de procurator.* poſſet quicumque haurire voluntatem, & in libellum redigere, eumque Principi offerre. Libellis enim adiri Principem, illumque ad illos reſcribere, nihil magis frequens

in Jure noſtro invenitur, *l. Divus* 33. *D. de re*
87 *jud. l. libertus* 15. *D. de in jus vocan.* uti per ali-
quas paginas tractat Briſſon. *Lib.* 3. *Form. à f.*
m. 327. ſi enim ſolemniter verba non requiruntur
Principe coram, ſed ſolum oblatio libelli, id eſt fa-
ctum, quid obſtare poterat quominus mutus à ſuo
Principe privilegium teſtandi obtinere poſſet? Et
quamvis Viglius, & conſectarii inſtent adhuc,
non ſolitum eſſe Principem privilegium teſtandi
concedere cuiquam, niſi de voluntate teſtantis
conſtet, *§. plane* 2. *inſt. de militar. teſtam.* ſatis
voluntas muti conſtat, & invenitur in porrecto li-
bello, non minus, quam aliorum, qui preces ſuas
in libello Imperatori offerebant, etiam litterarum
rudes; nec cum eis Imperatores colloquebantur,
ſed reſcribebant illis ſecundum id quod æquum il-
lis viſum fuerit, & ſi voluntas muti ab illo actu
colligi non poſſet, eadem ratione, nec in aliis
actibus, quos ex ſententia Juriſconſultorum cele-
brare poſſunt, quorum plures collectos hoc Capi-
te do, & ſic eum rationem mutorum non intelli-
gerent Cuman., Paul. de Caſtro, Jaſ., Aretin. ci-
tati à Tiraquel. *de priv. piæ cauſæ, de priv.* 9. *nu.*
2. in eam convenerunt opinionem mutum ſur-
dum, nec ex privilegio Principis teſtari poſſe,
contra expreſſum principium *d. l.* 7. ſentientes
hominem ſic affectum judicio, & intellectu care-
88 re. Præterea, quod *dict. §. plane*, non apte ab
interpretibus in hanc rem adducitur, id ſolum pro-
bat, conſtare debere de voluntate militis teſtan-
tis, quod quamvis libere Jure Gentium teſtentur,
non ita ea facultas accipienda eſt, quod ſaltim
prius non appareat, quem nominaverit heredem,
& quam circa ſua bona voluntatem conſtituerit
(quod latius ſcripſi *Lib.* 2. *C.* 10. *à n.* 5. *cum
ſeqq.*) & cum ſic Juſtinian. docuiſſet *d. §. plane,*
ſubdit *in §.* 3. *quin imo, & mutus, & ſurdus miles
teſtamentum facere poteſt*, ſentiens ſatis conſta-
re de voluntate militis muti per indicia, & de-
monſtrationes ſuas. Ex quibus omnibus cauſas
mutorum conjunges à natura, vel à morbo, quod
uterque inteſtabilis eſt, & aliquando teſtabilis u-
nus ante infirmitatem, alter privilegio, ut ſic ra-
tione teſtamentorum, abſolute autor *d. l. nutu*,
fideicommittendi poteſtatem nutu non deberet de-
negare muto à natura, & indulgere à morbo, &
cum ab inteſtato fideicommiſſum poſſit relinqui,
nec *d. l. nutu*, ſyllaba de teſtamento facto, vel
faciendo non inſeratur, extra rem erit fideicom-
mittendi poteſtatem nutu à teſtamento facto col-
ligere. Sed quid varia commentatione fatigamus 89
animum? Cum moris fuerit Triboniani novas ſui
Cæſaris Conſtitutiones inſerere Juriſconſultorum
reſponſis, ut Academici melioris notæ paſſim a-
gnoſcunt, & ego obſervavi *ſup. hoc Lib.* 4. *num.*
17. ubi loci ad id expendi hanc *l. nutu.* Stat er-
go apud me fixum ex his omnibus, quæ longo tra-
ctu duximus, mutum fideicommittere poſſe, quia
ſolum facto impeditur teſtamentum condere, quo
caſu regula *l.* 2. *de leg.* 2. non obtinet ut dixi,
C. 10. *& iſto.*

Redeo ad inſtitutam viam *d. l.* 2. & ad regulas 90
præpoſitas, quibus fideicommittendi poteſtatem à
teſtandi ducebamus, & præter mutos, & ſurdos,
dices, eſſe alios (ex ſententia noſtra) qui quam-
vis teſtandi jus non habeant, poſſunt fideicommiſ-
ſum relinquere: ſcilicet deportatos, & peregri-
nos, quibus in capitulis ante habitis poteſtatem
fideicommittendi dedimus, & tamen in eiſdem
denegavimus teſtamenti factionem, & quod ma-
gis eſt, fideicommittendi *Cap. iſto, n.* 4. ſed fa-
cili concordia hæc cuncta placabuntur, & noſtra
ſententia noſcetur, & agnoſcetur à doctis: cum
ipſamet argumenta magis firment, ea eſt ſemper
veritatis virtus. Jure Civili peregrinus, & de-
portatus teſtari nequeunt, & ſic eodem jure, nec
poterunt fideicommittere, *l.* 1. *§.* 2. *&* 4. *D. de
legat.* 3. reſpice præſcripta, *C.* 11. *à n.* 23. &
ſic intelligenda ſunt notata, *hoc Cap. d. n.* 4. at
vero cum uterque Jure Gentium teſtari poſſit, ut
probavimus, *C.* 14. *ſupr.* peregrinus ſemper, de-
portatus autem quando in ſententia ei fuerunt re-
ſervata bona, vel relicta in teſtamento militum,
ut longe defendimus, *C.* 13. *&* 14. poterunt am-
bo eodem Jure Gentium fideicommiſſum relinque-
re, cum nulla fraus legi fiat, & poteſtas Jure
Gentium habeant ad teſtandum, & fideicommit-
tendum, ut ſic verum vero conſonet, & regula *d.
l.* 2. in hoc caſu etiam obtineat locum.

LIBER

LIBER QUINTUS
PARALIPOMENON
ET
ELECTORUM
JURIS CIVILIS.

CAPUT I.

Q. Antiſtius Labeo , per integrum Caput : laus, autoritas ejus & monumenta litteraria. 1. *In omni litterarum genere ſcripſit.* 2. *Aſſiduitas ſcribendi.* 3. *Pomponii Læti error.* 4. *Lectio* in l. 2. §. poſt hunc, D. de orig. jur. *an ſi* quadringenta *legendum ſit , late diſcutitur.* 5. *Libri qualiter legendi , & ſeligendi.* 6 *Et ſcribendi.* 7. *Error reponentium ,* dict. §. poſt hunc quadragenta. 8. *Volumen quid ?* 9. *Liber unus in duo volumina.* 10. *Libelli qui vocabantur ?* 11. *Unde volumen dicatur remiſſive.* 12. *Librorum appellatione volumina continentur.* 13. *Longe interpretamur Ulpian.* in l. librorum , §. ſi cui centum , D. de legat. 3. 14. *Notatur Laurentius Valla.* 15. *Libelli dicti volumina , quia convolvebantur.* 16. *Aliquando unus diſtincte , aliquando plures ſimul.* 17. *Elephantini libri.* 18. Codex *quid ?* 19. *Iterum reſumitur Ulpian.* dict. l. librorum , §. ſi cui centum. 20. *Labeo poſteriorum libros ſcripſit , & quot.* 21. & 22. Τὸ ultimus *proprietas.* 23. *Libri poſteriorum à Javoleno epitomati.* 24. Πιθανῶν *libros idem Labeo ſcripſit.* 25. *Et ad edictum.* 26. *Prætoris Urbani.* 27. *Prætoris Peregrini.* 28. *Epiſtolarum libros.* 29. *Contrarium tamen ſentit Cujacius.* 30. *Ab inſcriptionibus reſponſorum quando conjecturæ accipiendæ.* 31. *Expenditur* l. ſi fur. 32. §. incertam 2. D. de uſucap. 32. *Scripſit & reſponſorum libros.* 33. *De veſtali virgine.* 34. *Et commentaria ad leges* 12. *tab.* 35. *Juris Pontificii commentaria.* 36. (*Illuſtratur Macrobius.* 37.) *Et de Diis Animalibus.* 38. *De diſciplinis Etruſcis.* 39. *Conjectura datur , alia plura ſcripſiſſe.* 40 *Novis rationibus lectio* dict. §. poſt hunc *adſeritur.* 41.

LIBER quintus inſignis Q. Antiſtii Labeonis Juriſconſulti laudes , & authoritatem dabit , ejuſque monumenta litteraria , adverſus aliquos , qui aut adulatione , aut ignorantia victi , impudenti ore , & ſtylo tanti viri laudes violare , ſed
1 incaſſum , conari fuerunt. Hodie nos vindices eximius vir habebit , utinam ille acriores , & doctiores pro gloriis ſuis ſortiretur , ſed dum alius ex Interpretibus noſtris accingitur , ſubibo munus , & vindictam tractabo ſapientiſſimi Juriſprudentiæ ſacerdotis. Magnum inferimus Juriſconſultum , virum mehercle multis condecorandum.
2 Is ſane , præter Juriſprudentiæ eximios labores , cæteris operis ſapientiæ operam dedit , ut ſcripſit Pomponius *in l.* 2. §. *poſt hunc* 47. *D. de origin. jur.* & (ut inquit Bernard. Rutilius *in ejus vita*) multum philoſophiæ impendit , ultra quæ lingua latina politioribusque litteris doctiſſimus evaſit , (videant legulei , an ſi majeſtas Juriſprudentiæ dedecoratur philoſophia , humanioribusque litteris , cujus etiam vindictæ adverſus peſtes iſtas ſuum tempus adveniet) teſtis etiam eſt Appianus *Lib.* 4. *de civili bell.* in his verbis. *Labeo ſapientiæ nomine illuſtris Labeonis ejus parens , cujus ob legum experientiam celebre nomen eſt ,* & condecorat etiam D. Auguſtin. *Lib.* 2. *de civitate Dei , Cap.* 11. *Cum præſertim Labeo , quem hujuſcemodi rerum peritiſſimum prædicant , numina bona à numinibus malis , iſta etiam cultus diverſitate diſtinguat ,* ubi Vivès *litt. B. non Juris modo , ſed totiuſque antiquitatis , omniumque artium peritiſſimum* πολυΐστωρque vocat , A. Guibertus *Lib.* 1. *quæſtionum Jur. Cap.* 8. *in artium ingenuarum ſtudiis diu multumque verſatum ,* latior nobis eſt A. Gellius *Lib.* 13. *Noctium Atticarum C.* 10. *Labeo Antiſtius Juris quidem Civilis diſciplinam principali ſtudio exercuit , & conſulentibus de Jure publice reſponſitavit , cæterarum quoque bonarum artium , non expers fuit , & in grammaticam ſeſe , atque dialecticam litteraſque antiquiores , altioresque penetraverat : latinarumque vocum origines rationesque percaluerat , eaque præcipue ſcientia ad enodandos pleroſque Juris laqueos utebatur : ſunt ab eo libri poſt mortem ejus editi , qui poſteriores inſcribuntur , quorum librorum tres continui , triceſimus octavus , & triceſimus nonus & quadrageſimus pleni ſunt id genus rerum ad enarrandam , & illuſtrandam linguam latinam conducentium : præterea in libris , quos ad Prætoris edictum ſcripſit , multa poſuit , partim lepide , atque argute reperta , ſicuti hoc eſt.* Unde Labeo Proculeianorum Princeps cum Chryſippo comparatur , lege Edmund. Merillium *Lib.* 1. *obſervat. Cap.* 26. & in quan-

tum Juriſconſultum habemus πολύϊςωρ ſane, cen-
3 tieſque πολύϊδωρ mihi erit. Quiquidem ſacer-
dos, & verus noſtræ Juriſprudentiæ, tanta aſſi-
duitate adoravit, & celebravit litteras, ut aſſir-
met Pomponius *dict.* §. *poſt hunc* 47. Phil. Beroald.
ad ſuet. in Aug. Cap. 54. *Romæ ſex menſibus, eum*
ſtudioſis fuiſſe, ſex menſibus ſeceſſiſſe, & conſcriben-
dis libris operam dediſſe, ex quibus aperte convin-
4 citur Pomponii Læti error qui *Lib.* 26. *de Magi-*
ſtratribus, iſtam ſtudiorum formam Capitoni at-
tribuit, & quadragenta volumina ſcripſiſſe addit,
quod de noſtro Labeone voluerunt aliqui ex hujus
Pomponii loco, *dict. l.* 2. §. *poſt hunc* 47. *D. de*
orig. jur. ſed nos majus voluminum incrementum
Labeoni dabimus, *quadringenta* ſcilicet volumina:
hæc fuit antiqua, & receptior lectio in omnibus
codicibus.

5 Agnoſco in hoc Pomponii loco reponere quadra-
genta Æguinar. Baron. J. Corraſium *ad eum*, atque
Fran. Hotomanum *in deſcriptione Juriſconſultorum*,
& Rutilium *in noſtro Labeone*: deſperant à tanto
volumine, & ſupra hominis captum eſſe, & ita
primo obtutu videtur; nam non ſolum ſcribere,
ſed nec perlegere potuiſſe, quicunque crederet,
& ſic lectio *quadragenta*, honeſtior Pomponio ap-
paret, & à ſuſpitione mendacii libera: nam ami-
cior puriorque animus in tantis hærebit volumini-
6 bus. Memini ego Epiſtolarum Senecæ docentis
2. & 45. *Epiſtola*, in ſtudiorum progreſſu multo-
rum autorum lectionem, & omnis generis volu-
minum habere aliquid vagum, & inſtabile, cui
aſſentit Martial. *Lib.* 4. *Epigram.* 29. & cum iſta
in prælectione librorum vera ſint, quanto veriora
judicabuntur in ingenti perfectione eorum, &
ſtructura, in qua cunctus ſpiritus, ingenium,
potentiæ hominum concurrere, & laborare de-
bent: in cujus imaginis diſpoſitione, & figura
quantum temporis neceſſario ſublabetur? ut non
quadringenta; imò nec quadragenta volumina ſub-
tiliſſimus artifex Antiſtius Labeo, ſi juſta ejus lit-
7 terarum fama, perficere potuerit. Pedetentim
in hac via deambulandum eſt, ne labamur, mo-
re atque ritu urſino hos fructus parire debemus,
namque ut fera informem partum emittit, ad
formam adducit aſſiduitate lambendi, ſic nos ede-
re in lucem ſtudiorum fœtus: quod admiratione
ſumma peregit Virgilius Maro, teſte Faborino
philoſopho, apud Aul. Gell. 17. *Noct. Att. Cap.*
10. ut taceam Euripidis, & aliorum magnorum
poëtarum inſomnes curas, & præcipue majoris
Statii Papinii, *Theb. Lib. XII.* v. 811.

O mihi biſſenos multum Vigilata per annos.

Quæ quidem cuncta præmaxime urgere videantur
d. §. *poſt hunc*, reponendum eſſe ex ſententia Fa-
bri, & aliorum *quadragenta* pro quo expreſſa eſt
autoritas Pomponii Læti *dict. Lib.* 26. *de Magiſt.*
qui quamvis errore ſummo hæc librorum volu-
mina Capitoni attribuiſſet, quomodocumque ſit,
quadragenta fuiſſe ſentit.

8 Sed quanquam multum varietatis hæ conſidera-
tiones diſtringere videantur, aperte labi contra-
riæ opinionis interpretes judico, ignorantes, aut
non animadvertentes, quid ſit volumen: nam pri-
ma illa apparens ratio tantorum voluminum jactat
equidem quodcumque judicium. Injuria equidem
Labeonis interpretes noſtri tanto voluminum nu-
mero perterriti, falſo antiquam lectionem viola-
runt, quod in præſenti in æternum me reſtituturum
9 ſpero. Ad quod obſervo, apud antiquos vo-
lumen dictum fuiſſe libri unius ſectionem, ſeu
fragmentum: ita ut tomus plura volumina habe-
ret, & contineret in ſe: ſic P. Virgilii Maro-
nis Æneis, quam in duodecim libros ſectam vi-
demus, duodecim volumina continebat: & Me-
tamorphoſis P. Ovidii Naſonis in quindecim li-
bros diviſa, quindecim volumina haberet: audi
gravem teſtem eundem Ovid. *Lib.* 1. *triſt. eleg.* 1.
v. 117.

Sunt quoque mutatæ ter quinque volumina formæ,
Nuper ab exequiis carmina rapta meis.

Valerius Martialis *Lib.* 7. *epigrammat.* 62. loquens
de Silio poëta, qui bella Punica, quæ cecinit,
in decem & ſeptem libros diviſit.

Perpetui nunquam moritura volumina Sili
Qui legis, & Latia carmina digna toga.

Noſter Statius Papinius, cujus autoritas apud me
ſemper fuit magna, in dedicatione *Lib.* 4. *Sylva-*
rum ad Marcellum, ſic incipit, *inveni librum, Mar-*
celle chariſſime, quem pietati tuæ dedicarem. & in-
fra, *ſed interim hendecaſyllabos, quos ſaturnalibus una*
riſimus, huic volumini inſerui, Macrob. *Lib.* 3. *ſa-*
turnal, c. 7. in fine, ibi: *Diſputat de hoc more etiam*
Trebatius religionum libro nono, cujus exemplum, ne
ſim prolixus, omiſi, cui cordi eſt, legere ſatis habeat;
& autorem, & voluminis ordinem eſſe monſtratum,
Plinius *Lib.* 30. *natural. hiſt. Cap.* 1. *Hermippus* (in-
quit) *qui de tota ea arte diligentiſſime ſcripſit, &*
vicies centum millia verſuum à Zoroaſtre condita indi-
cibus quoque voluminum ejus poſitis explanavit, &
Lib. 18. *Cap.* 3. *& Cap.* 25. *& Cap.* 26. *& Cap.* 32.
ſic liber primus ad Herennium vocatur ab autore
volumen in fine, ibi: *Nunc quoniam ſatis hujus vo-*
luminis magnitudo crevit, commodius eſt, in altero li-
bro de cæteris rebus deinceps exponere, & hoc in tan- 10
tum verum erat, quod liber unus aliquando in duo
volumina dividebatur, celebris eſt locus C. Plinii
Lib. 4. *epiſtol.* Illario miſſa, ibi: *Studioſi tres in ſex*
volumina propter amplitudinem diviſi, quibus oratorem
ab incunabilis inſtituit, & perfecit (Paſſeratius, &
Caſaubonus, Laurent. Valla infra referendi legunt
libri tres). Hæc volumina aliquando libelli voca-
bantur, appoſite Horat. Flaccus *Lib.* 1. *epiſt.* 13. 11
ad Vinnium Aſellam.

Ut proficiſcentem docui te ſæpe, diuque
Auguſto reddes ſignata volumina Vinni,
Si validus, ſi lætus erit, ſi denique poſcet:
Ne ſtudio noſtri pecces, odiumque libellis
Sedulus importes opera vehemente miniſter.

Omnia Poëtæ opera parvo poëmatum libello con-
cluduntur, & tamen volumina vocat, ſtatimque
libellos, Martial. *Lib.* 1. *epigram.* 1. *Argutis epi-*
grammaton libellis, & in epiſtola ad Domitianum Lib. 8.
& paſſim: ſic intelliges Suetonium *in Jul. Cæſa-*
re, Cap. 56. *Feruntur, & à puero, & ab adoleſcentu-*
lo quædam ſcripta, ut laudes Herculis, tragædia Oe-
dipus, item dicta collectanea, quos omnes libellos ve-
tuit Auguſtus publicari, Suetonio adde Ciceronem
Lib. 9. *epiſtol. famil. epiſt.* 15. *Sic audio Cæſarem,*
cum volumina jam confecerit ἀποφθεγμάτων *vel per ſe,*
ſi quid offeratur ad eum pro meo, quod meum non ſit,
rejicere ſolere, quos enim libellum, ſeu libellos
collectanearum dixit Suetonius, vocat volumina
ἀποφθεγμάτων Cicero: noſtram voluminis rationem
probarunt antea Iſaac Caſaubon. *animadverſ. ad*
Sueton. dict. Cap. 56. Maria Catan. *in expoſitionibus*
ad d. epiſt. C. Plinii Junioris, Paſſeratius *in prælectio-*
nibus ad Tibullum Lib. 4. *Panegyrico ad Meſſallam.*
fol. mihi 90. Budæus *in commentar. linguæ Græcæ fol.*
mihi 185. & Iſidor. *Lib.* 6. *Etimol. Capit.* 13. (qui
ſic percipiendus eſt) Laurentius Valla *Lib.* 6. *eleg.*
Cap. 43. Cujac. *in notis ad I. Paul. Lib.* 3. *tit.* 6.
§. *libris legatis*, Aldus Manutius *de quæſitis per epi-*
ſtol. Lib. 2. *quæſt.* 1. Salmaſius *in Vopiſco, p.* 243. 12
volumina ergo libelli parvi fuerunt, aut libro mi-
nora reddit Valla, *ubi proxime*, & D. Iſido-
rus, *dict. loco*, & Paſſeratius: atque Duaren. *in*
commentar. ad titulum, D. qui teſtament. facere poſ-
ſunt, Cap. de teſtamento inſcriptis, D. Gothofred.
in l. librorum 52. *D. de leg.* 3. Inde eſt, quod 13
librorum appellatione volumina contineantur *l.*

librorum

librorum 52. *D. de leg.* 3. I. Paul. *Lib.* 3. *tit.* 6. §. *libris.*

14. Ex his accedimus ad interpretationem difficilis Ulpiani reſponſi *dict. l. librorum*, §. *ſi cui centum* 1. in quo ſi centum libri alicui legati ſunt, centum volumina deberi reſpondet Conſultus, & cum libellus unus volumine contineretur, ſicque vulgo reciperetur (uti hic ex antiquorum uſu adſtruximus) occurrit Ulpianus difficultati, explicans ſententiam ſuam, non intelligenda fuiſſe centum volumina illa, quæ magis ingenio conſtent, quam ipſo opere, ut in exemplo à Jureconſulto dato, veluti cum opera Homeri quadraginta octo librorum ſint, quæ tamen in uno volumine eſſent conglutinata, & congeſta, non tamen quadraginta octo libri computantur, ſed volumen unum, quod equidem verum eſt: nam aliàs, ſi quadraginta, & octo volumina intelligeremus, magis ea ingenio, & intellectu conſtarent, quam reapſe, & ut inquit Ulpianus, magis volumina eſſent, quæ quis ingenio metitus eſſet, non opere: unde Laurentius Valla pronus ſemper in refellendus Juriſconſultos (tanta erat Grammatici vanitas, & elatio) *Lib. 6. elegant. Cap.* 43. impugnat Ulpianum,
15 & adverſus antiquam eruditionem, qua unusquiſque liber volumen dicebatur, reſpondiſſe ſcribit, ſed quis feret tumidiſſimum errorem hominis ab infimæ grammatices rudimentis furore Icareo ſummitates Juriſprudentiæ apprehendentis, vel potius affectantis? Animadvertere debebat, ſi tantum ſibi juriſdictionis ſcientiæ in antiqua eruditione at-
16 tribuebat, ideò libellos illos antiquos volumina dictos fuiſſe, quia utilitatis commoditatiſque cauſa, ut facilius deferrentur, convolvebatur unuſquiſque diſtincte: à cujus effectu volumina rectiſ-
17 ſime appellata fuerunt: ſed multoties tamen unius autoris opera, pluresque libelli conjunctim componebantur, ut hodierni moris eſt, & tunc meritiſſime volumen unicum integra Homeri opera, ſeu Virgilii Æneis, aut Metamorphoſis Ovidii ſic compacta, dici debebit, ut plures jam dati referunt, & Salmaſ. *in Vopiſco*, Franc. Modius *nova antiqua lect. epiſtol.* 116. Obſopæus *in Senecam epiſtol.* 87. Alciat. *Lib. 4. de verborum ſignification num.* 24. de Homeri operibus teſtis eſt noſter Ulpianus in uno tomo, ſeu volumine congeſtis, & appoſite Martialis *Lib.* 14. *Epig.* 184.

Ilias & Priami regnis inimicus Ulyſſes.
Multiplici pariter condita pelle latent.

Ubi Domitius expreſſe ad mentem Ulpian. hæc verba ſubjicit, *quadraginta octo libros edidit Homerus, quorum 24. excidium Trojanum complectuntur, reliqui errores Ulyſſis: illi Ilias inſcribuntur, hi Odyſſea ab Ulyſſe, mittuntur una compacti*, ſic duo libri Anticatones in unum volumen congeſti magnum tomum efficiebant, uti comparatione docet Juvenal. *ſatyr.* 6. *V.* 337.

——— *Quæ pſaltria penem*
Majorem, quam ſint duo Cæſaris Anticatones.

Sic Virgilii opera apud eundem Martialem *dict. Lib.* 14. *epig.* 186.

Quam brevis immenſum cepit membrana Maronem!
Ipſius vultus prima tabella gerit.

Sic etiam de Cicerone, Propertio, Livio, Saluſtio, & aliis, apud eundem Martialem in ſequentibus epigrammatibus videre poteris: ſed optime *in epigrammate* 192. de Metamorphoſi Ovidii; quam in decem, & quinque volumina diſtributam ex ipſo ſupra retulimus; audi nunc Martialem:

Hæc tibi multiplici quæ ſtructa eſt maſſa tabella,
Carmina Naſonis quinque, decemque gerit.

Unde Raderus ſubjicit *multis paginis compactum librum, aut volumen, quod maſſam vocat, malim de forma noſtratis accipi*: unde immenſa volumina vo-
18 cabantur ex aliquorum ſententia elephantini libri
J. Scoppa *Lib. 1. collectaneorum, Cap.* 18. *ad finem*, Joan. Brodæus *Miſcell. Lib. 4. Cap.* 12. Joſephus
19 Scaliger, D. Iſidorus citati à Salmaſio *in Vopiſco ad pagin.* 328. ut ergo volumen vocabatur codex multorum librorum, ſic etiam liber multorum librorum ſeu libellorum, codex ſeu volumen dicebatur; expreſſus eſt Cic. *Lib. 2. ad Q. Fratrem epiſt.* 10. ibi: *Sed utros ejus habueris libros (duo enim ſunt corpora) an utroſque neſcio, me magis de Dyoniſio delectat*, ſic accipientibus Alciat. *dict. Lib. 4. de verbor. ſignificat.* & melius J. Tiſlio *in collectaneis ad eum locum*, ſine quæſtione Martialis probat *Lib.* 3. *Epigram.* 49.

Depoſui ſoleas, affertur protinus ingens
Inter lactucas, oxygarumque liber.
Alter perlegitur, dum fercula prima morantur.
Tertius eſt, nec adhuc menſa ſecunda venit.
Et quartum recitas, & quintum denique librum.

Sic idem *Lib. 8. Epig.* 3. cum meminiſſet quinti, ſexti, ſeptimique libelli, concludit.

Sit pudor & finis, jam plus nihil addere nobis
Fama poteſt: teritur noſter ubique liber.

Sic etiam accipiendus eſt Juvenalis *ſatyr.* 8. *v.* 133.

De quocunque voles proavum tibi ſumito libro.

Propertius *Lib. 2. Eleg.* 24.

Tu loqueris? cum ſis jam toto fabula libro.

Inde commentarius liber, & *εἰσαγωγικός*; apud Aulum Gell. *Lib. 14. Noct. Att. Cap.* 7. hunc autem librum ſeu volumen multorum librorum Græci *ὀμφαλὸν* vocabant, nam utpote volumen multorum à volvendo dicebatur (nam libri antiquitus non duplicabantur, ſed convolvebantur, inde volumen ſerpentis, quod jam obſervarunt alii) ſic liber à libris arborum dicitur, uti præter alios plures D. Iſidorus ſcripſit *dict. Cap.* 13. Quid vetat ergo, volumen librumque dici multorum librorum ſeu ſectionum? Ex hoc fonte cecidit dubi- 20
tandi ratio in reſponſo Ulpiani *dict. l. librorum*, §. *ſi cui centum*, nam cum liber, & ſectio unius voluminis eſſet, & nihilominus codex multorum librorum, ſeu ſectionum appellaretur, & ſic eodem modo volumen ſectio una diceretur, & ſimiliter plures ſectiones comprehenderet, dubitabatur, quid in legato centum librorum contineretur: & centum volumina deberi reſpondet Ulpian., non quæ quis ingenio ſuo metiri poſſet in uno volumine, ſed centum volumina diſtincta, quæ Teſtator haberet, quia ſic convenit magis menti Teſtatoris, centum libros legantis. Quis autem credet centum volumina intellectualia in uno volumine relinquere voluiſſe? non vero *τὰ ὀμφαλὰ* centum: convenit etiam propriæ ſignificationi verborum: nam ut nuper probavi, & liber multorum libellorum eſt codex ſeu *τεῦχος*, vide Harpocrationem, & Salmaſium, *ſupra*, & ſimiliter volumen *τὸ τεῦχος* multorum voluminum: quæ cum non intelligeret Laurentius Valla, cum facilis ſemper in Juriſconſultos ferretur, faciliſſime prolapſus fuit; vide tamen Alciatum *dict. Lib. 4. de verbor. ſignification. num.* 24. & D. Gothoſredum *dict.* §. *ſi cui centum*. Redeo ad Labeonem noſtrum; & cum *τὸ voluminis*, acceptio unica eſſet (ſed quæ attribuebatur plerumque unius operis ſectioni, ſeu fragmento diſtincto ab aliis, & ſeparate convoluto: plerumque etiam integro operi plures ſectiones ſub ſe continenti, nam in utraque acceptione volumen eſt, cum volvatur liber) quærimus, de cujus forma voluminis quadringenta Labeonis volumina accipienda ſint? & magis placet de prima, de ſectione una, ſcilicet voluta, cujus quindecim volumina Metamorphoſim Ovidii diximus habere. Moveor, & quia id magis accedit veritati, & tolerabilior eſt Pomponius ex illis parvis, non magnis

voluminibus quadringenta Labeonem edidiſſe, & quia, ut exiſtimo, horum voluminum forma communis magiſque recepta: nam vel edebantur ſic primo partu, ut ab Statio colligimus *in epiſtolis ſuarum ſilvarum initiis præfixis* præcipue *Lib.* 4. & Martiali ſimiliter paſſim, & præcipue *Lib.* 2. *epigramma.* 1. *& ex aliis*, quos, ne longior ſim, prætermitto: ſic etiam, quia ad uſum ferendi, volumina aptiora parva erant (ut jam ſcripſi). tum etiam quia quando ſectiones, ſeu libelli, in uno volumine continentur, minus proprie illi volumina dicerentur.

Animadverto ingentes labores, uberrimoſque ſtudiorum fructus noſtrum reliquiſſe Labeonem, quos non gravabor impræſentiarum recenſere, cum & ſtrenue labor iſte conducat antiquæ aſſertioni lectionis, & glorioſæ Antiſtii Labeonis.

21 Et 1. certum eſt *poſteriorum libros* reliquiſſe. Et quamvis A. Auguſtinus *in notis ad librum ſuum de nominibus Juriſconſultorum*, Rutilius, & alii affirment ex Aulo Gellio, quadraginta fuiſſe, non ita compertum eſt; Gellius enim *Lib.* 13. *Noctium Atticarum*, *Cap.* 10. ſcripſit, libros poſt mortem ejus fuiſſe editos, qui *poſteriores*, inſcribuntur, & ſtatim ſubjicit, *quorum librorum tres continui triceſimus octavus, & triceſimus nonus, & quadrageſimus, pleni ſunt id genus rerum, ad enarrandam, & illuſtrandam linguam latinam conducentium*: Aulus Gellius ergo non ſcribit poſteriorum libros ſolum quadraginta fuiſſe, nec aliunde (ſi diligentia mea infelix non fuit) certum aperiri poteſt, immo ego

22 plures poſteriores reliquiſſe ſuſpicor, ducor ad id conjecturiolis aliquibus (nam quibus aliis facibus antiquitatis hujus tenebris allucebimus?) & id eſt ex antiqua receptiorique lectura *noſtri §. poſt hunc*, ibi: *Quadringenta volumina*, quæ verba, & comprehendunt, & indicant plures poſthumos libros, ſed magis moveor ex modo loquendi Auli Gellii

23 in prædictis verbis, *quorum librorum tres continui*, forte ſignatius, & proprius *ultimi* diceret, ſi illi poſteriorum poſtremi forent, modo communi loquendi Virgilio 8. *Æneid. Vers.* 687.

——————— *Et ultima ſecum*
Bactra vehit

Et 5. *Vers.* 218.

——— *Sic ipſa fuga ſecat ultima Priſtuis.*
Æquora.

Et paſſim omnes; quæ conjecturæ, quamvis non compellant, ſaltim incertum reddunt plures quam quadraginta poſteriorum libros reliquiſſe Antiſtium, cum nullibi certum inveniatur poſthumos quadraginta ſolum fuiſſe, & ſic in dubio conſtituta res coadjuvat *dict.* §. *poſt hunc*, antiquam lectionem, argument. *Cap. cum expediat* 29. *de electione. Lib.* 6. Hoc denique irrefragabiliter eliciemus, novam & intruſam lectionem, *dict.* §. apertiſſime falſam convinci, cum ſi Labeonis cuncta opera non excederent poſteriorum libros, quadraginta volumina fuerunt ex aſſerta ſuperius acceptiona hujus nominis *volumen*; ſed alia plura præter poſteriores reliquit, uti ſequentia probabunt; expende audaciam Interpretum in reponendis, & reſcindendis antiquis lectionibus. De libris poſteriorum

24 Labeonis à Javoleno epitomatis, atque ex aliis libris Javoleni ex poſterioribus Labeonis, vide Edmundum Merillium *Lib.* 5. *obſerv. Cap.* 38.

25 [illegible] *libros* ſcripſit, quorum octavus noſtro Jure Civili recenſetur.

26 *Ad Ædictum*, cujus libri primi meminerint Ulpian. in *l.* 1. §. *fugitivum* 5. *D. de ſervis fugitivis*, & quarti Aulus Gell. *dict. Lib.* 13. *Cap.* 10. undecimi idem Ulpianus *in l. Pedius* 7. *D. de receptis arbitris*, ut ſecure per inſcriptionem ipſius legis Anton. Auguſtinus ſuſpicatur *de nominibus Juriſconſultorum.*

Prætoris Urbani, *l. Labeo* 19 *D. de verborum ſignification.* quos diverſos à libris ad ædictum ſentio, licet Anton. Auguſtin. confundendos putet, 27
quia diverſi omnino ſunt tituli, ſummaque religio fuerit, ſitque, in referendis inſcriptionibus, ſeu titulis.

Prætoris Peregrini plures, nam & trigeſimi meminit Ulpian. *in l. ſi quis affirmavit* 9. §. *Labeo* 3. *D. de dolo malo.* 28

Epiſtolarum libros, etiam reliquit Pomponius *in* 29
l. rerum mixtura, §. *Labeo libris epiſtolarum*, *D. de uſucapionibus*, ad quos refero *l. ſi fur.* 32. §. *incertam*, *D. eodem*, ſed magnus vir J. Cujacius *in commentario ad dict.* §. *Labeo*, negat Labeonis fuiſſe, & epiſtolarum libros Javoleno attribuit, quia 30
non meminit ſe legiſſe Quint. Antiſtium Labeonem eos ſcripſiſſe, cum earum plures Javolenus reliquerit, cum inſcriptio, *l. eum qui ædes*, *D. de uſucapionib.* ſit Javoleni *lib.* 9. *epiſtolarum*, in qua connexa tractatur quæſtio, *dict.* §. *Labeo*, unde reponit in eo, *Javolenus*. Ego autem in contraria ſum ſententia, & Labeonem epiſtolarum libros ſcripſiſſe pro certo habeo, nam eos poſcit inſtitutum vitæ, & ſtudiorum ſuorum: ſecedebat enim ſex menſibus à Populo Romano, quis dubitat in ſeceſſu iſto tantæ autoritatis virum à multis conſultum non iri, & per epiſtolam reſpondiſſe, tam judicibus, quam litigantibus? *dict. l.* 2. §. *poſt hunc* 47. *D. de origin. Juris*, & aliquando etiam perquiſiſſe multa: antiqui, noſtrique ævi inſignes viri fecerunt in omni litterarum genere, & ſi quadringenta volumina reliquit, quorum multa & Pomponii tempore perierant, quis igitur, ſine temeritate negare audebit, epiſtolarum libros non ſcripſiſſe, cum tantorum voluminum autor fuerit? & earum autorem fuiſſe inveniat ſcriptum à magno hiſtorico Pomponio. Si autem Cujacius, quorum tractatuum commentariorumve diſtincte fuiſſe quadringenta volumina comperiſſet, à ſufficienti partium enumeratione poſſet arguere, Labeoni epiſtolarum libros non attribuendos, cum epiſtolæ inter quadringenta cognita volumina non reperirentur: at totum contrarium eſt verius, cum majoris partis voluminum eſſentiam non cognoverimus: ergo ſine ratione Q. Labeoni epiſtolarum libros ſubripuit Cujacius. Hanc rationem uno verbo ſenſit marginalis gloſſa *dict.* §. *Labeo*, *quidam emendandum putant* Javolenus, *quia Labeo non ſcripſerit epiſtolas*, *ſed hoc qui ſcire poteſt?* equidem nullo modo, Jacobo Cujacio fundamentum fuit aliud, §. *Labeo*, connexionem habere, cum *dict. l. eum qui*, cujus autor Javolenus eſt *Lib.* 9. *quæſtionum*, ſed cui novum videbitur inquiri quæſtiones connexas diverſis Juriſconſultorum reſponſis, cum Juriſconſulti reſponderent, prout incidebant quæſtiones: & ſic reſponſa Juriſconſultorum conſtituebant ſæpe connexa, ſimilia, & fere una. Is enim Triboniani, & compilatorum labor fuit ſuperflua reſecandi, ut Juſtinianus in conſtitutione *de conceptione Digeſtorum*, & aliis confitetur. Unde debiliſſimum redditur argumentum Jacob. Cujacii. Ego autem tunc inſcriptionum legum conjecturas ad- 31
mitto, cum ejuſdem libri autoris, quæſtionis, tituli inſcriptiones concurrunt, ut critici fere omnes indagarunt Juris prudentiæ ſilvas. His adjice Juriſconſultum Pomponium. *dict. l. ſi fur* 32. §. *incertam* 2. *D. de uſucapionibus*, referre, noſtrum ſcri- 33
bere Labeonem, incertam partem neminem poſſe poſſidere, nam ſi plures pro indiviſo in fundo eſſent, qui ignorarent quotam quiſque partem poſſideret, neminem eorum mera ſubtilitate poſſidere; à quibus non omnino recedit ſimilitudo reſponſi, *dict.* §. *Labeo*, in quo quæritur an quis uſucaperet tegulas, vel columnas, quas in ædificium conjeciſſet (ad quarum uſucapionem decem tantummodo

Digitized by Google

tummodo dies ſupereſſent,) & ſimiliter gemmam incluſam auro: dubium inferebat recepta doctrina *dict. l. eum qui* in qua docemur, eum qui ædes mercatus eſt, nihil aliud, quam ipſas ædes poſſidere, non vero ſingulas earum ædium res, ſeu partes, *ſeparatis enim corporibus, ex quibus ædes conſtant, univerſitas ædium intelligi non poteſt*, in utroque enim reſponſo quæſtio affinis diſcutitur, de uſucapiendo incerta, & indiviſa parte fundi, & ædium: & utriuſque antiqua lectio Labeonem tradidit autorem. Unde exiſtimo *dicto §. incertam*, Labeonem intelligendum eſſe de epiſtolis ſuis, quibus longe lateque, tanquam interdicto unde vi reſtituimus Juriſconſultum ſuo epiſtolarum labori.

33 *Reſponſorum etiam libros* ſcripſit, quorum decimus quintus refertur ab Ulpian. *in libris ad edictum ex fragmentis Pithæi titulo* 12. *de incendiariis*, ut noſter A. Auguſtin. *ubi ſupra* præſcripſit.

34 *De veſtali virgine capienda*, & diligentiſſime omnium tractavit Aulus Gellius *Lib.* 1. *Noctium Atticarum*, *Cap.* 12.

35 *Commentaria ad leges* 12. *tabular.* refert idem Aulus Gellius *dict. Cap.* 12. & *Lib.* 20. *Cap.* 1.

36 *Juris Pontificii Commentaria*, Feſtus *verbo ſiſtere*, refert decimum quintum librum, & alios libros inſinuat Divus Auguſtin. *Lib.* 8. *de Civitate Dei*, *Cap.* 12. de quibus commentariis ego acci-
37 pio Macrobium *Lib.* 3. *faturnal. Cap.* 10. referentem noſtrum Labeonem *Lib.* 68. tractatus enim capitis illius expreſſe demonſtrat *Lib.* ſexageſimum octavum Juris Pontificii fuiſſe.

38 *De Diis animalibus*, refert Servius *Lib.* 3. *Æneid.*

39 *De diſciplinis Etruſcis*, Fab. Fulgentius *de vocibus antiquis*, ſic ſcribit, *Labeo qui diſciplinas Hetruſcas Tagetis & Bacbetidis* 15. *voluminibus explanavit, ita ait.*

40 Ego autem alios plures tractatus, operaque præter præſcripta noſtrum Labeonem edidiſſe pro certo habeo, & ita colligitur ex Pandectarum quamplurimis locis, quos accurate collegit Anton. Auguſtin. & ex eruditis antiquis, in quibus frequentiſſime refertur Labeo in autoritatem comprobandi res varias, longeque diverſas. Redeo ad quadringenta volumina, & cum compererimus deſi- 41 gnate pluſquam ducenta volumina noſtri Conſulti, non quadraginta ſed neceſſario quadringenta legere debemus: nam ita præſumere debemus, cum deſignatorum tractatuum libri integre inveniri non poſſint, nec quantos tractatus ediderit, cum & Pomponii tempore multi periiſſent; & ſi unuſquiſque liber conficit volumen in tanta mole librorum, quis ibit contra autoritatem Conſulti Pomponii, antiquamque lectionem, quadringenta dantis volumina Labeoni: præcipuè ſi addamus ex uno libro aliquando duo volumina componi, uti ex Plinio obſervavimus. Nec id commitari debemus: quid non enim facere potuit, qui tanto ingenio præditus, tanto præterea ocio abundavit, verba ſunt Anton. Fabri *in rationali ad dict. §. poſt. hunc*, *lit. A.* & qui (ut enarrat Conſult. Pomponius) *totum annum ita diviſerat, ut Romæ ſex menſibus cum ſtudioſis eſſet, ſex menſibus ſecederet, & conſcribendis libris operam daret, itaque reliquit quadringenta volumina*, quid, ſi iſta fabuloſa ridentur? quid de Didymo Alexandrino ſalſamentarii filio ſentiemus? quo neminem plura ſcripſiſſe affirmat Quintilian. *Lib.* 1. *orator. Cap.* 10. Suidas refert tria millia, & quingentos ſcripſiſſe: Seneca autem quatuor millia librorum *epiſtol.* 88. unde χαλκέντερος dictus fuit, id eſt, *ferreis viſceribus*, ego autem exiſtimo noſtri ſeculi viros plures ſtudiorum labores in lucem edidiſſe, quam Quintum Antiſtium Labeonem, cum ſi commoditatis cauſa ad ferendi uſum in parva volumina antiquo Popul. Romanorum more dividerentur, proh Deus! quanta pullularent volumina ex ſtudiorum monumentis Bartoli, Abbatis, Jaſonis, Alexandri, Cujacii, Anton. Fabri, Farinacii, Menochii, Abulenſis, noviſſimeque Patris Suarez, aliorumque, quare antiqua lectura, *dicto §. poſt hunc.* Rutilio *in vita noſtri Labeonis* Ant. Fab., Jacob. Cujac. & aliis placuit: perterrefacti ſane interpretes alii librorum, ſeu voluminum numero, deſperaverunt vulgarem lectionem, qui ſi volumina antiqua animadverterent, ſectiones eorum, opuſcula, conſtanter toto amplexu eam amplecterentur lectionem, nec humanam poteſtatem excedere computarent.

C A P. II.

Revertimur adhuc ad noſtrum Quintum Antiſtium Labeonem, laudes & ejus. Primus codicillis uſus fuit. 1. *Exercuit ſectam Juris cum Atteio Capitone.* 2. *Sed noſter longe Capitone præcellentior.* 3. *Antiqui Juris retinentiſſimus fuit* 4. *Animi integerrimi libertatis amator fuit.* 5. *Parentis ejus integritas, fortitudo, libertas, & laudes.* 6. *Longe reſpondemus Capitoni, cujus petulantiam caſtigamus, & notamus.* 7. *Horatius inſanum Labeonem vocavit.* 8. *Sed quo ſenſu.* 9. *Ubi acris in poëtam invectiva. Nec ſine nota evaſit Petrus Velleius Guevara deceptus Horatio, & Capitone.* 10. *Nomen Labeonis in noſtro Jure, pro Q. Antiſtio in dubio accipiendum eſt.* 11.

Revertor ad noſtrum Q. Antiſtium Labeonem, multa adhuc ejus laudibus, & defenſioni addemus: nam præter litterarum peritiam, ſtudiorumque aſſiduitatem, tam perſpicuo ingenio natura donavit, ut eo, & multiplici doctrina fretus, multa in Jure Civili feliciter innovaverit, & qui, poſt introductos à L. Lentulo codicillos, & com-
1 probatos ab Auguſto, autoritate maxima Trebatii, primo illis uſus fuit, ad cujus exemplum paulatim Popul. Romanus codicillos admiſit: refert Juſtinian. *in principio inſtitut. de codicill.* & ſic ad excellentiam optabilem Juriſconſulti, Labeonem proponit Petronius *Satyricon. Cap.* 97.

Juriſconſultus paret, non paret habeto,
Atque eſto quid Servius, & Labeo.

Noſter ſectam Juris cum Atteio Capitone exer- 2
cuit, *l.* 2. *§. poſt hunc* 47. *D. de origin. Juris*, ubi notat Joannes Corraſ. & in *l. quoties* 11. *D. de ſervitut.* in quibus locis, & noſtri Antiſtii hiſtoriam contingit. Sed Labeo longe Capitone præcellen- 3
tior fuit, ut Franciſc. Hotoman., Corraſ. & alii merito comprobant, ex verbis Taciti *Lib.* 3. *Annal.*

nal. ad fin. *Conſulatum ei Capitoni acceleravit Auguſtus, ut Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellen-*
4 *tem dignatione ejus magiſtratus anteiret.* Is equidem Juris Civilis, antiquitatumque Popul. Romanorum retinentiſſimus fuit, nam nihil faceret, niſi quod juſtum in illis ſanctumque cognoſceret: magnum exemplum reliquit Aulus Gellius *Lib.* 13. *Noct. Atticar. Cap.* 12. ex Capitonis epiſtola à qua Rutilius, Hotoman.
5 & alii acceperunt. Quid dicam de ejus inclyto liberrimoque animo, quo fortiſſimus pro Romana libertate adverſus Auguſtum Cæſarem periculis ſe objectabat, cujus aliqua exempla nobis reliquit Sueton. *in Auguſto, Cap.* 54. *Dio Lib.* 54. *hiſtor. Romanæ*, Xiphilin. *in Auguſt.* Aulus Gell. *dict. Lib.* 13. *Noct. Att. Cap.* 12. A quibus referunt Rutil. *in Labeone*, Franciſc. Hotoman. *de Jur. Conſult. in eo*, Corraſ. *ſupr.* Philipp. Beroal. *ad Sueton. dict. Cap.* 54. ſed quid aliud faceret clara, generoſaque progenies illius magni
6 Heroïs Labeonis Antiſtii, qui autore Appiano *Lib.* 4. *belli Civilis*, deſerto Cæſare olim ſuo, Pompeii caſtra ſecutus fuit pro libertate publica: & Pompeio profligato, Brutum: cumque illum inclytum libertatis vindicatorem devictum, & mortuum cognoviſſet, præ nimio deſperatus dolore, in tabernaculo ſepulchrum effodit, in quo poſtremis mandatis ad ſuos relictis, fortiterque faciens à ſervo jugulari, condi ſe mandavit. Sic noſtro Labeoni libertatem vindicandi innata lege, orbis Octaviano Imperatori intrepide, & magnanime obluctabatur, alto corde ſui patris repoſitas conſervans iras: nam ut inquit Horat. *Lib.* 4. *carm. od.* 4.

Fortes creamur fortibus, & bonis:
Eſt in juvencis, eſt in equis patrum
Virtus: nec imbellem feroces
Progenerant Aquilæ columbam.

7 Sed quid reſpondebimus Capitoni magno etiam Jureconſulto, & Horatio Lyricorum Principi, ille apud Aulum Gell. *dict. Lib.* 13. *noctium Att.* nimia libertate agitatum, vecordemque noſtrum Jureconſultum eſſe docens: iſte *Libr.* 1. *ſatyr.* 3. & inſanum connotaos, de fide noſtri Labeonis dubitare prudentiores faciunt; ſed mecum cogito, parum probatos animis notas iſtas noſtro Antiſtio, & Juriſprudcotiæ Antiſtiti inuſiſſe Juriſconſultum & Poëtam: ipſi potius Atteius, & Flaccus inſani, & vecordes cenſeri debent, qui ἀνθεια infamis nota tam pulchrum ingentemque Juriſconſultum dedecorarunt, Principis allecti favoris ambitione. De Atteio Capitone id aſſero, ipſummet in Epiſtola, quam Aulus Gell. *d. Lib.* 13. dat, profeſſum fuiſſe: verba ſunt: *Sed agitabat, inquit, hominem libertas quædam nimia, atque vecors: uſque eo, ut D. Auguſto jam Principe, & Rempublicam obtinente, ratum tamen penſumque nihil haberet, niſi quod juſtum ſanctumque eſſe in Romanis antiquitatibus legiſſet.* Quid tu vecordiæ, Capitu, in hoc generoſiſſimo acerrimoque libertatis propugnatore inveniſti? Vecordem vocas, quia juſtum, ſanctum, antiquis legibus aſſertum magnanimus obſervabat, adverſus potentiam tyranidemve cruentam Principis pervertentis eas: apud quem cum plurimum tu valeres, ò ſi nunc mecum audires, quæ tuus magnus hiſtoricus Cornelius *Lib.* 3. *Annal.* ſcripſit! *Conſulatum ei* (Capitoni) *acceleraverat Auguſtus, ut Labeonem Antiſtium iiſdem artibus præcellentem dignatione ejus Magiſtratus anteiret, namque illa ætas duo pacis decora ſimul tulit: ſed Labeo incorrupta libertate, & ob id fama celebratior: Capitonis obſequium dominantibus magis probabatur, illi, quod Præturam intra ſtetit, commendatio ex injuria: huic, quod Conſulatum adeptus eſt, odium ex invidia oriebatur*, obſequio vili potius inſuribat Atteius, qui Sacerdotem ſancti, & juſti, id eſt antiquitatum Populi Romani adverſus potentiam Principis propugnatorem, vecordia agitatum ſcripſit: qui ſi animadverteret Pythagoreum dogma, apud Stobæum *ſermon.* 12. gaudendum eſſe potius redarguentibus, quam aſſentantibus, quos deteriores hoſtibus judicabat, non ita in magnum Labeonem inſaniret venerantem adhuc, non rite abrogatas leges, aut profligatas libidine: glorioſiſſima conſtantia erat noſtri Juriſconſulti, qui adverſus caliditatem Principis, honorum, & munerum tormenta dulcem ſubſtinebat libertatem: *Cæteri nobilium* (inquit Tacitus in principio de Auguſto) *quanto quis ſervitio promptior, opibus, & honoribus extollerentur, ac novis ex rebus aucti, tuta, & præſentia, quam vetera, & perículoſa mallent*, quibus artibus, & ſimilibus ad ſe nobiles Populi Romani Auguſtus pellexit, præter noſtrum Labeonem his decumanis fluctibus immobilem: ex quibus Populi favorem, & commendationem ex injuria, quod Præturam intra ſteterit, conſecutus fuit; Ateius autem, obſequio Principis Conſulatum adeptus, odium ex injuria conquiſierat: dijudicante populo melius, utpote libero, nec ambitione cæco, ſanctos fortiſſimoſque mores Antiſtii, quam obtuſo aſſentatione judicio Capitonis aſſentiones. Sed quis dubitaturus erat ſancti, & juſti amatorem, integerrimumque virum, incorruptum nomen æternitati relicturum adverſus aulici aſſentatoris corruptum judicium, ſimili multorum perpetua gloria, qui pro patria, juſtitia, veritate, cruentæ Principum tyrannidi conciderunt? Eſto, quod ambo ſectam, quæ poſtea Proculianorum, & Sabinorum vocitata fuit, pertinaciter obſervaſſent contrarii: quia Atteius Capito, in his quæ ei tradita fuerant perſeverabat; Labeo ingenii qualitate, & fiducia doctrinæ, qui & cæteris ſapientiæ operam dederat, plurima innovare inſtituit *dict.* §. 47. *in dict. l.* 2. *de orig. jur.* ſed non in cauſa futurum erat Atteio, ut vecordem tantum contrarium nominaret, cum eo magis ad exemplum magnorum virorum Labeonem honoraturus erat; ſed obſequium (ut ego exiſtimo ex A. Gellio ſupra) non ſecta ad injuriam inflammavit Atteium, quamvis & illa calcar ſubderet.

Sed ſi iſta de æmulo, magnoque Jureconſulto 8
ſentimus, quid de poëta Flacco dicemus? Qui *dict. Lib.* 1. *ſatyr.* 3. inſanum impudenti hyperbole noſtrum Labeonem ſcripſit.

——— *Labeone inſanior inter*
Sanos habeatur.

Cujus ſacrilegi poëtæ mentem detorſit (nî fal- 9
lor) oblique doctiſſimus pater Martin. del Rio *in antiquo commentaris Senecæ ad Medeam, verſ.* 215. ad id quod *dict.* §. 47. Pomponius refert, fiducia ingenii, & doctrinæ in Jure multa noſtrum Labeonem innovaſſe. Sed non animus is poëtæ fuit, qui nec ſectam Labeonis, & Atteii curare debuerat, nec ſi noſter in Juriſprudentia aliqua novaſſet, & ſine cauſa, atque lucri ſpe, Populi Romani aures offenderet, ſecurior aptior veriorque receptus intellectus mihi perplacuit, quem Acro, Porphirius, Aſcenſius, Lambinus, & alii Interpretes *ad Horatium* prædixerunt, & Levin. Torrentius *ad Sueton. dict. Cap.* 54. Joann. Baptiſta *ad* 1. *Perſii Satyr.* Joan. Corraſius *dict.* §. 49. Rutilius *in ejus vita*, ſcilicet in aſſentationem Octaviani Auguſti Satyrica, & impudentiſſima petulantia Juriſconſultum inſaniæ inſimulaſſe: qui cum obſtreperet, objectaretuque conſtanter Auguſto rerum domino, poëta ſimia Cæſaris, apud quem plurimum valebat, non percalens, quam inclyta, intrepida, peneque divina firmitudine animi penetralia Labeonis roboraſſet natura, non ſa-

na

namente videbat (cæcus equidem) illum eſſe, qui terrigenarum facinora aliquo modo ipſe ſolus, ſed meliori cauſa, figurabat: unde animo audax, carmine impudens, obſequio turpis, facto ſacrilegus, furiis, non Muſarum, ſed Ærynnis agitatus inſanum ſcripſit, & furioſum, proh Juriſprudentiæ dedecus! Juriſprudentiæ ſacerdotem, cujus religionis, veraque philoſophiæ ipſemet poëta ſe inſcium profitetur *Lib.* 1. *ſatyr.* 9. prævivit in vindictam, ſed lentis iris P. Martin. del Rio *præcitato loco*, ſed quem, quamvis pacifico modeſtoque animo ſecurum, petulans iſta irreverentia haud agitabit? Satyricum poëtam aſſentatoremque non potuit tantæ eruditionis, autoritatis, nobilitatisque majeſtas continere? Quæ ſine dubio Auguſtum dominantem continuerunt ne irrumperet, amitteretque jactura inſigni Populi Romani Labeonem. Luderet aut decantaret ſatyricus cum Gitone, Quartilla, Glycone, avaris & libidinoſis Lurconibus aliiſque ſibi ſimilibus, ſed non cum viro ſanctis (de antiquis loquor) moribus integerrimo omnium litterarum ἀρχηγὸς. Huic Lyricus felicius αἰδοίας ſuas conſecraret, quam ignotis, immeritisque hominibus, commedonibus, lupanaribus, & obſequiis. Qui canis (perſpecta veritate) integerrima virtute Labeonis offenſus umbras glorioſi nominis ſatyrica lingua lambit, & adlatrat, dum cauda carminis blanditur dominanti. Comparative inſanum vocat impudentiſſimus homo Labeonem generoſiſſimam, nec immerentem ſtirpem fortiſſimi illius Labeonis, ſtudiorum nobilem ſervum, Muſarum Appollinem, Juriſprudentiæ ſacerdotem, libertatis ſecuriſſimum incorruptumque aſylum, aſſentationis hoſtem, & Populi Romani, noſtræque prudentiæ gloriam perpetuam. Quis Horatio inſanior non revereretur geminatam tantis titulis majeſtatem; ſed homunculus, qui per obſequia adorabat Auguſteos Mæcenates: Octavianoſque Auguſtos, atavis illos editos Regibus, & præſidium, & dulce decus ſuum: iſtos ſupra Jovem numina: Divos ſibi genitos Divis: qualiter nullius ſibi gratiæ, imò infenſum his Divis, ſuisque præſidiis decantaret? Si autem noſter Labeo accumberet cum eo Epicureis menſis, quibus continuo (coarguentibus ſuis carminibus) circumdatus temulentis comedonibus eorum bibebat nomina, non inſanum, ſed indigetem facili carmine appellaret: ſed quid facere homo.

Quem rodunt omnes libertino patre natum.

Obſcœnisque moribus, ut à ſuis operibus, & à Petro Crinito *in ejus vita*, colligitur, niſi violare nefarie graviſſimi viri autoritatem, & nomen? Cui aſſentationis malum tantum placuerat ad ambitionem, & gratiam, ut nullum alium ſequeretur, niſi quem obſequium fortius devinciret: ſic jam videres Bruti Caſſiique, jam Mæcenatis, & Octavii eſſe, unde Sidon. Apollin. *ad Jul. Majoran.*

Et tibi Flacce acies Bruti Caſſique ſecuto.
Carminis eſt auctor qui fuit & veniæ.

Sic quo poſſumus modo vulneri proditorio Flacci medemur, & ejus nomen, & vitam manibus mactamus Labeonis.

Sed quis feret etiam Petrum Velleium Guevarram? (Expende quantum damni intulit Juriſprudentiæ impudentiſſima Horatii audacia) qui *de doli mali definitione pag.* 91. definitionem doli à Labeone traditam rejicit, quia inſanus fuit, tanquam ſi per eandem cauſam cuncta ſua monumenta litterarum in earum ruinam deſpicienda forent: quem modeſtiſſimus P. Martinus del Rio tolerare nequivit, ſine nota, & ego ſine flagitio ſilerem. Mehercle ſtupeo, cum hominem audio apud quem poëtæ ſatyrici aſſentatoris, turpiſſimi, plebeiæ ſortis hominis prævaluit autoritas, adverſus Pomponium, *dict.* §. 49. D. Auguſtin., Cornel. Tacitum, Appianum, & alios, & tam admiranda, quam veneranda monumenta, quæ audimus, & cognoſcimus in noſtra Juriſprudentia, litterisque politioribus, ritibus, ſacrificiis numinum Pop. Romani: in quem errorem ingruens furor ſine dubio disjecit, qui tantum ſuo furore punitur, ne miſericordiam potius, quam ſupplicium, & vindictam inferre, & deſiderare debeamus, ſalve magni litterarum Pontificis, integritatisque in æternum fama ſuperſtes: nam 10

—— *Si quid mea carmina poſſent*
Nulla dies unquam memori vos eximet ævo.

Subjicio tamen, ſemper in jure noſtro Labeonem noſtrum intelligendum eſſe, cum ſimplex Labeonis nomen à Triboniano in jure refertur, non autem illum Domitium Labeonem, de quo fit mentio in *l. Domitius, D. de teſtam.* nec alium Labeonem, cum plures fuerunt Macrob. 1. *Satur.* & *Lib.* 3. *Cap.* 4. cum noſter quadringenta volumina reliquerit: præcipue, ſi ei Trebatius, aut Ofilius adjungitur, quos magiſtros habuit *dict.* §. 49. aut inſcriptio refert titulos voluminum ſuorum, *ut in l. quæ conditio* 39. §. *cum ita* 1. *l. quibus* 40. §. *ultim.* & *pen. D. de condit.* & *demonſtration.* obſervavit Corraſ. *ad dict.* §. *poſt hunc*, *n.* 6. Poſt hæc ſcripta commodavit mihi didaſcaliam multiplicem D. Franciſci de Cordoua, D. D. Franciſcus de Amay. quem parumper dolore omnium amiſimus, ſed nihil à didaſcalia edocti fuimus, ut videre licet. 11

C A P. III.

Etymologia, & compoſitio nominis βαρβάρος, *per integrum Caput, à num.* 1. *Hoc nomen attribuitur vicioſam pronunciationem exprimenti.* 2. *Ammonis templi ſacerdotis barbariſmus, quo filium Jovis vocavit Alexandrum.* 3. *Q.* Curtii, *& Arriani incuria.* 4. *Illuſtratur Sophocles apud quem* ἄγλωσσος *pro barbaro.* 5. Σολοικόφθογγος *apud Anacreontem.* 6. *Barbariſmus quid.* 7. *Sed unde hujus nominis compoſitio proveniat, difficilis inveſtigatio, à num.* 8. Ονοματοποιίας *officium.* 9. *Effectus barbaricus in pronunciatione nominis exprimitur.* 10. *Litteræ B. aut* ϐ. *pronunciatio qualis.* 11. *Dura labiis exſonat.* 12. *R. ſeu* ρ. *litteræ pronunciatio.* 13. *Canina littera* 14. *Blæſi efferre nequeunt.* 15. *Ex litteris b. & r.* τὸ barbarus *compoſitum fuit, & qualiter.* 16. *Et ſequentibus Græci inter maximas virtutes* ὀνοματοποιίας *facultatem habuerunt.* 17. *Suavitas Græcæ linguæ.* 18 *A quibus cauſis confictum nomen* βαρβάρος. 19. *Adducitur Strabonis ſelectus locus.* 20. Bambalio *unde tractum.* 21. *Vis Metaphoræ quanta eſt.* 22. Bardus, *&* Baro *unde contracta nomina.* 23. *Et* Bobo. 24. *Ubi &* βαβάζω, *Caſſiodori, & aliorum etymologia diſplicet.* 25. *Nomen* barbarus *tractum fuit ad crudeles, exleges, & incultis moribus homines.* 26.

A *Barbari* nomine auſpicabimur aliquâ, nec ingrata Romano Juri, nec patrio: occaſione enim ejus peragrabimur antiquitates varias quas non pœnitebit lectorem videre, partim collectas, & non barbaras, ſed cultas forte, & politas. Etymon mihi principium ſit diſquiſitionis hujus, un-
1 de τὸ *barbarus* nomen compactum ſit, in quo, & graviſſimi viri præexercuerunt ingenia, quorum aliquos ſubjiciemus ſuo loco: ſententia ergo noſtra eſt, nomen iſtud conflatum à notione Græca
2 fuiſſe, ex eruditorum judicio: illudque attributum fuiſſe litteras, & pronunciationem vicioſam, & inſuavem exprimenti, blæſorum balborumque more. Quam ſententiam dirivationemque aliqui fere nude, nulloque argumento rationis veſtiant, & confirment, tamen ego in hujus aſſertionem antiquitatis conſideravi quædam, quæ invitos alios poterunt adducere, & ejus ſectatores tenaciores efficere. Et primo ſe offert I. Zonaras 1. *tom. Annal. fol. mihi* 134. qui dum Alexandrum enarrat ad Ammonis Templum progreſſum iſta de Propheta eum alloquente ſcribit ὁ τοῦ προφήτης ἑλληνίδι φωνῇ (ſic lego cum Hieronimo Wolfio, melius quam ἰδίᾳ φωνῇ quamvis & antiqua lectio defendi poſſit) θέλων προσφωνῆσαι αὐτὸν ἐβαρβάρισε περὶ τὸ τέλος τὸ πρόσρημα, ὦ παιδίος, ἀντὶ τὸ παιδίον εἰπών, καὶ ὁ βαρβαρισμὸς δόξαν πολλοῖς παρέσχε ἐκθειάσαι Ἀλεξάνδρῳ γεγονέναι τὴν γένεσιν λόγου διαδοθέντος, ὅτι παῖ Διὸς ὁ προφήτης εἶπεν αὐτῷ, κἀκεῖνος πρὸς μὲν τοὺς βαρβάρους ἐμεγαλαυχεῖ τὴν γένεσιν, ſic nos vertimus, *ubi propheta Græca lingua volens appellare ipſum* (ſcilicet Alexandrum) *barbare locutus fuit circa finem appellationis, ô fili Jovis: pro fili dicens, qui barbariſmus divinus à multis habitus fuit à Divis Alexandrum deducere originem, voce illa diſſona propheta dixit ipſi, ô fili Jovis, & ipſe quidem apud barbaros gloriabatur genus ſuum,* &c. cum enim iſte
3 Ammonis ſacerdos in linguæ Græcæ elocutione rudis eſſet, intrantemque Templum Alexandrum idiomate Græco ſalutaſſet, volens dicere ὦ παιδίον, id eſt *fili*, lapſus fuit, dixitque παῖ Διὸς duobus abutens nominibus ſcilicet παῖς, quod ſignificat puer, & filius, & Διός, quod genitivus eſt Ζεύς recti caſus id eſt Jovis, dixit equidem, ô fili Jovis, cumque tanta invicti Alexandri vanitas eſſet, ſuorumque adſtantium fœda adulatio, auſi fuerunt ſui Regis ad Jovem ſanguinem referre, relationique divinæ Princeps annuit. Ex quibus incuriam Q. 4
Curtii agnoſces, qui *Lib.* 4. ſic ſcribit, *At tum quidem Regem propius adeuntem maximus natu è ſacerdotibus filium appellat, hoc nomen illi parentem Jovem reddere affirmans, ille ſe vero ait, & accipere, & agnoſcere, humanæ ſortis oblitus*: aliter longe refert Arrianus *Lib.* 3. *de geſtis Alexand. Magn.* & latius Strabo *Lib.* 17. Animadvertendum eſt ergo, quibus verbis hiſtoricus lapſum ſacerdotis denotat, barbarum ſemper dicit, ut ibi ἐβαρβάρισε, & ibi βαρβαρισμός, tanquam ſi iſte proprius barbarorum ſermo eſſet, vicioſe, & inſuaviter linguam Græcam pronunciare: aptiſſimus iſtis M. Terentius Varro eſt, qui *Lib.* 4. *de lingua latina*, ſic ſcribit. *Itidem barbaros, qui ignorabunt verba, quemadmodum oportuit dici, non docebimus ut ſciant, qua ratione conveniat dici.* Archilochus de temporib. *Judicio totius Græciæ eximius poëtarum eſt habitus* (Homerus) *& ei ſoli jus tributum emendandi characteres, & nomina, & linguam Græcam, quæ, ut ferunt, Cadmus Samotrax fere barbara, & plena ruditatis attulit ſub excidium Trojanum:* Homerus Iliad. B. ad finem.

Νάστης αὖ Καρῶν ἡγήσατο βαρβαροφώνων·
Naſtes vero Charum duxerat barbare loquentium.

Aperte Ovid. in illo celebri loco.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli.

Idem *Lib.* 3. *triſtium eleg.* 1.

Si qua videbuntur caſu non dicta Latine;
In qua ſcribebat, barbara terra fuit.

Ergo barbarici propria nota vicioſe & ineleganter loqui, ut idem vates expreſſit infra.

Hæc ubi ſum linguâ furtim titubante locutus.

Ubi Bartholom. Merula optime exprimit τὸ *lingua titubante*, id eſt, *lingua præ timore*, læſa, Georg. Berſman. *hæſitante*, admiranda ſunt pro hac ſententia Ariſtophan. carmina *in Avibus.*

Ἐγὼ γὰρ αὐτοὺς βαρβάρους ὄντας πρὸ τοῦ.
Ἐδίδαξα τὴν φωνήν, ξυνὼν πολὺν χρόνον.
Ego enim ipſos barbaros exiſtentes antea
Edocui vocem, cum longo tempore una fuiſſem.

Unde Themiſtius *orat.* 19. dixit βάρβαρον χωρίον, ἢ ἀνήμερον, *locum barbarum & inſuavem.*
Vell. Paterculus *Lib.* 2. *ſuæ hiſt.* his verbis deſcribit Sex. Pompeium illius Cn. Magni filium. *Hic adoleſcens erat ſtudiis rudis, ſermone barbarus, impetu ſtrenuus, manu promptus,* Cicero *Lib.* 4. in

in Verrem, neque tam fugitivi illi à dominis, quantum à Jure & à legibus, neque tam barbari lingua & natione illi, quantum natura, & moribus, ſed ſingularis eſt Dionyſii locus apud Henr. Stephan. *legatione ſeu hiſtor.* 4. in qua Poſthumius ad Tarentinos miſſus fuit legatus, audi ipſiſſima verba εἰ δέ τι μὴ κατὰ τὸν ἀκριβέστατον τῆς Ἑλλήνων διαλέκτου χαρακτῆρα ὑπ' αὐτοῦ λέγοιτο παρατηροῦντες γέλων, καὶ πρὸς τὰς ἀνακρούσεις ἐτραχύνοντο, καὶ βάρβαρον ἐκάλουν, id eſt *Verum etiam ſi quis ejus ſermo cum exactiſſimo Græci ſermonis charactere non conveniret, id obſervantes videbant, & ejus inter loquendum reſtitutionibus exaſperabantur, & barbarum vocitabant.* Vide cun-
5 dem Dionyſ. Halicarnaſ. *Lib.* 1. *in fi.* ſed pulcherrimus eſt Sophocl. locus *in Trachm.* v. 1068. οὐ ἔλλας οὔτ' ἀγλωσσος *non grata*, (vis) *non barbara*, & cum τὸ ἀγλωσσος, non habens linguam, & elinguis eſſet, Sophocles pro *barbara* poſuit, ex communi interpretum voto. Probant ſententiam noſtram præter ordinarios Interpretes dictis locis Gaſpar Barthius *Lib.* 35. *adverſar. Cap.* 12. P. Victorius *in Politica Ariſtotel. Lib.* 1. *fol. mihi* 7. D. Lambin. *ad Apulei m Lib.* 9. *metamorphoſ.* J. Calvin. *in lexico Juris.* Aonius Paleat. *Lib.* 3. *epiſt. Franciſco Corſinio miſſa*, & noſter eruditiſſimus Pellicer. *in lectionibus ſolemnibus ad Poliphemum eſtanciæ* 33. *nota* 4. P. Martin. del Rio *in novo comment. ad Sen. in Med. v.* 127. Henr. Steph. *in ſuo theſaur. linguæ Græcæ*, Hieron. Mag. *Lib.*
6 3. *Miſcell. Cap.* 13. & alii infra referendi. Hi autem ἀγλωσσοι dicebantur unde σολοικος φθογγος *Oratio barbara*, apud Anacreontem.

7 Ex quibus infero merito *barbariſmum* dixiſſe veteres, cum contra legem ſermonis Græci, vel Latini peccatur pronuntiatione, aut ſcriptura, quem ante Auguſti æratem refert A. Gellius ex P. Nigidio *Lib.* 12. *Noct. Atticarum, Cap.* 6. ſermonem ruſticum nominatum fuiſſe, M. Fabius Quintilian. *Lib.* 1. *orator. Cap.* 5. facetiſſime M. Valer. Martialis *Lib.* 6. *epig.* 17.

Cinnam, Cinname te jubes vocari
Non eſt hic. rogo, Cinna, barbariſmus?
Tu ſi Furius ante dictus eſſes,
Fur iſta ratione diceris.

Inſignis eſt locus J. Zonaræ *dict.* 1. *tom. Annal. fol. mihi* 134. ὁ βαρβαρισμὸς δόξαν πολλὰς παρέχει, vide Edmundum Richerium *de arte figurarum, Cap.* 158. & præcipue Strabon. *Lib.* 14. *Geographiæ.*

8 Sed unde etymologia, hujusque nominis compoſitio provenerit, difficillima conquiſitio eſt, & quæ me dubium agitavit diu: prælegeram ſane Strabonis ſententiam *Lib.* 14. nomen iſtud per onomatopœiam confictum fuiſſe ab eis (ut inquit Stephanus) qui irridere linguæ Græcæ rudibus agebant, eorum τραχυστομίαν imitantes; ſed adhuc cauſas hujus ὀνοματοποιίας ſeu confictionis cogita-
9 bam, attentiſſime inveſtigare laborans, ὀνοματοποιίας enim officium eſt, aptare affectibus voces, & tanquam in eorum baptiſmo nomina imponere, unde mugitus, ſibillus, murmur, ululatus, bombarda, & taratantara (noviſſime pro Martis ſonitu) & centum alia devenerunt, Ariſtotel. 2. *Etic. Cap.* 1. Strabon. *d. Lib.* 14. M. Fabius Quintilian. *orator. Lib.* 8. *Cap.* 6. ab eiſque noſter Burgenſis, Brocenſis, & Cyprian. *Lib.* 3. *Cap.* 14. noſterque Juſtinian. *in §. eſt & aliud, inſt. de donationib.* affirmat, ſe ſtudere nomina rebus conſequentia eſſe, erudite explicat Richerius *de arte figurar. Cap.* 14. Nunc ergo τὸ nomen βάρβαρος qualiter convenit cum pronunciatione rudi, inſuavi, & vicioſa, qualiter effectus exprimitur, nam mugitus, ſibillus, ululatus, bombarda, mire exprimunt voces animalium, ſonitumque inſtrumenti, ab eorumque effectibus aptiſſime compoſita fuerunt; quæ congruentia nomini, *barbarus* reſiſtere videtur. Sed tamen ſi ſubtiliore indagine conſideremus iſta, mire effectus barbaricus in ſignificatione nominis βάρβαρος exprimitur, ani- 10
madverte enim in dictione iſta ſonitum præcipuum emitti à præcipuis litteris β. ρ. quarum pronuncia- 11
tio aſpera, & inſuavis eſt β, vel B. noſtra labiorum compreſſione pronunciatur. Ambroſius Calepin. in littera iſta. *Non modo impeditus, & obſcurus ejus ſonus, ſed nullus apparet, dumque ſibi exitum parat irrito labore conatu, & omnino incaſſum niteretur, ſi vocalis deſtitueretur adminiculo, hæc enim velut cæteri mancipatum & vinctum eripit, ac ſolvit, quo morbi vitio laborant cæteræ mutæ, dum profertur, incipit à labiorum compreſſione &, E, vocalem ſibi ſociam aſſumens deducuntur labra, & exit*, quæ quidem littera ſonum habet medium inter P. & F. & exprimitur labiis, cum celeri quodam impetu recluſis: unde Auſon *Eid.* 12. de litteris monoſyllabis Græcis, ac Latinis.

Dimidium Betæ monoſyllabam, Italicum B.

Unde loco ejus obtinuit P. litteram reponi, & pro. V. multoties, & reciproce uſurpari, ut prædocuit litterarum humanarum deliciæ J. Lipſ. *de recta pronunciatione linguæ latinæ, Cap.* 12. tam inquieta labiis littera fugit, & ſic Martianus Capella *de ratione pronunciandi litteras.*

B. labris per ſpiritus impetum recluſis edicimus.

Quæ omnia Terentianus Maurus his verſibus comprehendit.

B, littera, vel P. quaſi ſyllabæ videntur.
Junguntque ſonos de gemina ſede profectos.
Nam multa jubet portio comprimi labella.
Vocalis at intus locus exitum miniſtrat
Compreſſo porro eſt in utraque diſſonora.
Nam prima per oras etiam labella figit.
Velut intus agatur ſonus.

In quæ convenit Victorinus Afer in his litteris. Quæ ſatis implicatam pronunciationem litteræ aperiunt: ad quæ confirmanda mihi ſe offert incondite, duriterque loquentium multum B. litteram exornare labiis: ipſa enim durities, aſperitas, & ignorantia efficit labiorum compreſſionem, 12
tanquam reluctantibus exire verbis, ut experimur quotidie in exteris noſtræ linguæ rudibus efferre eam conantibus; unde Cato ſic ſcripſit, *pueri potum, & cibum primum buas, & pappas vocant* & Auſon. ſimile.

—— *Et poſſum fratris abare vicem.*

Ideſt fratrem appellare, uti explicat Joſeph. Scalig. *Lib.* 1. *Cap.* 29. *Auſon. lection.* P. Mattheus Rader. *ad Lib.* 1. *Mart. epig.* 101.

Idem imo magis laborioſam dijudicabis litteram ρ. ſeu r. noſtram, nam quamvis facilis ejus pro- 13
nunciatio ſit, rauca tamen, aſpera, & inſuavis eſt, & difficilior illis, quorum linguas natura ligavit, docet J. Lipſ. *ubi ſupra Cap.* 5. quod expreſſit aptiſſime Capella.

R. ſpiritum lingua criſpante corraditur.

Et Maurus.

Vibrat tremulis ictibus aridum ſonorem.

Latius Victor. Afer. *ſequitur R. quæ vibratione vocis in palato, linguæ faſtigio fragorem tremulis ictibus reddit*, unde à cauſis præfatis Caninam litteram vocavit A. Perſius *ſatyr.* 1. *V.* 110.

—— *Sonat hic de nare canina.*

Canes enim (ut ſubſcribunt Perſiani Interpretes) irati reſtrictis dentibus R. litteram formant, & iterant Lucilius *Lib.* 1. *Satyr.*

Irritata canis, quod R. quamplurima dicat.

Quod in cauſa fuit, ut blæſi litteram eam for- 15
mare recte nequirent, unde apte C. Martial. *Lib.* 5. *Epig.* 35.

Et nomen blæſo garrias ore meum.

Cum intermixta in eo foret littera R. Martialis, & *Lib.* 10. *Ep.* 65.

Os blæſum tibi, debiliſque lingua eſt.
Cicer. *Lib.* 2. *fam. Epiſt.* 10. ibi: *De Hillo (bal-
bus enim ſum) quod non putaram.* Cum ergo ha-
rum litterarum tam aſpera, & difficilis pronun-
ciatio eſſet, utpote quæ per compreſſionem la-
biorum, dentiumque reſtrictionem efferretur: per
ejus ſimilitudinem ad denominandos, denotandoſ-
que lingua Græca aſpere, & inſuaviter utentes,
16 aſſumpto à ſimili, vel ab effectu illius τραχυστομίας
argumento duræ pronuntiationis litterarum B. &
R. Barbaros dixerunt, compoſito ex illis litteris
nomine; tanquam ſi dicerent, ita inficiunt Atti-
cam ſuavitatem linguæ Græcæ, aſpereque pro-
nunciant, tanquam ſi in labiis, oreque, ſemper
litteras haberent, B. & R. & ſic accutiſſime no-
minati barbari, virtute metaphoricæ elegantiæ:
quæ conſiſtit in ſimilitudine ad unum verbum con-
tracta, docente Quintiliano *Lib.* 8. *orat. Cap.* 6.
ab eoque, & aliis docte Ciprian. *Lib.* 3. *de arte
Ret. Cap.* 9. cumque eâ ſimilitudine mirifice ca-
perentur animi, ut dicto Capite docet Ciprian:
cumque Græci inter maximas haberent virtutes
17 per ὀνοματοποιΐας facultatem nomina fingere, vel
quaſi figulare, unde plurima compoſita fuerunt à
primis Græcis, aptantibus affectibus voces, ut
dict. Cap. 6. docet Quintilian. & Strabon. *dict.
Lib.* 14. ut & prænotavimus *ſup. Lib.* 1. *Cap.* 1.
numer. 7. & tam locuples exoberanſque Græcum
evaſit idioma, ut multa, quæ nos integra oratio-
ne proferimus, Græci uno verbo comprehen-
dant: cumque tanta Græcæ linguæ ſuavitas eſſet,
18 ut in proverbia proruperit, *Attica Muſa*, *Atticus
Lepos*, quæ ediſſerit in ſuis adagiis Eraſmus,
paſſimque linguæ Græcæ laudatores; cumque
lingua terrarum fere orbem præoccupaſſet (ut
Capite ſequenti dicam) qua de cauſa ſuaviſſima
puritas illa multum infecta fuit: accutiſſime, &
neceſſario, ut injuriam iſtam, ſeu impuritatem
ſuæ linguæ quaſi vindicarent Græci (qui ſemper
remanſerunt in ea, teſte Herodoto Halicarn. *in
Clio*) denominarentque peregrinos abutentes ea,
illepide ſcilicet, aſpere, inſuaviter, & vicioſe:
19 confixerunt βάρβαρος nomen, ab effectibus cau-
ſiſque præſcriptis. Nam utpote cum ad amplius
ſignificandum rem, quæ mentem magis expri-
mat, inquirimus ultra fidem equidem ὑπερβολῆς li-
centia, ſic ad demonſtrandam ſuavitatis Atticæ
maculam, Græci in hoc genere promptiſſimi, &
prudentiſſimi confixerunt nomen à litteris in pro-
nunciatione durioribus, infantibus propriſſimis,
atque blæſis, omni ſuavitate nudatum. Quæ ſic
inveſtigata conveniunt etymologiæ, Græcorum
conſuetudini, regulis grammatices, ſignificatio-
nique receptæ verbi. Quæ quidem omnia mire fir-
20 mat Strabo *dict. Lib.* 14. *Sed ego, ut arbitror, ab
initio confecto nomine eos barbaros appellatos, qui dif-
ficulter aſpere, ac duriter loquerentur, ut blæſos, bal-
boſque dicimus, ſumus enim ad confingenda cognata
rebus nomina ingenioſi, qualia apud nos permulta
ſunt, ut* κελαρύζειν κλαγγὴ ψόφος βοὴ κρότος, id eſt,
*murmur, clangor, ſtrepitus, vox, crepitus, quorum
plurima, jam proprie proferuntur: omnes itaque, qui
craſſe loquuntur, barbari dicuntur, quales ſunt natio-
nes omnes præter Græcos, quare illos proprie barba-
ros appellavit, ac in initio quidem per convicium,
quaſi duriloquos, & craſſilingues, poſtea vero eo,
nomine abuſi ſumus, tanquam communi ac gentili, di-
ſtinguentes eos à Græcis.* Recordor equidem Cice-
ronis locum in Antonium mirabilem, audi ver-
ba. *Tuæ conjugis, bonæ feminæ, locupletis qui-
dem, certe bambalio quidam pater, homo nullo nu-
mero, nihil illo contemptius, qui propter hæſitantiam
linguæ, ſtuporemque cordis cognomen ex contumelia
traxit:* & alterum Dionis *Lib.* 45. in fine. *Bam-
balionem etiam ipſius cognomenti ratione, infamem
diligit:* Bambalio ergo cognominatus fuit conſide- 21
ratione, qua barbari etymologiam comprobavi-
mus, metaphorice equidem tanquam ſi B. litte-
ras in ore haberet, & in pronunciatione ſæpiſſi-
me comprimeret labia: quo argumento maxime
bæſitantia linguæ, & aſperitas pronuntiationis ſi-
gnificatur τραχυστομίαque ejus depingitur: opti-
me præter alios criticos Adrian. Turneb. *Lib.* 17.
adverſar. Cap. 19. Nec enim blæſus, hæſitans,
rudiſque linguæ, in cujuſque ſyllabæ, orationiſ-
que pronunciatione, dictiones, *bar*, *bar*, aut
bam, *bal*, hæſitatione format: aut vitio, aut aſ-
peritate: ſed quæſiverunt antiqui præcipuas hæ-
ſitationis, aſperitatiſque litteras, ut efficerent du-
ritiem, inſuavitatem, & hæſitantiam, formam-
que loquentium exprimerent. Unde Ariſtides,
& ab eo Scipio Cartheromachius *in oratione de lau-
dibus linguæ Græcæ, aliorum omnium non barbarorum
modo* (inquit) *ſed Græcorumque locutionem, ſi cum
Athenienſium ſermone comparetur, puerorum eſſe balbu-
tientium vocem.* Ea enim eſt vis metaphoræ, ut 22
undecumque res ſimilitudinem habeat, alienum
nomen adſciſcat, ſive Jure formatum ſit, ſive non,
quo diſtinguitur à catachreſi, Quintil. *dict. Lib.*
8. *Cap.* 6. Ciprian. *dict. Lib.* 3. *Cap.* 15. & la-
tè Richer. *de arte figurarum*, & ſic compari re-
ſpectu utrumque nomen *barbarus*, & *Bambalio* 23
fuiſſe compoſitum jurabo. Idem judicio de nomi-
ne *Bardus*, & *Baro* quod denotat ſtultum ſtupi-
dumque, receptum à Cicerone, & aliis eloquen-
tiæ parentibus, probat Caſpar Barthius *Lib.* 33.
adverſ. Cap. 17. *ad fin.* Lil. Girald. *dialog.* 12.
P. Pithoeus *Lib.* 1. *ſucceſſiv. Cap.* 8. Caſaub. Au-
tumnus, & alii Interpretes *ad ſatyram.* 5. *Perſii*,
Turneb. *Lib.* 20. *adverſ. Cap.* 1. de quo nos for-
te latius (ſi Deus operibus noſtris annuerit) age-
mus. Quid ultra judicabimus de Hiſpano verbo 24
Bobo, id eſt ſtupidus? conjicio eodem tramite in-
ventum fuiſſe, ſtupor enim mentis per hæſitan-
tiam linguæ, compreſſionemque oris ſignificatus
fuit, deriſuſque eſt his ſyllabis *bo*, *bo*, quæ in
ſe continent irriſionem: ab eiſque compoſito no-
mine, quod ſola pronunciatione facit ciconiam
irriſo: quæ derivatio ſecurior eſt quam præſtita,
à Covarruv. *in ſuo Theſauro linguæ Hiſpanicæ*, qui
deducit à nomine *bos*, *bobis*: cujus animalis na-
turæ ſignificatio repugnat, cum ſit animal man-
ſuetudinis inſignis, temperantiæ, & ſocietatis,
ſub quo nobiliſſima virtutum hieroglíphica de-
ſumpta fuerunt, ſicque nummis nobiliſſimis in-
ſculptum fuit, ut videbis apud J. Pier. Valerian.
Lib. 4. *hierogliſ.* & Joan. Hemelarium *de Impe-
ratorum Romanor. numiſmatibus aur.* Eodemque
tramite ducitur verbum βαβάζω, quod ſignificat
inarticulate loqui, ab effectu merito compoſitum
nomen. Concludamus ergo, quid ſibi volunt iſta
barbarus, *bambalio*, *bardus*, *Baro*, *bobo*, βαβάζω,
& ſimilia, niſi quod inventa fuerant nomina ut
ſtupiditatem, hæſitantiam, ruſticitatem duram, aſ-
peram & vicioſam pronunciationem, ſignifica-
rent modo & litteris ita compoſitam, ut ſonus
eorum mire exprimeret rem quæ ſignifica-
ri agitur. Hoc ſentio de *barbarus* nomine, ve-
reor ne judicium noſtrum barbarum judicetur.
Non equidem placet Caſſiodorus qui à barba, & 25
jure falſo compoſcit, aut conglutinavit, cui jam
irriſit P. Mart. del Rio *in novo comm. ad Med.* v.
127. nec placet etiam doctiſſimus I. Solorzan.
Lib. 2. *de Indiarum Jure*, *Cap.* 7. *numer.* 6. qui ab
Hebræo nomine deducit, à cujus quidem docti
viri ſententiâ deviare, hoc equidem mihi omino-
ſum eſt, cum præcipuum noſtræ Hiſpaniæ litte-
rarum Antiſtitem veneret. Nec placet Joſepho
Scalig. *in Theophraſtum*; qui à *bar.* deducit, quod
Arabice deſertum ſonat, & more Hebræo gemi-
nato

nato componitur, *barbarus*, quem videtur ſequi Farnabius *Epigram.* 3. *ſpectacul. Mart.*

26 Sed animadverte, quod quamvis ea fuerit τὸ βάρβαρος nominis ſignificatio poſtea extenta fuit ad idiotas, crudeles, exleges, & expertes civilis, militaris, politicæque diſciplinæ, & eorum omnium, quæ Reipublicæ bene ordinatæ convenire debent; nam cum Græci peregrinos barbare loquentes his plerumque vitiis infectos viderent, id eſt illiteratos, inhumanos, incultos, & impolitos, utpotè inſtitutis Græcorum alienos, barbaros illo reſpectu dixerunt μετωνυμίας facultate: qua eademque ratione poſtea Romani, jam rerum domini, Minervæ Martisque ſacerdotes barbaras cæteras nationes vocitarunt, ut ſuo loco dicemus, Cicero *pro Fonteio: immanis ac barbara conſuetudo, hominum immolandorum*, Apulej. *feris, ac barbaris moribus*, Ovid. *Lib.* 3. *triſt. Eleg.* 9.

Hic quoque ſunt igitur Grajæ quis crederet? urbes.

Inter inhumanæ nomina barbariæ.

Euripid. *in Oreſt. verſ.* 485. βεβαρβάρωται χρόνιος ὢν ἐν βαρβάροις, *factus eſt barbarus, diu degens inter barbaros*, Dyon. Halicarnas. *Lib.* 1. *ad finem Roman. antiquit.* Aonius Palearius *in oratione de optimis ſtudiis defenſis: quos interea Principes civitatum, quos Reges illa provincia tulit, unius ope philoſophiæ, quæ ea moderatione Græcos homines temperavit, ut cæteri barbari dicerentur, quam inſaniam & ignominiam, ut fugerent Romani, omnium Gentium, omnium populorum victores dum Reſpublica magis floruit, quotidie magis litterarum ſtudia coluerunt, & humanitatis nomine appellarunt: quod fera agreſtique vita ad humanum cultum civilemque deducerent: ſine quibus qui eſſent, monſtra eſſent humana ſpecie, & figura*, probant Rader. *ad Epigram.* 1. *ſpect. Martial.* Hadrian. Junius *Lib.* 4. *animadverſ. Cap.* 25. & eruditiſſimus D. Joan. Solorzan. *Lib.* 2. *de Indiarum Jur. Cap.* 7.

C A P. IV.

***Procedimus in barbarica diſquiſitione, Regna per vices varias hanc barbaricam notam acceperunt, & rejecerunt, à num.* 1. *Datur primum tempus, quo Græci cunctas nationes barbaras dixerunt, à num.* 2. *Antiquitus Perſæ, Cilices, Capadoces, Phrygii cunctæque aliæ gentes, etiam barbariſſima lingua Græca locutæ fuerunt.* 3. *Laus Græcorum à ſuavitate linguæ, & omnium ſcientiarum cognitione.* 4. *Omnes gentes ad eos confluebant.* 5. *Militari etiam peritia floruerunt.* 6. *Græci in laudes ſuas effuſiſſimi ſunt.* 7. *Romanos etiam dicebant barbaros.* 8. *Unde interpretamur Plautum.* 9. *Et quod magis eſt, jam creſcente imperio.* 10.**

NOmen βάρβαρος tanto artificio compoſitum, tanta elegantia exornatum fuit, ut jam non barbarum, ſed Atticum: non inſuave, ſed ſuaviſſimum judicandum ſit, & equidem verbi ſtructura Attica, & ſuaviſſima eſt, licet in eo aſperitatis ſignificatio ſubſit. Sed ut à barbarie iſta (quis credet?) doctrinæ ditiſſimos theſauros eruamus, certo ordine multa digerere debemus, ne aliàs indigeſta moles obruat eos, & mentes no-
1 ſtras confundat. Per vices varias regna alternarunt ſub hac nota, & exuerunt ſe ea, & iterum ſe commacularunt: unde hæc variatio fortunæ, ſeu honoris ingerit difficultates, monumenta litterarum antiqua rimanti: ſic ergo neceſſaria eſt digeſtio, & diſpoſitio, imò conſtitutio temporum, ut attribuamus unicuique, quam ſua ætas ferebat, notam.

I. T E M P U S.

Primum ergo tempus fuit, quo Græci cæteras
2 cunctas nationes vocarunt barbaras, cum litterarum imperium obtinerent; & ſe ſolum doctos, politicos, eruditos, & eloquentes cenſerent: ſic intelligendæ ſunt ſequentes autoritates, & aliæ conſulto omiſſæ. Seneca *in Med. actu* 2. *v.* 127.

Si quod Pelaſgæ, ſi quod urbes barbaræ
Novere facinus.

Plutarch. *in oratione conſolatoria ad Apollonium* (omitto Græca, ne exacerbentur Typographi) *Mulieres enim magis amant luctum, quam viri, & barbari, quam Græci*, Zonar. 1. *tom. Annal. fol. mihi* 130. *Et illo* (Hæpheſtione) *quidem erga barbaros utebatur, per Craterum autem Macedonibus, & Græcis reſpondebat*, Seneca *in conſolatione ad Helviam, Capit.* 6. *Quid ſibi volunt in mediis barbarorum regionibus Græcæ urbes*, Clemens Alexand. 1. *Strom. Philoſophia res varie utilis, olim quidem viguit apud Barbaros per gentes ſparſim reſplendens; poſtremo denique ad Græcos etiam venit*, Euripides *in Hecuba v.* 1200.

—— Primum nunquam amicum
Barbarum fiet Græcis genus.

Et *Phæniſ. v.* 1511.

—— Hei mihi pater
Quæ Græcia, quis barbarus?

Et *in Medea V.* 535.

Primum quidem pro barbara terra, in Græca
Terra habitas.

Et in *Andromacha. v.* 665.

Et cum ſint genere barbari,
Græcis imperabunt.

Xenoph. *in ſymp. Celebris, & in ore omnium, tam Græcorum, quam barbarorum:* idem *de Cyri minoris expeditione, Libr.* 4. *tum Macrones barbaricam lanceam Græcis dedere, Græci illis Græcam.* Sæpiſſimo Diodorus Siculus *rerum antiquarum Lib.* 1. *Cap.* 1. *& Lib.* 3. *Cap.* 8. *& Lib.* 4. *Cap.* 3. *& Lib.* 5. *Cap.* 14. *& Lib.* 6. *Cap.* 1. ad finem, Apulejus *de Deo Socratis. Nec hæc poſtea video cur neque de ſole, neque de luna quiſquam Græcus, aut barbarus facile conjectaverit Deos eſſe*, Cicero *pro L. Flacco, ne hominibus levitate Græcis, crudelitate barbaris, civem ac ſupplicem veſtrum dederitis*, ſed quid alia? Cum Dyctys Cretenſis, Dares Phrygius, Q. Curcius, J. Zonaras, Herodotus, Halicarnas., Thucydid., Plutarch. & fere cuncti alii Autores, non alio nomine, quam βάρβαρος diſcriminent à Græcis gentes alias; quod præter Interpretes in prædictis locis obſervarunt Henric. Stephan. *in Theſaur. linguæ Græcæ*, dictione βάρβαρος, Ludovic. Vives *ad D. Aurel. Auguſtin. Lib.* 5. *de Civit. Dei*,

Dei, *Cap.* 18. *litt. B.* multis locis Frid. Taubman. & Lambin. *ad Plautum*, Calvin., Hotoman., Briſſon., Verrucius *in lexicis*, Beroald. *ad Suet. in Auguſt. Cap.* 21. J. Lipſ. *Lib.* 1. *manuduct. ad Stoïcam Philoſoph. Cap.* 5. Beroald. *ad Apulejum Lib.* 9. *metamorph. fol. mihi* 364. P. Victorius *Lib.* 1. *Polit. Ariſtol.* Caſp. Barthius *Lib.* 35. *adverſariorum*, *Cap.* 12. & omni doctrina, & eruditione
3 inſignis Dom. D. Joann. Solorzan. *de Indiarum jure*, *Lib.* 2. *Cap.* 7. *numer.* 3. Farnabius *in notis ad Martialem Epigram.* 3. *Spectacul.* & Raderus *ad* 1. *ſpectacul.* omnes enim gentes, utpotè Perſæ, Cilices, Capadoces, Phrygii, Macedones, Cretes, Cares, Itali, Græci (qui exotici dicti fuerunt judicio Scaligeri *ad Feſtum*, & Taubmanni *ad Plautum Menæchmi. act.* 2. *Scen.* 1.) Siculi, Calabri, Galli, Germani, & ut concludam cum Jacobo Gretſero *in dedicatoria Epiſtola*, *Lib.* 1. *inſt. linguæ Græcæ*, J. Lipſio *de recta pronunciatione Latinæ linguæ*, *Cap.* 3. Aſia prope univerſa, ac reliquæ orbis terrarumque partes, extra anni ſolisque vias, atque etiam Garamantæ, Indi, Scytæ, Brachmani, aliæque feritate barbaræ nationes, lingua Græca collocuti fuerunt, quos tamen omnes barbaros nominant, & paſſim dictitant poëtæ, oratores, & hiſtorici, & Rader. *in Epigram.* 1. *ſpectacul.* inſinuant Scaliger, & Taubman. *ubi proxime*, idque per eam rationem, quam Capite præcedenti dedimus, ſcilicet, quod præter illos, qui ἐν τῇ Ἑλλάδι non eſſent, cum non Atticè id eſt ſuaviter, molle, & rotunde; imò vicioſe, & aſpere linguam Græcam pronunciarent, barbari judicati fuerunt, quim excellentis linguæ Græcæ ſcientia à barbarica nota liberaret, cum tamen in pronunciatione ruſtica barbare peccarent, vide P. Martin. del Rio *in nov. com. Senecæ*, *in Med. v.* 127. Rader. *ubi proxime.*

4 Cum autem Græci, præterquam μελιφωνοι, præ cæteris hominibus eſſent grammatica, dialectica, poëſi, oratoria, philoſophia, mathematica, Juriſprudentia aliiſque diſciplinis pollerent, ſic ut artium, & ſcientiarum parentes cognominarentur, ita Scipione Cartheromachio, & Conrardo Heresbachio *in orationibus de laudibus litterarum Græcarum* edisserentibus, merito eodem Heresbachio referente, *Græciam feliciſſimam ingeniorum altricem fuiſſe, adeò ut appareat hujus univerſi opificem, & linguarum, virtutiſque diſpenſatorem Deum optimum Maximum hominibus, qui ſecundum naturam optimam regionem nacti, eam etiam linguam voluiſſe largiri, quæ idoneum tradendarum honeſtarum artium præbuerat inſtrumentum, & fida virtutis eruditioniſque cuſtos eſſet*: unde fuit ut doctrinæ cauſa à cunctis
5 univerſi partibus concurſum fuiſſet ad eos, eo-
6 dem teſte Scipione: cumque ſimiliter militari peritia ſic floreret (conteſtantibus hiſtoricis Græcis, & Latinis) ut orbem terrarum viciſſe ſcriptum ſit in præfatione Thucidydis: quæ duo reſpicit Ariſtoteles *concluſis* 7. *Polit. Cap.* 7. Græcos ingenio & animo pervirere, ex quo fieri, ut in libertate degant; omnibuſque cæteris imperent, diſciplinamque Reipublicæ optime recipiant: forte præ oculis habens Demarati verba, apud Herodotum Halicarnas. *in Polymn. Græcia ſemper alumna fuit paupertatis, hoſpes virtutis, quam à ſapientia accivit, & à ſevera diſciplina, quam uſurpans Græcia, & paupertatem tuetur, & dominatum*, idem quoque Herodotus *in Clio* narrat, *à* priſcis temporibus reſponſum eſſe, Græcam gentem dexteriorem futuram fore, quam barbaram, & magis ab ineptiis abhorrentem ex prædictis cauſis. Quibus tandem confectum, ut cum
7 Græci in glorias ſuas effuſiſſimi eſſent C. Plin. *nat. hiſt. Lib.* 3. *Cap.* 5. & aptiſſime ſcribit C. Sempronius *de diviſ. Italiæ in fin. Tanta videlicet imprudentia cum morum jactantia eſt, ut omnium gentium, & imperiorum, atque urbium præclariſſimarum ſe conditores eſſe, apertis ſæpe mendaciis conſcribant* (de quo nos latius ſuo loco) in tantum, ut confirmarent, à ſe humanitatem profectam, ſic Cicer. *ad Q. Fratrem* ſcribente, propter quod merito levitatis denotatos fuiſſe, docet L. Vives *in comment. ad D. Auguſt. Lib.* 1. *Cap.* 4. *de Civit. Dei*, & alii plurimi auſi fuerunt Barbaritatis notam inurere cæteris nationibus.

Hæc in tantum vera fuerunt, quod Romani 8
barbari vocitati fuerint ab eis, naſcentis tempore urbis, & multo poſtea: apertæ ſunt autoritates, quibus innitimur ad id probandum L. Florus *Lib.* 1. *Cap.* 2. de Numa Pompilio. *Hæc omnia quaſi monitu Deæ Ægeriæ, quo magis barbari acciperent, eo denique ferocem populum redegit, ut quod vi, & injuria occupaverat imperium, religione atque juſtitia gubernaret*, Plutarch. *in ejuſdem Pompilii vita*, & ex mente Flori mirabilibus verbis, ut proprium eſt tanti ſcriptoris, verba Græca ſic verto, forſan efficacius, quam Florentinus Lapus in honorem Numæ, quantum idioma Latinum valebit ad graviſſimam linguæ Græcæ comprehenſionem, *omnes ingenii habitus puriſſimi ad omnem virtutem inſpirati erant, amplius etiam ſe ipſum jucundiſſime excoluit per diſciplinas, malorum perpeſſiones, & philoſophias non ſolum calamitates animi deteſtandas, ſed violentiam non improbatam* βαρβαρὶς (barbaris) *& avaritiam à ſe rejiciens*, τὸ enim βαρβαρος, ad Romanos refero, tunc temporis feros, incultos, belligerantes, prædarum avidos, parumque divinorum religione imbutos: ſic enim ſubjecta materia illius temporis petit, ut eum Plutarcho alii Græci, Latinique hiſtorici conſcripſerunt, utpote T. Livius qui *Libr.* 1. *hiſtor. Romanæ* de Numa ſic ſcribit. *Nam & leges Romanis moreſque conſtituit, qui conſuetudine præliorum, jam latrones, ac ſemibarbari putabantur*, bene ſane M. A. Sabell. *Æneid.* 2. *Lib.* 3. *Sed commentum id Numæ fuit potius, qui familiare ſibi numen finxerit, ut præferocem populum ad pacis, & juſtitiæ cultum à rei*
bellicæ ſtudiis averteret. Hinc celebris Plauti lo- 9
cus intelligitur *in Trinum. Prolog.*

Huic nomen Græce eſt Theſauro fabulæ,
Philemo ſcripſit, Plautus vertit barbare.

τὸ *barbare*, id eſt, *latine*: ſic in *Capt.* idem Plaut. *act.* 3. *ſcen.* 1. *verſ.* 32.

Nunc barbarica lege certum eſt jus meum omne
perſequi.

τὸ *barbarica lege* intellexerunt omnes *Romanam*, ſubnotante, & referente *ibi* Fr. Taubman., D. Gothofred. *in l.* 1. *C. quæ res exportari non debeant*, Rader *ad* 1. *ſpectaculorum epigramma*, & C. Barthius *Lib.* 35. *adverſarior. Cap.* 12. cui debeo ſingularem locum Martiani Capellæ *Lib.* 4. *Dialecticæ*, ibi: *Ni Varronis mei inter latiales glorias celebrati mihi eruditio ſuppeteret, poſſem fæminæ Doricæ nationis apud Romuleæ vocis examina, aut admodum rudis, aut ſatis barbara videri*, ſed celebris eſt locus Feſti dictione *Barbari*, ſcribentis, *Barbari dicebantur antiquitus omnes gentes, exceptis Græcis, unde Plautus Nævium poëtam Latinum barbarum dixit, & de ſe, cum transferret fabulam ex Græco, dixit, Marcus Attius vertit barbare*, quibus ſubſcriptum eſt à Paulo (ſecundum Joſephum Scaligerum) vel quocumque alio, *fortaſſe & hinc noſter Apoſtolus Græcis ac barbaris ſe debitorem eſſe fatetur*, locus eſt ad Romanos, Cap. 1. Ἕλλησί τε, καὶ βαρβάροις σοφοῖς τε, καὶ ἀνοήτοις ὀφειλέτης εἰμί, *Græcis ſimul, & barbaris, ſapientibus ſimul, & rudibus debitor ſum.* Quod 10
in tantum verum eſt, quod adhuc juveneſcente imperio Romano, auſi fuerunt Græci barbaros vocitare

vocitare Romanos; à qua nota conqueſti fuerunt ipſi, unde Cato ad filium, *nos quoque dictitant & barbaros, & ſpurios*, ſicque legati Philippi Macedonum Regis ex una parte, & ex altera Athenienſium, & Romanorum, cum conveniſſent Ætolorum conſilium, ipſorum imploraturi auxilium, prius introducti Macedones, inter alia ſic perorarunt apud Tit. Livium *Libr.* 1. *de bello Macedon. & Aſiatico: Aſſuefacite his terris legiones externas, & jugum accipite: ſero, ac ne quidquam cum dominum Romanum habebitis, ſocium Philippum quæritis: Ætolos, Acarnanas, Macedones ejuſdem linguæ homines, leves ad tempus ortæ cauſæ disjungunt, conjungunt que: cum alienigenis, cum barbaris æternum omnibus Græcis bellum eſt, eritque, natura enim quæ perpetua eſt non mutabilibus indiem cauſis hoſtes ſunt:* poſteaque introducti Athenienſes, obiter ſatisfecerunt notæ barbaricæ Romanis inuſtæ. *Verum enimvero id ſe quæri, quod quid Romanos alienigenas, & barbaros vocet, adeò omnia ſimul divina humanaque jura polluerit*, quapropter D. Halicarn. *Lib.* 1. *Roman. antiq.* circa finem, eam barbariei notam in Romanis delere curat, tradens eorum originem, & nunquam barbarorum ad eos confugentium ſapiſſe mores: ex quibus patet, & Romanos hac nota fuiſſe comprehenſos, ut prænotarunt Turneb., Barthius, Vives, Sabellicus, Ubertinus *ad epiſtol. Penelopes*, Alciatus *variis in locis*, & alii hoc Capite, & præcedenti relati, & præcipue doctiſſimus Solorzanus.

C A P. V.

Integro Capite tractamus an Ægypti inter barbaros connumerari debeant: quorum leges, mores exacte proponuntur, à nu. 1. *cum ſequentibus. Primo barbaries denegatur eis.* 2. *Scientiarum, & religionis autores dicebantur.* 3. *Proverbium* Ægyptius Sophiſta 4. *Ad eos ſcientiarum cauſa peregrinabantur multi.* 5 *Ex Macrobio ſoli divinarum rerum conſcii.* 6. *Apud eos fingebatur epulari Deos.* 7. *Alphonſi Carranzæ.* 8. *Ægyptiorum aliquæ laudes.* 9 *illi cæteros barbaros dicebant.* 10. *Explicatur Virgil.* 11. *Contraria ſententia adſtruitur Ægyptios barbaros eſſe, à nu.* 12. *Sphæra barbarica* 13. *Illuſtratur Lucan.* 14 *Et edictum Aureliani apud Vopiſcum.* 15. *Et Virgil* 16. *Mores, ritus, religio eorum pertractantur.* 17. *Quæ animalia in Deos receperint, quaſque herbas.* 18. *Illuſtratur Eſaiæ locus.* 19 *Iſidis ſacra.* 20. *A quibus provenerunt adulteria, & ſtupra.* 21. *Nefarius dolus in Paulinam Saturnini uxorem.* 22. *Iſidis ſacra deportantur.* 23. *Laſcivia Ægyptiorum.* 24. *Quæ illa infamis Mendeſiorum?* 25. *Ægyptiis legitimæ nuptiæ cum ſororibus.* 26. *Eas nuptias admiſerunt ſolum barbari.* 27. *Sed an Athenienſes? In medium proponitur.* 28. *Ægyptii partim liberi, partim ſervi.* 29. *Explicatur Vopiſcus* in Saturnino 30. *Diſcrimen inter Romanos, & Ægyptios, quoad venditionem liberorum hominum* 31. *Voluntas venditi ſola non ſufficit ad amiſſionem libertatis* 32. *Tuſcus Vicus.* 33 *Servi barbari dicti fuerunt.* 34. *Ægyptii veſcebantur cum feris.* 35. *Illuſtratur* l. 1. C. Theod. ſi curial. relict. civit. 36 *Non compelluntur filii alere parentes.* 37. *Multiplici jure id debebant facere.* 38. *Ciconiarum pietas* 39. *Ægyptii laudant fures* 40. *Prohibitos natura ipſa.* 41. *Mulieres commerciis, & foro, viri lanificio addicti.* 42. *Lanificium fœminarum proprium.* 43. *Non ſic apud barbaras gentes.* 44. *Fœminæ an argentariæ eſſe poſſint.* 45. *Non tangebantur ab actore in jus vocatæ.* 46. *Fora & virilia officia in noſtro Jure eis interdicta.* 47. *Cultura agrorum qualis.* 48. *Aratra agriculturæ propria.* 49. *Sues qua de cauſa immolarentur Cereri.* 50. *Crudelitas immanis Ægyptiorum.* 51. *Et natura varia, & perverſa.* 52. *Reſpondetur laudantibus Ægyptios.* 53. *Ægyptium templum.* 54. *Scientiarum amatores orbem peregrinabantur.* 55. *Ægyptii non fuerunt ſcientiarum inventores.* 56. *Sed incantatores.* 57. *Sapientia Ægyptiorum qualis.* 58. *Irridemus Diodoro Siculo.* 59.

1 SEd cum Græci cunctas cæteras nationes barbaras vocitarent, ipſoſque Romanos (ut proximo Capite ſcripſi) dubitamus an Ægyptii ſub hac nota comprehenſi, barbari quoque dicti fuerint. Apparet primo iſtam barbariei notam inique Ægyptiis impingi, cum litteris inſigniores hominum adhuc celebrentur: inventores, enim
2 literarum cum Heresbachio *in oratione de laudibus litterarum Græcarum*, affirmant fere omnes, qui earum inventionem pertractarunt: nec litterarum ſolum, ſed Aſtrologiæ, Geometriæ, Philoſophiæ, aliarumque artium, ædificiorum, templorum adorationis, divinorum rituum, aliarumque plurium rerum autores perhibentur, ut Polidorus Virgi-
3 lius *in Lib. de rerum inventoribus*, variis in locis comprobavit, & Scipio Charteromachius, Conradusque Heresbachius *in orationibus de laudibus lingua Græcæ*, unde in proverbium emanavit *Ægyptius Sophiſta*, P. Valerianus *Lib.* 29. *Hieroglyphicorum*, *Cap.* 41. & *eruditio Alexandrina*, atque 4
à Macrobio mater artium appellatur variis in locis, atque philoſophiæ diſciplinæ parens, primuſque aſtrorum ſcrutandorum autor. & ſic Apulejus eruditos vocat Ægyptios, Flavius Vopiſcus, verſificatores, epigrammatarios, & ad cantilenas publicas propenſos, & Diodorus laudat, quod moribus optimis, legibuſque ac inſtitutis uterentur. Quæ in cauſa fue- 5
runt, quod peregrinarentur omnes ad eos, ut eorum myſteria, ſcientiaſque pernoſcerent, Diodor. Siculus *Lib.* 2. *Cap.* 6. ipſique etiam Græci

Digitized by Google

tanta vanitate inflati, ex Ægyptiis moribus ſuos adſumpſerunt, docet Herodotus Halicarnas. *In Euterpe*, Natalis Comes *Cap.* 7. ſed fere omnia divina, & humana Græcos ab Ægyptiis tranſtuliſſe ſcribunt iidem, & Tiraquel. infra referendus, unde Macrobius 2. *Saturnal. Cap.* 12. ſolos divinarum rerum conſcios facit, in tantum ut ipſi gloriarentur Ægyptii primum Deorum genus apud ſe extitiſſe, ut Polidorus probat. *Lib.* 1. *Cap.* 1. *de inventione rerum*, & ſic Herodotus *dict. Lib.* 2. Græcorum Deos primum Ægyptum incoluiſſe enarrat, propter quæ ex Trimegiſto J. Pier. Valerian. *Lib.* 49. *Hyerogliphicorum*, *Cap.* 7. Cæli effigiem Ægyptum dictam fuiſſe, docet: Quo enim mythologia antiquitatis referri debet, teſte eodem Valeriano *dict. Lib.* 4. *Cap.* 5. Deos epulaturos conveniri apud Ægyp-
7 tios? de quo Homerus *Odyſ.* 4. *V.* 351.

Αἰγύπτῳ μ' ἔτι δεῦρο θεοὶ μεμαῶτα νέεσθ.
Ἔσχον ἐπεὶ ου σφιν ἔρεξα τελήεσσας ἑκατόμβας.

Ideſt.

In Ægypto me adhuc Dii cupidum redire
Detinebant, quoniam non ipſis exibueram legitimas
hecatombas.

Statius Papin. 4. *ſylvarum in epulo Domitiani.*

Talis ubi Oceani finem, menſaſque reviſit.
Æthiopum, ſacro diffuſus nectare vultus,
Dux ſuperum.

Quod exornabimus Deo annuente ſuo loco. His omnibus convenit illius magni viri ſententia doctiſſimi Alphonſi Carranzæ *in ſuo departatus deſignatione pereruditο Lib. Cap.* 12. §. 3. *n.* 5. ad-
8 ſtruentis, Græcos ab Ægyptiis anni menſiumque rationem habuiſſe: ſolis lunæque, & aliorum ſiderum motus didiciſſe, ut ex Strabone, Joſepho, Euſebio, Alexandrino, atque Diodoro Siculo, qui *Lib.* 1. *bibliot.* Græcos ab Ægyptiis omnia cultiora ſcitamenta mutuatos adſerit, ob idque Solonem, & Draconem multas itidem ab Ægyptiis leges deſumpſiſſe: qui quidem Carranza ex Platone reddit rationem, quare omnium maximi Ægyptii aſtrorum ſcientiæ dediti fuerint, quia ſcilicet regione illa ſtellæ ſemper omnes clare cernuntur, & cæli aſpectum nubes, &
9 pluviæ non impediunt. Circa Ægypti laudes, & hic ſcripta conducunt quæ P. Faber ſcribit *Lib.* 1. *ſemeſt. Cap.* 24. Cælius Rhodigin *Lib.* 9. *antiq. lect. Cap.* 3. & 4. A Tiraquell. *in præfatione de Jure primog. num.* 25. P. Valerian. *per integrum tractatum hieroglyphicorum* eleganter Pater Mendoza *in viridario ſuo Libr.* 6. *de fiorib. eloquentiæ oratian.* 8. *num.* 106. Strabon. *Lib.* 17. *in princip.* Ex his tenendum videtur Ægyptios apud nullas gentes barbaros accipiendos eſſe, cum divinorum, & humanorum omnium ipſiſque Græcis autores fuerint, ut abunde J. Pier. Valerianus per omnia ſua hieroglyphica probat: qui enim barbari vocarentur, qui ſimili Græcorum arrogantia cæteros non ſua colloquentes lingua barbaros dixe-
10 runt? ſingularis eſt Herodoti locus *Lib.* 2. in his verb. Βαρβάρους δὲ πάντας οἱ Αἰγύπτιοι καλέουσι τοὺς μὴ σφ' ὁμογλώσσους, ideſt, *Ægypti vocant barbaros omnes, qui ipſorum lingua non loquuntur*, & denique in hac ſententia non vocandi Ægyptios barbaros ſe-
11 det doctiſſimus P. Ludovicus Cerda *in commentario ad Virgilium* 8. *Æneid. V.* 685. ſic intelligens poëtam.

Hinc ope barbarica, variiſque Antonius armis,
Victor ab auroræ populis, & litore rubro,
Ægyptum, vireſque Orientis, & ultima ſecum
Bactra vehit, ſequiturque, nefas! Ægyptia conjux.

τὸ enim *ope barbarica*, non ad Ægyptum referendum eſſe, ſed ad Reges Africæ, Ciliciæ, Capadociæ, Paphlagoniæ, Comagenæ, Thraciæ, aliarumque regionum Antonio auxiliatorum.

Sed tamen, quamvis non vana, quæ adduxi- 12
mus fundamenta, (*a*) judicari debeant, magnique ponderis eis inſit autoritas noſtri P. Cerdæ: nihilominus contrariam ſententiam veriorem judico, Ægyptios barbaros habitos fuiſſe, idque merito. Et antequam ad ritus & mores eorum accedamus, producam autoritates aliquas, quæ noſtram ſententiam ſecuriſſime adſtruunt, & primo noſter M. V. Martialis non ſemel iſtam barbariei notam Ægyptiis inuſſit *ſpectaculorum epigrammate celeberrimo primo.*

Barbara Pyramidum ſileat miracula Memphis.

Sive τὸ *barbara*, ad nomen *Memphis* referas, cum eodem poëta *Lib.* 8. *epig.* 36. *ibi.*

Jam tacet Eoum barbara Memphis opus.

Adſentiente Theodoro Marcilio, doctiſſimo Laurentio Ramirez de Prado, & P. Mattheo Radero, & noviſſime Farnabio, qui in hanc inclinat ſententiam, unde Mantuanus ſcripſit.

Barbara cornigerum Memphis plorabat Oſyrim.

Sive *ad miracula* referas ipſius vatis argumento *dict. epig.* 36.

Regia Pyramidum Cæſar, miracula ride,

Barbara pro Regia ſcripſit Domitius Calderin. *in dicto epigrammate prima*, pro qua ſententia ſtrenue digladiatur *in ſuis floſculis*, Stephan. Claverius *ad ſpectaculorum epigrammata*, cui aſſentire videtur, Joſeph. Scalig. dum ſic vertit.

Βάρβαρα Πυραμίδων τὰ σὰ Μέμφι θαύματα σίγα.

Quomodocumque enim ſit, ut præſenſit idem Claverius, Ægyptiorum barbaries deducitur, & comprobatur, idem probat. Tibull. *Lib.* 1. *eleg.* 8.

Te canit, atque ſuum pubes miratur Oſirim
Barbara Memphiten plangere docta bovem.

Juvenal *ſatyr.* 15. *V.* 45.

——— *Horrida ſane*
Ægyptus! ſed luxuria, quantum ipſe notavi,
Barbara famoſo non cedit turba Canopo.

Hinc fluit ſphæram Ægyptiam paſſim à Firmi- 13
co barbaricam appellari, & à Joſepho Scaligero *in commentario ad Manilium in exordio Lib.* 5. libentiſſime agnoſcente barbaricam dici ad Græcanicæ diſcrimen, qui illud adducit Lucan.

Conjux barbarico dormiſſet tertia lecto.

Sed ego, & eundem *Lib.* 8. *Pharſal.* qui cum ſuo, noſtroque Martiali ſic canit.

——— *O ſuperi! Nilus ne, & barbara Memphis*
Et Peluſiaci tam mollis turba Canopi
Hos animos?

Sic intellige eundem *Lib.* 9.

——— *Non barbara victis* 14
Regna manent.

Barbara dixit enim, cum relatione ad Ægyptum, in quo M. Pompeius proditorie jugulatus fuit, Herodotus Halicarnas. *Lib.* 2. dum in Ægypto ejus mores inquirit, ſic ſcribit, *adeò Deorum omnium nomina ferme ex Ægypto in Græciam pervenerunt, idque ego ex barbaris ſciſcitatus, ita rem habere comperio*, expreſſior eſt D. Auguſtin. *Libr.* 18. *de civit. Dei, Cap.* 37. *Verum, quod fatendum eſt, non quidem in Græcis, ſed in barbaris gentibus, ſicut in Ægypto, jam fuerat ante Moiſem nonnulla doctrina*, Cic. 5. *de finibus: cur* (inquit) *Plato Ægyptum peragravit? ut à ſacerdotibus barbaris numeros, & cœleſtia, acciperet*, Alexand. ab Alexand. *Lib.* 4. *dierum genial. Cap.* 10. *in Ægypto quoque apud Buſyrim, & Cinoſpolim hoſpites non divertebant, neque admittebantur alieni, qui omnibus fere barbaris mos exoletus erat, ut hoſpites finibus pellerent*, ſic intelligendum eſt edictum

(*a*) Barbari Ægyptii.

edictum Aureliani Auguſti apud Flav. Vopiſcum *in Firmo Amantiſſimo ſui popul. Rom. Aurelianus Auguſtus S. D. Pacato, undique gentium toto, qua patet, orbe terrarum, Firmum, & latronem Ægyptium barbaricis motibus æſtuantem, & feminei propudii reliquias colligentem &c.* ſic apud Strabonem *Lib.* 17. in quo deſcribit Ægyptum, *barbarica fabrica dicitur*, & infra *barbari occultabant* & infra *plurima enim barbari occultabant.* Ex quibus percipies Virgilium *dict. Lib.* 8. (quod fundamentum fuit Cerdæ contrarium ſentientis.)

Hinc ope barbarica, variiſque Antonius armis.

Præcipue ad Ægyptum referendum, tum ad cæteros auxiliatores Reges, cum in ea claſſe primores partes obtinuiſſet Cleopatra Regina Ægypti, vel conjux ſeu concubina Antonii, indicat infra poëta.

Victor ab Auroræ populis, & litore rubro
Ægyptum, vireſque Orientis, & ultima ſecum
Bactra vehit, ſequiturque (nefas) Ægyptia conjux.

Saltim his inſignibus autoritatibus, non miraberis, nos pleno ore vocitantes Ægyptum barbaram, deſeruiſſeque doctiſſimi Cerdæ judicium. Denique in noſtram ſententiam præiverunt Stephan. Claverius *ubi ſup. in floſculis ad Martialem*, & Joſeph. Scaliger. *dict. Lib.* 5. *in exordio ad Manilium*, Raderus *ad* 1. *Spectaculorum Martialis*, & Joſeph. Scaliger. *ad dict. eleg.* 7. *Tibulli*, P. Pontanus *ſymbolarum Lib.* 13. *ad* 8. *Æneid. in notis ad verſicul.* 768. ubi etiam Servius, Aſcenſius *ad Lib.* 8. *Lucani*, *ubi ſup.* Hadrian. Junius *Lib.* 3. *animad. Cap.* 25. ubi erudite probat ex Jamblicho Hebræos, & Ægyptios barbaros dictos fuiſſe, merito ergo immittem, & feram vitam Ægyptiorum dicit Euſebius *Lib.* 1. *Evang. demonſt.*

17 Sed diſcurramus per mores, ritus, & religionem Ægyptiorum, & barbariſſimos gentium inveniemus, à quibusque avertes oculos, & planges gentem miſerrimam, quæ mehercle à ſola inculta barbarie aboriri potuerit (monſtruorum Jure fœdiſſimi abortus, (*a*) quam religionis politicæ, & ſcientiarum partus) quis non potius, quam irri-
18 deat abominabitur Ægyptiorum aras, & adorationes ſupplices fœdioribus animalium, utpote cani, bovi, anguillæ, & ſquammoſis piſcibus, crocodillo, vulpi, auſeri, Ibi, porco, ſelli, ſimiæ caudatæ, accipitri, araneo, muri, urſo, lupo, vulpanſeri, circopitheco, ſerpentibus, cercoſimiæ, ſcarabæis, cynocephalo, gryphi, ovi, ichneumoni, hirco, oxyryncho, aliiſque animalibus? Atque toto cachino irrideat auguſta religione cultum alium, cepe, fabas, raphanum, lectucas, aliasque herbas, ipſiſque fuiſſe magnum jurare per eas, ut diſertiſſime enarravit Herodotus Halicarnaſ. *Lib.* 1. D. Joan. Chryſoſt. 1. *tom. homel.* 7. *in Cap.* 1. *gen. ſol. mihi* 30. Natalis Comes *Lib.* 1. *ſuæ mythol. Cap.* 7. Strabon. *Lib.* 17. Juvenal. *ſatyr.* 15. Plinius *Lib.* 29. *nat. hiſt. Cap.* 5. & 6. ſubnotante *ibi* Dalemcampio, & ex eo Adriano Turneb. *Lib.* 18. *adverſar. Cap.* 12. & *Lib.* 7. *Cap.* 8. Joann. Bohemus *de omnium gentium morib. Lib.* 1. *Cap.* 5. Apulei *in metamorph. Lib.* 11. Sta. Papin. *Lib.* 3. *ſilv.* 2. D. Sicul. *variis in locis*, Pat. Cerd. *ad Virg.* 8. *Æneid. v.* 698. *num.* 20. Nicæna Synod. *act.* 6. ad illud & *mutuerunt gloriam*, P. Gregor. *Lib.* 36. *Syntagm. jur. Cap.* 8. *num.* 28. interpretesque *ad Juvenalem*, doctiſſimus J. Solorzan. *de indiarum jur. Cap.* 8. *num.* 28. & alii infra referendi. Sed præterire vellem Bachicha Ægyptiorum ſacra, omni turpitudine majora: verba propter fœditatem Herodoti delevi, vide eum *in Euterpe* inde, *ſed loco* φαλλῷ, ſic omnes irriſione, & contemptu Ægyptiaca ſacra habuerunt Pompon. Mela. *Lib.* 1. *Cap.* 9. *colunt Ægyptii effigies multorum animalium, atque ipſa magis animalia*, & Auguſtus Cæſar apud Zonaram, *tom.* 2. *Annal.*, *neque Apidem adire voluit, quod Deos non boves adorare conſuevisſet:* quamvis rogatus ab Alexandrinis Auguſtus fuit: conjurarunt enim ſe calami in hæc turpiſſima numina Juven. *Satyr.* 6. *v.* 533.

Ergo hic præcipuum, ſummumque meretur honorem,
Qui grege linigero circumdatus, & grege calvo
Plangentis populi currit deriſor Anubis.

Idem *ſatyr.* 15. *v.* 1.

Quis neſcit Voluſi Bithynice, qualia demens
Ægyptus portenta colat? Crocodilon adorat
Pars hæc: illa pavet ſaturam ſerpentibus Ibim.
Effigies ſacri nitet aurea Cercophiteci,
Dimidio magicæ reſonant ubi Memnone chordæ,
Atque vetus Thebe centum jacet obruta portis.
Illic cæruleos, hic piſcem fluminis, illic
Oppida tota canem venerantur, nemo Dianam:
Porrum & cepe nefas violare, ac frangere morſu.
O ſanctas gentes, quibus hæc naſcuntur in hortis
Numina!

Et infra per integram ſatyram, in qua nihil aliud agit. Propertius *Lib.* 3. *eleg.* 9.

Auſa Jovi noſtro latrantem opponere Anubin.

Et per totam Statius Papin. 3. *ſil. V.* 112.

Cur ſervet Pharias Lethæus janitor aras;
Vilia cur magnos æquent animalia Divos.

Virg. 8. *Æneid. Omnigenumque Deum monſtra*, Cyrill. Alexand. *in Mich. Cap.* 7. *num.* 71. *abominandos, & impuros Dæmonum greges*, Tertul. *Apolog. Deorum dedecus*, Plutarch. *ſymp.* ἀλογίας *ineptas* Euſeb. Cæſar. *dict. Lib.* 1. *Evang. demonſt.* vide P. Cerd. *ad dict. Lib.* 8. D. Auguſt. *Lib.* 2. *de Civitat. Dei. Beſtias aveſque colentium*, Cic. 1. *de natur. Deorum, belluas propter utilitatem conſecrarunt*, D. Hyeronim. *in epiſt. Hedibiæ, quæſt.* 10. *Ægyptiaca portenta errorum mater*, Sabell. *Ænead.* 7. *Lib.* 2. Synod. Nycen. 2. *act. abominationes*, ſed Anaxandrides Rhodius relatus à Natali Comite, *ubi ſup.* facetiſſime jocatur in Ægyptios Deos.

Haut eſſet vobiſcum queo commilito,
Concordibus nec moribus, nec legibus,
Per maxima intervalla differentibus.
Bovem colis; Deis ego macto bovem.
Tu maximum anguillam Deum putas, ego
Obſoniorum credidi ſuaviſſimum.
Carnes ſuillas tu caves, at gaudeo
His maxime. Canem colis, quem verbero
Edentem ubi deprebendo forte obſonium.

Conſulto prætermitto plures Interpretes, ſanctoſque patres, acria omnes jaculantes ſpicula in hæc numina, eorumque aras evertentes.

Ex quibus cognoſces cauſam propter quam Chriſtus. O. M. primum Ægyptum acceſſerit ſecundum Iſaiam, *Cap.* 19. *Ecce Dominus aſcendit ſu-* 19
per nubem levem, & ingreditur Ægyptum, & commovebantur ſimulacra Ægypti à facie ejus, & cor Ægypti tabeſcet in medio ejus & concurrere faciam Ægyptios, & pugnabit vir contra fatrem ſuum, civitas adverſus civitatem, regnum adverſus regnum, & diſrumpetur ſpiritus Ægypti in viſceribus ejus & conſilium ejus præcipitabo, & interrogabunt ſimulacra ſua, & divinos & Pythones, & areolos, præſenſit acutiſſime Euſeb. Cæſarienſ. *Lib.* 6. *de præparat. Evang.* in viſione Ægypti, in his verbis: *Cauſa autem cur illud acceſſerit, rationem hanc habes, quoniam enim in Ægypto initium accepiſſe ea, quæ ad errorem colendi ſimulacra pertinent, memorantur, & videbantur omnium hominum ſuperſtitioſiſſimi eſſe Ægyptii, inimicique, atque hoſtes populi Dei, longiſſimeque*

(*a*) Religio Ægyptiorum.

neque à prophetis abeſſe, merito primum apud illos Dei virtus commorata eſt, quapropter plus apud Ægyptios, quam apud omnes alios homines evangelicæ illius doctrinæ verbum invaluit, & ſeqq.

Nec præterire debeo dum Ægyptiorum bar-
20 bariem quæro, nefanda Iſidis ſacra (*a*), in populum Romanum ingenti ipſius dedecore ab Ægyptiis traducta, unde Lucan.

Nos in templa tuam Romana recepimus Iſim.

Et Propert. *Lib.* 2. *eleg.* 33.

Atque utinam Nilo pereat quæ ſacra tepente
Miſit matronis Inachis Auſoniis.

21 Prædixerunt interpretes in his locis, P. que Matthæus Raderus *ad Lib.* 10. *Martial. epigram.* 48. ex Lucian. & Apuleio, & aliis: ſed proh Deus! quantæ nobiliſſimæ familiæ his ſacris commaculatæ fuerunt: quantæ caſtiſſimæ matronæ violatæ! quanta adulteria commiſſa! quantuſque eorum occaſione ſecuriſſimus furtis amoris patuit locus! nam dum religione Iſidis ſecubabant à maritis maritæ, commiſcebantur adulteris turpiſſimæ: ſuam infamiam concenſuerunt Romani, & condoluerunt, & præcipue ita cognovit artis amandi eximius Doctor P. Ovid. Naſo, dum principale amoris præceptum docet convenire in Iſidis ſacra, utpote teſtatur. *Lib.* 2. *de arte.*

Nec fuge Niligenæ Memphitica ſacra juvencæ
Multas illa facit, quod fecit ipſa Jovi.

Et *Lib.* 3. *V.* 633.

Quid faciet cuſtos, cum ſint tot in Urbe theatra?
Cum ſpectet junctos illa libenter equos?
Cum ſedeat Phariſtris ſata operata juvencæ,
Quòque ſuæ comites ire vetentur, eat?

Et Lib. 2. amorum eleg. 2.

Nec tu linigeram fieri, quid poſſit ad Iſin
Quæſieris: nec tu curva theatra time.

D. Jun. Juvenal. *ſatyr.* 6. *V.* 587. dum Viſidium Poſthumium ab uxore ducenda diſſuadet, præter alia, his movet.

Nam ſi conſtituit, ſolitoque decentius optat
Ornari, & properat, jamque expectatur in hortis.
Aut apud Iſiacæ potius ſacraria lenæ.

Quas Ovidii autoritates, jam præciſas, relegi in Deſiderio Heraldo ad Martialem *Lib.* 11. *Epig.* 8. qui quidem, & ſcholiaſtæ ad præſcripta loca ſubnotant, & execrantur ſcortationes, & adulteria, colloquia, conventuſque mœchorum ad porticum, ſeu templum Iſidis, dum illis diebus celebrabantur ſacra; docte Thom. Dempſterus *ad Roſin. Lib.* 2. *ad Cap. ult.* qui omnes referunt ex Tertuliano *in Apolog. Cap.* 15. & Joſepho *antiquitatum Judaicarum Lib.* 18. *Cap.* 4. Paulinam Sa-
22 turni uxorem in templo Iſidis (quod erat in campo Martio juxta Ovile) compreſſam à Mundo Juvene, quam miſerrime deperibat: cum & genere, & pudicitia inſignis matrona fuiſſet, ſub hoc commento, ut corrupti Iſidis ſacerdotes pecunia adſererent, matronam ab Oſiride deſiderari, quibus fidem habens fœmina, noctu in templo Iſidis ſubagitari à Juvene paſſa eſt, quod latius cæteris J. Zonaras 1. *tom. Annalium*, deſcribit, Quibus ſacrorum erroribus jam tandem P. Romanus abſolutus Iſidem, ejuſque barbara ſacra deportari conſtituit. Primoque Agrippa urbis
23 præfectus, ut eſt apud Dionem *Lib.* 54. *Romanæ Hiſtoriæ*, ſacra Ægyptia, quæ iterum in urbem jam inſinuabantur, repreſſit edicto, ne quis ea in ſuburbano intra D. paſſus ageret; tandem Tiberius apud Corn. Tacitum. *Lib.* 2. *Annal. ad finem*, his verbis egit. *De ſacris Ægyptiis, Judaicisque pellendis factumque Senatus Conſultum, ut quatuor millia libertinis generis ea ſuperſtitione infectas quis idonea ætas, in inſulam Sardiniam veherentur, coercendis illic latrociniis, & ſi ob gravitatem cœli interiſſent, vile damnum, cæteri cederent Italia, niſi certam ante diem profanos ritus exuiſſent*, quæ reſpexit Seneca, *Epiſt.* 108. *His inſtinctus abſtinere animalibus cœpi, & anno peracto, non tantum facilis mihi erat conſuetudo, ſed dulcis: quæris quomodo deſierim? in Tiberii Cæſaris principatum inventæ tempus inciderat, alienigena tunc ſacra movebantur, & inter argumenta ſuperſtitionis ponebatur animalium quorundam abſtinentia*, ita intelligente Juſto Lipſio *ad Tacitum ſup.* cui aſſentiunt Gruterus, & Juretus *ad Senecam*, Propertius *Lib.* 2. *eleg.* 33. execrans Iſidis ſacra.

Aut nos è noſtra te, ſæva, fugabimus urbe;
Cum Tyberi Nilo gratia nulla fuit.

Subſcribente *ibi I. Paſſeratio*, Balduin. ad *ll. Romul.* 7. & 8. Tertul. *in Apolog. Capit.* 6. Alexand. ab Alexan. *Lib.* 2. *dierum gen. Cap.* 19. Quid ultra? miſera Iſis in ſummas miſerias, quaſi de cœlo cecidit; aut fulminata fuit; nam D. Auguſtus Tiberius cognito Mundi, ſacerdotumque Iſidis facinore, ſanctiſſimis iris ipſos ultimis ſuppliciis affecit, & Iſidem in Tyberim demerſit, ædemque diruit, audi verba Latina J. Zonaræ, *to.* 1. *Annal. Imperator facinore ſacerdotes, & idem in cruces tollit, ædem diruit, Iſidis ſimulacrum in Tyberim demergit.* Ex quibus jam cognoveris falſa, & irridenda Ægyptiorum numina, ſuperſtitioſas adorationes, exilia eorum à populo Romano, quantam labem ipſi intulerint, ut jam cum audiveris, & legeris ſe autores divinorum numinum, rituum, ſacrificiorum, irrideas ſuæ jactantiæ, & cuicumque, quia prædictis cauſis laudem ipſis attribuerit, omnia monſtrua, omnia vana, ridicula, execranda, & denique à barbaris hominibus barbare conficta.

Sed mores multæque leges conveniunt ritibus ſacriſque ſuis (nec per hoc omnes ſuas condemno) lege juſtas, & rationabiles aliquas, apud Diodorum Sicul. *lib.* 2. *cap.* 3. quæ enim gens tam barbara aliqualibus inſtitutis æquis Aſtream non coluerit? & invenies turpiſſima, & barbara inſtituta, qualiter fuerunt irridenda numina, eorumque ſacrificia (*a*). Quis primo non infamavit laſci- 24
vias eorum? ſaltim Juvenalis acris in ipſos ſatyricus, non tacuit *dict. ſatyr.* 15. quas ad Canopi Serapidis templum committebant.

——— ——— ——— *Horrida fames*
Ægyptius! ſed luxuria, quantum ipſe notavi,
Barbara famoſo non cedit turba Canopo.

Cui affine eſt Senecæ illud *epiſt.* 51. *itaque de ſeceſſu cogitans, nunquam Canopum eliget*, unde Canopea luxuria, ut bene probat Lipſius *in hoc Annæi Senecæ loco:* laſcivia, & ſuperſtitione mobilem, & diſcordem Ægyptum vocavit Tacitus 1. *lib. Annal.* & ad eundem *in notis politicis*, refert Forſn. Auſterus. *Annal. fol.* 149. id reſpexit Stat. Papin.

Curvo Terapnei laſcivias ora Canopi.

Et ſic Abraham apud Joſephum 1. *Antiq. c.* 10. cum ingrederetur Ægyptum cum Sara uxore, metuit Ægyptiorum veſaniam circa mulieres, ne Rex eum propter uxoris ſpeciem trucidaret, qui quidem *lib.* 2. *cap.* 9. expreſſe delicatos, & libidinoſos dicit, quod & Euſebius Cæſar *lib.* 1. *E-* 25
vang. demonſ. ſenſit in verbis infra referendis. Sed quanta illa infamis Mendeſiorum laſcivia, quam ex Pindaro Strabo refert *lib.* 17. quam quia gratiſſime expoſuit Iſaac Caſaubon. *ad Suet. l.* 39 *fol. mihi* 36. *V.* 8. tranſcribam verba, *Erat quidem univerſa Ægyptiorum religio fœda, ſtulta, & ridicula*

(*a*) Iſidis ſacra.

(*a*) Laſcivia Ægyptiorum.

cula, ſed enim nihil tota Ægypto monſtroſius infamia Mendeſiorum, qui hircum pro numine colentes excellentiſſima forma mulieres illius libidini ſubſternere ſolitis: atque ut prurigo poni ceſſantem lege naturæ beſtiam, proh! fidem hominum contra naturam inſtigare. Nota res eſt ex Herodoto, qui teſtis oculatus fuit, Pindaro, Strabone, Plutarcho, Gryllo, Ariſtide Rhetore, & aliis: adjice his quæ ex Herodot. *lib.* 2. *ſup.* n. 17. ſuppreſſimus verba, & Cæl. Rodig. *lib.* 18. *ant. lect. cap.* 39.

26 Adde, & his, apud Ægyptios legitimas fuiſſe nuptias inter fratrem, & ſororem, ut ex Philone, & aliis præſcripſit (a) Hadrian. Turneb. *lib.* 18. *adverſar. cap.* 1. Alex. ab Alexand. *lib.* 1. *dierum genial. cap.* 24. quod docte tractat Joſeph. Caſtalio, *cap.* 12. *variar. lect.* Dio. Caſſ. *lib.* 42. unde congruentiſſime Seneca *in Octav. act.* 2.

Hauſit cruorem inceſta Romani ducis
Ægyptus iterum.

Id inſinuavit Euſebius Cæſarienſ. *dicto lib.* 1. *demonſtrat. Evang.* ibi: *Non matribus, non ſororibus, non filiabus miſceri, nec alia ejuſmodi quæcumque nuptiæ ab illorum temporum hominibus committi poterant, permiſit.*

Videndus eſt I. Pier. Valerian. *libr.* 6. *Hierogl. c.* 9. *cum ſeqq.* cumque Scipio, & Polybius Romani legati miſſi eſſent ad Ptolomæum Phiſconem Regem Ægyptiorum, inter alia Regis monſtruoſa exhorruerunt ſororem ſuam fratri ereptam, ſibi conjunxiſſe, eaque repudiata ejuſdem ſororis fratrisque ſui filiam duxiſſe, qui ut ſuam libidinem expleret omnibus id licere permiſit, Juſtin. *lib.* 14. Alexan. *ſup.* Herodian. *lib.* 1. unde Lucan. 10. *Pharſalicæ.*

——————. *Nupſit ſoror impia fratri,*
Et infra.
Et ſemel amplexus inceſto corpore paſſus.

Multis congeſtis more ſuo probat Tiraquel. *in comment. ad l.* 7. *Connubial. numer.* 34. Hubertus Giffan. *ad §. inter eas quoque, inſtit. de nuptiis*, Franc. Balduin. in proleg. *ad tit. de nuptiis*, Franc. Connan. *lib.* 8. *com. cap.* 5. *num.* 5. Eamque licentiam auſpicabantur Ægyptii, quia ſua monſtroſa Iſis Oſyridi fratri nupſerat, unde Harpocrates natus fuit, Tiraquel. *ubi ſup.* & ſic apud eos lex nullum ſpurium haberi permittebat, quantumvis ex ſerva genitus eſſet, refert ex Diodoro Siculo, idem Tiraquell. *in tractat. de nobilit. cap.* 18. *num.* 21. Joann. Boem. *de omnium gent. moribus lib.* 1. *c.* 5. quas quidem nuptias admiſerunt ſolum Barbari, utpote Perſæ, & Ægyptii, & alii legibus

27 barbaris, non ſic Politicæ gentes, utpote Romani, Græci, Macedones, Herodian. *dict. lib.* 1. Balduin. & alii *ad dict. §. inter eas*, Alex. ab Alexand. *dict. cap.* 24. & doctius cæteris Tiraq. *ad dict. l.* 7. *connub.* fere per totam: non ſic Athe-

28 nienſes ſapientiſſimi, nam quamvis Æmyl. Prob. *in proœmio, in Cimonis vita*, & Arnobius *lib.* 8. *diſputationum adverſus gentes*, quos ſecutus fuit Briſſon. *in tractatu de jure connubiorum*, in ea convenerint opinione apud Athenienſes legitima fuiſſe connubia inter fratrem, & ſororem, & ſic Cimonem fortiſſimum virum ſororem ſuam Elpinicem uxorem duxiſſe; mihi tamen nunquam ea ſententia inſedit, nam graviſſimus autor V. Maximus *lib.* 1. *tit.* 9. *de miraculis, in externis*, refert Nauſimenis Athenienſis uxorem repente obmutuiſſe perculſam ſtupro filii filiæque ſuæ, illoſque nefarium concubitum voluntaria morte penſaſſe; Herodian. *lib.* 1. expreſſior eſt, ibi. *Si quidem Probus eo turpitudinis prolapſus eſt, ut contra Macedonum, atque adeo Græcorum omnium leges, etiam ſororiis amoribus implicaretur*, quod enim de Cimone Æmilius Probus refert, longe aliter enarrat Plutarchus *in ejus vita* ex ſororio ſcilicet concubitu ingentem infamiam apud Athenienſes Cimonem contraxiſſe, & tandem Elpinicem ſororem ſtupratam Calliæ Athenienſi tradidiſſe, ſic elicimus ab Ariſtoph. *in Nub. act.* 5. *Scen.* 2. *quomodo frater, proh averrunce Jupiter, ſororem uterinam inceſtarit*, tu vide Tiraquel. *dict. l.* 7. *connub. num.* 37. cui quæſtioni pro tempore ſuperſedeo, adveniet, Deo annuente, aliud, quo graviori impetu aggrediar, & apertiſſime diſſolvam: cui enim infidum non ſit, politiſſimam gentium urbem, litterarum Metropolim, à qua feliciſſime Romani ſuas primævas exſuxerunt leges, tam beſtialem barbarumque concubitum, ſeu matrimonium lege autore ſanxiſſe, & non in ultimam regionem extirpaſſe, ferrent ſane Ægyptii inceſtuoſi, & barbari, non ſic Athenienſes ſapientiſſimi, vide tamen Connanum, *ubi ſupra*, & Lambin. *ad Æmil. Probum, ſeu Cornel. Nepotem, in Cimon. num.* 5. ubi Gysbert. Longolius *num.* 2. & Hieronim. Magius *in annotat. ad Præfationem Æmilii, num.* 4. qui diſputant quæſtionem noſtram, Jan. Rutgerſium *lib.* 1. *var. cap.* 9. qui contrariam fortiter defendit.

Omnia in Ægypto, (a) tam numina, quam homines, monſtroſa, ſordida, barbara, & impura; ſed, ſuper iſta cuncta, quæ his fragmentis præſcripſimus, conſpice, & perhorreſces plebeculam illam partim liberam, partim in infimo ſervitutis ſtatu turpiter projectam, cum fæx iſta hominum pro quacumque neceſſitate, & cauſa faciliime ineſtimabilem venderet libertatem. Accedebant ad Jo- 29
ſeph. *Geneſ.* 47. *Et nos, & terra noſtra tui erimus, eme nos in ſervitutem, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur terra in ſolitudinem*, ſic intelligendus eſt Martialis *libr.* 6. *epigram.* 29.

Non de plebe domus, nec avaræ verna cataſtæ.
Sed domini ſancto dignus amore puer.

Statius *lib.* 2. *Silv. Epiced. in Glau. Mel.* 72.

Non te barbaricæ verſabat turbo cataſtæ.
Nec mixtus Phariis venalis mercibus infans.
Unde Juvenal. *ſatyr.* 1. *V.* 26.
Cum pars Niliacæ plebis, cum verna Canopi.
Criſpinus.

Capitolin, *in Vero, adduxerat ſecum, & fidicinas, tibicines, & hiſtriones, ſcurraſque mimarios, & præſtigiatores & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria paſcitur voluptate*, ſic intelliguntur *pueri Alexandrini*, apud Petron. *ſatyr. cap.* 31. & 35. prænotarunt Raderus, & Calderin. *ad Martialem ſup.* qui dant Suetonium *in Veſpaſiano*, & Tacitum: Britannicus, & Mancinel. & alii *ad Juvenalem*, Domitius *ad Statium*, P. Gregor. *lib.* 14. *ſyntagm. jur. cap.* 3. *num.* 14. & ego fortè latius dicam ad Statium meum. Nec turbet aliquem Flav. Vopiſcus *in Saturnin.* ubi Ægyptios liberos in his verbis, *ſunt enim Ægyptii (ut ſatis noſti) vi- 30
ri ventoſi, furibundi, jactantes injurias, atque adeo vani, liberi novarum rerum uſque ad cantilenas publicas cupientes, &c.* nam τὸ *liberi*, accipiendum eſt, non de naturali libertate, ſed ἀδεσποτίαν, utpote jugo legum, & magiſtratuum excuſſo, colligitur ex conſectura narrationis Vopiſci, ſicque explicant Salmaſius, & Caſaubon. *ibidem*, utpote Arculphus de Gacæis, *amatores, & omni libertati decori.* Eſto etiam, ad precium participandum Romæ libertatis venditionem permiſſam fuiſſe, noſter Imperator Juſtinian. *in §. de jure perſon.* ſed quantum fuit diſcrimen inter utramque gentem: apud P. Romanum non ab- 31
ſolute id permiſſum, ſed certis legibus temperatum, quas explicat Accurſ. *dict. §. fin.* (& ego non

(a) Ægypti ducunt ſorores in matrimonium.

(a) Partim liberi partim ſervi.

non proſequor, quia non convenit inſtituto loco) ſed præcipuè major debebat eſſe viginti annis miſerandus infamiſque homo, qui tam turpi contractu ſe abalienabat; emptor autem ignarus libertatis illius, quam emebat *l. Licinius Rufinus 4. D. quib. ad libertatem proclamare non licet*, venditor enim apponebatur improbus homo, qui has partes fabulæ, lucri participandi cauſa, peragebat, ut inquit Franc. Hotoman. & Balduin. *dict. §. fin.* quam venditionem iniquam ſuſtinebant Romani ex poteſtate legis in pœnam improbi facti, A. Faber
32 *in ſui jurisprudent. tit. 3. princip. 2. illat. 1. & princip. 5. illat. 9.* cum voluntas ſua, perdentis libertatem, nec ſufficeret; nemo enim nuda voluntate, nec pactis aut conventione ſervus conſtituitur *l. libero 20. l. parentes 22. l. liberos 39. C. de liberal. cauſa l. conventio 37. D. eodem titul.* quia ſui ipſius nemo dominus eſt, *l. liber homo, D. ad legem Aquiliam*, vide Oſvald. *ad Donell. libr. 2. commentariorum, cap. 9. lit. N.* nec tam ordinarium apud Romanos ſcimus crimen, imò rara, aut ferè nulla exempla, imo plerumque ſubtilitatis cauſa à Jure Conſultis diſquiſitum. Nam quod de Tuſco vico inſulis Ræuard 2. *commentarior. cap.* 8. ſatis dubium, & compugnatum ab omnibus interpretibus
33 eſt, Oſvald. *ubi ſupra.* Taubman. *ad Plautum*, Pareus in *electis Plaut. pagin.* 2. & poſtea in *Analectis ad hunc locum*; ſed plebecula Ægyptia illa partim libera, & partim ſerva excedit barbarorum perverſos mores, ſine lege certatim ſe triſti ſervituti mancipans. Nam præter quod ipſo ſatis more ſe conſtituendi ſervos Ægyptii iſti barbari nuncupari deberent, ea merito nota eis inuritur, quia ſervi barbari dicti fuerunt apud Græcos, & Latinos,
34 accipe celebrem locum Ariſtotelis *lib. 1. de Republic. c. 2.* διὸ φασιν οἱ ποιηταὶ βαρβάρων δ' Ἕλληνας ἄρχειν εἰκὸς ὡς ταυτὸ φύσει βάρβαρον, καὶ δοῦλον ὄν, ideſt. *Quapropter aiunt poëtæ Græcos in barbaros imperium habere, rectum eſſe, tanquam idem natura ſit barbarum eſſe, & ſervum*: ſic ego etiam intelligebam noſtrum Statium *dict. libr. 2. Sylv. epiced. in Glaucum Melior. V. 72.*

Non te barbaricæ verſabat turbo cataſtæ.

Barbaricæ cataſtæ, ideſt ſervilis, utpote in quo vendebantur ſervi, ſic etiam Tibullus *lib. 2. eleg. 6.*

——— Quem ſæpe coëgit
Barbara gypſatos ferre cataſta pedes.

Probant P. Victorius, & Hubertus Gifanius in *commentariis ad Rempublicam Ariſtotelis*, ſed nudi tamen. Quid magis? circa annum 1336. deponit Gulielm. de Baldentel *Hodœporicon ad terram ſanctam, cap. 3.* morem eum ſervilis venditionis proterve viguiſſe, verba ſunt. *Homines, & feminæ venduntur in his partibus, ſicut alterius ſpeciei, & ſecto, quem ementes & vendentes, & ſic in ſervitutem rediguntur, & ſecundum juventutem, fortitudinem, artem, ſanitatem, pulchritudinem, æſtimantur.*

35 Quid ultra? contra Jus Gentium, cum feris ipſis veſcuntur (a) Ægyptii, Herodot. Halicarnaſſ. *dict. lib. 1.* ibi: *Apud cæteros mortales victus à ferarum ſecretus eſt conſortio, Ægyptii cum feris veſcuntur*, conſidera Ægyptios latrones apud Heliod. *lib. 1. cap. 2.* in quo, quæſo per Deum immortalem! major barbaries deſiderari potuit, quam brutorum more, cum ipſis alimenta neceſſaria deſumere.
36 Hanc barbariem ſubolemus in reſcripto Valentiniani in *l. 1. C. Theod. ſi curialis relicta civitate*, miſſo Tatiano P. F. Ægypti verba ſunt *Judicariæ omnis vigore conſtringes, ut vacuatis urbibus ad agros magis, quod frequenti lege prohibetur, ſeſe Curiales transferant ſecum. ..., l. 2. C. eod. tit.* non degeneres ab antiquis Ægyptiis; imò eorum antiquos mores conſervantes Curiales Ægyptii contra Jus Gentium, & multis legibus contumaces vacuatis urbibus habitationem transferebant ad agros, ſic prona res ad naturam ſuam, & de facili revertitur, quod quidem frequenti lege à Cæſaribus dictis legibus prohibitum eſt.

Sed nec miraberis iſta confeciſſe homines barba- 37
rorum barbariſſimos, apud quos ſtabilitum erat non compellendos filios alimenta (b) concedere parentibus, teſtatur, *ubi ſup. dict. lib. 2. in Euterpe* idem Herodotus, & ex eo I. Pontan. *in 2. tertii voluminis progymnaſm.* 70. Cæl. Rhod. *lib. 18. ant. lection.* 37. in quos inſurrexit charitas ſanguinis, pietas, & æquitas quæ ſanciunt, apud fere omnes gentes alimenta parentibus contributuros filios, *l. ſi quis liberis 5. §. utrum autem 2. D. de agnoſcend. liberis*, 38
l. fin. C. de alendis liberis, l. final, §. ipſum autem, C. de bonis quæ liberis, imò & ipſa natura ſuis legibus in ipſos ſe armavit, quæ inſpiravit hominibus hujuſmodi alimenta præbere parentibus, docent Anton. Guibert. *lib. ſingular. quæſtion. juris, capit. 8. ad finem*, probat erudite P. Faber *lib. 2. ſem. cap. 1. & lib. 3. capit. 13.* & ex eo, & Plutarch. Oſvald. Hilliger. *ad Donell. lib. 2. c. commentar. cap. 24. l.* Petrus Surd. *de aliment. titul. 1. quæſtion. 17. per totam*, Molin. *lib. 2. de Hiſpanor. primogen. numer. 27. cap. 1.* Alphonſus Carrança *de partus deſignatione, cap. 3. §. 4. numer.* 63. qui alios referunt, & cum his Scholiaſtes Heſiodi lib. A. ἔργων καὶ ἡμερ. ibi: οὐδὲ ξένῳ ξεινοδόκῳ, quibus congruunt ſequentia.

——— οὐδέ μεν ὄγε
Γηράντεσσι τοκεῦσιν ἀπὸ θρεπτήρια δοίη
Χειροδίκαι. ...
——— *Nec vero hi*
Senio confectis parentibus alimenta dederint violenti.

Affirmatque Athenis capitale fuiſſe ἀποτιμεῖν ſeu τροφεῖα, non perſolvere parentibus, & merito cum alimenta ſint ſubſidium vitæ, *l. 5. C. de patria poteſtate*, enecarique à filio, dicatur, parentem, à quo non alitur, *lib. 4. D. de liberis agnoſcend.* nam ſecundum illud Diogenis *apud Stobæum.*

Tu qui altus à parentibus es,
Merito parem eis gratiam reddes.

Intendant qui iſta legerint, an barbari fuerint Ægyptii, cum conſervaverint leges adverſus pietatem, charitatem ſanguinis, naturam ipſam, utpote cui & ipſa animalia rationis expertia obedire experimur: vulgare eſt Ciconiarum pietatis exem- 39
plum (ut relinquam alia) quod mire ſignificavit Ariſtophanes *in Avibus*, apud quem cum quidam parricida ſuffocare patrem cupiſſet, non niſi quia cupiebat πατρὸς ἔχειν Piſterus hoc exemplo obſtitit, & aſtis.

Sed eſt nobis avibus lex
Antiqua in Ciconiarum tabellis,
Poſt quam pater Pelargus evolabiles
Omnes faciet pelargides nutriens.
Oportet pullos patrem rurſus nutrire.

Notat Scholiaſtes Heſiodi, *ubi ſupra*, Guillermus Choul. *de religion. Romanorum fol. mihi* 13. cum agit de pietate, hyeroglıphicum vulgare duas ciconias compingi hoc titul. *honora patrem tuum, & matrem, ut ſis longævus ſuper terram.*

Jura naturæ barbari Ægyptii (c) deſpexerunt, 40
plurimis adverſus ea legibus latis: præcipuè illa, quæ non tantum non puniunt furta, ſed comprobant, & adjuvant certa proportione rei ſubſtractæ præſtita ſurti, uti explicat Diodor. Sicul. *lib. 2. Bibliothecæ, cap.* quod ea ratione prohibuit Iſraëlitico populo Moyſes hoc infami vitio coinquinato,

ut

(a) Veſcuntur cum feris. (b) Non compelluntur filii alere parentes. (c) Ægypti laudant furta.

ut refert Euſebius *dict. lib.* 1. *demonſtrat. Evang.*
Unde Ægyptii illi latrones apud Heliod. de quibus
tanta mentio *lib.* 1. *cap.* 1. & *cap.* 2. *in princip.* ubi
Rempublicam habere ſcribit: ſed id qualiter fieret,
declarat Joannes Boemus *de omnium gentium morib.*
lib. 1. *cap.* 5. cum omnino contrarium ipſa natura
41 ſuis tabulis juſtitiæ, & æquitatis ſtabilierit, noſter
Juſtinian. *in* §. 1. *Inſt. de obligationib. quæ ex delicto*
naſcuntur, & ante eum Paul. *in l.* 1. §. 3. *D. de furt.*
in tantum, quod barbari ipſi utpote Scyticæ gentes,
aliæque nullum cruentiori pœna animadverterint
crimen, referente Juſtino *lib.* 2. *hiſtor.*,
& merito cum, ut inquit Oſvald. *lib.* 15. *com. c.*
29. *lit.* K. aliis relatis, dominiorum diſtinctionem,
quam natura diſpoſuit, Juris Gentium plurima
præcepta diſturbet, & violet: nec perverſi mores,
corrupti abuſus alicujus gentis, utpote Ægyptiorum,
& Lacedomoniorum (de quorum permiſſione
elegans locus eſt apud Xenophontem *de Cyri minoris
expeditione lib.* 4.) derogare poſſunt jure naturæ:
quod metiri debemus ratione, non barbaris
corruptelis, Oſvald. *ſup.* multa mores iſtos improbantia
prætermitto conſulto.

Tanquam in barbaros, plurima gentium jura
Ægyptiorum (*a*) limites non penetrarunt aut ab
eis violenter expulſa fuerunt. Quid magis indecorum
in Jure Gentium, quam feminas commerciis
foroque præeſſe; viros lanificium operari, Pompo-
42 nius Mela *lib.* 1. *de ſitu orbis*, Herodot. Halicarn.
dict. lib. 2. Sophocles *in œdip. Colon. v.* 328. *O
quam omnino illi legibus Ægyptiis ſimiles facti ſunt,
ingenio, & vivendi modo, nam illic viri intra tecta ſedent,
telam operantes; uxores vero foris adminiſtrant
ea, quæ ad vitam pertinent* Pontan. *dict. progymnaſmat.*
70. Cæl. Rhodig. *lib.* 18. *ant. lect. cap.* 37. I. Boæmus
de omnium Gentium moribus, *lib.* 1. *cap.* 5.
43 tranſverſæ equidem ſunt operationes, & commutata
officia: nam lanificium, tanquam à natura attributum
mulieribus: docuit Homer. *odiſ.* 10. *V.* 221.
apud quem Circes intra domum ſedebat ingentem
percurrens telam, & apud eundum poëtam *odiſ.*
17. *V.* 96. Penelope ſedebat ad valvas domus laneas
verſans telas Ulyſſes ſub mentita veſte, apud
eundem *odiſ.* 18 *V.* 312. imperavit.

Famulæ Ulyſſis diu abſentis Regis,
Ite ad domos, ubi eſt veneranda Regina.
Juxtaque eam colos vertite, delectate vero ipſam.
Sedentes in domo, vel lanas aptate manibus.

Ovid. *in Metamorphoſi* multis in locis, Valerius
Flaccus 2. *Argonauticon*; relinquo alias vulgares
autoritates, cum ſatis conſultum ſit apud omnes
politicas gentes, has lanificii operas feminis
merito attributas, audi Aſconium *in Milone: deinde
omni vi janua expugnata & imagines majorum dejecerunt,
& lectulum adverſum uxoris ejus Corneliæ,
cujus caſtitas pro exemplo habita eſt, fregerunt: itemque
telas, quæ ex veteri more in atrio texebantur, diruerunt.*
De hoc more conſule Juſtum Lipſium
Lib. 1. *elect. Cap.* 17. eruditiſſime, ut ſolet, Thomas
Dempſterus *ad Roſin. Lib.* 1. *Cap.* 13. *in ſectione
de Sangio Deo, & lanificio Tanaquillis* (ubi plurima
congerit) plurimus etiam eſt more ſuo A. Tiraquel.
in commentaris ad 10. *legem connubialium, à
numer.* 1. *per totam*, Cerd. *ad Virg.* 8. *Æneid V.*
470. *numer.* 2. & 7. Bernardin. Cyllænius Veronenſis
ad Tibull. Lib. 1. *eleg.* 3. *ad finem*, & cen-
44 tum alii: ſulummodo enim barbaræ gentes perverterunt
hæc officia, utpote Perſæ, apud quos majus
dedecus eſt feminis, lanificiu manus admovere;
Quint. Curtius *Lib.* 5. *de rebus geſtis Alexand.*
& Ægyptii, qui aliis indecoris vetuſto more aſſueverunt,
barbaræque aliæ gentes, quas receſet Tiraquell.
dict. l. 10. *numer.* 5. Nam (ut inquit
S. Ambroſius *de Paradiſ.*) *ſicut vir publicis officiis,
ita mulier domeſticis miniſteriis habilior æſtimatur*,
unde Caliſtratus *Lib.* 2. *edicti. monitorii in l.* 45
femina 12. *D. de edende*, ſcribit, ab officio argentariæ
feminas removendas eſſe, cum ea opera
virilis ſit. Conſule Donel. *in commentario ad l.* 1.
C. de edendo, & Oſvald, *in notis ad eundem Lib.* 23.
commentarior. Cap. 7. *lit.* C. ſed quid magis? cum
generaliter in noſtro Jure prohibita ſint feminis
omnia publica, & civilia officia, *l.* 2. *D. de reg.
jur.* quam ſi explicare debito commentario aggrederer,
poſſem volumina juſta complere, vide Rævard.
& Petrum Fabrum *in ea*, Hubertum Giſanium
Lib. 1. *commentariorum de reg. jur. Cap.* 2. *ad
finem*, præter alios plures. Quæ matronalis verecundia
tanta apud Romanos fuit, ut matronæ
haberi honorem illum Romani voluerint, quod 46
eam in jus vocanti corpus ejus attingere non permiſerint,
ne hujuſmodi actoris manus alienæ
tactu ſtola violaretur, refert ex Valerio Rævard.
Fuit admiranda hominibus pudicitia, ſanctique mores
Romanorum, quos ſi imbiberet barbara Ægyptus,
cognoſceret, & doleret ſuorum turpiſſimam
barbariem. Fora equidem, & virilia officia
omnino in noſtro Jure eis interdicta ſunt, *l.* 2. 47
§. 3. *D. de munerib. l.* 12. §. 2. *D. de judiciis*, *l.* 1.
§. *ait Prætor*, *D. de poſtuland.* aliisque ab hoc loco
tempeſtive repulſis, audienda ſolummodo ſunt
Conſtantini Cæſaris reſcripti verba *in l. maritus*
21. *C. de procuratorib.* in quo merito liberam facultatem
attribuit, citra mandatum in rebus uxoris
intercedendi, cum ſolemni ſatisdatione, propter
hanc graviſſimam rationem, *ne feminæ perſequendæ
litis obtentu in contumeliam matronalis pudoris
irreverenter irruant, & conventibus virorum, vel judiciis
intereſſe cogantur.*

Sed in agrorum cultura (*b*) quædam Ægypti 48
pars à cæteris mortalibus recedit, audi verba Herodoti
dicto Lib. 2. *Iſti namque ex omnibus hominibus,
atque ex omnibus Ægyptiis maxime illaboratum
percipiunt fructum, qui neque proſcindendis aratro ſulcis,
neque ſubigendo ſole, neque aliud quidquam exercendo
eorum qui in arvis colendis cæteri mortales laborem
tolerant, ſed poſtquam fluvius ſua ſponte ſuperveniens
irrigavit rura, & rurſus irrigata deſeruit, tunc
in ſuum quiſque rus, jacto ſemine ſues immittit, conculcatoque
ſuibus ſemine meſſem deinde expectat, atque
ubi ſuibus ſemen verſaverit, ita demum frumentum
percipit.* Quæ enim gens tam barbara, quæ a- 49
griculturæ agrorum negaverit aratra? arma neceſſaria
ipſorum vocat, Virg. 1. *Georg. V.* 160.

Dicendum & quæ ſint duribus agreſtibus arma,
Queis ſine nec potuere ſeri, nec ſurgere meſſes
Vomis, & inflexi primum grave robur aratri

Catò *Cap.* 5. *de re ruſt. aratra vomereſque facito uti
bonos habeas.* Quæ item gens tam barbara, ut ſues 50
culturæ frugum immiſerit? animal omnino adverſum,
propter quod ſues Cereri mactabantur, probant
præter alios Natalis Comes *in Mythol. Lib.* 1.
Cap. 17. Lil. Gyrald. *in hiſt. Deorum ſyntagmat.*
17 Higin. *Cap.* 277. conducentes Naſonis illa.

——— Prima putatur
Hoſtia ſus meruiſſe mori, quia ſemina pando
Eruerit roſtro, ſpemque interceperit anni.

Et illa.

Prima Ceres gravidæ gaviſa eſt ſanguine porcæ
Ulta ſuas merita cæde nocentes opes.

Bene cum his Vincentius Chartar. *de imagin. Deorum
fol. mihi* 156. ibi; *Hacque de cauſa in Cereris
ſacrificiis ſuem adhibitum dicunt, quod ſcilicet Deæ gratum
eſſet futurum ſpectaculum, ſi inimicus ad pedes*
ejus

(*a*) Ægyptiæ feminæ commerciis & foro aſſiſtunt, viri lanificio. (*b*) Cultura qualis agrorum.

ejus mortuus jaceret, qui non ſolum ſegetes vaſtaret, ſed & terra victum defoſſa ſemina ipſis voraret: eadem quoque ratione Baccho caper immolabatur, ut bellua maxime vitibus adverſa.

51 Sed barbara gens iſta ferociam, & crudelitatem omnium ſuperavit, nam præterquod cruenti, (a) & immanes ruſos homines, colore antiqui Typhonis ad ſepulchrum Oſyridis mactarent, quod fabulandi cauſam Græcis præſtitit, Buſyridem hoſpites necaſſe, Diodor. Sicul. *dict. Lib.* 2. *Capit.* 4. legimus Ægypti incolas quoſdam tanta ferocia animatos, rabieque efferatos, ut hoſtes non ſolum trucidaverint, ſed crudos corroſerint, in cibumque cruentum reduxerint, quam immanitatem mire admiratur D. Jun. Juven. *ſatyr.* 15. *V.* 77.

Labitur hic quidam, nimia formidine curſum
Præcipitans, capiturque: aſt illum in plurima ſectum
Fruſtra, ac particulas, ut multis mortuus unus
Sufficeret, totum corroſis oſſibus edit
Victrix turba: nec ardenti decoxit aheno.
Aut verubus: longum uſque adeò tardumque putavit
Expectare focos, contenta cadavere crudo.

Et infra.

——— Sed qui mordere cadaver
Suſtinuit, nihil unquam hac carne libentius edit.
Nam ſcelere in tanto, ne quæras, & dubites an
Prima voluptatem gula ſenſerit, ultimus autem
Qui ſtetit abſumpto jam toto corpore, ductis
Per terram digitis, aliquid de ſanguine guſtat.

Vide interpretes in his locis, & Patrem Martin. del Rio *in Seneca octav. ad finem.* Jul. Cæſar Bulenger. *Lib.* 3. *adverſus Magos*, *Cap.* 3. cum etiam indiem immolarent hoſpites tres, & quod magis eſt (ut alii ſcribunt) cives tres, ut latè comprobat Pater Martin. del Rio, *ubi ſup.* convenit, quod *in Marco A. Philoſopho* refert Xiphilin. de quibuſdam Ægyptiis latronibus qui bucoli, quaſi paſtores boum dicebantur: *Hi enim præornati muliebri veſtitu, ſimulanteſque ſe uxores bucolorum eſſe, Romanoque centurioni aurum pro viris ſuis daturas, eum accedentem ad ſe doloſe interfecerint, mactatoque ejus comite, conjuraverint in viſceribus ejus, quæ etiam ad extremum comederunt*, qua ratione Euſebius *dict. Lib.* 1. *demonſt. Evang.* mares in maribus inſanire dixit. Sed quanta illa immanitas, quod nati in 18. feſtivis diebus Typhonis, non ultra illos, viverent, ut Janus Rutgerſius refert *Lib.* 3. *var. c.* 16. in Aratea Germanici in Capricorno. Quæ quidem ſatis firmant Ægyptiorum barbariem; cum nullus magis barbarus, quam crudelis, & inhumanus, ut dixi *ſup. Cap.* 3. *ad finem.*

52 Cur enim barbari (b) cenſeri non debeant homines diſcordes in ſuis legibus à Jure Gentium aliiſque ſanctis regionum inſtitutis? Joſephus *dict. Lib.* 1. *Cap.* 16. Pompon. Mela *Lib.* 1. *C.* 9. de ſitu orbis (quæ & magnopere comprobant, quæ hucusque à nobis deſcripta ſunt) atque aliis reprobis naturis inclinati, Julius Cæſar apud Tranquillum *Cap.* 35. novarum rerum cupidos cenſet, & Q. Curtius *Lib.* 4. idem Cæſar *Lib.* 1. *de bello Alexandrin. num.* 4: fallacem gentem, ſemperque alia cogitantem, alia ſimulantem Ægyptios eſſe cognoſcit; Vopiſcus in verbis jam ſupra datis, homines eſſe ventoſos, furibundos, jactantes, injurioſos, avidoſque novarum rerum: Propter quæ non à ſenatoribus, ſed ab equitibus (ut Cuj. ex Arriano refert *Lib.* 6. *obſervation. Cap.* 35. & Salmaſius atque Caſaubon. *in hiſtoria Auguſta*,) regebantur. In tantum enim ſuſpecti novarum rerum fuerunt, & inviſi, atque inviſæ eorum ſcientiæ, præcipue Diocletiano, qui eorum libros de arte effodiendi aurum, & argentum combuſſit: propter quæ J. Cæſar regnum Cleopatræ, fratrique permiſit, ne ſi in provinciam redigeret, res novas in Romam parturiret; Cæl. Rhodigin. *Lib.* 16. *antiq. lect. Capit.* 21. Tacitus 1. *hiſtor.* mobilem Ægyptum dixit, notant *ibi* J. Lipſius, & Forſner. Auſter 2. *Annal. fol. mihi* 140. propter quæ Imperator Juſtinian. *edict.* 13. *Cap.* 23. *in princip.* ſeditiones, & mobilitates Alexandrinorum præcavet: ex eiſdem cauſis multo ante Alexander apud Arrianum 3 *Lib.* non uni, ſed pluribus præfectis confidit Ægyptum, & Aurelianus Imperator Saturnino conſuluit, ne perturbidam Ægyptiorum gentem videret: Vopiſcus in Saturnino: Juvenalis *ſatyr.* 15. dementes vocat.

——— Qualia demens
Ægyptus portenta colat

Et infra ſatyra eadem, horridos, *ibi Horrida ſane Ægyptus*, & Seneca *in conſolatione ad Helviam*, infidam dicit: ad quod ſufficeret barbara Pompeium proditio, unde proverbium *Ægyptius carnifex*, Seneca in conſolatione ad Martiam *Cap.* 20. Propertius *Lib.* 3. *Eleg.* 9.

Noxia Alexandrina dolis aptiſſima tellus.

Sueton *in Cæſar*, *Cap.* 35. ſolertiſſimum hoſtem vocat Alexandrinos; plura J. Paſſerat. *ad dict. locum Propertii*, unde etiam proverbium Δεινοι πλεκειν τας μηχανας Αἰγυπτιοι. *Nectunt ſtupendas machinas Ægyptii*, vide Eraſmum *in eo.* Cum ergo hæc ita ſint, quis jam audebit noſtra oppugnare, barbaros Ægyptios ab omni terrarum orbe compellari debuiſſe? quibus ut inquit Q. Curtius *Lib.* 7. *ut cæteris barbaris rudis, & inconditus ſenſus eſt*: quibusque convenit Lucan. 1. *Pharſal.*

Et vos barbaricos ritus moremque ſiniſtrum,
Sacrorum Dryidæ poſitis repetiſtis ab armis.

Cumque feliciores aliæ natura, & inſtitutis regiones epitheto ſimili comprehenſæ fuerint, cur liberabitur ab eo errorum, & monſtrorum altrix, & parens?

Non mihi obſtruant, Ægyptios jactari vulgo 53
artium ſcientiarumque inventores fuiſſe, intentis
mente, (c) & oculis penetremus eorum ſcientias,
ſuarum artium theſauros; non aurum, non margaritas
invenies, ſed horridum pulverem, multiplicatoſque
errores, nefandamque barbariem. O ſane miſera Regio,
Dæmonum Regia, horrendaque ſtabula ferarum! quomodo ergo
religionis autores convocantur, quæ in ſuperſtitionem tota
reſolvitur? ut ex Jamblico prædixit Cælius Rhodigin.
de Lib. 9. *antiq. lect. Cap.* 4. noſterque eruditiſſimus
J. Solorzan. *de ind. jur. tit.* 2. 6. 14. *num.*
98. (noſque ſuperioribus latè aperuimus) quo referre
poſſumus, cum eodem Cælio ſcitiſſimum 54
adagium *Ægyptium templum*, quod marmore perplexe
elaborato, auro, picturis irradians, intra
æthera pendebat; ſed ſi introires illud, nihil
aliud invenires, quam irridendam ſimium, fœdum
hircum, ferocem taurum, & ſimilia animalia:
quæ te adducerent invitum ad credendum brutorum
ſubeſſe ſpeluncam: quando adoraturus introiveras
templum. Eadem reperiemus, ſi glorias, quas
per ſcientiam conquiſiſſe dicitur, revolvas: ex judicio
ipſius Cælii Rhodigini loquor, qui *d. c.* 4.
ſcribit, commigraſſe ad Ægyptios doctos viros,
falſa fama deceptos religionis, ſacrorumque, quæ
apud eos dicebantur vigere, quæ quidem tunc
temporis gens rudis, & hebes facillimo negotio
falſa imbibebat, & proclamabat: cum & ſtudio- 55
ſiſſimi ſcientiarum non ſolum in Ægyptum pervenerint,
ſed peragraverint terrarum orbem, &
barbaras nationes, utpote Æthiopes, Syros, Arabes,

(a) Crudeles Ægyptii. (b) Ægyptiorum natura.

(c) Satisfit autoritatibus laudum Ægyptiorum.

bes, Perſas, Parthos, Hircanos, & Indos: conſule eundem Cælium Rhodigin. *Lib.* 16. *ant. lect.* C. 3. Alex. ab Alex. *Lib.* 6. *dierum genialium*, *Cap.* 5. & ibi A. Tiraq. ita incitat ſcientiarum amor, ſive calcar, ut à barbaris ſcientiæ conquirantur; pulchre M. Tullius *Cic.* 5. *de finib. cur Plato Ægyptum peragravit? ut à ſacerdotibus barbaris numeros, & cæleſtia acciperet; cur poſt Tarentum ad Arthitam? cur ad cæteros Pythagoreos Echecratem Timæum, Acrionem, Locros? ut cum Socratem expreſſiſſet, adjungeret Pythagoreorum diſciplinam, eaque quæ Socrates repudiabat, addiſceret? cur ipſe Pythagoras & Ægyptum luſtravit, & Perſarum magos adiit? cur tantas regiones barbarorum pedibus obiit? tot maria tranſmiſit?* ſed in ſcientiis, quæ meritâ iſta gens barbara obtinuit? nulla equidem præter quædam in mathematicis, aſtrologiæ, geometriæ, & arithmeticæ, non ut affirmem harum diſciplina-
56 rum inventores fuiſſe, quidquid Herodotus, Diodorus, Polydorus Virgilius adfirment, de mendacio enim eos, ſuoſque aſſeclas convicit litterarum omnigenûm gloria, noſtræque Hiſpaniæ amiciſſimus, heu quondam meus! Alphonſ. de Carſança *c.* 12. *de partus deſignat.* §. 13. *num.* 5. idque privilegio naturæ, cum ſtellæ apud eos ſemper claræ confulgeant, aſpectumque Cœli nunquam nubium, pluviarumque caligines obnubilent, ut noſter Carrança *d. n.* 5. ex Platone probat, & ante eum Cælius Rodigin. *d. c.* 4. qui ab Hebræis edocti, ut ſcientiarum perpetua eſt via, tranſmiſerunt ad Græcos, ut ex pluribus Carrança, & ab eo nos ſupra prædiximus: propter quod, & ingentes viri in ſuam regionem peregrinati ſunt, *Cælius ſup.* & *relati*: qui quidem Ægyptii, cum in ſuperſtitiones proclives eſſent, pertractarunt Aſtrologiam, & in nefarias incantationum vias
57 inciderunt, (a) totaque eorum ſcientia in incantationem reſolvitur *Exod. c.* 7. Joſeph. *Judaicarum antiquitat. Lib.* 2. *c.* 9. & 13. Zonaras 1. *c. annal.* Vopiſcus *in Saturnino*, ubi Salmaſius, Cæl. Rhodig. *Lib.* 3. *ant. lect. c.* 3. & paſſim omnes. Sicque intelligere debemus libros ſacros, in quibus ſæpiſſime de Ægyptiorum ſapientia mentio fit,
58 ſcilicet Magicarum artium ſapientia *Exod. dict. Cap.* 7. ibi: *Vocavit autem Pharo ſapientes, & maleficos, & fecerunt etiam ipſi per incantationes Ægyptiacas, & arcana quædam*, ſimiliter & in *c.* 1. *Venite ſapienter opprimamus eum: & per totum librum Heſaiæ, Cap.* 19. ſic intelligo D. Ambroſium *officiorum Lib.* 1. *Cap.* 26. ibi: *Quid tam obſcurum, quam de Aſtronomia, & Geometria tractare? quod probant, & profundi aëris ſpatia metiri, cælum quoque, & mare numeris includere, relinquere cauſam ſalutis, errores quærere? an non ille eruditus in omni ſapientia Ægyptiorum Moyſes probavit iſta? ſed illam ſapientiam detrimentum, & ſtultitiam judicavit, & averſus ab ea intimo Deum quæſivit affectu, ideoque vidit, interrogavit, audivit loquentem, quis magis ſapiens, quam ille quem docuit Deus, qui omnem ſapientiam Ægyptiorum, omniumque artium potentias operis ſui virtute evacuavit.* Ex his explicatur Heliodor. *Lib.* 2. *Æthiop.* in quo per Ægyptiam motionem ſignificavit incantationem. Verba ſunt, ὦ δος τιν χαριν αἰγαδε Καλασιρι, σοφιαν τινα, ἢ ἐυγα ἐπ' αὐτῃ Αἰγυπτιαν, quæ ad ſenſum merito ſic vertit Stanillaus: *largiaris mihi gratiam hanc bone Calaſiri, ſapientiam aliquam, aut incantationem adhibe*, illa enim ἀοιδην Αἰγυπτιαν, incantationem, vertit merito. Tota ergo Ægyptiorum doctrina in aſtronomico errore execrandaque ſuperſtitione conſiſtebat: ita etiam conſenſit D. Auguſt. de *civit. Dei Lib.* 18. *Cap.* 37. ibi: *Verum, quod faciendum eſt non quidem in Græcia, ſed in barbaris gentibus, ſicut in Ægypto jam fuerat ante Moyſem nonnulla doctrina, quæ illorum ſapientia diceretur, alioquin non ſcriptum eſſet in libris ſanctis Moyſem eruditum fuiſſe omni ſapientia Ægyptiorum, tunc utique quando ibi natus eſt, & à filia Pharaonis adoptatus, atque nutritus etiam liberaliter educatus eſt, ſed nec ſapientia Ægyptiorum ſapientiam prophetarum noſtrorum tempore antecedere potuit, quando quidem, & Abraham propheta fuit, quid autem ſapientiæ eſſe potuit in Ægypto, antequam eis Iſis, quam mortuam, tanquam Deam magnam colendam putaverunt, litteras traderet?* ſed expreſſius *eod. Lib. c.* 39. loquens de Ægyptiis; *neque enim quiſquam dicere audebit mirabilium diſciplinarum eos peritiſſimos fuiſſe antequam litteras noſſent, id eſt antequam Iſis eo veniſſet, eaſque ibi docuiſſet, ipſa porro eorum memorabilis doctrina, quæ appellata eſt ſapientia, quid erat niſi maxime Aſtronomia, & ſi quid aliud talium diſciplinarum magis ad exercenda ingenia, quam ad illuminandas vera ſapientia mentes valere ſolet?* quæ doctiſſime illuſtravit verba Ludovicus Vives in his verbis, quæ præterire nequibo, cum noſtris congruentiſſima ſint: *Geometria, Arithmetica, Aſtronomia; nam in his plurimum veteres ſeſe Ægyptii exercuerunt, quarum Geometriam neceſſitate excoluerunt, quippe qua in primis egebant, cum turbatis excreſcente Nilo agrorum finibus, poſtquam amnis in ſuum alveum redierat, ſua cuique eſſent reſtituenda, nec alia ratione conſtare poſſent agrorum dimenſus, niſi adhibita, quæ ex certis condita principiis fallere peritos menſores nequiret, ideo Geometria eſt nominata, quia terræ menſio: Aſtronomiæ vero ſeſe dediderunt commeditate, ut qui ſerenas ſemper haberent noctes, aſpicerentque tractum cæli late patentem nullis nebulis turbatum, facile ortus occaſus progreſſus regreſſuſque ſiderum animadvertere potuerunt, quæ res, & ad cognitionem erat jucundiſſima, & ad vitam fructuoſiſſima, & humani ingenii exercitatione digna, tum his duabus Geometriæ, & Aſtrologiæ addita eſt illa veluti ſubſerviens, & cujus miniſterio hæ carere non poſſunt, cognitio numerorum, quæ Arithmetica dicitur*, conducunt, quæ ab Origene notantur, Cyniphes, & ranas, quibus Ægyptii divinitus percuſſi fuerunt, ſuarum ſcientiarum vanitatem denotare, ut refertur *in cap. legimus* 7 *diſt.* 37. Hæ erant Ægyptiorum ſcientiæ, quas tanta vanitate jactat Ægyptus, ut inquit D. Auguſt. *dict. Cap.* 39. ut concludam cum Cælio Rodigino *dict. Cap.* 4. conſtantiſſimum eſſe naturalis primæque Philoſophiæ, quæ ſuis nixa rationum radicibus demonſtratur, nil unquam ab Ægyptiis acceptum, quando ejus ſcientiæ, aut expertes omnino, aut parum in ea progreſſi, & (quod dicitur) primoribus modo labiis prægustaſſe deprehendatur, propter quod non miremur in tantos perveniſſe errores, tam rei ſacræ, quam civilis inſtitutionis. Nunc ergo æquis oculis, precor, reſpiciant à nobis præſcripta aſſiduo ſermone in Ægyptiacis, & adſidebunt nobis barbaros Ægyptios aſſerentibus, imo centies barbaros, ût ego puto, aperteque probavi: cum præterquam ſcriptitarent elegantiæ parentes, ita ritus, mores, inſtituta apertus oris compoſcunt. Quid? ipſi (ut ex Herodoto retulimus) convocent barbaros cæteros, non colloquentes lingua ſua? ea major inſania eorum, cum tumide ſimilia jactarent, humanitatis, ſacrorum, Deorum, ſcientiarum, & litterarum autores, proceſſiſſe, falſo ſibi contribuentes ea; errorum, monſtrorumque Ædepol libentiſſimo animo ferrem! Ex quibus prudentiſſime Diodoro irridebis, qui *Lib.* 1 *bibliothecæ* (quem etiam refert P. Faber

1 ſemeſt.

(a) Incantatores.

59 1 *ſemeſt. Cap.* 24. Ægyptios eſſe laudandos, quod moribus optimis, legibus, atque inſtitutis uterentur, cum anteacta expreſſe convincant turpitudines eorum, efferatisque moribus, legibus, & ritibus, uti imò. C. Tacitus 1. *Hiſtor.* vocet *ſuperſtitione, ac laſcivia diſcordem, & mobilem, inſciam legum, ignarum Magiſtratuum* Ægyptum.

C A P. V I.

Ægyptiorum, quos vulgo dicimus (Gitanos) *origo inquiritur, mores eorum proponuntur, qui conferuntur, & adæquantur antiquis Ægypti incolis, à num.* 1. *cum ſequentib. Circa originem variæ ſententiæ proponuntur.* 2. *Cincli ab aliquibus vocantur.* 3. *Cinclus avis quæ?* 4. *Sententia Pii Pontificis.* 5. *Alciati.* 6. *Belloni, & Cordobæ.* 7. *Raphaelis Volaterrani.* 8. *Joan. Baptiſtæ Pii.* 9. *Proverbium* πτωχοτερος λεβηριδος, καὶ κιγκλου. 10. *Cingulum oppidum.* 11. *Variæ gentes Ægyptios appellant, ubi Beſoldi opinatio datur.* 12. *His commiſcentur multi* 13. *Expenditur* J. Recopilationis novæ. 14. *Multorum opinio fuit gentem iſtam ortam Ægypto fuiſſe.* 15. *Ab majoribus traditionis vis.* 16. *Majores natu res anteactas liberis narrant.* 17. *Elegantiſſima poëtarum loca expenduntur.* 18. *Æſtimatio in Jure Civili traditionis.* 19. *Ea eſt fidus teſtis, nuncius, & tabellio.* 20. *Vetuſtatis autoritas in Jure Civili* 21. *Vetuſtas res in majus componit.* 22. *Munſteri inſignis locus de Ægyptiis.* 23. *Litteræ commendatitiæ.* 24. *Jure Regni non adhibetur fides.* 25. *Græca lingua Ægyptiorum fuit propria.* 26. *Belloni fundamentum refellitur.* 27. *Mores erronum comparantur cum antiquis Ægyptiis.* 28. *Furantur iſti errones.* 29 *Peculia antiquorum Ægyptiorum pecudibus, & armentis conſtabant.* 30. *Degunt in campis.* 31 *Crudeles ſunt.* 32. *Laſcivi & nuptias inceſtuoſas contrahunt* 33. *Color faciei eorum.* 34. *Antiqui Ægyptii ſubnigri.* 35. *Ætiopia Ægypti colonia eſt.* 36. *Veſtimenta erronum.* 37. *A veſtitus forma ducimur in cognitionem nationis.* 38. *Mulieres plerumque publice deambulant.* 39. *Incantatrices ſunt.* 40. *Medicamenta exercent* 41. *Errones iſti infidi, & varii ſunt.* 42. *Et ſine lege degunt.* 43. *Cantilenas amant.* 44. *Unde* Αιγυπτιαζειν. 45. 46. *Ægyptii antiqui tenaciſſimi ſuarum ſuperſtitionum ſunt.* 47. *Ex moribus gentem, cujus ſit nationis, deducimus.* 48. *Migrationes populorum qualiter fiant.* 49. *Cauſæ, quibus Ægyptii à patria emigraverint, proponuntur.* 50. *Jus Civilitatis nulli Ægyptiis Regum præſtiterunt.* 51. *Anonymi tractatus de Nubianis tranſcribitur.* 52. *Aliud argumentum Belloni rejicitur.* 53. *Exhortatio ad Regem noſtrum ſupremaque conſilia pro gravioribus infligendis pœnis in Ægyptios.* 54. *Referuntur Pragmaticæ, & pœnæ in errones iſtos latæ.* 55.

POſtquam autem præcedenti capitulo accurate probaverimus Ægyptum barbaram habitam fuiſſe; idque per varios ejus mores & leges indagaverimus, accepit animus deſiderium cognoſcendi, & explicandi, qui ſint homines, qui à noſtris vocantur Ægyptii, id eſt *Gitanos*, & noſcimus, audimuſque errones vagari fere terrarum orbem. Explicare conabor originem hujus gen-
1 tis, ſtatum (qui homines aborigines potius in toto orbe videntur) & judicium denique meum dabo: mehercle ſcio varium aliorum fuiſſe: noſtroſque Reges in eos exterminandos detonuiſſe ſupplicia. Libentiſſime viam iſtam ingredi diſſimularem: conciderunt in ea plures, utpote quæ horrida ſentibus difficultatum de ambulantibus apparuit, ſed denique fauſtus infauſtuſve invadam, ſentimque meum aperiam, & ſi falſis arenis cum præeuntibus collapſus fuerim, ſubſequens levabit: nihil enim humanius eſt ruina, & errore,

2 Et primo adſero, fere omnes politioris doctrinæ interpretes, qui peregerunt iſta, in adverſas ſententias iviſſe, quarum aliquas hic ſubjiciemus; I. Pierius Valerian. *lib.* 25. *Hieroglyphicorum*, *cap.* 57. & 58. cum nonnullis ſentit, errones iſtos, qui nunc totum terrarum orbem mendicabundi, cum chiromanticis uxoribus & liberis peragrant, nuſquam certas domos habentes, Cinclos, ab avis
3 Cincli ſimilitudine, appellandos eſſe; Cinclus enim avis adeò imbecilla, invalidaque eſt, ut nidum ſibi ipſa parere non poſſit, alieniſque nidis ovifœtet, quod probat ex Suida, & aliis, quem ſe- 4
quitur eo non relato A. Alciatus *lib.* 5. *Parerg. cap.* 3. & Claudius Bertazzolus *in annotationib. ad Bartholomeum Bertazzolum libr.* 1. *conſultat. deciſivar. conſil.* 43, *lit. B.* refertque D. Franciſcus Fernandez de Cordoua *in ſua multiplici didaſcalia*, *c. fin.* & P. Martin Antonius del Rio *diſquiſit. Magicarum lib.* 4. *cap.* 3. *quæſtio.* 5. ſed hæc ſententia nihil ad rem facit, ut exiſtimat hic P. Martin. del Rio, magis enim ad denominationem, quam ad patriæ quæſitum hujus gentis pertinet.

Pius Pontifex in *Coſmographia Aſiæ*, Zigaros er- 5
rones iſtos vocat, & à Phaſide Caucaſoque deſcendiſſe ſuſpicatur, quæ ſententia jam diſplicuit Alciato *dict. cap.* 3.

A. Alciatus *dict. lib.* 5. *Parerg. cap.* 3. poſtquam 6
denominationem Pierii, & aliorum approbavit, exiſtimat Slavicos eſſe, gentem iſtam, & ſic Gallos, Bohæmianos eos vocare, quia Slavica lingua loquantur, in quam ſententiam inclinat P. Martin del Rio *dict. quæſt.* 5. origine Sclavos eſſe, ex ditione Vuinden, in qua opinione fuit antea Aventinus in *annalib. Boiorum fol.* 826.

Bellonus, quem ſequitur D. Franciſcus de Cor- 7
doua *dict. cap. fin.* exiſtimat ex Bulgaria, ſeu Walachia gentem iſtam originem ducere, quia lingua Slavica,

Slavica, ſeu Sclavina loquerentur, quorum fundamenta ſtrenue ſubvertemus infra, in qua etiam ſententia fuit J. Brodæus *lib.* 8. *miſcell. cap.* 17.

8 Raphael Volaterranus Ægyptios ſeu Cingalos iſtos exiſtimat, origine Mauruſios eſſe, qui à Sarracenis pulſi per omnem Europam vagantur. Mannulii enim ſparſim, & vulgo errant; cujus rei eruditio pernota eſt, quæ etiam ſententia fuit Cælii Rodigini *libr.* 17. *antiq. lect. cap.* 38.

9 Johannes Baptiſta Pius *annotationum poſteriorum ſylloge* 3. *cap.* 42, exiſtimat errones iſtos ex populo Cingalo ortos fuiſſe, & movetur proverbio illo
10 πτωχότερος λεβηρίδος, ἢ κιγκάλου, id eſt, *Mendicior Leberide, & Cingalo*, ſed inſigniter errat, quia κίγκλος non populus eſt, ſed avis pauperrima, aliàs dicta Cinclus: unde ortum fuit proverbium cujus autor Menander eſt *in Thaide*, uti Alciatus, Pier. Valerian. P. Martin. del Rio in *prædictis locis*; ſcripſerunt, & Eraſmus *chiliad.* 2. *cent.* 5. Pet. Gregor. *Lib.* 15. *ſyntagmat. jur. Cap.* 28. Cingulum oppidum, non Cingalum invenio apud Plinium *Lib.* 3. *natural. hiſtor. c.* 5. & *Lib.* 3. *Cap.* 13. ubi Dalencampius *lit. D.* & Abrahamus Hortelius in *Synonim. Geographica*.

11 Denique Chriſtophorus Beſoldus *in hiſtoria Conſtantinopolitan. in Michael Balbo ann.* 820. *num.* 3. à Perſicis populis gentem iſtam coörtam fuiſſe refert, nulla allata autoritate, aut ratione.

12 Poſt tantas graviſſimorum virorum ſententias, judicium noſtrum ſupponam, quod convenit traditioni antiquiſſimæ noſtræ Hiſpaniæ, Germanorumque Inferiorum, & aliarum gentium, quæ uno ore errantem gentem iſtam Ægyptios appellat, nos idiomate noſtro *Gitanos*: illi *Ægyptenaren*, refert D. Franc. de Cordub. *dict. Cap. fi.* P. Martin. del
13 Rio *dict. q.* 5. Non dubito quin Ægyptiis noſtrorum plures, aliarumque regionum commixti eorum perſonas induerint, ut ſuſpicatur, *l. fi. tit.* 11. *Lib.* 4. *Recopilat.* imò fere jam omnes falſo ſe ſimulant Ægyptios; ſed ſententia ſit mea: primævos hujus errantis gentis originem ab Ægypto majori, ſeu minori deduxiſſe, & ſi qui fuerint iſtis primævis derivati, qui quidem totum terrarum orbem mendicabundi, cum chiromanticis uxoribus & liberis peragrant, nuſquam certas domos habentes: ſcio equidem D. Franc. de Cordubam à ſuis deſciſſe, reprobaſſe ſuorum traditionem; nos ut potuerimus valide defendemus, dum evidentiora alius protulerit, cui veritatis, & doctrinæ nomine gratias agant; res equidem tam antiqua, & incerta, ut niſi face conjecturarum, & ſimilitudinum his tenebris allucere nequeamus. Sed præter quod ſententia noſtra confirmata eſt *l.* 11. 12.
14 13. *tit.* 11. *Lib.* 8. *Recopilat.* aliiſque Pragmaticis ſanctionibus, homines iſtos Ægyptios eſſe indubi-
15 tanter nominantibus, & affirmantibus: noſtræ Hiſpaniæ aliorumque regnorum communis acceptio fuit, & traditio, Ægyptum à ſe ejeciſſe illuviem hominum iſtam, quam in dubio ſequi, & tenere
16 debemus, utpote in qua aliæ hiſtoriarum antiquitates innituntur, quod multiplici autoritate comprobabimus, tam juris noſtri, quam eruditionis S. Chriſoſtom. *Homil.* 4. *eſt traditio, nihil quæras amplius*, cum hoc reſpectu M. Valer. Martialis *ſpectacul. epig.* 6. ſcripſit.

Proſtratum Nemees, & vaſta in valle leonem
Nobile, & Herculeum fama canebat opus.
Priſca fides taceat, nam poſt tua munera, Cæſar,
Hac jam fœminea vidimus acta manu.

Cum eodem reſpectu Statius Papinius 2. *Thebaid. V.* 269.
deſcribens antiquum Hermiones monile.

Lemnius hoc (ut priſca fides) Mavortia longum
Furta dolens.

Unde A. Gell. 1. *Noct. Atticarum.* 5. *Demoſthenem tradunt veſtitu ſincero, & cultu corporis nitido, venuſtoque, & nimis accurato fuiſſe*, Livius *Lib.* 2. *ab V. C. qui captus omnibus membris delatus incuriam eſſet, eum functum officio pedibus ſuis domum rediſſe, memoriæ traditum eſt*: & antea *Lib.* 1. *inter principia condendi hujus operis moviſſe numen ad indicandam tanti imperii molem traditur Deos, &c.* & iterum *Lib.* 2. *huic tam pacatæ profectioni ab urbe Regis Hetruſci abhorrens mos traditus ab antiquis, uſque ad noſtram ætatem inter cætera ſolemnia manet, & ibi ſacerdotes quoque ſuis inſignibus velatos fuiſſe ſupplices ad caſtra hoſtium traditum eſt.* Cic. 5. *Tuſculan. traditum eſt etiam Homerum cæcum fuiſſe*, unde apud Ariſtot. *Phil.* 4. παραδεδομένον. id eſt, *à majoribus traditam*, quo verbo, & fundamento paſſim Plinius in ſuis naturalibus hiſtoriis, hiſtoricique alii utuntur. Antiquus 17
enim, & hodiernus mos eſt, majores natu res anteactas liberis narrare. *Virg.* 7. *Æneid. V.* 206.

Auruncos ita ferre ſenes.

Prænotarunt *ibi* Servius Honoratus, & Lambertus Hortenſius, unde Lucan. *in* 4. *Pharſal.*

Cognita per multas docuit rudis incola partes.

Quæ enim fides antiquitatum ſi vulgaris traditio infida haberetur, & ſi ea ſolummodo dignum fide teſtimonium perhibet, qui non credemus? nam aut omnia antiqua, quæ traditione nuda nituntur, falſa judicabimus (quod nimis durum, incognitum, & injurioſum eſſet temporibus memoriiſque majorum) aut vera; quod recta ratione ſubnititur; quæ ſententia ex ante dictis complectenda eſt: ſi enim conſtans, & perpetua traditio apud doctos, & indoctos; prudentes & inſipientes; politicos, & ruſticos Hiſpaniæ, Germaniæ, & aliarum provinciarum gentem errantem iſtam Ægyptiam eſſe, cur obſtabimus tam continuæ temporis fidei, & ſerici? Apud Virgil. 7. *Æneid.* Latinus Rex Ilioneum Trojanum alloquens, Dardanum conditorem
Trojæ Latinis agris ortum fuiſſe dixit, nec alio 18
fundamento, quamque nos gentem iſtam ab Ægypto ortam eſſe defendimus, audi verba. *V.* 205.

Atque equidem memini, fama eſt obſcurior annis
Auruncos ita ferre ſenes, his ortus ut agris.
Dardanus Idæas Phrygiæ penetravit ad urbes.

Quam quidem originem repetiit 8. *Æneid. V.* 134. aptiſſimis etiam verbis ad ſententiam noſtram.

Dardanus Iliacæ primus pater urbis, & autor,
Electra (ut Graii perhibent) Atlantide cretus,
Advehitur Teucros: Electram maximus Atlas
Edidit, Æthereos humero qui ſuſtinet orbes,
Vobis Mercurius pater eſt, quem candida Maia
Cyllenes gelido conceptum vertice fudit.
At Maiam (auditis ſi quicquam credimus) Atlas,
Idem Atlas generat.

Cæculi origo apud eundem *VII. Verſ.* 676. eiſdem argumentis deducitur.

Nec Prænestinæ fundator defuit urbis,
Vulcano genitum pecora inter agreſtia Regem,
Inventumque focis, omnis quem credidit ætas,
Cæculus.

Pulchre idem 3. *Æneid. Verſ.* 102. apud quem majorum Æneæ gentis originem his verbis elicit.

Tunc genitor veterum volvens monumenta virorum
Audite, ô proceres, ait, & ſpes diſcite veſtras.
Creta Jovis magni medio jacet inſula ponto:
Mons Idæus, ubi & gentis cunabula noſtræ.
Maximus unde pater, ſi ritè audita recordor,
Teucrus Rhœteas primum eſt advectus ad oras,
Optavitque locum regno, nondum Ilium & arces
Pergameæ ſteterant, habitabant vallibus imis.

Et infra *V.* 164.

Terra antiqua potens armis, atque ubere glebæ.
Oenotrii coluere viri, nunc fama, minores.
Italiam, dixiſſe ducis de nomine gentem.

Audi quibus verbis Latini Regis originem idem poëta deducat 7. *Æneid. V.* 47.

Hunc Fauno & Nympha genitum Laurente Marica
Accipimus. Fauno Picus pater, isque parentem
Te Saturne refert; tu ſanguinis ultimus autor.

Quibus & noſtræ menti congruentiſſimus eſt Aſconii locus *Lib.* 2. irridentis gentilium Deos: *quis Picum Fauni patrem, atque avum Latini* (genuit?) *Saturnus, ut iiſdem vos veſtris ſcriptis, atque autoribus traditis* Æneas apud Homer. Illiad. Y *V.* 204. ſimiliter ipſius, & Achillis genus deducit.

Novimus quidem alter alterius genus, ſcimus & parentes.
Paſſim divulgata audientes verba mortalium hominum.
Viſu tamen minime tu meos vidiſtis, neque viciſſim ego tuos.
Aiunt te quidem Pelei præclari prolem eſſe.

Sed indicare ſufficiat, paſſim Virgilium, Homerum, Statium, Ovidium, cæteroſque poëtas, & hiſtoricos traditionis antiquitatisque fundamento origines gentium deducere, quî enim aliter? (ut prædicta pleniſſime probant, & alia quæ prætermitto, ne te quaſi obruam locorum congerie)
19 quem modum, quodque fundamentum, & noſtra Jurisprudentia ejusque interpretes comprobarunt, qualiter enim quæ ſola traditione, & fama conſtant, & comperiri antiquitate ſua aliter nequeunt, probabantur, niſi per famam, & traditionem, quæ ſolummodo illius antiquitatis ſupervixerunt? ſic intelligo Papinianum *Lib.* 3. *quæſt. in l.* 1. *D. de probationib.* qui probandi onus ei imponit, qui genus, vel gentem ſe habere dicit: ſi enim gentem, vel genus referimus ad principium cujuſcumque gentis, utpote Julius Cæſar, qui Gentilis dicebatur filii Æneæ, & M. T. Cicero, qui ad Servium Tullium Romanorum Regem ſe reducebat (licet Scoppa *collect.* 1. *Cap.* 5. contrarium ſenſerit) ut doctiſſimi explicant Cujac. *ad dict. l.* 1. & A. Alciat. *Lib.* 1. *Parerg. C.* 12. Jacob. Rævard. *Lib.* 5. *var. Cap.* 1. qui poteſt fieri, ut in forma ordinaria directe genus, vel gentem probet, & deducat, ni fama, & traditione? ut in ſimili prænotavit Accurſ. *dict. l.* 1. congruunt *Cap. quoties* 5. *de teſtib. Cap. tua nos de conſanguin. & affinit. Cap. de parentela* 5. 35. *quæſt.* 6. quod pluribus illuſtravit Joſeph. Maſcard. *de probat. concluſ.* 840. antiqua enim tra-
20 ditio fidus eſt rerum tabellio teſtis, aut nuncius, pulcherrime Lucan. 4. *Pharſal.*

Inde petit tumulos, exeſasque undique rupes,
Antæi quæ regna vocat non vana vetuſtas

Et infra.

Hinc ævi veteris cuſtos famoſa vetuſtas,
Miratrixque ſui ſignavit nomine terras.

Ovid. 1. *Metam.*

Saxa (quis hoc credat niſi ſit pro teſte vetuſtas?)

Papin. 4. *Sylv. in* 17. *conſulat. Imperatoris. V.* 28.

———— *Et mecum longa vetuſtas*
Dinumera faſtos, nec parva exempla recenſe.

Audi T. Livium *lib.* 43. *Cæterum, & mihi vetuſtas reſcribenti neſcio, quo pacto antiquus fit animus, antiquitatem enim proxime ad Deos accedere*: ita judicarunt antiqui, conſule I. Paſſerat. *ad lib.* 2. *Propertii eleg.* 25. Lambin. *ad Horat. Lib.* 2. *ſatyr.* 7. ſed parum iſta, cum antiqui Juriſconſulti loco le-
21 gis vetuſtatem habuerunt *l.* 1. *§. fin. l.* 2. *l. fin. D. de aquæ, & aqua pluvia arcend.* unde merito J. Cujac. *Lib.* 49. *ad edictum Paul. d. l.* 2. concludit pro jure, pro titulo, pro cauſa poſſeſſionis vetuſtatem æſtimandam: ex quibus practici, & eorum plures congeſti à Joſeph. Maſcard. *concl.* 105. *de probat.* concluſionem deducunt, antiquitatem per ſolam comprobari famam, nam ut inquit Philipp. Decius *in Cap.* 1. *de appellat. à num.* 43. qualiter probabimus Dantis illas domos fuiſſe, Juliumque Cæſarem Imperatorem, niſi per famam? & ſimiliter nos, Ægypto ortam fuiſſe gentem iſtam? verum ſit, quod aliquando *vetuſtas res in majus componat*, ut Salluſtius affirmat, ſed ſemper (ut Pacatus aït) *veri amplificatrix fuit*, & 22
id quando res aperit amplificationis materiam, & cauſas; ſed in noſtra quæſtione ſubeſt nulla: nam ſi exceſſerint, vel non, errones illi ab Ægypto, antiquitas nudam veritatem nobis tradere potuit, non amplificare, utpote ſi magnitudinem, fortitudinem, pulchritudinem, velocitatem, & ſimilia, quæ ſine dubio vetuſtas in majus effert, quia componere amplificatione potuit, cum ergo plures nationes in hoc conveniant Ægyptum monſtrua peperiſſe iſta, & univerſaliter à majoribus ita acceptum ſit, indubito huic traditioni adhærere debemus: hæc enim traditio communior eſt, quam Gallorum vocitantium errones iſtos Bohemianos, & dignior fide, ut ex ſequentibus apparebit.

Sed huic fortiſſimo argumento apponamus æqualis fortitudinis aliud. Heidelbergæ Ægyptios iſtos à Munſtero conventos fuiſſe, à quibus extorſit literas Sigiſmundi Imperatoris in eorum commendationem, gentem illam ex Ægypto minori ortam 23
fuiſſe; verba Munſteri ſunt *Lib.* 3. *Coſmographiæ. Cum ageretur annus poſt Chriſtum natum* 1417 *primum per Germaniam apparere cæperunt homines nigredine deformes, excocti ſole, immundi veſte, & uſu rerum omnium fœdi, furtis imprimis intenti præſertim feminæ illius gentis, nam viris ex furto feminarum victus eſt; Tartaros, aut Gentiles vulgus vocat; in Italia Cinganos appellant: ducem, comites milites inter ſe honorant; veſte præſtantes, canes venaticos pro more nobilitatis alunt: ſed ubi venentur, niſi furtim, non habent: equos ſæpe mutant, major tamen pars pedibus graditur; feminæ cum ſtrato & parvulis jumento invehuntur; litteras circumferunt Sigiſmundi Regis, & aliquorum Principum, ut tranſitus illis per urbes, & provincias incolumis permittatur innoxiuſque. Ferunt ipſi ex injuncta ſibi pœnitentia mundum peregrinantes circumire, atque ex minore Ægypto primum emigraſſe. Sed fabellæ ſunt, hominum genus, quod uſu compertum eſt, in peregrinatione natum, ocio deditum, nullam agnoſcens patriam: ita circuit provincias furto* (ut diximus) *feminarum victitans, canino ritu degit, nulla religionis cura, etiamſi inter Chriſtianos parvulos ſuos baptiſari curet; in diem vivit; ex provincia demigrat in provinciam; per aliquot annorum intervalla redit, ſed multas in partes ſcinditur, ut iidem in eundem facile redeant, niſi per longa intervalla, locum recipiunt paſſim, & viros, & feminas volentes in cunctis provinciis, qui ſe illorum miſcent contubernio: colluvies hominum mirabilis, omnium perita linguarum, ruſticæ plebi gravis, imminens ubi foris illa laborat in agris ſpoliis invigilat caſellarum. Anus eorum chiromantiæ, & divinationi intendunt, atque interim quo quærentibus dant reſponſa, quot pueros, maritos, aut uxores, ſicut habituri miro aſtu, & agilitate crumenas quærentium rimantur, & evacuant.* Sic etiam Laurentius Palmyren. Valentinimus refert, cujus mentionem facit D. Franciſcus Fernand. in *dict. Cap. fin.* Quid ergo fidem nullo ſatis certo fundamento commendatitiis Imperatoris litteris abnegabimus? imo noſtrum jus fidem his litteris, & au- 24
toritatem attribuit, *l. ſi vero non remunerandi* 12. *§. cum quidam* 12. *D. mand.* cum aliis juribus ab Accurſio ſubſcriptis *l. fin. C. quod cum eo qui in aliena poteſtate, Cap. fraternitate* 5. *de clericis non reſidentibus, Cap. primatibus* 6. *cum ſeqq.* 1. *diſt.* & ſic commendatitiis litteris clericorum Hyeroſolimam petentibus, & aliàs ultra marinas regiones ſtandum

dum ſit, *Cap.* 1. *Cap.* 3. *de Clericis peregrinis*, quas à Soldano accepiſſe refert Guilielmus de Baldenſel *Hodæporicon ad terram ſanctam*, *C.* 4. quibus totum ejus Imperium ſecurus tranſivit, terramque ſanctam viſit; cum enim non de præjudicio ſcribentium, ſed commendatorum diſquiritur favore communi diſtinctionis voto noſtri Juris interpretum conceptum eſt, litterarum fidem non debere concidere J. Maſcard. *de probat. concl.* 19.
25 Menoch. de arbitrariis *Lib.* 2. *cent.* 1. *caſu* 94. qui plures congerunt. Hodie Jure patrio his Ægyptiorum litteris commendatitiis autoritas, & commendatio infringitur, *l.* 12. *tit.* 11. *Lib.* 8. *Recopil.* ſed id odio gentis, poſtquam tanta patraſſe facinora invenimus, & ne ratione earum litterarum liberentur à ſanctionibus regni contra Ægyptios ſtabilitis, quod diverſum eſt adhoc, ut litteris adhibeatur fides, fidem dantibus ex Ægypto gentem iſtam coortam fuiſſe.

Nec obſtabit, quod Palmyrenos retulit, eum, qui litteras ab Ægyptiis extorſerit, ſermone Ægyptio collocutum eos, nec intellixiſſe; ſecus autem vulgarem Græcam, quorum aliqui perceperunt, quid mirum, cum peregrinatio antiquiſſima per multos avos patriam linguam amiſiſſet, ut ipſimet reſponderunt, & ſic non dubitamus regionis idiomate eos uti, in qua errando exercent, vel exilium, vel peregrinationem, ut apud nos Hiſpanice loquuntur. Qua conſideratione fundamentum Belloni, & D. Franciſc. de Corduba evertitur ſequentis eum, gentem iſtam ex Bulgaria, ſeu Vallachia originem ducere, quia lingua Slavina utentem audiverunt, cum ſciamus Hiſpanica, Gallica, Italica, & quam provincia, quæ eos excepit, ſuggerit, colloqui lingua: & ſic teſtatur Munſterus in præſcriptis verbis: ſic legimus Alexandrum, Cæſarem, aliosque, qui plures debellarunt, & peragrarunt provincias, difformes percaluiſſe linguas, uſus enim tacitus id condonat. Sed quid? Non animadverterunt ſententiæ contrariæ autores, quoſdam hujus gentis, cum litteris Imperatoris inventos, Græcam linguam vulgarem intellexiſſe, quæ propria Ægyptiorum fuit ab Imperio Ma-
26 cedonum, ut probat J. Lipſius *ad Senecam Epiſt.* 51. *not.* 15. & expreſſe D. Aurel. Auguſt. *Lib.* 18. *de civitat. Dei*, *Cap.* 42. *Cap.* 43. (de quo nos *ſup. Cap.* 3.)

27 Et ut penitus extirpemus opinionem Belloni eodem argumenti jactu alterum fundamentum ſubverto, ſcilicet ex Bulgaria gentem iſtam prorupiſſe, quia primum innotuerit Germaniæ, quæ regio cum Bulgariæ Walachiæ finitima ſit, ſuſpicaotur Bellonus, & Corduba ex illis proveniſſe, ſed unde probant, primo Germanis innotuiſſe? Nam ſi peſtis iſta terrarum peragravit orbem: idem Galli, Itali, Hiſpani, poſſent dicere: cum primo in eorum regiones devenerint, cumque principium hujus gentis evaſionis ipſi aſſertores contrarii, omneſque ignorent quantuſque numerus, qui regiones orbis complevit, in incerto ſit: non quia aliqui in Germanos pervenerunt, poterit negari alios in alias non deveniſſe partes, quod multitudo & ratio arguit, & ab aliis Regnis originem trahere potuiſſe: nec ne etiam una peregrinatione à remotis partibus in Germaniam devenire non potuerunt, ibique conſidere, tranſmigrata Bulgaria, & Walachia? quis non rationis inops negabit. Necne, ſi conſideratio eorum valeret, ortam fuiſſe gentem iſtam ab aliis confinibus regionibus Germaniæ, non potuit, vel potius à viſceribus ipſius Germaniæ, quæ latiſſima feras diverſaſque gentes coalet, monſtra aboriri iſta? Et quia ſecundum eos gens iſta in ea innotuit primo, perſuaderi poſſumus ipſam Germaniam procreaſſe? argum. *l. filium eum definimus* 6. *D. de his qui ſunt ſui, vel alieni jur. Cap.* 1. *de præſcript. Lib.* 6. & in antiquis, *cap. auditis*, cum ſimilib. *eodem tit.*

Sed ſemper in hac quæſtione magnifeci ad æ- 28
quationem rituum, morum, legum Ægypti cum obſervantiis, ſeu peſtilentiſſimis abuſibus iſtorum, & tanquam judicabimus videre gentem iſtam finibus excedere Ægyptiorum (*a*). Si enim antiqui 29
furta amabant, laudabantque (ut latè probavimus *capite præcedenti*) rapto errones iſti vivunt, nullumque exercitum aliud exercent: non aliunde tota iſta gens degit, & vivit: ut noſtro malo quotidie nos experimur: inſidiantur ſaltibus, viis, violant templa, irrumpunt domos, abigunt 30
paſcuis & ſtabulis animalia, quæ aſſidua eſt eorum rapina in abigeatu, ut cum majoribus conſentirent; quoniam peculium fere omne Ægyptiorum pecudibus, & armentis conſtabat, colligitur ex Herodoto, & Pontano in locis Capite præcedenti datis, & à Pier. Valeriano *Lib.* 58. *hieroglyph. Cap.* 15.) denique furta, rapinas, abigeatus iſtorum erronum omnes nationes in quas devenerint, expertæ ſunt. Munſterus refert, & execratur in verbis ſupra datis, D. Franciſcus Fernandez de Corduba *dict. cap. fin.* ſuæ didaſcaliæ, P. Antonius Martinus del Rio *diſquiſitionum Magicarum Lib.* 4. *Cap.* 3. *quæſt.* 5. Brodæus *Lib.* 8. *Miſcell. Cap.* 17. Bartol. Bertazzol. *Lib.* 1. *conſultat. de iſ. conſil.* 43. J. Baptiſt. Pius *annotationum poſter. ſyllog.* 3. *Cap.* 42. Azeved. *in l.* 11. *tit.* 11. *Lib.* 8. *Recop.* & alii Regnicolæ, Gaſpar Barthius *Lib.* 45. *adverſar. Cap.* 15. & noſtræ leges patriæ infra referendæ.

Et ſi antiqui Ægypti publice, (*b*) & cum fe- 31
ris veſcebantur (ut diximus *capite præcedenti*) hi ſemper publice in ſuburbiis, montibus, alimenta communia ex communi rapta conſumunt, barbareque ingluviem conſociant. Alciat. *Lib.* 5. *Parerg. Cap.* 3. Raphael Volaterran., Cælius Rhodigin. *Lib.* 17. *antiq. lect. Cap.* 38. Baptiſta Pius *dict. Cap.* 42. Munſterus optime *ubi ſup.* videtur Heliodorus, cum prædonum ſuorum Rempublicam inſtituit, *Lib.* 1. *Cap.* 2. errones iſtos præ oculis habuiſſe.

Nec in iſtorum crudelitatem (*c*) perorabo, ex- 32
cedit ſane ſuorum majorum cruentas iras, verum ſit in hiſtoriis antiquos Ægyptios hoſtes degluttiſſe vivos, ſed ea barbara immanitas non Ægyptiis ſolis innata fuit (ut conjicio ex Juvenale, & aliis præcedenti Capite datis) iſti vero cuncti unam immanitatis imbiberunt perniciem, qua exuperarunt, exoperantque monſtrum neſandum Domitium Neronem. Proh piiſſimus Deus! quantos vidimus, & audimus ſtrangulatos viis, truncis fortiter alligatos, verberatos, arboribus ſuſpenſos, nudos in montibus relictos feris imbribus frigoribusque expoſitos, quantas virgines conjugeſque violatas: quin neſariſſimi hominis parcerent ſexui, ætati, ſenectuti, innocentiæ, religioni. Proh, nec dictu, nec cogitatione dignum facinus! certa ad nos fama pervenit hominem livum comediſſe: ita gens inſuriit ira, aut ſacra fame. Equidem ſuorum majorum exeranda crimina ad vivum (ut inquiunt) conſervant, aut malignitate convincunt.

Cum item ſi in antiquis invenimus (*d*) laſcivias 33
inceſtuſque

(*a*) Furta. (*b*) In campis degunt. (*c*) Crudelitas. (*d*) Laſcivia & matrimonia cum conſanguineis.

inceſtuſque neſarios matrimoniorum (ut Capite præcedenti) non minores de iſtis cognoſcimus, cum ſine lege, & ſancto ritu iſti celebrent matrimonia, ipſique ſine Pontifice diſpenſent, ut feraliter commiſceantur ſororibus aliiſque conſanguineis. Raro perverſa hæc gens in facie Eccleſiæ ſanctum celebravit matrimonium: raro ſacro fonte ſuos abluit infantes: nam cum non ita numeroſa ſit gens, ſemper inter ſe contrahunt matrimonia, nunquamque graduum prohibitionem inveniunt, aut perhorrent: ita titulo Chriſtiano decorati Chriſtianorum ritus abhorrent, ut cum graviſſimis viris merito ſuſpicer ſuorum majorum monſtroſa numina adorare, utpote feras, & herbas, in quarum ſtabulis, & domiciliis latitant, ſuaque domicilia conſervant, vide Munſterum *ſup.*

34 Quid de oris colore (*a*) referam? Idem equidem: cum enim Ægyptios antiquos ſubnigros fuiſſe no-
35 tiſſimum ſit, & probant Joannes Bohæmus *de omnium gentium moribus*, *Lib.* 1. *Capit.* 5. Gaſpar Barthius *Libr.* 21. *Capit.* 14. Cælius Rhodigin. *Libr.* 18. *antiquit. lection. Capit.* 38. & *Lib.* 29. *Cap.* 26. Marcus Antonius Sabellicus *Ennead. Lib.* 2. Heliodor. *Libr.* 1. *Capit.* 1. Frider. Taubman. *in Plaut. Pœnul. Act.* 5. *Scen.* 5. D. Joann. de Solorzan. *de Indiarum Jure*, *Libr.* 1.
36 *Cap.* 1. *numer.* 39. ſub Ægypto enim Æthiopia eſt, & hujus colonia, ut iſti ſcribunt, atque Ptolomeus, Plinius, Mela. Errones autem, ut omnino emulentur ſuorum mores, & formas (multi enim commiſcentur huic improbæ genti Hiſpaniæ aliarumque regionum, ut Munſterus ſcripſit) oleo, & pulvere illiniunt corpora, ardentiorique ſoli ſe exponunt, ut mentita forma originem patriæ figurent.

37 Sed expreſſius feminæ retinent plures ſuorum mores: veſtimenta (*b*) equidem eadem ſunt, lini ex majori parte, & fluxa, ut tradit Herodot. Halicarnaſ. *in Euterpe*, & confitetur cum Magino idem Don Franciſc. de Corduba *dict. Cap. fin.* (ut mirer iſtum, aſſerentem gentem iſtam nihil commune, cum antiquis Ægyptiis habere, exceptis femineis veſtibus, quem iniqui judicii redarguunt paritates præſcriptæ, & ſubſcribendæ)
38 veſtitus forma tacite nos ducit in cognitionem cujus nationis ſit, qui taliter incedit indutus, colliges optime ex Virgil. 1. *Æneid. verſ.* 320. cum ſequentibus, 11. *Æneid. verſ.* 334. & ex Papin. 1. *Theb. V.* 484. loquente de Polynice, & Tydeo, ibi:

Tergo videt hujus inanem
Impexis utrinque jubis horrere leonem.

Et aliis, quod quidem latiſſime proſequitur Alexand. ab Alexand. *Libr.* 5. *Cap.* 18. & ibi Andr. Tiraquell. facit *l. item apud Labeonem*, §. *ſi quis virgines*, *D. de injur. Cap. ſi vero* 4. *de ſententia excommun.* ut diximus *Cap. præcedenti.* Sic enim eſt, quod ex veſtitus forma, & diſparitate diſtinguantur ſtatus hominum, & dignitates, uti ſimiliter cognoſcuntur.

39 Adverte etiam inſolentiam feminarum antiquarum Ægypti cauponantium (*c*), & virilia ſubeuntium officia, quas repræſentant in quantum poſſunt feminæ erronum: nihil enim aliud agunt, præter publice & inhoneſte concedere, & dum pro emendicandis eleëmoſynis domos ſubeunt, intrant humili pretextu ſpoliare eas: & ſic ſimiliter vendunt, permutant, contrahunt, quæ furtim contrectaverant.

(*a*) Color & Facies.
(*b*) Veſtimenta.
(*c*) Mulieres in publicis.

Et cum antiquorum ſcientiæ (*d*) magicis arti- 40
bus concluderetur (ut diximus *citato Capite*) totuſque eorum conatus, ut prævenirent futura, ſiſteret: nihil aliud hodie uſitatius feminis iſtis eſt, quam inverecunde intervenire virorum feminarumque conventibus, falſoque hominum ſortes prædicere (id eſt noſtro idiomate *buenaventura*) ridicule conjectantes manuum lineas, oculorum aſpectum, jactantes incredibilem *φυσιογνωμίας* peritiam, ut Munſterus refert. Falaciæ mehercle compoſitæ, præcipue in laqueos ſimplicium virginum, & matronarum: quibus allectæ, vel conſopitæ, liberaliter bonis doniſque ditant incantatrices falſaſque ſybillas. Supplicia iſtis inuſta à Sanctæ Inquiſitionis Tribunali ſatis declarant hujuſmodi crimina, & delicta; ſed illæ ſua perverſitate pœnis irrident, & continuant fallendi artem, ſine qua nec vitam amant, nec proferre poſſunt.

Nec longius abeſt alterius artis, medicinæ (*e*) 41
ſcilicet, mulierculatum exercitium, ut ſimiliter correſpondeant majoribus, qui fere omnes (ut Herodotus refert) medicinam tractabant: Vopiſcus *in Saturnino*, ubi Salmaſ. obſervat, iſtæ autem herbarum experientiam adſerentes, illarum virtute cognita, vel incognita; remedia morbis intentant, vel mortem: ut dolore multorum affatim cognovimus, refertque Munſterus, *ubi ſupra:* quid enim commune habet admirabilis medicinæ ſcientia in prorogationem inventa vitæ, cum impuriſſimis, & imperitiſſimis mulierculis?

Concludo equidem antiquos Ægyptios infidos 42
(*f*) ſane, novarumque rerum avidos fuiſſe (ut diximus Capite precedenti) ſed meo judicio, majorum ſuorum fides certa fuit, præ infami horum infidelitate, hæc veritas comprobatiſſima ſiſtit relatis, ſed certior fit animadverſa proditione, qua paucis abhinc annis infida gens invadere Juliobrigam urbem, ideſt *Logronno*, peſte laborantem attentavit, ut conſiderat D. Franciſc. de Corduba *dict. capit. fin.* aliam proditionem leges apud P. Martin del Rio *dict. Lib.* 4. *Cap.* 3. *quæſtion.* 5. vide Munſterum, *Barthium*, & alios autores in principio relatos, quis enim ſtylo poſſet comprehendere infidelitates hujus gentis? facilius numerabuntur ariſtæ, & arenæ Lybiæ.

Ædepol, ut majores (teſte Tacito) exleges (*g*) 43
vivebant (tam impiæ iniquæque erant) iſti ſimiliter nulli legi, rationi, æquitati, miſericordiæ comparent. Munſterus, & omnes ſupra citati:
& cum antiqui Ægyptii cantilenarum (*h*) amato- 44
res eſſent, ludiſque dediti, Strabo *Libr.* 17. unde Petronius.

Cantare quæ ſolemus
Memphitides puellæ
Tinctus colore noctis.

Et Satyr. *Cap.* 35. *Circumferebat Ægyptius puer clibano argenteo panem, atque etiam teneriima voce delaſerpiciario mimo canticum extorquet.*
Martial. *Lib.* 3. *ep.* 63.

Canticaque Nili qui Gaditana ſuſurret.

Capit. *in Saturnino & in Vero*, *adduxerunt ſecum, & fidicinas, & tibicines, & hiſtriones, ſcurraſque mimarios, & præſtigiatores, & omnia mancipiorum genera, quorum Syria, & Alexandria paſcitur voluptate.* Vide Gaſpar. Barthium *Lib.* 7. *adverſariorum*, *Capit.* 5. & *Lib.* 21. *Cap.* 4. & Joan. à Vorerem *ad Petronium*, Herald. ad M. Martialem, ubi
Rader. inde Αἰγυπτιάζειν, pro ludere apud Lucia- 45
num *in convivio*, & ex eo obſervat Gaſpar Barthius

à *Cap.* 5.

(*d*) Incantatrices.
(*e*) Medicina.
(*f*) Infidi varii.
(*g*) Exleges.
(*h*) Cantilenarum amatores.

à Cap. 5. ſic ſimiliter errones iſti hodie nihil magis amant, quam ludos feſtivos, cantilenas & ſimilia, quarum rerum omnes ſumus teſtes, & P. Martin. del Rio *dict. Lib.* 4. *Capit.* 3. *quæſtion.* 5. Petrus Gregor. *ſyntagmatum juris Lib.* 34. *Capit.* 16. *numer.* 13. & fere omnes qui de his mentionem contexuerunt.

His ſic computatis, quis audebit negare Ægyptiorum illorum perverſos mores conſervare gentem iſtam? nullus rationis capax, niſi quem aut protervitas hebetet, aut judicium ignorantia recludat: qui cum præ cæteris orbis nationibus
47 ſuarum ſuperſtitionum tenaciſſimi ſint, ut ex Cicerone probat Cæſar Baron. *anno Chriſti* 64. *ad fin.* adhuc gens iſta infida, quanta diſſimulatione poteſt, conſervat eas. Et ex his fortiſſimum pro noſtra opinione fundamentum ſtatuitur, quo tanta morum ſeu delictorum æqualitas adæquatur, derivaſſe eos à majoribus Ægyptiis ordine, & ſubro-
48 gatione in generatos deſcendentes iſtos. Ex communicatione enim, & conſervatione morum gentem cujus ſit nationis deducimus. Firmicus *Lib.* 1. *aſtronomicon. Cap.* 1. *Quædam gentes ita à cælo formatæ ſunt, ut propria ſint morum unitate conſpicuæ: Scythæ immanis feritatis crudelitate graſſantur: Itali ſunt regali ſemper nobilitate præfulgidi: Galli ſtolidi: leves Græci: avari Syri: Afri ſubdoli,* &c. pulchre Ulpian. *in l. quod ſi nolit,* §. *qui mancipia D. de Ædilit. Edict. plerumque enim natio ſervi, aut provocat, aut deterret emptorem,* nec alia conſeram, cum tu plurima poteris deligere ex Alexand. ab Alexand. *Lib.* 4. *dierum gen. Cap.* 13. & ibi à Tiraquell. & *in l.* 7. *connubial. part.* 7. *gloſſa primæ qui à num.* 14. cum ſequentibus tanquam in cumulum omnigenas autoritates conjecit, aliaſque noſtrorum interpretum; J. Maſcard. *concl.* 1073. *numer.* 14. *de probationib.* Principiis equidem Juriſprudentiæ, vique rationis ex Ægypto ortos errones iſtos credere debemus neceſſario: quem enim tanta conſonantia, & harmonia rationem non demulcebit?

Sed adhuc, & fortiſſima fundamenta ſupponimus, nam nulla regio ita apta fuit, ut credamus incolas ejus exulaſſe ab ea: equidem ignoramus tempora, quibus hæ gentes exceſſerunt primo Ægypto, nam ut inquit Ariſtotel. *Lib.* 1. *meta-*
49 *phyſ. Cap.* 14. *Migrationes populorum, quæ paulatim fiunt, minus notæ ſunt, quando quidem alii regiones deſerunt ſuas, alii remanent, quo ad ipſa loca frequentiori hominum turbæ alimenta ſuppeditare poſſint veriſimile igitur eſt, ut longum temporis intervallum inter primam & ultimam populorum migrationem intercedat, quo quidem fiat, ut nemo ex his qui poſtremo migrent memoria repetere poſſit, quando primo migratum ſit.* Ex quibus ſaltim agnoſcimus ingentes cauſas compuliſſe Ægyptios charam, etiam animalibus,
50 patriam deſerendi: magnam prædixit Ariſtoteles *dict. Cap.* 14. *Aut quia indies Ægyptus magis arida fiat, aut quia omnis adaggeratur à Nilo.* Cujus damna reſpexit *lex unica, C. de Nili aggeribus non rumpendis,* quam noviſſime illuſtravit, multaque pro noſtris induxit D. Franciſc. de Amaya *Lib.* 3. *obſervation. Cap.* 4. Ruptis enim aggeribus ingentia damna inferri poterant Ægypto, ut plurimis probavit doctiſſimus Amaya *num.* 15. qui ex Diodoro ſimili caſu majorem Ægypti partem ſubmerſam fuiſſe refert; ſed quæ gravior juſtiorque cauſa, quam infideliter tanto tempore immani ſervitute populus Dei ab Ægyptiis violenter retentus fuerit, pro cujus liberatione meritas dedit plagarum pœnas, quas Exodus ſuo ordine dinumerat, cumque Numinis Divini conditio ſit talionis pœnam, ſeu vindictam inferre *Exodus capitul.* 21. *Geneſ. Cap.* 9. quod elegantibus expreſſit verbis Divus Cyprian. *tractat.* 1. *contra Demetrium: de ſterilitate, aut fame quæreris, quaſi famem majorem ſiccitas, quam rapacitas faciat, quaſi non de captatis annonarum incrementis, & pretiorum cumulis, flagrantior inopiæ excreſcat ardor, quæreris, claudi imbribus cælum, cum ſic horrea claudantur in terris; quæreris minus naſci, quaſi quæ nata ſunt indigentibus præbeantur;* merito huic genti exilium per terrarum orbem indixit, quæ cruente Iſraëliticum populum multo tempore in exilium continuit. Præſagire pœnam iſtam verba Exodi, ſeculis antea tantis prædicta, videntur, in pœnam non liberati populi, *Capit.* 9. *percutiam te, & populum tuum poſt te, peribitisque de terra:* ſed Græca intentioni magis favent, καὶ ἐκτριβήσῃ ἀπὸ τῆς γῆς, quaſi gens iſta extereretur extra Ægyptum ſuum, ut videmus errare abjectam, proculcatam, irriſam, odioſam, ſuppliciis devotam (niſi Latinum, & Græcum ad mortem Ægyptiorum inter prodigioſas undas maris, cum communi referatur, quod mire attendiſſe D. Cyprian. videtur *dict. tractat.* 1. *contra Demetrium,* ibi: *Et erit ſanguis in ſignum vobis ſuper domos in quibus eritis, & videbo ſanguinem) & protegam vos, & non erit in vobis plaga diminutionis, cum percutiam, & conteram terram Ægypti,* & Exodus *Cap.* 10. *Et narres in auribus filii tui, & nepotum tuorum quoties contriverim Ægyptios* Neceſſariæ equidem cauſæ, ut in exilium voluntarium Ægyptii prorumperent: optime Seneca *in conſolat. ad Helviam, Cap.* 6. *Nec omnibus eadem cauſa relinquendi, quærendique patriam fuit, alios excidia urbium ſuarum hoſtilibus armis elapſos in aliena ſpoliatos ſuos expulerunt: alios domeſtica ſeditio ſubmovit: alios nimia ſuperfluentis populi frequentia ad exonerandas vires emiſit: alios peſtilentia, aut frequens terrarum hiatus, aut aliqua intoleranda infelicis ſoli vitia ejecerunt, quoſdam fertilis oræ, & in majus laudatæ famæ corrupit: alios alia cauſa excivit domibus ſuis,* quæ quidem Senecæ cauſæ fere cunctæ Ægyptiis adaptari poſſunt. Nec deſpicies conjecturam aliam ex multitudine indagatam ſervorum, quibus Ægyptus conſervebat ſuorum prava natura (ut jam audiſti *capit. præcedenti*) quorum profugi à domibus ſuis plures terrarum Orbem pervagantur, conſervantque ritus, moreſque ſuorum: ſaltim memini me legiſſe apud C. Plin. *Lib.* 6. *Natural. hiſtor. capit.* 29. profugos Ægyptiorum ſervos à dominis condidiſſe celebre oppidum Adulitem maximum Trogloditarum, & Æthiopum emporium. Cauſæ commigrationis, ſeu fugæ hæ ſunt, tu inquires alias, propter quas gens iſta errabunda per terrarum orbem concedat, nulli locando domicilium. Sed magnam reputo antiquitatem aperire, quæ ſola faciliter in ſententiam iſtam quemquam deducet, ſcilicet nullum Regum, nullum Imperatorum jus civilitatis Ægyptiis 51
indulſiſſe: monſtroſis (ut ſuſpicor) numinibus, reprobiſque moribus, infamibuſque ſcientiis, ſic enarrat Joſeph. *Libr.* 2. contra Apionem: *Nam Ægyptiis, neque Regum quiſquam videtur jus civilitatis fuiſſe largitus, neque nunc quilibet Imperatorum, nos autem Alexander quidem introduxit, Reges autem auxere, Romani vero ſemper cuſtodire dignati ſunt,* refert Jacob. Cujacius *Libr.* 6. *obſervationum, Capit.* 35. quòd Ægyptii, cum primis temporibus, tanquam peſtiferi expulſi eſſent à civitatibus, hincque & inde errarent, tamen mos iſte in conſuetudinem, aut naturam circa gentem iſtam converſus fuit ſecundum Ovid. 2. *metamorph.*

Ille more ſuo, nam morem fecerat uſus.

Conſuetudo enim eſt altera natura, & quamvis patriis legibus accuratiſſime conſtitutum fuiſſet,

utpote *l.* 11. 12. *tit.* 13. *Lib.* 8. *Recopilat.* ut hujuſmodi homines ſub certis pœnis officia exerceant, domiciliaque incertis locis componant, nunquam id obtentum fuit ex proxima ratione: nam exilio gaudent, dum exilio vacant rapinis, laſciviis, aliiſque moribus nefandis.

Cum diù hæc præſcripſiſſem incidi in librum Gothicarum, & Langobardicarum rerum ſcriptorum, qui editi fuerunt ex bibliotheca Vulcanii,
52 & aliorum, & ad finem Anonymi tractatus ſubjicitur de Cingaris, quem totum tibi dabo, forte quia non paſſim obvius, & quia noſtra ſentencia præclarè confirmatur, & accipies aliam exilii cauſam.

De

Nubianis erronibus, quos Itali
Cingares appellant: eorumque linguâ.
Tametſi vereor ne quis mihi Horatianum
Illud occinat.
——— Amphora cœpit
Inſtitui currente rota, cur urceus exit?

Quippe qui commentarium de lingua Gothica pollicitus varia aliarum linguarum, quæ parum, aut nihil, cum ea affinitatis habeant, ſpecimina lectoribus objiciam: non poſſum tamen adhuc manum, quod aiunt, de tabula tollere, quin de lingua Nubianorum, qui erronum inſtar incertis ſedibus catervatim univerſum orbem terrarum pervagantur pauca hiſce chartis illinam: quæ ab illuſtri viro Joſepho Scaligero accepi, quod ea ad gentis & linguæ paucis notæ cognitionem pertinentia Philoglottis non ingrata fore confidam. NUBIANI inferioris Ægypti partibus contermini ſub Patriarcha Alexandrino ſacra lingua ÆlKulpti celebrarunt: multi Epiſcopatus in eorum finibus fuerunt; ante hos CLX. plus minus annos à Sultano Ægyptii, ſedibus ſuis pulſi, Palæſtinam, Syriam, & Aſiam minorem mendicorum ſpecie pervagantes, trajecto Heleſponto, Thraciam & circum Danubianas regiones incredibili multitudine inundarunt. Itali Cingaros vocant, Galli Bohæmios quod indidem ex Bohæmia prima illorum eis notitia: item Ægyptios, quod Nubiam etiam ipſi Nubiani minorem Ægyptum vocent; Nubæ à Stephano ipſi, & νομάδες vocantur, & Claudiano Lib. 1. ad Stiliconem.

Venerat, & parvis redimitus Nuba ſagittis.

Metropolis eorum Condari non ſolum hodie ab ipſis vocantur, ſed & in Mappa mundi Turcica notata eſt. Templorum eximiorum etiam hodie multa extant veſtigia, & qui ſuperſunt de illa calamitate in ſuis ſedibus Chriſtianos etiamnum hodie ſæpe profitentur, ſine ullis Epiſcopis, templis, & ſacrorum ſolemnitatibus. Sæpe ab Imperatore, ſive NEGUS Abyſſinorum, Epiſcopos petentes, non impetrarunt; ſed penuria Epiſcoporum in Abyſſinis, vel metu arenoſas ſolitudines, & Muhamedanorum injuriæ obnoxias, adeundi: omnino Nomades, & latrones ſunt, cujuſmodi etiam illorum progenies, Cingari iſti, qui non ſolum mores majorum ſuorum, & furtorum licentiam, ſed etiam linguam retinuerunt, cujus nos quædam pauca hic conjecimus; non ſolum ut eam lectori proponeremus, ſed etiam eos argueremus, qui hariolantur hanc linguam ab ipſis confictam eſſe, neque uſpiam terrarum, niſi inter ipſos errones Cingaros in uſu eſſe, in quo ſane non ſunt audiendi.

Jam vides noſtram ſententiam comprobatam ab autoritate oris, veſtituſque forma, ritibus, moribus, legibus. Quem ergo non trahent, noſtra licet Ulyſſeis auribus fugientem, tam conſona harmonia voces? & ſi nulli genti juncta iſta convenire poſſunt, ni Ægyptiis, cur non credemus Ægyptios? Objicies Bellonium *Lib.* 2. *Cap.* 14. gentem iſtam ad Nili fluminis ripas inveniſſe, quam
53 dicebant incolæ adventitiam, ſed non tamen commutabo ſententiam, leviſſimus ſcrupulus eſt. Nam ut fert generationis natura, & incrementum, multis annis gentes iſtæ diſſitæ per orbem à patria coaleſcerent: mores nomenque Ægyptiorum ſolummodo conſervarent, cum peregrinarentur orbem, quod temporis intervallum efficere potuit, ut adventantes in antiquam patriam transformatam tempore, vel ſeculis, pro advenis, hoſtibus, vel latronibus haberentur. Trojanis accidit, quorum origo Latiis Cretiſque derivata, adverſi, & hoſtes judicati fuerunt: Minore tempore Ulyſſes in parvam Ithacam redivit ignotus, & cum Rex unus Ithacenſium eſſet, generatione excipiendus erat. Quid ergo ſenties de fugitiva gente, cujus deſcendentes in latiſſimum Regnum, ſeculis aliquibus peractis, redierunt, quod ignorarentur? præcipue errantes forte per deſertas Nili ripas. Multi origine Hiſpani, & noſtræ Caſtellæ incolæ, commixti huic genti deambulant inter ſuos, parvoque diſcrimine nominis, & veſtis dignoſcuntur, pro advenisque reputantur. Ex quibus omnibus variæ ſententiæ in hac quæſtione prajactæ diſplicent, utpote Æneæ Sylvii, Philippi Bergomatis, Polidor. Virgilii, Andr. Alciati, Marii Nigri, Volaterani, Aventini, Belloni, F. Leonis, D. Franciſci de Corduba, & aliorum (quos in principio dedimus) à variis regionibus homines iſtos deducentium.

Reprobam mortalium gentem, hac quaſi tabula 54
depictam, offero ſanctiſſimis ſanis iris, invidebis ipſis, æquis oculis circumſpice infandam hujus naturam, & tanquam lampade Erynnis incenſus ſtatim dolore, ſive rabie infuries, non à terrarum orbe, vel ſaltim noſtro, igne ſerroque exterminatam, vel abolitam: omitto equidem præſcriptas pœnas noſtris Catholicis Regibus in errones iſtos: reſpice enim *l.* 1. 2. 3. 6. & 11. *tit.* 11. *Lib.* 8. *noſtræ Recopilation.* Omitto plures ſupplices libellos in Regiis Curiis noſtris Regibus oblatos, quibus Regni procuratores petierunt, & conſecuti fuerunt multa circa invalidationem Ægyptiorum contractuum, & pænarum conſervationem aliaque ſimilia, cum conſiderem magnique faciam pragmaticas ſanctiones in ipſos Ægyptios præſcriptas
ab invictiſſimis Regibus Ferdinando, & Eliſa- 55
betha anno 1499. confirmatas ſubſequenti tempore A. Marte Hiſpano illo Carolo Quinto Imperatore anno 1525. conjectas *in l.* 12. *dict. titul.* 11. *Recopilation. Libr.* 8. quibus juſtiſſime Imperator Ægyptiis intra 60. dies à publicata lege officiis cognitis domicilioque ſingulari populorum adſidere aliisve deſervire: aut ſi imperia legis ſubire noluerint inter alios 60. dies Hiſpanis limitibus excedant, in quos ſi redierint, errandique maleficiis inſtiterint, ultra 8. dies prima vice verbera 100. publice impingantur, deportentur in perpetuum à nobis, & ſi ſecundo ſine officio errantes inveniantur, auriculis turpiter deciſis 60. dies catenis irretiti in perpetuum exterminentur: ſi vero tertio vagandi amore deſpexerint imperalia imperia, in ſervitutem detrudantur, eorumque mancipentur dominio, dum vixerint qui primo apprehendere voluerint. Quas quidem pœnas ipſuſmet poſtea Carolus Imperator, deincepsque prudentiſſimus Rex Philippus II. anno 1560. iſto commutavit modo, ut qui Ægyptiorum ultra præſcriptum deciſionis tempus erraverint, ſi à 20. annorum uſque ad 50. ætate ſint, in triremium ſervitutem deferantur, cum alterius ætatis fuerint, priores patiantur pœnas: ſic ſane ſcio, & in aliis Regnis ſimiles præſcriptas fuiſſe pœnas in hunc errantem populum, ut refert Caballus *reſolution. crimin. cent.* 2. *caſ.* 188. *num.* 3. Quis ergo non piiſſimas dicet leges, pœnaſve, libratis peſtiferæ hujus gentis criminibus? quis æquiſſimo animo exilis indicta non feret, ut colluvie peſteque hominum præclarior terrarum orbis

bis expurgetur pars? Nil aliud fecit litterarum parens Populus Romanus, cum edictis ſacra turpiſſima Ægyptiorum (ut Capite præcedenti ſcripſi) ſua civitate exterminavit, Tybrique inceſtuoſam Iſidem ſubmerſit. Nil aliud fabuloſa Harpyarum exterminatio Strophadibus inſulis ſignificat facta à piiſſimo Ænea, & antea Regno Bithyniæ à Calai Zeteque Argonautis, quam fœda iſta hominum colluvie, Harpyarum tetriore, ſanctiſſimos Reges expurgare Regna. Hoc commendant judicibus noſtræ leges, commendant politici ſcriptores, commendant Juriſprudentiæ ſacerdotes, atque ipſamet juſtitia, & ratio. Sane aurium abſciſſio pœna dedecoris turpitudinisque ſummæ fuit, ſed quibus tam inſignis fœditatis vulnus æquius convenire potuit, quam illis, qui fæx ſentina hominum diſcurrunt; ſpurcitati rapinisque proclives, quod Reipublicæ utiliſſimum eſſet; ut caverent homines infami vulnere notatos, eorumque pernoſcerent reprobam naturam, ſervorum tanquam injuſtorum litteris. Maria excipiant indignam tellure gentem, quamque ipſa ſuſtinere non poteſt, aut non debet. Quid aliud demonſtrant unco tracta punitorum cadavera in Tyberim, aut parricidarum legis Juliæ pœnæ? Sed proh Deus! tam juſtiſſimæ leges fruſtrantur, errant catervatim adhuc exitioſiſſimi homines, infeſtant montes, vias, & denique in deſpectum legis in ore hominum perverſos ſuorum majorum mores conſervant, & quod perverſius eſt, tanquam in auxilium ſuorum criminum conjurant templa, ad quæ pro more confugiunt, ſanctiſſimum aſylum miſerorum, ut judicum acutiſſimos ſtrictos gladios obhebetent. Quid enim commune habent ſanctiſſima templa cum barbaris proditoribus, aſſaſſinis graſſatoribus? Quid religio cum immundis ſuperſtitionibus? Quid templorum reverenda pietas cum impiiſſimis crudeliſſimis hoſtibus naturæ? Eia, eia inſurgant fulmina legum Regumque, igne, ferro ab hominum memoria peſtifera aboleatur gens: ſi enim exilii, triremium, carcerum, abſciſſionis aurium non ſufficiunt pœnæ, vel protervi deſpiciuntur æquum ne erit, ut Diva juſtitia exterminaretur? Aut victa perverſitate hominum ſuccumbat? Abſit, averruncetque Deus. Fulgurent, intonent graviora leges fulmina, quanta in ſalutem Reipublicæ neceſſaria ſint, quouſque, victrix adhuc, hujus gentis malitia concidat, evertatur, conculceturque pedibus. Quanto frequentius contumaciusque delinquitur, noſtra jura gravius caſtigant: ſic ſcopeliſmus in Arabia, in Africa incenſores meſſium, in Myſia vitium, quia culpa frequens irriſaque pœnis legum repetita meritas excitat legislatorum iras. Si enim tantas pragmaticas in eos præſcriptas gens iſta contemnit, & tantis pœnis irridet, novasque confirmationes infringit, adhuc nec atramento ſicco: diffidat eos lex, moreque antiquo ſaltibus, in quibus graſſantur, ſuſpendat, ſtrangulata biviis triviisve defigat: feris, ſorisque publicis in crucem agat, & denique nihil niſi mortem intentet, gladiumque retractet, ut horrore pœnali iſtæ Harpyæ fœdiſſimæ, & inhumanæ in barbaras inſulas fugentur. Si enim Scipio quondam in Africa homicidas leones crucifixit, ut cæteri ſimilis metu pœnæ abſterrentur eadem noxa: ſecurius in homines; licet armatos fera natura, in exemplum aliorum id effici liceret, *nam ut terreantur vivi, male & mortui tractari debent*, ut Optatus dixit: *Namque acerbitas* (inquiebat Sextus Cecilius) *ulciſcendi maleficii, bene atque caute vivendi diſciplina eſt.* Unde cum gentis hujus in tantum proruperit perverſitas, his ſanctis ſacrificiis, non aliis parentaturam noſtræ Hiſpaniæ legem judico, & confido. Hæc præſcripſeram, & ad Regium Conſilium pro obtinendo impreſſionis privilegio librum iſtum præmiſeram, cum novior pragmatica præſcripta fuit 20. die Junii anno 1643. adverſus perverſiſſimos Ægyptios, quos ultimo pœnarum rigore proſequitur.

C A P. VII.

Secundum tempus rerum barbaricarum datur, quo Romani cunctas alias nationes barbaras appellarunt, per integrum Caput. Romæ aliqua elogia tanguntur. 1. *Romani hoſtes, & alias gentes barbaros dixerunt, quod ſcriptoribus antiquis probatur.* 2. *Sic etiam noſtris Juriſconſultis quorum reſponſa dantur, & intelliguntur.* 3. *Barbaricus pro hoſtili.* 4. *Lux datur Virgilio* Eclog. 1. *aliquorum interpretatione rejecta.* 5. *Sed quando hoc ſecundum tempus ſucceſſerit, in incerto eſt.* 6. *Quod duobus exemplis declaratur: famæ.* 7. *Et alluvionis.* 8. *Diſquiritur an Romani Græcos barbaros auſi fuerint dicere.* 9. *Claudianus expenditur, & explicatur.* 10. *Græcorum laudes.* 11. *Inſignis Juvenalis, & Quintiliani loci præſtantur.* 12.

SECUNDUM TEMPUS.

Rerum Barbaricarum.

Primum rerum barbaricarum tempus ſupra Capite quarto hoc libro præſtitimus: jam ſuccedit ſecundum, & ſub ſtylum revocamus. In primo omnes barbari, & ipſi Romani etiam
1 præter Græcos; ſed cum Romanum Imperium creſceret, exuit notam barbaricam, & ſufferre noluit, & quaſi de injuria tali conquæſtum fuit, pulcherrimis belli, togæque condecoratum titulis.

Romanos rerum dominos, gentemque togatam

Futuros prædixit apud Maronem Jupiter, cum Embryo quaſi Roma eſſet: apud quam amiciſſime Mars, & Minerva conſederunt, concertaruntque armis litteriſque de proferendo imperio in ignotos terrarum orbes: quorum teſtimonia debellatæ gentes, exornatæ litteræ æterna ſunt. Notum eſt, auſum fuiſſe Imperatorem Romanum reſcribere, ἐγῶ μὲν τῦ κοσμῦ κύριος: & merito.

Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ
Venere, & ingens orbis in urbe fuit.

Propter quod juſte cecinit Propertius.

Omnia Romanæ cedant miracula terræ.
Natura hic poſuit, quidquid ubique fuit.

Necne barbarico dedecorabitur titulo natura humana? Pulcher iſte orbis, literarum ars, armorum terror? Civitas equidem illa, quæ omnes laudes exſuperat, omnes glorias, omnem majeſtatem? Tantumque Græci ſuperbierint, quod infamem titulum genti Romanæ delere noluerint? Non ſic equidem antiquæ gentes tulerunt: nam ut Romana creſcebat majeſtas, ſic ejus autoritas adoleſcebat.

Filia ô Martis, mihi Roma, ſalve
Aureo Reginæ decoræ cultu,
Quæ vel in terra ſtabilis Olimpi
Incolis arces.

2 Denique ut moris eſt naturæ humanæ variare omnia, & titulum barbarum variavit: & ſecundum tempus ſucceſſit quo Romani cæteras cunctas nationes vocitaverunt barbaras, præ ejus gravitate, litteris, elegantia & Reſpublica: præcipueque Reipublicæ Romanæ hoſtes, unde paſſim ſcriptores antiqui diſtinguunt Romanos ab aliis gentibus hac τὸ *barbarus* nota. Strab. *Omnes ita appellant, [illegible] incolunt barbaros, & ſi nunc non barbaros, quia plerique eorum ad Romanum habitum tranſierunt, & lingua & moribus quidam etiam in civitatem eorum recepti.* C. Vel. Paterculus *Lib.* 2. *Marobodius genere nobilis, corpore prævalens, animo ferox, natione magis, quam ratione, barbarus*, & infra de Arminio, *tum juvenis genere nobilis, manu fortis, ſenſu celer, ultra barbarum promptus ingenio.* L. Florus *Lib.* 1. *Cap.* 13. *Sex menſibus barbari (quis crederet) circa montem unum pependerunt*, Cornelius Tacitus 11. *Annal. Nos virtutem auximus, barbari virtutem infringere*, I. Zonar. 2. *tom. Annal. Jactantia victoriæ barbari decurrerunt à tumulis, & una jaculati ſunt*, Propert. *Lib.* 4. *Ele.* 3.

Felix Hippolyte nuda tulit arma papilla.
Et texit galea barbara molle Caput.
Romanis utinam patuiſſent caſtra puellis.

Claudian. *Panegyr.* 4. *conſul. Honor.*

Altera Romanæ longe rectoribus aulæ
Conditio.

Venant. Honorius *Lib.* 6. *Cap.* 4.

Hinc cui barbaries, illinc Romania plaudit.

Sed quid moramur, cum Plutarch., Cæſar, Cicero, Tacitus, Herodianus, Appianus, Dio Caſſius, aliique ſcriptores antiqui hoc nomine à Populo Romano cæteras gentes diſcriminent, & probant D. Joann. Solorzan., Vives, Beroaldus, Taubmanus, & alii Interpretes, Chriſtophorus Brouverus *in notis ad dict. Cap.* 4. *Venantii.* Hier. Magius *Lib.* 3. *Cap.* 13. *var. lect.*

Noſtri autem Juriſconſulti non aliter, quam 3
eruditi, τὸ *barbarus*, acceperunt, & alienigenas, & Romanorum hoſtes *l. nulli* 28. §. *quod ſi teſtatur* 3. *C. de Epiſcop. & Clericis*, ibi: *Barbaræ ſit nationis*, *l. Divus* 6. *D. de bonis damnat. barbaros etiam inde munerari venientes ad ſe, vel legationis, vel alterius rei cauſa*, *l. nemo* 2. *C. quæ res exportari*, ibi: *Nemo alienigenis barbaris cujuſcumque gentis*, *l. unita*, *C. de littorum, & itinerum cuſtodia*, *Lib.* 12. *l.* 2. *C. de Eunuch.* barbari hîc vocantur non hoſtes, ſed exteri: de hoſtibus reſponſa exiſtunt, quibus barbari dicuntur, *l. non omnes* 5. §. *à barbaris* 6. *D. de*
re militar. à barbaris (id eſt hoſtibus) *remiſſos* 4
milites ita reſtitui oportere Hadrianus reſcripſit l. ſi quos 19. *C. de poſtlimin. reverſ.* ibi: *Utrum forſitan aliquis cum barbaris voluntate fuerit, an coactus* (de hoſtibus, aut exteris accipi poteſt, *l.* 3. *de ſervis fugitivis*) onde barbaricus pro hoſtili accipitur, *l.* 1. *C. quæ res exportari non debeant*, *l.* 2. *C. de commerciis*, Synopſ. Baſilicon. *Lib.* 6. *tit.* 18. *Cap.* 20. *Negotiatores pro mercibus, quas emunt in barbarico & Lib.* 19. *tit.* 1. *C.* 73. *Nomo*

Digitized by Google

mo ad barbaricum transferat vinum, &c. unde Feſtus *barbaricum appellatur clamor exercitus: videlicet quod eo genere barbari utantur*, ergo hoſtes: docent Cujacius *in comment. ad tit. C. quæ res exportari poſſint*, Gothofred. *ad dict. l. 2. C. eod. tit.* Ex his accedimus ad Virgil. *eclog. 1. v. 71.*

5 *Impius hæc tam culta novalia miles habebit?*
Barbarus has ſegetes?

Diſtinguit milites à barbaris prudentiſſimus poëta: ſed cur ita? Cum & barbari, quibus ſegetes aſſignatæ fuerunt, hoſtes eſſent. Plane Cerdæ, & aliorum commentationes diſplicent: noſter D. Joann. Solorzan. magis ſuboluit veritatem *Lib. 2. de Ind. gubernatione, Cap. 2. num.* 67. Mancinellus ſane ibi apertius expreſſit. Cum ergo adverſus Brutum, & Caſſium, & barbari præter Romanos fuerint auxiliati Auguſto, unde Cremonenſis ager tam Romanis militibus, quam Barbaris, fuiſſet aſſignatus: attentiſſime diſtinguit poëta milites à barbaris, cum ſine injuria Romanos milites barbaros dicere non poſſet, unde impios dicit: propria enim impietas belli eſt (ut prænotavit *ibi* Cerda) & cum præter Romanos tunc temporis barbaræ appellarentur nationes aliæ, merito cæteros milites, qui in Auguſti exercitu commilitarunt, barbaros nominat.

6 Sed quando hanc gloriam, cæteros dicendi barbaros P. Romanus ſortitus ſuit; quando etiam barbaricam notam exuit, ſane incertum eſt, cum id paulatim fieret; nam ut exculta Roma litteris, & armis creſcebat in magnitudinem, notam nudabat, & in cæteras cunctas nationes refundebat.
7 Famæ enim, & honoris incrementum paulatim fluit, dimanat, & creſcit, donec menſuram ſupremam habeat, & orbem terrarum compleat, Virgil. ſic cecinit *Lib. 4. Æneid. V.* 173.

Extemplo Libyæ magnas it fama per urbes:
Fama, malum, quo non aliud velocius ullum:
Mobilitate viget, vireſque acquirit eundo:
Parva metu primo, mox ſeſe attolit in auras,
Ingrediturque ſolo, & caput inter nubila condit.

Ovid. 12. *Metamorph. v.* 58.

——— *Menſuraque ficti*
Creſcit; & auditis aliquid novus adjicit autor.

Silius *Lib. 4. & gliſcit greſſu*, Homer. *Il.* 4. *Quæ parva quidem primum attollitur.* Unde frequenter apud Ciceronem, alioſque, *famam ma-*
8 *nare*, ſcribitur, id eſt paulatim exire. Nam veluti apud Juſtinianum *in §. præterea* 20. *inſt. de rerum diviſ.* alluvio eſt, *quod ita paulatim adjicitur, ut intelligi non poſſit quantum quoque temporis momento adjiciatur*, eſt enim *incrementum latens*; ſic gloria iſta Romana latenter, & palautim crevit magnitudine ipſius urbis: quim diſcerni tempore poſſit barbarica nota, aut amiſſa, aut in alias gentes refuſa.

Sed videamus, ſi poſtquam Romanum impe- 9
rium in eam majeſtatem, cæteros barbaros dicendi, elatum, & ipſos Græcos barbaros nominavit? videtur ſentire Claudian. *Lib. 2. in Ruſin. verſ.* 233.

Jam jam barbaricos ſitienda pila cruores.

Et in prologo *Lib. 2. in Eutropium.*

Omnia barbarico per te conceſſa tumultu.

Sed quis tale facinus probabit? Claudiani loca de 10
barbaris, qui auxiliabantur, Eutropio, & Rufino, intelliguntur, non de Græcis, ut aperte ab ipſis
operibus eruitur. Quis, niſi barbarorum barba- 11
riſſimus, Athenarum arcem, imò Athæneum litterarum, barbaram dicet? à qua omnis ſcientia in Romanum imperium, cunctumque terrarum orbem mille oſtiis profluxit. Quis Conſtantinopolim barbaram appellabit, partem equidem Romani Imperii, Romamque ſecundam, & litterarum, & Juriſprudentiæ ſedem? Quis non reſpicit totum omnigenarum campum præocupaſſe Græcos, & adhuc noſmetipſos ab ipſis feliciter haurire? Parco Græcarum litterarum laudibus, & quia jam alii doctiſſime præluſerunt in illis, & quia conatus intempeſtivus eſſet, cum libare illas, & longum eſſet. Sane vulgatiſſimum eſt Romanam juventutem erudiendam Athenas mitti. Mire noſtra ſententia illuſtratur Juvenali, & ille
ab illa *ſat. 10. Verſ.* 137. 12

——— *Ad hæc ſe*
Romanus, Grajuſque, ac barbarus Induperator
Erexit.

Et Quintilian. *Lib. 5. Cap. 10. Gentibus proprii mores ſunt, nec idem in barbaro Romano Græco probabile eſt*, en ubi diſtinguitur à Barbaro Romanus, & Græcus, non ergo Græcus barbarus, & ſic Appianus Alexand. *in Syrio* Macedones à barbaris diſtinguit, quia Macedonia inſignis Græciæ regio erat, lege verba. *Plura quoque bella cum Macedonibus geſſit, ac barbaris, verum duo in primis maxima cum Macedonibus ipſis egit*, & probat Hubertin. Clerus *in comment. ad Epiſt. Penelopes Ovid.* ibi: *Ponitur ad patrios barbara præda Deos.* Alciat. *ad tit. C. de Palatin. ſacrar. larg.*

C A P. VIII.

Imperator Juſtinianus an natione barbarus dici poſſit? per integrum Caput: ejus patria. 2. Unicuique glorioſum eſt, patriam habere glorioſam. 3. Patriæ gloria inflammavit Macedones. 4. Et alias plures gentes. 5. Novi homines apud Romanos qui dicerentur? 6. Homines novi à ſe orti dicebantur. 7. Nobilitas unde apud Romanos? 8. Nummus Septimii Getæ explicatur. 9. Infamia patriæ multis plerumque in notam objecta fuit. 10. Rhetores vituperationem, & laudem à natione, & patria deſumunt. 11. Barbarus natione. 12. Advenæ, & peregrini ſemper odioſi, & contempti. 13. Interficiebantur apud varias gentes. 14. A Lacædemonibus ejecti. 15. Nuptiæ cum illis illaudabiles: ita ut nec peregrinus plorari poſſet, ubi confirmatur emendatio Ciceronis. 16. Epitheto barbari, præclaræ res cognominatæ fuerunt: veluti, urbes. 17. Regna. 18. Aurum. 19. Potentia, & Majeſtas Regum. 20. Hector. 21. Hyppolita. 22. Medea. 23. Ovidius. 24. Plautus. 25. Nævius. 26. Lex. 27. Philoſophia. 28. Perſes Nympha. 29. Templa. 30. Flumina. 31. Sacerdotes. 32. Diana. 33. Juno. 34. Redditur hujus cognominationis barbaræ ratio. 35. Pro Juſtiniano vide Capita ſequentia.

AB hoc ſecundo tempore inferemus quædam, haud indigna ſcitu: quæ conducent multum ad barbari epitheti uſum: & qualiter eruditi antiqui rebus variis, & nobiliſſimis attribuerint.
1 Quid magis? Divinus ille vir Cæſar, Juſtinianus notam barbarici non effugit. A. Contius *in ejus vita*, aliique libenter agnoſcunt. Omitto injurias, quibus Maximum Imperatorum proſecuti fuerunt barbari ſane homines: illud hodie ſolum deducam, natione, & patria barbarum ab aliquibus dictum fuiſſe, quia non Romanus erat (ex dictis *Cap.* 7.) petulantias alias, ſuo tempore
2 non impunitas relinquam. Moveri poſſunt ad indignam notam, quia Juſtiniano patria Achrido fuit ſecundum A. Contium, & alios infra referendos: vel Salona, ex ſententia Hotomanni, vel Vicedina Illirica, ſecundum Agath. & notat idem Juſtin. *in Novella de privileg. Archipiſcop. Juſtinianæ Primæ & in Novell. de Eccleſiaſticis titulis*, tractant Juſtiniani patriam Guid. Pancirolus *in notitiam Imperii Oriental. Cap.* 23. *fol. mihi* 42. Hubertus Giſanius *in Imperatore Juſtinian. fol.* 2. Conrard. Rittershuſius *in proœmio Novellar. Cap.* 2. *à num.* 1. *cum ſequentib.* Bolchorten *ad princip. inſt. num.* 4. & 5. Gretſerus *commentario ad Codinum Lib.* 3. *Cap.* 14. latiſſime Procopius *in hiſtoria Arcan.* qui ſcriptores antiquos referunt. Ignobilis equidem vicus erat, quouſque ipſe Juſtinianus muro cinxit, & illuſtravit, ut præſcripti referunt. Nam quamvis nemini patriæ ignobilitas tribui debeat in culpam; tamen maximè maximo viro, ut Juſtiniano, patriam convenit eſſe
3 glorioſam: quæ Euripidis fuit ſententia, quam Plutarchus refert *in Demoſthen. in princip. Convenit felici homini primum originem trahere ex probata civitate.* Hinc conſiderandom eſt, quanto diſcrimine urbium reſcribant Cæſares *in l. ſi quis naturalem* 3. *C. de naturalib. liber.* indulgendo plurimum nobilitati earum, *l. non tantùm* 17. §. *Ilienſibus, D. de excuſat. tutorum*, ibi: *Et propter inclytam nobilitatem civitatis, & propter conjunctionem originis Romanæ, jam antiquitus, & Senatuſconſultis & Conſtitutionibus Principum pleniſſima immunitas tributa eſt.* Unde Cicero (ſeu quicumque eſt) *Libr.* 3. *ad Heren.* laudes externarum rerum conſiſtere ſcribit à civitatum gloria, & laude. Optime Demoſthen. *in orat. funeb.* 22. circa principium. *Horum enim virorum nobilitas, vel ſeculorum conſenſu apud omnes eſt inſignis, nec enim ad patrem dumtaxat, & majores viritim referre ortum ſuum quiſque poteſt; ſed in genere ad totam patriam cujus indigenæ ſunt extra controverſiam, ſoli enim mortalium omnium eam terram à qua nati ſunt coluerunt, poſterisque tradiderunt.* Alpheus Mitylæn. *Lib.* 1. *Anthol. Cap.* 70. *Epigram.* 12. loquens de Argo dixit, *Heroum illorum decus*, & Incertus *in eodem Lib.* 4. *Cap.* 28. *Ep.* 14.

Fecit Cleis Cleadis placidæ conjux bona patriâ ortæ.

Sic intelligendus Heliodor. *Lib.* 1. *Æthiop. Cap.* 2. *Videmini enim mecum communi eſſe fortuna, ſimulque vos qui Græci eſtis miſerior, cum & ipſe Græcus ſim natus. Græcus, Dii immortales! exclamarunt repente præ voluptate hoſpites, Græcus profecto voce & genere.* Ad id alluſit Dio Caſſius *Lib.* 38. *hiſt. Romanæ. Neque enim loca ipſa felicitatem beatitatemve ullam afferunt homini, ſed unuſquiſque noſtrum ipſe ſibi, & patriam, & vitam beatam omni tempore ubicumque locorum efficit*, diſputat enim apud Dionem Philiſcus quidam cum Cicerone de beatitudine patriæ, imo ſolatur exilium ei. Unde intelligendus eſt Auſonius *in claris urbibus*, *Cap.* 1. nam ut demonſtraret Conſtantinopolim Carthagini præcedere, dat hoc carmen.

Et Conſtantino concedere cogit Eliſam.

Sic etiam voluit Virgilius *Lib.* 2. *Æneid. V.* 325.

——— fuit Ilium, & ingens
Gloria Teucrorum.

Pulchre, ut ſolet noſter Statius *Lib.* 2. *Theb. v.* 430. inde.

Te penes Inachiæ dotalis Regia dono
Conjugis, & Danaæ (quid enim melioribus actis
Invideam?) Cumulentur opes, felicibus Argos
Auſpiciis: Lernamque regas. Nos horrida Dirces
Paſcua, & Euboicis arctatas fluctibus oras,
&c.

Patriæ gloria ſæpiſſime inflammavit Macedones, 4
ut horrendum cum ea gente bellum populus tremeret Romanus; belle T. Livius *in principio de bello Macedonico. Pacem Punicam bellum Macedo-*

nicum

nicum excepit, periculo haud quaquam comparandum, aut virtute ducis, aut robore militum, claritate Regum antiquorum, vetuſtaque fama gentis & magnitudine Imperii, quo multam quondam Europæ majorem partem Aſiæ obtinuerant armis propè nobilius. Similiter Juſtinus *Lib.* 33. *mitior quidem rerum motu Romani Macedonicum, quam Punicum bellum geſſerunt: ſed tanto clarius, quanto nobilitate Macedones Pœnos antecesſerant: nam cum gloria Orientis domiti, tunc auxiliis omnium Regum juvabatur*, & infra, *quibus rebus inflatus* (Perſeus) *& oblitus fortunæ paternæ veterem Alexandri gloriam conſiderare ſuos jubebat.* L. Florus *Lib.* 2. *Cap.* 7. *Sed primi omnium Macedones, affectatur Imperii populus: itaque quamvis tunc Philippus Regno præſideret, Romani tamen dimicare ſibi cum Rege Alexandro videbantur. Macedonicum bellum nomine amplius, quam expectatione gentis fuit*, pluribus aliis donaberis à Tiraquello *Cap.* 12. *de nobilit.* qui nihil aliud egit, quam comprobare nobilitatem urbibus eſſe, & ab ea homines gloriari, multiſque exprobari ignobilitatem vicorum; Cæpolla *in tractat. de Imperatore militi. de lig. num.* 17. Alphonſus Azeved. *in reb. ad tit.* 2. *Libr.*
5 6. *Recopilat. num.* 248. Sic efferebantur nobilitate antiqua Macedones: ſic legimus alias plures gentes eiſdem patriarum gloriis inflammari: plures locis ſuggerit Homer. præcip. *Lib.* 4. *Iliad.* Virgil. Papinius, Silius, dum bellorum duces referunt, collaudantque à nobilitate patriarum milites. Paſſim Pindarus Heroas ſuos ſic canit, & decorat, fortiſſimumque experti ſunt duces incitamentum virtutis quoad milites animos illis inſpirare per patriarum glorias; ſic enarrat Tacitus, Livius, Juſtinus, Herodianus, Q. Curtius, D. Halicarnaſſeus, maximeque Thucydides, & alii. Cum ergo Juſtinianus ignobilis vici, & loco originem duceret, unde ei nulla gloria, & nobilitas accederet, ratione patrii ſoli quaſi dedecoratus, videbatur barbarum appellari poſſe natione.

6 Et cum ab illo loco Juſtinianus deveniret Romam, novus homo apud Romanos audiret: nam exteri, qui primi Romam advenerant, & nove ad dignitates admiſſi fuerunt, novi homines deſpectu dicebantur, Cicer. *Libr.* 1. *Orator. Quis enim non videat C. Cælio, æquali meo, magno honori fuiſſe, homini novo, illam ipſam, quamcumque aſſequi potuerit, in dicendo mediocritatem?* & pro A. Cluentio, *etiam querimur ſæpe hominibus novis non ſatis magnos in hac civitate eſſe fructus*, & pro Cn. Plancio, *eſt uſus ratione qua, minima invidia, novi homines plurimi eoſdem honores conſecuti ſunt*, & aliis locis Tit. Livius *Lib.* 7. *ab U. C. in princip. Annus hic erit inſignis novi hominis conſulatu*, & *Lib.* 33. *id enim ægre paterentur tot nobiles novum ſibi hominem præferri*, atque etiam *Libr.* 4. iterumque *dict. Lib.* 7. *Eaque rogatione novorum maxime hominum ambitionem, qui nundinas, & conciliabula obire ſoliti erant, compreſſam credebant.* Salluſt. *de bell. Jugurth. Ita perculſa nobilitate, poſt multas tempeſtates novo homini conſulatus mandatur*, ſic idem intelligitur antea in eodem bello, *ſimul ea tempeſtate plebes nobilitate fuſa per legem Maniliam novos extollebat*, ſcilicet homines, ut antea. *Novus utique tam clarus, neque tam egregiis factis erat, quin is indignus illo honore, & quaſi pollutus haberetur.* Velleius Patercul. *Lib.* 2. *hiſt. Cap.* 128. *Nam & illi antiqui, ante primum bellum Punicum ab hinc annos trecentos Titum Coruncanium hominem novum, cum aliis omnibus honoribus, tum Pontificatu etiam maximo ad principale extulere faſtigium, & equeſtri loco natum Spurium Corvilium, & mox Marcum Catonem novum etiam Tuſculo urbis inquilinum, &c.* Horat. *Lib.* 1. *Satyrarum Satyr.* 6.

—— Populus Lævino mallet honorem,
Quam Decio mandare novo.

Caſſiodor. *Lib.* 3. *variar. Cap.* 6. *Gratum quidem vobis eſt P. C. perſonas novas ad honorem celſum producere.* Ælius Spartian. in Peſcen. Nigr. *Deinde ne novi ad regendam Rempublicam accederent*, celebris eſt locus Plutarchi in Marco Catone Cenſor. *Cum autem ex more Romani eos, qui generis gloria carentes à ſe ipſis initium caperent, nominis ſui novos homines, quemadmodum & ipſum Catonem, appellarent, ipſe ad gloriam quidem, ac magiſtratus ſe novum eſſe, rebus vero geſtis, ac virtute majorum vetuſtiſſimum prædicabat.* Antiquitatem iſtam agnoſcunt Calvin. *in lexico juris*, Rader. *ad Libr.* 2. *Mart. Epig.* 62. Roſin. *Lib.* 1. *Roman. Capit.* 19. L. Joann. Scoppa *Lib.* 1. *collect. Cap.* 5. Franc. Robortel. *Annot. Lib.* 2. *Capit.* 53. Carol. Sigon. *Lib.* 1. *emendat. Capit.* 48. Salmaſius *ad dict. Spartian. locum in Peſcen. Nig. ad pag.* 76. *& in Vulcat. Gallica. ad Avid. Caſſium pag.* 40. & aliis locis; idem Sigonius optime *in Scholiis ad Tit. Livium Lib.* 7. A. Tiraquel. *de nobilit. Cap.* 19. *à num.* 21. Lambin. *ad Horatium ſupra*, & alii Interpretes in præſcriptis.

Illi autem homines novi à ſe orti dicebantur, 7
tanquam qui ſuis natalibus parum debebant honoris, & ſplendoris, ſequentes ipſos ad nobilitatem genuiſſent, & procreaſſent, ſic M. T. Cicero in *Antonium Philipp.* 6. *Quid enim non debeo vobis, Quirites, quem vos hominem à ſe ortum hominibus nobiliſſimis omnibus honoribus prætuliſtis?* & in oratione pro Cn. Plancio, *eadem igitur, Caſſi, via munita Laterenſi eſt, idem virtuti curſus ad gloriam: hoc facilior fortaſſe, quod ego huc à me ortus, & per me*
nixus aſcendi. Nam cum iſti nullum magiſtratum 8
adepti fuiſſent, nullam imaginem à ſuis majoribus accepiſſent quibus acquirebatur nobilitas, ſi tamen magiſtratu, & imagine honorati fuiſſent, merito à ſe orti dicebantur, Horat. *dict. Lib.* 1. *Satyr.* 6.

—— Qui ſtultus honores
Sæpe dat indignis, & famæ ſervit ineptus;
Qui ſtupet in titulis, & imaginibus: Quid oportet
Nos facere à vulgo longe lateque remotos, &c.

Id voluit D. Chryſoſtomus de verbis Eſaiæ homil. 4. *Quoniam hæc noſtræ civitatis laus eſt, non quod ſenatum habet, non quod Conſules numerare poſſumus, neque quod ſtatuas complures, &c.* forte hinc lux Athenæo *Lib.* 1. *Deipnoſ. Ariſtonicum Caryſtium Alexandri comitem, cujus officium erat, coram Rege pila ludere, ob ejus artis peritiam Athenienſes civitate donarunt, ac inſuper ſtatua*, nobilitate ergo, & civitate donatus fuit Ariſtonicus.
Unde intelligendus Seneca *Epiſt.* 44. ibi: *Non* 9
facit nobilem atrium plenum fumoſis imaginibus, nemo in noſtram gloriam vixit, nec quod ante nos fuit noſtrum eſt, animus facit nobilem.

Explicat Sigonius *ad Livium in principio Lib.* 7. Thomas Dempſterus *ad Roſin. Cap.* 19. A. Tiraquell. *de nobilit. Cap.* 19. *à numer.* 20. cum ſequentibus, Juſt. Lipſius *Lib.* 1. *elect. Cap.* 29. Unde nummum *P. SEPTIMII GETÆ* Cæſaris explicamus, in quo imago paludata viſitur haſtam, & ſtatuam ferens, circumſcripta hoc nomine, NOBILITAS. Quem quidem nummum optime intellexit J. Hemelarius *in Imperatorum Romanorum numiſmatibus aureis tabula* 35. nam in gloriam nobilitatis Getæ, & à ſuis non degenerantis, utque repræſentaretur majorum ſuorum nobilitas, forma illa nummus cuſus fuit: ſi ergo Juſtinianus nullis majorum imaginibus inſignitus erat, nullis honoribus condecoratus, & denique multiplici ratione nobilitatis, patriæ, magiſtratus, imaginis novus homo diceretur: ſi-

ne facinore, aut peccato barbarus appellari poterit.

10 Nec datur cauſa doloris, iracundiæve Juſtiniani veneratoribus, & amatoribus, cum patrii ſoli notam unuſquiſque patienter ferre debeat, & multoties legimus exprobari, & objici. *plerumque enim* (ut inquit Ulpian. *in l. quod ſi nolit* 31. *§. qui mancipia* 21. *D. de Ædilit. edict.*) *natio ſervi, aut provocat, aut deterret emptorem*, qua præſumptione animi hominum aliquando informantur. Unde Virg. 2. *Æneid. v.* 65.

Accipe nunc Danaum inſidias, & crimine ab uno
Diſce omnes.

Et 9. *Æneid.*

O vere Phrygiæ (neque enim Phryges)

Uti optime intelligit P. Cerda, *Ovid.* 11. *Metamorph.*

Naſcitur Autolycus, furtum ingenioſus ad omne;
Qui facere aſſuerat, patriæ non degener artis,
Candida de nigris, & de candentibus atra.

Congruit optime Statius Papinius *in loco ſupra dato Lib.* 2. *Thebaidos verſ.* 430. celebris locus extat Alex. ab Alexand. *Lib.* 4. *dierum Genial. Cap.* 13. ubi eruditiſſimus Tiraquel. atque *in l.* 7. *connub. part.* 7. *gloſ.* 1. *à num.* 14. *cum ſeqq.* plurima luce ſententiam iſtam illuſtravit A. Mornac. *in obſervationib. ad dict. §. qui mancipia*, Briſſonius
11 *Lib.* 6. *formul. f.* 552. Unde Rhetores argumenta laudum, aut vituperationum, deſumunt à natione, & patria cujuſque: ſic doctrinam præbet author ad Herennium *Lib.* 3. M. Fab. Quintilian. *Lib.* 5. *orator. Capit.* 10. *Natio: nam & gentibus proprii mores ſunt: nec idem in barbaro, Romano, Græco probabile eſt. Patria: quia ſimiliter etiam civitatum leges, inſtituta, opiniones habent differentiam;* Hermogenes *Lib. de argumentorum requiſitione*, Emporius Rhetor *in præcepto demonſtrativæ materiæ: à* quibus noviores Rhetorices magiſtri eandem tradunt doctrinam. Denique Themiſtius Suada *oratione* 19. per totam eam præſumptionem extirpare conatur, non loca, ſed homines attendendos eſſe. Unde *Seriphius quidam, cum ei civitatis ſuæ parvitas objiceretur, mihi quidem dixit patria dedecus eſt, tu vero patriæ:* referente Stobæo *ſerm.* 37. non ergo mirari debemus ſi barbarum natione dijudicemus Juſtinianum, ut in ſimili Cicero de in-
12 ventione ſcripſit, *atque hominum genus in natione conſideratur Graius, an barbarus.*

13 Appone iſtis, quod cum advena, & peregrinus fuerit Juſtinianus Romæ, ſemper advenæ, & peregrini male audierunt, & contemptu ignominioſo fuerunt deſpecti; ſic invenio tam apud Romanos, quam Græcos aliaſque gentes obſervatum: quos nos *advenedizos*, dicimus, Plautus, & Symachus, aliique, *adventores*: ſequentia comprobant aperte ſatis. Æneas equidem contemptive ab Amata advena dicebatur in Origine gentis Romanæ. *At vero Amatam, Latini Regis uxorem, cum indigne ferret Laviniam, repudiato Turno conſobrino ſuo, Trojano advenæ collocatam: Turnum ad arma concitaviſſe:* acrius Virgilius ſub repræſentatione Amatæ: *Æn. VII. V.* 359.

Exulibuſne datur ducenda Lavinia Teucris,
O Genitor?

Eadem injuria piiſſimus Heros inuſtus fuit à Didone, amante, & deſpecta apud eundem 4. *Æneid. v.* 590.

——— *Proh Juppiter! ibit.*
Hic, ait, & noſtris illuſerit advena regnis?

Hic *advena ἐμφατικῶς*, ut jam præviderunt Interpretes, & cum contemptu. Petronius *Satyr. Cap.* 87. *imò, inquam, ego per formam tuam te rogo, ne faſtidias hominem peregrinum inter cultores admittere,* T. Livius *Lib.* 1. *ab Urb. Cond. Spernentibus Etruſcis Lucumonem exule advena ortum, ferre indignitatem non potuit.* L. Apuleius *Lib.* 2. *met. Tibi vero fortunæ ſplendor inſidias, contemptus etiam peregrinationis poteris afferre*, ſic idem *Lib.* 3. ut acerbaret in reum judicium, reum peregrinum dixit, verba ſunt. *Habetis itaque reum tot cædibus impiatum, reum coram deprehenſum, reum peregrinum,* Plautus in Pœnul. *act.* 5. *Scen.* 2. *V.* 71.

Hominem peregrinum, atque advenam qui irrideat.

Sic idem intelligendus eſt in Pſeudol. *act.* 4. *Scen.* 2. *V.* 9.

Quis hic homo chlamydatus eſt? aut unde eſt, aut quem quæritat?
Peregrina facies videtur hominis, atque ignobilis.

Noſter Statius eleganter *Lib.* 2. *Thebaid. V.* 397. loquitur de Polynice Thebis abſente, & peregrino.

Ut vagus ille diu, paſſuſque haud digna per urbes
Ignotas, pactæ tandem ſuccederet aulæ

Et ſtatim infra.

Ex quo frater inops, ignota per oppida triſtes
Exul agit caſus.

Erudite probat Alex. Neap. *Lib.* 4. *C.* 10. *dierum genial.* ubi Tiraq., Paſſerat. *eleg.* 1. *Lib.* 4. *Prop.* Beroald. *ad Apulei.* Fran. Connan. *Lib.* 8. *C.* 6.
comment. & Scholiaſtæ in præſcriptis locis. Quid 14
magis? niſi quo apud varias gentes crudelis, & inhumanus inoleviſſet mos interficiendi peregri-
nos, & advenas, Xenoph. *Lib.* 3. *rerum Græc.* Alex. 15
Neap. *d. Lib.* 10. ubi Tiraq. cuncta illuſtrat, Lacedemones ſane à ſua Reipublica ejecerunt, ut Xenoph. *in eorum Republica* refert, ad fi. libelli;
Cæl. Rhodigin. *Lib.* 18. *antiq. lect. Cap.* 5. Unde 16
illaudabiles habebantur peregrinæ nuptiæ, Seneca in *Medea v.* 115.

——— *Tacitis eat ille tenebris*
Si qua peregrino nubit fugitiva marito.

Ubi P. Mart. del Rio *in novo commentario*, obſervat Eurip. *in Phœniſ. v.* 339.

Te vero, ò fili, audio connubio
Conjunctum, conjugalem voluptatem
Habere in externa terra,
Peregrinamque affinitatem jurare;
Hæc ſunt intolerabilia matri
Et Laio avo tuo
Nuptiarum eſſe accerſitam noxam.

Sic apud cultiſſimum Heliodorum *Lib.* 2. *Æthiopicorum, C.* 4. Chemon ſuaviter criminabatur, quod peregrinam mulierem ploraſſet. *Verum illa, Theagenes, neutiquam laudare potui, quorum etiam me re vera pudebat, quum viderem ſe peregrinam, & nullo vinculo neceſſitudinis conjunctam mulierem, circumfuſum lugere turpiter.* Ex quibus emendatio Philippi Rubeni *Lib.* 1. *elect. Cap.* 3. maxime confirmatur ad Ciceronis locum *in oratione pro Silla*, ibi: *Ac ſi, judices cæteris patriciis me, & vos peregrinos videri oporteret, à Torquato tamen hoc vitium ſileretur: eſt enim ipſe à materno genere municipalis*, ubi loco *τῦ vitium*, ſubſtituit, *convitium*.

Omitto, quæ de peregrinis nuptiis à noſtro Jure conferri poſſunt, quorum præſcripſi aliqua *Lib.* 4. *Cap.* 14. *à num.* 15. cum iſta in advenarum, peregrinorumque contemptum adnotaſſe ſufficiat: ut inde magis, quamtumvis amatores Juſtiniani, patiamur barbaricam notam, cum advenæ, & peregrini barbari dicerentur à Romanis (*ſup. c.* 1.) aut ſaltim, ſi odioſi, ſi contemptibiles advenæ, nota barbarica tolerabilior fiat.

Sed nec melioris conditionis, quamtumvis magnus & ingens, Juſtinianus cenſeri debet, quam Heroes, Heroinæ, præclara regna, præclaræque res, quæ à graviſſimis ſcriptoribus barbara cognominata fuerunt, ut probo aliqualiter ex ſequentibus: tu ex aliis immenſis. Potentiſſimas, & no-
biliſſimas *urbis* barbaras dixit Seneca in *Med. act.* 2. 17

Si

Si quod Pelaſga, ſi quod urbes barbaræ
Novere facinus.

18 Et *Regna* Orpheus ex verſione innominati interpretis.

Nam neque mens dare vela viris in barbara Regna
Te ſine.

Unde *Memphis* barbara apud Martialem, quamvis civitas celeberrima eſſet.

Jam taceat Mirum barbara Memphis opus.

Et *Birſa*, apud Martianum.

Littora barbaricæ procul uſque ad mœnia Birſæ.

19 Et quid *Auro* pretioſius? & tamen ornamenta ex auro barbarica dicuntur, & barbaricarii eorum artifices, *l.* 1. *C. de excuſat. artificum Lib.* 10. ſubnotante ibi Cujacio; unde Virgil. 2. *Æneid. V.* 504.

Barbarico poſtes auro, ſpoliiſque ſuperbi.

20 Nec *potentia* ſtatus, aut virium notam barbaricam exuit, unde Baptiſta Pius in *Lib.* 9. *ſupplem. Flacci*, Æetam Cholcorum Regem barbarum dicit.

Barbaricum veluti pavido terrere parentem
Inſidias, tacitoſque dolos vitaverit aſtu.

Et infra *Lib.* 19.

——— *Fugiunt immane parentis*
Barbaricumque jugum, violentaque jura tyranni.

Et infra.

——— *Trucem fugit anxia patrem*
Ac patris ingentes iras, & barbara corda.

Et Juvenal. *Satyr.* 10. *V.* 179. Potentiſſimum Regem *Xerxem.*

Ille tamen qualis rediit Salamine relicta
In Corum, atque Eurum ſolitus ſævire flagellis
Barbarus Æolio nunquam hoc in carcere paſſos.

21 Et quod magis eſt Propertius *Lib.* 3. *Eleg.* 6. fortiſſimum, & humaniſſimum Principem *Hectorem* barbarum dicit.

Dum vincunt Danai, dum reſtat Barbarus Hector.

22 Et *Hyppolyta*, quamvis Regina fortiſſima, & pulcherrima, apud eundem *Lib.* 4. *eleg.* 3.

Fœlix Hyppolyte nuda tulit arma papilla,
Et texit galea barbara molle caput.

23 Nec ſcientia, nobilitas, aut pulchritudo effecerunt, ut inſignis poëta Valer. Flaccus in *Arg.* 8. *Medeam*, barbaram non diceret.

——— *Et tibi jam nullos optavit barbara natos.*

24 Ex ipſemet *Ovidius* ſe barbarum dixit.

Barbarus hic ego ſum, quia non intelligor ulli.

25 Et *Plautus*, uti ipſe ſcripſit in Prolog. Trinum.

Philemo ſcripſit, Plautus vertit barbare.

26 Et *Nævius* poëta apud Feſtum dictione *barbari*, cum tamen poëtæ divini haberentur, & ipſi Romani audiverunt barbari multo tempore, ut ſcrip-
27 ſi *ſupra*. Quid ultra? Erudiſſimus linguæ latinæ Plautus *legem* barbaram dixit, utpote *in Capt. act.* 3. *Scena* 1. *verſ.* 32.

Nunc barbarica lege certum eſt jus meum omne perſequi.

Et tamen lex, munus Dei eſt, & inventum, *l.* 2. *C. de legibus*, & juſta, & ſancta, *l.* 1. & 2. *D. eodem, Capit. erit autem, diſtinction.* 4. *l.* 8. *titul.*
28 1. *part.* 1. unde *Sphæra* barbarica, id eſt, Ægyptia, (ut dixi ſupra) & ſic *Philoſophia* barbarica, quam & cultæ gentes tractarunt, ut latè probat Juſt. Lipſius, *Lib.* 1. *Manuductionis ad Stoicam philoſophiam. Cap.* 5. Sed parva hæc omnia, cum nec divinitas (falſa quamvis) *Perſem nympham* non liberaverit ab hac nota, Baptiſta Pius in ſupplemento Flacci *Lib.* 9. 29

Incidit in Circem, donec Pegaſea carina.
Barbaricam Circem Perſa, atque Hyperione natam.

Et *Templa* barbara dixit Seneca in Troad. v. 785. 30

Non inter aras mobili velox pede
Revocante flexo concito cornu modos
Barbarica priſco templa ſaltatu coles.

Et *Flumina*: quantumvis gentiles in eis numina 31 ſubmerſa adorarent, Lucan. *Lib.* 1.

Subjuga jam Seres: jam barbarus iſſet Araxes.

Et ſic *ſacerdotes* barbaros dixit. Cicero 5. *de finibus*, ibi: *Cur Plato Ægyptum peragravit, ut à ſacerdotibus barbaris numeros, & cœleſtia acciperet:* 32
ſed *Dianam*, caſtiſſimam virginem, barbaram videtur Senecam appellare ad finem Octaviæ, ſecundum lecturam Lipſii. 33

Hanc quoque triſti procul à pœna
Portate, precor, templa ad Triviæ,
Urbe eſt noſtra mitior Aulis,
Et Taurorum barbara Tellus
Hoſpitis illic cæde litatur.

Vel ſecundum communem, quam P. Martin. del Rio amplectitur.

Et Maurorum barbara tellus.

Cum quo reſpectu, & *Junonem* barbaram dicere poſſemus, & ſaltim ejus religionem, & cæremonias barbaras Alexand. Neapolit. *Libr.* 6. *dierum genial. Capit.* 4. *Neque omittendum nova religione, & barbara cæremonia apud diverſas gentes, Junoni ſacrum fieri.* Fateor equidem hæc omnia certis & juſtis cauſis barbara dicta, ſed etiam barbarica patria juſta, & certa cauſa eſt, ut Juſtianus barbarus dicatur, nec ſemper famoſus titulus barbaricus cenſitus fuit, aut injurioſus. Quæ injuria in barbarico auro, quod nobile erat? Quæ in flumine Araxe magni nominis? Quæ in nave Abſyrti? Quam Flaccus 8. *Argonaut.* barbaram dixit. 34 35

——— *Sequiturque volantem*
Barbare Paitullam puppem ratis.

Quid in aliis rebus? in queis, ſi ad injuriam titulum referremus, ſacrilegium, impietatem, inſcitiamque ſummam, in eos qui talia ſcripſerint, deberemus fateri, unde Juſtinianus barbarus dici poterat ſine dedecore. Nam & numina ſua ſapientiſſimi gentiles non barbara dicerent, cum omni veneratione digna crederent, ſed à barbara patria, barbariſque cæremoniis, quibus colebantur, aliiſque cauſis, & reſpectibus qui conſiderati nullas inurebant numinibus injurias. Denique factum infectum fieri non poteſt, Juſtinianea adoptio abolere nequivit propriam jam contractam originem Juſtiniani, nec naturalia jura patriæ, & patris, *l. jura* 8. *D. de regul. juris*, cum vulgatis. Hæc ſunt quæ in Juſtiniani majeſtatem contorqueri poterant, Capite alia proſpice ſequenti.

C A P. IX.

Juſtinianus à barbarica nota liberatur per integrum Caput à numer. 1. *Ad cauſam erroris datur optimus locus eruditi Patris I. Euſebii Nierembergii.* 2. *Vera patria hominibus mundus eſt* 3. *Et ex recta philoſophia mundi cives homines ſumus.* 4. *Et qua ratione.* 5. *Qui advenas, & peregrinos contemnunt.* 6. *Juſtiniani laus.* 7. *Fortis vir ubique patriam habet, ut piſces, & volucres.* 8. *Hæc de patria totius mundi communis ſententia philoſophorum fuit.* 9. *Datur Muſſonii locus.* 10. *Taletis alius.* 11. *Et noſtri Senecæ.* 12. *De eadem re Teucri vox male audita à Lyſia* 13. *Patriarum gloriæ falſæ, & alienæ, & quæ veræ, & virtutes.* 14. *Conſiderandum an nobili patria quis dignus ſit.* 15. *Vilitas patriæ nulli exprobari debet.* 16. *Locus hominem beatum non facit.* 17. *Multi ab humilibus locis orti ingentes honores obtinuerunt.* 18. *Advenæ, & peregrini apud exteros ſummos honores habuerunt.* 19. *Senecæ inſignis locus.* 20. *Cur extra paradiſum compactus vir, ſecus femina.* 21. *Celebris locus P. Joan. Euſebii Nierembergii.* 22. *Joannis Barclaii temeritas, & audacia ſubdola oratione longa notatur, reprehenditur, caſtigatur.* 23. *Subjectio hominum ſuperioribus.* 24.

SIC in magnum Cæſarem Juſtinianum dilabebamur, natalis ſoli ratione inurentes notam barbaricam, & contemptibilem. Sed quomodocumque accipiatur, impium ſane epithethum tantæ Imperatoris majeſtati daretur, multis potius titulis condecorandæ: quænam inde authoritas noſtro juri dabitur? quænam gloria illud illuſtraret? ſi audiret barbarus Juris-prudentiæ divinæ non falſus Prometheus. Apposite congruit ſententia doctiſſimi patris Euſebii Nierembergii *Lib. 3. de art. voluntatis, lemmate 2. Cap.*
2 *5. Duobus igitur* (inquit) *peccat cognitio modis: & quia tenebris affulget, & quia luce non illuſtrat, apprehenſionibus, ſcilicet, falſis, quæ excitant voluntatem; aut veris, quæ non ſtimulant: quantum in illis mendacium, in his ſocors quædam, & remiſſa veritas delinquit. De illis mendacibus prius differendum; notiores ſunt: nunc conviciis iniquis condemnant res: nunc injuſtis elogiis commendant: aut quæ bona ſunt, mala; aut quæ mala, æſtimantes bona.* Tenebris affulgere parum Pii audent in Juſtinianei nominis perniciem: qui conviciis iniquis condemnant ejus nomen, barbaricoque titulo: mehercle quæ bona ſunt, æſtimantes mala.

Fuit equidem Juſtinianus à Roma exterus, ex parentum origine ſuorum, non tamen inde barbarus dicendus erit, aut per injuriam; aut ſine ea. Per injuriam, cum vaniſſima hominum opinio introduxerit patriarum diſcrimina: falſaſque inde in homines derivaverit glorias: una re-
3 vera eſt patria: id eſt hic mundus, hic terrarum orbis, audi magnum Plutarchi locum *in libello de exilio*, cujus verba, quamvis non pauca ſint, tibi dabo. *Cum vero ſuapte natura res ipſa nihil mali habet, ſed id quod affligit ex inani quadam opinione conſiſtit, tunc ut larvas formidantibus pueris in manibus tradimus & invertimus, qua re perſpecta, vanos terrores contemnere aſſueſcant, ita nos quoque, quod fragile ac tragicis fabulis eſt perſimile, diligentiſſima conſideratione, quaſi manibus pertractantes, detegere oportet, cujuſmodi præſens hæc tibi conditio eſt de ea, quam patriam opinaris: cum natura nobis patriam nullam dederit ſicut nec domum, nec agrum, nec vel fabrilem, vel medicorum officinam (ut Ariſt. inquit) ſed hæc, & cætera id genus, prout quique incolit, illiſque utitur, ſubinde illius ſunt, vel nominantur potius, & dicuntur. Homo enim* (ut Plato ait) *planta eſt quædam non terræ infixa, nec immobilis ſed & cæleſtis, & ad cælum ipſum inverſa, cœtus corpus ex capite, velut è ſua quadam radice illud ſiſtente & firmante, erectum manet, hinc Hercules.*

Argivus, an Thebanus, haud unam curo
Jactare, Græcia omnis eſt mihi patria.

Longe tamen rectius Socrates, qui ſe non Athenienſem, nec Græcum, ſed civem mundanum eſſe dixit: ut ſi quis, puta, vel Rhodius, vel Corinthius dici velit: neque enim Sunio, vel Tenaro, aut Ceraunis ſe ipſum incluſit.

Vides ut hunc immenſus æther arduus
Coërcet ulnis undique orbem mollibus.

Hi patriæ noſtri termini ſunt, in quibus, nec exul, neque hoſpes, neque peregrinus ullus eſt, ubi idem ignis, aer, & aqua, iidem Principes, Rectores & Præſides, ſol, luna, & lucifer, eædem quoque leges omnibus uno ordine ab uno, eodemque principe lata: eadem ſolſtitia, & æquinoctia, Pleiades, Arcturus tempora ſementis, & plantarum omnium, unus autem Rex, & Princeps Deus eſt, principium, medium, ac finem univerſi tenens. Tu, mi lector, cætera providere poteris: cuncta enim congruentiſſima ſunt noſtræ ſententiæ. Atque ut merito deſpectu æſtimemus inanis vulgi opinionem, nullam equidem diſtinctam patriam natura dedit; ſed univerſum orbem, quem totum jure naturali liberrime percurrere poterimus. *Age dum* (ut inquit Seneca in conſolatione ad Helviam) *hanc frequentiam, cui vix urbis immenſæ tecta ſufficiunt, maxima pars illius turbæ patria caret, ex municipis, & coloniis ſuis ex toto denique orbe terrarum confluxerunt*, & infra. *Jube omnes iſtos ad nomen citari, & unde domo quiſque ſit, quærere: videbis majorem partem eſſe, quæ relictis ſedibus ſuis venerit in maximam quidem, ac pulcherrimam urbem: non tamen ſuam: deinde ab hac civitate diſcede, quæ velut communis patria poteſt dici, omnes urbes circuini, nulla eſt ubi magnam partem peregrinæ multitudinis non invenias: nunc tranſi ab his, quarum amæna poſitia, & oportunitas regionis plures allicit, deſerta loca, & aſperrimas inſulas Sciathum, & Seriphum, Giarum, Coſſuram pete, nullum invenies exilium, in quo non aliquis animi cauſa moretur.* (Tibi autem prolegenda cætera commendo, quia omnia Senecæ, ô noſtræ Hiſpaniæ decus! mira ſunt, & mire noſtris aſſident.)

dent.) Nam ut ſapientiſſime Plutarchus docuit,
ubique Deus Princeps, ubique eadem elementa.
Hæc eſt vera philoſophia, quæ cives nos mundi
4 facit, ut doctiſſime noſter Pater Euſebius ſcripſit
Lib. 1. *de art. voluntat. prolepſ.* 1. *Ipſa conſtantia*
(verba ſunt eminentiſſimi viri) *magiſtra philoſo-
phia, non ſolum inconſtans, vaga omne ſolum perva-
dit, ne uni ſoli benefica eſſet, quæ cives mundi facit,
univerſi peregrina errat, de univerſis meritura bene.*
Recepta philoſophia à Juſto Lipſio *Libr.* 1: *Phy-
ſiolog. differat.* 2. Qui omnes ut exiſtimo accepe-
runt à Cicerone *Lib.* 1. *de legib. ad finem*, audi
divini ingenii divina verba, dum prudentiam ex-
tollit, & excolit. *Quid eo dici, aut excogitari
poterit beatius? idemque cum cælum, terras, maria,
omniumque rerum naturam perſpexerit, eaque unde ge-
nerata, quo recurrant, quando quomodo obitura, quid
in his mortale, & caducum: quid divinum æternum-
que ſit, viderit, ipſumque ea moderantem, & regen-
tem pene prehenderit, ſeſeque non unis circumdatum
mœnibus popularem alicujus loci, ſed civem totius
mundi, quaſi unius urbis agnoverit.*

Optime Meleager. in Anth. *Libr.* 3. *Capit* 6.
Epigram. 7. cum enim Meleager dixiſſet ſe Atti-
cum eſſe, per ſuppoſitionem ſubjicit.

*Quod ſi Syrus, quid mirum? unam hoſpes patriam
mundum*

Habitamus: unum mortales omnes genuit Chaos.

Vide ſis Stobæum *ſermon.* 38. à quibus graves
authoritates accipies in hanc ſententiam.

Ride, ride, mi lector, vaniſſimos ex patriis fla-
5 tus, altaque ſupercilia, cum mortales omnes
unius orbis incolæ ſimus: qui cum omnes com-
prehendere regione una nequiſſet: conveniretque
ad authoris magnitudinem, ut incoleretur à morta-
libus, tanquam diſperſi, & diſſeminati per eum
ſumus judicio divino. Mihi obtigit hæc cæli pla-
ga, & aliæ aliis. Unde nunc pompoſa vanitas re-
gionis? ſic rectiſſimo judicio Dei Illiricum ſolum
Juſtinianus fortitus fuit.

——— ——— *Juſtiſſimus unus*

Quis fuit in Teucris: & ſervantiſſimus æqui.

6 Et infandus Nero Romanam majeſtatem, quam
abolere ad hominum memoria exarſit. Jam nec
cuiquam infamem patriam objicias: id enim fa-
ciunt, aut amantes deſpecto, utpote Dido, aut
odio obcæcati, ut Amata, aut plebeiæ ſortis ho-
mines: aliive, qui ſine recta hujus philoſophiæ
cognitione, ea opinione vulgari feruntur, ſeu la-
buntur, uti ex his quæ *capite præcedenti*, diximus
numer. 13. colligitur. Non jam ergo prudentiſſi-
mus vir ſuperba patria ſuperbiet, gloria non ſine,
ſed aut majorum, aut fortunæ fuit: qui audet ut
ſuam vindicare? Nulla ſane Juſtiniani injuria, ſi
non ipſe pauperem ſine nomine vicum elegit:
nulla culpa, nulla ergo pœna divini viri. Reſpec-
ta magnanimitatem Imperatoris, & in bellis judi-
cabis Martem: in pace, & religione Numam:
in literis Minervam, ſeu Apollinem: in cæteris
virtutibus, quæ perfectum Imperatorem deco-
rant, tanquam de cœlo quartum decidiſſe.
Objice jam inclyto Regi natalia patriæ: obji-
co & pudebis conatum plebeiorum, aut judi-
cia: qui barbaræ nobilitate ſoli inaurare inten-
tant infamia nomina, tanquam putridum lignum.
Fortis vir ubique patriam habet communem: ſi-
cut irrumpunt æquora piſces, & volucres diſcindunt
æthera, cecinit ſuaviſſime Ovid. *Faſt. l.* 1. *V.* 494.

Omne ſolum forti patria eſt; ut piſcibus æquor:
Ut volucri, vacuo quidquid in orbe patet.

Et cum eo meus Statius.

Omne homini natale ſolum.

Namque Juris Gentium elementa ſunt; pulcherri-
me 6. Ovid. *Metam. V.* 349.

Quid prohibetis aquis? uſus communis aquarum
Nec ſolem proprium Natura, nec aëra fecit,
Nec tenues undas. ad publica munera veni

Et Virgilius. *Æn.* 1. *V.* 543.

*Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara
morem*
Permittit patria? hoſpitio prohibemur arenæ.
Bella cient, primaque vetant conſiſtere terra.

Quod & noſter Juſtinianus docuit in §. *& quidem,
inſt. de rerum diviſ.* & Seneca in *conſolatione ad Hel-
viam*, *Cap.* 9.

In hoc ſane convenit philoſophorum commune
placitum: Socrates enim (apud Ciceronem 5. *Tuſ- 9
culanarum quæſtionum*) cum rogaretur cujas eſſet,
mundanum ſe eſſe reſpondit: totius enim mundi
ſe incolam, & civem arbitrabatur. Et Diogenes
(apud Laertium *Lib.* 6.) in eadem quæſtione reſ-
pondit [Greek illegible], id eſt, *civis mundi.* Ipſeque
Laertius *Lib.* 1. *Cap.* 9. refert Anacharſidem
Athenas veniſſe, viſendi cauſa Solonem, fa-
muloque dixiſſe, quod renunciaret Soloni ex
more ſolito ipſum adeſſe, cum videndi cau-
ſa, & ut ejus hoſpes fieret. Reſponditque
nuncio famulo Solon, hoſpitium in patria contra-
hi (ſignificans inter Græcos, & Scythas non
eſſe jus hoſpitii) quo reſponſo audito, ſtatim A-
nacharſis introivit ad Solonem, dicens ſe jam
eſſe in patria, & æquum eſſe, quod hoſpitio jun-
geretur? qua certa animi deliberatione delectatus
Solon, ad intimam familiaritatem accepit homi-
nem, vere æſtimans, omnes homines cives mun-
di eſſe. Audi nunc Muſſonium *in Lib. exilium
non eſſe malum*, apud Stobæum *ſerm.* 38. *Exilium* 10
*enim inquit, quomodo quis non amens graviter ferret?
quod aqua quidem, & terra, & aere, atque ſole, & reli-
quis aſtris non arcet nos ullo pacto, ſed nec hominum
converſatione: ubique enim, & paſſim horum eſt
commercium; ſi aut parte aliqua terra excludimur, &
quorundam hominum conſuetudine: quid hoc indignum?
neque enim domi dum ſumus, terra tota utebamur, ne-
que cunctis hominibus converſati fuimus:* tu cætera in
noſtram ſententiam profluentia colligere poteris.
Nec minori judicio Tales exilium perpendit apud
eundem Stobæum *ſup. Quibus tandem, & qualibus
bonis privat exilium, animine? an corporis? an for- 11
tunæ? an judicandi, agendique dexteritatem, aut fe-
licitatem aufert? haud ſane. At fortitudine, juſtitia,
aut alia quapiam virtute privat? Ne id quidem, ſed
nec ullo fraudat corporis bono. At non æque licet in a-
liena terra bene valere, viribus pollere, acutum cer-
nere, & audire acute? interdum vero multoties ma-
gis, quam ſi in ſua terra quis maneat: fortunæ vero
bonis neminem exilium exuit.* Adjunge majorem vi-
rum, Senecam noſtrum ſcilicet *in conſolatione ad
Helviam dict. Cap.* 9. *Metiantur quaſcumque terras;* 12
*nullum invenitur ſolum intra mundum, quod alienum
homini ſit, undecumque ex æquo ad cœlum erigitur
acies: paribus intervallis omnia divina ab humanis di-
ſtant: proinde dum oculi mei ab illo ſpectaculo, cujus
inſatiabiles ſunt, non abducantur, dum mihi Lunam,
Solemque intueri liceat & dum animum ad cognatarum
rerum conſpectum tendentem in ſublimi ſemper habeam,
quantum refert mea, quid calcem?* ex ſententia er-
go philoſophorum, homines recipiebantur in ci-
ves mundi: patria hominibus terrarum orbis erat:
unde cum elementa communia ſemper, & ubique
hominibus adhærent, nec inter pœnas recenſe-
bant exilium, cum ubique terrarum patria eſſet.
Teneri vox, quamvis minus laudanda, videtur
cum iſtis audiri.

Patria eſt, ubicumque eſt bene. 13

(Teſte Tullio *dict. Lib.* 5. *Tuſculan.*) ſed patriam
à commoditate auſpicari, quærere, & aſſignare
minus civem bonum decere, [illegible], quod præ-

ſcripſit

ſcripſit Lyſias, non gratis auribus vocem Teucri audiens, & diu eſt, quo obſervavit Muretus *Lib.* 2. *variarum lect. Cap.* 3.

Qui virtutem amat, & inſomnis quærit, diſeri-
14 mina patriarum fugiat: mentitæ enim gloriæ ſunt, falſæ, injuſtæ, & alienæ: utpote quas nullo merito tuo conſecutus fuiſti. Virtus autem vera, veraque nobilitas in actione nobili conſiſtit, quæ juſta laude authores decorat. Vulgaris, ſed ſemper celebris Naſonis ſententia fertur 13. *Metamorph. v.* 140

Nam genus, & proavos, & quæ non fecimus ipſi,
Vix ea noſtra voco.

Idem ad Piſonem (ſi ejus poematii author eſt.)

Nam quid imaginibus, quid avitis fulta triumphis.
Atria, quid pleni numeroſo conſule faſti
Profuerint, ſi vita labat? perit omnis in illo
Gentis honos; cujus laus eſt in origine ſola.

Seneca in Hercule furent.

——: Nobiles non ſunt mihi
Avi, nec altis inclytum titulis genus,
Sed clara virtus: qui genus jactat ſuum
Aliena laudat.

Optime Philiſtio, ſeu Philemon, ut mavult J. Rutgerſ. *Lib.* 4. *variar. lect. Cap.* 12. *in ευγηρε*, cum Menandro in his latinis ex verſione Rutgers.

Tua patria genus neutiquam illuſtrat tuum:
Sed recte agendo patriam illuſtras tuam.

Bene Ariſtotel. *Lib.* 2. *Eudem. Cap.* 6. *Quoniam autem virtus ac vitium, & utrorumque effectus, hi quidem laudantur; illi vero vituperantur: vituperantur autem laudanturque, non quæ à neceſſitate, vel natura, vel fortuna inſunt, ſed quorum ipſi cauſa ſumus.* Ageſilaus cum rogaretur quomodo quis maxime apud homines probaretur, reſpondit ſi dicat optima, & faciat honeſtiſſima: virtus equidem ita afficit mortales, quod non modo admirentur glorioſa opera, ſed in eorum authorem ſummo ſtudio incendantur, uti ea Plutarcho Conrad. Lycoſthen. refert, qui hanc ſententiam *virtutem in actione conſiſtere*, latè illuſtrat: ſed ultra omnes conſule Tiraquellum *de nobilit. Cap.* 22. & 23. Hinc integra, & pulchra *oration.* 19. Themiſtius, Suada, atque Plutarch. *in tractatu de exilio*, non loca, non patrias ſpectandas eſſe, ſed homines, eorumque virtutes, & merita; nec propter locum honorandum eſſe mortalem, ſed propter propria facta, gloriaſque ſuæ vitæ; imò è contra locus ab homine illuſtratur, patria à civibus
15 filiis (ut optime iſti perorant.) Et conſiderandum an quis nobili patria dignus ſit, ut reſpondiſſe quondam Ariſtotelem Diogen. enarrat. *Lib.* 5. *Glorianti cuidam, quod magnæ eſſet urbis civis, noli (inquit) hoc attendere, ſed an dignus ſis magna & illuſtri patria.* Congruit Themiſtoclis reſponſum Seriphio cuidam apud Ciceronem in Catone major. *Nec, hercule, inquit, ſi ego Seriphius, eſſem nobilis: nec tu ſi Athenienſis eſſes, clarus unquam fuiſſes*, & notavit Raderus *in commentario ad Martialem Lib.* 10. *ep.* 84.

16 Sed quam inane, & ridiculum eſſet Cæſari piiſſimo, & Chriſtianiſſimo Juſtiniano patriam exprobari! præclariſſima retorqueri poſſet Anacharſis ſententia apud Laërtium *Lib.* 1. *Cap.* 6. qui, objicienti Attico illum natum eſſe in Scythia, reſpondit ἀλλ' ἐμοὶ μὲν ὄνειδος ἡ πατρίς, σὺ δὲ τῆς πατρίδος, id eſt. *At mihi dedecori eſt patria, ſed patriæ tu.* Egregie inculpatus eſt, cui nihil poteſt objici præter patriam: Antiſthenes, cui objiciebatur, non eſſe indigenam Athenienſem, reſpondebat apud Laërtium *Lib.* 6. *in princ.* καὶ ἡ μήτηρ τῶν θεῶν Φρυγία ἐστίν. *Et Deorum mater è Phrigia eſt* (& ut commentatur Lycoſthenes ubi proxime) *Ridiculum arbitrans cuiquam probro dari patriam, cum in damnatiſſimis regionibus interdum naſcantur omnium feliciſſima ingenia.* Tamquam parum patriarum gloriæ hominibus allucéant, vel caligent: cum ſolum eorum virtutes ſpectentur: ab his honor, aut nota provenit: non ergo Juſtiniani virtutes, quamvis barbarus eſſet, deſpiciendæ erant, ut ſcribit Galen. *in exhortatione ad bonas artes.* Anacharſi Scythæ non obſtitit, quo minus inter ſapientes numeraretur quamvis genere barbarus eſſet. Aptiſſime Plutarch. in fine ſui tractatus *de exilio:*
Hominem beatitate nullus expoliat locus, ſicuti neque 17
virtute, neque intelligentia: ſed Anaxagoras in carcere de quadrando circulo ſcripſit, Socrates cum venenum hauriret, philoſophabatur, & ad philoſophiam colendam familiares ſuos excitabat, cui illi gratulabantur, ut beato: Phaëtontem vero, & Tantalum, quamvis ſcanderint in cœlum, perhibent Poetæ propter dementiam tamen in ſummas miſerias incidiſſe. Vide ſis Andr. Tiraquell. *de nobilitat. Cap.* 12. Ipſemet Plutarchus *in eo tractatu*, ex compoſito obſervat,
Homerum inſulas laudare: refertque multos cla- 18
riſſimos viros, qui humilis incolæ loci ſupremos gloriarum apices literarum, & armorum occuparunt (quos & mihi facile fuiſſet enumerare) ſed Themiſtius *dict. oration.* 19. pulcherrimis verbis inſtitutum proſequitur & quaſi floribus orationum ornat. & ſubdit. *Adde, quod etiam Homerus doctorem exercitus Salamine educatum Myceneo anteponit, illumque ex Phthia, & quidem in montibus inſtitutum, omnibus omnino Græcis barbariſque, tu vide cætera:* celebris alius locus eſt D. Chryſoſtomi *de verbis Eſaiæ homil.* 4. *in princip.*

Sed ſi locorum humilitas non obſtat primori
armorum literarumque, ſic nec peregrinitas, quo 19
minus advena frueretur honore, gloria, & principatu apud exteros: ſed cum exempla non commoveant parum, aliqua ab immenſis eligam, quibus tanquam Jure Gentium videbis conſtitutum inter peregrinos ad invicem Principatus communicari. Hippomedon Lacedemonius Thraciæ à Ptolomeo præfectus fuit: Chremonides, & Glaucon Athenienſes peregrini Regis conſiliarii fuerunt, & Lycinius exul ab Italia Viceres in extraneo Regno fuit: Hercules Argo ejectus fere ſubdidit orbem: exul Themiſtocles ad Perſas confugit, à quibus tres civitates dono accepit: Dionem Syracuſanum, reſpice, quantum aliena ditaverit regio, ut exercitum duxerit conductum in Tyranni expulſionem: vide Calydonium Tydeum, Thebanumque Polynicem regnantes Argos, Trajanum, Aurelianum, Severum, cunctoſque fere Romanos Imperatores, quos peperit aliena terra, & procreavit, alioſque innumeros viros, qui variis elati fortunis extranea obtinuerunt regna, peregrinaſque rexerunt nationes: longiora exempla ab Stobæo accipies, & Andr. Tiraquello, & Raviſio *in* 1. *officin. tit. exules nonnulli, & ſequent.* Sed majora colliges paſſim à Græcis Latiniſque ſcriptoribus, denique Romana illa majeſtas advenarum peregrinorum, hoſtiumque receptione crevit, ut definiat Claudius apud Tacitum, advenas in eos regnaviſſe, quod latius probo *cap. ſeq.*
Quid tam longe (verba Senecæ ſunt in conſolatione 20
ad Helviam, *Cap.* 7.) *te circuitu traho? quid intereſt enumerare Antenorem Patavii conditorem, & Evandrum in ripa Tyberis Regna Arcadum collocantem? quid Diomedem, aliosque, quos Trojanum bellum victos victoreſque per alienas terras diſſipavit? Romanum Imperium nempe authorem exulem reſpicit, quem profugum capta patria exiguas reliquias trahentem, neceſſitas, & victoris metus longinqua quærentem in Italiam detulit: hic deinde populus quot colonias in omnes provincias miſit? ubicumque vicit, Romanus habi-*

tat:

tas: ad hanc commutationem locorum libenter nomina dabat, & relictis aris ſuis transmarina ſequebatur colonus ſenex. Optima eſt, & tota congruit conſolatio ad Helviam his, quæ diſſerimus: quid ultra? (relinquamus plura, quæ concertant ad cala-
21 mum) extra paradiſum compactus vir, intra paradiſum mulier, ut virtute potius, quam generis nobilitate, comparari gratiam dignoſcatur, & gloria patriarum deſpiciatur. Hæc autem omnia à ſuperioribus veriſſimis cauſis dependent: nam orbis cunctus hominibus cunctis una patria, & civitas conſiderari debet: imò magna, & divina providentia fuit, ab humili, & ſilveſtri vico Juſtinianum, & alios eduxiſſe ad majeſtatem Imperatoriam. Audi graviſſima verba profundamque philoſophiam noſtri doctiſſimi patris Euſebii Nie-
22 rembergii *Lib.* 1. *de art. voluntat. Cap.* 1. dum probat, nec natura, nec majori cura nos naturæ indigere. *Utraque innocens eſt humanæ conditioni inſuper & hæc providentior, illa liberalis neque ſine affectu; nam nobiſcum duntaxat munifica eſt, adeò publica, & unica amica, fida, æqua, comesque noſtro generi, tametſi inſimuletur perfidiæ, ut bona ſua in nullos, niſi in homines, diſpendat & ſolum non dilapidat, quia non ſine conſilio, cum omnibus non ſufficiant, diſtribuit per vices, ad diem commodat, ut quiſque aliquo ſaltim tempore, aliqua ſaltim particula, ejus guſtet indulgentiam. Imperatorum liberalitas ab omnibus adoratur etiam, ſi non omnes congiarium capiant, ſufficit poſſe, cur damnatur ordo indulgentis fortunæ, cum ita diſtribuat, ut nemini non tribuat? Quid amplius ab illa requires, quam viſcera materna, quam curas naturæ, quam mores philoſophiæ? Pia mater parum inter liberos diſtribuit, ut fruſtum veniat ſingulis, & minus das omnibus, ut des omnibus ſollicitior natura, tranſmutat rerum vices, ut ſuas vitæ opes deguſtent omnia*, & ut Syneſius ait:

Ut etiam ima pars in mundo ſortiatur vitam alternam.

Spero nullum, quæ tam graviſſimis ſententiis, & autoritatibus comprobavi, reprobaturum: ſentio mehercle, veriſſima iſta: & temporum curſus ab origine mundi in noſtra uſque tempora demonſtrat. Sed me legiſſe memini J. Barclaium
23 audaciter hæc omnia reprobantem, qui dum impugnat crebrarum artium uſum *Lib.* 3. *Argenis*, iſta ſubjicit verba. *Relinque illis Regibus hunc crebrarum artium morem, qui peregrino, idcique invidioſo imperio premunt diſſitas gentes, quæ nec moribus coaleſcunt, nec fidem tuta amicitia obſervant, quæque ubi reſpexere in majorum ſuorum hiſtoriam, erubeſcunt ſe alieno addititias ſceptro eſſe, nec domino tantum obſenti, ſed & genti, in qua dominus vivit, ſervire.* Stupeo, fateor, cum impudentiſſima verba conſidero hominis in ultimam audaciam projectæ ſatyram, vel perverſam mentem hujus Daphitæ grammatici, illo cruce dignioris agnoſcimus, & ſentimus: ſed digna hæc omnis ſunt ſuo autore, cui deliciæ fuerunt ſatyræ, contumeliæ, deſpectus, vanitas, arrogantia, quibus victus egit cunctas nationes infamare, ut ejus, quæ ſuperfuerunt, monumenta demonſtrant. Horum omnium principium, & fundamentum innata genio impudentis, quæ ad omne crimen maximus dux eſt, ut multis docet Stobæus. Infeliciſſima proh Deus! hominis conditio, quæ in æternum reddet eum odiis obnoxium, unde, ſecundum Chryſippum, optime iſte Satyriconis autor fecit, quod nihil eorum, quæ in ipſo fuerint, prætericrit: & ſic cum fabuloſam Argenidem exornavit, majorem hiſtoriæ partem in convicia, injurias & ſubornatas ſatyras reſolvit. Omitto, quanta in religione peccaverit, nunoque etiam relinquo crebrarum artium illius ſententiæ oppugnationem, & diſquiro, quo tendant illa, *qui peregrino, ideoque invidioſo imperio*; quod ergo peregrinum Imperium divino, & humano Jure conquiſitum? In ſuis ergo regionibus quæ peregrinitas exiſtet? Non ergo, quia in terminos orbis dilatum ſit, juſtitia duce, peregrinum mente ſubdola dicere debuerat imperium Regis. Æquis oculis deberet conſpicere, quantum ſanguinis, cenſusque Regii, atque ſuorum in barbarorum debellationibus expenſum ſit, quantas recluſas januas religioni aperuerit Chriſtianæ. Hæc, & cuncti orbis regna acerrimæ Hiſpanorum diligentiæ, & virtuti debentur: & penſata fortitudine parum perfeciſſe putamus, cum hoſtes Chriſtianæ fidei ſuperſint, quamvis alterum, & patentiorem Indiarum mundum in ditionem ſubegerint. Quæ quidem ſi iſte æquiſſime comprehenderet, non imperium peregrinum diceret, aut Jus Gentium abnegaret. Sed ſatis, quæ prædiximus, ſententiam temerariam obruunt, cum Jure Naturæ (cunctus enim orbis cauſa hominum conſtructus eſt) hinc inde vice mutua convolvantur, & tranſeant imperia. Docte doctiſſimus vir Alphonſus de Carranza in admirabili *de partus deſignatione libro* errores hujus prævidit, ſcribens, longa intervalla inter verborum faſtus, & veram eruditionem eſſe. Expers Ædepol cunctæ eruditionis, qui vanitatis, & impudentiæ furore percitus, quid ſcriberet, niſi furores? quid auderet, niſi Regum majeſtatem turpi lingua, & audaci ſtylo violare: & nobiliores gentes, tanquam furioſus, qui in manu gladium comprimeret, quid faceret, niſi fulminare in omnes. Invidioſum ex peregrinitate deducit (vulgi ruſtici, vel potius vetularum loquela inter humiles focos, parvoſque penates) ſi invidiam ex tyrannide eliceret, argumentum recto flueret tramite. Sed reſpiceret, quos enumeravimus inſignes viros, pluresque, quos ad manus conferunt hiſtorici, bello paceque inclytos in exteros, & peregrinos (ut cum Barclaio loquar) imò potius ſic conſtitutum à natura, neminem in ſua patria prophetam eſſe. Animadverto equidem in illo orbe Romano, ad cujus exemplum cunctus orbis conſiderari debet, terrigenas Imperatores Saturnina rabie aborigines ipſos devoraſſe, quos paterno amore nutrierunt alienigenæ. O tu glorioſa Hiſpaniæ proles Trajane, quo imperante Auguſtior Romana majeſtas facta fuit, tu, inquam, ſolus ſufficeres, ut infidam peregrinitatis invidiam ab infido homunculi pectore aberrunca ſſes. Sed quid magis? plerumque præclari viri, Heroesque exularunt ſuis patriis, ut regnarent in alienis, ut præterea, quæ prædixi exempla, indicavique in autoribus, qui acerbatim congerunt, dum illa requiris, recoliſve. Vide Ariſtidem, Cliſthenem, Demoſthenem, Demarathum, Diona, Boëtium, Decium Mugium, Marcum Marcellum, Ciceronem, Protagoram, Philiſtum, Æneam Teucrum, Polynicem, immodicumque iræ Tydeum, Diomedem, Uliſſem, Helenum, Theſeum, ipſumque Herculem Thebanum exulantes in peregrinis incognitiſque regionibus; optime Seneca *in conſolatione ad Helviam. Jube omnes iſtos ad nomen citari, & unde domo quiſque ſit quærere, videbis majorem partem eſſe, quæ relictis ſedibus ſuis venerit in maximam quidem ac pulcherrimam urbem, non tamen ſuam, &c.* Quod jam invidioſum ex peregrino imperium oritur, ſi hæc jura in cunctos homines ſtabilita ſunt, quibus neceſſario comparere debemus? Nec ſolum in homines, ſed fere in cuncta humana: conſidera qualiter libera volatilibus æthera pateant, ut per ea involare terras, libidini, & naturæ earum congruentiores, poſſint, ibi inſident, nidorumque pendentes caſas ædificant. Vide

flumina

flumina ab urna cunæ in parentem aquarum Oceanum liberrime collabentia: incolæque eorum piſces, belluæque marinæ abſolute aquarum campis dominantes. Terræ animalibus nullus terminus reſtrictus eſt, inſident, peragranturque, qui libent, ſaltus. Cœlique indefeſſo motu reguntur, & conquieſcunt. Aera flatu ſuo cuncta inundant humana. Et denique non erubuit Romana majeſtas peregrina numina adoptare in ſua. Age jam invidioſam Barclaii conſequentiam ab ipſa invidia deductam deridere. Sed quæ illa oppreſſio, quam nobis falſiſſime ſatyricus iſte autor imponit? Cum ubicumque demulceat ſubditos, aut regat noſter Monarcha juſtitia, & religione: premit utique premetque in æternum infidos ſectarios, qui tuta fide, nec Regem juſtiſſimum, nec Deum verum obſervant, imò violant, ut pateat laſciviis, uſuris, ſimoniis, furtis, rapinis, ſacrilegiis campus, quos compreſſos, neſcio qua cauſa, tantum iſte dolet, tu dijudica. Pulcherrima equidem eſt erubeſcentia ſuorum, dum reſpiciunt, *ſe alieno addititias ſceptro eſſe, nec domino tantum abſenti, ſed genti in qua dominus vivit ſervire.* Heu qualis ira cæca hominem præcipitat, agitantque furiæ. Qui poſſet fieri ut unus tam diſſitis regionibus ſupereſſet Monarcha, niſi in ſuas provincias mitteret Præſides, Proconſules, Proprætores, Procuratores ſuos, & Quæſtores Provinciales? Quæ inde erubeſcentia, cum in divinis, & humanis ab origine mundi neceſſario factitatum fuerit, nec aliter fieri poſſet? & quæ tam barbara regio, quæ legitimum Principem non vereretur, eique obediat, & ſerviat (ut ille mente doloſa verbo utitur tali) qualiter Reſpublica ſtaret, ſi nec eſſent leges, & Reges, *omnis anima*, (inquit D. Paulus 13. *ad Romanos*) *ſublimioribus* 24 *poteſtatibus ſubdita ſit*, quod quidem præceptum fuit D. Petri *Epiſtol.* 2. *Subditi eſtote omni humanæ creaturæ, propter Deum: ſive Regi, tanquam præcellenti; ſive Ducibus, tanquam ab eo miſſis ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum.* Hæc notare obiter ſufficiat, veniet Deo annuente, dies ille, in quo debita vindicta ſatyriconis autor punietur. Nec miretur aliquis me ſic invectum in Barclaium, quem alibi acclamavi elegantem cujuſque forte judicii incurias, & lapſus defendi multiplici cauſa, & ratione, quas nec ipſe præviderat, uti multi, qui noſtra ante viderunt ſcripta, conſueerunt: ſed quomodocumque ſit, ſtylus placeat, quem damnaſſe plures ſcio, ſed dulcior placuiſſet elegantia, ni infeſtis, & proditoriis ſatyris, vaniſſima arrogantia, deſpectuque divini & humani juris, acerbaſſet eam. Quis modeſtioris animi pateretur giganteo furore pumilionem furientem, conantemque inſultare Regum majeſtates divinas, & infamare cunctas orbis Regiones. Si ergo ſtylum in vitia, in perverſos mores duceret, laudarem, atque ſua involucra ſatyrarum, ſed ut concitet iras, ſeditiones, bella pio Regum Principi, & Catholico Regi, ipſaſque damnet virtutes, dignus cruenta redargutione eſt, imò dignus cruce.

Ut ergo ad Juſtinianum revertamur: patentiſſimum eſt, ex recta naturæ ratione, non deſpiciendum advenam, nec peregrinæ humilitatem patriæ, ut ſic parvi faciamus magnum virum, cum mundi cives omnes ſimus: nec aliquam barbari ei notam in eum exprobemus.

C A P. X.

Adhuc de Cæſare Juſtiniano: & ejus nota barbarica tollenda, ad quod magnum fundamentum diſcutitur deſumiturque à lege in orbe Romano 22. D. de ſtat. homin. *cujus interpretatio, & lectura per integrum Caput diſquiritur, à num.* 1. *cum ſequentibus. Illiricum quis ſubegerit: in provinciam redactum.* 2. *Lectio varia* dict. l. in orbe Romano. 3. *Antiqui*, in urbe Romana *legebant.* 4. *Interpretatio Accurſii rejicitur.* 5. & 6. *Retenta antiqua lectura, ſubtilis proponitur interpretatio.* 7. *i.* eſſe *pro commorari* 8. *Cives Romani qualiter ſubant, & conſtituebantur.* 9. *Non domicilio* 10. *Roma communis patria fuit.* 11. *Romani arbitramentis variis in civitatem ſuam ingentem hominum multitudinem allexerunt.* 12. *Aſylum Romuli.* 13. *Et ejus lex, ut quidquid natum fuiſſet, educaretur, ni monſtroſum fuiſſet.* 14. *Inſinuantur aliæ leges, quæ tendunt ad complementum civitatis.* 15. *Romulus non ſolum exteros, ſed victos, & hoſtes in ſuam civitatem recepit.* 16. *Julii Cæſaris conſtitutio de recipiendis in civitatem medicis, & aliis profeſſoribus.* 17. *Alciat. autoritate Pandectarum Etruſcarum reſpoſuit*, dict. l. 22. in orbe Romano. 18. *Innumeræ diverſæ gentes continebantur Romæ.* 19. *Epitome, & compendium orbis dicta fuit Roma.* 26. *Roma quare dicatur communis patria* 21. *Nova interpretatio tentatur littera antiqua retenta.* 22. *Origo condendarum civitatum,* 23. *Antiqua lectura aſſeritur* in l. 5. D. de juſt. & jur. 24. *Orbis, ſeu circulus quis in deſignandis civitatibus.* 25. *Novior lectura* dict. l. 22. *ſcilicet iſta* in orbe Romano *communior eſt, & eruditioribus placuit.* 26. *Antiquitus quibus donaretur civitas.* 27. *Imperator Antoninus cuncto Romano Imperio civitatem conceſſit.* 28. *Pietas ejus in populos.* 29. *Probatur illud expreſſis autoritatibus.* 30. *Error Raderi, & Catenæ Patrum Græcæ.* 31. *Unde lapſus Accurſii.* 32. *Romanum Imperium orbis dictus fuit.* 33. *Probatur ex poëtis.* 34. *Et à ſolutæ orationis ſcriptoribus.* 35. *Et à noſtris Juris conditoribus.* 36. *Alter error Accurſii.* 37. *Reditus ad Juſtinianum.* 38.

Cuncta autem quæ pro Juſtiniano noſtro Capite præcedenti conſideravi, innituntur rectiſſima veritate, & philoſophia, ſed ex viſceribus ipſius Juriſprudentiæ educimus unum, ſed ingens

ingens fundamentum, in quo tanquam divino in
flumine omnis barbaries Juſtiniano abluitur. Im-
perator namque Antoninus piiſſimam conſtitutio-
nem fecit (quæ ab Ulpiano refertur *Lib.* 22. *ad*
1 *edictum in l. in orbe Romano* 17. *D. de ſtatu homin.*)
qua omnes provincias Imperio Romano ſubditas
2 civitate Romana donavit. Cum ergo Illiricum,
fœlix tanti Imperatoris natale ſolum (ut jam pro-
bavimus) ſine mora, multis ante annis Anicius
Prætor ſubegiſſet, ut cum L. Floro *Lib.* 2. *Cap.*
13. *hiſtor. Roman.* ſuis alii commendarunt hiſto-
riis: in provinciamque redactum fuiſſet, ut com-
probat *Novella de privilegiis Archiepiſcopi Juſtinia-
næ Primæ*, variaque reſcripta Imperatorum Præ-
fecto Prætorio Illirico miſſa, jure toto civili diſ-
penſa: jam deſiit barbaries illa, quæ antiquitus
exuta Roma prægaudebat, præfulgebatque; & in
non ſubditas, rebelles barbaraſque gentes exula-
vit: ſicque Illiricus homo Juſtinianus, Antonini
beneficio Romanus Civis, non dehoneſtari de-
buit, tam inſigni barbarum nomine.

3 Sed fundamentum iſtud alicui non ſecurum da-
bitur, non fixum, cum lectionem *dict. legis in or-
be Romano*, variam invenerit, & ab interpreti-
bus controverſam. Afferenda ergo à nobis vera
lectio erit, ne videamur falſis, aut non ſecuris fun-
damentis, Majeſtatem tanti Imperatoris ſuſtinere.
Accedo ergo ad antiquorum lectionem, quæ lon-
ge alia fuit, ſcilicet *in urbe Romana*, teſte gloſſa,
& marginali additione: Rain. Alberico, & Aria
4 Pinelo *in 2. p. rubricæ, C. de bonis maternis, nu-
mer.* 11. Percipit equidem noſter Accurſius, li-
bertinos omnes civitatis incolas Romanæ (id eſt
5 in ea domicilium habentes, ſecundum Joannem
gloſſarium antiquum, qui optime conſideravit Ul-
c pianum *in l. Provinciales* 198. *D. de verborum ſi-
gnificat.*) condonatos, condecoratoſque extitiſſe
civitate Romana ex indulgentiſſima Antonini con-
6 ſtitutione. Sed jam ſentio Accurſianæ interpre-
tationi te, bone lector, irridere, & inquirere,
unde Accurſius libertinos conjicit fuiſſe, quos
Antonina conſtitutio conſpexit? quod veſtigium
libertinorum indagavit, ſuboluit in ea? Si nec
apud hiſtoricos quid tale invenitur. Domitius
Ulpianus, vel ab eo compilatores Pandectarum, ni-
hil aliud referunt, niſi quod omnes, qui in urbe Ro-
mana ſint, ex conſtitutione Antonini cives Ro-
mani effecti fuerint, nulla facta libertinorum
mentione. Injuria liberalitatem reſtringis, Accur-
ſi, vel reſcindis piiſſimi Imperatoris, quæ ad ter-
rarum orbem protenditur. Quid jam noviſſime
noſter Juſtinianus egit? Dum in §. *fin. inſt. de
libertin.* gloriatur à ſe duas conſtitutiones ſumma
pietate conſtructas, quibus libertatibus illuxit, in
primævum naturalemque ſtatum reducendo; quo
quidem una ſimplex, nobiliſſimaque hominum li-
bertas erat (Juſtinianeæ, ni fallor, conſtitutio-
nes ſunt, quæ referuntur, ſub titulo *C. de latina
libertate tollenda*, & *tit. de Dedititia libertate*)
nec contentus illis, præſcripſit poſtea, ne liberti,
de cætero aureo indigerent annulo, ut apparet in
Novell. 78. Propter iſta Ædepol ſcio, noſtros
Interpretes ſuum Anteſignanum Accurſium dere-
liquiſſe, & pro illis *in urbe Romana*, vel *Roma*,
repoſuiſſe *in orbe Romano*, conſule D. D. Bapti-
ſtam Larream 1. *tom. deciſ. Granat. diſput.* 6 *nu.*
20. qui poſt perfectum caput, ad me pervenit.

Fateor, æternumque fatebor, argumenti vim
7 impellere Accurſium, ejuſque opinationem ever-
tere, ſed non ideò antiqua lectura deſtituenda
videtur, ſed alia interpretatione juvabitur. *In
urbe Romana qui ſunt* (conſtituit Cæſar Antoninus)
ideſt cujuſcumque regionis homines, qui quacum-
que cauſa detinerentur Romæ (ſi nec conditio ſta-
tus obſtaret, veluti infamis ſervitutis, cui gra-
viſſimus civitatis Romanæ titulus convenire ne-
quibat) vel intra limites Romanæ civitatis eſſent,
omnes hi civium Romanorum privilegiis per-
fruantur; verba enim illa, *in urbe Romana qui
ſunt*, ſenſum iſtum admittunt, *qui ſunt*, dixit, ideſt
commorantur, receptiſſima verbi ſignificatione, *l.
præſes* 3. *D. de officio Præſidis*, *dum in Provincia* 8
eſt, *nam ſi exceſſerit privatus*, *l. ejus* 27. §. *Celſus*
2. *D. ad municip.* Plaut. *in Menech. act.* 5. *Scen.*
5. *Jam hic erunt*, *afferont iſtum*, & infra. *Jam
ego illic faxo eris*, atque ibi: *Hic ero uſque ad noc-
tem.* Cum enim cives origine, manumiſſione, 9
allectione, adoptioneque fierent, *l.* 1. *D. ad
municip.* & *de incolis l. cives* 7. *C. de incolis*, *Lib.*
10. non domicilio, vel commoratione aliqua in 10
civitate, *dict. l. cives*, *l. privilegio* 6. & *fere per
totum tit. C. de incolis*: indulgentiſſimum Anto-
ninus beneficium conceſſit incolentibus, vel com-
morantibus Romæ ex quacumque cauſa. Idque na-
tura recto judicio alienum percenſeri non debet.
Si enim Roma communis patria omnibus fuit, *l.* 11
Roma 33. *D. ad municipal.* & caput terrarum or-
bis, *l. deprecatio*, *D. ad l. Rhodiam de jactu l. ſi
duas* 6. §. *Romæ* 12. *D. de excuſat. tut. cap. duo
ſunt* 10. *diſt.* 96. merito omnes in ea detenti, vel
habentes domicilium civitate Romana condeco-
rantur; nam id in cauſa fuit, ut quiſque externus
Romæ conveniri poſſet, ni privilegium revocan-
di domum haberet, *l.* 2. §. *legatus* 3. §. *omnes*
4. *l. non alias.* 24. *D. de judiciis*, ut docte expli-
cat Donel. *Lib.* 17. *comm. Cap.* 13. & *ibi*, Oſvald.
Hilliger. Circa quod varias conſtitutiones Antoni-
num Pium confeciſſe teſtis eſt Dominus Ulpian.
dict. l. 2. §. 3. & 4. ut ſic conjectura duci poſſi-
mus, & conſtitutione ſua effeciſſe P. Romani ci-
ves omnes, ſine diſcrimine commorantes in eo,
cum beneficiorum genus affine ſit. Coëgerunt 12
Romani, vel allexerunt arbitramentis variis, in-
gentem multitudinem in urbem ſuam, invigilarunt-
que ſemper quomodo inundaret civitas civibus.
Offert ſe primum aſylum, quod Romulus ape-
ruit, ad quod (transferam T. Livii verba *Lib.* 1.) 13
*ex finitimis populis turba omnis ſine diſcrimine, liber an
ſervus, eſſet avida novarum rerum, perfugit, idque
primum ad captam magnitudinem roboris fuit*, con-
ſentiunt Plutarch. *in Romulo*, D. Halicarnas. *Lib.*
2. *antiquitat. Rom.* & ſic noviſſime conſideravit
Juſt. Lipſius *Lib.* 1. *de magnit. Roman. Cap.* 7.
dum incrementorum cauſas tantæ urbis inquirit:
quam enim cauſam Romulus duxit, ut naſcen-
tem Romam procrearet, & augeret, eandem
Antoninus æſtimavit, ut jam caducam, vel ca-
dentem erigeret, aut ſaltim adultam conſerva-
ret: Sed etiam multum auxit populi multitudi- 14
nem altera Romuli lex, (judicio ejuſdem Lipſii
dict. Cap. 7.) quæ neceſſitatem impoſuit educandi
quidquid natum eſſet, ni monſtroſum foret, teſ-
te D. Halicarnaſſeo *Lib.* 2. *antiquit. Roman.* quam
inter Romuli leges F. Balduinus inſerit, & cum
aliis illuſtrat, ſed eruditiſſime Alphonſus Carranza
de partus deſignat. Cap. 4. *num.* 3. 7. 9. & fere
per integrum caput cujus legis verba iſta feruntur,
*quod natum erit, parentes tollunto, monſtroſos
tamen partus, ſine fraude exponi fas eſto.* Quid 15
referam congeramque leges varias, quibus Ro-
mani curarunt ſuæ civitatis complementum?
reſpice dotium favores, & per eos matrimonia,
indeque filios, ut ex illis repleretur civitas civi-
bus, ut omnia ab interpretibus, *ex l.* 2. *D. ſo-
lut. matrim.* colliguntur. Reſpice præmia, & pœ-
nas, quibus invitabantur, & compellebantur ad
matrimonia Romani per legem Juliam de mari-
tandis ordinibus, & Papiam Poppeam, & quæ

 prohibitum

prohibitum fuit ne Romanus niſi Romanam ducere poſſit, quæ Romæ juſtæ nuptiæ erant, ut Juſtinianus præſcripſit *in princip. inſt. de nuptiis*, & ab eo Roſin. *antiquit. Rom. Lib.* 5. *Cap.* 37. (de quibus *Lib. precedenti*, aliqua dedimus) Anxia mehercle Romani Senatus fuit cura locupletare hominibus civitatem ſuam: nec ultra excogitandum ſit in hac re, cum à Romanis cunabulis pro certo nobis traditus ſit peraudax Sabinarum raptus in civitatis incrementum. Æquis equidem rationibus Imperator Antoninus civitate cunctos
16 Romæ permanentes donavit, nec primus ille id arbitratus fuit, ſed vigilantiſſimus civitatis ſuæ conditor Romulus, qui non ſolum exteros recepit in ea, ſed victos & hoſtes, cujus ad augmentum ſaluberrimum arbitrium Claudius in Tacito laudat 11. *Annal. Num pœnitet Balbos ex Hiſpania, nec minus inſignes viros e Gallia Narbonenſi tranſivisse? manent poſteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud? exitio Lacedemoniis, & Athenienſibus fuit, quanquam armis pollerent, niſi quod victos pro alienigenis arcebant, at conditor noſter Romulus, tantum ſapientia valuit, ut pleroſque populos, eodem die hoſtes, dein cives, haberet, advenæ in nos regnavere*, quod reſpexit Claud. Claudianus 3. *de laudib. Stiliconis V.* 150. Romanam majeſtatem celebrans.

Hæc eſt in gremium victos quæ ſola recepit,
Humanumque genus communi nomine fovit.
Matris, non dominæ ritu, civeſque vocavit
Quos domuit, nexuque pio longinqua revinxit.

Sed ante Claudium Romulus (quem in autoritatem adducit) qui non ſolum hoſtes, ſed & reprobos, homines ad aſylum confugientes, adducebat civitatis donatione, ut in ea permanerent; ſic ſcripſit D. Halicarn. *Libr.* 2. *antiquit. Roman.* verba ſunt. *Pollicitus eo confugientibus impunitatem in honorem numinis, & ad manendum apud ſe invitans, oblato jure civitatis parteque agri adempti hoſtibus*, quam inter præcipuas cauſas ad acceſſionem tantæ civitatis fuiſſe judicavit Lipſius præſignato loco. Sed nihil aptius noſtræ ſententiæ convenire poteſt, quam Julii Cæſaris conſtitutio apud Suetonium, *Cap.* 42. qua *omneſque* (verba
17 hiſtorici ſunt) *medicinam Romæ profeſſos & liberalium artium doctores, quo libentius & ipſi urbem incolerent, & cæteri appeterent, civitate donavit.* Quid enim aliud Antoninus egit, quam Cæſaris ſingularem conſtitutionem in medicis, artiumque liberalium doctoribus, eodem mentis rationiſque ductu extendere ad alios quoſcumque in civitate commorantes? Ecquis addubitare poterit non magnam cauſam fuiſſe ad multitudinis hominum confluentiam nobile, utileque privilegium civitatis Romanæ? neutiquam: cum & ipſamet ratio demonſtret, & experientia primorum Regum, & Imperatorum. Cuncta enim iſta, & alia Imperatorem Antoninum commovere potuerunt, ut in exemplum aliorum Cæſarum conſtitueret, omnes, qui in urbe Romana eſſent, ea civitate condecorari. Reſpice, precor, mi lector, congruentiſſimis rationibus antiquam defenſam lecturam, deſpecto Accurſiano intellectu: propter cujus abſurditatem A. Alciatus, & alii *τὸ in urbe Romana* converterunt *in orbe Romano*. Sed qua hiſtoriæ, lapidis, tabulæque antiquitate comprobant, tam ingens beneficium contuliſſe, & propagaſſe Antoninum in cunctas Romanis ſubditas gentes? Quod indubio omni fide indignum videbatur, cum è monumentis Juriſprudentiæ, & eruditionis eruamus, paucos, & illos meritiſſimos, Romana civitate fuiſſe condonatos: quid judicabimus de infamium gentium colluvie? non ſolum videtur dictu ſed cogitatione abhorrere.

Alciatus autem *dict. Cap.* 21. noviorem lectio- 18
nem ſcilicet, *in orbe Romano*, inveniſſe in Pandectis Etruſcis, prætuliſſeque eam lectionem cæteris omnibus, quod iniquum cuicumque judicabitur, quod in tantum novitati indulgeamus, ut antiquiſſimam lectionem omnibus veritatis partibus conſtantem deſeramus, hoſtiliterque prorumpamus, cum imo pro conſervanda antiqua lectione invigilare deberemus, magno enim antiquitas favorem prægaudet. Una Etruſca lectio, univerſis omnibus antiquis receptiſſimis præponenda erit? Dicet aliquis, quod beneficium fuit iſtud in paucos forte mercatores, & fœneratores mercium cauſa commorantes Romæ? ſed quicumque talia ſenſerit, non recte judicabit; ingentis liberalitatis beneficium fuit: innumeræ di- 19
verſæ gentes continebantur in ea exteræ, & incives; ita ut omnes nationes habitantes, omneſque civitates in ea apparerent; Forner. 1. *ſelect.* 13. quod reſpexit Martial. *Lib.* 8. *epigr.* 61.

Spargor per omnes, Roma quas tenet gentes,

Et *Libr.* 12. *Epig.* 8.

Terrarum dea, gentiumque Roma,
Cui par eſt nihil, & nihil ſecundum.

Et Frontin. *de aquæductib. Regina, & domina orbis, quæ terrarum Dea, gentiumque conſiſtit, cui par nihil, & nihil ſecundum*, unde Nazarius Panegyr. Conſtant. *vocat arcem gentium*, & ante eum Cic. *in Catilin.* bene Claudius Claudian.

Humanumque genus communi nomine fovit.

Et Rutilius.

Feciſti patriam diverſis gentibus unam.

Et ſic aptiſſime Virgil. 7. *Æneid. maximam rerum.* Domum dixit, Dyoniſ. *in orbis deſcript. V.* 856.

Matrem omnium urbium, opulentam ſedem.

Ab Athæn. 1. *Deipnoſoph.* 15. appellatur τῆς οἰκου- 20
μένης ἐπιτομὴ *epitome, & compendium totius terrarum orbis*, Galen. *Lib.* 1. *comment.* περὶ ἀφόρ. ſimiliter τῆς οἰκουμένης ἐπιτομὴν vide P. Pithœum *Lib.* 2. *ſubceſiv. Cap.* 18. M. Anton. Muret. *Lib.* 17. *variar. lect. Cap.* 12. Hadrian. Jun. *Lib.* 4. *animadverſ. Cap.* 4. Joſeph. Caſtall. *Capit.* 35. *variæ lection.* Hieron. Mag. *Libr.* 4. *mis. Cap.* 5. Rutilium Numatian.

Urbem feciſti, quæ prius orbis erat.

Sed optimus eſt Ovidian. diſtichus 1. *de arte amand. V.* 173.

Nempe ab utroque mari juvenes, ab utroque puellæ
Venere: atque ingens orbis in Urbe fuit.

Ex quo Hieronim. *Magius* 4. *Miſcell.* exiſtimabat communem patriam Romam vocari, propter varias gentes in ea commorantes, potius quam quod Romanus orbis civitate Romana donatus fuiſſet (contra Alciat., A. Auguſtin., Cujac., Bodin. alioſque) & ſic Alexander apud Plutarch. *in eo*, communem civitatem orbem terrarum vocabat, & caſtra ſua illius civitatis caſtra; ex Bodin. refert Oſvald. *dict. Cap.* 13. *Libr.* 17. *com.* Sed pro ſententia Magii accipe à me perapteum locum Burchardi de Monte Sion *in deſcriptione terræ Sanctæ in §. de terra Jeroſolymitana.* Cujus hæc ſunt verba. *Hæc antiquis temporibus fuit communis patria nationum, quæ ad loca cauſa colendi, illuc de quibuslibet partibus convenerunt*, liquet ergo, conveniri Romæ numeroſam variamque gentium multitudinem peregrinorum. Et quamvis ferremus noviorem lectionem, ſcilicet *in Orbe Romano*, cum igitur propter eandem multitudinis cauſam urbs illa Romana, Orbis diceretur ex Rutilio, Ovidio, & aliis proxime datis, noſtra interpretatio litteræ utrique convenit, quod in Orbe Romano 21
qui ſint, ideſt commorantur in civitate Romana, cives Romani effecti ſint. Quem intellectum præſenſiſſe, & irriſſe videtur, A. Alciat. 2. *diſp.*

c. 21.

c. 21. frigidiſſima ratione, *nam nimis* (verba Alciati ſunt) *novum eſſet, ſi idcirco, quod quiſquam Romæ eſſet, civis Romanus haberetur*, imò ſemper novitatem privilegia obtinent, §. *ſed quod principi placuit, inſt. de Jure natural. gent. & civ. Cap. privilegia* 3. Cicero *Lib. 3. de legibus.* Sed quid novius, magiſque inauditum adverſumque bonæ rationi eſſet, quam cives fieri Populi Romani, non ſolum homines, qui nunquam habitarunt, nec in eum ingreſſi fuerunt, ſed integras, alienigenas barbaraſque nationes. Sed imò tale beneficium repugnat civitatis origini, & naturæ, cum enim primi homines (ut ſcripſit Diodor. Siculus
23 *Lib. 1. Cap. 1. Biblioth.*) per agros ferarum more paſtum conquirerent, belluaſque infenſas timerent, *quibus ut obſiſterent, cœtus hominum ob timorem factos ajunt, communis utilitatis gratia, auxiliaque invicem præbita, & loca habitaculis quæſita*, id
24 eſt civitates conſtructæ, & collatæ: ſecundum veriorem lecturam, *l. 5. D. de Juſt. & Jure* (male intellectam, ſeu potius corruptam ab Haloandro, qui pro *collata*, repoſuit, *collocata*, quod jam à Corraſio, Ruſſardo, & aliis animadverſum eſt) civitates enim à cœtu, ſocietateque hominum conjuncta dicuntur, & denominantur, M. Tull. Cic. in ſomnium Scipionis: *Nihil eſt enim illi Principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam Concilia, cœtusque hominum Jure ſociati, quæ civitates appellantur.* Nonius Marcell. *de different. verb. fol.* mihi 429. Varro *de lingua Latin. Lib.* 9. D. Iſidor. *Lib. 9. Etymol. Capit.* 4. quod placuit aliis. Improprliſſimum ergo eſt civitate donari diſſitas provincias, & gentes; propiuſque rationi videtur intra pomœria eadem conſiſtentes, & cohabitantes cives fieri. Vel intelliges verba, *in orbe Ro-*
25 *mano*, ſcilicet τὸ *orbis*, pro circulo ſacro, ſeu orbe, qui in deſignatione civitatis ſolemniter aratro fiebat, de quo tractant A. Clarus Silvius *Lib. ſingular. ad l. 12. tab. fol. m.* 186. Hieron. Magius *Lib. 3. Miſcell. Cap.* 13. Ex quibus omnibus concludimus beneficium Antonini ex iſta interpretatione ſummam rationem, ſummum incrementum P. Romani, ſummamque liberalitatem in multos advenas, & peregrinos in eo commorantes habere.

Diſputationis aviditate prolapſus ſum: conculcatam communi ſtylo lectionem informavi, erexi, & putri deformatam luto pulcherrimam reddidi: nutantem docti viri reliqui animum peneque his fortiſſimis conſiderationibus in eam ſententiam protrahebatur, jamque annuebat, cum complicatam mentem detinui, & diſſolvi. Non ſic enim novitatem amo, quod ejus laude à veritate ambicioſus declinem: cum pro ea memetipſum deferam, & injuriæ, irriſioni, palinodiæ libentiſſimus me exponam, ô ſancta Juris ratio, cordis aris pura mente ſanctiſſime colenda! mehercle ſemper placuit novior receptiorque
26 lectio, & interpretatio, τοῦ *in orbe Romano*, doctioribus ſane viris receptior fuit, utpote Cujacio, A. Fabro, Hugoni Donello (quos refert Oſvald. Hilliger. ad Donel. *Lib. 2. com. Capit.* 16.) A. Alciato, Barboſæ, Arias Pinelo (quorum mentionem facit, ſequiturque D. Franc. de Amay. *Lib. 1. obſervat. Cap. 1. num.* 85.) atque noviter eidem Amayæ *in Commentar. ad rub. C. de incolis & ubi quis domicilium, num.* 4. *& ad l. Cives* 7. *num.* 81. *C. eod. tit. & ad l. unicam, C. de auro coron. num.* 16. Guidoni Pancirol. *Lib. 2. Theſaur. var. lect. Cap.* 7. Joachimo Mynſingero, & Borcholten *in §. fin. Inſt. de patria poteſt.* Joanni Corraſio, A. Mornacio, Æguinario Baroni *in commentario ad dict. l. in orbe Romano*, Antonio Auguſtino *Libr. ſingular. ad Modeſtinum*, Hieronimo Magio *Lib. 4. Miſcell. Cap.* 5. Franc. Modio *in notis ad iſtam legem*, C. Barthio *Lib. 23. adverſar. Cap.* 2. Ant. Pichard. *in princip. inſt. de hered. inſt. num.* 13. Juſto Lipſio *de magnitudine Romana Lib. 1. Capit.* 7. Matthæo Radero *in vita Valerii Martialis*, A. Schotbo *in notis ad Aurelium Victorem*, in loco infra referendo, Salmaſio *in notis ad Ælium Spartianum in Adriano pag.* 4. Caſaubono *in Capitolino in M. Antonino Philoſopho pag.* 25. D. D. Joan. Larea 1. *tom. deciſ. Granat. diſput* 9. *à num.* 16. & ipſo Accurſio *in l. 3. D. de his qui ſunt ſui, vel alieni Juris*, qui cives Romanos intelligit ſubjectos Imperio Romano, quamvis nulla certa autoritate probet: ſuſpicor ſane an ejus gloſſa ſit.

In principio enim, civitatis donatio paucis, 27
& his optime de Republica meritis fiebat: poſtea crebuit beneficium, & multi cohoneſtati civitate Romana evaſerunt: & tandem confinibus gentibus indultum: ultimoque, aliis remotioribus provinciis: tractant A. Alciat. *Lib. 2. diſpunct. C.* 21. P. Matheus Rader. *ubi proxime*, & alii ab Oſvald. relati, *Lib. 2. C.* 16. B. Briſſonius *Lib. 1. ſelect. C.* 13. Carolus Sigonius *de antiquo Jure Italiæ Lib. 2. C. 6.* & *Lib. 3. C.* 1. Amaya *ad l. cives 7. C. de Incolis, n. 79. & ſeq.* Alex. ab. Alex. *Lib. 4. dier. gen. C.* 10. D. Melchior de Vallentia *Lib. 1. Illuſt. Jur. tract. 3. C. 7. n.* 3. Ann. Robert. *Lib. 3. rerum judicatarum, C.* 13.
Tandem piiſſimus Imperator T. Aurelius Antoni- 28
nus id opus liberaliſſime complevit, cunctum Imperium Romanum, & orbem civitate donando, cui enim magis deberetur tam inſignis gratia,
quam illi qui tam inſigni pietate à natura conde- 29
coratus fuit? ut colliges ex Capitolino, S. Aurelio Victore, *in eo* Wernero Rolenvinck in *faſciculo tempor. f.* 29.

Sed antiquitatem iſtam certam facit Juſtinianus 30
Novella conſtitutione 78. §. *fin.* aperte ad Antoninum hoc beneficium referens; addo gravem etiam teſtem Aurelium Victor. *de Cæſarib. in noſtro Antonino n.* 16. ibi: *Data cunctis promiſcue civitas Romana*, ſed apertior eſt D. Auguſt. *Lib. 5. Civit. Dei. C.* 18. & idem ſanctus in *comment. ad Pſalm.* 58. *p.* 1. & in Baſilicone *Lib. 46. tit.* 1. legitur ἐν τῇ Ρωμαίων γῇ, id eſt, *in Romana terra*, Cujac. tamen vertit, *in orbe Romano qui ſunt cives Romani*, quo loco Scholiaſta ſubjicit hæc verba: *In orbe Romano qui ſunt, hoc eſt, qui ſunt ſubjecti Romanis, etiamſi ipſam Romam non habitant, ſunt tamen cives Romani ex conſtitutione Antonini Imperatoris*: dubita nunc de conſtitutione Antonini: addo his Savaronem *in comm. ad Sidon. Apolin. Lib. 1. Ep.* 6.

Sed ſilentio præterire non poſſum errorem P. 31
Mathei Raderi *in commentar. ad vitam Martialis*, qui tam ſpectabilem pietate conſtitutionem Antonino Caracallo attribuit, cum bellua illa nihil aliud faceret, vel excogitaret, quam carnificinam hominum, quo horroris ſpectaculo delectabatur: ſed alium etiam errorem Catenæ Patrum Græcæ, hanc conſtitutionem Adriano dantis. jam prævidit Scothus *in notis ad Aurelium Victorem ſup.*.

Fefellit mehercle noſtrum Accurſium, primo 32
ignorantia vocum τῶν *in orbe Romano*, cum videret mundum immenſum eſſe, Plinius *Lib. 1. natural. Hiſt. C.* 1. cum pro dignitate, & majeſtate pop. Romani hyperbolica juſtiſſimaque elegantia merito Conſultus Romanum Imperium mundum,
ſeu orbem appellavit, præſenſit A. Fab. *in ratio-* 33
nali ad l. deprecatio. D. ad l. Rhod. de jact. & ibi alii interpretes, D. Fran. de Amay. *Lib. 1. obſervat. C. 1. à n.* 80. ſed & ego *ad l. 1. D. de leg.* 1.

ſed nunc accipe in aſſertionem hujus loquendi formæ ſequentes autoritates 1. poëtas: P. Ovid. Naſo de Nuce.

34 *At non ille Deus pacem intra mœnia tantum,*
Auxilium toto ſparſit in orbe ſuum.

Claudius Claudian. in laudib. Serenæ *Verſ.* 46.

—— Nec dum moderamina mundi
Sumpſerat illa domus.

Et de Bello Gildonico, *V.* 96.

Ille diu miles populus qui præfuit orbi.

Statius *Lib. ſilvar.* 4. *ſilva* 1. *V.* 17.

Salve magne parens mundi, qui ſæcula mecum
Inſtaurare paras.

Et in Epulo Domitiani. *V.* 14.

Te ne ego regnator terrarum, orbisque ſubacti
Magne parens.

Vide etiam *Lib.* 3. *Silv. lacrimæ Hetruſc.*

Hoc blanditiarum telo M. Valer. Martial. ſæpiſſime impetit Cæſares, vide *ep.* 5. *Lib.* 1.

Terrarum dominum pone ſupercilium.

Quod reſcripſit *Lib.* 7. *ep.* 4. *& Lib.* 8. *ep.* 3. *& Lib.* 5. *ep.* 4. *& Lib.* 7. *ep.* 6. *& Lib.* 8. *ep.* 32. Et ante omnes P. Virg. Mar. 4. *Ænei. V.* 231.

—— Ac totum ſub leges mitteret orbem.

Sybillina oracula *Lib.* 4.

—————— Occiduumque
Surget ab Italia bellum, cui ſubditus orbis
Subdet colla, jugis Italiæ ſervire coactis.

Petronius Arbiter, *Cap.* 7. *ſatyricon.*

Orbem jam totum victor Romanus habebat
Qua mare, qua terræ, qua ſydus currit utrumque.

Corripus.

—————— Spes urbis, & orbis
Romani Jubar imperii.

Dices id licere poëtis: ſic plerumque audenti-
35 bus loqui facultate propria; non ſic eſſe in ſolutis ſcriptoribus, ſed jam invenies contrarium in Amaya *dict. Cap.* 1. Cui addo Velleium Paterculum *Lib.* 1. *hiſtor. Roman. Neque ſe Roma, jam terrarum orbe ſuperato, ſecuram ſperavit, & Lib.* 2. ſcribens mortem Pompeï, *hic poſt tres conſulatus, & totidem triumphos, domitumque terrarum orbem,* & infra. *Auguſtus poſt reditum in urbem Reipublicæ Populoque Romano terrarumque orbi repræſentavit,* & infra, *bella ſub Imperatore geſta, pacatusque victoriis terrarum orbis,* & infra (Cæſar) *terrarum orbis digreſſum à cuſtodia Neronem urbis,* & ad finem libri, *& quidquid numinum hanc Romani Imperii molem in ampliſſimum terrarum orbis faſtigium extulit,* & infra. *Tam fortiter ſuſtinendo terrarum orbis Imperia ſufficiant,* & aliis locis. Trebell. Pollio in Valerian. *Valerianus & filium Imperatorem habet, & nepotem Cæſarem, & quid? habet, & omnem orbem illum Romanum.* Idem de Galieno, *qui natus Abdomini, & voluptatibus dies, ac noctes vino, & ſtupris perdidit orbem terrarum.* Flav. Vopiſcus in Aurelian. *D. Aurelianum clariſſimum Principem, ſecuriſſimum Imperatorem, per quem totus Romano nomini orbis eſt reſtitutus,* D. Hieronimus epiſt. ad Heliodorum. *Romanus orbis ruit, & tamen cervix noſtra erecta non flectitur,* accutiſſime L. Florus in *prolog. ad Lib.* 1. *hiſtor. Rom. Ita enim late ubique per orbem terrarum arma circumtulit, ut qui res ejus legunt, non unius populi, ſed generis humani facta diſcant,* Juſtin. *Libr.* 43. *in princip. nec utique originem urbis, quæ eſt caput totius orbis, perſtringit,* D. Halicarnas. *Romana urbis imperat toti terræ, qua quidem inacceſſa non ſinit, habitaturque ab hominibus, ſed & toti mari imperat, non ſolum huic intra columnas Herculeas, ſed ipſi Oceano, quæcumque eſt navigabilis, primaque & ſola ab omni ævi memoria terminos ſibi potentiæ fecit, orientem, & occaſum,* Cedren. *Adegit in ſervitutem univerſum orbem,* Ammian *Lib.* 14. *per omnes quotquot ſunt partes terrarum, ut Domina ſuſpicitur, & Regina,* S. Ambroſ. *in libell.* contra relationem Symach. *At is* (Pompeius) *cum tribus triumphis terrarum cinxiſſet orbem, &c.* Athenæus *Lib.* 1. Deipno. *Gentem Romanam mundi eſſe populum vere dixit, ut à ſcopo non procul ſit jaculaturus, & aberraturus, qui urbem Romam eſſe totius orbis compendium adſeruit.* S. Cyrillus Alexand. commentario in Michæam, §. 39. *Poſtquam Romanorum principatus, imperiumque clariſſimum urbem terrarum ſubegit, ſub unum jugum gentis univerſæ conducta.* Unde noviſſime J. Barclaius 1. *Argen. nondum Orbis adoraverat Romam, nondum Oceanus deceſſerat Tybri:* unde apud J. Hemelarium *tabuli.* 34. Juliani Imperatoris togati, dextraque tenentis orbem, viſitur cum hac inſcriptione RECTOR ORBIS, vide interpretes in his locis Juſt. Lipſium *Lib.* 1. *de magnitud. Roman. Cap.* 2. *&* 3. Cerdam *ad* 6. *Æneid. Virg.* 782. *num.* 7. *&* 8. Dioniſ. Gothofred. *ad l.* 1. *C. de ſumma Trinitat.* Hier. Mag. *d. Lib.* 4. *miſcel. Cap.* 5.

Sed & noſtri juris civilis autores agnoverunt eandem hyperbolicam elegantiam, utpote Con- 36
ſtantinus *in l.* 1. *C. de Eunuch. Si quis poſt hanc ſanctionem in orbe Romano eunuchos fecerit, l. unica, C. de caducis tollend. ab orbe Romano. recludere l. unica,* verſ. *Cum autem, C. de uſucapion. transf. Non tantum in Italico ſolo nexu, ſed in omni orbe terrarum, l. deprecatio, D. ad l. Rhodiam de jactu* ἐγὼ μὲν τοῦ κόσμου κύριος. Congruit Novell. 105. ideſt. *Omnibus civitatibus, & populis, & gentibus.* Unde Gelaſius Papa *in Cap. Duo ſunt* 96. *diſtinction. Duo ſunt quippe, Imperator Auguſte, quibus principaliter hic mundus regitur, autoritas ſacra Pontificum & regalis poteſtas.*

Alterum, quod decepit Accurſium, fuit, vi- 37
deri ſibi omni fide indignum eſſe, civitatem Romanam cunctis Romano Imperio ſubjectis donari: cum in magnum beneficium benemerito alicui daretur, & ſic ſummo errore beneficium iſtud Antonini ad libertinos reduxit, qui quidem ſi perlegiſſet Romanas antiquitates (heu quantum ignoratione harum peccatur! quantaque barbaries in noſtros juris civilis Interpretes ingruit!) Crederet ſolum Antonino Piiſſimo Imperatori reſtare ut Romanum orbem civitate donaret.

A tam longa digreſſione redimus ad Juſtinianum, 38
cui Antonina conſtitutio favet, ut nec per ſolum Illiricum barbarus judicetur, cum eo ipſo, quod regio illa civitate Romana condecorata fuit, barbariem exuit, repulitque in exteras à populo Romano nationes (per ea, quæ jam diximus) prænotavitque A. Alciat. *ſup. ad tres libros Codicis in tit. de Palat. ſacrar. larg.* vide Barnab. Briſſ. *Lib.* 1. *antiq. Cap.* 13.

CAPUT

C A P. XI.

De Imperatore Juſtiniano, ejus litteris, ſapientia, & operatione in Jure Civili, à num. 1. cum ſeqq. Barbarus propter majeſtatem Imperii dici non debebat. 2. Qui ἀναλφάβητον, *& litterarum expertem dixerunt. 3. Qui doctum, & ſapientem. 4. Sed & antiqui ſcriptores ejus litteras, & ſapientiam laudant 5 An libros de incarnatione ſcripſerit? 6. Autor, & conditor fuit Juris Civilis. 7 Sed id qualiter? Nam variæ leges, deciſiones, conſtitutiones, novellæ, edicta ſui ipſius propriæ fuerunt, nam ipſe præſcripſit. 8. Tribonianus, & conſocii Novellas in ordinem diſpoſuerunt ex mandato Juſtiniani. 9 Sic ſimiliter Inſtitutiones, Pandectas, & Codicem 10. Sed Juſtinianus delineavit primo compilatoribus compoſitionem. 11. Atque eis aliquando adſiſtebat, percontabatur multa, multasque difficultates diſſolvebat. 12. Perfectum opus oblatum ei fuit, & vidit, & recognovit. 13. Autor merito acclamatur Juris Civilis, & tanti beneficii. 14. Sic graves Scriptores Jus Civile Juſtiniano attribuunt. 15. Suidæ reſpondetur. 16. Ejus fides, & autoritas apud multos valet. 17. Barbarica nota fictio, aut præſumptio Juris naturalis non fuit, ſed aliquarum gentium 18. Qui impolitos mores, barbariemque linguæ exuit, barbarus dici non debuit. 19. In factis enim, duroque cortice morum barbaries conſiſtebat. 20. Anacharſis expenditur ſententia. 21.*

1 ADhuc Juſtinianus nos tenet, ſed ſi verum loquimur, Juſtiniani occaſione eas quæſtiones aggredimur, inſtitutæ viæ peraptas, & perutiles. In hoc tractu capitis gloria poſthumi nominis Juſtiniano adſeremus, litteras, & ſapientiam & quod debemus in Juris Civilis compoſitione capitibus integris duobus barbaricam Juſtiniani notam longe propellemus: adde illis, quod quam-
2 vis infortunium patrii ſoli dehoneſtaret tantum Imperatorem, adhuc Juſtiniani majeſtas non ferret ſimilem notam. Conſidera Illiricum hominem tranſlatum Romam, in Imperatoria aula conſtitutum, in ſolio terrarum orbis ſedentem, & erubeſces appellare barbarum. Si omnes præter Romanos, & Græcos barbari erant, qui mundi dominus, & Romanorum Imperator barbarus dicetur? Dices, parum proficere majeſtatem ad excuſandam barbariem, ſi ipſe Juſtinianus littera-
3 rum expers, & ἀναλφάβητος fuit, teſte Suida, qui plures noviorum interpretum in eam ſententiam traxit, utpote A. Alciat. *Lib. 4. diſpunct. c. 7.* G. Budæum *in annotationib. priorib. ad Pandectas ad l. fin. D. de ædilit. edict.* Conr. Ritterſhuſium *in Novellas p. 11. c. 1. n. 12.* Fran. Raguell. *ad deciſ. Juſtinian. Lib. 1. ad tit. de Juſtinianeo Codice confirmand.* Catollian. Cottam *in tractatu de Juriſperitis f. m. 477.* Cælium Rhodigin. *Lib. 25. lectionum antiq. c. 12.* Annotatorem Nicephori Calixti *Lib. 17. Cap. 21.* Ægidium Perinum *in Juſtiniani vita*, Fran. Connanum *Lib. 1. commentar. Juris Civilis, c. 9. n. 4. & Lib. 4. c. 5. n. 6.* Joan. Boſchæum Neuſtrium *Lib. 2.* [illegible] *in princip.* Franc. Hotoman. *in inſtitutionib. in vita Imperatoris illis præfixa.* Unde A. Faber *in Juriſprudentia Papinean. tit. 6. princip. 6. illat. 3.* audacter notat eum, Carranza *de partus deſignatione, C. 3. §. 2. ſect. 1. n. 57.* nunquam Juſtinianum percepiſſe ſcribit Juriſconſultorum reſponſa: lege impudentiam Forcatuli in Necyomantia Juris *dialog. 82. num. 2.*

4 Sed tamen graviſſimi viri ſenſerunt aliter de Juſtiniano (quod pium & æquius fuit) & eum magnum Imperatorem habuerunt doctum, & ſapientem pace belloque, utpote D. Franciſc. de Corduba, Nicol. Alemanus, quos refert, & ſequitur D. Fran. de Amay. *in præfatione ad tres poſteriores libros Codicis*, A. Contius in *Juſtiniani vita*, Oſvald. Hilligerus in *præfatione ad 1. tomum commentar. Donelli*, Fran. Balduinus in *præfatione inſtitutionum in §. cumque hoc Deo propitio, n. 10.* Hubertus Giſanius *in tract. de Imperatore Juſtiniano, f. m. 8.* optime A. Mornacius *in obſervation. ad Lib. 2. Codicis in 3. conſtit. de emendatione Codicis*, Horatius Turſelin. *Lib. 6. epitom. hiſtor. anno à Chriſto nato 527.* famam ingentem ſapientiæ Juſtiniano attribuit. M. Antonius Sabellicus *Enneid 8. Lib. 2.* majorem ingenii felicitatem fuiſſe Imperatori, quam bellorum, additque alia verba multum laudum Juſtiniani plena. Wernerus Rolenvinck *faſciculo temporum anno Chriſti* 494. longe effunditur in meritas ejuſdem laudes, Joan. Hemelarius *in Imperatorum numismatibus tabul. 63. in noſtro Imperatore*, Onuphrius Panvinus *in commentario ad Lib. 3. Faſtor. f. m.* 425. Bernard. Rutil. *de vitis Jureconſult. in Triboniano, & ſociis, f. m.* 175. Zaſius *ad l. 2. §. & cum placuiſſet, D. de orig.*
Jur. ſed claſſici etiam ſcriptores conteſtantur lit- 5
teras, & ſapientiam noſtri Cæſaris, Caſſiodorus ſapientem vocat *Lib 10. epiſtolar. epiſt. 9. & 22.* agnoſcit Corippus *de laudib. Juſtini*, Sæpius Procopius *Lib. 1. de bello Vandalico, & Lib. 5. de ædificiis Juſtiniani*, ingenium, prudentiam, litteras ſæpius laudat, & Agathias *Lib. 5.* idem tradidit. Monachus Weingartenſis *in Chronico à Chriſto nato in Juſtiniano noſtro*, ſubjicit, *iſte Juſtinianus Rempublicam factis, & dictis reparavit*, convenit Herman. Contractus in *Chronicis anno 548. & antea anno 526.* ibi: *Multa pietate, & prudentia conſpicuus*, Paulus Warnefrid. *Lib. 1. de geſtis Longobard. Cap. 25. in princip. Hac tempeſtate Juſtinianus Auguſtus Romanum Imperium felici ſorte regebat, qui & bella proſpere geſſit & in cauſis civilibus mirificus extitit*, & alia infra. Nunc ſpecta gravis autoris verba Platinæ in Bonifacio 2. *quem quidem Imperatorem tanti conſtat ingenii, tantæque doctrinæ fuiſſe, ut mirum non ſit ſi leges Romanas ſparſas, & incompoſitas in ordinem ad utilitatem hominum redegerit, eaque abſciderit, quæ ſupervacanea & inutilia videbantur, &c.* ſubjicit etiam Platina, *ſunt præterea qui dicant Juſtinianum ipſum libros de Incarnatione Domini eleganter ſcripſiſſe*, quod

& Sabellicus refert, & ab iſtis ſcripſit Ægidius
Perrinus *in ejus vita*. Guilielm. de Baldenſel *Hodæ-*
6 *poricon ad terram ſanctam*, æquiſſimum Juſtinia-
num vocat, in principio, dum illud admirabile
templum ab ipſo conſtructum (quod ipſe Gui-
lielm. oculis perluſtravit) debitis verborum or-
namentis extollit; Nicephorus Calixtus *Lib.* 17.
Eccleſiaſticæ hiſtoriæ Cap. 20. inſignem Architec-
tum fuiſſe ſcribit (de cujus artis laudibus ſuo loco
dicam) vide, mi lector, poſthumam famam Juſti-
niani: dole, & dele infamiam inuſtam ab incau-
tis, deceptis, aut malevolis hominibus.

Sed quamvis tam graves ſcriptorum autoritates
deficerent, ſi convertimus oculos ad illud ingens,
7 egregium, admirable, divinumque opus cuncti
Juris Civilis, quis niſi furioſus, rationis impos
abnegabit? litteras, doctrinam, ſapientiam, inge-
nium, eruditionem Cæſaris Juſtiniani, Replica-
bis, id Tribonianum, Dorotheum, Anatholium,
Theophilum, & ſi qui alii antceceſſores fuerunt,
perfeciſſe: ſolum mandaſſe Juſtinianum, uti *ex
proœmio inſt.* colligitur, & *ex titulo, C. de veteri
jure enucleando*, & ex aliis Conſtitutionib. *de con-
ceptione Digeſtorum*, in vanum ſua facit Juſtinia-
nus, ut (nimis impudenter) conquæritur Forcatu-
lus. Sed non ſic hujus operis glorioſæ laudes con-
8 fundi debent, imó diſtingui hoc modo. Varias le-
ges deciſiones & conſtitutiones edicta ſua pro-
pria autoritate Juſtinianus compoſuit, & edidit,
alias confirmavit, teſtatur ipſuſmet *in proœmio in-
ſtitut.* §. 1. ibi. *Omnes vero populi legibus, tam à no-
bis promulgatis, quam compoſitis reguntur.* Expreſſe
*in conſtitutione de emendatione Codicis Juſtiniani, &
ſecunda ejus editione*, §. 1. Sic Novellæ conſtitutiones,
quas Authentica vocamus, ſuæ fuerunt, ſic ipſe ſuas
vocat in proœmio Digeſtorum in prin. *oſtendere au-
tem Novellæ noſtræ compoſitionis tam utilitatem, quam
tempora*, & conſtitutione, *de emendatione Codicis*. §.
ſedeum Novellæ 2. *l.* 3. §. *ſed cum oportebat*, *C. de veteri
jur. enu.* Paul. Warnefrid. *Lib.* 1. *de geſtis Longobard.
c.* 25. ibi: *Novas quoque leges, quas ipſe ſtatuerat in
unum volumen redactas, eundem Codicem Novellarum
nuncupari ſancivit*, in his Tribonianus, Menna, &
alii ex mandato Juſtiniani, nihilaliud perfecerunt,
quam ordinem, id eſt indigeſtam Novellarum con-
9 ſtitutionum molem (prout in publicum præſcripta
fuerat unaquæque) methodica diſpoſitione dige-
rerent, & componerent, cujus rei poteſtas, ad
id faciendum refertur, *d.* §. 2. Inſtitutiones, Pan-
dectas, & Codicem Juſtincaneum compoſuerunt,
10 redegeruntque in ordinem, autoritate Juſtiniani,
& Tribonianus, & alii: ſed credemus ipſum
doctiſſimum Juſtinianum, tanti operis autorem,
non tractaſſe, & expertem cuncti ejus laboris
fuiſſe? non mehercle: re & conſilio juvavit com-
pilatores. Primo namque formam dedit, ſeu de-
lineavit compilatoribus qualiter Pandectæ, Inſti-
11 tutiones, & Codex ordinaretur, componeretur,
& diſtribueretur, executionem autem illis com-
miſit, *l.* 2. §. 1. *cum ſeqq. C. de veter. Jure enu-
cleand.* (ubi omnis Juris Civilis traditur diſtribu-
tio) & *in* §. *ſed cum proſpeximus* 11. *& in conſti-
tut. de Juſtinianeo Codice confirmando*, §. 1. & in §.
iſtum 2. ejuſdem conſtitutionis, & in *l.* 3. *C. de
veteri jure enucleand.* §. *quæ omnia* 9. poſt præſti-
tum ordinem Triboniano, & ſociis, ipſemet Ju-
ſtinianus compilantibus multoties adſiſtebat, per-
12 contabatur ab eis cuncta, quæ componebantur,
& dubia multa emergentia diſſolvebat, ut *in l.* 2.
in princip. C. de veteri Jure enucleand. ibi: *Noſtra
quoque Majeſtas ſemper inveſtigando, & perſcrutando
ea, quæ ab iis componebantur quidquid dubium, & in-
certum inveniebatur hoc numine cæleſti, recte emenda-
bat, & in competentem formam redigebat*, & in §.
1. ejuſdem conſtitutionis, ibi: *Sed cum omnia per-
contabamur à præfato viro excelſo*, & aperte etiam
in *l.* 3. *C. eod. tit. l. maximum vitium* 4. 6. *de li-
ber. præter.* ibi: *Inventum à Triboniano viro glorioſiſſi-
mo noſtro quæſtore, cæteriſque viris facundiſſimis com-
poſitoribus Juris enucleati ad noſtras aures relatum
eſt*, ſic & poſt perfectum opus, compilatores ob-
tulerunt Juſtiniano, quod vidit, & recognovit
dict. l. 3. §. *ſed cum oportebat* 11. ibi: *Utque colli-* 13
gerent, & nobis offerrent, & infra, *quam ſane legi-
timi operis partem, compoſitam nobis obtulerunt, &
nos eam totam conſideratam à nobis, & perpenſam,
recteque habere viſam noſtris ſenſibus non indignam
eſſe judicavimus*, & in §. 6. in *proœmio inſtitutionum*,
ibi: *Cum tres viri prudentes prædicti nobis obtule-
runt, & legimus, & recognovimus.* Nunc expen-
de mecum, candide lector, ſi merito magnus Impe-
rator Juſtinianus conditor juris vocari debeat: nam
magna pars juris civilis ſua propria eſt veluti illa,
quæ deciſionibus, Novellis, edictis Juſtiniani
conſtat: alia autem reſponſorum Juris-Conſulto-
rum, conſtitutionum, & reſcriptorum Imperato-
rum, ſcilicet Pandectarum, & Codicis, ipſe ani-
mum adjecit ad tantum opus, diſpoſuit, ordinavit,
& delineavit compilatoribus ſtructuram, ipſe poſtea
recognovit & relegit, ipſe multoties aſſidebat Tri-
boniano, & aliis, ipſe difficultates, quæ offereban-
tur, diſſolvebat. Idem in inſtitutionibus, ſeu tyro-
ciniis Juris-prudentiæ fecit, ſolum autem Tribonia-
nus conſociique compilatores admoverunt manus,
formam à Juſtiniano traditam, & ſub ejus correctio-
ne exequentes. Quare non eum tanti beneficii au-
torem dicemus, & acclamabimus? nam veluti dux 14
bellicæ victoriæ glorias, laudeſque præcipuas u-
ſurpat, quamvis manu ſtrenui milites, & fortu-
na magnam novaverint operam in bello, quia au-
toritas, judicium, prudentia, ſapientia, guber-
natio, majorem partem ſibi vindicant, quam for-
titudo multoties temeraria, eodem modo, quam-
tumvis Tribonianus, Theophilus, Dorotheus,
aliique compilatores inſigni pertinacia monumen-
ta Juris convolverint, & compoſuerint, attamen
proh Deus, quanto major in his fuit Juſtinianus,
qui autor tanti operis feliciſſimus extitit; primus
delineavit, diſpoſuit, ordinavit, multumque in
ejus difficultatibus inſudavit, & tandem vidit, &
recognovit perfectum, & quaſi altera natura orbi
cuncto terrarum tam uberes procreavit fructus &
edidit. Ex his probo judicium eorum, qui hoc
factum, opuſque Pandectarum, Codicis, & In-
ſtitutionum Juſtiniano attribuunt, eumque auto- 15
rem reddunt tantæ rei, utpote ſumma cum diſtin-
ctione ſcribit P. *Warnefrid. d. Libr.* 1. *Cap.* 25.
& Platina *in Bonifacio* 2. M. Antonius Sabellicus
dict. Lib. 2. *Æneid.* 8. Wernerus *ubi ſup.* Onu-
phrius Panvin. *in commentar. Lib.* 2. *Faſtor d. f.*
425. ut eleganter P. Franciſcus Linglois *in epi-
ſtola dedicatoria in commentario ſuo ad* 50. *deciſ. Ju-
ſtinian.* vocaverit eum *ſummum opificem noſtrarum
legum.* Unus ſolum Suidas hanc infamiam ſeu pe- 16
ſtem in poſthumas glorias Magni Imperatoris im-
miſit, à quo venenum hauſerunt alii, ut in ma-
gnum Cæſarem evomerent, ſed ne unus ſulum
Suidas.

Ibit ovans Argos?

Et prævalebit adverſus tantos, & tam inſignes
ſcriptores? illos præcipue qui coætanei, ſeu proxi-
miores Juſtiniano viderunt ſapientiam Principis,
aut certius veritatem hauſerunt, quid ſi expen-
das male audiſſe apud doctos autoritatem Suidæ, 17
plura commenta in ejus ſcriptis legimus, uti
præcenſuit A. Mornacius *in obſervationib. ad con-
ſtitutionem Juſtiniani de emendatione Codicis*, Jan.
Rutgerſius *Lib.* 1. *var. c.* 9. Juſt. Lipſ. 1. *elect.*
Cap. 8.

Cap. 8. Salmaſius ſæpius *in hiſtor. Auguſt.* Za-
ſius *ad l.* 2. §. *cum placuiſſet*, *D. de or. jur.* Ruti-
lius *de vitis JConſultorum in Triboniano*, & alii in-
numerabiles interpretes critici, & eruditi: con-
ſule tamen A. Contium *in Juſtiniani vita*, qui
debitis iris malevolos Juſtinianei nominis proſe-
quitur.

Non ergo barbarus Juſtinianus cenſeri debet,
18 quia ἀναλφάβητος fuit, cum imò ſapientiſſimus
Cæſar pleno ore nuncupari debeat. Sed adde,
quod hæc barbarica nota, non Juris naturalis edi-
ctum fuit, ſed imo fictio, aut præſumptio ali-
quarum gentium, qua incultæ moribus linguaque
nationes diſtinguuntur: cum ergo impolitos mo-
res (ſi aliquos habuiſſet Juſtinianus) exuiſſet &
politicum cultumque Romanum ſolium aſcen-
diſſet, iniquum eſt appellatione barbarica deho-
neſtari. Propter hanc cauſam, & quia ſe doctos
19 præſumebant Ægyptii, renuebant barbaricam no-
tam (uti ex Herodoto jam obſervavimus.) Sic e-
tiam adoleſcente Romano Imperio, Romani o-
lim barbari, & in civitatis principio, parumper bar-
baricum nomen denudarunt, & rejecerunt in cæ-
teras gentes, ægreque ferebant ſe barbaros no- 20
minari (uti prædixi ſup.) in factis enim duroque
cortice morum barbaries conſiſtebat, qui perpo-
litus prolixitate temporum cultiſſimus remanſit,
ruſticitasque ſenſim evanuit. Congruit ratio no-
ſtri Juſtiniani *in* §. *fin. inſt. de legitima agnator.
ſucceſſ.* civilem rationem civilia quidem jura cor-
rumpere poſſe, naturalia vero non utique; nam
cum barbaries civili ratione daretur corrumpi,
& commutari potuit contrario facto, & ratione:
nihil jam naturale eſſe reſpondit Ulpian. *in l. ni-
hil jam naturale.* 5. *D. de reg. jur.* quam eodem
genere quidque diſſolvere, quo colligatum eſt.
Quid aliud ſenſit Anacharſis (ut ſcripſi *ſup.*) lu- 21
di eſſe apud Scythas natum Græcorum mores
pernoſcere; & è contrario turpe apud Græcos
natum in barbarorum diſciplinas degenerare.

C A P. XII.

Sub perſona Juſtiniani diſcutitur quæſtio, an barbarus adoptatus à Cive Romano notam barbaricam exuat, à num. 1. *cum ſeqq. Juſtinianus à Juſtino ſeniore adoptatus.* 2. *Quibus modis acquiratur civitas.* 3. *Civitas eadem dicitur ſemper, quamvis primi homines mortui fuerint.* 4. *Quare manumiſſione acquiratur illa.* 5. *Apud Athenienſes adoptari debebat natus ex cive Attica.* 6. *Cultiſſimi Heliodori locus diſcutiendus proponitur per integrum Caput.* 7. *Nativitate Athenienſis civitas acquirebatur.* 8. *Prima Romani populi diſtributio in Tribus, ſeu partes.* 9. *Quicumque civis ſuæ Tribui aſſignatus.* 10. *Et ordinario jure unaquæque gens in ſua Tribu conſervabatur.* 11. *Quædam Tribus denominatæ à nobilitate familiarum.* 12. *Tribules qui dicantur.* 13. *Novi homines qualiter in Tribum conjiciebantur.* 14. *Tribulis pro cive accipiebatur.* 15. *Plerumque in nominatione civis Tribus addebatur.* 16. *Unusquisque civis in ſua Tribu cenſebatur.* 17. *Explicatur Livius.* 18. *Incenſitorum pœna.* 19. *Cenſu qualiter ſervus adipiſcebatur libertatem.* 20. *Lex de Cenſoris poteſtate.* 21. *Filiifamiliàs in Tribu paterna cenſebantur.* 22. *Aliquando in alienam Tribum tranſibant.* 23. *Tribus à loco, & habitatione Romani ſoli conſiderabatur.* 24. *Quæ ætas ad cenſendos filios requirebatur.* 25. 26. *Cenſu filius civis Romanus declarabatur.* 27. *Illuſtratur Heliodorus.* 28. *Ephebus quis.* 29. *Difficilis Plutarchi locus expenditur.* 30. *Explicatur Zonaras.* 31. *Dantur aliqui qui cenſiti erant, & non erant cives Romani.* 32. *Inſinuatur Plutarchi incuria, ſeu lapſus.* 33. *Leonis cognomen, nec in urbe, nec in civitate Romana cognitum fuit.* 34. *Athenienſis Reſpublica in certas Tribus diſtributa.* 35. *Cliſtenes eas Tribus auxit.* 36. *Quæ proprie* φυλαὶ *dicebantur.* 37. *Et* δῆμοι. 38. *Tribus iſtæ in curias, ſeu* φατρίαι *diviſæ.* 39. φράτορες, *qui* 40. *Hi gentiles dicebantur, & quare* 41. *Illuſtratur Ariſtophanes.* 42. *Athenienſis ſine tribu eſſe non poterat.* 43. *Et novus civis ſuæ certæ Tribui adſcribebatur.* 44. *Civitas Athenienſis nativitate acquirebatur.* 45. *Parentes filios primo profitebantur apud Curiales.* 46. *Sine profeſſione iſta civis eſſe non poterat.* 47. *Hæc prima profeſſio fiebat decimo quarto anno.* 48. *Et tunc pudenda inſpiciebantur.* 49. *Notatur Rævardus.* 50. *Secunda profeſſio.* 18. *anno dabatur apud populares.* 51. 52. *Ephebus proprie dicitur, qui* 18. *annum attigit* 53. *Explicatur Ulpianus* in l. Mela 14 §. 1. D. de aliment. & cibar. legat. 54. *Et Spartianus in Adriano* 55. *Favor alimentorum quoad ætatem conſideratur.* 56. *Sed & alia ratio ſubjicitur Ulpiano.* 57. *Elegans Scholiaſtæ Thucydidis locus adducitur.* 58. *Cenſus inter Athenienſes dabatur.* 59.

1 JUſtiniani Cæſaris occaſione, quæſtionem ſubjicimus tractatui utilem, & frequentem minus, quam ſub Juſtiniani perſona diſceptabimus, an ſi barbarus adoptatus à cive Romano civitatem apiſcatur, & notam barbaricam intelligatur exuiſſe. Inde enim aliud ſubjicimus fundamentum poſthumo Juſtiniani nomini, ſi ſufficeret adoptionis jus ad denudandam barbaricam notam, de quo *Cap. ſequenti.* Planum eſt, Juſtinianum adoptatum fuiſſe à Juſtino Seniore, cum

2 filius eſſet ſororis ejuſdem Juſtini, ſic patrem
vocat *in* §. *eſt & aliud*, *inſtitut. de donationibus*,
§. *cæcus* 4. *inſtit. quibus non eſt permiſſum facere
teſtament.* quod agnoſcunt omnes ſcriptores anti-
qui, & interpretes, quos *capite* 11. ſupra dedi-
mus, *num.* 3. 4. 5. & 6. atque 15. error inde
Rhabani, qui in *martyrolog. ſuo* 16. *Kalen. Januar.*
nepotem ex ſorore Juſtini dicit: ex quo civis
3 Romanus Conſtantinopolitanus effectus fuit: civi-
tas enim acquiritur nativitate, manumiſſione, a-
doptione, & allectione *l.* 1. *l. ordine* 15. §. *fin. l.
ſed ſi emancipatur* 16. *l. libertus* 17. §. *in adoptiva* 9.
D. ad municipalem, & *de incolis*, *l. in adoptionem* 7.
C. de adoptionibus, *l. cives* 7. *C. de incolis Lib.* 10.
Synopſis Baſilicon. *Libr.* 54. *titul.* 1. *Cap.* 6. Ex-
plicant Bartol. *in l.* 1. *numer.* 9. Lucas de Pena
dict. l. cives, Thomas Doccius *conſil.* 78. *numer.*
3. Boerius *part.* 1. *deciſion.* 13. *num.* 4. Surdus
deciſ. 329. *num.* 3. Petrus Gregor. *Syntagmat. jur.
Lib.* 18. *Cap.* 13. *num.* 18. J. Menochius *de arbi-
trar. caſu* §. 84. *num.* 7. & *Lib.* 6. *de præſumptioni-
bus*, *Cap.* 50. *per totum*, J. Cujac. *conſultat.* 56.
4 & *Libr.* 1. *reſponſ. Papin. ad dict. l. ordine* 15. §.
fin. D. ad municipalem, Joann. Corraſius *ad tit. D.
de ſervitut*, *in l. non dubito*, *numer.* 2. noviſſime
noſter D. Franciſc. de Amaya *in commentar. ad
dict. l. cives* 7. *C. de incolis*, Carolus Sigonius *Lib.*
1. *de antiquo jure civium Roman. Cap.* 6. præter
alios dictis locis. Nam cum ad civitatis conſer-
vationem neceſſario morientium loco naſcentes
ſubrogari debeant, ne alias univerſitas illa pe-
reat, *argumen.* §. *ſed ſi gregis* 38. *inſtit. de rer. di-
viſ.* & ſic civitas eadem dicitur, quamvis illi pri-
mi homines, & incolæ ejus cuncti fati munus
impleverint: & alii diverſique ſint hodie inco-
lentes *l. ſicut* 7. *in fine*, *D. quod cujusque univerſi-
tatis nomin. l. cum proponebatur* 76. *D. de judiciis*, *l.
annuam* 6. *D. de annuis legat.* docte P. Faber 1. *ſe-
meſt. Cap.* 8. Donell. *Lib.* 8. *commentar. c.* 24.
lit. M. Anton. Faber *in rationali ad dict. l. cum
proponebatur*, & erudite A. Mornacius *in obſerva-
tionibus ad eandem legem*, & Barboſ. *à num.* 17. Al-
ciat. *Lib.* 6. *Parerg. Cap.* 17. quibus verba ſen-
tentiaque Senecæ conveniunt Suaſor. *nec vero
uſquam natura rerum deſinit*, *ſed ſemper inde ubi de-
ſiiſſe videatur*, *nova exurgit*, diſputat Ariſtoteles
Lib. 3. *Politicor. Cap.* 3. apud quem, & præcita-
tos rationes invenies. Ad civitatis ergo conſer-
vationem neceſſarium fuit, nativitate conſtitui ci-
ves, ut ſecundum Senecam, unde videretur de-
ſiiſſe civitas nova exurgeret, & ſic ſubrogationes
hominum fierent. Atque id in nativitate placet,
æquiſſimum etiam admitti fuit, in manumiſſione,
5 cum ſervus manumiſſus, quaſi manumiſſionis na-
tivitate editus cenſeatur, cum antea quoad Jus
Civile pro nihilo haberetur, uti explicat Sigo-
nius *dict. Lib.* 1. *de antiquit. Jure Civil. Roman.
Cap.* 6. D. Franc. de Amaya *dict. l. cives* 7. *num.*
55. Idem in adoptione conſideramus, quæ natu-
ram imitatur, §. *minorem* 4. *inſtit. de adoptionib.*
quaſi adoptivus filius patri adoptivo naſcatur, &
agnaſcatur; apud Athenienſes tamen, adoptatus
6 ex cive Attica natus debebat eſſe, ut colligitur
ex Demoſthene *contra Bæotum*, Iſæo *de hereditate
Appollodori.* Nativitate ergo vera, aut ficta ma-
numiſſionis, & adoptionis civitas acquirebatur.

Sed eum iſta recolo (liceat mihi parergon, &
majoris doctrinæ gratia digreſſo) ſtatim ſe offert
cultiſſimi Heliodori locus *Lib.* 1. *Æthiopicorum*, *Cap.*
7 2. qui præter nativitatem ad acquirendam civita-
tem, expetere alium actum videtur. Loquitur
Ariſtippus (τὸ μὲν γένος Ἀθηναῖος, ut antea idem
autor ſcribit) ad populum accuſans, ſeu deferens
filium ſuum Cnemonem. Ipſiſſima Heliodori ver-
ba, ἐπειδή τάχιςα μοι ἐγένετο, ἐλευθερίως τε τροφῆς μετα-
δοὺς, καὶ τοῖς πρώτοις τῶν γραμμάτων, διδαξάμενος, εἰς
τοὺς φράτορας, καὶ γεννήτορας εἰσήγαγον, εἰς ἐφήβους ἐγ-
γράψας, πολίτην ἡμέτερον τοῖς νόμοις ἀπέφηνα, ſic
vertit Stanislaus. *Ut primum mihi natus eſt libe-
raliter eductum & initiis litterarum inſtitutum*, *cum
in tribules*, *& gentiles introduxiſſem*, *in epheborum al-
bam retuliſſem*, *civem noſtrum etiam legibus effeciſſem.*
Movent difficultatem verba illa. πολίτην ἡμέτερον, καὶ
τοῖς νόμοις ἀπέφηνα, ideſt. *Civem noſtrum etiam legi-
bus effeciſſem.* Si ergo Athenienſis filius erat, na-
tivitate civis Athenienſis effectus erat, quorſum
illa, quod Ariſtippus pater filium Cnemonem le-
gibus ſuis civem effecerit? forſan ſic in Athena- 8
rum arce, quod nativitate non acquireretur civi-
tas? quis talia de politiſſima, & ſapientiſſima ci-
vitate credat? quæ noſtro Juri Civili divina præ-
ſtitit cunabula, cum imò ab omnibus Athenien-
ſium monumentis eruamus contrarium: paſſim ſic
demonſtrant Demoſthenes, Iſocrates, Ariſtopha-
nes, Herodotus, Thucidydes, & alii Atticarum
rerum ſcriptores, & noviſſime Joan. Meurſius *in
Piſiſtrato*, *Cap.* 1. optime Carolus Sigonius *de Re-
publica Athenienſium Lib.* 2. *Cap.* 2.

Sed ut recte Heliodorum percipiamus obſer-
vo, nativitate civitatem Romanorum acquiri, at
vero ut indigena plene ejus fierent, & deinceps
fruerentur civitate, neceſſario parentes, aliive
quædam alia effecturi fuerant, quibus declararen-
tur cives, quæ ut tuto tramite procedant, & u-
tilirer percipiantur: obſervo primo, Romulum
diſtribuiſſe urbem Romanam in tres partes, ſeu 9
Tribus, quæ poſtea creſcente Roma ſubdiviſio-
nem, ſeu incrementum acceperunt à ſucceſſori-
bus Regibus, quod jam alii doctiſſime inveſtiga-
runt, & ſcripſerunt. Conſule Joan. Roſin. *Lib.*
1. *Antiquit. Roman. Cap.* 12. ubi Thomas Demp-
ſterus fuſiſſime, Carol. Sigonium *Lib.* 1. *emenda-
tionum*, *Cap.* 40. J. Paſſerat. *ad Lib.* 4. *Propertii
elegia.* 1. Panvinum *in urbe Romana*, *fol. mihi* 257.
& *in civitate Romana*, *fol. mihi* 269. Stephan. Vi-
nand. Pighium *Lib.* 1. *Annal. in Septimontio fol.
mihi* 15. Ant. Clarum Silvium *ad leg.* 12. *tabul.
Cap.* 9. Oſvald. *ad Donell. Lib.* 6. *commentar. Cap.*
7. *lit. F.* Petr. Nannium *Lib.* 10. *Miſcell. Cap.* 6.
D. Gothofredum *in notis ad fragmenta* 12. *tabul.
ex Cicerone Lib.* 3. §. *de cenſoribus*, Andr. Scothum
in electis antiquit. Roman. in tractatu de Tribubus:
iterum Sigonium, & melius *Lib.* 1. *de antiquo Ju-
re Civili Roman. Cap.* 39. & noviſſime noſter D.
Nicolas Fernandez de Caſtro in *exercitatione ad l.
unic. C. de capitatione civium*, *num.* 3. Anton. Au-
guſt. *de leg. Roman. Cap.* 8. & alios qui perno-
tam antiquitatem iſtam tractarunt, & illuſtra-
runt. Unusquisque Civis Romanus certæ Tribui 10
aſſignatus, & diſtributus erat, & unaquæque gens
ordinario modo ſaltim à principio in ſua Tribu
conſervabatur, & reſidebat, inſinuat Sueton. in
Auguſto, *Cap.* 40. ibi: *Fabianis & Scapienſibus
Tribubus ſuis die comitiorum*, *ne quid è quoquam can-
didato deſiderarent*, *ſingula millia nummûm à ſe di-
videbat*, Dionyſ. Halicarnas. *Lib.* 4. *Romanor. An-
tiquit. Effecit etiam ut urbs quatuor Tribus haberet*,
quæ ad id uſque tempus tres tantum habuerat, *& juſſit
eos qui in unaquaque illarum quatuor regionum ha-
bitarent*, *tanquam pagani*, *neque alio transferre ſuas
ſedes*, *neque alibi militum delectus habere*, *neque pe-
cunias conferre*, *quæ in bellicos*, *aut alios neceſſarios
uſus exigentur*, *quas unumquemque in ærarium con-
ferre oportet neque amplius ex illis tribus per gentes
diſtinctis Tribubus*, *ut antea*, *ſed ex iſtis quatuor in
certas regiones à ſe digeſtis militiam ordinabat*, &
infra loquens de Cenſu Tullii. *Addito & urbis loco
& regionis pago*, *ubi ſinguli habitarent.* Tit. Livius
Lib. 1.

Lib. 1. *ab U. C.* variis in locis, & ibi: *Sex item alias centurias, tribus à Romulo inſtitutis ſub iiſdem, quibus inauguratæ erant nominibus, fecit*, ad quæ verba videndus eſt Carol. Sigonius *in com-*
11 *mentario ad Livium*, qui alia ſimilia loca dat: Zonaras *tom.* 2. *Annal.* certum enim eſt omnes cives Romanos certas Tribus habuiſſe, & gentem in unaque Tribu ordinario jure conſervari, ſentiunt J. Lipſius 1. *elector. Cap.* 12. Carol. Sigonius *dict. Lib.* 1. *emendation. Cap.* 40. & *dict. Lib.* 1. *de antiquo jur. Cap.* 2. Marcell. Donatus *in dilucidationibus ad T. Livium Libr.* 24. *fol. mihi* 40. Joan. Roſin. *Lib.* 1. *antiquit. Roman. Cap.* 12. Franciſc. Hotom. *de verbis Juris*, verbo, *cenſus*, Petr. Gregor. *Lib.* 47. *ſyntagmatum jur. Cap.* 16. *num.* 8.
12 Hinc factum eſt, quod Tribus aliquæ à nobilitate familiarum, quæ in eis conſervatæ fuerunt, denominationem acceperint, uti docent Marcellus Donatus, & Panvin. *ubi ſupra in civitate Roman.* Roſin. *Lib.* 6. *antiquit. Roman. Cap.* 15. Carol. Sigonius *dict. c.* 3. conducunt Livius, & Halicarnaſſeus, *ubi proxime.* Unde tribules dicun-
13 tur, qui in eadem Tribu conſtituti ſunt, Cicero *Lib.* 13. *familiar. epiſtol. epiſt.* 58. Sueton. *in Auguſt. in Cap.* 40. ubi docet Philippus Beroaldus, & Juſtus Lipſius *Lib.* 1. *elector. Cap.* 12. præter alios plures. Unde neceſſario Romanus civis certam Tribum debebat habere, ſine qua plenam civitatem habere non poterat, cum ergo Servius cenſum in Republica conſtituiſſet (de quo ſtatim) diſpoſuit per Tribuum ordinem cenſum fieri, & unumquemque civem in ſua Tribu cenſeri, unde
14 Tribus in cenſu declarabatur, ut cuncta probant præſcripta, probabuntque ſubſcribenda. Et ſic novi cives in Tribum conjiciebantur, quod erat ſummum privilegium civium Romanorum, ut ſuffragium ferrent, propter quod ſi neceſſarium erat novæ Tribus addebantur, Livius *eodem anno cenſu actus novique cives cenſi; Tribus propter eos additæ Mæcia, & Scaptia*, & *Lib.* 6. *ab U. C. Tribus quatuor ex novis civibus additæ*, & *Lib.* 9. *Et duæ Romæ additæ Tribus Ufentina, ac Falerina*, & *Lib.* 10. *Tribusque additæ duæ Anienſis, ac Terentina*, Tertulian. *de reſurrect. carn. Cap.* 57. *At quim, & veſtis albæ nitore & aurei annuli honore, & patroni nomine, ac tribu menſaque honorantur*, V. Paterculus *Lib.* 2. *Itaque cum ita civitas prædata eſſet, ut in octo Tribus contribuerentur novi cives*, explicat docte Panvinus *in civitate Romana fol. m.* 240. *cum ſequen.* & J. Roſi. *Lib.* 6. *antiquit. Roman. Cap.* 17. verſ. *Omnibus civibus*, Blondus Flavius *Lib.* 3. *triumphantis Romæ*, & ſic tribulis pro ci-
15 ve Romano aliquando accipitur, uti jam obſervavit Raderus *ad Martialem Lib.* 9. *epig.* 36. Beroald. *ſup. ad Sueton, Cap.* 40. Carol. Sigonius *dict. Cap.* 3. quid magis? plerumque in nominatione
16 Romani civis Tribus addebatur nomen, ut erudite multis probavit Briſſon. *Lib.* 8. *form. fol. mihi* 836. tantum Tribui addictus erat civis Romanus.

Cum ergo Servius cenſum in Republica conſtituiſſet (ad formam, quam authoritates ſubſcribendæ declarabunt) diſpoſuit per Tribuum ordinem cenſum fieri, & unumquemque civem in ſua
17 Tribu cenſeri, unde Tribus unaquæque in cenſu declarabatur, aperte Livius *Lib.* 1. ab U. C. ibi: *Quadriſariam enim urbe diviſa regionibus, collibusque, quæ habitabantur partes Tribus eas appellavit, ut ego arbitror à tributo: nam ejus quoque æqualiter ex cenſu conferendi ab eodem inita ratio eſt.* D. Halicarnas. *Lib.* 5. *Roman. antiq.* ibi: *Ex longe optimo inſtituto Servii Tullii Regis populariſſimi imperavit omnibus Romanis, ut tributim ſuarum facultatum cenſum profiterentur*, Cicer. in Planciana, ibi: *In qua denique Tribu iſta prædia cenſuiſti?* Ulpian. *in l. forma cenſuali* 4. *D. de cenſibus.* Exornat P. Pontan. *in ſecunda tertii Progymnaſmatum progymnaſm.* 16. In quo agit de civilibus Romanorum poteſtatibus; Onuphrius Panvin. *in civitate Roman. fol. mihi.* 69. Gruchius *de comitiis Roman. Lib.* 1. *Capit.* 1. Oſvald. *ad Donel. Lib.* 6. *commentarior. c.* 7. *lit. F.* (qui dat Hopperum, Rævard., Mart. Anto. del Rio) Carol. Sigonius *dict. Lib.* 1. *de antiquo Jure Civ. Roman. Cap.* 14. nunc percipies aperte Livium *Lib.* 45. ab U. C. *Hoc cum ita ſervatum eſſet,* 18
negabat Claudius ſuffragii lationem injuſſu populi cenſorem cuiquam homini, ne dum ordine univerſo, adimere poſſe, neque enim ſi Tribu movere poſſet, quod ſit nihil aliud, quam mutare jubere Tribum, ideò omnibus quinque & triginta Tribubus amovere poſſe, id eſt civitatem libertatemque eripere, non ubi cenſeatur finire, ſed cenſu excludere, tantum ergo erat Tribui certæ adſcribi; & cenſeri in Tribu, quod ſi incenſitus aliquis eſſet, & cunctis Tribubus amo- 19
tus, idem eſſet ac libertatem, & civitatem eripi: nam cum ſoli cives cenſerentur, uti notat ex Boëtio Connan. *Lib.* 2. *Juris Civilis Cap.* 4. *num.* 2. qui incenſiti inveniebantur amittebant civitatem, & non habebantur pro civibus, Ulpian. *in fragmentis titul.* 11. ibi: *Maxima capitis diminutio eſt, per quam & civitas, & libertas amittitur, veluti cum incenſus aliquis venierit*, ubi D. Gothofred. Marc. Tull. Cicer. in oratione pro A. Cæcin. ibi: *Cum autem incenſum vendit, hoc judicat, cum is qui in ſervitute juſta fuerit, cenſu liberetur, eum qui cum liber eſſet cenſeri noluerit, ipſum ſibi libertatem abjudicaſſe*, Cujacius *in l. cenſeri* 111. *D. de verborum ſignificatione*, Oſvald. *dict. Lib.* 6. *commentarior. Cap.* 7. *lit. F.* & *Lib.* 2. *Cap.* 15. Carol. Sigonius *dict. Cap.* 14. *ad finem*, idque ſic à Servio Tullo conſtitutum erat contra incenſos: audi Halicarnas. *Lib.* 4. *Ei vero, qui cenſus non fuiſſet, hanc pœnam propoſuit, ut bonis ſpoliaretur, & virgis cæſus ſub haſta veniret, atque lex iſta diu apud Romanos duravit*, Tit. Livius *Lib.* 1. etiam inſinuat ibi: *Cenſu perfecto, quem maturaverat metu legis de incenſis lata.*

Hinc mirabitur nullus cenſu ſervum libertatem 20
adipiſci, dummodo clandeſtine cenſitus non fuerit, imò ex voluntate domini, nam cum ſoli cives Romani cenſerentur, imò incenſi civitatem amitterent, ſi voluntate domini cenſeretur ſervus, eo ipſo civis efficiebatur Romanus, cum in tabulis Romanorum interſcriptus inveniretur, *l. nec omiſſa* 15. *C. de liberal. cauſa*, Ulpian. *in fragmentis titul.* 1. §. *cenſu* 8. Cicero *pro Cæcina* in verbis ſupra datis: alia Ciceronis loca præſtat Franciſc. Connan. *dict. Lib.* 2. *Cap.* 4. *num.* 2. qui longe iſta docet, & Oſvaldus *ad Donell. Lib.* 2. *commentar. Cap.* 15. *lit. G.* Gothofred. & Cujac. *in commentario ad l. cenſeri* 11. *D. de verborum ſignification.* P. Matthæus Rader. *in commentar. ad Martial. Lib.* 2. *epigram.* 48. Carol. Sigonius *dict. Cap.* & alii plures, ſed præcipue noſtrarum inſtitutionum Scholiaſtæ, quos omnes conſulto omitto: inde Tertulian. dixit *dict. Cap.* 57. *de reſurrectione carnis, Tribu menſaque honorantur.*

Ut ergo ad cenſum accedamus filiorum, & lo- 21
ci Heliodoriani illuſtrationem, obſervo de cenſoris poteſtate legem his, vel ſimilibus verbis, præſcriptam fuiſſe, quæ nobis dedit Marc. Tull. Cicero *Lib.* 3. *de leg. Cenſores populi ævitates, ſoboles, familias, pecuniasque cenſento: urbis templa, vias, aquas, ærarium, vectigalia tuentor, populique partes in tribus diſtribuunto: cælibes eſſe prohibento: mores populi regunto: probrum in ſenatu ne relinquunto: bini ſunto: magiſtratum quinquennium habento: reliqui magiſtratus annui ſunto: eaque poteſtas ſemper eſto,*

22 *ſto*, cenſebantur ergo non ſolum bona ſervi,
& uxores ſed & liberi, filiique familiâs; opti-
me D. Halicarnas. *Libr.* 4. *Romanar. antiquit.*
His conſtitutis juſſit omnes Romanos nomina dare, &
ſua bona cenſere pecuniæ æſtimatione, & jusjurandum
legitimum interponere, quo jurarent vere, & optima
fide omnia ſua bona cenſa eſſe. & nomina parentum,
ex quibus eſſent procreati, adſcribere, & ſuæ ætatie
annum declarare, atque ipſarum quoque conjugum, &
liberorum nomina ſcribere, addito & urbis loco, &
regionie pago, ubi ſinguli babitarent, agnoſcunt J.
Lipſius *dict. Lib.* 1. *variar. lectionum, Cap.* 1. &
doctius *Lib.* 2. *de magnitudin. Roman. Cap.* 3. Ca-
rol. Sigonius *dict. Lib.* 1. *de antiquo jure civ. Ro-
man. Cap.* 14. J. Roſin. *Lib.* 7. *antiquit. Rom. Cap.*
10. Marcell. Donat. *in dilucidationibus ad T. Li-
vium Lib.* 24. P. Pontanus *in ſecundo volumin. ter-
tii peogymnaſm.* 10. Onuphrius Panvin. *in Civitat.
Roman. folio mihi* 269. Stephan. Vinand. Pighius
dict. Lib. 1. *Annal.* Franciſc. Hotoman. de *verbis
juris, verbo cenſus, & de Magiſtratibus Romanis in
cenſore*, Petrus Gregor. *Lib.* 47. *ſyntagmat. Cap.*
16. *num.* 7. & 8. Alexand. ab Alexand. *Lib.* 3.
dierum genial. Cap. 13. litterarum meliorum gloria
noſter D. Laurentius Ramirez de Prado *in com-
mentario ad Martialem*, quod quidem in cenſu Gal-
lico obſervatum fuit, quem docte Lipſius expreſ-
ſit *ad Cornel. Tacitum in commentario ad Lib.* 1. *An-
nal. num.* 117. quem conſule. Filius ergo, præ-
ter alia capita, cenſebatur, nam pater Tribui (quod
ordinarium, & frequens erat) adſcribebat ſuæ (ut
23 diximus *ſupra num.* 10.) ſed aliquando tamen in
alienam Tribum tranſibat, ut jam obſervaverunt
Franciſc. Robortellus *Lib.* 2. *annotation. Cap.* 37.
& Carol. Sigonius *Lib.* 1. *emendat. Cap.* 40. Tri-
24 bus enim (ut ambo iſti comprobant) non à no-
tione cenſoria, ſed à loco, & habitatione Romani
ſoli conſiderabantur: ita ut unaquæque Tribus cer-
tam regionem partemque urbis occuparet, & ſic
aperte colligitur a diviſione prima Serviana Tri-
buum, ex qua unaquæque parti certæ urbis aſſi-
gnata fuit, unde Tribus ab aliquibus antiquis ſcrip-
toribus pars dicitur, ut utrumque colligere pote-
ris ab autoribus, quos *ſupra num.* 9. dedimus: ex-
preſſus eſt T. Livius *Lib.* 1. *ab U. C.* ibi: *Qua-
driſariam enim urbe diviſa regionibus, collibusque
quæ babitantur partes, Tribus eas appellavit.* D. Ha-
licarnas. *dict. Lib.* 4. (loquens de cenſu Serviano)
*addito, & urbie loco, & regionis pago, ubi ſinguli
babitarent*, ſic intelligendus A. Gellius *Lib.* 15.
Noct. Attic. Cap. 27. ibi: *Cum ex regionibus, & lo-
cus tributa*, notat præterea Sigonius *dict. Lib.* 1.
25 *de antiq. jur. civ Roman. Cap.* 3. ſed in cenſen-
dis filiis ætas deſtinata erat, non enim ſtatim, ut
natus erat, cenſui ſubjiciebatur, quam infauſtum
eſſet, naſcentem ſubire tributi jugum. Sic in
cenſoris lege ſcriptum erat. *Cenſores populi ævita-
tes, ſoboles &c.* D. Halicarnas. *Lib.* 4. *antiq. Rom.*
ibi: *Et nomina parentum ex quibus eſſent procreati
adſcribere & ſuæ ætatis annum declarare, atque ipſa-
rum quoque conjugum, & liberorum nomina ſcribere.*
Idem Halicarnas. *Lib.* 5. *Imperavit omnibus Roma-
nis, ut tributim ſuarum facultatum cenſum profiteren-
tur adſcriptis uxorum, & liberorum nominibus, &
ſua, liberorumque ætate*, A. Gellius *dict. Libr.* 15.
Noct. Atticar. (loquitur de comitiis) *cum ex cenſu,*
26 *& ætate centuriata.* Ætas mehercle requirebatur
ad cenſum in maſculis 14. ann. in feminis 12. Ulp.
in l. 3. *de cenſibus*, D. Halicarnas. *d. Lib.* 5. *Ro-
man. ant. Cenſa autem ſunt puberum Romanorum cir-
citer cxxxm. & Lib.* 9. *Nam (ut ex proximo cenſu
compertum eſt) erant puberum Romanorum capita am-
plius, quam centum, & decem millia.* Et alibi dum
de cenſu agit. *T. Lartius Dictator cenſum agit*
*quo inventa inſra Romanorum, qui in pubertate eſſent
conſtituti, amplius CL. millia, & ſeptingenti.* Sigo-
gonius *dict. cap.* 14. erudite, & prudenter præju-
dicatiſſimus vir D. Nicol. Fernandez de Caſtro
dict. exercitat. ad l. unic. C. de capitation. civ. num 9.

His ergo modis filiusfamiliâs civis Romanus
efficiebatur, ſeu declarabatur, nam quamvis nati-
vitate Romanam civitatem acquiſiſſet, tamen ſi
epheborum ætatem attigiſſet, & incenſus mane-
ret, civitatem amittebat, unde à contrario, ſi à
patre cenſitus eſſet, & in cenſus tabulis relatus,
tunc civis Romanus declarabatur. Audi M. T. 27
Ciceron. in oratione pro Archia Poeta. *Sed quo-
niam cenſus non jus civitatis confirmat, ac tantum
modo indicat, cum qui ſit cenſus, ita ſe jam tum geſ-
ſiſſe pro cive.* His omnibus instructus merito ad
Heliodori locum devenimus, & (nî amore no- 28
ſtrorum decipimur) vera doctrina illuſtramus: in-
quit ergo Ariſtippus ad populum, *cum in tribules,
gentiles introduxiſſem*, pater enim filium ſuum Tri-
bui ſuæ, & genti aſſignabat: genti equidem,
cum plerumq; eadem in una conſervaretur Tribu,
& rarius tranſiret in aliam, ut dixi hoc capite, *n.*
9. *cum ſequentibus* procedit Heliodorus *in epheborum
album retuliſſem*, cenſebatur equidem filius, cum
major quatuordecim annis eſſet, ut ex Ulpiano,
& D. Halicarnaſſeo ſcripſi, *n.* 26. & ſic puberum
cenſus apud iſtum dicebatur: Ephebus enim eſt, 29
qui relicta pueritiæ extremitate, attingens qua-
tuordecim annos, uſque ad decem & octo ſiſtit,
congruit *l. adrogato* 40. §. 1. *D. de adoptionib. l. Me-
la* 14. §. 1. *D. de alim. & cib. leg. aperte, l. ſanci-
mus* 53. *V. Præterquam, C. de epiſcop. & clericis,
Præterquam ſi ab infautia, & nondum quidem ephe-
biam excedente ætatem*, Plaut. *in Mercator. act.* 1.
Scen. 1. *verſ.* 40. ex vulgari lectione.

Principio atque animus ephebis ætate exiit,
Atque animus ſtudio amotus puerili eſt meus.

Docent Gothofred. *d.* §. 1. Beroald. ad *Suet. in
Auguſt. c.* 98. & *in Nerone, Cap.* 12. Levin. Tor-
rentius *ad dict. c.* 90. *Auguſt.* optime Theodorus
Marcilius *in Domitiano, Cap.* 10. Donatus *ad Teren-
tium in Andria act.* 1. *Scen.* 1. Elias Vinetus *in Au-
ſonium epigam.* 94. D. Lambinus *ad Æmilium Pro-
bum in Epaminond. n.* 21. Merula *ad Lib.* 1. *Ovidii
de art. amandi*, Beroald. *ad Apuleium Lib.* 20. Cæ-
lius Rhodigin. *Lib.* 19. *lect. antiq. c.* 22. Calvin.
in lexico juris. Denique Heliodorus ſubdit. *Civem
noſtrum etiam legibus effeciſſem*, effecit equidem
civem tribu, & cenſu, aut potius declaravit ex
Ciceronis ſententia, quem etiam reſpectum erudi-
tiſſimus obſervavit Heliodorus in verbo, *ἀποφαίνω*,
quod nihil aliud valet, quam *demonſtrare, declara-
re*, ut notiſſimum eſt, vide infra num. 53.

Sed iniquum duxi, præterire perdifficile Plu- 30
tarchi locum *in Flaminio*, qui ex magna parte cun-
cta iſta evertere videtur; verba latina, *Univerſoe
cenſos liberis natos parentibus inter civium Romano-
rum numerum receperunt*, proba verſio cum Græcis
collata: ſed quæro à doctis, quid ſit cenſitoa libe-
ris natos parentibus in numerum civium Romano-
rum referre: ſi ergo cenſiti erant, neceſſario Tri-
bui fuerant adſcripti, & ſi Tribum, & cenſum ha-
bebant ſimul qui liberis nati erant parentibus, qui
non in numero connumerarentur Romanorum,
cum non aliter civitas acquireretur, ut cuncta
præſcripta comprobant? hæſitavi aliquando: &
ſuſpicabar de littera, licet omnibus codicibus ad-
ſerta: ſed memoria obtulit verba Halicarnaſſei, *ex
Lib.* 9. *antiq. Romanarum*, quæ ſolvit hæſitantiam
noſtram: attende illa *Nam (ut ex proximo cenſu
compertum eſt) erant puberum Romanorum capita am-
plius quam centum, & decem millia, mulierum vero,
& puerorum, & ſervitiorum domeſticorum & negocia-
torum,*

torum, & inquilinorum opificum ſordidas artes exercentium (nulli enim Romano, aut cauponari, aut exercitia ſordida exercere licebat) numerus triplus major erat, quam ipſa civium multitudo. Ex quibus verbis
jam colliges duplicem cenſum: unum puerorum
civium Romanorum, in quo centum & decem
millia capita inventa fuerunt: alterum mulierum,
puerorum, ſerviciorum, & aliorum ſordidas artes
exercentium, qui cives Romani non erant, ut diſerte deducimus à Dionyſio: hinc damus lucem
Zonaræ 2. *Annal. Ac laude dignos in Tribus, in ordinem equeſtrem, in ſenatum referre pro cujusque meritis improbæ vitæ homines eodem modo ex albo delere.*
Cives equidem Romani digni laude admittebantur, eisque Tribus equeſter ordo, & ſenatus dabatur, ſecus alii indigni; quod ergo Q. Flaminius,
& Marcellus cenſores fecerunt in proximo Plutarchi loco, fuit, quod omnes illi, qui cenſiti erant,
31 & tamen non erant cives Romani, & tunc reciperentur in numerum civium Romanorum, dum
tamen liberis parentibus nati eſſent, ut excluderentur ſervi.

Movent ſequentia verba Plutarchi (parco Græcis propter typographi difficultatem, cui in hac
re paſſim conſulo) *à Terentio Leone tribuno plebis*
32 *coacti, qui maxime, ut nobilitatem offenderet, ad id ſcite confirmandum plebem induxit*, offendebatur ergo nobilitas, & gravitas potentiorum in numerum
civium Romanorum acceptis, qui ſordidas minusque decoras exercebant artes: nam quamvis
alii cenſiti eſſent, qui cives Romani non erant,
utpote & Campani qui cenſiti fuerunt ex S. Conſulto ſine civitatis beneficio, qui poſtea impetrarunt à ſenatu, ut ſibi Romanas cives uxores ducere liceret, ut Livius refert *Lib.* 38. & apud eundem Formiani, Fundani, & Arpinates, congruere videtur magis Plutarchi mens, ut intelligamus plebiſcitum, ſive cenſoriam indulgentiam
propter plebeios illos factam fuiſſe, ſed negare
non auderent præter illos, quoscumque alios cenſitos, ex generalitate plebiſciti, civitatem Romanam adeptos fuiſſe. Sic ſtricte Plutarchus, penſitatis ejus verbis, accipiendus eſt: ſed ſemper amavi verum & profiteri ex corde auſus ſui; magna
ſane eſt apud me Plutarchi autoritas; ſed major
veritatis, & rationis, ſuſpicor à veritate hiſtoriæ
33 declinaſſe: ad quod moveor Livii authoritate, qui
dict. Lib. 38. rem ſub Cenſorib. Marcello, &
Quinctio actam, de cenſitis recipiendis in civitatem, enarrat aliter (à quo forte principio Plutarchus dilapſus fuit) integrum Livii locum do.
Campani, cum eos ex Senatus Conſulto, quod priore anno factum erat, cenſores Romæ cenſeri coegiſſent (nam antea incertum fuerit ubi cenſerentur) petierunt, ut ſibi cives Romanas ducere uxores liceret, & ſi qui prius duxiſſent, ut habere eas; & ante eam diem nati, uti juſti ſibi liberi heredesque eſſent: utraque res impetrata. De Formianis, Fundanisque municipibus, & Arpinatibus, C. Valerius Tappo (ſeu Tappus) *tribunus plebis promulgavit: uti iis ſuffragii latio (nam ante ſine ſuffragio habuerat civitatem) eſſet. Huic rogationi quatuor tribuni plebis, quia non ex autoritate Senatus ferretur, cum intercederent, edocti, populi eſſe, non ſenatus jus, ſuffragium, quibus velit, impartiri: deſtiterunt incepto. Rogatio perlata eſt, ut in Æmilia Tribu Formiani, & Fundani, in Cornelia Arpinates ferrent; atque in his Tribubus, tum primum ex Valerio plebiſcito cenſi ſunt. M. Claudius Marcellus cenſor, ſorte ſuperato T. Quintio, luſtrum condidit, cenſa civium capita CCLVIII. millia CCCVIII.*
Sub his cenſoribus Marcello, & Quinctio ſic res
fuit Livio autore, ſcilicet quod Campanis cenſitis Romanas cives uxores ducere liceret, & habere legitime ductas antea, & nati liberi juſti ſibi
eſſent filii, & heredes. Formiani, Fundani Arpinatesque municipes, ut ſuffragii jus haberent
Æmiliæ, & Corneliæ Tribubus aſſignati fuerunt,
in eisque ex Valerio Tappo plebiſcito cenſi
tunc primum fuerunt; quid eſt ergo, quod Plutarchus ſub his cenſoribus induxit, omnes liberis
parentibus cenſos, in numerum civium Romanorum receptos fuiſſe, compellente eos Terentio
Leone tribuno plebis? Hæreo in tribuno iſto,
nam cognomen Leonis in urbe, nec in civitate
Romana invenio, & dignoſco, in Imperio ſane
reperio, A. Scothus *in ſuis familiis*, in Terentiis
non agnoſcit, & in *Lib. de cognominib.* cognomen
dicit Valeriæ gentis fuiſſe; ſed nullo autore: forte id in imperio: ſane idem *in Lib. de gentib. & familiis*, cum Valeriorum familias numerat, &
invenit cognomina 17. non inter ea cenſet Leones, ego ſane pro certo habeo in civitate, nec
urbe Romana familiam hujus cognominis fuiſſe, 34
nec in Terentiis nec aliis; C. ſane Valerius Tappus tribunus plebis effecit, quod Livius refert ſane cum civitas Romana temporibus illis ægre,
niſi propter condigna merita, daretur (ut hoc libro ſcripſi) infidum ſane mihi eſt, cenſitos omnes civitate abſolute donari: cum & infimæ indignæque ſortis homines tantum beneficium apiſcerentur, ut ex Halicarnaſ. ſcripſi. *n.* 30. contra
majeſtatem P. Romani. Sane Campani, qui cenſiti erant, ſolum juſtas habere nuptias cum Romanis obtinuerunt ſub his cenſoribus, quod ſi Plutarchi relatio vera eſſet, non tam enixe ſpeciale
jus matrimoniorum peterent, cum illud, & alia
jure civitatis obtinerent. Credemusne tantum
tamque ingens Terentii Leonis plebiſcitum Livium, aliosque antiquos ſcriptores ſilentio involuturos fuiſſe, nec aliquod veſtigium remanſurum?
non ſane.

Dices, Heliodorum de Republica Athenienſium locutum fuiſſe: quæ hucuſque nos præſcripſimus, ad Romanam pertinent: neceſſarium ergo
eſt, ut aſſumptum opus perficiamus, inquirere,
quid apud Athenienſes juris habitum fuerit, pro
obtinenda civitate à filiis. Reperio ſane utramque Rempublicam Romanam, & Athenienſem, utpote litteris cognatas urbes, fere eiſdem legibus 35
compoſitas circa rem iſtam, ut comprobabunt
ſubſequentia. Obſervo primo (ut certo eodemque ordine noſtra inveſtigatio procedat) Rempublicam Athenienſium in certas Tribus diſtributam
fuiſſe, Iſocrat. *in Areopagitica Oration.* (uti reſtituimus Græca nos alibi) *ſed civitate in Tribus, agro in municipia diſtributo*, Plutarch. *in Solone, Eſt etiam opinio quorundam nomina Tribuum non ab Jovis filiis, ſed à generibus, in quæ diviſa vita ab initio ſunt, nomina accepiſſe.* Jul. Pollux. *Lib.* 8. *Onomaſt.* Ariſt.
Lib. 2. *Politicor.* & paſſim, Plato *etiam de legib.*
Harpocration in φυλή, ubi Jacob. Mauſacus *in notis*, docent P. Victorius & Hubertus Giſanius *in commentar. ad politica Ariſt.* longe, & erudite C.
Sigonius *de Republica Athenienſium, Cap.* 2. *Lib.* 1.
& *Lib.* 2. *c.* 2. *per tot.* Tribus autem iſtæ licet 36
Cecropis tempore quatuor fuerint; Cliſthenes tamen decem conſtituit, quas à decem Heroibus
denominavit, Xenophon. *de vectigal. Athenis quidem decem Tribus ſunt*, unde apud Demoſthen. *in Midiam*, & Æſchines *in Cteſiphontem*, invenitur
ἡ φυλή τὸ δέκατον μέρος, decima urbis pars, probant
Pollux, Stephan., Sigonius *ubi ſup.* Giſanius optime *ad Lib.* 6. *Politicorum Ariſt. c.* 4. *ſ. m.* 813.
A. Auguſt. *de leg. Rom. c.* 8. Quæ Tribus à Græcis
proprie *Phylæ* vocabantur, uti ex locis præſcrip- 37
tis (quorum aliquos Latine dedi) ſubſcribendisque
colligemus, in quam ſignificationem τὸ δῆμος, acceptum fuit, uti certum ſit ex Iſocrate *in Areopag.* 38

II. Steph. *in Theſ. ling. Græcæ ſuper verbo iſto*, licet propriè alia ſit ejus nominis ſignificatio, uti docet Sigon. *Lib.* 1. *de Repub. Athen. c.* 2. φυλή, ſeu Tribus in tres curias, quæ φρατρίας dicebantur, diviſa fuit, quæque apud Athenienſes 30. fuerunt, Ariſtot. *Politic.* 6. *C.* 4. φυλαί τε γὰρ ἕτεραι
39 ποιητέαι πλείους, καὶ φρατρίαι 1. *cum enim plures aliæ Tribus, & curiæ erant faciendæ* (ut vertit apte Giſanius, non vero, ut Leonardus Aretinus minus propriè, *ſodalitates.*) Optime Harpocration verbo, φράτερες *ſic*, φρατρία ἐστὶ τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς, quæ ſic verto, *Phratria* (ſeu curia) *eſt tertia pars Tribus*, Julius Pollux *Lib.* 3. *C.* 4. φρατρίαι δ' ἦσαν δύο καὶ δέκα, καὶ ἐν ἑκάστῃ γένη τριάκοντα, quæ ſic verto. *Phratriæ*, ſeu curiæ, *erant duodecim*, *& in unaquaque gentes triginta*, unde vetus Scholiaſtes Ariſtophanis *in equis act.* 2. *Scen.* 3. καὶ γὰρ τοὺς συγγενεῖς *Phratores* καλοῦσιν, ὅσοι δ' οἱ τῆς αὐτῆς *Phratrias* μετέχοντες, ſic vertimus, *quos quidem gentiles Phratores*, ſive curiales, *vocant qui ſunt ejuſdem Curiæ habitatores: & in Avib.* Biſetus, φρατρία δὲ ἐλέγετο τὸ τρίτον μέρος τῆς φυλῆς παρὰ Ἀθηναίοις, quæ ſic ego. *Phratria dicitur tertia pars Tribus apud Athenienſes*, Sigonius *ſup. Lib.* 1. *c.* 2. Mauſacus *ad Harpocrat.* Giſan. *ad polit. Ariſtotelis d. Libr.* 6. *Cap.* 4. P. Victorius *ad Libr.* 2. *de Republic. fol. m.* 64. Erudite G. Budæus *in commentario ling. Græcæ*, *f. m.* 96. qui alios dat. Hinc *Phratores* qui ejuſdem cu-
40 riæ ſunt, & propriè latine dicuntur, *Curiales* ſic explicat Harpocration. *Phratores* δὲ οἱ τῆς αὐτῆς φρατρίας μετέχοντες: καὶ φρατρίζειν τὸ τῆς αὐτῆς φρατρίας μετέχειν, verto *Curiales in eadem curia incolentes*, *& Phratrizein*, *eſt in eadem curia habitare*, J. Pollux *dict. l.* 3. *Cap.* 4. Ariſtoph. *in equis ubi ſupra*, *Phratores* τεμβόλαι. Biſetus *in Scholiis ad Ariſtoph. in avib. ubi ſup. Phratores*, οἱ τῆς αὐτῆς φρατρίας τοῦτ' ἐστι συγγενεῖς, καὶ συμφυλέται. *Phratores*, *qui ejus curiæ & ejuſdem gentis ſunt*, *atque contribules.* Unde Ariſtot. *dict. Libr.* diſtinxit tribulem, & curialem πρὸς δὲ τούτοις ἕτερον φράτερα ἢ φυλέτην *præter hæc alium phratorem*, *vel tribulem*, ubi vide Victorium, Giſanum, & Bu-
41 dæum *ubi ſup.* Hi autem Phratores, ſeu Curiales gentiles dicebantur, non quod omnes ſanguine eſſent conjuncti, ſed quia ex gentibus eſſent illis, quæ in Curiam eſſent conjectæ (ut diximus de curiis Romanorum J. Pollux, *dict. Cap.* 4. καὶ ἐν ἑκάστῃ γένη τριάκοντα gloſſæ veteres verborum Juris φράτωρ ὁ συγγενής, *Phrator*, *qui ejuſdem gentis*, Scholium Ariſtophan. *in equis ſup.* καὶ γὰρ τοὺς συγγενεῖς φράτορας καλοῦσι, *& quidem gentiles Phratores vocant*, & Biſetus, *ibi* in verbis ſupra datis, explicat Sigonius *dict. Lib.* 1. *de Repub. Athen. Cap.* 2. unde intelligitur noſter Heliodorus in verbis præſcriptis εἰς τοὺς φράτορας, καὶ γεννήτορας εἰσαγαγών, *cum in curiales* (ſeu tribules minus propriè) *& gentiles in-*
42 *troduxiſſem*, hinc lucem damus Ariſtophani in *Avib.*

Εἰ δὲ δοῦλός ἐστι, καὶ Κὰρ ὥσπερ Ἐξηκεστίδης
Φυσάτω πάππους παρ' ἡμῖν, καὶ φανοῦνται *Phratores.*

Id eſt.

Si autem ſervus eſt, & Car ſicut Execeſtides
Generet avos apud nos, & oſtendentur conſanguinei.

Sic vertit A. Divus. τὸ *Phratores*, nec diſplicet, ſed potius verterem *gentiles*, *& curiales*, agit enim Ariſtophanes de Republica Avium, in qua omnia prohibita apud Athenienſes permittuntur, unde ſi ſervus quis eſſet (inquit) quamvis apud Athenienſes civis eſſe non poſſet, ſi tamen daret, ſeu ſuffaret (quod proprium eſt τοῦ φυσᾶν) avos, apparerent ſtatim *Phratores:* τὸ πάππος enim ideſt, *avus*, intelligo pro majoribus uſque in infinitum, ſicut alias nepotes dicuntur, quod perſpicuum eſt, inquit ergo Ariſtophanes, ſi ſervus eſſet, & gentiles majoreſque daret, oſtenderentur Phratores, & curiales. Sic ergo Tribus, & curiæ apud Athenienſes habebantur.

Civis ergo apud Athenienſes, ſine Tribu eſſe 43
non poterat, paſſim Ariſtophanes, Demoſthenes, Æſchines, Ariſtoteles, Plato, aliique illius Reipublicæ ſcriptores demonſtrant, Sigonius *dict. Lib.* 1. *Cap.* 2. unde tanquam in proverbium abiit, de homine perverſo dicere, ſine Tribu eſſe, ut ex Homero refert Ariſtotel. *Lib.* 1. *Polit. Cap.* 2.

Sine Tribu (meliùs ſine curia) *ſine jure*, *ſine domo.* 44
Et ſic, cum novi cives in numerum civium Athenienſium referebantur, ſuæ certæ Tribui diſtribuebantur, Ariſtotel. *Lib.* 3. *Polit. Cap.* 2. *Complures enim in Tribus deſcripſit peregrinos*, *& ſervos*, *& inquilinos*, obviam erit Demoſthen. & Ariſtophan. Sigonius *de Republica Athenienſium Lib.* 2. *Cap.* 2. Et quamvis civitas nativitate acquireretur (ut de 45
Romana diximus) Ariſtotel. *Lib.* 3. *Polit. Cap.* 2. *& ſequentib.* Plutarch. *in Pericle* (ubi de Periclis lege agit, ſolos Athenienſes haberi qui ex duobus Athenienſibus nati eſſent) Ælian. *Lib.* 6. *de var. hiſt. Cap.* 10. Unde apud Dionem Chriſoſtom. *orat.* 15. *omnino ſane* (inquit) *& civem ex civibus pregnatam*, Victorius, Giſan. ad Ariſtotel., Sigonius multis locis in *ſua Republica Athenienſium*, & dixi *ſup. num.* 8. tamen ut fi- 46
lius perfectus civis dici poſſet, parentes profitebantur primo apud Curiales. Demoſthenes in orat. contra Bœotum. *Cum pater meus Bœotum*, *fratremque ejus ex Mangone ſuſceptos agnoviſſet*, *eos ad curiales adducere neceſſe habuit*, *adduxit*, *adoptavit*, *profitetur. Apaturiis nomen hujus Bœotum apud Curiales illius vero Pamphilum. Ego vero Mantitheus adſcriptus ſum*, *cum autem pater ante e vita deceſſiſſet quam apud populares profeſſio fieret*, *hic populares adiens*, *ſe pro Bœoto*, *Mantitheum inſcripſit*, & infra, *prius me apud populares profeſſus eſt pater*, *quam hunc apud Curiales*, explicat, multis aliis adductis, doctiſſime Carol. Sigonius *dict. Lib.* 2. *de Republ. Athenienſ. Cap.* 2. & G. Budæus *in comment. ling. Græcæ*, *f. mihi* 96. Giſan. *in commentario ad Lib.* 3. *Pol. Ariſt. Cap.* 1. propter 47
quos, ne actum agam, ſuperſedeo. Aliter ſine profeſſione iſta perfecte civis eſſe non poterat, quamvis nativitate præoccupaſſet civitatem, Ariſtotel. *Lib.* 3. *Polit. Cap.* 1. quem vide, Giſanius, & P. Victorius ibi. Prima autem iſta profeſſio Curialis dabatur in filiis poſt impletum decimum quartum annum vertente 15. ſub jura- 48
mento paterno ſe ex cive Attica procreaſſe filium, & ut res certior fieret, inſpiciebantur pudenda, ut ex inſpectione illa magis appareret, 49
& cognoſceretur ætas, celebris locus eſt Ariſtophanis in Veſpis.

Puerorum ætas quoties ſpicitur, *licet inſpexiſſe verenda.*

Plato *Lib.* 11. *de legib.* Quintilian. *declamat.* 27. ſed ne longius caput noſtrum excurrat, ad inſpectionem iſtam corporis, eamque receptam ab antiquis defendentes, vide P. Ludovicum Cerdam *in commentario ad Virg.* 7. *Æneid. V.* 50. *num.* 9. P. Martin. del Rio *in primo commentario ad Senecam in Hercule Furente V.* 852. Carol. Sigonium *Lib.* 2. *de Republica Athenienſium Cap.* 2. Florentem Chriſtianum *ad proximum locum Ariſtophan.* Conr. Ritterſhuſium *ad princip. quibus modis finitur tutela*, ubi Bolchorten, Broæus, Hotomanus, Balduin. *à num.* 20. *cum ſeqq.* Servium, etiam ad *dict.* 6. *Æneid.* Hier. Magium *Lib.* 1. *Miſcell. Cap.* 2. Tiraquel. *in l.* 4. *connub.* Donel. 3. *comm. Cap.* 14. ubi Oſvald. *lit.* E. qui alios dat, Theodorum Balſam. *in Schol. ad Photium in nomocanone*, *tit.* 4. *c.* 13. in quo Sabinorum, & Proculeianorum ſecta diverſa fuit, Edmund. Meril. *Lib.* 1. *obſervation. Cap.* 3. *&* 7. *& Cap.* 22. D. Petrus Velaſco in

iariais Caſii, *& Procul. ad l. a qua ætate 5. D. qui te-*
ſtamen. facer. poſſunt. fol. 261. Juſtinian. *d. prin-*
cip. inſtitut. quibus mod. tut. fin. quidquid contra
eum audeat Rævard. *Lib. 4. var. Cap.* 10. & ſi
50 qui alii, incaute ab illo decepti. Profeſſio ergo
iſta Curialis ſub ætate iſta, & modis fiebat, quos
latius explicant Sigon. *dict. Lib.* 2. *Cap.* 2. Gi-
ſan. *ad Lib.* 3. *Politicorum Ariſtot. Cap.* 1. Flo-
ren. Chriſtian. *ad Ariſtophan. ubi ſupra*, & id vo-
luit noſter Heliodorus cum ſcripſit, *cum in Curia-*
les, *& Gentiles introduxiſſem.*

Secunda profeſſio apud Athenienſes fiebat ex
alio principio nam qui deſcriptus non erat in po-
51 pulos, ſeu δήμους (qui κώμαι ſeu vici agreſtes
recte nominari poſſunt) non haberi poterat pro
cive, uti docte explicat C. Sigonius *Lib.* 1. *de*
Republica Athen. Cap. 2. & ſic Plutarch *in vita*
Ariſtid. in princip. Tribum & populum ei accom-
modat (Ariſtides) *ex Antiochide Tribu & populo*
Alopoceno ortus eſt: apud populares ergo profeſſio
iſtac celebrabatur 18. anno Athenienſis filii, uti
explicat idem Sigonius *dict. Lib.* 1. *Cap.* 2. Florens
Chriſtianus *in commentario ad Ariſtophanem in Veſ-*
pis ſup. (licet Giſanius in commentario *ad Lib.*
52 3. *Politic. Ariſtot. Cap.* 1. exiſtimet popularem
iſtam profeſſionem dari 20. ætatis anno) tunc
enim in album, ſeu numerum ephęborum reſe-
rebantur filii: id eſt virorum. Nam quamvis ephe-
bus, ſeu pubes dicatur, qui decimum quartum an-
num attigit, ut cum multis ſcripſi, ſub. *num.* 29. ex
illo enim tempore pubertas incipit, tamen vere
pubes, ſeu ephebus proprius dicendus eſt qui de-
53 cimum octavum annum attigit, ſeu complevit.
Id eſt, quod doctiſſime ſcripſit I. C. *in Lib. adro-*
gato 40. §. 1. *D. de adoptionib. plenam pubertatem*
decem & octo annorum. Unde illuſtramus Spar-
tian. *in Adriano*, ibi: *Nec tribunum, niſi plena bar-*
ba faceret, cum enim impuberes multi tribuna-
tum gererent, aut ſane imberbes, ut ſcripſi *Lib.*
2. *Cap.* 11. *num.* 8. *&* 9. indignum id ferebat
Adrianus, & plena barba tribunum nominabat
ideſt 18. annis, aut inde ab ea ætate, cum ſub-
jiciat: *aut eius ætatis, quæ prudentia, & annis*
tribunatus robur impleret, quod ita cenſeo,
cum legitima militiæ ætas eſſet à 17. annis;
addo Harmenopul. *in prompt. jur Lib.* 2. *tit.* 8.
§. 5. cum in adoptante eandem ætatem ſtatuiſ-
ſet, ſubjicit, *ea enim ætas dicitur plena pubertas.*
Nomenclator Græcar. dict. verb. ἔφηβος *pubes*,
pubertas, *pubis*, nam cum omnes homines non
eodem tempore pubeſcerent, & tardius alii,
quam à decimo quarto anno inciperent, ſic pu-
denda inſpiciebantur, ut ſup. ſcripſi *num.* 49. &
ſane decimo octavo anno plena pubertas daba-
tur, illo enim tempore pubertus ſane quicumque
reputabatur, vide Philip. Decium *in l.* 2. *C.*
de Carbonian. edict. num. 3. Corraſ. *dict. l.* 40.
D. de adoptionib. Cujac. *Lib.* 1. *diff. Modeſt. ad*
eandem l. Zaſſ. *ad tit. D. de adopt.* Accurſ. *in l.*
arrogato, §. *non tantum*, *D. de adopt.* Emanuel.
Coſt. *in c. ſi pater*, 1. *part.* vero, *impuberes*, *n.*
1. *de teſtam. in* 6. Pet. Surd. *de aliment. tit.* 8.
priv. 58. *à n.* 4. *cum. ſeqq.* conſule interpretes
ad §. *minorem* 4. *inſt. de adoption.* Pichard. præci-
pue *n.* 13. A. Auguſtin. *Lib. ſingular. ad Mo-*
deſtin. f. m. 269. *ad. l.* 8. §. 4. *D. de excuſat.*
Oſvald. *ad Donel. Lib.* 3. *com. c.* 14. *lit. A. B.*
C. & interpretes ab Oſval. ibi congeſtos. Ex
his accedimus ad Ulpian. reſponſum *in l. Mela*
14. §. *forte* 1. *D. de aliment. & cibar. leg.* ſi uſ-
que ad pubertatem (inquit Conſultus) alimenta
54 relinquantur, dubitatur, quæ pubertatis ætas
conſideretur, eum in noſtro jure pubertas ſemper
decimo quarto anno reſpiciatur, ſed contrariam
ſententiam Ulpianus amplectitur, exemplo Im-
peratoris Hadriani, qui pueris, & puellis alimen-
tariis præſtari alimenta indulſit uſque ad puberta-
tem, id eſt uſque ad decem, & octo annos: cujus
beneficii veſtigia nobis reliquit Ælius Spartian. in
Adriano, ibi: *Pueris ac puellis, quibus etiam Tra-*
janus alimenta detulerat, incrementum liberalitatis
adjecit, quid eſt ergo *incrementum liberalitatis?*
omitto Caſauboni interpretationem ibi: ſentio
equidem, quod cum Trajanus pueris, & puellis
alimenta decreviſſet, ut Spartianus narrat, &
Plinius laudat *in Panegyr. ad eum*, credimus ex
Trajani beneficio alimenta pueris, & puellis de-
creta uſque ad 12. & 14. annos ex vulgari pu-
bertatis tempore. Adrianus autem incrementum
liberalitatis adjecit, indulgens quod pueri, &
puellæ uſque ad 18. annos alimenta perciperent,
nam S. C. Adriani de quo in *l.* 3. §. 1. *D. de li-*
ber. agnoſcend. non recte adaptatur: ut ſic Spar-
tiani locus illuſtretur eleganter hoc Ulpian. re-
ſponſo, quo exemplo quæſtioni propoſitæ re-
ſpondeat Conſultus, decem & octo annos puber-
tatis in ea conſiderandos eſſe, Scipio Gentilis *in*
libello de alimentis, *c.* 11. ſimpliciter reſponſum 55
refert ad Hadriani formam: ſed Hadriani ſenten-
tia, & reſponſum Ulpiani duplici eleganti ratio-
ne nititur. Prima eſt cauſa alimentorum favoris,
nam cum pubertas etiam in 18. anno conſiſtat
(ex proxime dictis) quid mirabimur, ſi ad eam
ætatem piiſſima alimentorum cauſa extenſa fue-
rit? quam interpretamenti rationem conſecuti
ſunt Bart. *in dict.* §. 1. Roderic. Suarez *in repeti-*
tione ad l. quoniam in prioribus, *ampliation.* 3. *num.*
13. Ludovicus Roman. *ſingular.* 604. Fran. Cre-
menſis *ſingul.* 78. bene Philippus Decius *in l.* 2.
C. de Carbonian. edict. num. 3. Anton. Gomez *Lib.*
1. *variar. Cap.* 4. *num.* 1. & ibi Suarez *lit. C.*
alios plures refert, & ſequitur J. Petrus Surd.
in tract. de alimen. tit. 8. *privil.* 59. Oſvald. *ad*
Donel. Lib. 3. *com. c.* 14. *lit.* B. Vitalis *in tract.* 56
clauſularum, clauſula *an juri alimentorum renun-*
ciari poſſit cum juramento n. 218. *ſ.* 46. ſane
hæc favoris cauſa Ulpian. placuit *d. l. Mela*, §. 2.
ibi: *Sed & ſi generaliter pubertas non ſic definiatur*,
tamen pietatis intuitu in ſola ſpecie alimentorum hoc
tempus ætatis eſſe obſervandum non eſt incivile, quæ
Græci ſic verterunt Synopſ. Baſil. *Lib.* 44. *tit.* 14.
eclog. 14. ὅτι μόνον δὲ τῶν διατροφῶν φιλαγάθως οὕτως
ἡ ἥβη ὁρίζεται, i. *Dumtaxat autem in alimentis beni-* 57
gnius pubertas ſic definitur, refert, & ſequitur ſen-
tentiam illam Photius *in nomocanone tit.* 4. *c.* 13. &
ibi *in ſcholiis* Theod. Balſ. Sed & alia cauſa Adria-
num recte movere potuit, quod cum plena puber-
tas decem & octo annis terminetur, quo tempo-
re impuberes in virorum numerum referri poſ-
ſunt, ex dictis ſup. uſque ad illam ætatem impu-
beres alimentis indigent, cum non apte poſſint
illa quærere labore, & arte; ſupra illam autem,
jam in numerum virorum, & ephebortum relatis
imputari culpæ poſſet deſidia otioſa inerſque vi- 58
ta, ut bene prævidit J. Corraſ. *in comment ad l. pre-*
cib. C. de impub. & aliis ſubſtit. Surd. *dict. princ.*
58. *n.* 4. *&* 5. Sed hodie à me, mi lector, ſingu-
lari donaberis loco ſcholiaſtæ Thucydidis, *Lib.* 2.
belli Peloponeſiaci, ibi: αὐτῶν τοὺς παῖδας τὸ ἀπὸ τοῦδε
δημοσίᾳ ἡ πόλις μέχρις ἥβης θρέψει, id eſt *quorum liberos*
civitas hinc ad pubertatem publice alet. Pericles ergo in
funebri oratione coram Athenienſibus habita, li-
beros eorum, qui in acie ceciderunt, ex bonis
publicis uſque ad pubertatem alendos dicit, quo
loci Scholiaſtes verbo ἥβης, pubertatem intelligit,
uſque ad 18. annos. Pubertas ergo, ſeu τὸ ἔφηβον
ad 18. annum refertur ex juſta cauſa, & ſic meri-
to quando innumerum virorum, ſeu ephebortum

filii Athenienſium referebantur, nam ut ſic inter populares profiteretur, illa ætas congruentiſſima fuit, unde certa luce Heliodorum illuſtramus
59 ſup εἰς ἱεροὺς ἐγγεγράφθαι ad popularem iſtam profeſſionem referentes.

Tribus, Curia, & populus in Athenienſi civitate inſtitutus erat, præter alia gubernationi commoda, ut cenſus fidenter inter cives poſſet agi, & inveniri. Cenſus enim erat pro facultate civium, uti aperte demonſtrat Plutarch. *in Ariſtid. vita*, principio loquitur de magiſtratu, *qui maximo Cenſu cenſitis obvenire ſolebat, quos quingentium modium vulgus appellabat*, Ariſtotel. *Lib.* 5. *Polit. cap.* 8. & *Lib.* 6. *c.* 6. Plato *Lib.* 6. *de legibus*, quod quia jam alii tractarunt, & nimis diffuſi fuerimus, parumque noſtræ diſquiſitioni conducat, juſtis rationibus ſuperſedemus. Denique concludimus Juſtinianum per adoptionem, vel quemcumque alium barbarum adoptatum, notam barbaricam exuiſſe.

Superſunt alia de Juſtiniano; & tertium, & quartum tempus rerum barbaricarum, in quibus multa ſcitu utilia certo digeremus ordine, ſed cum pene librum complere poſſint in 2. tomum rejecimus, quem Deo annuente propediem edemus, in quo accipies noſtram regulam Catonianam, & miſcellanea alia, à quibus non parum noſtrum civile jus illuſtrabitur. Interim æquo animo accipe, mi lector, noſtrorum Paralipomenon primum tomum, & noſtrorum laborum primum fructum, ſeu litterarum primitias, quibus ſi grato animo, & non caperata fronte annueris, ſcito me in dies uberiores fructus dicaturum, vive, & vale.

F I N I S.

INDEX

INDEX
LOCUPLETISSIMUS
OPTIMO ORDINE DIGESTUS,
INQUO PRÆCIPUÆ RES, HIS QUINQUE
PARALIPOMENON
LIBRIS COMPREHENSÆ,
CONTINENTUR.

Prior numerus Librum, ſecundus Caput, tertius numerum marginalem demonſtrat.

A.

A*BARE*: verbum eſt iofantum, pro appellare, *libro 5. capite 3. numero* 12.

Academicus. Mos Academicorum reſpoodere ſub verbis ambiguis, *lib. 4. cap. 15. num.* 72. vide verbo *Juriſconſultus*.

Acceptilatio, quare verbis adimatur, *lib. 2. c. 3. num* 18.

Actio. Solemnitates, & certe antiquitus erant actiooes, *lib. 2. cap. 1. num.* 29. non erat earum numerus certus, ſed indies novæ prodibant *ibi num.* 30. à ſyllaba cadens cadebat à cauſa, *num.* 32. & 33. & *lib.* 3 *cap. 9. num.* 5. certis formulis omnes actiones compoſitæ, *lib. 3. c. 9. n.* 4. compoſitæ fuerunt à Conſultis poſt leges 12. tab. *ibi num.* 7. Juris Civilis para erant *ibi num.* 8. Actionum formulæ poſtulabantur à Prætore, *dict. cap. 9. num.* 9. & *n.* 44. litigantes ſuo periculo intentabant, nec Prætor demonſtrare poterat, *num.* 10. & ſic ad advocatos, & conſultos concurrebant, ut certas actiones intentarent, *dict. cap. 9. num.* 10. bonæ fidei actio an ſub formula, *num.* 19. De omnibus rebus actiones conſtitutæ, *lib. 3. cap. 9. nu.* 21. edebantur reo, an cedere an cootendere vellet. *num.* 44. Prætor præſtabat eandem actionem, quæ expoſtulabatur, ſi directa, directam, ſi utilis utilem, *dict. num* 44. Vide alia verbla, *mandati actio: quantitas: formula.*

Actio de peculio, vide *peculium*.

Actio ex empto, vendito equo, ſi appareat caſtratus, an competat hæc actio *lib. 3. c. 10. n.* 23. datur propter vitium animalis venditi, *n.* 27. competit quotieſcumque aliquid non bona fide actum eſt in venditione *ibi n.* 27. quære alia verbis, *equus*, *mulus*.

Actio in factum, hæc actio quatenus conſideratur in actionibus utilibus, *lib. 3. cap. 9. n.* 24.

Actio negociorum geſtorum. non erat extraordinariæ cognitionis Prætoris *lib. 3. c. 9. n.* 16. Extraordinaria erat, *n.* 30. introducta contra receptas Juris regulas *ibi* pietate, & æquitate Prætoris, *n.* 35. quando nihil intereſt in ea, quod utili, vel directa actione agatur, *d. cap. 9. n.* 39. vide verbum, *lex.*

Actio ſepulchri violati, vide *ſepulchrum.*

Actio utilis, omnia actio utilia an extraordioaria ſit *lib. 3. cap. 9. n.* 24. in ea an formulæ, *n.* 25. judicium extraordinarium eſt, *n.* 40. inventa ad caſus ſimiles ex interpretatione, *n.* 41. provenit ex Jure naturali *lib. 4. c. 10. n.* 26. an civilis ſit, *n.* 30. *cum ſeq.* & *n.* 42. vide verb. *Deportatus.*

Actus, in dubio magis permiſsus, quam prohibitus cenſetur *lib. 2. cap. 1. n.* 19 facilius deſtruitur, quam conſtituitur *d. lib. cap. 3. n.* 8. Actus unus poteſt per ſe celebrari Jure Gentium, & idem per ſe Jure Civili, *lib. 4. c. 13. n.* 58 & *cap. 14. n.* 31. Actus qui lingua latina neceſſario ſcribi debebant, *ibi n.* 5. vide verb. *Probibitio.*

Ademptio legati, vide, *legati ademptio:*

Adſignatio liberti, nuda voluntate adimitur *lib. 2. c.* 3, *n.* 6. nutu fieri poteſt. *ibi.*

Adite Præſidem, formula reſcriptorum, vide verbo *Præſes.*

Aditio hereditatis, ao verba requirat, & outu fieri poſsit *lib. 2. cap. 6. per tot.* pupillus & mutus an poſsint adire *d. cap. 6. nu.* 2. diſcrimen inter aditionem, & heredis geſtionem, *n.* 3 & *n.* 29. Aditionia modus triplex, *n.* 5. ſimplex aditio in nuda voluntate, & ſimplici conſenſu *d. lib. 2. c. 6. n.* 10 cum ſeqq. τὸ *aditio*, omnem aditionem comprehendit, *n.* 30. Aditio eſt ad ſucceſſionem ire, *nu.* 33. geſtio ſub aditione continetur, *n.* 38 In aditione quaſi contractus celebratur, *n.* 42. & *lib. 4. cap. 8. n.* 16. Mutus adire hereditatem poteſt, *d. cap. 6. n.* 46, nutu pater jubere poteſt adire hereditatem filium, *n.* 48. Adiens hereditatem cenſetur ſua cauſa, & Jure ſalvo facere, *lib. 4, cap. 7. n.* 9. alia vide verbia, *Geſtio pro berede: cretio: ſubeo: immixtio. lex Falcidia:* S. C. *Pegaſianum: ſuus heres.*

Adoptio, *adoptare*, adoptio an celebrari poſſit ſine verbis ſola demonſtratione, *lib. 2. cap. 7. n.* 23. verba, & certas ſolemnitates requirit *ibi*, nutu facta ſtricto Jure non valet, ſed confirmatur à Principe, *n.* 25. Adoptio infamiam originis an abolere nequeat, *lib. 5. cap.* 8. barbarus adoptatus à Cive Romano, an exuat notam barbaricam, *d. lib. 5. cap.* 12. *per tot.* Adoptione civitas acquiritur, *ibi n.* 3. naturam imitatur, *n.* 5. Apud Athenienſes adoptari poterat folum oatus ex cive Attica, *ibi n.* 6. Adoptantis ætas, *n.* 53.

Acquiſitio ſervi legati, & hereditarii acquiſitio pendet, non validitas, *lib. 4. cap.* 12. vide verb. *Servus.*

Advena; male audiunt advenæ, odioſi ſunt, *lib. 5. cap. 8. n.* 13. ioterficiebantur *n.* 14. Lacædemones a ſua Republica ejecerunt, *n.* 15. de nuptijs cum eis, vide verbo. *Peregrinus*, & alia, eodem verbo, & verbia: *Hoſpes: Roma.*

Adverſus: an idem valeat, & accipiatur, pro *ſecundum*, *lib. 4. c. 14. n.* 35.

Adulatio, officium adulationis in quo conſiſtat, *lib. 3. cap. 10. n.* 43. redarguenda eſt, *lib. 5. cap. 1. n.* 7.

Adulites, populus eſt, emporium Trogloditarum, & Æthiopum, à quibus conditus fuit, *lib. 5. cap. 6. n.* 50.

Advocatus, vide verbo, *Prætor.*

Ædilicium edictum, vide hia verbis, *equus*, *mulus*, *actio ex empto*, *redhibitoria.*

Ægyptus, *Ægyptius*, an barbari Ægyptii, *lib. 5, cap. 5. per tot.* Autores litterarum & ſcientiarum, *d n.* 2. ſophiſta Ægyptius, *n.* 4. Ægyptii eruditi, verſificatores, & aliis laudibus honorantur, *ibi:* Omnes peregrinabantur ad eos propter ſcientiam, & ſacrificia, *n.* 5. Græci ab eis deſumpſerunt, *num.* 6. Græcorum Dii incoluerunt Ægyptum *d. lib. 5. c. 5 n.* 6. ea regio cæli effigies dicta fuit, *ibi.* Dii epulaturi conveniebant apud Ægyptios, *nu.* 7. Græci ab Ægyp-

tiis acceperunt anni menſiumque rationem, & motus ſolis, lunæ, aliorumque ſiderum, *n.* 8. & leges, *ibi.* ſtellæ in Ægypto ſemper fulgent, *ibi*. Ægyptii barbaros vocant omnes cæteros, non ſua loquentes lingua, *d. cap.* 5. *num.* 10. Religio, & numina eorum, *n.* 17. turpitudo, & fœditas ſacrorum, *ibi.* Iſidis ſacra, *n.* 20. Sacra Ægyptiorum deportata Romā, *d. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 23. laſcivia eorum, *n.* 24. Abraham timuit propter ſpeciem conjugis ſuæ eos, *n.* 24. Apud Ægyptios nuptiæ inter fratrem, & ſororem; *cap.* 5. *n.* 26. Ægyptii partim liberi, & partim ſervi, nam liberi homines paſſim ſe venditabant, *n.* 29. & hodie obſervatur apud eos *n.* 34. veſcuntur cum feris, *n.* 35. filii non compelluntur alere parentes, *n.* 37. Amant furta, & laudant, *d. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 40. feminæ aſſiſtunt foro, viri lanificio *n.* 42. cultura agrorum qualis, *n.* 48. crudelitas eorum: necabant homines rufos ad ſepulchrum Oſyridis, *nu.* 51. alia crudelitatis exempla, *ibi.* natura eorum reproba, *nu.* 59. Ægyptus quare regebatur ab equitibus, & non Senatoribus *ibi*, quare J. Cæſar regnum permiſit Cleopatræ, & fratri *ibi*, Ægyptius carnifex, *ibi*, ſcientia eorum qualis, *ibi n.* 53. Ægyptium templum, *n.* 54. religio eorum, *ibi*, inventores ſcientiarum non fuerunt, *n.* 56. incantatores, *n.* 57. ſapientia, *n.* 58. Ægyptia motio quid. *d. lib.* 5. *c.* 5. *num.* 59. qua cauſa ranas, & cyniphes paſſi fuerint Ægyptii *ibi*, eorum peculium armentis conſtabat, *d. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 30. colore ſubnigri, *n.* 34. Ægyptus colonia Æthiopiæ, *d. c.* 6. n. 36. veſtimenta Ægyptiorum qualia, *n.* 37, medicinam exercent. *n.* 41. cantilenas, & ludos amant, *n.* 44. ſuarum ſuperſtitionum tenaciſſimi, *n.* 47. Ægyptus magis arida in dies, & adaggeratur à Nilo *d. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 50. populum Dei Ægyptus detinuit, & ſic ſolvit talionis pœnam, *d. c.* 6. *n.* 50. ſervi Ægyptiorum profugi, quem populum conſiderent, *n.* 50. jus civitatib. ab omnib. gentibus Ægyptiis denegatum fuit, *n.* 51. vide alia verbis, *feminæ*, *barbarus*, *ſpurius*, & de Ægyptiis apud nos, *Gitanos*, quære verbo, *Gitanos.*

Æquitas: ratio æquitatis ſuperat ſtrictam *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 47. jus noſtrum in æquo, & bono nititur, *ibi*, æquitas rationalis, *ibi*, de verborum æquitate, vide *verbum.*

Ætas: ut cognoſceretur, pudenda inſpiciebantur, *lib.* 5. *c.* 12. n. 49.

Æthiopia, vide *Ægyptus.*

Affirmativa, clauſula affirmativa majoris roboris eſt, ſi præcedat, quam negativa, *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 14.

Africanum, vide *bellum.*

Agmen, manu levata retinentur, & compeſcuntur agmina, *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 29. aliquando concitabantur, *n.* 32.

Agnatio: *agnatus*, cogniti agnati *l.* 12. tab. *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 22. agnatio nomen civile, *n.* 23. agnati etiam cognati ſunt, *n.* 24. jura de agnatis loquentia, non præcipue naturam, & ſanguinem reſpexerunt, ſed decorem familiarum, & majeſtatem populi Romani, *ibi.*

Ago, receptum verbum in re maris, *lib. c.* 12. *n.* 51. agere alieno nomine non licebat, *lib.* 3. *c.* 9. *à n.* 31. ſive in Judicio, vel extra, *n.* 33.

Alexander, de jure populi, & fiſci Alexander Severus leges moderatas tulit, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 23. Alexander Macedo quo errore in Ammonis templo ſe filium Jovis putavit ex vicioſa pronunciatione Sacerdotis, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 2. & 3.

Alexandrinus: eruditio quæ *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 4. pueri Alexandrini, *n.* 29. vide *Ægyptus.*

Alienatio in fraudem fiſci nulla eſt, *lib.* 4. *c.* 12. *n.* 42.

Alimenta, *Alo*, alimentorum legatum in facto potius quam in jure conſiſtit *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 30. ſervis ad cuſtodiam templi relictis alimenta poſſunt legari, *n.* 32. filius debet parentibus præſtare, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 37. capitale fuit alimenta auferre, *n.* 38. ſubſidium vitæ alimenta ſunt qui aufert, enecat, *ibi.* Animalia præbent ſuis, *n.* 39. uſque ad pubertatem relicta, uſque ad quam ætatem debeantur, *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 54. cauſa alimentorum favorabilis, *n.* 55. ſupra pubertatem quiſque quærere debet, *n.* 56. filiis eorum, qui in bello ceciderunt, Athenienſes decreverunt, *n.* 58. vide alia in verbo *deportatus*, *naſcor.*

Alluvio: quid ſit, & quid in ea intelligatur, *lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 8.

Alternativa, *alternatio*, *alterno*, an hæ dictiones ſint barbaræ, vel latinæ, *lib.* 1. *c.* 1. *per tot.* derivatio nominis alternativæ, *n.* 6. alternativa ſubſtantive capitur, *n.* 11. ſic & alternus *n.* 12. alternativa verificatur, quamvis una res examinatur ab ea, *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12. ſic & conditio alternativa non deficit, quamvis alterum defecerit, *ibi* & *n.* 14. ſi altera res ſtipulantis facta ſit, altera remanet in obligatione, *ibi*, in alternativa enunciatione alterum ſolum deſignatur ſolutioni, *d. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 19. & vera habitas terminorum in ea datur *ibi* & *n.* 20. ſufficit in ea alterum adimpleri, *lib.* 1. *cap.* [illegible] *n.* 8. inter genus, & ſpeciem in copulativam convertitur, *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 5. & 6. & quid inter demonſtrationes falſas, an utrumq; debeatur, *n.* [illegible] utraque res alternata, an in obligatione ſit, *d. lib.* 1. *c.* 13. *per tot.* & an una ſolutione, *ibi*, ſi in diverſis diſpoſitionib. duo homines alternative legati ſunt uterq; poteſt accipi, & ſolvi, *lib.* 1. *c.* 13. *nu.* [illegible] idem ſi ipſe debitor conſtituit unam rem ſolvere, *n.* 13. res una ſtipulatoris effecta, aut ſi non culpa ſua exierit ab obligatione, altera remanet in ea, *d. c.* 13. *n.* 12. idem in legato, *n.* 14. an duo ſint legata in alternativa, *nu.* 17. quando in alternativa cadit affectus, & una res ſuperat aliam, tunc minor res eſt in obligatione, & ſolutione & unum legatum eſt, *d. lib.* 1. *c.* 13. *n.* 18. Invenies alia plura in verbis, *disjunctio*: *legatum*: *oratio*: *ſtipulatio*: *ſubſtitutio*: *ſententia*; *conſtituta pecunia*; [illegible]; *donatio*; *emptio*: *conditio indeclusæ*: & in dictionibus, *ſeu*, [illegible],

Amazones, vide *feminæ*,

Ampliare legatum, id eſt ſubdisjunctive relinquere, *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 20.

Annotatio: idem eſt quod privata teſtatio, *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 11.

Annuo, pro conſentire, *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 3. propoſcere, *n.* 6. pro reſpondere, *n.* 8. ſolemne verbum in reſcriptis Imperatorum *d. lib.* 2. *c.* 11, & 12, vide *autus.*

Antiquitas, probatur traditione, & fama immemoriali, *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 18. & 19, an ſola fama probetur, *n.* 21. res in majus componit. *n.* 22. vide *traditio.*

Antoninus, Imperator, vide *D. Pius.*

Aquilia lex, vide *lex Aquilia.*

Aratrum: neceſſarium agriculturæ, arma agricolarum, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 49.

Arbitrium, quod relinquitur in alterius arbitrium nullam producit obligationem, *lib.* 4. *cap.* 11. n. 24.

Architectus, vide *Juſtinianus*,

Arcembrotus, Barclaii cur inſuetus navigationi, *lib.* 2. *c.* 12. *à n.* 2. cujus filius, *n.* 7. ejus hiſtoria, *ibi.*

Argumentum, à jure ſpeciali, & privilegiato non poteſt deſumi, *lib.* 4. *c.* 12. *nu.* 39.

Ariſtippus, ejus providentia, & ſpes cum veſtigia hominum in litore vidit, *lib.* 2. *cap.* 11. *n.* 12. & videns geometrica ſchemata, *lib.* 3. *cap.* 11. *n.* 9.

Ariſto Juris Conſultus, tempore Veſpaſiani vixit, *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 2. & 28. quid ſit Ariſtonem tractare jura antiqua, & recentia, *n.* 30.

Arma, publico favore commendantur, *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 26. inter armorum ſtrepitum ſilent leges, *ibi.*

Articulejanum S. C. vide *Senatus Conſultum.*

Aſinus, vide *manus*, *jumentum.*

Aſylum, quis Romæ aperuit, & ad quid, *lib.* 5. *c.* 10. *n.* 13. & *n.* 16.

Athenienſis, Reſpublica in certas tribus diſtributa fuit *lib.* 5. *cap.* 12, *n.* 35. invenies plura in verbis, *adoptio*, *tribus*, *curia*, *civis*, *civitas*, *profeſſio*, *pubertas*, *alimenta*, *cenſus.*

Auditus, vide *juramus*, *vox.*

Augeo: *augmentativum*: pertinet ad ſubdisjunctivum genus, *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 71. & antea *num.* 24. & 25.

Auguſtus Cæſar, vide *Octavianus.*

Aula Regia, mittuntur nobiles juvenes ad eam ut conſortio fortium virorum fruantur, *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 7. & *n.* 13.

Avus, pro omnibus majoribus accipitur, *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 42.

Dictiones Græcæ,

Αγλωσσος pro barbaro *lib.* 5. *c.* 3. *n.* 5.

Αιγυπτιαζειν pro ludere, & quare, *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 45.

Ανασπλοι de militibus, qui reclinata, & remiſſa ſcuta ferebant, *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 28.

Αναποδεικτος, indemonſtrabilis, in disjunctione ſubdisjectiva, *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 19.

B. Litera

B.

B. Littera duram habet pronunciationem, & inſuavem, *lib.* 5. *c.* 3 *nu.* 11. & 12. ſonum habet inter P. & F. *ibi*, ponitur pro P. & pro V. *ibi*, ſonat multum in labiis aſpere ponunciantis, *n.* 12.

Balbus, *Balbutire*, cerebrum bumidum babet balbutiens, *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 50. ebrii balbutientes, *ibi.* male litteram R. pronunciant, *lib.* 5. *c.* 3. *n.* 5.

Barbarus, *barbaries*, *τὸ barbarus*, compoſitum a notione Græca eſt, *lib.* 5. *c.* 3. *n.* 2. attributum vicioſe pronuncianti litteras, *n.* 3. barbaros, *σολοικος*, *ibi*, *n.* 6. etymon, *d. c. a n.* 8. extentum fuit ad idiotas, crudeles; ſine lege viventes, expertes civilis, & militaris diſciplinæ, *nu.* 26. Primum tempus fuit, quo Græci cunctas nationes vocarunt barbaras, *lib.* 5. *c.* 4. *à n.* 1. & Romanos, *n.* 8. barbarus pro Latino, *num.* 9. floreſcente imperio Romano Romani a Græcis barbari dicebantur, *n.* 10. Ægyptii an barbari *d. lib.* 5. *c.* 5. *per tot.* Memphis barbara, *ibi n.* 21. Hebræi an barbari, n. 16. ſervi barbari dicuntur, *num.* 34. Secundum tempus, quo Romani cæteris nationes barbaras dixerunt, *lib.* 5. *cap.* 7. probatur eruditis, & conſultis, *ibi n.* 2. & 3. hoſtes barbari dicuntur, *num.* 4. incertum eſt tempus quo Roma notam barbariei amiſerit, & in cæteras nationes rejecerit, *num.* 6. paulatim id effectum fuit, *num.* 7. Romani an Græcos barbaros dixerunt, *d. cap.* 7. *n.* 9. Juſtinianus an barbaros habitus fuerit, *lib.* 5. *cap.* 8. *per totum*, præclaræ res barbaræ dictæ veluti urbes, *num.* 17. regna, *n.* 18. aurum, *n.* 29. Reges, & Reginæ, *a nu.* 20. Ovidius, *n.* 24. & Plautus, *n.* 25. & Nævius, *n.* 26. lex, *n.* 27. ſphæra, *n.* 28. philoſophia, *ibi.* Perſes Nympha, *n.* 29. templa, *n.* 30. flumina, *n.* 31. ſacerdotes, *n.* 32. Diana, *n.* 33. Juno, n. 34. navis, *n.* 35. in factis, & nudo cortice barbaries conſiſtebat, *lib.* 5. *c.* 11. *n.* 20. potuit civili rationi commutari, *ibi.* barbarus adoptatus à cive Romana, an notam barbaricam exuat, *lib.* 5. *cap.* 12. *per tot.* vide *barbaricus*, *Græcus*: *Latinus*: *Ægyptius*: *nuptiæ.*

Barbaricus, ornamenta barbarica auro intertexta, *lib.* 5. *cap.* 8. *n.* 19. lex barbarica, *d. lib.* 4. *cap.* 4. *n.* 9. Sphæra barbarica pro Ægyptia, *d. lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 13. barbaricus pro hoſtili, *d. lib.* 5. *c.* 7. *n.* 4. barbarica nota præſumptio & arrogantia aliquarum gentium fuit, *dict. lib.* 5. *c.* 11. *n.* 18. vide *barbarus.*

Barbaricarii, qui artifices erant, *lib.* 5. *c.* 8. *nu.* 19.

Barbariſmus, quid ſit, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 7.

Bardus, pro ſtulto, *lib.* 5. *cap.* 3. n. 23.

Bambalio, apud Ciceronem unde dictus, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 21.

Baro pro ſtulto, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 23.

Bellum, magni duces a pueritia aliti fuerunt in exercitu, & bellica tractarunt, *lib.* 2. *c.* 11. a *n.* 6. Africanum bellum, quando exarſit adverſus Romanos, *lib.* 3. *cap.* 3. *num* 68. vide *periculum*, *miles.*

Biſtonis, lacus Thraciæ, *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 14. Biſtonius equus, id eſt, Thracius, *ibi.* vide *equus.*

Blæſus, vide *balbus.*

Bobo, unde apud Hiſpanos ſic dictus ille, qui ſtultus eſt, *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 24. etymon cjus *ibi.*

Bona fides, vide *actio.*

Bonorum poſſeſſio, vide *lex Julia*, & *Papia.*

Bos: Animal inſignis manſuetudinis, in eo plura hieroglyphica conſiderata ad virtutes, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 24.

Bua, puerorum potus, & verbum, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 12.

Buſyris, qua ratione dicatur hoſpites necaſſe, *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 51.

Dictiones Græcæ.

Βαβάζω, inarticulate loqui, *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 24.

C.

C. Littera, & prænomen *Caius*, demonſtrat & nomen familiæ, *Cornelius*, *libr.* 3. *cap.* 3. *a num.* 60.

Caballus, *caballarius*, *caballinus*: Ignobilior equus ab Antiquis vocabatur, *lib.* 3. *cap.* 13. *n.* 7. pro quocumque jumento laborem patiente, *n.* 8. etymon. *n.* 11. diſtinguitur ab aſino, & jumento, *n.* 11. & 12. caballus doſſuarius ignobilis, *dict. lib.* 3. *c.* 13. *num.* 14. & *antea*, caballus piſtrinarius continetur in legato, quæ piſtrini cauſa legata ſunt, *d. c.* 13. *n.* 15. caballatio quid, *n.* 16. caballinus fons quare ſic dictus à Perſio, & non equinus, *d. c.* 13. *n.* 17. ſed poſtea caballus pro nobili equo, *n.* 18. equus comprehendit caballum, *n.* 21. alia vide in verbo, *equus.*

Cavallero, apud Hiſpanos unde dictus, *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 18.

Cadaver, cuſtodiebatur in Theſſalia certo pretio propter magarum infeſtationem membra illius abrumpentium, lib. 2. *cap. n.* 54.

Caducum, dabatur earum rerum quas quis capere, non poterat, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 14. fideicommiſſum caducari non poterat, tempore 12. tabul. pro non ſcripto habebatur, & remanebat apud heredem, *d. cap.* 3. *num.* 87. & *lib.* 4. *cap.* 12. *a num.* 1. & *num.* 22. caduca odioſa *d. c.* 12. *ibi.* vide *lex Julia*, & *Papia*, *pro non ſcripto.*

Cæremonia, vide *certa verba.*

Campanus, campani municipes erant populi Romani, *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 8. Campanorum Capua caput erat, *ibi* cenſiti campani Romæ: eis cum Romanis nuptiæ permiſſæ, *lib.* 5. *cap.* 12, *num.* 32.

Canis, iratus reſtrictis dentibus litteram R. pronunciat, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 4.

Capacitas, vide *ſervus.*

Capito JurisConſultus, notatur, & caſtigatur quia veſanum Labeonem dixerit, *libr.* 5. *cap.* 1. *a num.* 7. obſequio, & adulatione gratiam Auguſti adeptus fuit, & prælatus Labeoni, *ibi.*

Captivus, teſtamentum ejus, qui apud hoſtes deceſſit confirmat lex Cornelia, *lib.* 4. *capit.* 9. *num.* 1. moriens apud hoſtes fingitur in civitate deceſſiſſe ante captivitatem, *num.* 2. verus ſervus eſt, nec interim pro cive Romano habetur, *dict. c.* 9. *num.* 5. nec teſtari poteſt *ibi* nec ſuos heredes habet, *ibi* nec poteſt fideicommittere, *num.* 6. ſtatus captivi pendet non conditio, *lib.* 4. *cap.* 12. *nu.* 25.

Caput: nutu capitis injuria fit, *lib.* 2. *c.* 8. *nu.* 33. vox & lingua conſideratur, in nutibus capitis, *n.* 42.

Capitalis, reus, vide *damnatus.*

Capite cenſi: vide *militia*: vide *cenſus.*

Capitis diminutio, tollit quidquid juris civilis eſt, non vero naturalis, *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 31. deportatus ſi reſtituatur non capite minuitur, nec filiusfamiliâs ſi morte parentis liberetur à patria poteſtate, *d. lib.* 4. *cap.* 13. *num.* 56. capitis diminutio non pertinet ad Jura Gentium, *ibi n.* 57. vide in verbis: *Uſusfructus*: *cognatus*: *teſtamentum militis.*

Carmen, falſum, vide in verbis, *fideicommittere*: *teſtator.*

Carpentum, Cæſarum temporibus permiſſum erat veſtalibus, ſacerdotibus, & in numerum Deorum relatis, *lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 33. ſummam pompam, & dignitatem præ ſe ferebat, *num.* 35. carpentum pompaticum, *ibi* celerrimum vehiculi inſtrumentum fuit, *d. cap.* 12. *num.* 36. etymon *ibi* vide *femina*, *Senatus Conſultum.*

Carruca, vide *feminæ.*

Caſtratio, *caſtrare*, homines caſtratione efficiuntur debiliores, & morboſi, *lib.* 3. *cap.* 10. *num.* 24. non omnia animalia caſtratione efficiuntur morboſa, *nu.* 24. animalia, ſi dum creſcunt caſtrantur, pulchriora evadunt, *n.* 26. ſanum animal etiam caſtratum *ibi.*

Cauſa, ſeries cauſarum certa ad eventum extremi unius tendit, *lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 8. cauſæ maximæ, quæ dicantur in judicio, *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 6. hæ pertinebant ad Principem, *ibi*, & *lib.* 3. *cap.* 8. n. 8. humiles ad pedaneos judices, *ibi n.* 8. & 9. uſque ad quam quantitatem *ibi*, cauſæ 10 fl. maravedinorum non poſſunt devolvi ad curiam, *d. lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 18 quantitas humiliorum cauſarum, *ibi num.* 23. cauſa publica (vide *publicum*) cauſæ rerum non ſunt permiſcendæ, *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 10. naturalis cauſa magis inſpicitur, quam civilis, *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 48. vide plura alia in verbis, *Prætor*, *Judex*, *Præſes provinciæ*, *recuperator*, *quantitas*, *defenſores civitatum*, *municipium*, *conſulere*, *cognitio cauſæ*, *conſul*, *Rex.*

Cenſor, lex de cenſoris poteſtate, *lib.* 5. *cap.* 12, *num.* 21.

Cenſus, *cenſere*, inferioris cenſus homines, vel qui nullum profitebantur in quam militiam adſcribebantur, *lib.* 2. *cap.* 12. *a nu.* 25. (vide alia *in militia.*) Servius inſtituit in civitate cenſus, & ad quid, *lib.* 5. *cap.* 12. *num.* 13. tribus in cenſu declarabatur, *ibi n.* 17. per ordinem tribuum fiebat, & unuſquiſque in ſua tribu cenſebatur, *n.* 17. incenſitus pro cive non habebatur, ſed aliquando pro ſervo, *d. c.* 12. *n.* 19. ſoli cives cenſebantur, *ibi* cenſu libertatem

tatem ſervus adipiſcebatur, *n.* 20. ætas filii ad cenſendum conſiderabatur, *n.* 25. ſed quæ ætas in maſculis, & feminis, *n.* 26. cenſus dabatur perſonarum, quæ cives Romani non erant, *d. lib.* 5. *c.* 12. *d n.* 30. veluti ſordidas artes exercentes, & quando hi homines recepti in civitatem, *ibi & n.* 32. *& ſeq.* apud Athenienſes cenſus ſecundum tribus fiebat, *n.* 59. cenſus ex facultate civium, *ibi* vide alia verbo. *tribus*, *civitas*, *civis*, *campanus*,

Centumvirale judicium, cauſæ quæ in jure conſiſtebant remittebantur a Prætore ad illud *lib.* 3. *c.* 6. *n.* 32. qui hoc judicium deſcripſerint, *ibi n.* 32. illi præſidebat Prætor, *n.* 33.

Cerebrum, hominis principium quidem nervorum eſt, & ſenſus omnis, motusque voluntarii, *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 47. eſt palatium intellectus, mentis, & animæ, hic ſedet, hic gubernat, & ab hoc nervorum fibræ dependent, *ibi n.* 48. qualitas cerebri quibus argumentis cognoſcatur, *d. c.* 15. *n.* 49. cauſa eſt omnium inſipientiarum & ineptiarum, *ibi n.* 50. balbutientium cerebrum pati, argumentum eſt ſurditas, & mutitio, *n.* 52. ſanum eſſe poteſt, quamvis nervi aliqui ab illo dependentes affecti ſint, *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 59. qui mentis conſtantiam habet, & electionem in intellectu ſanum retinet cerebrum, *d. c.* 15. *n.* 61.

Certa verba: modi perſonæ, *&c.* an in legatis obſervarentur, *lib.* 2. *cap.* 1. *a n.* 19. *& ſeq.* & in conſtitutione heredis, *n.* 20. certa verba, quæ vocarentur, *ibi a n.* 21. excantationes, auguria certis & conceptis verbis celebrabantur, *n.* 24. *&* 25. certis diebus operari quid, *ibi n.* 27. certæ, & ſolemnes actiones, *ibi n.* 29. certa jura, *n.* 30. in votis nuncupandis, & religioſis actibus, *d. lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 34. in fideicommiſſis non dabantur, *n.* 47. certa verba pro modis certis quando accipiantur, *d. cap.* 1. *n.* 55. certæ perſonæ heredum intelliguntur demonſtratæ appellativo nomine, *lib.* 2. *cap.* 9. *num.* 22. vide *procurator.*

Cethegi, cinctuti quid, *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 24. vide *humerus.*

Chlamis, paludamentum militare, *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 29. contributio pro chlamyde militari emenda, *ibi n.* 30. indumentum etiam fuit puerorum, *n.* 32.

Chriſtus, qua ratione primo acceſſerit Ægyptum, *lib.* 5. *cap.* 5. *numer.* 14. vide *Deus.*

Cicatrix, milites gloriantur vulnerum cicatricibus, *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 31. deformitatem, & infamiam præ ſe ferunt, *a nu.* 34. uſusfructuarius ſervum cicatricibus deformare non poteſt, *ibi*, vide alia in verbis, *redhibitoria: lex Aquilia*, *deformitas.*

Cicero, genus ſuum referebat ad Servium Tullum, *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 19.

Ciconia, injuria ſeu ſanna ciconiæ quomodo fieret, *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 11. idiomate Hiſpano *biga* dicitur, *ibi n.* 16. qua forma figurabatur, *ibi n.* 18. pietas ciconiarum erga parentes, *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 39.

Cimo, Athenienſis an nuptias contraxerit cum Elpinice ſorore, *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 28.

Cinclus, quæ avis ſit, *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 3.

Cingalus, an populus, an avis: proverbium, mendicior liberide, & cingalo, *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 10.

Cingulum, quod oppidum, *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 10.

Circenſis ludus: vide *femina*, *equus.*

Circumago, ſolemne verbum ad rem maris, *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 51. 52.

Civile jus, conſideratum à Cicerone in componendis legibus 12 tab. *lib.* 5. *c.* 5. *num.* 34. additum antiquis 12, tab. & in foro appenſum, *n.* 36. vide *jus.*

Civis, homo qualiter conſideratur civis mundi, *lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 49, *& lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 4. ſic philoſophi reſpondebant *ibi n.* 9. omnes ſubditi imperio Romano cives effecti Romæ, *lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 1. cives quibus modis fierent, *d. cap.* 10. *n.* 9. Antoninus autor fuit conſtitutionis, qua ſubditi Imperio, cives fuerint effecti, *n.* 30. civis neceſſario certam tribum debebat habere, ut jure civitatis frueretur, *lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 13. filius cenſu conſtituebatur civis, *d. c.* 12. *n.* 27. ſordidas artes exercentes quando recepti inter cives, *n.* 30. *& ſeq.* Apud Athenienſes civis, ſine tribu eſſe non poterat, *n.* 43. filius ut eſſet civis profitebatur eum parens apud curiales, *d. c.* 12. *nu.* 46. profeſſus debebat originem ducere ex vicis agreſtibus, ut acquireretur civitatem, *n.* 51. vide alia in verbis, *patria civitas: cenſus profeſſio.*

Civitas, ut repleatur civibus magna cura in populo Romano: inde favores nuptiarum. *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 21. Romana tempore Ulpiani conceſſa omnibus ſubditis Imperio, *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 9. relegatione non amittitur, *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 46. civitatea Jure Gentium coactæ, *d. c.* 14. *n.* 49. quo ſenſu dicitur civitas ſervi, & dedititii, *n.* 51. victos, & hoſtes Romulus in civitatem recepit, *lib.* 5. *c.* 10. *n.* 15. *&* 36. Medici, & Doctores liberalium artium recepti in eam, *ibi nu.* 17. origo civitatum, *lib.* 5. *c.* 10. *n.* 23. & denominatio, *ibi* qualiter civitates condebantur, & deſignabantur aratro, *ibi n.* 25. civitate in principio pauci donabantur, poſtea plures, *lib.* 5. *cap.* 10. *n.* 27. quibus modis acquirebatur civitas, *d. lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 3. civitas eadem dicitur, quamvis primi homines mortui, *ibi n.* 4. nativitate apud Athenienſes acquirebatur, *n.* 7. *&* 8. & Romanos, *ibi* Romulus in tres partes diſtribuit, quæ poſtea ſubdiviſæ fuerunt, *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 9. Athenienſis civitas etiam nativitate acquirebatur, *n.* 44. vide alia in verbis, *libertus*, *Roma: civis: tribus: cenſus.*

Claſſis, *claſſiaria*, vide *militia.*

Clauſula, vide *fideicommiſſaria*, majoris vis eſt ſi præcedat, *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 14.

Clælia, quare equeſtri ſtatua donata, *libr.* 3. *c.* 13. *n.* 31.

Clypeus, formula, *tegi clypeo lib.* 2. *c.* 5. *n.* 27. ſignum belli ſiniſtra clypeum efferre, *ibi n.* 27. ſic remittere, ſignum pacis erat, *ibi* vide *ſcutum.*

Codicillis, in hoc non juſta, ſed precaria voluntas datur, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 9. codicilli facti à deportato non irritantur reſtitutioni in civitatem, *n.* 56. *&* 57. impeditus de facto teſtamentum facere, poterit facere codicillos, *d. lib.* 4. *c.* 15. *a n.* 35. teſtes in codicillia non rogati ſolemniter adſunt, ſed ad probationem, *n.* 38. nulla ſolemnitas in codicillis, *ibi* ſpecies eſt ultimarum voluntatum *n.* 39. primus illis uſus fuit Labeo, *libr.* 5. *cap.* 2. *n.* 1.

Cognatus, *cognatio*, lege 12. tab. cognati incogniti erant, *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 22. cognatio nomen naturale, *n.* 23. capitis diminutione cognatio qualiter amittatur, *d. cap.* 10. *num.* 36.

Cognitio cauſa, quæ erat ordinaria, apud Suetonium, *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 8. vide alia verbo, *Prætor: Conſul: Rex.*

Compilatores Pandectarum, quid peregerunt in compoſitione Juris Civilia, *lib.* 5. *cap.* 11. *a n.* 7. vide *Tribonianus*, *Juſtinianus.*

Compono, receptum verbum ad periculoſas & maritimas res, *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 50. *&* 51.

Concubina, militibus an licerent concubinæ in exercitu, *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 4. vide *Scortum.*

Conditio indebiti, ſi utraſque res alternatas debitor ſolverit, & apud creditorem una perierit, non poterit alteram debitor condicere, *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 16.

Conditio, alternativa non deficit, quamvis alterum defecerit, *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12. ſi Titio non nupſerit de quibus nuptiis intelligatur, *lib.* 1. *c.* 6. *a n.* 10. copulativæ conditioni utrique parendum eſt, *lib.* 1 *c.* 7. *n.* 23. indisjunctiva, cujuſque defectus dat locum, *d. l.* 1. *c.* 8. *n.* 30. ſi ſine liberis deceſſerit, inſerta aliis conditionibus an impartiatur eundem favorem omnibus, *n.* 9. conditiones, ſub quibus ſubſtitutus vocatur, referuntur ad inſtitutum, *n.* 24. ſi ſine liberis deceſſerit, ad tempus mortis refertur non aditæ hereditatis, *d. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 5. ſi duæ conditiones alternativæ ſint, & ex una commiſſa ſit ſtipulatio, quamvis altera poſtea extiterit amplius non committetur, *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 14. vide alia in dictione, *ubi:* & *ſeu ſive.*

Confiſcatis: deportatis, & rei capitalis damnatis non ſemper imponebatur confiſcatio, *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 46. confiſcatione bonorum deportati non pertinent ad fiſcum materna bona deportati filii, *d. c.* 10. *n.* 54. jure ordinario indeportato ſemper intelligitur, *n.* 60. abhorrebant eam boni Principes, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 5. *&* 6, & quando imponebant eam recuſabant ſuum nomen in rationalibus ſcribi, *ibi n.* 7. confiſcatio deportationem ſequitur. *n.* 13. & 16. confiſcari bona poterant, ſine amiſſione civitatis, *nu.* 26. ille, cui bona confiſcata fuerunt poterit mandare, ut ea emat, *d. c.* 13. *nu.* 28. vide *dominium.*

Confuſio hereditatis, vide *hereditas.*

Conjunctis copulativa: de ea qui egerint, remiſſive, *lib.* 1. *c.* 2. virtus ejus, *n.* 2. *&* 3. utrumque copulatum requirit, *d. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 7. *&* 8. *c.* 8. *n.* 10. *ra ſeu ſive* an copulativa ſint, vide in his dictionibus, & alia verbo *conditio.*

Conſenſus, nutu perficitur, *lib.* 2. *c.* 4. *a n.* 1. *per tot.* contractus quare nudo conſenſu conſtent, *d. lib.* 2. *c.* 5. *a n.* 3. manu levata demonſtrabatur, *n.* 33. vide *mutus.*

Conſervare, vide *res majorum.*

Conſtituta pecunia, conſtituens ſolvere unam rem ex

duab.

duab. alternativis, non poteſt variare, *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 9. idem ſi ipſe debitor conſtituit alteram rem ſolvere, *ibi n.* 10. pactum conſtitutæ quatenus Juris Gentium, & Civilis ſit, & producat actionem, *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 23.

Conſul, in primitiva Roma de privatis cauſis cognoſcebat, *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 15. ideò appellabatur judex, *nu.* 18. dicebatur Prætor, *ibi n.* 20. vide *Prætor.*

Conſulere, *conſultatio*, ſuper humilib. cauſis gravabantur Imperatores conſuli à Præſidibus provinciarum, *lib.* 3. *c.* 7. *n.* 17.

Contemptus, injuria eſt, & cauſa iræ, & atrocium cædum, *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 8.

Contractus, qui nutu perficiuntur, *lib.* 2. *c.* 4. *à n.* 1. *per tot.* & *c.* 5. *n.* 1. & 2. licet Juris Gentium ſint, tamen civiles conſiderantur, *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 23. vide *nutus.*

Contradictio, contradictionem, quæ univerſales univerſaliter ſunt, altera pars debet eſſe vera, *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 5. idem in ſingularibus, *ibi* & *c.* 6. *n.* 4. vide *oratio.*

Contrarium, contrariorum alterum eſt privatio, *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 7. longiſſimis ſpacüs diſtat, *ibi* contrariæ enunciationes unum ſolum admittunt, *n.* 5. in disjunctivis inveniuntur apud Conſultos, *n.* 17 & 18.

Contumelia, apud Græcos ὕβρις, injuria dicitur, *d. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 9. vide *nutus*, *injuria.*

Conviviis, vide *feminæ.*

Copulativa, vide *conjunctio.*

Cornelium, per litteram C. notabatur, *libr.* 3. *c.* 3. *n.* 66. Cornelius Coſſus in Africa deceſſit, *num.* 76. vide *Coſſus Lentulus.*

Coſſus: cognomen in familia Lentulorum, & Corneliorum, *lib.* 3. *c.* 3. *à n.* 72. Cornelius Coſſus Tolumnium Thuſcorum ducem interfecit, *n.* 75. Coſſus Cornelius Lentulus Iſauricus, *n.* 78. quo anno Conſul, & cum quo, *ibi*, vide *Cornelius.*

Cretio, per cretionem mutus hereditatem adire non poterat *lib.* 2. *c.* 4. n. 1. & *c.* 6. *n.* 8. & *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 40. certis ſolemnibusque verbis celebrabatur, *d. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 6. ejus verba, & formulæ, *ibi*, alia ſpecialia in cretione, *ibi*, remiſſive. Omnis hereditatis aditio per cretionem non ſignificabatur, *ibi*, in ipſa cretione aditio ineſt, *d. c.* 6. *n.* 7. quando ſublata, & à quo, *d. lib.* 2. *c.* 6. *n.* 14. in pandectis rara mentio cretionis, *ibi n.* 18. ſubſtitutiones ſub cretione relinquebantur ſed rarius, *ibi n.* 19. datur in geſtione pro herede, *ibi n.* 25. cretio imperfecta in geſtione, *ibi n.* 26. ſi ſub cretione inſtitutus non creverit, ſed geſſerit pro herede in partem hereditatis admittebat ſubſtiturum *ibi n.* 26. ſub nomine aditionis comprehenditur, *n.* 31. pupillus quando cernere poſſit, *d. c.* 6. *n.* 51.

Curia, *curialis*, curia apud Athenienſes quid *lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 39. curialis quis, *ibi*, vide *tribus.*

Curſus, publicus agebatur per boves, mulas & aſinos, poſtea per equos, *lib.* 3. *cap.* 13.

Dictiones Græcæ.

Καϐαλλεῖν, injicere, *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 10. & 11.

Καταλείπω, ſolemne in re teſtamentaria, *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 37.

χειροτονεῖν verbi vera notio, & origo, *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 10.

Κληδονίζεσθαι, κλήδονα, quid *lib.* 2. *cap.* 1. *n* 25.

Κοιμᾶσθαι, reclino vigilum, *lib.* 2. *cap.* 12. *n.* 46.

Κωφὸς ſurdus pro ἄφωνος, *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 52.

D.

DAmnatus, rei capitalis quando intelligatur ille, cui civitas, & libertas, vitaque ſalva permanet, *lib.* 4. *cap.* 20. *n.* 43. ad beſtias, & ferrum teſtari non poteſt, *dict. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 58. ob falſum carmen, vide *teſtor.*

Dare, judices dare, vide *judex*, latam habet ſignificationem, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 16. & *n.* 42. proprium eſt legati vindicationis, *ibi n.* 43. & legati damnationis, *ibi n.* 44. plerumque adjicitur verbo, ſpeciali, *d. c.* 5. *n.* 46.

Debitor: liberatur ſi res una alternative promiſſa poſt oblationem periit, *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 10. Aliud eſt ſi altera res ſtipulatoris fuerit effecta, aut exceſſerit à disjunctione, nam altera remanet in obligatione, *ibi. n.* 12. & 13.

Decuria judicum, vide *judex.*

Deditio: manu levata ſignificabatur, *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 30. vide *dedititius.*

Dedititius, qualiter teſtari libertus non poterat, *lib.* 4. *c.* 14. *à n.* 32. liberti dedititii, *ibi n.* 36. plenam libertatem non habebant, *ibi*, habebat ſucceſſores dominos, *n.* 37. inducti fuerunt ad formam populi dediti, *n.* 41. populus dedititius quis, *ibi*, forma & exempla deditionis, *d. cap.* 14. *n.* 41. dedititii poterant iterum manumitti, *ibi n.* 42. & reduci in ſervitutem, *n.* 43. Civis Romanus eſſe non poterat, *ibi n.* 44. nec illios civitatis, unde originem trahebat, *ibi*, libertas deditia eſt quaſi ſerviens, *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 49. teſtamenti factionem dedititio interdixit lex Ælia Sentia, *ibi n.* 50. jacet ſubjectus legibus civitatis in qua domino deditus eſt, *d. c.* 14. *nu.* 51. vide *deditio.*

Defenſores civitatum, cognoſcebant de levioribus cauſis, *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 15.

Deformitas, *deformis*, ex vulnere an æſtimationem recipiat in homine libero, *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 36. contrarium eſt in virgine innupta, *ibi n.* 37. deformes ex vulnere quando ad ſacros ordines promoveri poſſint, *ibi* n. 39.

Defunctus, actus defunctorum, & omnes res ad eorum honorem, & venerationem pertinentes in jure publico conſiſtunt, *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 16. jura eorum æquiparantur legi, & ejus autoritati, *dict. cap.* 2. *n.* 17. pro defunctorum jure ſumma cura in Republica, *ibi*, magis quam vivis favetur, & quare, *ibi*, ne ſine herede decedant maxime curatur, *dict. cap.* 2. *n.* 18. actus eorum in ſuſpenſo eſſe non poſſunt, *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 26.

Delegatio debitoris, ſcriptura, vel nutu fieri poteſt. *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 1. per ſtipulationem qualiter fit, *ibi n.* 2. & 4. an nudo conſenſu *n.* 3. novatio eſt, ſeu novationis ſpecies, *ibi n.* 5. in ea juſſus, & ſtipulatio intervenit, juſſu creditor debitorem ſuum jubet Titio ſolvere, *lib.* 2. *cap.* 7. *n.* 7. juſſus delegationis nutu, & nudo conſenſu fieri poteſt, *n.* 11. an in delegante nutu requiratur, quod fari poſſit, *ibi n.* 15.

Deliberare, tempus quod datur heredi ad deliberandum præbet imaginem, & umbram ſucceſſionis, *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 30.

Deportatus, *deportatio*, Miles legatum, & hereditatem poteſt deportato relinquere, *lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 16. omnibus actionibus civilibus, & omni civilitate Romana exutus eſt, *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 15. ad peregrinitatem reducitur, ita ut ei ſalvum ſit Jus Gentium, & libertas, *d. cap.* 10. *ibi*, mortuo aſſimilatur, *ibi n.* 16. teſtari non poteſt, *d. c.* 10. *n.* 17. ſuccedere ex teſtamento non poterat, *n.* 18. nec ab inteſtato *n.* 19. ratio, *n.* 20. utili actione agere poteſt, *n.* 26. & *cap.* 13. *n.* 12. emere, vendere, & locare, & alios contractus Juris Gentium facere, *ibi n.* 27. matrimonium legitimum contrahere non poteſt, *n.* 28. ſed an reſolvatur deportatione, *ibi* legatum victus, veſtiarii, & neceſſarii uſus cauſa capere poteſt, *d. c.* 10. *n.* 29. ſextantem deportato lex reſervat ad inopiam ſublevandam, *n.* 33. alimentorum legatum matri relinquere poteſt. *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 31. & 34. matri an ſuccedere poſſit, *ibi à n.* 34. & quid quando indeportationis ſententia non fuerunt confiſcata bona, *d. c.* 10. *n.* 53. bona materna, ſeu avita ſimiliter filio deportati reſervabantur, *ibi n.* 54. filius in poteſtate deportati dicitur conſideratione ad tempus deportationis, *d. c.* 10. *n.* 53. deportatus an poſſit obtinere ſucceſſionem maternam filii, quando in ſententia ei fuerunt reſervata bona, *d. c.* 10. *à n.* 57. amittit patriam poteſtatem, *ibi n.* 58. ex teſtamento militis perfecte capit deportatus, *ibi n.* 61. an fideicommiſſum capere poſſit, *d. lib.* 4. *c.* 11. & *c.* 12. & quid ex teſtamento, & poſt neceſſitatem fideicommiſſorum, *ibi à n.* 13. paciſci non vero ſtipulari poteſt, *d. c.* 11. *n.* 21. ſed poſt exæquationem legati, & fideicommiſſi, non poterit fideicommiſſum capere, *d. cap.* 11. *n.* 22. heredem compellere non poteſt, quod ſibi fideicommiſſum præſtet, *n.* 24. ex teſtamento capere fideicommiſſum poterit, *n.* 25. ſatis punitur deportatione, quin efficiatur incapax fideicommiſſi, *n.* 27. nulla lex prohibuit, quod deportato fideicommiſſum relinqueretur, *n.* 34. fideicommiſſum univerſale deportatus capere non poterat, *ibi n.* 25. Actiones hereditariæ ex Trebelliano in deportatum transferri non

non poterant, nec cum eo celebrari ſtipulationes Pegaſianæ, *d. c.* 81. *n.* 35. inſtitui heres non poterat, *ibi*, ſervo deportati fideicommiſſum relictum ad quem pertineat, an ad fiſcum, vel ad deportatum, & à quo capacitatem acquirat ſervus ad acquiſitionem, *lib.* 4. *cap.* 12. *per totum*, ſervum, cui fideicommiſſum relictum erat, alienare poterat, *d. c.* 12. *n.* 18. fideicommiſſum deportati ſervo relictum pertinet ad eum ſi reſtitutus eſt, *lib.* 4. *cap.* 12. *per totum*, fideicommiſſi acquiſitio in deportato pendet non validitas, *n.* 19. ſi deportatus alienaſſet ſervum, cui relictum erat fideicommiſſum, pertinet illud ad emptorem, *d. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 44. deportatus quando fideicommiſſum relinquere poſſit, *lib.* 4. *c.* 13. *per tot.* ubi aliqui dantur caſus quæ bona habere, & acquirere poſſit poſt deportationem, *n.* 2. Aliquando ſententia deportationis, cum tali temperamento procedebat, quod certa pars bonorum, vel integra bona reſervarentur deportato, *d. c.* 13. *n.* 3. maxime apud pios Principes, *ibi n.* 4. fideicommiſſum relinquit non neceſſarium, *n.* 9. fiſcum heredem qualiter, & quando habeat, *d n.* 10. Auferuntur deportato bona acquiſita poſt deportationem in pœnam irrogatæ confiſcationis, *d. c.* 13. *n.* 14. dum vivit libere tractat bona poſt deportationem acquiſita non fiſcus, *d. lib.* 4. *c.* 13. *n.* 40. quia non ſtatim res ſequuntur fiſcum *ibi*, Ex teſtamento militis proprie capit, & ſuum facit, nec in eo habet ſucceſſorem fiſcum, de quo fideicommittere poterit, *a n.* 44. miles deportatus teſtatur de rebus Caſtrenſibus, *d. c.* 13. *n.* 47. fideicommittere civiliter deportatus non poterat, ſicut nec teſtari, & qua ratione, *a n.* 48. ſi in inſula codicillos fecerit, & in eis fideicommiſerit, & poſtea reſtitutus fuerit, qualiter fideicommiſſum valeat primis codicillis durantibus, *dict. cap.* 13. *d n.* 51. mandare qualiter poſſit, *dict. lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 40. Jure Gentium poteſt teſtamentum condere, *d. lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 56. deportatus civis eſt inſulæ in deportatione deſignatæ, *ibi n.* 57. vide alia in verbis: *confiſcatio*, *ſervus*: *reſtitutio*, *ſententiam paſſi*, *retrotractio*.

Depoſitum: rarum & grande depoſitum maris apud Statium quid, *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 30.

Derivatio, nominum latinorum legitima permittitur etiam in non receptis, *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 8.

Deſertor, *deſertio*, vide *excubatio*: *dormio*.

Deus, Chriſtus paſſibilis carne, impaſſibilis Deitate, *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 52. Ægyptiorum Dii, *lib.* 5. *c.* 5. n. 18. vide *vulnus*.

Dialectica, donum Dei, ejus officium quod *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 5.

Dictator, ejus maxima poteſtas, pedes in exercitu ibat non in equo, *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 41. aliquibus tamen inſidere in equo indultum fuit, *ibi* vide *equus*.

Didymus Alexandrinus, dictus χαλκέντερος, propter multitudinem librorum quos ſcripſit, *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 41.

Differentia, inter legatum, & fideicommiſſum in nomine tractatur, *lib.* 3. *per tot.*, ut detur in nominibus, & verbis diverſi effectus cuique nomini tribui debent, *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 29. differentiæ rerum prænoſcendæ ſunt, ad inveſtigationem veritatis *lib.* 3. *cap.* 2. *n.* 6. ex diverſitate nominis datur differentia, *lib.* 4. *cap.* 6. *n.* 2.

Digitus, ſilentium demonſtratur digito ori admoto, *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 18. digiti ſupputatorii, *ibi n.* 38. ſanna ciconiæ quomodo digitis fieret, *d. lib.* 2. *c.* 8. *n.* 11. digito demonſtrari in injuriam, *ibi n.* 12. digitus ad id major exerebatur, *ibi n.* 13. hic dicebatur digitus impudicus, *ibi a n.* 14. & infamis, *n.* 15. & 18. vide *manus*: *locatio*.

Dignus, magis dignum trahit ad ſe minus dignum, *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 48.

Diocletianus Imperator, aſſociavit in Imperio Maximianum: abdicavit ſe imperio: ſententia ejus de judicibus, quod plerumque mali eligebantur boni relinquebantur, *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 21. & *n.* 22. coëgit Maximianum relinquere imperium, *ibi*.

Disjunctio, *disjunctiva*, qui de hac egerint remiſſive, *lib.* 1. *cap.* 2. *n.* 2. definitio, *n.* 4. Græcæ quæ ſint, *ibi* formans disjunctivam, alterum ſolum vult, *n.* 5. exempla dantur, *n.* 5. & 6. directa, n. 9. pugnat cum altero ex deductis, *n.* 12. & *ſeq.* unam rem admittit, *d. lib.* 1. *cap.* 3. *n.* 21. disjunctio, *aut dies*, *aut nox eſt*, formularis, *d. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 20. disjunctiones grammaticorum non ſunt diſſimiles à Juris Conſultorum, *d. lib.* 1. *c.* 2. *n.* 28. nec Dialecticorum, *d. lib.* 1. *c.* 4. *n.* 9. an in ea alterum ſufficiat eſſe verum, *d. cap.* 4. *per tot.* contradictoria unum ſolum admittit, n. 5. apud Conſultos disjunctio contraria veritate alterius contenta eſt, *n.* 9. in ſtipulatione *illud*, *aut illud dare promittis*, an certum contineatur, *d. c.* 4. *n.* 21. disjunctiva contraria JCtorum contrariis terminis conſtat, ut dialecticorum, *n.* 17. oratio disjunctiva neceſſario alterum falſum debet habere, *n.* 25. & ſic disjunctio disjunctior erit, *ibi n.* 26. in negativa disjunctione an utrumque neceſſario verum eſſe debeat, & adimpleri, *d. lib.* 1. *c.* 5. *per tot.* & *c.* 6. & 7. *per integra capita*, ad id datur ratio, *c.* 6. *d. n.* 6. ſecus in affirmativa disjunctione, *d. c.* 6. *d n.* 17. disjunctio ex voluntate diſponentis in copulativam reſolvitur, *lib.* 1. *c.* 7. n. 4. & *n.* 9. & *n.* 31. ſic transfertur in ſubdisjunctivam, *ibi n.* 31. & *c.* 8. *n.* 21. & 22. & *c.* 9. *n.* 11. disjunctio, *aut*, longe differt à particula, *nec neque lib.* 1. *c.* 7. *n.* 21. favore filiorum dirumpitur disjunctivæ natura, & vis, & in copulativam reſolvitur, *lib.* 1. *c.* 7. *per tot.* & *c.* 8. *n.* 6. & 8. ex multis disjunctive propoſitis ſufficit alterum evenire, ut locus ſit fideicommiſſo, ſubſtitutioni, *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 9. inter diverſa, & diſſimilia ponitur, *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 11. ex cauſa neceſſaria in copulativam convertitur, *n.* 22. an & quando, conditiones, quarum defectus tribuit locum ſubſtitutio, referuntur ad inſtitutionem, *c.* 8. *d n.* 23. & quando, incertitudo inſuperabilis eſt, *n.* 27. disjunctiones augendi cauſa poſitæ copulant, *lib.* 1. *c.* 11. *d n.* 24. expoſitivæ disjunctiones explicantur, *lib.* 1. *c.* 12. *per tot.* earum deſcriptio, *ibi n.* 2. & *lib.* 4. *c.* 6. *n.* 26. pertinent ad ſubdisjunctivum genus, *ibid. c.* 12. *n.* 2. varia exempla dantur, *d n.* 3. ex ſententia Trapezuntii quando poſt interrogationem reſponſio datur, ſed male, *ibi n.* 4. & 5. unde expoſitiva disjunctio formetur, *ibi n.* 6. qualiter diſtet à copulativa, *d. c.* 12. *n.* 15. format expoſitivam teſtatoris voluntas, *n.* 18. & 19. disjunctio inter genus, & ſpeciem an reſolvatur in conjunctivam, *lib.* 1. *c.* 12. *n.* 14. & 21. & 22. inter parum diſtantia, & æqualia conſtituitur, *n.* 30. non ſemper expoſitiva erit, quia inter genus, & ſpeciem poſita ſit, *d. c.* 12. *n.* 31. vide plura in verbis, *negativa disjunctio*, *promiſſio*, *ſumma*, *legatum*, *conditio*, *interdictum*, *quod vi aut clam*, *ſubdisjunctivum*, *donatio*.

Diſſolvo, omnis res per quaſcumque cauſas naſcitur per eaſdem diſſolvitur, *libr.* 2. *c.* 6. *n.* 21. obligatio per ſtipulationem celebrata non nudo conſenſu diſſolvitur, *c.* 7. *n.* 6. vide *obligatio*.

Divus, vide *Imperator*.

Dolus, & fraus à vi differunt, *lib.* 1. *c.* 10. n. 6. doli actio adverſus metum inferentes, *n.* 14. in dolo ipſo vis ineſt, *ibi n.* 17. ſed non ſemper dolus pro vi capitur, *ibi n.* 24. definitio doli à Labeone tradita rejicitur à Guevara, quia inſanus dictus fuit, ſed in hoc reprehenditur, *lib.* 5. *cap.* 2. *n.* 10. vide *vis*.

Donatio, etiam à Principe confirmata ſupervenientibus liberis reſolvitur, *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 29. donans legatario teſtator unam rem ex duabus alternative legatis, altera remanet in obligatione, *lib.* 1. *cap.* 13. *n.* 14. an contineatur ſub appellatione legati, *lib.* 3. *cap.* 1. *n.* 3. & 4. & *lib.* 3. *cap.* 3. *d n.* 1. ſimplici voluntate contenta eſt, *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 460.

Donatio inter virum, & *uxorem*: pœnitentia revocatur, & ultima voluntas ſpectanda eſt, *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 14. morte confirmatur abſque ullo teſtamento, *libr.* 4. *cap.* 7. *n.* 36.

Domicilium: mulier tranſit in domicilium mariti, & quando, *lib.* 4. *c.* 14. *nu.* 17. & 18.

Dominium, transfertur ipſo jure in fiſcum, in ſententia proſcriptionis bonorum *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 37. dominium lege transfertur, *n.* 38. vide *fiſcus*: *publicatio bonorum*: *vindicatio*.

Dominus, nullus eſt ſui ipſius, *libr.* 5. *cap.* 5. *numer.* 32.

Domitianus Imperator: cavit edicto ſe nuncupandum Deum, *lib.* 2. *cap.* 4. *n.* 16. & *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 47. pulchritudine ſua maxime capiebatur, *libr.* 3. *cap.* 10. *n.* 16. & *n.* 29. licet ignavus, & imbellis belligerans fingitur a poëtis, *n.* 41. equus maximus coloſſi Domitiani à quibus deſcribatur, *ibi n.* 44. ſtatura, & vultus ejus, *n.* 45. cicatrices in coloſſo deſcriptas non habuit, *ibi à n.* 40. vera Domitiani effigies in coloſſo deducta, *ibi n.* 46. Titum fratrem dicavit cœlo, ut frater Dii videretur, *ibi* filium virginis Palladis ſe conſtituit, *d. lib.* 3. *c.* 10. *n.* 48.

n. 48. propter quod ludos inſtituit in honorem Palladis, ibi pulvere belli formoſus, d. lib. 3. c. 11. n. 4. pulcherrimus in coloſſo ſculptus erat, n. 26. & in eo ſtabat cataphractus, d n. 28. fuit ore pulcherrimus, n. 34. à pulchritudine commendabatur, ibi nu. 35. rubor, & pallor in ore Domitiani, ibi n. 37. ejus impudentia, d num. 37.
Domitius, L. Domitius illuſtris patre, & avo lib. 3. cap. 3. num. 68.
Dormis, eo dormire pro deſerere, lib. 2. c. 12. n. 46. dormiens miles in vigilia quando excuſabatur, n. 47. vide ſomnus.
Dos, favor ejus ſtatutus propter incrementum civitatis, lib. 5. cap. 10. n. 15.
Dux, duces illuſtrantur, & decorantur periculis maris, lib. 2. cap. 11. d n. 2. non tamen ſi piraticam exerceant, n. 4. etiam a pueritia, ibi n. 6. dormire in primo litore maris ſtupidiſſimum eſt, d. c. 11. n. 12. cum peregrinam intrant regionem, primo ſpeculari gentem debent, ibi. maxime cum inculta, & montes in fronte vident, ibi d. n. 12. duces militum limitaneorum, qua cura, & vigilantia exercitum luſtrare debeant, d. c. 11. n. 17. aliquando eis licet dormire in primo litore, libr. 2. c. 12. n. 41. vide alia in verbis, *navigatio: providentia: periculum: mare: ſomnus: requies.*

Dictiones Græcæ,

Δήμιος, quid lib. 5. c. 12. n. 38.
Διαθεῖναι, ſolemne apud Græcos pro diſponere in teſtamento lib. 3. c. 2. nu. 29.
Διαθήκη pro teſtamento lib. 3. cap. 2. n. 31.
Διαζώννυσθαι, quid lib. 1. cap. 3. n. 59.
Διαζώννυσθαι, quid, lib. 1. c. 4. n. 17.

E.

EBrius, qua ratione ebrii balbutientes fiant, lib. 4. cap. 15. num. 52.
Elementa, nullam certam patriam Jure naturæ retinent, lib. 5. cap. 9. num. 29. vide *Jus Gentium.*
Emancipatio, emancipare, certis verbis, & ſolemnibus celebrabatur, lib. 2. cap. 1. num. 30. non cogitur pater filios emancipare, ſed quid ſi à teſtatore injunctum fuit propter legatum, lib. 3. c. 9. n. 29.
Emendatis, in lecturis receptis emendationes quando adhibendæ ſint, lib. 1. cap. 12. num. 17.
Emptio, emere, emens unam rem ex duabus alternative promiſſis, altera remanet in obligatione, lib. 1. cap. 13. n. 15. ille cui commiſſo bona ablata fuerunt, aut confiſcatione, poteſt alteri mandare, emere, lib. 4. cap. 13. num. 28.
Enunciatio, affirmativa, & negativa, quid lib. 1. cap. 4. num. 21. oratio enunciativa quibus conſtet, & dividatur, ibi circa rem falſam, & incertam concipi poteſt, ibi n. 22. vide *oratio.*
Ephebus: quis proprie ſit, & qua ætate lib. 5. c. 12. n. 29. in numerum epheborum, qua ætate referebantur filii apud Athenienſes, n. 51.
Epicurus, error hujus in disjunctionibus contrariis, lib. 1. cap. 4. n. 6.
Equus, pro equo acceptum fuit, lib. 3. c. 10. n. 17.
Equitatio, equitare, de equis acceptum fuit, lib. 3. cap. 10. n. 17. ſedere in equis, & equitare per civitates, qui Imperatores prohibuerint, d. lib. 3. c. 11. n. 37. equitatio res magnifica, & ſuperba, d nu. 41. Didonis equitatio, qua ratione, excuſetur, 45. vide, *vidua, equus, femina,* ubi plura de equitatione feminarum.
Equus, Thracius in pretio erat, cum maculis albis diſtinctus eſſet, lib. 3. c. 10. n. 3. & 14. pulchritudo, formoſitas, decor, equis attribuitur, ibi d n. 4. bonitas equi admiſſarii in quibus conſideretur, ibi n. 5. & 6. Jure Hiſpano debent eligi admiſſarii optimi certis pœnis judicib. impoſitis d. cap. 10. n. 7. Hiſpani equi in magno pretio ibi n. 8. laudatiſſimi in ludis Circenſib. ibi, ideò mittebantur in Hiſpaniam qui illos emerent ad Circenſes ludos, ibi n. 9. nobilitas, & generoſitas attribuitur equis, d. lib. 3. c. 10. n. 11. equus nobilis nobilem procreat, n. 12. Hiſpani equi ſeduci ab Hiſpania non poſſunt ſub gravib. pœnis, n. 12. & 13. Trojanus proditione infamis, n. 16. nobilis non miris, ſed acer eſt, n. 18. nobilitas equi quibus rebus conſtet, n. 19. deſcriptio feroci equi, ibi, equo ſimpliciter vendito, ſi appareat poſtea caſtratum eſſe, an detur redhibitoria, d n. 21. caſtratione equus debilior fit, d. c. 10. n. 22. equus caſtratus ſanus eſt, nu. 26. equus Maximus Domitiani in Coloſſo lib. 3. c. 11. per tot. equus natus ad bellum d. lib. 3. c. 12. n. 2. deſcriptio generoſi equi, ibi n. 2. equos habendi licentia in quibus provinciis prohibita fuit, n. 37. & c. 13. n. 24. & ſuſpectis perſonis, nec ad itinerum neceſſitatem, ibi nu. 38. ſed Palatinis conceſſa, ibi n. 39. ſed poſtea in urbib. equorum ſeſſio data fuit, d. c. 12. n. 40. Dictator ſedere in equo non poterat in exercitu, n. 41. nec philoſophi, & Sacerdotes Ægyptii, d n. 42. idem mos hodie in Italia, ibi tangi equus à ſacerdotib. Ægyptiis non poterat, d. lib. 3. c. 12. n. 43. proverbium, *equus ut me portet, alat Rex.* nu. 42. equus immolabatur Marti lib. 3. c. 13. n. 2. equus ignobilis utilis variis miniſteriis, n. 3. equorum tria genera, ibi varia nomina eis indita ab officio, & miniſterio, n. 4. agminalis equus, nu. 5. ſagmarius, ibi equos alere quando viduis feminis impoſitum fuit, d. c. 13. n. 27. & in Olympicis, propter quod coronabantur feminæ, ibi equus advenationem neceſſarius, ibi n. 28. vide alia in verbis, *macula, Biſtonius, Actio ex empto, Domitianus, equitatio, dictator, caballus, curſus.*
Error, interpretum errores circa interpretationes legum argumentis licet convincere, & quare, lib. 1. c. 12. n. 16.
Et etiam, ampliativum eſt, & relativum ad aliud lib. 2. c. 2. n. 4. & alios caſus ſupponit, lib. 4. cap. 8. n. 21.
Evirare, pro caſtrare, lib. 3. c. 10. n. 22.
Exceptio præſcriptio eſt, lib. 1. c. 12. n. 10. vide *regula.*
Excubare, miles, qui ab excubatione Præſidis, vel Præfecti deſiſtit crimen deſertionis committit. lib. 2. c. 12. n. 46. vide *Vigil.*
Exempla, in legibus non coarctant generalem deciſionem, lib. 1. c. 8. n. 15. plerumque deſumitur exemplum aptius, & quod magis urget in legib. ibi & n. 16.
Exercitus, Imperatori omni manib. levatis annuebat, lib. 2. c. 5. n. 33. vide *agmina.*
Exheredatio, facta ſic, *ſi filius natus natave filia ſit exheres eſto*, ſubdisjunctiva eſt, nec rumpi teſtamentum utriſque natis, lib. 1. c. 7. n. 32. nominatim fit ſub nomine appellativo, lib. 2. c. 9. per tot. vide *nominatim.*
Exilium, Philoſophi qualiter contempſerint lib. 5. c. 9. n. 10.
Extraordinarius, vide *judicia, actis utilis.*

Dictiones Græcæ.

Ἐπιτροχον ἢ ἀσφαλὴς, quid lib. 2. c. 1. numer. 26.

F.

FAcies, lingua, & vox in nutu faciei, & vultus conſideratur, lib. 2. cap. 8. n. 43.
Factionarius, homo dicitur factionis quatuor, aut Venetæ, Praſinæ, Albutæ, Ruſſatæ, lib. 3. cap. 20. n. 10.
Falcidia, vide *lex Falcidia.*
Fallere, minis, & dolis inceſſere, quid apud Plautum, lib. 1. cap. 10. n. 25.
Fama, paulatim dimanat, & creſcit, lib. 5. c. 7. n. 7. unde famam manare dicitur ibi.
Fari vide *for.*
Favor, publicus, vel privatus qualiter conſideretur in conſtitutione, & lege lib. 4. c. 2. d num. 10.
Femina, equitatio feminarum impudica, indecens, lib. 3. c. 12. per tot. militare non poterant, ibi n. 3. & Græci prohibebant, n. 4. militant apud Pontum, ibi, dedecet magis ea equeſtrem exercere militiam, n. 5. in curru militari vehi magis decet n. 6. coronant in bello muros, d. lib. 3. c. 12. n. 7. militia muliebris apud Platonem quæ, ibi n. 8. in bello adſtant ad commiſerationem, & injiciendos animos viris, n. 9. apud nationes feras militarunt veluti Amazones, Tartaræ, & aliæ, n. 10. à feudi ſucceſſione excluſæ an intelligatur Heroinæ, & militantes, d. lib. 3. c. 12. à certamine Olympico excludebantur, n. 13. ſed privilegio aliquib. indultum fuit adeſſe, & ſpectare curſum, ibi, excluſæ etiam fuerunt à ludis Romanis in quo variatum ibi n.

ibi n. 14. in foro, in convivio adeſſe non poterant: virorum conſpectum fugiebant, & in penetralib. ſedebant domus, d. lib. 3. c. 12. n. 16. & lib. 5. c. 5. n. 47. apud Ægyptios aliter, n. 17. Romanæ pedites incedebant donec carpenti, & pilenti uſus indultus fuit à Senatu, d. c. 12. n. 17. ſed hoc ordine, quod primis temporibus carpentis, & pilentis veherentur, ibi n. 18. quod poſtea à Senatu eis interdictum fuit à nu. 19. ſed ſecundo poſtea eis permiſſa pilenta, & carpenta, propter ornamenta collata ad exſolutionem promiſſionis Camilli, ſed hac diſtinctione, quod pilento uterentur ad ſacra, & ludos, carpento feſto profeſto, ibi n. 21. ſed quo tempore, & uſque ad quod tempus hæc indulgentia duraverit, ibi n. 26. ſed poſtea lex Oppia cum honorem vehiculi matronis ademit, ibi, reſervant vehicula ad ſacrificia, ſeu publica ſacra, n. 27. ad cætera pedibus ibant, ibi, ſed poſt abrogationem Oppiæ libera fuerunt eis carpenta, & pilenta, n. 29. poſtea lex Oppia renovata, n. 30. Cæſarum temporib. privilegio carpenta, quibuſdam indulta, n. 32. non omnib. n. 37. ultimo carrucis utebantur ſellis, lecticis, & aliis vehiculis, d. c. 12. n. 24. carpenta, & alia vehicula an non fuerint interdicta ad itinera, à n. 35. ſexus earum ſævus, ambitioſus, poteſtatis avidus, n. 43. feminæ militantes equitabant, lib. 3. c. 13. n. 24. ex ſententia Platonis Jure militant, n. 26. in ultimo angore adſunt in bello, n. 30. ſtatua equeſtri feminæ donata, & quare, ibi n. 31. eis receſſus conducit lib. 4. c. 14. n. 26. argentariæ officium exercere non poteſt, lib. 5. c. 5. n. 45. civilia, & publica officia eis interdicta, ibi ſicut virilia, & fora, n. 47. vide alia plura in verbis: *Ægyptus*, *equus*: *peregrinus*: *lana*: *in jus vocare*.

Fictio: ex juſta cauſa introducenda eſt. lib. 4. cap. 12. n. 21. vide, *captivus*, *lex Cornelia teſtamentaria*.

Fideicommiſſum, nuda voluntate conſtabant, lib. 2. cap. 1. n. 47. & lib. 3. cap. 4. n. 38. erant aliqua vulgaria verba, ſub quibus relinquebantur, ibi, nutu relinqui poterant, d. lib. 2. cap. 2. d. n. 3. ſed quare forma id procedebat, d. n. 5. fideicommiſſum relictum à teſtatore ſub verbo, μάλιστα, ideſt maxime, à n. 9. adimuntur nuda voluntate ipſo jure, d. lib. 2. cap. 3. à n. 4. verba quo ſenſu requiruntur in eis, d. cap. 3. à n. 16. relictum ita, *diſtribuas bona, ut quiſque de te meruit*, lib. 2. cap. 10. fideicommiſſum non venit ſub appellatione legati, lib. 3. cap. 1. & 2. nulla ejus definitio in pandectis, continetur ſub definitione legati, d. lib. 3. cap. 1. n. 10. tempore XII. tab. an cognitum fuiſſet, n. 22. frequens erat antequam Auguſtus neceſſarium edidiſſet, à n. 24. qua ratione voluntarium erat, n. 26. longe favorabiliora erant fideicommiſſa, quam legata, lib. 3. cap. 3. n. 17. & cap. 4. n. 18. quo tempore neceſſaria fuerint effecta, d. cap. 3. n. 34. & 47. an præceſſerint lationem legis Juliæ, & Papiæ, ibi eorum neceſſitas multo ante has leges introducta, d. 85. ante neceſſitatem Jure Civili non capiebantur, ibi n. 47. quando pro legato ſumantur, lib. 3. cap. 4. per tot. neceſſitas non certa conſtitutione introducta, & quo anno, lib. 4. cap. 5. n. 31. & cap. 11. n. 17. fideicommiſſa ab inteſtato, nulla lege, Senatuſconſulto, interpretatione conſultorum gubernata, aut reſtricta, ſub aliqua definitione, d. lib. 4. cap. 7. à n. 1. paulatim neceſſitas introducta, n. 8. in dubio ab inteſtato intelliguntur potius, quam ex teſtamento, n. 33. quomodo ab inteſtato relinquebantur, d. lib. 4. cap. 10. d. 6. in teſtamento relicta non valent teſtamento rupto, n. 11. teſtandi poteſtas neceſſaria eſt, ut poſſit relinqui in teſtamento, d. n. 11. fideicommiſſum extra legem, d. lib. 4. cap. 11. n. 8. alienum eſt Jure Civili, n. 11. à voluntate pendet heredis, ibi, Juris Gentium eſt, n. 12. poſt neceſſitatem an fideicommiſſa manſerint in Jure naturali, nec Juris Civilis fuerunt effecta, n. 16. qua actione petantur, ibi, neceſſitas fideicommiſſi Juris Civilis eſt, n. 23. & cap. 15. n. 8. & ea magis civilis, quam alii actus, ibi n. 24. ſed quare Auguſtus certa conſtitutione neceſſitatem non introduxerit, d. cap. 11. n. 24. leges prohibentes incapaci relinquere non intelliguntur de deportato, n. 34. univerſale fideicommiſſum ſolum civib. Romanis, & civitatibus ſubjectis imperio relinqui poterat, n. 35. acquiſitio in ſuſpenſo eſſe poterat non validitas, lib. 4. cap. 12. n. 25. à ſervo, & filiofamilias relictum, ſi poſtea manumiſſi fuerint, qualiter ſuſcitetur, & ſuſtineatur, lib. 4. cap. 13. d. n. 52. poſt neceſſitatem adhuc ſi velit teſtator poteſt relinquere, ſine neceſſitate præſtationis, n. 57. non ſubſiſtit, niſi aliquid perveniat aggravatum, d. lib. 4. cap. 15. n. 12. eſt ſpecies ultimæ voluntatis, n. 39. vide plura alia in verbis, *certa verba*, *legatum*, *lex Julia & Papia*, *caducum*, *juramentum*, *fiſcus*, *reſtituo*, *formula*, *D. Pius*, *deportatus*, *fidei committere*.

Fideicommiſſaria: clauſula fideicommiſſaria adjiciebatur in legatis, & quare, lib. 3. cap. 4. à n. 1. & n. 18. hujus clauſulæ virtute coheres quando vindicat ultra partem ſuam, d. cap. 4. d. n. 19.

Fideicommittere: fideicommittendi poteſtas à leg. 12. tab. provenit, lib. 3. cap. 1. à n. 24. & lib. 4. cap. 11. d. n. 2. A legatario fideicommittitur, lib. 3. cap. 4. n. 14. poteſt fideicommittere, qui teſtandi jus habet, lib. 4. cap. 10. per tot. & lib. 4. cap. 15. de facto impeditus teſtari, fideicommittere poterit, d. cap. 10. n. 3. & cap. 15. n. 35. filiusfamiliàs de caſtrenſi peculio fideicommittere poterit, d. cap. 10. n. 4. teſtamentum actuale non requiritur, ut quis fideicommittat, ſed poteſtas faciendi, ibi n. 5. fideicommitti illis poterit, quibus legari, lib. 4. cap. 11. n. 36. & in quibus perſonis, ibi Peregrinus fideicommittere poterit, d. lib. 4. cap. 14. per tot. fideicommittere non poſſunt ſervus, captus ab hoſtibus, deportatus, obſes, Latinus Junianus, Dedititius peregrinus, quia inteſtabiles ſunt conditione perſonæ, d. lib. 4. cap. 15. n. 4. & n. 12. celebrans inceſtas nuptias, damnatus ob falſum carmen, manifeſtus uſurarius non poſſunt fideicommittere, d. cap. 15. n. 7. nec filiusfamiliàs, & quare ibi n. 12. nec furioſus, & mente captus, ibi n. 14. & n. 15. nec prodigus, n. 26. & 22. nec impubes ibi n. 20. & n. 22. nec incertus, & dubitans de ſuo ſtatu, ibi, ſed an mutus fideicommittere poſſet, lòga quæſtio d. lib. 4. cap. 15. n. 33. & ſurdus ibi, & an captus à latronibus, ſi non teſtetur, ibi n. 36. teſtes non rogati adſunt fideicommittenti, n. 38. mutus ut fideicommittere poſſit, ridicula eſt illa diſtinctio, ſi vox morbo ei præcluſa ſit, vel non, d. cap. 15. n. 82. Jure naturali peregrinus, & deportatus fideicommittere poſſunt, n. 40. vide alia in verbis, *captivus*, *deportatus*.

Fides ſervare eam eſt Juris Gentium, lib. 4. cap. 11. n. 12.

Figura, pro modo lib. 2. cap. 1. n. 42. Rhetoricæ frequentes in Jure Civili d. lib. 2. cap. 9. n. 24. Antonomaſia, ſeu Metonymia eſt, quando loco nominis alia res ponitur lib. 2. cap. 9. n. 25.

Filius, in dubio creditur voluiſſe parentem ei ſucceſſionem deferre, lib. 1. c. 7. à n. 25. ejus favor in dubio, conſideratur, non contra expreſſa verba, lib. 1. cap. 8. n. 18. retinens filium emancipatum apud ſe pietatis cauſa dolum non facit. lib. 2. cap. 18. n. 8. traditus in occultam cuſtodiam alicui, debet prudenter publicare, & reſtituere ſuis natalibus, d. cap. 12. n. 12. nomen *filius*, dulciſſimum, & amantiſſimum, lib. 4. cap. 4. n. 27. acquirit patri ſucceſſionem maternam lib. 4. cap. 10. n. 54. vide alia in verbo. *Poſthumus*, *partus*, *teſtamentum militare*, *deportatus*, *teſtor*.

Fiſcus: in dubiis quæſtionibus contra fiſcum reſpondendum eſt, lib. 3. cap. 3. d. n. 9. petit fideicommiſſum incapaci relictum, n. 94. ejus favor quatenus conſideratur in Jure, non in præjudicium tertii, cui jus acquiſitum erat, lib. 4. cap. 12. n. 23. de Jure fiſci Severus Imperator leges moderatas tulit. d. lib. 4. cap. 13. n. 23. bona ad fiſcum devolvi, quo ſenſu dicatur, n. 38. vide, *alienatio*. *dominium*.

Fœnus nauticum: accipit creditor propter periculum maris lib. 2. cap. 12. n. 4. debetur ab inſtanti quo navis ſolvit, ibi n. 5.

For, *faris*, formula ſi fari poteſt, vel non, lib. 2. cap. 7. n. 17. In actibus qui nudo conſenſu conſtant, hæc formula inutilis eſt, n. 17. Tribonianus abutitur hac formula, lib. 4. cap. 15. n. 80. & antea, d. lib. 2. cap. 7. d. n. 22. vide *infans*.

Forma, an conſiſtere poſſit ſine preparatione materiæ, lib. 1. cap. 4. n. 24. diſtat à materia, lib. 3. cap. 2. n. 26.

Formula, formulæ pro actionib. lib. 3. cap. 9. n. 6. qua ratione formulæ in actionibus inſtitutæ, n. 16. de omnibus rebus conſtitutæ, n. 21. & quando, n. 38. fideicommiſſa non per formulam, ut legata petebantur, ibi n. 38. vide *teſtator*, *actio*, *judicia*, *utilis actio*.

Fortuna, vide *militia*.

Forum,

Forum: mulier quando matrimonio tranſit in forum mariti, & fruatur eo, *lib.* 4. *cap.* 14. n. 17. & 18.
Fraus: vide *dolus*: & *vis*.
Frons. injuria fiebat frontis nutu, & caperatione, *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 24. *cum ſeq.* index eſt animi, & ab illo voluntas, & conditio hominis colligitur, *d. n.* 26.
Furia Caninia. vide *lex Furia*.
Furioſus: nullam voluntatem habet, habetur loco quieſcentis, & abſentis, & ideò omnes actus invalidi, *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 15. vide alia in verbis; *fidei committere*, *teſtor*, *mutus*.
Furtum: Jure naturali prohibitum, *lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 41. admittunt, & probant Lacædemonii, & Ægyptii, *ibi n.* 4. & *ſeq.*

G.

5 GAjus Juriſconſultus; inſtitutiones ejus, quæ hodie præ manibus, quis confecerit *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 5. Inveniuntur lituræ, & errores contra mediam Juriſprudentiam in eis, *ibi*, oratio earum non latina aliquando, *ibi*.
Genitivus, poſſeſſionis datur, cum ſuum alicujus ſubjective dicitur, *lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 51.
Geno, receptum verbum à Latinis, *lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 2.
Genuina, pietas quid apud Ulpianum *lib.* 2. *cap.* 12. *à n.* 9.
Genus, *gens*: dicitur, quod de multis prædicatur ſpeciebus, *lib.* 1. *cap.* 11. ſummum unum, & aliud limitatum, & quid inter utrumque, *d. lib.* 1. *cap.* 12. n. 17. qualiter generi per ſpeciem derogetur, *n.* 24. reſtringitur ratione idoneæ materiæ, quæ ſubdita eſt generi, *n.* 25. reſolvitur in ſpeciem ſubjectam, *n.* 29. ſumitur pro figura, & forma, *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 45. limitatum, & reſtrictum pro ſpecie habetur, *lib.* 3. *cap.* 4. *n.* 29. quod dicitur genus ſpecificatum, *ibi* n. 30. genus generi non derogat, *n.* 31. genus, & gens antiquus qualiter probetur, *lib.* 5. *cap.* 6. *à n.* 18. vide alia in verbis, *ſpecies*, *legatum*, *veſtimenta*, *vires*.
Geſtio pro herede, infans gerere pro herede poteſt, *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 3. in quibus conſiſtebat, *d. cap.* 6. *n.* 9. mutus gerere pro herede poteſt, *d. cap.* 6. n. 9. & *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 40. perficitur geſtio, ſi heres attingat hereditatis aliquid, & quando ſecus, *lib.* 2. *cap.* 6. *à n.* 14. ſub additione comprehenditur, *n.* 32. pupillus gerere pro herede poteſt, *n.* 50. vide, *aditio hereditatis*, *cretio*, *immixtio*.
Getuli, rebellarunt adverſus Pop. Romanum inique ferentes Regem Jubam, *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 69. populi Africæ ſunt, *n.* 70. domuit L. Cornelius Lentulus L. filius, *n.* 71. agnomen Getulici in familia Lentulorum invenitur, *n.* 75. cognomen Getulici non invenitur in Cornelio, *ibi n.* 79. vide *Lentulus Coſſus*.
Gitanos, origo, & patria quæritur hujus gentis, *lib.* 5. *cap.* 6. *per totum*, an Cincli dicti, *n.* 2. ſententiæ variæ referuntur *à n.* 2. ſententia noſtra ex Ægypto ortam *d. cap.* 6. *num.* 12. multi Hiſpanorum huic genti commixti, *ibi n.* 13. Sigiſmundi Imperatoris litteræ commendatitiæ pro eis, *d. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 23. Sed jure patrio his, vel aliis litteris hujus gentis non creditur, *ibi n.* 25. linguam Ægyptiam ignorant, alii Græcam callent, *n.* 25. plerumque lingua loquuntur regionis, in qua degunt, *ibi*, ritus, mores hujus gentis iidem ſunt quos antiqui Ægyptii habuerunt *à n.* 25. amant furta, *ibi*, præcipue abigeatus *ibi*, *n.* 30. veſcuntur in montibus & ſuburbiis, *n.* 31. nimis crudeles ſunt, n. 32. laſcivia, & inceſtus eorum, matrimonia cum conſanguineis, *d. lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 33. color faciei ſubniger, *n.* 34. veſtimenta eorum, *ibi n.* 37. mulieres in publicis verſantur, & prætextu eleemoſinæ diripiunt domos, *n.* 39. incantatrices ſunt *n.* 40. medicinam exercent, *n.* 41. infida gens, ubi exempla, *n.* 32. ſine lege vivunt, *n.* 43. cantilenarum amatores, n. 44. tenaciſſimi ſuarum ſuperſtitionum, *d. cap.* 6. *n.* 47. ignoratur tempus, quo gens iſta ab Ægypto exceſſerit, *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 46. Rationes, quibus errones iſti diſcedere Ægypto potuerint, *ibi* & *n.* 50. talionis pœna, & judicio Dei errat gens iſta, *ibi*, tractatus anonymi de his erronibus, *n.* 52. quare apud incolas Nili gens iſti advena judicata fuerit, *n.* 53. pœnæ in hanc gentem propoſitæ *à n.* 54. contractus erronum invalidi, *ibi*, exclamatio adverſus gentem iſtam *d. cap.* 6. *à n.* 54. vide *Ægyptus*.
Gratia, in judiciis nullum locum habet *lib.* 3. *cap.* 8. *n.* 4.
Græcus, *lingua Græca*, Græci inter maximas virtutes habebant nomina facere; *lib.* 1. *cap.* 1. *n.* 7. Græcæ linguæ ſuavitas *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 18. & *cap.* 4. *n.* 3. latiſſima eſt, ut uno verbo latinam orationem comprehendat. *d. c.* 3. n. 17. Græci ſuam linguam conſervarunt. *ibi nu.* 18. Græci exotici. *lib.* 5. *c.* 4. *n.* 3. lingua Græca fere univerſus orbis locutus fuit. *ibi*. Græci in omni ſcientiarum genere polluerunt. *d. c.* 4. *n.* 4. & ſic doctrinæ cauſa ab omnib. mundi partib. ad eos occurrebatur. *ibi*. Græci militari peritia floruerunt. *ibi. n.* 5. & ideò orbem terrarum debellarunt. *d. c.* 4. *num.* 6. in laudes ſuas effuſiſſimi ſunt. *ibi*. jactabant a ſe humanitatem profectam. *n.* 7. levitatis notati fuerunt. *ibi*. lingua Græca propria Ægyptiorum fuit. *d. lib.* 5. *c.* 6. *n.* 26. vide *nomen*, *Latini*, *Barbarus*: *Ægyptius*.

H.

HAbraan, vide *Ægyptus*.
Heliopolitani: hoſpites ſuos immolabant, ſeu cives tres, *lib.* 5. *c.* 5. n. 10.
Hereditas. poſthumo pars tertia, vel dimidia reſervari debebat, *lib.* 1. *c.* 7. *n.* 28. an veniat hereditas appellatione legati, *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 8. aufertur heredi, cujus negligentia mortuus fuit teſtator, *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 7. cum duæ hereditates in uno herede inveniuntur à diverſis teſtatoribus qualiter non confunduntur, *lib.* 4. *c.* 8. n. 23. à die mortis teſtatoris cedit, *lib.* 4. *c.* 12. *n.* 25. vide *aditio*: *legatum*, *S. C. Syllanianum*, *lex Julia*, & *Papia*, *ſucceſſio*.
Heres, qui ſemel fuit, directe non poteſt deſinere eſſe heres, *lib.* 1. *c.* 9. *nu.* 4. uni duo in ſolidum heredes eſſe non poſſunt, *d. c.* 9. ſuis nominibus gravari tenentur in legato pro virili, ſecus ſi appellativis, tunc pro hereditaria portione, *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 17. Populus Rom. heres Regni à quibus inſtitutus fuit, *lib.* 3. *c.* 2. *à n.* 36. vindicare an poſſit rem reſtitutam incapaci, *d. lib.* 3. *c.* 3. *n.* 92. & antea, *n.* 17. quarta privatur heres reſtituens incapaci, *d. c.* 3. *n.* 92. & quid ſi filius ſit teſtatoris, *ibi à n.* 96. heres quando compellatur adire, vide *in lege Falcidia*: & *in S. C. Pegaſiano*, ne ſine herede aliquis decedat, maxime curatur, *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 18. gravari non poterat ultra id quod accepit à teſtatore, *d. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 6. quaſi contrahit cum teſtatore, *n.* 16. heres ſuus compellitur adire hereditatem, *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 10. vide *legatum*, *reſtitutio*.
Tò hic, refertur ad proximiora, *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 21. aliquando ſecus, *ibi n.* 22. accipitur pro *τὸ ille*, & repetitur in una oratione ad demonſtrandum duos, *ibi n.* 26.
Higa, idiomate Hiſpano, quæ injuria fieret, vide *Ciconia*.
Tò hodie, vide S. C. *Pegaſianum*.
Homerus, notatur à Virgilio, *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 49.
Homo, novus quis diceretur apud Romanos, *lib.* 5. *c.* 8. *n.* 6. à ſe ortus dicebatur, *num.* 7. intra paradiſum quare compactus homo, & extra paradiſum mulier, *lib.* 5. *c.* 9. *n.* 21. vide *liber homo*, *civis*.
Honor, pro pulchritudine, *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 20. in honorem civitatis relictum legatum quid contineat, *n.* 21. hujus nominis, quæ propria ſignificatio, *n.* 22.
Horatius Flaccus, acriter notatur, quod Labeonem inſanum vocaverit, *lib.* 5. *c.* 2. *n.* 7. mores, & vita ejus, *ibi*, ignoravit juriſprudentiam, *ibi*, adulatur Auguſto, *ibi*, libertini generis, *ibi* varius ſequebatur, jam Caſſium, & Brutum, jam Auguſtum, *ibi*.
Horror, vide *pulchritudo*.
Hoſpes, apud quas gentes hoſpites immolarentur, & interficerentur, *lib.* 5. *cap.* 5. *n.* 51. vide *advena*.
Hoſtis, pro peregrino dictus, *lib.* 4. *c.* 14. *nu.* 14. vide *Barbarus*.
Humanus, vide *interpretatio*.
Humerus, humeris exertis pugnabant Chethegi, *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 23. exerere humeros ſignum pacis, & pacatorum *à n.* 20. vide *Scutum*.

I.

ILlatio, de uno ad aliud in ſeparatis non fit illatio, *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 10.
Tò Ille refertur ad remotiora, *lib.* 1. *c.* 5. *nu.* 21. aliquando ad proximiora, *ibi d. n.* 22. relative, & demonſtrative

demonſtrative accipitur, *ibi* n. 24. ille pro hic, *ibi*, formula *ille ego*. n. 25.

Illiricum, Juſtiniani patria, *lib.* 5. *c.* 8. *nu.* 2. *c.* 10. *n.* 2. quis ſubegit, & in provinciam redegit. *ibi.*

Immiſceo, *immixtis*, ſub nomine aditionis continetur, *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 37. in ſuis filiis datur, non aditio *ibi* *n.* 38. diſtinguitur à geſtione, *ibi.*

Imperator, divi Imperatores quare vocabantur, *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 19. cognoverunt de privatis cauſis, *lib.* 3. *cap.* 8. vultus quo decore, & majeſtate apparere debeat, *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 24. vide alia plura in verbis, *exercitus*, *dux*, *conſulere*, *Rex.*

Impubes, tribunatum militarem numerorum obtinebat, *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 9. vide *miles*, *teſtor*: *fideicommittere.*

Incantatio, vide *certa verba*: *Ægyptius*, *Gitanos*,

Incapax, vide *vindicare*: *quarta Pegaſiana*: *fiſcus.*

Incenſitus, quis diceretur, *lib.* 2. *c.* 12. *à n.* 25. vide *militia*, *cenſus.*

Incertitudo, *incertus*, incertitudo, quæ vitiet actum, quæ ſit, *lib.* 1. *c.* 8. *n.* 26. omnia humana incertum habent exitum, *ibi*, miles incertæ perſonæ legatum, aut fideicommiſſum relinquere non poterat, *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 6. incertis de certis legari poterat, *n.* 9. voluntas omnino incerta non valet, & ſic legatum incertæ omnino perſonæ relictum, *nu.* 17. de poſſeſſione incertæ partis, vide *poſſideo*, & alia in verbis, *disjunctio*, *fideicommiſſum*: *teſtor.*

Inclino, hoc verbo utebantur conſulti in re difficili, *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 34.

Indicare, nutu aperte indicamus, *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 11. & 12.

Indignus, vide S. C. *Syllanignum*, *hereditas*: *legatum.*

Infans, ut conſideremus quos actus celebrare poſſit inſpicitur, ſi intellectum habeat, vel non, non vero ſi loqui poſſit, & quando, *lib.* 2. *c.* 7. *n.* 18.

Injuria, quærela injuriæ ſubalternatione proponi, non poteſt, *lib.* 1. *cap.* 4. *n.* 10. plures injuriæ in uno libello comprehendi poſſunt, *ibi*, nutu infligitur injuria, *lib.* 2. *c.* 8. *per totum*, dum tamen injuriandi animo nutus fiat, *ibi* *n.* 2. verbis aut re, *n.* 3. re quando, *ibi*, ab his modis omnia genera injuriarum promanant *ibi*, manum in aliquem elevans injuriam committit, *ibi* *n.* 5. injuria nutus ſub reali comprehenditur, *à n.* 4. manu injuris facta ad omnem realem extenditur, & comprehendit omnem propulſationem, *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 6. ſqualida veſte utens, & deferens barbam demiſſam ad contemptum alicujus injuria realis eſt, *n.* 7. nutus injuria ad contumeliam pertinet, *n.* 9. omnis injuria in corpus, aut extra corpus fit, *ibi*, *n.* 10. oculis capite, geſticulationib. manib. & corpore injuria nutus committitur, *ibi*, verbales injuriæ fiunt, nutib. capitis, frontis, occulorum, &c. *d*: *c.* 8. *n.* 38. utilis actio injuriarum naſcitur contra levantem manum, ut pulſaret, *n.* 44. & qua ratione, & quando directa, *ibi* pater, pro filii injuria, quando directe, quando utiliter agere poterit, *ibi*, vide alia in verbis, *contemptus*, *ciconia*, *ſanna*, *digitus*, *manus*, *oculus*, *nares*, *frons*, *riſus*, *lingua*, *caput*, *lex Cornelia de injuriis.*

Inſcriptio, argumentum, & conjectura ab inſcriptione legum quando admittenda ſit, *lib.* 3. *cap.* 6. *nu.* 15. & *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 31.

Inſtitutio heredis, imperativis verbis relinquebatur, *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 52. facta in uno fundo univerſalis eſt, & quando, *lib.* 4. *cap.* 5. *n.* 7. ab alieno arbitrio pendere non poteſt, *d. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 22. vide *certa verba.*

Interdictum, quod vi, aut clam ſubdisjunctivum eſt *lib.* 1. *cap.* 10. in quo τὸ, *aut* pro & ponitur, & intelligitur, *à n.* 2. ſubdisjunctivum eſt, & παραδιαζευκτικόν, *ibi* *n.* 11. in hoc interdicto vis, & dolus comprehenſus eſt, *ibi* *n.* 13.

Interpretatio, *interpretor*, *interpres*: officium boni interpretis diſtinguere cauſas, naturas, effectus rerum, *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 6. fundare opinionem ſuam legitimis argumentis, & fundamentis. *d. lib.* 3. *c.* 7. *n.* 4. interpretari non eſt legem condere, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 33. interpretis officium ex principiis juris penetrare jura, *lib.* 4. *c.* 7. *n.* 25. & *c.* 10. *num.* 50. interpreti quando liceat ſupplere aliqua, *lib.* 4. *c.* 8. *n.* 11. humana interpretatione ſuccedere quid ſit, *lib.* 4. *c.* 10. *à n.* 35. & *n.* 49. vide *error.*

Interpunctio, *interpungere*, interpungendi ratio apud antiquos cognita non fuit, *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 22. una ſerie antiqui ſcribebant, punctus unus, vel duplex ſolum in uſu fuit, & ſic præſens interpungendi ratio nova eſt, *ibi* *n.* 22. propter quod varietur interpungendi ars, *ibi*, multum conducit interpungendi ratio ad cognitionem juris, & ſcriptorum, *d. c.* 1. *n.* 23. vide *parentheſis.*

Interrogatio, actio interrogandi heredem, an ſit heres, qua cauſa prodita ſit. *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 27. judex interrogationes facere debet ad ſui animi inſtructionem, *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 74.

Inteſtatus, *inteſtabilis*, ad ſucceſſionem ab Inteſtato agnatus proximior vocabatur à l. 12. tab. *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 21. non cognatus, *n.* 22. Inteſtatus quis ſit, *d. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 34. ſucceſſio ab inteſtato civilior erat, quam teſtamentaria, *lib.* 4. *c.* 14. *à n.* 9. datur etiam jure naturali & gentium, *n.* 27. celebris erat apud Germanos, *ibi*, vide *teſtor*, *teſtamentum.*

Iſis, ſacra Iſidis apud Ægyptios, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 20. traducta fuerunt in Pop. Roman. *ibi*, adulteria, ſtupra, concubitus plurimus in his, *ibi*, ſacra Iſidis deportata à Roma, *ibi* *n.* 23. Iſis in Tyberim demerſa, *d. c.* 5. *n.* 23. nupta fratri Oſyridi. *ibi* *n.* 26.

Jubar, ſplendor ſolis, lunæ, luciferi, & aliorum ſiderum eſt, *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 17.

Judex, caput nocentis judicib. Jovi ſacrum fiebat, *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 21. ille, cui ſpecialiter eſt cauſa commiſſa, an poſſet judices dare, *d. lib.* 3. *c.* 6. *nu.* 18. & an Præſes Provinciæ, *ibi*, judices appellabantur Prætores, & Præſides, *d. c.* 6. *n.* 24. judices quando ſolo nomine diſtinguebantur à magiſtratib. *n.* 24. qui cognitionem non habet, judices dare non poteſt, *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 27. qui magiſtratus judices dare poſſent, *n.* 29. Prætor non poteſt cogi dare judicem, *n.* 30. judicum inferiorum tres erant decuriæ, qui de humilib. cauſis cognoſcerent, quib. quartam adjecit Auguſtus, *d. lib.* 3. *c.* 7. *à n.* 8. pedanei judices qui dicerentur, *n.* 10. pedanei in provinciis, uſque ad quam quantitatem judicabant, *n.* 14. judices mali multoties eliguntur, boni viro relinquuntur, *d. c.* 7. *n.* 21. non proprio judicio judicat, ſed probationib. *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 4. conſuetudine introductum eſt, quod magiſtratus poſſent judices dare, *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 11 *fin.* cum Prætor dabat, formula erat, *ex fide bona*: *quod æquius*, &c. *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 8. vultus judicis, quo decore, & majeſtate apparere debeat, *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 24. judex ignarus linguæ latinæ eſſe non debet, *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 4. vide alia in verbis. *Prætor*: *neceſſitas*: *recuperator*: *quantitas*: *mutus.*

Judicium, extraordinaria judicia, ſine actionum formulis intentabantur. *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 10. Juriſconſultorum tempore an omnia eſſent extraordinaria, *n.* 14. an extraordinaria introducta fuerint, antequam formulæ tollerentur, *ibi* *n.* 15. an extraordinaria judicia eadem eſſent, quæ bonæ fidei, *d. c.* 9. *à n.* 17. bonæ fidei judicia, an ſub formula intentarentur, *à n.* 19. & qualiter differebant ab ſtricti juris, *d. c.* 9. *n.* 23. in ſtrictis judiciis, verba interponebantur à Prætore, *ſi paterat*, *centum deberi condemnetur*, *ibi* *n.* 23. extraordinarium judicium multis modis dicitur, *d. lib.* 3. *c.* 9. *n.* 25. cognitio Prætoris extraordinaria dicitur, *ibi*, reus extraordinarius quis dicatur, *d. c.* 9. *n.* 27. extraordinarium dicitur, quidquid adverſus ſtricti juris regulas introductum eſt æquitate Prætoria, vel reſcriptis Principum, *à n.* 28. in judicio ex l. 12. tab. nomine alterius nullus eſſe poterat, *n.* 33. extraordinaria judicia, ſine formulis intentabantur, *n.* 37. Prætor judicium purum aliquando, aliquando cum exceptione dabat, aliquando denegabat, *lib.* 3. *c.* 9. *num.* 45. vide alia in verbis, *Prætor*: *centumvirale*, *actio utilis.*

Julia lex, vide *lex Julia.*

Jumentum, etymon, ſignificatio, *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 9. vide *caballus*: *curſus publicus.*

Juramentum, manu levata celebrabatur, *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 35. jurantes Reges levabant ſceptrum, *n.* 36. an verba requirat, *n.* 37. edictum Prætoris de remittendo juramento in legatis extenditur ad fideicommiſſa, *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 21. & ad teſtamenta militaria, *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 28.

Juriſconſultus: ſacerdotes nominantur Conſulti, & profeſſores artis boni, & æqui, *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 17. peritiſſimi in lingua latina, & elegantiſſimi, *d. lib.* 3. *c.* 2. *n.* 16. verba peculiaria retinent, *ibi* *n.* 17. eis fuit mos judicare quæſtionem in ipſa reſponſione, & deciſione, *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 13. & *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 50. cautionarii dicti *d. c.* 4. *n.* 17. quib. formulis reſpondebant in quæſtione difficili, ambigua, & conjecturali, *d. c.* 4. *à n.* 32. formularii dicebantur, *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 11. in re ambigua reſpondebant,

bant, *magis eſt*, &c. *lib.* 4. *c.* 5. *d n.* 33. poteſtatem ferendi legem non habuerunt, reſpondebant in ambiguis, *poſſe defendi*, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 52. more Academicorum ambigue reſpondebant, *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 72. reſponſa Conſultorum multa in eadem re, & quæſtione inveniuntur, *lib.* 5. *c.* 1. *n.* 30. vide *teſtatori, teſtor lex: inclino.*

Jus, ſilet inter armorum ſtrepitum, *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 26. tractare jura antiqua, ut recentia, quod ſit, *lib.* 4. *c.* 4. *n.* 30. jura juribus concordanda, *lib.* 4. *cap.* 7. *n.* 55. jus civile pro legibus 12. tab. *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 12. vide *lix*, *lix* 12. *tab.*

Jus Gentium, neceſſitate adimplementi huic juri à lege attributa, adhuc Jus Gentium remanet, *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 18. quando transformetur in Jus Civile, *d. c.* 11. *n.* 19. juris gentium actus poſſunt celebrari in teſtamento, *n.* 25. Jure Gentium, ut aliquis frui poſſit plenam, & abſolutam libertatem habere debet, *lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 48. Jus Gentium quid ſit, *ibi*, ad fruendum Jure Gentium debet aliquis habere uſum, & domicilium alicujus civitatis, *ibi* *n.* 49. elementa Juris Gentium ſunt, *lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 8. vide *jus naturale.*

Jus naturale, idem quod Gentium eſt, *lib.* 1. *cap.* 12. *n.* 12. ſi neceſſitas à lege huic Juri attribuitur, adhuc naturale remanet, *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 18. vide *Jus Gentium.*

Juſtinianus Imperator, barbarus habitus fuit, an jure, *lib.* 5. *c.* 8. patria ejus *n.* 2. advena, & peregrinus Romæ, *n.* 13. laus ejus bello, & pace, *d. lib.* 5. *c.* 9. *n.* 6. an litteras ignoravit, *d. lib.* 5. *c.* 31. *n.* 3. plures ſapientem, & fortem dicunt, *n.* 4. an libros de incarnatione ſcripſerit, *n.* 6. Architectus inſignis fuit, *ibi*, qualiter Jus Civile compoſuit, *ibi n.* 7. varias leges, & deciſiones, conſtitutiones, edicta ſua propria autoritate edidit, *d. c.* 11. *n.* 8. Novellæ ſuæ fuerunt, *ibi*, quid in his omnibus Tribonianus, & alii compilatores laborarunt, *ibi* & in compilatione Pandectarum, *d n.* 10. cujus filius, & à quo adoptatus, *lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 2. vide *providentia.*

Juvenes, vide *aula Regia.*

L.

LAbeo I. C. vita, & ſcripta ejus, *lib.* 5. *cap.* 1. & 2. *per tot.* præter labores Juriſprudentiæ aliis ſtudiis operam dedit, *d. c.* 1. *n.* 2. Proculejanorum princeps *ibi* & *c.* 2. *n.* 7. ſex menſib. Romæ erat cum ſtudioſis, ſex menſib. ſecedebat conſcribendis libris, *ibi n.* 3. quadringenta volumina ſcripſit, *ibi d n.* 4. numerantur varia opera Labeonis, *d. lib.* 5. *c.* 1. *d n.* 21. Poſteriorum libros ſcripſit, & quot *ibi*, hi epitomati à Javoleno, *n.* 24. Pithanon *n.* 25. ad edictum *n.* 26. Prætoris urbani, qui diverſi fuerunt à libris ad edictum, *n.* 27. edidit Prætoris peregrini libros, *n.* 28. & epiſtolarum, *n.* 29. reſponſorum, *n.* 33. de veſtali virgine capienda, *n.* 34. commentaria ad leges 12. tab. *n.* 35. & Juris Pontificii, *n.* 36. de Diis animalib. *n.* 38. de diſciplinis Etruſcis, *n.* 39. alia plura ſcripſiſſe ſuſpicio datur, *d n.* 40. Laus Labeonis, *lib.* 5. *c.* 2. *n.* 1. & *n.* 7. exercuit ſectam cum Capitone, *ibi n.* 2. ſed Capitone præcellentior fuit, *d. c.* 2. *n.* 3. retinentiſſimus fuit Juris Civilis, & antiquitatum Romanorum, *ibi n.* 4. libertatis amantiſſimus, *n.* 5. filius Antiſtii Labeonis, qui pro libertate deſeruit Cæſarem, & ſecutus fuit Pompejum, & poſtea Brutum, *n.* 6. mors patris qualis, *ibi*, ſed filius Auguſto ſe opponebat, *ibi*, inſanum qui vocent, *nu.* 7. ſed acriter defenditur ab omnib. illique caſtigantur, *d n.* 7. definitio Labeonis de dolo, *d. c.* 2. *n.* 10. cum Labeo ſimpliciter refertur, intelligendum eſt de Q. Antiſtio Labeone, niſi alium locus demonſtret, *d. c.* 2. *n.* 11. fuit alius Domitius Labeo Conſultus, *ibi*, & alii plures Labeones, *ibi*, magiſtri Labeonis, *ibi* vide, *codicillus*, *capito.*

Lana: lanificium, mulierum opera eſt, non virorum, ſecus apud Ægyptios, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 42. Perſæ feminæ pro dedecore habent lanificio admovere manus, *ibi n.* 44. vide *Ægyptus.*

Latini, *lingua latina*, latinis non libere permiſſum erat nomina facere, *lib.* 1. *c.* 1. *n.* 7. latinæ linguæ ubertas magna eſt, & an locupletior Græca, *n.* 8. reſtringitur culpa latinorum, *n.* 9. antiqui ſcriptores libere invenerunt verba latina, *n.* 9. paupertas linguæ latinæ ex judicio Senecæ, *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 15. latina lingua qui actus celebrari debeant, *lib.* 4. *cap.* 14. *num.* 5. vide *Græcus, barbarus: lingua.*

Latinus Junianus, ei fideicommitti poterat, *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 36. iterum poterat manumitti, quia non plenam libertatem habebat, *d. lib.* 4. *c.* 14. *d n.* 46. & poterat, in ſervitutem reduci, *n.* 43. civis Romanus eſſe non poterat, *n.* 44.

Lecticæ, prohibuit earum uſum Cæſar, & permiſit certis perſonis, *lib.* 3. *c.* 12. *nu.* 34. & certis diebus, *ibi* vide *feminæ.*

Legatum, alternativum illius, vel illius ſervi, uno mortuo conſiſtit in ſuperſtite, *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 23. relictum poſt annum, aut biennium intelligitur, *c.* 6. *n.* 6. lego uxori meæ mundum, ornamenta, ſeu quæ ejus cauſa paravi, quid contineat, *d. lib.* 1. *c.* 11. *per tot.* & quid ſi eſſent alia ornamenta, quæ uxoris cauſa non parata erant, *d. c.* 11. *n.* 12. quid comprehendat hoc lego libros, ſeu bibliothecam omnem, *nu* 24. lego vas, aut veſtimenta, quæ uxoris cauſa parata ſunt, *d. lib.* 1. *c.* 12. *d n.* 15. & quid legatum ſpeciale, lego uxori purpuream veſtem illam, quæ ejus cauſa empta, paratave ſit, *ibi n.* 10. & *ſeq.* 88. & illud, lego fundum Mævianum aut Sejanum, cum & Sejanus Mævianus appellaretur, *d. lib.* 1. *c.* 12. *n.* 29. legatum Stichi, aut Pamphili in duorum teſtamentis ſub alternativa poteſt unus ex uno teſtamento & alter ex altero accipi, *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 8. legata an conſiderentur duo in alternativis, *ibi n.* 17. legatis certa verba non erant, *lib.* 2. *cap.* 1. *per tot.* maxime *d n.* 19. τὸ *lego*, nomen generale eſt ad omnia legata, *d. c.* 1. *n.* 16. modi in legatis certis, *n.* 40. quatuor erant genera legatorum, *ibi n.* 41. aliqua verba unumquodque genus legati habet per quæ diſtinguebatur ab aliis, ſed illa non ſolemnia, *d.* 2. *cap.* 1. *n.* 46. legata imperative relinquebantur ad diſcrimen fideicommiſſorum, *ibi n.* 48. nutu legatum poteſt relinqui, *lib.* 2. *cap.* 2. *per tot.* & id qua forma fieri poſſit, ita ut genus quodcumque legati deſignetur, *d. c.* 2. *d n.* 5. *cum ſeqq.* & qualiter nutu in teſtamento poſſit relinqui, *nu.* 18. legatum facilius informatur, quam firmatur, *d. lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 8. relictum à certis perſonis heredum pro hereditariis portionibus præſtatur, *d. lib.* 2. *cap.* 9. *d n.* 19. idem ſi legatum eſſet ab omnibus heredibus excepto uno, *ibi n.* 20. idem eſt, cum omnes heredes nominantur appellative, *ibi* legatum non differt à fideicommiſſo in nomine, *lib.* 3. *c.* 1. *per tot.* Juris Conſulti quæſtiones de legato ſub fideicommiſſi nomine reſolvunt, *d. cap.* 1. *d n.* 2. & è contra fideicommiſſi quæſtiones ſub legati nomine, *ibi n.* 6. legati definitio fideicommiſſo convenit, *d. c.* 1. *n.* 10. legata fideicommiſſis tempore Juris Conſultorum exæquata, *d. c.* 1. *n.* 20. in legati appellatione, nec fideicommiſſum, hereditas, aut donatio venit, *lib.* 3. *cap.* 2. *a n.* 1. de media Juris-prudentia aperta diſcrimina inter legatum, & fideicommiſſum, & utriuſque diverſi tituli, & hereditatum, *d. c.* 2. *n.* 12. variæ formulæ, & judices inter hæc, *ibi n.* 15. legatum non derivatur à lege, *d. c.* 2. *n.* 34. fideicommiſſum appellatione legati non continetur, *lib.* 3. *c.* 3. *d n.* 1. legatum pro fideicommiſſo, & è contra qua ratione ſumatur, *lib.* 3. *c.* 4. *per tot.* legatum ſpeciale præfertur generali legato, *d. c.* 4. *d n.* 22. ſecus ex teſtatoris conjecturata voluntate, *d. c.* 4. *n.* 28. relictum in honorem, & ornatum civitatis, quid comprehendit, *lib.* 3. *c.* 11. *n.* 21. partis bonorum legatum eſt, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 6. exæquatio legati, & fideicommiſſi ad effectum deducendi legem Falcidiam, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 10. & 34. tempore Ulpiani magnæ differentiæ erant inter legata, & fideicommiſſa, *ibi*, niſi teſtamento relinqui non poſſunt, *d. lib.* 4. *c.* 7. *n.* 3. & *c.* 10. *n.* 7. legatum eſt, quod legis modo relinquitur, *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 8. cedit à die mortis, *d. lib.* 4. *c.* 12. *n.* 25. acquiſitio legati in ſuſpenſo eſſe poteſt non validitas, *d. n.* 15. legatum creditori relictum debiti in diem valet, & è contra ſi creditor legaverit debitori quod ad certam diem non petatur, quod pure debebat, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 36. vide aliis ſubſequentibus litteris, & verbis: *vinum: heres: incertus: hereditas: legatarius* S. C. *Syllanianum*: *formula*, *caballus*, *deportatur*, *alimenta ſervus.*

Legatum damnationis, vide τὸ *do.*

Legatum: præceptionis, unde dicatur, *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 4. ex verbo præſumo denotatur, differentia cum legato vindicationis, *ibi*, & alia ſimilia, *ibi* τὸ è medio

dio ſumito ad hoc legatum pertinet, *d. c.* 1. n. 14. vide *præſumo*, *præceptio*, *ſumo*: *prælegatum*.

Legatum ſinendi modo, huic legato convenit verbum præſumo *lib.* 2. *c.* 1. *d* n. 6. unde denominatur, *ibi* n. 40. vide *præſumo*.

Legatum vindicationis, quæ verba habebat, *lib.* 2. *c.* 1. n. 2. τὸ *præſumo*, an pertineat ad vindicationis legatum, *ibi* n. 3. ſua manu non expectato herede ſumebat legatarius, n. 7. vide *ſumo*, *do*, *præſumo*.

Legati ademptio, nutu legatum adimi poteſt *lib.* 2. *c.* 3. *per totum*, verbis legatum adimi qualiter intelligatur, *dict. cap.* 3. *numer* 2. & 16. legatum adimitur eodem modo quo datum eſt, *ibi* & n. 17. nuda voluntate adimitur, & exceptionis ope, *nu.* 4. & ipſo facto, ſi capitalis inimicitia ſupervenit, *d. c.* 3. *num.* 9. & translatione rei legatæ, n. 10. translatio legati nuda voluntate inducitur, *ibi* & ademptio alienatione, n. 11. & inductione facta à teſtatore, *ibi* n. 11. & tranſmutatione formæ rei legatæ, n. 12. uſque ad mortem teſtator poteſt adimere legatum, *lib.* 3. *c.* 4. n. 31.

Legatarius, ſupra rem legatam amplius legatario legabatur, *lib.* 1. *c.* 2. n. 11. non aufertur legatum legatario, cujus negligentia teſtator mortuus fuit, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 7. contra legatarium actiones hereditariæ intentari non poterant, *lib.* 4. *cap.* 6. n. 10. vide S. C. *Syllanianum*.

Legare, pro inſtituere, *lib.* 3. *cap.* 1. n. 9. τὸ *lego*, latiſſime accipitur, comprehendit quidquid relictum eſt in teſtamento, n. 12. ſed contra, *cap.* 2. *d* n. 22. In lege antiqua 12. tab. accipitur pro ordinare, diſponere, & relinquere, *d. c.* 2. n. 24. & 33. & *ſeqq.* τὸ *lego* ad contractus trahi poteſt, & ad quemcumque alium actum *ibi d* n. 24. legare regnum populo Romano, n. 36. τὸ *lego*, quodcumque legatum comprehendit, *lib.* 4. *cap.* 5. n. 43. legari ei poteſt, quibus fideicommitti, *lib.* 4. *cap.* 11. *num.* 36. vide *hereditas*.

Legatus, unde dicatur, *lib.* 3. *c.* a.

Leno, perjuriis infames fuerunt lenones, *lib.* 3. *cap.* 5. n. 41.

Lentulus, quis ille fuit in cujus perſona fideicommiſſa neceſſaria fuerunt effecta, *lib.* 3. *c.* 3. *d* n. 34. & 47. ex ſententia aliquorum conſul fuit cum M. Marcello uno antequam Cæſar poticretur rerum anno ab U. C. 704. aut 705. *d* n. 48. Lucius prænominabatur, *d. c.* 3. n. 50. jugulatus fuit ab Ægyptiis, cum CN. Pompeio, *num.* 52. ſententia autoris illum L. Lentulum, in quo prima neceſſitas fideicommiſſorum fuiſſe filium illius L. Lentuli ab Ægyptiis interfecti, *d. c.* 3. *d* n. 54. qui L. Cornelius Lentulus Lucii filius dicebatur, & inſcribitur conſul cum M. Valerio Meſſalino anno ab U. C. 750. aut 751. n. 55. à Panvino vocatur C. Cornelius L. F. Lentulus: à Caſſiodoro C. Lentulus, ſic à Glareano, Xiphilin, Cornelius, *d. c.* 3. n. 56. è familia Corneliorum erat, *ibi* n. 57. Gn. Lentulum alii prænominant, *ibi d* n. 62. Gætulicus cognominatus fuit à devictis Gætulis, *d. c.* 3. n. 72. deceſſit in Africa, *d. c.* 3. *d* n. 77. reliquit filio ornamenta triumphalia, & cognomen Gætulici, & victoriæ glorias, *d. c.* 3. n. 68. Gn. Lentulus filius illius, qui in Africa deceſſit in gloriam patris conſul deſignatus, *ibi*. Lentulus nepos illius Africani ſeu Gætulici conſul cum C. Calviſio, *ibi*, datur progenies illius, *d* n. 81. vide *Gætulus*: *Coſſus*.

Leo, cognomen an cognitum in urbe Romana, *lib.* 5. *cap.* 12. *n.* 33. an gentis Valeriæ, *ibi*, an Terentiæ gentis, n. 34.

Lex, reſtrictionem legis inducere non debemus, maxime jure favorabili, *lib.* 2. *cap.* 2. *num.* 19. nutibus legibus parendum eſt, *lib.* 2. *cap.* 4. *num.* 22. mortalium Regina, *ibi* n. 23. concordia inter leges indaganda eſt, *d. lib.* 2. *cap.* 9. n. 21. ferebatur multoties de certa re, & non controverſa, *dict. lib.* 2. *cap.* 10. n. 32. futuris negociis provident, *libr.* 3. *c.* 1. n. 27. odioſa, & pœnalis reſtringi debet, *d. lib.* 3. *cap.* 3. n. 6. niſi alias eluderetur, *ibi d* n. 18. rebus imponitur non verbis, *d. c.* 3. n. 20. lege agere, id eſt formulariter actionem intentare, *lib.* 3. *cap.* 9. n. 16. τὸ *lex* pro lege 12. tabularum, *d. cap.* 9. n. 32. nemo alieno nomine lege agere poteſt, *ibi* n. 31. mitigari lex quo ſenſu dicatur, *lib.* 3. *cap.* 12. *n.* 31. lex nulla Romanorum integra ad nos pervenit, *lib.* 4. *cap.* 1. n. 10. & 17. legis prologus, *ibi* n. 14. legum capita quæ, *ibi num.* 15. Juriſconſulti non ſuo ordine, & integre leges antiquas referunt, *d. c.* 1. n. 17. & 18. nec fideliter eas referunt, cum de memoria tranſcribant, *dict. nu.* 18. & *lib.* 3. *cap.* 2. *nu.* 32. lex conſtabat prologo, capitibus, & ſanctione, *lib.* 4. *cap.* 1. *num.* 45. exempla procemii legis, *ibi d* n. 26. capita legis varia, & diſtincta erant, *dict. cap.* 1. *num.* 29. ſanctio legis in ea pœna transgreſſori dabatur, *ibi* n. 30. formula, *ut hac lege licebit*, ordinaria erat in latione legum *d. c.* 1. n. 32. legis unum caput referebatur ad aliud, n. 33. quodcumque legis caput lex eſt, *ibi* n. 34. generale qualiter eſſe poſſit caput legis, n. 35. virtus legis imperare vetare, *lib.* 4. *cap.* 2. *nu.* 11. lex juris publici eſt, n. 17. virtus legis eſt permittere, & qualiter n. 23. lex prior quando à poſteriori derogetur, *lib.* 4. *c.* 3. n. 12. ad res præſentes, & futuras quatenus expectet, *lib.* 4. *c.* 5. n. 16. quorum autoritate extenditur lex ad res non comprehenſas *d* n. 22. lex non ſtatim præſcribitur cum datur cauſa ejus, ſed multoties differtur, *a num.* 31. & in mora eſt, *d. lib.* 4. *cap.* 7. *num.* 8. lex ad poſteriorem, & poſterior ad priorem trahitur, *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 8. in lege etiam permiſſiva juſſus ineſt, *lib.* 4. *cap.* 11. *d num.* 6. quando dicatur illudi lex, ſi non modo prohibito aliqua res alicui datur, *d. c.* 11. *num.* 27. odioſa lex quando extendatur, *lib.* 4. *cap.* 15. *nu.* 15. munus Dei eſt, & inventum, *lib.* 5. *c.* 8. n. 27. vide *lex Furia Caninia*, *plebiſcitum*.

Lex Ælia Sentia, multa ſtatuit de Dedititiis, & Latinis Junianis, *lib.* 4. *cap.* 14. *d nu.* 32. denegavit Dedititiis civitatem Romanam, n. 44. vide *Dedititiis*.

Lex Aquilia, caput primum legis, *quadrupedem pecudemve*, explicatur *lib.* 1. *cap.* 12. n. 8. an ſit locus Aquiliæ propter deformitatem vulneris inflicti ſervo, *lib.* 3. *c.* 10. n. 35.

Lex Cornelia de injuriis, in ea tres caſus continebantur, verberatio, pulſatio, irruptio in domum, *lib.* 2. *c.* 8. n. 45. diſcrimen inter actionem legis Corneliæ, & eam quæ ex Jure Prætorio, & 12. tab. pro injuria deſcendit, *d.* n. 45.

Lex Cornelia teſtamentaria, quo anno præſcripta fuerit, *lib.* 4. *c.* 9. n. 7. & à quo, *ibi* vide *captivus*.

Lex 12. *tabularum*, ex his legibus Jus Civile omne deſcendit, & propter has compoſitum fuit, *lib.* 3. *c.* 1. n. 12. teſtamentaria ab Athenienſibus deſumpta, & tranſlata, *d. lib.* 3. *c.* 2. n. 20. quæ lex varie legitur, n. 32. *lib.* 4. *c.* 1. n. 18. leges 12. tab. quas Cicero ſcripſit, confictæ ab eo fuerunt, *lib.* 3. *c.* 5. n. 15. tamen Juris Civilis, & antiquarum legum 12. tab. *ibi num.* 17. lex. *Juris diſceptator, qui privata judicet, judicarive jubeat prætor eſto*, *lib.* 3. *cap.* 5. n. 25. lex *Regio imperio duo ſunto iique præeundo, judicando, conſulendo Prætores, judices, conſules appellantur*, *dict. cap.* 5. num. 15. qualiter ea lex intelligatur, *num.* 26. quo tempore leges duodecim tab. in foro compoſitæ fuerunt, *lib.* 3. *c.* 5. *nu.* 30. leges 12. tab. quas præ manibus habemus, non ſunt certæ illæ leges antiquæ 12. tab. *d. cap.* 5. *nu.* 31. lex *inter eos dies trinis nundinis continuis ad Prætorem in comitium producito*, &c. *dict. c.* 5. n. 31. & 37. Cicero in componendis ſuis legibus 12. attendit antiquas leges 12. tab. *d. lib.* 3. *c.* 5. *num.* 32 & attendit leges Numæ *ibi* n. 33. & Civile Jus, & mores Populi Romani, n. 34. novos magiſtratus ſui temporis comprehendit in eis, *n.* 35. legibus antiquis 12. tab. novæ aliæ leges additæ, & appenſæ in foro, *d. c.* 5. n. 36. imo totum civile jus, *ibi*, Cicero in ſuis legibus jus receptum Romæ ſequitur, *dict. c.* 5. *n.* 37. lex *omnes magiſtratus auſpicium, judiciumque habento*, *d. lib.* 3. *c.* 5. n. 38. lex, quæ ſucceſſionem ab inteſtato defert, quæ & qualiter legatur, *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 21. lex de uſucapionib. quæ *d. lib.* 4. *c.* 14. n. 11. legis teſtamentariæ verba, *d. lib.* 4. *c.* 15. n. 11.

Lex Falcidia, non pertinet ad teſtamenta militaria, *lib.* 2. *c.* 10. n. 16. & *lib.* 4. *c.* 2. n. 21. & 25. à quo lata, *lib.* 4. *c.* 1. n. 2. quo anno *n.* 3. etymon ejus, n. 4. & *c.* 6. n. 20. quot capita habuit, *d. cap.* 1. *d nu.* 5. ſubodoratur in ea caput de ære alieno, funeriſque impenſa deducenda, *d. c.* 1. n. 8. tempus mortis attenditur ad quantitatem patrimonii æſtimandam, *ibi*, aliud caput, quod res emptæ parataeque uxoris cauſa extra modum legis eſſent, *ibi*, aliud caput, quod ex teſtamento militis non deducatur Falcidia, *ibi*, aliud caput de retentione quartæ, *ibi*, præter cognita fuerunt alia capita in lege iſta, *d. cap.* 1. n. 9. notatur Huſmannus, qui unum ſolum

ſolum caput legi tribuit, *ibi n.* 12. in primo capite, quid contineretur, *d. lib.* 4. *c.* 1. *n.* 13. Falcidiæ legis prologus, *ibi n.* 14. cujus favore lex lata ſit heredis, vel teſtatoris, *d. lib.* 4. *cap.* 2. *per totum.* renunciare an ei poſſit teſtator, & heres, *d. cap.* 2. *d n.* 5. & *n.* 21. lex Falcidia beneficium eſt quartæ heredi competentis non legatario, non fideicommiſſario, *lib.* 4. *cap.* 2. *n.* 7. quare dicatur hanc legem teſtatoris cauſa eſſe præſcriptam, *d. c.* 2. *num.* 8. & *n.* 38. inſtitutus non poteſt lege Falcidia compelli adire hereditatem, *d. c.* 2. *num.* 10. introducta eſt favore Juris publici, *dict. c.* 2. *n.* 13. reſpectu heredis commodum privatum conſideratur in ea, *n.* 22. quare non compellat heredem adire, *n.* 23. quo ſenſu juſſus ineſt in lege Falcidia, *ibi num.* 24. legibus Furiæ, & Voconiæ derogavit Falcidia, *lib.* 4. *cap* 3. *num* 13. ad fideicommiſſa legem hanc extendit D. Pius, *lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 9. legem Falcidiam S. C. Pegaſianum an extenderit, *num.* 12. an comprehendat fideicommiſſa, *n.* 16. & an ex interpretatione Juris Conſultorum, *ibi & num.* 19. de legatis ſolum locuta fuit, non potuit de fideicommiſſis, *d. cap.* 5. *n.* 21. extenſa fuit ad donationes cauſa mortis, *n.* 24. & ad donationes inter virum, & uxorem, *n.* 25. hac lege heres manebat obnoxius onerib. hereditariis, *d. lib.* 4. *c.* 6. *n.* 10. τὸ Falcidia pro quacumque deductione ſumitur, *d. c.* 6. *num.* 22. ex conſtitutione D. Pii extenſa fuit ad ſucceſſiones ab inteſtato propter fideicommiſſa, *lib.* 4. *cap.* 7. *d num.* 1. quæ extenſio multum temporis in mora fuit, *d. cap.* 7. *d n.* 7. cum lex Falcidia nominatur nunquam ſumitur pro alia deductione, quam Falcidiana, *d. cap.* 7. *d nu.* 10. & 32. hæc lex acceptior fuit, quam Pegaſianum & magis juri æqua, *n.* 14. legis Falcidiæ extenſio ad fideicommiſſa ab inteſtato ceſſabat, quando heredi ſua quarta præſervata fuit, *dict. cap.* 7. *num.* 28. à D. Pio extenſa fuit ad caſus in Pegaſiano non comprehenſos, *lib.* 4. *c.* 8. *nu.* 20. & ſic quando heres gravabatur reſtituere alienam hereditatem, *d. cap.* 8. n. 21. hæc lex pertinet ad teſtamenta captivorum, *lib.* 4. *cap.* 9. *nu.* 2. D. Pius extendit hanc legem ad ea, *ibi n.* 3. ſolum de cive Romano locuta fuit, *d. c.* 9. *n.* 6. Favorabilis eſt, *n.* 10. vide *quarta Falcidia. D. Pius.*

Lex Furia teſtamentaria: de modo legandi & donandi lata eſt: quis modus: quæ pœna, *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 36. derogata fuit lege Falcidia, *d n.* 38.

Lex Furia Caninia, abrogavit eam Juſtinianus, & quare, *lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 4. ad milites non pertinuit, *n.* 6. an pertinuerit ad fideicommiſſarias libertates, *dict. cap.* 10. *n.* 11. ratio legis, *ibi n.* 12. placuit aliis Imperatorib. *d. c.* 10. *d n.* 12. ad teſtamenta militaria an pertineat, ſed ita ut omnes ſervos manumittere poſſit, ſed nominatim tamen, *ibi n.* 15. & *n.* 16. vide *manumiſſio.*

Lex Horatia, ea, qui tribunis plebis Judicibusque nocuiſſet, ejus caput Jovi ſacrum eſſet, *lib.* 3. *cap.* 5. *n.* 22.

Lex Julia, & Papia, fideicommiſſi nullam mentionem fecit, ſed hereditaris, & legati, *lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 2. fideicommiſſum in his legibus per interpretationem venit, *ibi n.* 2. hæ leges impiæ, odioſæ, *ibi n.* 3. populus Romanus ferre nequibat, *ibi n.* 4. Juriſconſulti anxie curarunt his legibus illudere, *d. c.* 3. n. 9. fideicommiſſa neceſſaria non erant tempore quo hæ leges præſcriptæ fuerunt, *nu.* 14. extenſæ fuerunt ad bonorum poſſeſſiones, *n.* 20. rationes harum legum, *d. lib.* 3. *cap.* 3. *d n.* 23. Augusti oratio pro his legibus, *d. c.* 3. n. 24. quatenus conſiderentur favorabiles, *d n.* 27. pœnæ harum legum odioſæ, & temperatæ ab Imperatoribus, *d. c.* 3. *d n.* 28. Chriſtiani Imperatores abrogarunt eas propter coercitam matrimoniorum libertatem, *num.* 30. neceſſitas fideicommiſſorum, an præceſſerit harum legum lationem, vel è contra, *d. c.* 3. *d n.* 34. de connubiorum jure variæ leges præceſſerunt iſtas, *n.* 37. lex Julia quo tempore ab Auguſto lata, *n.* 40. cum pop. Romanus ferre non poſſet, Auguſtus longa oratione firmavit convocatis conjugibus, & cœlibibus in unum locum, *d. c.* 3. *d n.* 43. lex Papia quo tempore, & à quo lata, *d n.* 44. in his legibus fideicommiſſa non comprehendebantur, quia neceſſaria non erant, *d. c.* 3. *d n.* 87. Papia lex poſt fideicommiſſorum neceſſitatem lata, *ibi n.* 89. attendit præcipue matrimonia, *ibi*, in gratiam populi temperavit pœnas cœlibum, *ibi nu.* 9. Conſulti commentaria ſimpliciter dant ad utramque legem, *nu.* 91. filii & parentes excepti ſunt uſque ad tertium gradum in his legibus, *d. c.* 3. *nu.* 95. ex interpretatione J. Conſultorum hæ leges ad fideicommiſſum extentæ, *n.* 99. & *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 4. hæ leges cum ſint odioſæ quare extenduntur, *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 5. vide *partus : fideicommiſſum.*

Lex Oppia, quo tempore, & à quo lata, *libr.* 3. *c.* 12. *n.* 26. quid ſanciebat, *ibi*, per viginti annos obſervata fuit, *ibi n.* 28. qui tribuni tulerunt ad populum de hac lege abroganda, & quo anno, *ibi*, ſed poſtea renovata fuit, *ibi n.* 30. quo ſenſu leges Oppiæ referantur ab antiquis ſcriptoribus, *d. c.* 12. *n.* 31.

Lex Quinctia, quod prœmium hæc lex habuit, *lib.* 4. *c.* 1. *n.* 28.

Lex Valeria, de provocatione ad populum: *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 21.

Lex Voconia, quid ſanxerit, *lib.* 4. *cap.* 1. *nu.* 37. lege Falcidia derogata fuit, *ibi d n.* 38.

Liber homo: apud Ægyptios paſſim liber homo ſe venditabat, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 29. liber pro audaci, & ſoluto, *ibi n.* 30. quid requirebatur ut hominis liberi venditio procederet apud Romanos, *d. c.* 5. *n.* 31. raro vendebantur homines liberi apud Romanos, *ibi n.* 32.

Liber, libellus, plures libri non ſunt legendi, *lib.* 5. *cap.* 1. *n.* 6. quanta cura, & vigilantia ſcribendi ſunt, *ibi & n. ſeqq.* reſpiciendi iterum, atque iterum, & more urſino lambendi, *ibi n.* 7. liber unus pro volumine, *d. c.* 1. *n.* 9. & 10. & in duo volumina dividebatur, *ibi n.* 10. libelli apothegmatum, ſeu collectaneorum, *ibi n.* 11. librorum appellatione volumina continentur, *n.* 13. centum libris legatis, an centum volumina debeantur, *d. c.* 1. *n.* 14. plures libri aliquando in uno tomo congeſti, *d. lib.* 5. *c.* 1. *d n.* 16. libri elephanti, *ibi n.* 18. liber multorum librorum aliquando codex dicebatur, n. 19. liber iſagogicus, *ibi*. Græci vocabant [illegible], *ibi*, autores, qui innumerabiles libros ſcripſerint, *n.* 41. vide *volumen.*

Liberi, in conditione poſiti an cenſeantur poſiti in diſpoſitione, *lib.* 1. *cap.* 9. *d nu.* 10. ad id maxime ſpectatur voluntas teſtatoris, *ibi d n.* 11.

Libertas, admittitur eodem modo quo data fuit, *lib.* 2. *cap.* 3. *n.* 2. libertas ex mente, qua notione dicitur, *lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 3. in fideicommiſſaria libertate duo actus conſiderantur. Unus teſtatoris, qui rogat, alter heredis, qui præſtat, *d. c.* 10. *n.* 20. In primo nominata ſervorum deſignatio non requirebatur, *ibi n.* 21. in ſecundo ſecus, *n.* 23. poteſt relinqui ſic, ut rogetur heres duos ex tribus ſervis manumittere, *ibi n.* 22. favore libertatis regulæ juris abrumpuntur, *lib.* 4. *c.* 12. *n.* 34. libertas quid, *d. c.* 14. *n.* 48. vide *manumiſſio ſervus : cenſus.*

Libertus, in quam militiam liberti ſcribebantur, *lib.* 2. *cap.* 12. *num.* 27. ſequitur originem, & domicilium patronorum, *lib.* 4. *cap.* 12. *n.* 44. civitate Romana donati libertini, *lib.* 5. *cap.* 10. *d num.* 3. non indigent aureo annullo, *ibi num.* 6. vide *Latinus, Junianus, adſignatio.*

Limitatio, vide *regula.*

Lingua, exertare linguam in contemptum, & triſtonem, injuria eſt, *lib.* 2. *cap.* 8. *nu.* 30. lingua conſideratur in omnibus manus capitis, *d. c.* 8. *n.* 39. pluribus linguis locuti fuerunt inſignes duces, & qui varias provincias peragrarunt *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 25. vide *Latinus: Græcus.*

Lis, vide *cauſa.*

Littera, curſiva apud nos, *baſtarda*, in Pandectis demonſtrat verba teſtatoris, *lib.* 1. *c.* 12. *num.* 16. commendatitiis litteris quanta fides in noſtro jure, *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 24.

Locatio, locare: levata manu, & digito in publicis rebus fiebat locatio, *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 7. locans operas ut pugnet cum beſtiis, civis remanet, *lib.* 4. *cap.* 10. *num.* 40. vide *vectigalia, publica, manus.*

Loquor, locutio, vide *for, faris.*

Luctus, vide *peregrinus.*

Ludus, vide *femina.*

M.

Macedo, Macedonia, pars Græciæ Macedonia, *lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 12. barbari à Romanis an dicti fuerint, *ibi* patriæ gloria inflammavit Macedones ad bellum, *lib.* 5. *c.* 8. *n.* 4.

Macula, albæ maculæ propriæ fuerunt equorum Thraciæ, *lib.* 3. *cap.* 10. *n.* 14. vide *equus.*

Magis eſt, vide *Juriſconſultus*.

Magiſtratus municipalis, vide *municipium*, *reſtitutio*, *judex*.

Major, affectio naturalis eſt, conſervari majorum res in filiis, *lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 23. majores narrant ſuis res ante actas, *lib.* 5. *cap.* 6. *n.* 17.

Mandatum, actio mandati datur inter creditorem, & debitorem delegantem, *lib.* 2. *c.* 7. *nu.* 9. an ſit proprie mandatum, quod dat ille, cui bona confiſcata fuerunt vel propter commiſſum ablata, ut emat, *lib.* 4. *cap.* 13. *n.* 30. debitori an competat utilis actio mandati, ſi mandavit pignus, quod vendebatur, ſuum emere, *d. cap.* 13. *n.* 32. mandatum bonæ fidei eſt, *ibi*, actio directa competat, ſi mandatum intercedat, ad emendam rem propriam mandatarii, *d. cap* 13. *n.* 34. utilis actio mandati quando competat, *ibi nu.* 35. mandati actio an competat fiſco, an deportato, qui mandavit ſuam rem emere, *d. cap.* 13. d *n.* 24. vide *teſtator*.

Manlius Torquatus, hujus duellum cum Gallo, *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 31. & 32.

Manumiſſio, nominatim facienda eſt ex lege Furia Caninia, *lib.* 2. *cap.* 10. *per totum*, poſt abrogationem Caniniæ legis idem jus manſit nominatim manumittendi, *ibi n.* 4. manumiſſio, prout quiſque ſervorum meruiſſet, *d. cap.* 10. *n.* 5. & *n.* 8. miles nominatim an manumittere debeat, *d. cap.* 10 *n.* 6. Auguſtus curioſe cavit circa manumiſſiones ſervorum, *n.* 12. & 27. nominatim manumiſſio dicitur facta ſub aliqua demonſtratione ſervi, *d. lib.* 2. *cap.* 10. *n.* 21. manumiſſio inter amicos, in convivio, per epiſtolam, non dat plenam libertatem, *lib.* 4. *cap.* 14. *n.* 38. ſic manumiſſio reducebatur in ſervitutem, *d. c.* 14. *n.* 40. & *n.* 43. manumiſſio vindicta ſolemnibus gaudebat verbis, *lib.* 4. *cap.* 15. *nu.* 67. ſervus manumiſſione quaſi naſcitur, *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 5. vide *lex Furia Caninia*: *libertas*, *mutus*.

Manus, ea demonſtratur voluntas, *libr.* 2. *cap.* 2. *n.* 11. nutu manus conducebantur vectigalia publica, *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 7. manibus adpoſitis capitis temporibus in formam auricularum aſini injuria fiebat, *lib.* 2. *cap.* 8. *n.* 19. lingua conſideratur in nutibus manus, *d. c.* 8. *n.* 39. levabatur ad ſuffragium dandum, *d. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 9. manus pro pretio: & manus luſoria, *d. c.* 5. *n.* 10. nutus manus, *nu.* 13. nutui manus variæ ſignificationes adtributæ, *ibi n.* 14. levare manus ſignum fuit pacatorum, & deditorum, *dict. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 19. & 21. plura alia vide in Literis, *nutus*: *voluntas*: *ciconia*: *ſilentium*: *ſeditio*: *agmen*: *deditio*, *preces*, *concentus*: *exercitus*: *S. Conſultum*: *juramentum*: manus lignum bellicum erat, *lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 32.

Mare, Siculum initiat in Tuſcum, & Ionium, *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 45. Ionium dividitur in Siculum, & Creticum, *n.* 36. à periculis ejus deterriti dilecti, *lib.* 2. *c.* 12. *à num.* 3. vide *navigatio*.

Mater, *materna*, ſucceſſionem maternam filius patri acquirit, *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 54. mater quo jure, & cauſa vocetur ad ſucceſſionem filii, *l.* 4. *c.* 11. n. 24.

Matrimonium, Jure Gentium matrimonium conſiſtit, *lib.* 4. *cap.* 10. *n.* 28. & ſimplici conſenſu, *lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 65. compellebantur Romani ad matrimonia variis pœnis, & premiis, *lib.* 5. *cap.* 10. *nu.* 15. vide *nuptiæ*, *deportatus*.

Matrona, vide *femina*.

Maximianus Imperator, vide *Diocletianus*.

Medius vide *Civitas*.

Mens, vide *Voluntas*.

Meretrix, vide *concubina*, *ſcortum*, *peregrinus*.

Metaphora, conſiſtit in ſimilitudine ad unum verbum contracta, *lib.* 5. *cap.* 3. *n.* 16. undecumque trahit ſimilitudinem, *d. c.* 3. 22. diſtinguitur acatharcesi, *ibi*

Migratio, vido *Regio*.

Miles, *militia*, *militare*, in diſpoſitione militis prius conſtare debet de voluntate, & quod juſta, & rationabilis ſit, *lib.* 2. *cap.* 10. *à n.* 9. & *n.* 16. pro parte teſtatus, & inteſtatus decedit, *d. c.* 10. *n.* 16. miles an impubes eſſe poſſit, *libr.* 2. *cap.* 11. *à n.* 8. a qua ætate poterat in numeros referri, *n.* 10. & ſic minores aliquando ante 17. annum militabant, *ibi n.* 11. militi manenti apud patrem, & aſſioes juſta excuſatio ad emanſionem datur, *d. lib.* 2. *c.* 12. *n.* 11. nautica militia apud Antiquos vileſcebat, *à n.* 14. homines inferioris ſortis in ea legebantur, *ibi*, militiæ æqualitas in Pop. Romano cuicumque deſcripta erat ſecundum qualitatem cenſus, *d. cap.* 12. *n.* 15. militia terreſtris honoratior, *n.* 16. à claſſiaria militia tranſitus dabatur ad terreſtrem, quia honoratior, *d. c.* 12. *n.* 17. capite cenſi, & proletarii nunquam admiſſi ad militiam niſi in magna perturbatione, *d. c.* 12. *n.* 15. & *d n.* 19. claſſes certæ ad militiam à Servio Rege deſignatæ erant, *n.* 20. apud Athenienſea nautica militia eligebatur e plebe, *d. c.* 12. *n.* 24. milites claſſiarii deputati nautibus amnicis, & marinis, qui ſupplebantur ex incenſitis, *d. libr.* 2. *cap.* 12. n. 25. claſſiarii milites ad quas neceſſitates deputati, *dict. cap. nu.* 28. miniſteria claſſiariorum militum, *nu.* 32. libertini, & alia fæx homioum in claſſicam militiam ſcribebantur, *dict. c.* 12. *n.* 33. claſſici milites rapinis inhiantes: eorum reprobi mores, & conditio, *ibi n.* 34. in militia claſſiaria majorem partem victoriæ fortuna obtinebat, *d. cap.* 12. *n.* 35. & Neptunus, *ibi n.* 36. & ventus *ibi*, milites imperiti, *lib.* 5. *cap.* 7. *n.* 5. vide plura alia in verbis *incertus*: *manumiſſio*: *deportatus*, *impubes*, *cenſus*, *libertinus*, *ſomnus*, *dux*, *excubatio*, *dormio*, *vigil*, *requies*, *teſtamentum militare*, *femina*, *concubina*, *ſcortum*, *bellum*.

Minor, cauſæ minorum, vide *Prætor*, & alia, verbo *miles*.

Modus, vide *legatum*, *certa verba*.

Monſtrum, *monſtroſus*, vide *partus*.

Monumentum, vide *ſumptus*.

Mora, debitor, qui unam alternatæ rei obtulit ſtipulatori, & renuit accipere, ſi poſtea res periit, liberatur, *lib.* 1. *cap.* 13. *num.* 10.

Morior, *mortuus*, inter undas mori infame, & paltonium, *lib.* 2. *c.* 12. *n.* 37. vide *cadaver*, *defunctus*.

Mores, quatenus dicantur Juris Civilis, *lib.* 4. *c.* 1. *nu.* 23. ſimilitudine morum cognoſcitur gens, *lib.* 5. *c.* 6. *n.* 48.

Mulier vide *femina*.

Mulus, mulo vendito, ſi appareat poſtea caſtratum, an detur redhibitoria, *lib.* 10. *cap.* 10. *n.* 21. mulus caſtratione non ſit debilior, *n.* 21. & 22. vide *curſus*.

Mundus, legatum mundi, ſeu ornamentorum mulieris, vide verbo, *lego*, differt ab ornamentis muliebribus, *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 10. mundus ſive orbis immenſus eſt, *lib.* 5. *cap.* 10. *num.* 32. vide *Roma*: *orbis*.

Municeps: *municipium*: *municipalis*: municipium jure Populi Romani fruebatur præter ſuffragium, *lib.* 3. *cap.* 6. *num.* 10. municipes coram Prætore Urbano ſuas tractabant cauſas *dict. cap.* 6. *n.* 11. in foro Romano ſuas habebant ſtationes, *num.* 12. magiſtratus municipales uſque ad certam ſummam cognitionem habebant, *lib.* 3. *cap.* 7. *num.* 16. ſupra illam Prætor cognoſcebat, *ibi*, vide *reſtitutio*: *Præfectura*.

Mutus, omnes contractus, & actus perficere poteſt, qui nudo conſenſu conſtat, *lib.* 2. *cap.* 4. *à num.* 1. & ſic nutu, *ibi*, mutus etiam datur, qui audit, *lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 23. mutus plerumque eſt ſurdus, & e contra à natura, *n.* 43. ſed aliquando iſta vitia non concurrunt, *ibi n.* 44. aliquando retinet intellectum aliquando non, *dict. lib.* 4. *cap.* 15. *num.* 46. ſit, ex concuſſione cerebri, *ibi n.* 52. mutos Hippocrates vocat, quibus non ſolum vox, & aures ex affectu intereunt, ſed ſenſus, *dict. cap.* 15. *num.* 52. in jure inveniuntur muti ſtupidi, & nihil intelligentes, *n.* 53. mutus ſtupidus æquiparatur furioſo, & infanti, *ibi à num.* 53. *cum ſeqq.* dolore capitis muti facti, non ſemper ſenſus amittunt, *ibi n.* 59. muti induſtrii, ludentes, artifices, & alia omnia callentes, quæ perfectus homo ageret, *ibi num.* 60. & ſcribendi peritiam edocti, *ibi* & loquendi ſcientia imbuti, *ibi num.* 60. mutus ſi intellectum habet, omnia peragere poterit, quæ ſolemnia non expoſcunt, *lib.* 4. *cap.* 15. *à n.* 62. mutus paciſci poterit, *ibi num.* 62. & emere, alioſque contractus Juris Gentium facere, *ibi*, contrahere matrimonium, & dotis nomine obligari, *ibi n.* 65. baptizari poterit, *n.* 66. confiteri peccata, *ibi*, manumittere ſervum qualiter poſſit, *dict. lib.* 4. *cap.* 15. *n.* 67. donare poteſt, *ibi* & *n.* 76. procuratorem conſtituere poteſt, non tamen ipſe conſtitui, *ibi n.* 69. & 70. ſed adminiſtrator dari poteſt, *ibi* non vero tutor, *ibi n.* 71. ſtipulari non poterat, *n.* 73. arbiter eſſe non poteſt, *n.* 74. nec poſtulare, *ibi* mutus an morboſus ſit, *ibi n.* 83. mutus à natura miſeratione dignior eſt, quam ſupervenienti morbo effectus, *dict. cap.* 15. *n.* 83. qualiter libellis Principem poſſit adire, *ibi n.* 86. vide alia in verbis, *mutus*: *cretio*: *ſtipulatio*: *aditio hereditatis*: *geſtio pro herede*: *teſtator*.

Dictiones

Dictiones Græcæ.

Μυστῆρα, quid *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 23. *ad finem.*

N.

NAres, nutu narium qualiter injuria fieret, *lib.* 2. *cap.* 8. n. 23.

Narro, vide *major traditio.*

Naſcor, quidquid natum erat Romæ debebat parens tollere, & educare, Romuli lege, *lib.* 5. *cap.* 10. n. 14.

Natio, vide *Patria*, *Gens.*

Natura, *Naturalis*, vide *cauſa*, *æquitas.*

Navalis, vide *ſcriba.*

Navigatio, an deceat magnos duces, *lib.* 2. *cap.* 11. *à* n. 2. vide *dux*, *mare*, *periculum*, *Theſeus.*

Nauta, *nautica*, militia nautica, vide *militia.*

τὸ *Nec*, *neque*, particulæ negativæ ſunt, *lib.* 1. *cap.* 7. *à* n. 21. idem importat, quod non, *ibi n.* 22.

Neceſſitas, *neceſſarium*, neceſſitati non datur, quidquid judicis poteſtati committitur, *lib.* 3. *cap.* 6. n. 26. neceſſarium ad actum eſt illud, ſine quo actus non valet. *lib.* 4. *cap.* 10. n. 8. & *n.* 9. neceſſitas præſtationis non efficit actum naturalem Juris Civilis, *lib.* 4. *cap.* 11. *à num.* 16. neceſſitas præſtationis in actu naturali & Juris Gentium, Juris Civilis eſt, *d. cap.* 11. n. 23.

Negativa, disjunctio idem importat, quod copulativa, *lib.* 1. *cap.* 5. *a n.* 11. ſuperat affirmativam, *lib.* 1. *cap.* 6. *n.* 6. malignantis eſt naturæ, *d. lib.* 1. *cap.* 6. n. 13. inſerta alicui ſubjecto commiſcet partes, & unam facit orationem, *ibi.*

Negotiorum geſtorum actio, vide *actio negotiorum geſtorum.*

τὸ *Ni* pro nive, *lib.* 1. *cap.* 11. n. 19.

Nilus, ruptis aggeribus, totam Ægyptum adaggerat, *lib.* 5. *cap.* 6. n. 50.

Nomen, comprehendit prænomen, cognomen, & agnomen, *lib.* 2. *cap.* 9. n. 1. nomina rerum dicuntur ſicut perſonarum, n. 8. tunc appellativa nomina dicuntur, *ibi*, nomina perſonarum ſunt, ut cognoſcantur perſonæ, *ibi n.* 24. prænomen filii, latronis, gladiatoris magis ſignificat qualitatem filiationis, latrocinii, gladiatorii muneris, quam perſonam, *ibi* n. 24. cum, nomen proprio frequenter uſurpatur in Jure, *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 26. variatio nominum non ex voluntate, ſed ex poteſtate dicendi permiſſa eſt, *lib.* 2. *cap.* 9. *n.* 27. quæſtio de nomine ſupervacua eſt, quando ſenſus & mens patet, *l.* 3. *c.* 1. *à n.* 15. ſed quando liceat diſputatio de nomine, *dict. l.* 3. *c.* 2. *a* n. 3. nominum uſus perturbatus confundit cognitionem rei, *d. c.* 2. *n.* 13. nomina rerum immutabilia, ſecus perſonarum, *d. c.* 2. n. 7. nomina facere Græcis licebat Latinis vix permiſſum, *ibi n.* 9. & *l.* 5. *c.* 3. n. 17. recepta nomina variare, & alterare nulli licet, *ibi*, diſceptatio nominum inter magnos viros admiſſa, *dict. l.* 3. *c.* 2. n. 10. nominum cognitio una pars ſapientiæ eſt, *ibi*, vocare proprio nomine aliquem amoris ſignum eſt, *l.* 3. *c.* 4. *n.* 24. facere nomina ab effectu: ut in mugitu, ſibillo, murmure, &c. *l.* 5. *c.* 3. *n.* 9. nomina apta rebus, & conſequentia, *ibi*, vide, *verbum*, *differentia*, *Græcus.*

Nominatim, pro ſpecialiter accipitur, *l.* 1. *c.* 12. n. 28. nominatim deſignare aliquem, eſt ſub nomine prænomine, cognomine demonſtrare, *l.* 2. *c.* 9. *n.* 3. uni perſonæ accommodatur. *d. c.* 9. *n.* 7. utimur eo reſpectu rerum, n. 8. reſpectu rei dicitur, quando qualitas perſonæ denominatur: *ibi* n. 9. diſtinguitur à τῷ ſpecialiter, *ibi à n.* 10. accipitur pro ſpeciali demonſtratione perſonæ non ſuo nomine. *d. c.* 9. *à n.* 13. quando pro ſpecialiter accipiatur, *n.* 15. receptum eſt adverbium Juriſconſultorum, *d. l.* 2. *c.* 9. n. 15. accipitur pro appellativo nomine, *n.* 21. qua ratione nominatim aliqui actus nominentur, *dict. l.* 2. *c.* 10. *n.* 4. vide *ſpecialiter*, *exheredatio*, *libertas.*

Nomino, nominare pro manumittere, *l.* 2. *c.* 10. n. 2.

Nota, notis, quibus antiquitus ſcribebatur, graves errores ingruerunt in Jus Civile, & ſcriptores antiquos, *l.* 2. *c.* 10. *n.* 20. inventio libera fuit, & ad libitum, *n.* 30. & *l.* 3. *c.* 3. *n.* 64. pro cicatricibus accipiuntur, *dict. l.* 3. *c.* 10. *à n.* 30. & *n.* 33. pro pulvere belli, *l.* 3. *c.* 11. *à n.* 1. notæ belli in Statio quid, *dict. c.* 11. *à* n. 39.

Notio, nomen notionis pertinet ad eos, qui Juriſdictionem non habent veluti ad judices datos, *l.* 3. *c.* 5. *n.* 11. & ad eos qui habent, *l.* 3. *c.* 8. n. 10.

Novatio, per ſtipulationem celebratur, *l.* 2. *c.* 7. *n.* 5. novata obligatio remanere poteſt in naturali, *ibi* per delegationem celebratur ſtipulatio inter debitorem delegatum, & creditorem delegantem debitorem, *dict. c.* 7. *n.* 13. vide *delegare.*

Novus, vide *homo.*

Noxale judicium, *actio*, damnatus decem, noxam dare in decem ſolummodo tenetur, *l.* 1. *c.* 13. n. 5. ex facultate legis noxæ venit ſubſidiarie, *dict. c.* 13. n. 6. deditione noxæ non poteſt officio judicis liberari, *ibi* n. 7. ſecus eſt in ſtipulatione ſolvendi decem aut noxam, quia utraque res in obligatione, & ſic directe non poſſunt peti decem, *ibi* n. 7. vide *ſententia.*

Numa, leges Numæ à Cicerone inſertæ in ſuis legibus 12. tab. *l.* 3. *c.* 5. *n.* 32.

Numen, à nutu derivatur, *l.* 2. *c.* 4. n. 16.

Nuptiæ, juſtæ nuptiæ quæ, *l.* 4. *c.* 14. n. 15. & *c.* 10. *n.* 28. inter fratrem, & ſororem apud Ægyptios permiſſæ, *l.* 4. *c.* 5. n. 26. id à Phiſcone Rege ortum, *ibi*, has nuptias ſolum barbari admiſerunt non Græci, & Macedones *d. c.* 5. *n.* 28. certis verbis celebrabantur, *l.* 2. *c.* 1. *n.* 31. earum cauſa maxima cura in populo Romano, & variæ leges de his, *l.* 3. *c.* 3. *à* n. 23. ante legem Juliam, & Papiam aliæ leges pro eis latæ, *d. c.* 3. n. 37. vide: *conditio*: *peregrinus*, *Campani*, *deportatus.*

Nurus, ſacra nurus apud Claudianum, *l.* 3. *c.* 12. n. 24.

Nutus, nutu actus per interrogationes celebrabatur, *l.* 2. *c.* 2. *a* n. 9. voluntas declaratur, *ibi n.* 11. perficiuntur omnes actus, qui ſolemnia verba non requirunt, *dict. c.* 2. n. 31. & *c.* 4. *à n.* 1. nutus pro voluntate, *dict. c.* 2. *n.* 13. & quamvis ſolemnia verba requireret, quatenus nutu actus poſſet celebrari, n. 17. teſtamento, & alia ſcriptura qualiter actus nutu celebratus poſſit relinqui, *n.* 18. voluntas nutu exprimitur ac verbis, *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 6. animus hominis nutu ſignificatur, *d. lib.* 2. *c.* 4. n. 4. nutu quæ gentes renuant, *n.* 5. nutus Diis, & numinibus attribuitur, *c.* 4. *à num.* 14. & in regibus & Principibus, & optimatib. *d. c.* 4. n. 17. qui actus nutu celebrari poſſint, *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 18. agentis perſona non requiritur, ſed actus natura, ut nutu celebrari poſſit, *d. c.* 7. n. 16. & an tunc admittatur quando loqui quis non poteſt, *ibi n.* 19. & *nu.* 21. & 22. vox in nutib. manus, & capitis ſignificatur, & conſideratur, *lib.* 2. *c.* 8. *num.* 30. vide plura alia in verbis. *Legatum*: *fideicommiſſum*: *manus*: *voluntas*: *teſtamentum*: *ademptio legati*: *aſſignatio liberti*: *contractus*: *conſenſus*: *mutus*, *oracula*, *annuo*, *lex*, *additio*, *delegatioadoptio*, *injuria.*

O.

OBdormio, vide *dormio.*

Oblatio, vide *mora.*

Obligatio, non oritur ex actu in alterius arbitrium relicto, *lib.* 4. *cap.* 11. n. 21. vide *alternativa*, *novatio*, *diſſolutio*, [illegible]

Obſes, quando inſtitui poſſet heres, *lib.* 4. *cap.* 11. *n.* 6. bona pertinent ad fiſcum, & ideo non teſtantur, [illegible] n. 55. quaſi captivus, & deditus conſideratur, in quem vitæ neciſque poteſtatem populus habet, *ibi.*

Oceanus, qualiter & quo ſenſu dicatur decedere Tybri, & terga dare, *lib.* 2. *cap.* 6. *n.* 47.

Occupatio, juſtæ occupationes, ut ſe excuſet Præſes à cognitione cauſarum, *lib.* 3. *cap.* 7. *n.* 2. vide *Prætor*, *Præſes.*

Octavianus: multas leges præſcripſit pro ſtabilienda Republica, *lib.* 3. *cap.* 3. n. 40. vide *manumiſſio præfectus vigilum*, *lex Julia*, & *Papia*, *judex.*

Oculus, qualiter oculis injuria fieret, apud Hiſpanos, *Guimaraes*, *lib.* 2. *cap.* 8. *num.* 22. unde oculis denotari, deſignari, acie figere, *ibi*, oculorum conjectus, *ibi* n. 21. injurioſi oculi, n. 22. vox, & lingua conſideratur in nutibus oculi, *dict. cap.* 8. *n.* 40.

Olympicum certamen, vide *feminæ.*

Omitto, vide *prohibitio.*

Onus, *hereditarium*, vide S. C. *Pegaſianum.*

Opera, locans operas ſuas, ut cum beſtiis pugnet, Civis Romanus remanet, *lib.* 4. *cap.* 10. n. 49.

Oppia lex, vide *lex Oppia.*

Oraculum, nutu & ſigno oracula reſpondebant, *lib.* 2. *cap.* 4.

2. *cap.* 4. n. 9. reſcripta Imperatorum vocabantur oracula, *dict. c.* 4. *num.* 13.

Oratio, conſtat ſolummodo nominib. & verbis, *lib.* 1. *cap.* 4. n. 20. in affirmatione, & negatione conſiſtit, *ibi n.* 21. enunciativa quid, ejus diviſio in ſimplicem, & compoſitam, & quid utraque, *ibi*, in oratione disjunctiva conſideratur forma, materia, voluntas, & cauſa efficiens, & qualiter, *d. c.* 4. *num.* 24. ambæ res in oratione particulari poſſunt eſſe veræ quamvis inter ſe contrariæ ſint, ſecus in univerſ. *lib.* 1. *cap.* 6. *num.* 3. vide *contradictio.*

Orbis, accipitur pro populo Romano, & quare, *lib.* 5. *cap.* 10. *per tot.* & pro circulo ſacro, ſeu orbe qui fiebat in deſignatione civitatis, *d. c.* 10. *nu.* 23. vide *mundus.*

Orda, pro modo, *lib.* 2. *cap.* 1. *n.* 45. ſacer ordo, vide *deformitas.*

Origo, alicujus gentis probatur per traditionem ab antiquis, *lib.* 5. *cap.* 6. *num.* 18. vide *traditio.*

Ornamentum, in legato mundi, ſeu ornamenti, vide *lego*, differt à mundo. *lib.* 1. *cap.* 11. *num.* 10.

Orphitianum S. C. vide S. C. *Orphitianum.*

Os, vide *facies.*

Oſyris, ad hujus ſepulchrum necabantur homines rufi, *lib.* 5. *cap.* 5. *num.* 51. vide *Iſis.*

Dictiones Græcæ,

ὃ relativum ejus uſus, *lib.* 1. *cap.* 5. *num.* 26.

ὀνόμασι pro ἰδίως, *lib.* 3. *cap.* 9. *num.* 15.

ὀνοματοποιοῦ ejus officium, *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 9.

ὄνος quid *lib.* 3. *cap.* 13. *num.* 10.

P.

Pactum, quatenus nudum eſt Juris Gentium, deſtitutum ſtipulatione Juris Civilis eſt, *lib.* 4. *cap.* 11. n. 21. adhærentia contractus cenſetur Juris Civilis, *ibi*, nullam efficacem obligationem producit, *dict. cap.* 10. *n.* 2.

Pallas, vide *Domitianus.*

Pandectæ, eas Tribonianus mutilatas, & acciſas reliquit, *lib.* 1. *cap.* 11. n. 23.

Pappa, puerorum nomen, & cibus, *lib.* 5. *cap.* 3. *num.* 13.

Papia lex: vide: *lex Julia, & Papia.*

Parentheſis, quid *lib.* 4. *cap.* 1. n. 20. recepta à Conſultis, *ibi n.* 21. antiqui non circulis demonſtrabant, *d. cap.* 1. *à num.* 21. & 22. Taurellus adjecit in Pandectis, *ibi* n. 22. vide *interpungo.*

Particula, vide *nec, neque.*

Partus, monſtroſus licet loco filii non habeatur, ſufficit ad excuſandam pænam legis Juliæ, & Papiæ, *lib.* 1. *cap.* 6. n. 6. trigeminus rarus, *d. lib.* 1. *cap.* 7. n. 27. ut illudatur legi Juliæ, & Papiæ, ſufficit quicumque, *lib.* 3. *cap.* 3. *à* n. 9. & n. 32. non tamen ad acquirendam hereditatem, vel lucrum aliud, *ibi.*

Pater, parens, parentes amant in ſolatium mortis bona ſuis relinquere, *lib.* 1. *cap.* 8. *n.* 17. verecundia paterna, *lib.* 4. *cap.* 12. n. 37.

Patria, qualiter hominibus patria convenit eſſe glorioſa, *lib.* 1. *cap.* 8. n. 2. multis de cauſis patria deſeritur, d. *lib.* 5. *cap.* 6. *à* n. 49. quando aliquem diffamat, *d. c.* 6. n. 48. & *d. lib.* 5. *c.* 8. *n.* 2. Macedones inflammavit patriæ gloria ad bella, *ibi* n. 4. ſic ſimiliter alias gentes, *ibi nu.* 5. patriæ dedecus exprobatur multoties hominibus, *lib.* 5. *c.* 7. *n.* 10. & ab illa conjectura deſumitur, *ibi*, Rhetores argumenta deſumunt à natione, & patria, *ibi n.* 11. patriarum diſcrimina vanitas hominum invexit, *d. lib.* 5. *c.* 9. n. 3. patria vera mundus eſt. *ibi*, gloria patriarum vaniſſima, *d. c.* 9. *à n.* 5. ignobilitas patriæ exprobari non debet, *ibi* & *n.* 17. fortis vir, ubique patriam habet n. 8. patria eſt ubicumque eſt bene n. 13. patria illuſtratur a civibus, n. 14. inſpiciendum eſt, an quis nobili patria dignus ſit, n. 15. in patria ignobili inveniuntur inſignes viri, n. 15. vide, *civis, virtus, peregrinus, Roma.*

Paulina Saturni uxor à mundi juvene compreſſa fraude, & dolo ſacerdotis Iſidis in ſacris ejus juxta Ovile, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 22.

Peculium, actio de peculio extraordinaria, *lib.* 3. *c.* 9. n. 20.

Peculium caſtrenſe, acquirit pater non Jure hereditario, *lib.* 4. *c.* 9. *n.* 3. ita reſidet apud patrem, quod ſervum peculii caſtrenſis legare poſſit, *lib.* 4. *c.* 12. *n.* 28. ſed ſi præmoriatur filius, *ibi*, libertas ſervo peculii caſtrenſis à patre data, filio præmortuo qualiter ſuſtineatur, *ibi* n. 29. ſed ſi filius in teſtamento de ſervo caſtrenſi diſpoſuerit, & ejus non adeatur hereditas, an ſuſtineatur libertas à patre data, *d. c.* 12. n. 30. legatum ſervo peculii caſtrenſis relictum in eo teſtamento à quo pater capere non poterat, an pertineat ad patrem, *lib.* 4. *c.* 12. n. 35. quod ſervus peculiaris ſtipulatus eſt, dum inſtituti deliberant an acquirat patri, *d. c.* 12. n. 36. ita peculium reſidet apud patrem, quod ab eo nunquam cenſetur diſceſſiſſe, *ibi n.* 37. vide *ſervus, retrotractio.*

Pedaneus, vide *judex.*

Pegaſiana quarta, vide *quarta*, S. C. *Pegaſianum.*

Pellex, vide *ſcortum.*

Pendeo, vide *ſuſpenſio.*

Peregrinus, peregrinari, peregrinitas, fideicommittere an poſſit peregrinus, *lib.* 4. *c.* 14. *per totum*, quis proprie dicatur, *ibi* n. 2. ἄπολις dictus, id eſt, ſine civitate, *ibi*, quid ſit ad peregrinitatem reduci, n. 3. dicebatur *pereger factus eſt*, *ibi*, heres inſtitui non poterat, *d. c.* 14. n. 6. aliud eſt peregrinari, quam peregrinum eſſe, *d. c.* 14. *à nu.* 7. poſt conſtitutionem Antonini an peregrinus heres inſtitui poſſit, *d. lib.* 4. *c.* 14. n. 8. nec ab inteſtato ſuccedere poterat, *ibi n.* 9. uſucapere non poterat, n. 11. juſtas nuptias peragere non poterat, n. 15. & *lib.* 5. *c* 8. *num.* 16. mulieres peregrinæ meretrices habebantur, *d. c.* 14. *n.* 16. peregrinatio feminarum dedecori eſt ipſis, *ibi*, apud Athenienſes, cum peregrina nuptiæ non contrahebantur, *d. lib.* 4. *c.* 14. *n.* 19. ſic apud Thebanos, & alios, *ibi*, maledicebantur ſimiles nuptiæ, *ibi*, nomina Romana ferre peregrinus non poterat, *d. c.* 14. *n.* 20. capitalis erat pœna adverſus peregrinos civilia jura uſurpantes, *ibi n.* 21. leges variæ adverſus eos latæ, *ibi*, accuſationes adverſus peregrinos uſurpantes jura Romana, *ibi* n. 22. dicebantur peregrinitatis rei, *ibi* n. 23. qua veſte peregrinitatis rei in judicio adeſſe debebant, *ibi*, teſtari an poſſit peregrinus, d. *c.* 14. n. 26. an fiſcum heredem habeat, *ibi*, peregrinus heredem ab inteſtato habere non poterat, n. 27. ſecus naturalem ab inteſtato, *ibi*, peregrinus omnes actus Juris Gentium celebrare poterat, n. 28. capere fideicommiſſum Juris Gentium poterat, *ibi*, Jure Gentium teſtari poterat de rebus in populo Romano exiſtentib. *d. c.* 15. *à n.* 29. utiliter ex contractibus agere poterat, *ibi*, ut teſtari poſſet, alicujus certæ civitatis debet eſſe, *d. c.* 14. *n.* 49. peregrino quando ſuccedat fiſcus, *ibi* n. 52. & 54. peregrinantium bona callide hoſpites uſurpabant, & teſtamenti factionem impediebant, n. 53. nova conſtitutione Friderici peregrinantium teſtamentis omnes effectus Juris Civilis attributi ſunt, *ibi*, peregrinus plorari non poterat, *lib.* 5. *c.* 8. *n.* 18. peregrinus multi honores, & regna obvenerunt, *d. lib.* 5. *cap.* 9. *n.* 19. vide *advena, patria, Roma.*

Periculum, pericula tempeſtatum decorant duces, *lib.* 2. *c.* 11. *à n.* 2. ſed propter bellum juſtum, non ſt piraticam exerceant, *ibi n.* 4. maris pericula vitanda, *dict. l.* 2. *c.* 12. *à n.* 3. maris ſolitum periculum dicitur, *d. c.* 12. n. 4. terreſtria bellica pericula gravia, & in eis omnis virtus exerceri poteſt, *d. c.* 12. n. 6. vide *mare: navigatio.*

Permiſſio, vide *prohibitio.*

Perſa, vide *Rex.*

Perſona, vide *incertus.*

Phratria, apud Athenienſes quid, *l.* 5. *c.* 12. *à n.* 39. quot fuerunt numero, *ibi*, Phratores qui, *ibi.*

Pignus, adhuc dum venditur in ſubhaſtatione debitoris judicatur, & in ejus dominio manet, *l.* 4. *c.* 13. n. 31. fructus pignoris in ſortem principalem debiti computantur, *ibi.*

Pilentum, quare dictum ſacrum, *l.* 3. *c.* 12. n. 47. ſacræ virgines veſtales pilentis vehebantur, *ibi*, vide plura verbo *femina.*

D. Pius Imperator, multa de jure ſanxit, *l.* 4. *c.* 7. n. 1. & circa fideicommiſſa, & legem Falcidiam, *d. l.* 4. *c.* 8. *nu.* 10. omnes ſubditos imperio Romano cives effecit, *lib.* 5. *c.* 10. vir inſigni pietate, *dict. c.* 10. *n.* 29. vide *lex Falcidia.*

Plato, titulos Plato ſuorum operum multos ſubdisjunctive ſcripſit, *l.* 1. *c.* 12. *num.* 21. vide *ſubdisjunctivum.*

Plebiſcitum, quod latum fuit de majoribus Thermenſibus continebat rem non controverſam, & certam, *l.* 2. *c.* 10. *num.* 32. & ſic aliud Papinianum, nam

utrumque

utrumque in eis comprehenſum antea legibus firmatum erat, *ibi*, vide *lex*, *Theſeus*.
Pœna, lentenda eſt, & ad id procliviores debemus eſſe, *l.* 1. *c.* 6. *n.* 6. arbitraria in criminalibus, *l.* 4. *cap.* 10. *nu.* 44. interpretatione temperanda, *l.* 4. *c.* 13. *n.* 17. pœnæ in mortuos, ut terreantur vivi, *l.* 5. *c.* 6. *n.* 55.
Pono, ponere artus in arena quid, *l.* 2. *c.* 12. *n.* 43.
Porcus, vide *ſus*.
Portus, vide *urbs*.
Poſſe defendi, formula, quam uſurpabant conſulti in re valde difficili, *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 35. & *l.* 4. *c.* 13. *n.* 52. vide *Juriſconſultus*.
Poſſideo, poſſeſſus poſſidere non poteſt, *l.* 4. *c.* 12. *n.* 43. incertam partem poſſidere nullus poteſt, *l.* 5. *c.* 1. *n.* 32.
Poſthumus, plurium poſthumorum naſciturorum meminerint teſtatores, *l.* 1. *c.* 7. *n.* 16. & ſic quia plures poterant naſci, certæ partes in ſucceſſionibus, eis reſervabantur, *ibi*, aliquando unum ſolum filium, aut filiam cogitabant, *ibi nu.* 27. vide *hereditas*.
Poſterior, quid proprie ſignificet, *l.* 5. *c.* 1. *n.* 23.
Poſtliminium, quibus navibus dabatur, *lib.* 1. *cap.* 11. *n.* 5.
Poteſtas patria, vide *deportatus*.
Præceptionis legatum, verbum *præſumo*, pertinet ad hoc legatum, *lib.* 2. *c.* 1. *nu.* 3. & 4. vide *legatum præceptionis*, *prælegatum*, *præſumo*.
Prædium, vide *publicum*.
Præfectus vigilum, ejus officium incendia avertendi, *lib.* 2. *cap.* 11. n. 16. Auguſtus eam curam ſumpſit, & qua ratione, *ibi*, tota nocte invigilare debet, & errare per urbem, *ibi*, unde ab officio nomen ſumpſit, *ibi*.
Præfectura, ſimilis erat municipio, *l.* 3. *c.* 6. n. 12. Prætor urbanus regebat. *d. c.* 6. *n.* 13.
Prælegatum, notione nova dicitur in quocumque alio legato præter præceptionem, *l.* 2. *c.* 1. *nu.* 11. vocatur aliquando legatum, *dict. c.* 1. *n.* 15. ſpecies eſt legati *n.* 16. quibus verbis relinquebatur, *num.* 18. vide *præceptionis prælegatum*, *præſumo*, *legatum præceptionis*.
Prænomen, notia ſcribebatur, *lib.* 3. *cap.* 3. *num.* 63. parentum prænomina filii ferebant, *ibi n.* 67.
Præſcriptio, vide *exceptio*.
Præſes provinciæ, de privatis cauſis non poterat cognoſcere, *l.* 3. *c.* 5. *n.* 5. ſed tamen liberum ei erat, aut decidere cauſas, aut judices dare, *d. l.* 3. *c.* 6. *n.* 16. & *n.* 7. hac formula reſcripti adibantur, *adite Præſidem*, &c. *d. c.* 6. *n.* 18. cauſa ſtatu ad ejus cognitionem pertinebat, *num.* 19. & 20. pupilli ſub tutela ejus, *n.* 21. judices appellabantur, n. 24. de privatis cauſis an poſſet cognoſcere, *d. lib* 3. *cap.* 7. *per totum*, quæ occopationes excuſabant eum à cognitione, *d. c.* 7. *nu.* 2. de quæſtionibus facti cognoſcebat, *d. cap.* 7. *n.* 2. & an de humilibus, *n.* 4. maximæ cauſæ non pertinebant ad Præſides. *d. c.* 7. *n.* 6. nec humiles, *n.* 8. eandem poteſtatem obtinebat, quam Romanus magiſtratus, n. 15. judices habebat pedaneos ad humiles cauſas, *n.* 14. in humilibus cauſis quando judices dare poſſet, *d. c.* 7. *d n.* 19. ſupra quantitatem cognoſcere poterat, *d. c.* 7. *n.* 23. vide *judex*.
Præſumo, an pertineat ad vindicationis legatum, *lib.* 2. *c.* 1. *n.* 3. ad præceptionis legatum pertinet, *ibi n.* 3. in legato vindicationis, & ſinendi modo, qui agnoverint, *n.* 6. defenditur hæc ſententia, *n.* 7. propria ſignificatio hujus verbi, & uſus, *d. c.* 1. *n.* 11. vide *legatum ſinendi modo*, *legatum præceptionis*.
Præſumptio, imperii præſumptio quid, *l.* 2. *c.* 1. *n.* 10. præſumptio adoptionis, *ibidem*.
Prætor urbanus, an de privatis cauſis cognoſcere poſſit, *l.* 3. *c.* 5. & 7. Autores qui cognitionem denegaverint, *d. c.* 5. *n.* 3. multis occupationibus impeditus non poterat levioribus cauſis vacare, *d. c.* 5. *n.* 4. Prætoris ordinaria formula, *judices dabo*; *judicium dabo*, *l.* 3. *c.* 5. *n.* 6. certæ, & determinatæ cauſæ erant, de quibus Prætor cognoſcebat, *d. c.* 5. *n.* 9. ad cæteras cauſas dabant judices, *n.* 10. indignum majeſtate Prætoris cenſetur vacare privatis cauſis, *d. l.* 3. *c.* 5. *n.* 12. autores, qui privatarum rerum cognitionem conceſſerunt Prætori, *n.* 23. ſententia autoris, *d n.* 14. cum bellis finitimis avocarentur conſules, Prætor creatus fuit, qui jus redderet civibus, *d. lib.* 3. *c.* 5. *n.* 23. quo anno urbis conditæ creatus fuit Prætor, *n.* 31. Prætoris nomine alii magiſtratus nuncupabantur, & quare, *d. l.* 3. *n.* 20. & 37. conſulum collegæ nominabantur, *n.* 39. Prætoris poteſtas his verbis continebatur, *do*, *dico*, *addico*, *d. l.* 3. *c.* 5. *n.* 40. Prætor trapezita, quid apud Plautum, *n.* 41. à Prætore cauſarum cognitionem advocati petebant, *d. c.* 5. n. 42. cum mentio de Prætore eſt de urbano intelligitur, *d. l.* 3. *c.* 6. *n.* 3. depoſiti cauſa coram Prætore tractatur, *d. c. n.* 5. cauſæ peculiares cognitionis Prætoriæ, *ibi*, reſtitutionis cauſa, *d. c.* 6. n. 6. & omnis reſtitutio, quæ ratione ætatis petebatur, ſecus aliæ provenientes ex aliis cauſis, *d. c. n.* 14. minorum cauſæ ad Prætorem pertinebant, *ibi*, Prætor deſideratur, ubicumque cauſæ cognitio eſt, *d. lib.* 3. *c.* 6. *n.* 15. permiſſum Prætori dare judices propter graves occupationes, *n.* 15. Prætor judicio nomine demonſtratur, *n.* 24. in primitiva Roma certum erat Prætores definire omnes cauſas, *d. c.* 6. n. 25. lex permiſit ſolum Prætori dare judices, *n.* 26. Prætoris poteſtas quanta fuerit in populo Romano, *n.* 28. cogi non poterat dare judices, *ibi n.* 30. quæſtiones juris poterat Prætor definire, *d. c.* 6. *n.* 34. & res quæ facilis expeditionis erant, *ibi* n. 35. veluti interdicta, bonorum poſſeſſiones, & alia momentanea, *ibi*, formularia verba Prætoris, *interdicam*, *animadvertam*, *bonorum poſſeſſionem do*, in cauſis facti recuperatores dabat, *d. c.* 6. *n.* 36. aliquando ipſe cognoſcebat, *ibi n.* 37. verba illa apud Ciceronem, *quid*, *Prætor ſolet judicare deberi*; qualiter intelligantur, *l.* 3. *c.* 8. *a n.* 1. vide plura alia in verbis, *conſul*, *Præfectura*, *reſtitutio*, *centumvirale*, *actio*; *verba*, *judicium*.
Prætor fideicommiſſarius, cogebat heredem præſtare fideicommiſſum, *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 21. & *l.* 3. *c.* 5. *n.* 2. cum mentio hujus Prætoris incidit, conſulti fideicommiſſarium nominant, *d. l.* 3. *c.* 6. *n.* 3. & 4.
Prætor peregrinus, qua cauſa creatus fuit, *l.* 3. *c.* 5. *n.* 26. inter peregrinos & Romanos reddebat jus, *d. l.* 3. *c.* 6. *n.* 7. & ſic inter deportatos, *l.* 4. *c.* 13. *n.* 41.
Pragmaticus, imitantur pragmatici Syſipheos labores non curant philoſophiam juris, ſed congeriem autorum, *l.* 1. *c.* 11. *n.* 5.
Preces, offerebantur manibus levatis, *l.* 2. *c.* 5. *n.* 31.
Princeps, invigilare debet, *l.* 2. *c.* 11. *n.* 16. cauſæ ejus cognitionis, *l.* 3. *c.* 7. *n.* 6. placita pars Juris Civilis ſunt, *l.* 4. *c.* 11. n. 17. libellis adibatur & a muto, *lib* 4. *c.* 15. *n.* 86. vide *dux*, *Imperator*, *confiſcatio*, *Rex*.
Privilegium, novitatem habet, *l.* 5. *c.* 10. *n.* 22.
Proconſul, ingrediens provinciam edictum de adventu præmittit, *l.* 2. *c.* 11. *n.* 19. & ante non mandat juriſdictionem, *l.* 3. *c.* 6. *n.* 27.
Procumbere, in arenam, *l.* 2. *c.* 12. *d n.* 49.
Procurator, non conſtituitur certis verbis, *l.* 2. *c.* 1. *n.* 31. lege 12. tab. non dabatur, *l.* 3. *c.* 9. *n.* 33. æquitatis cauſa receptus fuit, *d. c.* 9. *n.* 34. vide *judicium*.
Prodigus, qua ratione ei interdicta ſint jura, & bona, *l.* 4. *c.* 15. *n.* 17. & *n.* 18. differt à minore, & furioſi conditionem ſequitur, *n.* 19. vide *teſtator*, *fideicommiſſum*.
Profeſſio, *profiteri*, apud Athenienſes qua forma & ætate pater profitebatur filium, ut reciperetur in civitatem, *l.* 5. *c.* 12. *n.* 40. & *d n.* 47. ſecunda profeſſio, quæ erat, & qua ætate, *ibi*.
Prohibitio, *prohibere*, inducere non debemus in re maxime favorabili, *l.* 2. *c.* 2. *n.* 19. imò omnia cenſentur permiſſa, *l.* 2. *c.* 6. *n.* 20. & *l.* 4. *c.* 10. *n.* 20. & quod omiſſum eſt, *d. c.* 6. *n.* 27. & ea quæ ſemel ſtatuta fuerunt, *l.* 3. *c.* 6. *n.* 25. vide *tractare*, *actus*.
Pro non ſcripta, legatum pro non ſcripto ad heredes legitimos pertinet, *l.* 4. *c.* 12. *d* n. 1. & *n.* 22. & *l.* 3. *c.* 3. *n.* 87. vide *caducum*.
Providentia, in duce commendatur, *l.* 2. *c.* 11. *n.* 13. Juſtiniani in bello, & pace, *n.* 18. vide *dux*.
Pubertas: *pubes*, apud Athenienſes pudenda inſpiciebantur, *l.* 5. *c.* 12. *d n.* 49. qua ætate plena pubertas, *ibi*.
Publicatio bonorum, damnatione bona publicari, *l.* 4. *c.* 13. *n.* 38. vide *confiſcatio*, *dominium*.
Publicum, bona publica Romæ publice locabantur, *l.* 0. *c.* 5. *n.* 6. cauſa publica conſideratur in defunctis, *l.* 4. *c.* 2. *n.* 15.
Pulchritudo, rubore creſcit, *l.* 3. *c.* 11. *n.* 37. inter oppoſita magis lucet, *d n.* 40. horrere pulchritudinem, *ibi*.
Pulveraticum, merces agrimenſorum erat, *l.* 3. *c.* 11. *n.* 51. & ſtipendii militaris, *n.* 12. & judicum, & curialium, *n.* 13.

Pulvis bellicus, decorat milites, *l.* 3. c. 11. n. 3. illo conſperſi pulchri dicuntur, n. 4. & 15. & 18. depingi poteſt. *n.* 5. pro labore militari capitur, *d. c.* 11. n. 6. & pro campo bellico. n. 9. geometricus, qui in abaco deferebatur, n. 10. eruditus, *ibi* heredem in pulvere ſcribere, *d* n. 8.
Pupillus, vide *cauſa pupillorum : Præſes provinciæ Prætor.*
Puer, glorioſum illis cognoſcere maria, & terræ pericula, *l.* 2. *c.* 11. *n.* 6.

Dictiones Græcæ.

[illegible], quid *l.* 1. *c.* 3. *n.* 4. provenit ex voluntate diſponentis, *l.* 4. *c.* 7. *n.* 31.
[illegible], pro ambagib. *l.* 4. *c.* 7. *n.* 13.
[illegible], quid *l.* 2. *c.* 9. n. 6.

Q.

QUæſitum, cognoſcimus ex verbis deciſionis, *l.* 4. *c.* 10. n. 50. & *l.* 3. *c.* 4. n. 13. vide *Juriſconſultus.*
Quantitas, *ſi* actionis quantitates Juriſdictionem plures congeſtæ excedant an pedaneus judicare poſſit, *l.* 3. *c.* 7. n. 14. vide *cauſa*, *præſes provinciæ.*
Quarta Falcidiana, invito teſtatore detrahitur *l.* 4. *c.* 2. *n.* 4. nec minuere poteſt, n. 6. in herede privatum commodum eſt, n. 22. an deducatur de fidei commiſſis particularib. *l.* 4. *c.* 5. legatarius fidei commiſſo gravatus non deducit, n. 11. an Pegaſianum extenderit Falcidiam, ut deducatur ex fidei commiſſis, *d. c.* 5. *n.* 11. & 12. & *c.* 6. *n.* 12. deducitur ex donationib. inter vir. & uxor. *n.* 14. & *c.* 7. *n.* 36. differentiæ quartæ hujus, cum Pegaſiana, *à n.* 30. quæ in hac computentur, *n.* 30. differentiæ in ternas quartas, *l.* 4. *c.* 6. *à n.* 2. & 20. dicitur commodum legis Falcidiæ, *n.* 4. & *c.* 8. *n.* 18. cujus cauſa introducta, *n.* 5. quæ deducantur in computatione, *n.* 7. & 12. mortis tempus attenditur, n. 8. quo titulo deducatur *n.* 9. retenta quarta heres ſolvit onera hereditaria, n. 10. expreſſe à Falcidia hæc mandatur n. 11. Falcidia pro quacumque deductione, & quarta ſumitur. *c.* 6. *n.* 20. & ſumitur pro deductione dimidiæ. n. 21. loco Pegaſianæ an Falcidia repoſita fuerit, *n.* 21. cum præſervatur à teſtatore in fidei commiſſis Jure Falcidiæ deducitur, d n. 25. deducebatur de prælegatis, n. 20. ceſſat in teſtamento militis, *l.* 4. *c.* 7. n. 36. ſi heres rogatur reſtituere hereditatem teſtatoris, & aliam heredis duas Falcidianas deducet, *lib.* 4. *c.* 8. cauſa quartæ à conſultis exprimitur, *d. c.* 8. n. 5. heres renunciare poteſt, n. 7. repetere poteſt quartam errore conſumptam. *n.* 7. aditione ſimplici heredis non renunciatur, *d. c.* 8. *à* n. 7. Juriſconſulti nominant plene, aut commodum, aut beneficium, n. 18. duæ quando deduci poſſint, n. 21. de teſtamentis captivorum deducitur, *l.* 4. *c.* 9. *n.* 2. vide *lex Falcidia*, *reſtitutio*, *quarta Pegaſiana.*
Quarta Pegaſiana, *ſeu Trebellianica*, incapaci reſtituens, privatur ea ex Planciano. *l.* 3. *c.* 3. n. 92. & ſi filius ſit teſtatoris, *d* n. 66. propter quid inducta, *l.* 4. *c.* 3. n. 3. & *c.* 5. *n.* 4. complementum ex Pegaſiano deducebat heres, n. 5. Pegaſiani quarta Trebelliano attribuitur, *l.* 4. *c* 4. n. 10. non tamen Trebellianica appellatur in Jure Civili. n. 11. ſecus in Canonico, *ibi*, coactus adiens ea privatur, *n.* 23. ſine ſtipulatione, *quod amplius*, &c. reſtituens videtur remiſiſſe, *n.* 29. de quibus fidei commiſſis deducatur, *d. l.* 4. *c.* 5. non deducitur ex parte bonorum legata, *n.* 6. quare nomine Falcidiæ demonſtratur, *n.* 14. ad formam legis Falcidiæ inducta, n. 27. differentiæ Falcidianæ cum iſta, *d. c.* 5. *à n.* 30. & *c.* 6. *à n.* 2. quæ imputentur in hac, n. 30. & *c.* 6. n. 12. etymon, *d. lib.* 4. *c.* 6. *a* n. 2. commodum S. Conſulti dicitur, n. 4. cujus cauſa introducta, n. 5. quæ deducantur ad eam, n. 7. tempus attenditur reſtitutionis. n. 8. quo titulo deducatur, n. 9. ratione ejus heres tenetur oneribus hereditariis, n. 10. permiſſiva fuit in Pegaſiano, n. 11. nomine Falcidiæ appellatur, *à* n. 15. Pegaſianum an extenderit Falcidiam ad fideicommiſſa, n. 16. ad deductionem hujus inſpiciebatur an locus eſſet legi Falcidiæ, n. 23. aſſignata à teſtatore Jure prælegati capiebatur, n. 21. & *c.* 7. n. 20. & tunc dabatur Falcidiana, *ibi*, quarta an proprie ſit, quando ex Trebelliano retinetur, *d. c.* 7. *n.* 24. ea non retenta ejus fructus reſtitui debeant heredi, *l.* 4. *c.* 7. *n.* 25. ſi ex duobus unus ſolum compellit adire, quatenus deducetur. n. 32. ad teſtamenta militum non pertinebit, n. 36. ſi heres reſtituit hereditatem teſtatoris, & alteram ſuam an deducet, *l.* 4. *c.* 8. & an tunc duas quartas, *ibi*, an de teſtamento captivi, *l.* 4. *c.* 9. *à n.* 2. duæ quando deduci poſſent, *d. c.* 8. n. 21. vide S. C. *Pegaſianum : reſtitutio*, *quarta Falcidiana* : vide S. C. *Plancianum.*
τὸ *quaſi*, improprietatem denotat, *l.* 4. *c.* 3. *n.* 18. & *c.* 4. n. 21.

R.

R. *Littera*, aſpera præcipue in blæſis ejus pronunciatis, *l.* 5. *c.* 3. *n.* 5. & 12. canina dicta, *ibi.*
Ratio, major elidit minorem, *l.* 8. *c.* 10. n. 48. vide *æquitas.*
Recuperator, ad cauſas facti dabatur, *l.* 3. *c.* 6. n. 36.
Regio, multis de cauſis incolæ ſuam deſerunt, *l.* 5. *c.* 6. n. 49.
Regula, Juris unde deſumpta, *l.* 3. *c.* 6. *n.* 15. in legibus præponitur, & ab ea eſt limitatio, *l.* 4. *c.* 1. *à* n. 39. firmatur ab exceptionib. *ibi.*
Relegatio, ea civitas, nec teſtatio non amittitur *l.* 4. *c.* 13. n. 28.
Relinquo, ſolemne verbum ad teſtamenta, *l.* 3. *c.* 2. n. 37.
Repudiatio hereditatis, eiſdem regulis gubernatur, quibus aditio, *l.* 2. *c.* 6. n. 21. fit indicio voluntatis, n. 22.
Requies, ducibus brevis licet, *l.* 2. *c.* 12. *à* n. 49.
Res, una diverſo Jure cenſeri non debet, *l.* 1. *c.* 8. *n.* 12. omnia humana comprehendit, *l.* 2. *c.* 8. n. 6. majorum res conſervari in filiis naturalis affectio, *l.* 3. *c.* 4. *n.* 23. vide *diſſolvo*, *cauſa*, rerum amotarum tituli æquitas, *l.* 3. *c.* 1. n. 10.
Reſtituo, Titius reſtituere gravatus partem hereditatis retentis hortis, ſi cautum ſit, quod uterque heres fideicommiſſum adimpleat, integros hortos retinet Titius, *l.* 3. *c.* 4. n. 10.
Reſtitutio, in integrum magiſtratibus municipalib permiſſa erat, *l.* 3. *c.* 6. n. 9. Prætor mandare poterat, quæ non proveniebant ætatis ratione *n.* 14. fiebat cauſa cognita, *n.* 4. reſtituere juſſus hereditatem, cum ſua cauſa cenſetur, *l.* 4. *c.* 8. n. 24. vide *Prætor.* S. C. *Pegaſianum.*
Reſtitutio ſententiam paſſi, confert omnia bona, quæ deportatus habebat, *l.* 4. *c.* 12. n. 18. odioſa hæc eſt, *ibi*, ſi plena eſt, omnia bona aufert à fiſco, *n.* 45. vide *deportatus.*
Reticentia, tropos receptus in Jure, *l.* 1. *c.* 1. *n.* 10.
Retrotrahere, acquiſitio fideicommiſſi ſervo deportati relicti retrotrahitur ad tempus ceſſionis, *lib.* 4. *c.* 12. n. 19. retrotractiones legitimo Jure conſtituendæ, & ad capacitatis tempus, *à* n. 20. & 18. in legato ſervi peculii caſtrenſis filii relicto à patre qualiter fiat, *n.* 28. ſi intermedio tempore alius jus habuit acquirendi, n. 30. peculis caſtrenſis, non adita hereditate ſervi dominium, & acquiſita a ſervo retrotrahuntur ad patrem, *n.* 36. vide *deportatus* : *ſervus*, *peculium caſtrenſe.*
Rex, divinos honores Reges ambierunt & nomina, *lib.* 2. *c.* 4. n. 16. & 10. maxime Perſani Reges, n. 21. Romæ judicarunt cauſas, *lib.* 3. *c.* 5. *n.* 15. & 24. licentia libera, *d. lib.* 3. *c.* 12. n. 47. vide *Imperator : Princeps.*
Redhibitoria actio, propter actum animi non datur, *lib.* 3. *c.* 10. n. 27. an ex vulnere, & cicatrice, *n.* 34. vide *equus*, *mulus.*
Riſus, gravis injuria, *lib.* 2. *c.* 8. *n.* 28. Sardonicus riſus, n. 29.
Roma, barbara in ſuo principio, *lib.* 5. *c.* 4. n. 8. bello, & pace præclara, *lib.* 5. *c.* 7. *n.* 1. orbis in ea conſideratur, *ibi* & *c.* 10. *n.* 10. & 32. communis patria, *lib.* 5. *c.* 10. *n.* 11. & 12. in ea exterus conveniri poterat, *ibi*, qualiter allexerit homines, *à n.* 12. vide *civitas*, *barbarus.*

S.

S*Anguis*, pro nobilitate, *lib.* 3. *c.* 10. n. 51.
Scientia, amatores ejus orbem peragrarunt, *lib.* 5. *c.* 5. n. 55. vide *Ægyptus*, *Græcus.*
Scortum, an in exercitu, *lib.* 3. *c.* 12. n. 4. vide *concubina*, *peregrinus.*
Scriba, navalis inter cæteros ſcribas nulla dignitas, *lib.* 2. *c.* 12. n. 38. intenti erant rapinis, n. 39.
Scutum, erectum milites ferebant, ad congrediendum, *lib.* 2. *c.* 5. n. 25. tunc illo humeri tegebantur, *n.* 26. ad hominis longitudinem erat, *n.* 27. vide *Clypeus.*

Seditio,

Seditio, militaris manu levata compeſcitur, *lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 19.

Senatus Conſultum, per manus levationem, *l.* 2. *c.* 5. *n.* 33. Heliogabali de carpento muliebri, *l.* 3. *c.* 12. *n.* 35. ſucceſſiones ex eo jure naturali deferuntur, *l.* 3. *c.* 10. *n.* 35. & quando Civili, *n.* 23. pars Juris Civilis eſt, *n.* 36. vide S. C. *Orphitianum.*

S. C. *Articulejanum*, quid diſponebat *lib.* 3. *c.* 7. n. 6.

S. C. *Orphitianum* de ſervis nominatim manumittendis ſpurium, *l.* 2. *c.* 10. *à n.* 25. ſucceſſio ex hoc an juris naturalis ſit, *l.* 4. *c.* 11. *n.* 23. vide *deportatus.* S. C. *Pegaſianum*, & *Trebellianum*, his compellitur heres adire hereditatem, *l.* 4. *c.* 2. *n.* 10. Trebellianum quando factum, *l.* 4. *c.* 3. n. 1. quid eo cautum, *n.* 2. Pegaſianum quid diſpoſuerit, *n.* 4. poſt Pegaſianum heres onera hereditaria ſuſtinebat, *n.* 6. hoc inductum fuit ad exemplum Falcidiæ, *ibi* & *n.* 14. ſtipulationes ejus de damno, & lucro, *n.* 7. & quando emptæ, & venditæ hereditatis, *n.* 11. tunc ex quo S. Conſulto reſtitueretur hereditas, *l.* 3. *c.* 3. *à n.* 11. cum quarta non deducitur, an utrumque S. C. concurrat, ad reſtitutionem, *n.* 12. & 27. Trebelliano quando & in quibus derogavit Pegaſianum, *n.* 12. ſi hereditas non eſt ſolvendo reſtituitur ex Trebelliano, *n.* 13. hereditatem gravatus reſtituere quartam non deducat, ex quo S. C. reſtituat, n. 16. *l.* 4. *c.* 4. *n.* 9. & *c.* 7. n. 21. Pegaſiani ſtipulationes diſplicuerunt conſultis, *n.* 19. & *c.* 7. *n.* 29. eo adire compellitur heres, & tunc ſine ſtipulatione actiones tranſibant, & utrumque S. C., concurrebat, *à n.* 23. & 33. & *c.* 7. *n.* 27. τὸ *hodie*, S. C. notat Pegaſianum, *n.* 30. & *c.* 4. *n.* 18. & 23. & *c.* 7. *à* n. 31. ſtipulationes Pegaſiani, & S. Conſultum contra Huſmannum defenduntur, *l.* 4. *c.* 4. utrumque à Jure Civili abraſit Juſtinianus, *à n.* 5. Pegaſiani loco repoſitum Trebellianum, *n.* 7. ſtipulationes non erant ſi gravatus erat intra quartam, *c.* 4. *n.* 14. ſi duo gravati ſunt reſtituere, ex quo S. Conſulto reſtitutio fit, *n.* 21. actiones transferuntur ſine ſtipulationibus, ſi coactus adit, *n.* 23. ambo S. Conſulta hereditatis cauſa præſcripta fuerunt, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 3. heres non cogitur adire propter fideicommiſſa particularia, *n.* 5. & 39. Pegaſianum, an extenderit legem Falcidiam ad fideicommiſſa, *n.* 12. & 26. Trebellianum ad ſucceſſiones ab inteſtato pertinet, *lib.* 4. *c.* 6. *n.* 9. & *c.* 7. *n.* 22. & 15. & non Pegaſianum, *lib.* 4. *c.* 7. *n.* 4. & 9. & 16. Trebellianum curavit translationem actionum ex teſtamento, *n.* 5. Pegaſianum non inductum fuit ad fideicommiſſa ab inteſtato, *à n.* 9. quà odioſum, à conſultis reſtrictum, *à n.* 12. & *c.* 9. *n.* 10. *n.* 15. & an Trebelliano quando intelligendum Pegaſianum, *ibi*, ſi juſti fuerint legitimi, & neceſſarii heredes reſtituere in teſtamento pertinet Trebellianum, *ibi*, qua in parte Pegaſianum gratum fuit Conſultis, & extentum, *n.* 28. Trebellianum pertinet ad proprias teſtatorum hereditates, *dict. lib.* 4. *c.* 8. *n.* 15. ad teſtamenta captivorum an Pegaſianum. *lib.* 4. *c.* 9. quod de cive Romano locutum fuit, *dict. c.* 9. *n.* 6. vide *quarta Pegaſiana*, *quarta Falcidiana*, *lex Falcidia.*

Senatus Conſultum Plantianum, vide *quarta Pegaſiana.*

Senatus Conſultum Syllanianum, quid diſpoſuerit, *l.* 3. *cap.* 3. *num.* 8.

Sententia, in judicio noxali alternative profertur, *lib.* 1. *c.* 13. *n.* 5. ſententia bona adimi damnato, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 38. vide *noxa.*

Sepulchrum, cui relictum ſepulchrum fuit, viam ad illud petere poſſit, *lib.* 3. *c.* 9. n. 28. jus ſepeliendi publicum eſt, *lib.* 4. *c.* 2. *n.* 16. & Juris Gentium *ibi*, Creon ſepulturas negavit Argivis, quod Theſeus vindicavit, *ibi*, actio ſepulchri violati publica eſt, *n.* 17. vide *ſumptus.*

Servitus, ne luminibus officiatur quanta ſit, *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 12. ſervitutes ex Jure Gentium deſcendunt, *lib.* 4. *c.* 12. *n.* 43. & contra jus naturale, *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 48.

Servus, ad cuſtodiam templi relinquebatur, *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 32. alimenta ei poſſunt legari, *ibi*, ſervi capacitas in fideicommiſſo ſervi deportati, *lib.* 4. *c.* 12. *à n.* 2. à domino habet, n. 17. tribus temporibus, *ibi*, legatus, & omnia, quæ ei relicta erant, in ſuſpenſo ſint, *c.* 12. *n.* 25. hereditarius acquirit hereditati, *ibi*, acquiſitio per ſervum an ſit Juris naturalis, *n.* 43. poſſidere non poteſt, *ibi*, ſervus ſubverbuſtus, *c.* 14. n. 40. ſubjectus eſt legibus civitatis, in qua vivit, *n.* 51. pacta non conſtituitur, *lib.* 5. *n.* 32. vide *deportatus*, *peculium caſtrenſe*: *retrotractio*, *barbarus.*

τὸ *ſeu*: *ſive*, dictiones disjunctivæ an copulativæ *lib.* 1. *c.* 11. *à num.* 1. adjunctæ rebus, aut verbis an copulent, *n.* 24. & 16. quando conditionem inducant, *ibi*, τὸ *ſive* an pro *ſi*, accipiatur, *à n.* 18. an ampliativæ ſint, *n.* 21. τὸ *ſeu* copulativum eſt, *n.* 28. ex natura ſua non ſubdisjungunt, *ibi n.* 30.

τὸ *ſi* accipitur pro *ſive*, *lib* 1. *c.* 11. *à n.* 18.

Silentium, manu levata imponitur, *lib.* 2 *c.* 5. *n.* 15.

Similitudo, peritos plerumque decipit, *lib.* 3. *c.* 2. *n.* 6.

Siſto, promittens ſervos ſiſtere, ſi unus ſtatus non ſit, an teneatur, *lib.* 1. *c.* 5. *n.* 9. & *c.* 6. *n.* 5.

τὸ *ſive*, vide *ſeu.*

Solemnitas, in actu quando præſumitur interveniſſe, *lib.* 2. *c.* 10. *n.* 19.

Solet, verbi vis apud Conſultos, *lib.* 3. *c.* 8. *n.* 2.

Somnus, qui curant alios invigilent, *lib.* 2. *c.* 11. *n.* 16. milites accipiunt litore, *c.* 12. *n.* 41. qualiter ſumendus ſit, *n.* 48. vide *dux.*

Spatio, ſervus ſpado ſanus eſt, *lib.* 3. *c.* 10. *n.* 26.

Specialiter, idem eſt, quod nominatim, *lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 12.

Species, *ſpecialis*: pro pulchritudine ſumitur, *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 12. ſpeciale legatum derogat generico, *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 22. non vero limitato generi, *n.* 29. non derogat ſpeciei, *n.* 31. vide *genus.*

Spurius; nullus apud Ægyptios, *lib.* 5. *c.* 5. *nu.* 26.

Stipulatio; illud aut illud dare promittis an certum, contineat, *lib.* 1. *c.* 4. *n.* 12. incipit aliquando à conditione à diſpoſitione, & petitione, *c.* 5. *nu.* 11. qualis erat pœnalis, *à n.* 11. *Si illud aut illud factum non fuerit, vel ſi quid eorum factum non erit, quæ ut fierent comprehenſa ſunt*, quid contineat, *c.* 5. & illa, *ſi illud aut illud non dederis, & ſi quid eorum factum non erit*, *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 5. ſtipulatio, poſt annum aut biennium, *lib* 1. *c.* 6. n. 6. ſi negativis verbis concepta fuerit, utrumque requirit adimpleri, *n.* 18. non perficitur nutu, nec à muto, *lib.* 2. *c.* 4. *n.* 1. & *c.* 6. *n.* 8. cuicumque contractui accedere poteſt, *lib.* 2. *c.* 7. n. 7. vide S. C. *Pegaſianum alternativa.*

Subditus, debemus eſſe Regi, & legatis ejus, *lib.* 5. *c.* 9. *n.* 24.

Subdisjunctio, *ſubdisjunctivum*, quid, *lib.* 1. 2. *nu.* 14. & *c.* 3. & *c.* 11. *n.* 20. eodem tempore vel diverſo concurrit, *lib.* 1. *c.* 3. *n.* 2. paradiazeuxis, dicitur, *n.* 4. duplex genus datur, *à. c.* 3. *n.* 7. 16. ſubdisjunctivæ, *n.* 9 Platonis tituli *n.* 12. & *c.* 11. *n.* 21. quod diſcretum *à n.* 14. ut poſſit exiſtere quid requiratur, *lib.* 1. *cap.* 10. *nu.* 24. ſub quibuſcumque disjunctionibus relinquitur, *lib.* 1. *c.* 11. *n.* 20. & 31. à voluntate teſtatoris procedit, *n.* 21. augendi modus ſubdisjunctivus eſt, *à n.* 24. utrumque caſum comprehendit, *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 23. vide *alternativa*, *ampliare.*

Subeo, hoc verbo omnis aditio ſignificatur, *lib.* 2. *c.* 6. *n.* 31. & aditio per nutum, *n.* 34. & actus tacitus, *n.* 44. receptum de ingreſſu fluminum in maria *ibi.*

Subſtitutio: *ſubſtitutus*, ſi facta ſit, *ſi quis mihi filius aut filia genitur Titius heres eſto*, an admittatur Titius, *lib.* 1. *c.* 7. regulari debet ad inſtitutionis formam, *n.* 7. ſupervenientia liberorum reſolvitur, *n.* 22. conſideratur ſeparata ab inſtitutione, *n.* 34. facta ſub variis disjunctionibus, an omnes adimplendæ ſint, *lib.* 1. *c.* 8. & facta ſi liberos non habeat inſtitutus nati poſt aditionem an excludant ſubſtitutum, *c.* 9. *n.* 2. & ſi liberos non habeat, an ſubſtitutus in partem hereditatis videatur adjectus, *n.* 6. & ſi defecerint poſt aditam hereditatem, *n.* 8. & ſi inſtitutus non adierit, an ſubſtitutus præferatur, inſtituti liberis, *n.* 9. & quid ſi repudiet, *n.* 14. ſubſtitutus non præfertur vocatis in conditione ex mente teſtatoris, *à n.* 11 vulgaris expirat aditione, *n.* 3. directa vulgaris non poteſt fieri in caſum aditæ hereditatis, *n.* 4. & 8 utrumque caſum comprehendit, *n.* 17. non concurrit cum inſtituto, *n.* 5. vide *conditio*, *cretio.*

Succeſſio, ex teſtamento à lege 12. tab. provenit, *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 18 vide S C. *teſtamentum*, *inteſtati ſucceſſio.*

Suidas, ejus autoritas quanta, *lib* 5. *c.* 11. n. 16.

Sum, *eſt*, *fui*, pro commorari, *lib.* 5. *c.* 10. *n.* 7.

Summa, ſi duæ promiſſæ, minor debetur, *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 6. vide *quantitas.*

Sumo, verbum legati vindicationis, & præceptionis, *lib.* 2. *c.* 1. n. 12. *è medio ſumito* ad prælegatum pertinet, *n.* 14.

Sumptus, in monumento à putativo herede facti, quando ei ſolvi debeant, *lib.* 3. *c.* 9. *nu.* 36.

Supercilium, varia forma ejus; inde natura, & conditio hominum colligitur, *lib.* 2. *c.* 8. *à n.* 26. lingua in eo, *n.* 41. vide *frons.*

Mmmmmmmm 2 *Surdus*:

Digitized by Google

Surdus, datur à natura qui loquitur, *lib.* 4. *c.* 15. à n. 23. & 41. ſed plerumque mutus eſt, à *n.* 41. pro muto accipitur. n. 42. aliquando hæc vitia non concurrunt, *n.* 43. vide *teſtor.*, *mutus.*
Sus: inimicus agris propter quod immolabatur, *l.* 5. *c.* 5. n. 50.
Suſpenſio, in ſuſpenſo eſt dominium, ſine perſona cui acquiratur, *lib* 4. *c.* 12. n. 39. vide *legatum*, *fideicommiſſum defunctus.*
Suus, ſuum alicujus dicitur non quo ad dominium ſed paſſive, ut more ſuo, *lib.* 4. *c.* 5. *n.* 51. vide *heres ſuus.*
Sylla, Dictator tribunitiam poteſtatem minuit, & jus leges ferendi ademit. *lib.* 4. *c.* 9. n. 7. auctor legis Corneliæ teſtamentariæ, *ibi.*

T.

T*Alio*: pœna hac ex judicio Dei plectuntur homines, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 50.
Tempus, ſub conditione negativa poſitam, totum tranſeundum eſt, ut locus ſit pœnæ, *lib.* 1. *c.* 6. *n.* 8. favore herede longius cenſetur, *lib.* 1. *c.* 13. n. 18. tempore habili factum collatum inhabile nullum eſt, *lib.* 4. *c.* 11. *n.* 10. & *c.* 15. *n.* 11.
Teſtamentum, celebratur plerumque in articulo mortis, *lib.* 2 *c.* 2. *n.* 14. favor *ibi*, an nutu poſſit celebrari, *n.* 19. Juris publici. *lib.* 4. *c.* 2. n. 15. non confirmatur aditione legatarii, ſeu particularis fideicommiſſarii, *lib.* 4. *c.* 5. n. 39. quatenus ſit Juris Civilis, & Gentium, *lib.* 4. *c.* 11. n. 20. & *c.* 13. n. 9. non dat civilitatem actui, *d.* *c.* 11. n. 25. ſucceſſio ex ea lege provenit, *lib.* 4. *c.* 14. n. 10. Jurisgentium teſtamentum quos effectus habeat, n. 30. etymon *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 22. rite factum an annulletur ſurditate, & mutitione ſuperveniente, n. 25. nuncupatio, n. 26. vide *captivus*, *teſtor*, *teſtator*, *exheredatio.*
Teſtamentum militare, quomodocumque milites teſtantur, *lib.* 3. *c.* 12. n. 8. in vagina, aut clypeo, & in pulvere conſiſtit Jure Gentium, etiam cum neceſſitate præliandi, *lib.* 4. *c.* 2. n. 25. & *c.* 10. n. 61. & *c.* 11. n. 18. & 24. filiusfamilias, de caſtrenſi peculio, *d.* *c.* 10. capitis diminutione non irritatur, *lib.* 4. *cap.* 13. n. 57. conſtare in eo debet de voluntate militis, *lib* *c.* 15. n. 15. & n. 88. qui tribunus numerorum impubes teſtari non poteſt, n. 21. Surdus & mutus teſtari poteſt Jure militari, n. 37. vide *pulvis deportatus.*
Teſtator. plerumque abuſiva loquebantur teſtatores, *lib.* 2. *c.* 1. n. 17. & n. 35. & *lib.* 3. *c.* 1. n. 18. facultatem teſtatoris formulis coangustari *iniquum* eſt, *n.* 36. voluntas deambulatoria eſt uſque ad mortem, *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 8. & à *n.* 14. vide *verba*. teſtatoris mandatum non obligat in rebus, quæ ſuam autoritatem reſpicit, *lib.* 3. *c.* 9. *n.* 36. vide: *teſtor.*
Teſtor, *teſtatus*, licentia teſtandi non reſtringitur, quando æquitas contrarium ſuadet, *lib.* 1. *c.* 8. n. 5. & 28. teſtantibus adſidebant Conſulti, *lib.* 2. *c.* 1. n. 22. & à *n.* 36. ſed non omnibus teſtatoribus, *n.* 38. lege 12. tab. latiſſima facultas lata fuit, *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 15. cenſebitur reſtricta in caſibus expreſſis, *ibi*, facultas in ſolatium mortis, *lib.* 2. *c.* 3. *n.* 9. ampla facultas non in verbo *lego*, ſed in verbo legis 12. tab. contenta fuit, *lib.* 3. *c.* 2. à *n.* 22. teſtati cauſa non convenit cum cauſa inteſtati, *lib.* 4. *c.* 10. *n.* 9. ſoli cives Romani teſtabantur, *n.* 67. & *lib.* 4. *c.* 14. *n.* 26. & ante à *n.* 6. quare homines teſtari non poterant, *lib.* 4. *c.* 11. n. 32. & *c.* 15. n. 11. de bonis in alieno territorio poſitis qualiter poſſit, *d.* *c.* 14. *n.* 15. Jure Gentium Romanus teſtari non poterat, ſolum peregrinus, n. 31. damnatus ad beſtias ad ferrum inteſtabiles *d.* *c.* 14. n. 58. & n. 13. teſtari prohiberi poteſt aliquis triplici cauſa, *lib.* 4. *c.* 15. *n.* 3. conditione perſonæ, & qui *ibi*, *a* 4 & 7. & 12. propter defectum bonorum veluti filiusfamilias, *a* n. 9. propter defectum judicii, à *n.* 14. & prodigus, *n.* 16. minor, & impubes inteſtari poſſit, *à* n. 19. dubitans de ſtatu ſuo, n. 22. & an mutus à n. 23. & *n.* 83. Surdus quare, à n. 24. mutus, & Surdus facto impediuntur non Jure, *d.* *c.* 15. n. 33 teſtari poteſt captus a latronibus, *n.* 36. indulgentia Principis mutus teſtatur. n 86. ſi de voluntate conſtet, n. 87. Jure Gentium peregrinus, & deportatus teſtantur, n. 92. vide *deportatus*, *ſucceſſio*, *relegatio*, *dedititius.*
Thuſcus vicus, an in eo venderentur homines liberi, *lib.* 5. *c.* 5. *n.* 33.
Traditio antiqua, autoritas ejus, *lib.* 5. *c.* 6. n. 16. & à n. 20. vide *origo major*, *antiquitas.*
Traduce, receptum verbum ad irriſionem, *lib.* 2. *c.* 8. n. 34.
Tribonianus, commiſcuit rectæ Juriſprudentiæ diſcrimina, *lib.* 4. *c.* 4. n. 12. notatur, *n.* 16. novas conſtitutiones in media Juriſprudentia inſervit, *n.* 17. & *c.* 15. n. 89. quid peregit in compoſitione Juris, *lib.* 5. *cap.* 11. n. 7. vide *Juſtinianus*, *Pandectæ.*
Tribunus plebis, caput ejus ſacrum Jovi erat, *lib.* 3. *c.* 5. n. 22.
Tribus, *Tribulis*, unuſquiſque civis ſuæ tribui adſignabatur, *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 10. gens in ſua tribu conſervatur, n. 11. denominationem tribus accipiebant à familiis, *n.* 12. tribalca qui, n. 13. novi cives in tribum conjiciebantur, *n.* 14. propter quod novæ tribus addebantur, *ibi*. tribuitus pro cive, n. 15. in nominatione civis tribus addebatur, *n.* 16. nullus ſine tribu civis, imò ſervus, n. 19. filius aliquando in alienam tribum tranſibat, *lib.* 5. *c.* 12. *n.* 23. tribus certa pars urbis dicebatur, *ibi* n. 24. apud Athenienſis quot tribus, n. 36. Phylæ dicebantur, *n.* 37. tribus in tres curias diviſæ, n. 39 tribulis an diſtinguatur à curiali, *n.* 40. ſine tribu eſſe quid, n. 43. novi cives Athenienſes ſuæ certæ tribui aſſignabantur, n. 44. vide *civitas*, *civis*, *cenſus*, *Athenienſis.*
τὸ *Tunc*, caſum diverſum conſtituit, *lib.* 1. *c.* 12. n. 16. ſuppoſitivum eſt alterius rei, *lib.* 4. *c.* 3. *n.* 21.
Tutor, quantam diſtet ab adminiſtratore, *lib.* 4. *c.* 15. n. 78. vox & auditus in tutore neceſſarii ſunt, *ibi*, vide *mutus.*
Typho, homines colore Typhonis immolabantur apud Ægyptios, *lib.* 5. *c* 5. n. 51. nati in dieb. 18. feſtivis Typhonis necabantur, *ibi.*

V.

V*Alerius Meſſalinus*, conſul anno 759. *lib.* 3. *c.* 3. n. 55. compeſcuit Dalmatiam, & Pannoniam, n. 71.
Validitas: legati in ſuſpenſo eſſe non poteſt, *lib.* 4. *c.* 12. n. 25.
Vas, *Vide*, *lego*:
τὸ *ubi* conditionem importat, *lib.* 2. *c.* 7. n. 21.
Vectigalia: publice locabantur, *lib.* 2. *c.* 5. *n.* 6.
Venus vulnerata ex Homeri incuria, *lib.* 3. *c.* 10. n. 49.
Verbum; quæcumque ars, verba pecularia habet; *lib.* 1. *c.* 1 n. 9. ad quid inventa; *lib.* 1. *c.* 8. n. 28. concepta de induſtria quid, *lib.* 2. *c.* 1. n. 54. ſecundum ſubjectam materiam intelliguntur, *lib.* 2. *c.* 2. *n.* 4. & *lib.* 3. *c.* 1. *n.* 13. verbis tollitur, quod verbis contractum eſt, *lib.* 3. *c.* 3. n. 18. generale pro ſpeciali uſurpatur, *lib.* 3. *cap.* 1. n. 14. proprietas non curanda, cum ſenſus patet, n. 15. æquitas, *n.* 19. ex proxime intelliguntur, *n.* 21. abuſus omnia confundit, *lib.* 3. *c.* 2. n. 12. in legibus proprietas maxime quærenda, n. 19. verba, *ex fide bona*, &c. in datione judicis interponebantur à Prætore, *lib.* 5. *c.* 9. n. 18. verba, *ſi patet centum dabere*, *condemna*, n. 23. teſtatoris in propria ſignificatione accipienda, *lib.* 3. *c.* 11. n. 22. generale qua cauſa addatur ſpeciali, *lib.* 4. *c.* 5. n. 46. vide *certa*: *nomen*, *differentia*, *Juriſconſultus*, *Prætor.*
Verecundia, paterna quid in Jure, *lib.* 4. *c.* 12. n. 57.
τὸ *Verius*, in reſponſis difficultatem denotat, *lib.* 3. *c.* 4. n. 33. & *lib.* 4. *c.* 13. n. 46. pro æquius eſt, *d.* *cap.* 4. n. 36.
τὸ *Veroſimile*, in reſponſis difficultatem demonſtrat: *lib.* 3. *c.* 4. *n.* 32.
Veſtimentum, ex veſtimentis colligimus, cujus nationis ſit homo, *lib.* 5. *c.* 6. *n* 38. vide *lego.*
τὸ *Videtur*, improprietatem denotat. *lib.* 4. *c.* 3. n. 28.
Vidua, equitatio viduis impudica, *lib.* 3. *c.* 12. decor ejus, veſtimenta, & ſolitudo, *d.* *c.* 12. n. 44. & *n.* 47. damnatur converſatio in publico, *ibi*, mariti nobilitate clariſſimo, *lib.* 3. *c.* 13. *n.* 23. recluſio ſub quo temperamento, *d.* *c.* 13. à n. 32. vide *equus.*
Vigil, *vigiliæ*: vigiliam quæ arma milites deferebant, *lib.* 2. *c.* 12. n. 47. qualiter ex ea milites ſtabant, *ibi*, vide *Præfectus vigilum*, *excubatio.*
Vindicare, heres incapaci reſtituens, an vindicare poſſit rem reſtituturam, *lib.* 3. *c.* 3. *n.* 87 & 92. qui vindicat fiſcus bona damnati, *lib.* 4. *c.* 13. *n.* 38. vide *dominium*, *fiſcus.*
Vinum, lego vinum quæ in urbe, ſeu in portu haben, *lib.* 1. *c.* 11.
Virtus, pulverulenta, *lib.* 3. *c.* 12. n. 5. & 18. eſt vera nobilitas, & patriæ gloria, *lib.* 5. *c.* 9. n. 14. vide *patria.*
Vis, à clam diſtat, *lib.* 1. *c.* 10. n 6. & 8. dolus à vi diſtat, n. 9. in ipſa vi dolus, n. 13. deſcriptio vis, *n.* 17. proverbium, *vim leonis eſſe fraudem vulpeculæ*, *lib.* 1. *c.* 11. n. 18. pro vi Antiqui uſurpant fraudem, n. 19.
Ulpianus, in ſuis fragmentis tractat primordia Juriſprudentiæ. *lib.* 2. *c.* 6. n. 23.
Ultimus, pro quacumque re poſteriori, *lib.* 5. *c.* 1. n. 33.
Vocare in jus, feminæ in jus vocatæ ſtola tangi non poterat, *lib.* 5. *c.* 5. n. 46.
Volumen, libri quid, *lib.* 5. *c.* 1. n. 9. volumina libelli vocabantur, n. 11. erat parvus libellus, n. 12. aliquando plures libros continebat, & tunc volumen ingenio conſtabat, n. 4. immenſa vocabantur elephantini libri, n. 18. etymon, à n. 19. in dubio accipitur pro uno libello, n. 20. vide *liber.*
Voluntas; nutu & ſignis declaretur, *lib.* 2. *c.* 2. n. 11. & 13. ex actu nullo colligitur, *lib.* 2. *c.* 6. n. 15. magis attenditur, quam vox, *lib.* 2. *c.* 7. n. 19. de ente aliquo dari debet *lib* 3. *c.* 2. n. 27. in eodem actu non præſumitur correctio, *lib* 4. *c.* 10. n. 59. vide *manus*, *nutus.*
Votum, verbs votiva recitabantur ex ſcripto preunte Pontifice, vel alio qui dictaret, *lib.* 2. *c.* 1. n. 34. teſtes, & cuſtodes adhibebantur vota nuncupantibus, n. 34. vide *certa verba*, *manus*, *ſuffragium.*
Vox, auditus, & vox in homine ab eodem initio proficiſcuntur in cerebro, *lib.* 4. *c.* 15. n. 34 vide *verba*, *voluntas.*
Urbs, appellatione an veniant ſuburbia, & portus, *lib.* 1. *c.* 11. à n. 6
Uſucapio, lege 12. tab. introducta, *lib.* 4. *c.* 14. n. 11. regulæ, & columnæ edificii, an uſucapi poſſint, & gemma incluſa in auro, *lib.* 5. *c.* 1. n. 32. vide *peregrinus.*
Vulnus, mortalem quem eſſe demonſtrat, *lib.* 3. *c.* 10. n. 49. turpiſſimum Deos ab hominibus vulnerari, n. 50. vide *cicatrix*, *redhibitoria*, *lex Aquilia*, *deformitas*, *Deus.*

Digitized by Google

I N D E X
J U R I S P R U D E N T I Æ
IN QUO VARIA RESCRIPTA, RESPONSA, ET LEGES EXPLICANTUR, ILLUSTRANTUR, ET EMENDANTUR.

EX DIGESTO VETERI.

De Juſtitia & Jure.

L. 1. §. *jus naturale* 3. lib. 1, cap. 12, num. 22.
L. *ex hoc Jure* 5. lib. 5. cap. 10. num. 24.
L. *jus civile* 6. lib. 1, cap. 13, num. 12.

De origine Juris.

L. 2. §. *deinde* 6. lib. 2, cap. 1, num. 29.
§. *poſt hunc* 47. lib. 5. cap. 1. à num. 4. cum ſeqq.

De Legibus.

L. 2. lib. 2, cap. 4. num. 23.

De ſtatu hominum.

L. *& ſervorum* 5. §. *fin.* lib. 4. cap. 14. num. 43.
L. *in orbe* 22. lib. 5. cap. 10. per totum.

De Diviſione rerum.

L. *ſacra* 9. §. *proprie* 3. lib. 4. cap. 1, num. 30.

De Senatoribus.

L. 1. lib. 4. cap. 4. num. 17.
L. *fin.* d. num. 17. eodem.

De officio Prætoris.

L. *barbarius* 3. lib. 3. cap. 9. num. 16.

De officio præfecti vigilum.

L. 1. lib. 2. cap. 11. num. 16.

De officio Proconſulis.

L. *obſervare* 4. §. 3. & 4. lib. 2, cap. 11, num. 19.

De officio Præſidis.

L. *illicitas* 6. §. *veritas*, lib. 5, cap. 7, num. 3.
L. *ſæpè* 8. lib 3. cap. 6. num. 17.

De officio Procuratoris Cæſaris.

L. 2. lib. 2, cap. 6. num. 16.

De Juriſdictione.

L. *ſolet* 16. lib. 3. cap. 8. num. 2.
L. *ſi idem cum* 11. lib. 3. cap. 7. num. 14.

Nequis eum qui in jus vocab.

L. 3. lib. 1. cap. 10, num. 9. & 13.

Si quis cautionibus.

L. *ſi ſervus* 9. §. 1. lib. 1, cap. 5. num. 9. & cap 6. num. 5.

De pactis.

L. *epiſtola* 52. §. 1. lib. 4. cap. 13. num. 33.

De procuratoribus.

L. *mutus* 43. lib. 4. cap. 15. num. 69. & 70.

De negotiis geſtis.

L. *actio* 47. lib. 3. cap. per totum.

Quod metus cauſa.

L. *metum* 9. §. *ſed quod Prætor* 3. lib 3. cap. 6. num. 6.

De capite minutis.

L. *legatum penultima*, lib. 4. cap. 10, num. 29. & 30.

De judiciis.

L. *cum Prætor* 12. §. 1. lib. 3. cap 6. num. 29.
Et §. 2. lib 4. cap. 15. num. 57. & lib. 5. cap. 5. num. 47.
L. *ſed ſi reſtituatur* 28. lib 4. cap. 3. num. 31.

De petitione hereditatis.

L. *item veniunt* 20. §. *item recte ait* 5. lib 1. cap. 13. num. 7.
L. *hereditas* 50. §. 1. lib 3. cap 9. num. 36.

De uſufructu.

L. *locum* 17. §. 1. lib. 3. cap. 10. num. 34.

De ſervitutibus urbanorum præd.

L. *luminum* 4. lib. 11. cap. 6. num. 12.

Ad legem Aquiliam.

L. 2. lib. 11. cap. 12. num. 8.
L. *ſi ſervus* 27. §. *rupiſſe* 17. lib. 3. cap. 11. num. 35.

De interrogatoriis actionib.

L. 2. & 3. lib. 2. cap. 6. num. 27.

De fugitivis.

L. 1. §. *fin.* lib. 3. cap. 10. num. 32. & 33.

De religioſis, & ſumptib. funerum.

L. *ſi quis ſepulchrum* 17. lib. 3. cap 9. num. 28.

De rebus creditis.

L. *quidam* 21. lib. 3. cap. 6. num. 5.

De conditione indebiti.

L. *cum is qui* 33. lib. 1, cap. 13. num. 16.

De conſtituta pecunia.

L. *illud aut illud* 25. lib. 1, cap. 13. num. 9.

Ad legem Rhodian de jact.

L. *deprecatio* 9. lib. 2, cap. 11, num 4. & lib. 5. cap. 10. à num. 32.

Mandati.

L. *ſi mandavero* 20. §. *Julianus*, lib. 4. cap. 13. num. 34.
L. *ſi mandavero* 22. §. *is cui* 5. lib. 4. cap. 13. à num. 24.
D. l. *ſi mandavero* 22. §. *ſi hi quorum* 3. d. cap. 13. à num. 30.

De Ædilitio edicto.

L. *ob quæ vitia* 4. §. *idem Pomponius* 3. lib. 2, cap. 9. num. 12.
L. *quod ſi nolit* 31. §. *qui mancipia*, lib. 5. cap. 6. num 48. & cap. 8. à num. 2. & num. 12.
L. *Ædiles* 38. §. *ſed enim* 7. lib. 3. cap. 10. num. 21.

De uſuris.

L. *equis* 39. lib. 3. cap 4. num. 9.

De nautico fœnore.

L. 3. lib. 2, cap 12. num. 5.

De probationibus.

L. 1. lib. 5. cap. 6. num. 19.

De donationibus inter virum, & uxor.

L. *cum hic ſtatus* 32. §. 3. lib. 2, cap. 3. num. 14.

EX INFORTIATO.

De legitimis tutoribus.

L. 3. lib. 2, cap. 9. num. 10.

De excuſationibus tutorum.

L. 8. §. 7. lib. 2, cap. 11. num. 8.

De teſtamentis.

L. 8. lib. 4. cap. 13. num. 20.
D. l. 8. §. 1. lib. 4. cap. 14. num. 58.
D. l. 8. §. *fin.* d. num. 58.
L. *ex ea ſcriptura* 29. lib 4. cap. 10, num. 12.

De liberis, & poſthumis.

L. 2. lib. 2, cap. 9. per totum.
L. 3. lib. 3. cap. 4. num. 26. & num. 27.

De injuſto rupto.

L. *ſi ita* 14. lib. 1, cap. 7. num. 32.

De heredibus inſtituendis.

L. *quidam* 36. lib 4. cap. 14. num. 7.
L. *Lucius Titius* 85. lib. 4. cap. 7. num. 30. & cap. 9.

De vulgari.

L. *coheredi* 41. §. *quod ſi heredem* 3. lib 4. cap. 6. num. 22.

De conditionibus inſtit.

L. *quæ ſub conditione* 8. lib. 1, cap. 2, num. 25.
Et in §. 2. lib. 3. cap. 3. num. 21.
Et §. 5. lib. 1, cap. 2, num. 25.

De teſtamento militis.

L. *ſi à milite* 29. §. 2. lib. 4. cap. 11. num. 28.

De acquirenda hereditate.

L. *pupillus* 9. lib. 2, cap. 6. num. 49.
L. *gerit* 88. lib. 2, cap. 6. num. 15. & num. 32.
L. *pater* 93. §. 1. lib. 2, cap. 6. num. 48. & cap. 7. num. 12.

Si quis aliquem teſtari probib.

L. 2. lib. 4. cap. 7. num. 33.
L. *Divi* 6. §. *fin.* lib. 3. cap. 3. num. 12.

De Legatis 1.

L. 2. lib. 4. cap. 10. & ſeqq. & cap. 15.
L. *ſi ex toto* 8. §. *fin.* lib. 1, cap. 2, num. 22. & cap. 13. n. 17.
L. *cum filio* 11. lib. 4. cap. 6. num. 23.
L. *ſi pluribus* 33. lib. 4. cap. 4. num. 17.
L. *plane* 34. §. 14. lib. 1, cap. 2, num. 24. & c. 13. n. 17.
L. *ſervum filii* 44. lib. 4. cap. 12. num. 28.
L. *ſi cui legetur* 49. §. *ſi Titio* 4. lib. 3. cap. 4 num. 5.
L. *ſi ſic legatum* 75. §. *ſi quis* 3. lib. 1, cap. 2, num. 22.
L. *non quocumque* 82. §. 1. lib. 1, cap. 13. num. 8.
L. *hujuſmodi* 84. §. *ſi Titio* 1. lib. 1, cap. 13. num. 14.
L. *ſi ſibi homo* 86. §. *cum ſervus*, lib 4. cap. 12. n. 19. & 25.
L. *plane* 94. §. 2. lib. 1, cap. 2, num. 23.
L. *filiusfamilias* 114. §. 8. lib. 3. cap. 9. num. 29.
L. *civitatibus* 122. lib. 3. cap. 11. num. 21.
L. *ſi heres* 125. lib. 4. cap. 6. num. 25.

De Legatis 2.

L. *ſi quis ſervum* 8. §. 1, lib. 1, cap. 13. num. 17.
L. *Lucio Titio* 23. lib. 1, cap. 13. num. 17.
L. *ſi illud* 27. d. cap. 13. num. 17.
L. *quidam* 30. lib. 1, cap. 12. num. 28.

De captivis, & poſtliminio reverſ.
L. 2. lib. 2. cap. 11. num. 5.
De re militari.
L. 3. §. *ſi Præſides* 6. lib. 2. cap. 12. num. 46.
L. *qui cum uni* 4. §. 15. lib. 2. cap. 12. num. 11.
De Caſtrenſi peculio.
L. *proponebatur* 9. lib. 4. cap. 12. num. 28.
L. *filiusfamilias* 14. §. 1. lib. 4. cap. 12. à num. 35.
L. *ex Caſtrenſi* 18. *in* §. lib. 4. cap. 12. num. 28.
L. *de hereditate* 19. §. *pater* 3. lib. 4. cap. 12. num. 28.
§. *quid autem* 15. lib. 4. cap. 12. num. 27.
Ad municipalem.
L. *de Jure* 37. § *fin.* lib. 4. cap. 14. num. 17.
De variis, & extraordinar. cognit.
Titulus explicatur, lib. 3. cap. 5. num. 9.
De verborum ſignificatione.
L. *ſæpe* 53. lib. 1. cap. 12. num. 37.
L. *boves* 89. §. *hoc ſermone*, lib. 1. cap. 6. num. 11.
L. *verbis legis* 120. lib. 3. cap. 1. & cap. 2.
L. *hæc verba* 124. lib. 1. c. 2. à n. 19. c. 3 & c. 4. n. 9. & c. 11.
L. *lege* 130 lib. 4. cap. 14. num. 10.
L. *quærit aliquis* 135. lib. 1. cap. 6. num. 6. & lib. 3. cap. 3. à num. 9 & num. 38.
L. *hereditatis* 138. lib. 3. cap. 3. num. 20.
L. *fin*, lib. 4. cap. 15. num. 53.
De regulis Juris.
L. *in toto* 80. lib. 1. cap. 12. num. 24.
L. *ea ſola* 97. lib. 4. cap. 13. num. 15.
L. *ubicumque* 105. lib. 3. cap. 6. num. 15.
L. *nemo* 123. lib. 3. cap. 9 num. 31.
L. *ubi non voce* 174. lib. 2. cap. 5. à num. 4.
L. *ſi nemo* 181. lib. 2. cap. 6. num. 34. & num. 43.
L. *omnia* 201. lib. 4. cap. 10. num. 13.

EX CODICE.

De ſumma Trinitate.
L. 7. §. 1. lib. 3. cap. 11. num. 52.
De legibus.
L. *digna vox* 4. lib. 2. cap. 4. num. 12.
C. de veteri Jure enucleand.
L. 2. §. *quintus*. 6. lib. 4. cap. 5. n. 37.
De officio militari judicum.
L. *fin.* lib. 2. cap. 11. num. 17.
De tranſactionib.
L. *ſi quis major* 41. lib. 1. cap. 11. num. 33.
De Procuratorib.
L. *maritus* 21. lib. 3. cap. 12. num. 17. lib. 5. cap. 5. num. 47.
De pedaneis judicibus.
L. 2. lib. 3. cap. 5. & cap. 7.
L. *fin.* lib. 3. cap. 7. num. 20.
De ordine judiciorum.
L. 1. lib. 3. cap. 6. num. 19.
Familiæ herciſcundæ.
L. *quoties* 10. lib. 4. cap. 6. num. 25.
De probationibus.
L. *inſtrumenta* 5. lib. 1. cap. 12. num. 11.
De teſtamento militum.
L. *milites* 11. lib. 3. cap. 11. num. 8.
L. *in teſtamento* 12. lib. 4. cap. 7. num. 36.
Qui teſtamenta facere poſſunt.
L. *diſcretis* lib. 4. cap. 15. à num. 42. cum. ſeqq.
De teſtamentis.
L. *quoniam* 15. lib. 2. cap. 1. num. 19. & num. 49.
De heredibus inſtituendis.
L. *extraneum* 11. lib. 4. cap. 4. num. 7.
De inſtitutionibus & ſubſtitutionibus.
L. *generaliter* 6. lib. 1. cap. 8. per tot.
De Jure deliberandi.
L. *ſi ſorori* 14. lib. 2. cap. 6. num. 14.
De legatis.
L. *in legatis* 21. lib. 2. cap. 1. num. 19 & 49.
De verborum ſignificatione.
L. *cum quidam* 4. lib. 2. cap. 3. num. 5. & 13. & c. 8. n. 27.
Ad Senatus Conſultum Trebellianum.
L. *& ſi ſcriptura* 1. lib. 4. cap. 7. num. 16.
L. *ſi per fideicommiſſum* 3. lib. 4. cap. 7. num. 16 & n. 20.
Ad legem Falcidiam.
L. 2. lib. 4. cap. 6. num. 23.
L. 3. *ibi*
L. *ſi ut allegat* 11. lib. 4. cap 6. num. 25.
Quando dies legati cedat.
L. *fin.* lib. 4. cap. 7. num, 16 & num. 26.
Communia de ſucceſſionibus.
Auth. omnes peregrini. lib. 4. cap. 14. num. 25. & num. 53.
Quando provocare non ſit neceſſe.
L. *fin.* lib. 3. cap. 7. num. 9.
De exceptionibus ſive præſcriptionibus.
Titulus explicatur lib. 1. cap. 12. num. 10.

De contrahenda, & committend. ſtipul.
L. *optimam* 14. lib. 3. cap. 12. num. 17.
De fidejuſſoribus.
L. 1. lib. 4. cap. 13. num. 13.
De adoptionibus.
L. *mulierem* 5. lib. 2. cap. 4. num. 12 & 14.
De Nili aggeribus non rumpendis.
L. *unica*, lib. 5. cap. 6. num. 50.
De bonis damnatorum.
L. 1. lib. 4. cap. 13. à num. 10.
L. *cum ratio* 7. §. *fin.* lib. 4. c. 13. n. 21.
De ſententiam paſſis & reſtit.
L. *ſi ademptis* 5. lib. 4. cap. 13. num. 3.
De claſſicis Lib. 11.
L. *Unica*, lib. 2. cap. 12. num. 25.
De caſtrenſi omnium Pelatinor. Lib. 12.
L. *Unica.* lib. 3. cap. 11. num. 6.
De militari veſte.
L. *fortiſſimus* 3. lib. 3. cap. 11. num. 30.

EX INSTITUTIS.

Proœmium.
§. 2. lib. 2. cap. 11. num. 18.
De Jure perſonarum.
Principium lib. 1. cap. 2. num. 23.
§. *fin.* ibi.
De his qui ſunt ſui, vel alieni Juris.
Principium lib. 1. cap. 2. num. 23.
De nuptiis.
Principium lib. 4. cap. 14. num. 15.
De legitima agnatorum tutela.
§. *fin* lib. 4. cap. 10. num. 23.
Quibus modi, finitur tutela.
Principium lib. 5. cap. 12. à num. 49.
De Curatoribus.
§. 5. lib. 4. cap. 15. num. 58.
De uſucapionibus.
Principium lib. 4. cap. 13. num. 11.
De donationibus.
§. *eſt & aliud* lib. 5. cap. 3. num. 9.
De militari teſtamento.
§. *plane* lib. 4. cap. 15. à num. 87.
De heredibus inſtituendis.
§. *fin* lib. 4. cap 14. num. 7.
De heredum qualitate, & different.
§. *item extraneus* 7. lib. 2. cap. 6. num. 28.
De legatis.
§. *Sed olim* 2. lib. 2. cap. 1. num. 19.
§. *incertis* lib. 2. cap. 10. num. 17.
De ademptione legatorum.
Principium lib 2. cap. 3. num. 2. & num. 17.
De lege Falcidia.
Principium lib. 4. cap. 2. per totum.
De fideicommiſſariis hereditatibus.
Principium lib. 4. cap. 11. num. 13. & cap. 14. num. 2.
§. *ſed quia* 2. lib. 4. cap. 5. num. 27. & num. 35.
§. *ergo* 7. lib. 4. cap. 3. à num. 11.
§. *ſed quia* 8. lib. 4. cap. 3. per totum.
§. *fin* lib. 4. cap. 11. num. 17.
De ſingulis rebus per fideicommiſſ. rel.
§. *fin* lib. 2. cap. 1. num. 47.
De his per quos agere poſſum.
Principium lib. 3. cap. 9. num. 33.
§. 1. lib. 2. cap. 1. num. 31.
De Actionibus.
Principium lib. 3. cap. 9. num. 46.
De Interdictis.
§. *fin* lib. 3. cap. 9. num. 38.
Ex Authenticis.
Novella de Præſide Piſidiæ, lib. 3. cap. 3. num. 20.
Nov. de Pretore Lycaoniæ, lib. 3. cap. 5. num. 20.
Nov. ut nulli judicum liceat 134. §. *fin.* lib. 4. cap. 13. num. 12.
Ex Ulpiani fragmentis.
Tit. 2. *ad finem* lib. 2. cap. 3. num. 17.
Tit. 17. lib 3. cap. 3. num. 87.
Tit. 20. §. 14. lib. 2. cap. 9. num. 9. & lib. 4. c. 14. n. 32.
Tit. 22. §. *extraneus* lib. 2. cap. 6. à num 11. & num. 23.
Tit. 24. §. *legatum* lib. 2. cap. 2. num. 50. & lib. 3. cap. 3. num 34. & lib. 4. cap. 12. num. 8. & lib. 2. cap 3. n. 12.
Tit. 25. §. *fideicommiſſa* lib. 3. cap. 9. num. 38. §. *is qui rogatus*, 14. lib. 4. cap. 3. num 11. & num. 22. & lib. 4. cap. 5. num. 28. & cap. 6. n. 23.
§. *ſi heres* 16. lib. 4. cap. 3. num. 27.
§. *ſi quis in fraudem* 17. lib. 3. cap. 3. num. 17.
Ex ſententiis Julii Pauli.
Lib. 3. *tit.* 8. lib. 4. cap. 7. num. 35.
Lib. 4. *tit.* 3. lib. 4. cap. 3. num. 16.
Tit. 4. *in fine* lib 4. cap. 3. num. 31.
Tit. 14. lib. 2. cap. 8. num. 10.

Ex Codice Theodoſiano.

De commeatu.

L. Tyronum 6, lib. 2, cap. 12, num. 29.

De curſu publico.

L. 57, lib. 2, cap. 10, num. 32.

Quibus equorum uſus conceſſus.

Tit. explicatus, lib. 3, cap. 12, à num. 37. & cap. 13, n. 22.

Si curialis relicta civitate.

L. 1, lib. 5, cap. 5, num. 36.

De habitu quo uti oportet intra urbem.

L. 1, lib. 3, cap. 11, num. 31.

De equis curilibus.

L. 1, lib. 3, cap. 10, n. 10.

Ex Synopſi Baſiliconis.

Lib. 41, *tit.* 1, cap. 84, lib. 4, cap. 7, num, 36.

Lib. 57, *tit.* 2, cap. 1, lib. 4, cap. 12, num. 37.

Ex Jure Canonico.

Cap. inter cæteras 4 *de reſcriptis*, lib. 1, cap. 2, num. 27, & cap. 4, num. 15.

Cap. Raynaldus 18, de teſtamentis, lib. 3, cap. 2, num. 37.

Cap. legimus 7, *diſt.* 37, lib. 5, cap. 5, num. 58.

Cap. lator 11, *diſt.* 55, lib. 5, cap 11, num. 59.

Ex Jure patrio Hiſpaniæ.

L. fin. tit. 11, *lib.* 4 *Recop.* lib. 5, cap. 6, num. 13.

L. 11, *tit.* 3, *lib.* 5, *Recop.* lib. 3, cap. 7, num. 18.

L. 1, & 2, *tit.* 17, *lib*, 6, *Recop.* lib. 3, cap. 10, à num 7.

L. 11, *cum ſeqq. tit.* 11, *lib.* 8, *Recop.* lib. 5, cap. 6, num. 13.

L. 11 & 12, *tit.* 13, lib 8, *Recop.* lib. 5, cap. 6, num. 51.

L. 10, *tit.* 21, *part.* 2, lib, 5, cap. 10, num, 5. & num. 12, & n. 19.

L. 4, *Tauri*, lib. 4, cap. 15, num. 19.

L. 2, *tit.* 1, *lib.* 5, *ordin.* lib. 4, cap. 14, num. 52.

I N D E X

SCRIPTORUM ANTIQUITATIS, QUI IN HIS LIBRIS EXPLICANTUR, ILLUSTRANTUR ET EMENDANTUR.

A.

Alcuinus, lib. 1. cap. 1. num. 6.

Alexander ab Alexandro, lib. 1. cap. 11, à num. 26.

D. Ambroſius, lib. 5. cap. 5. num. 48.

D. Anthimus, lib 2. cap. 8. num. 25.

Apuleius, lib. 1. cap. 1. num. 21. & lib. 2. cap. 4. num. 5. & lib. 3. cap. 11. num. 10. & num. 33. & lib. 4. cap. 15. num. 24.

Ariſtophanes, lib. 5. cap. 12. num. 42.

Ariſtoteles, lib. 1. cap. 4. à n. 21. & 23. & lib. 2. cap. 8. n. 37.

Athenæus, lib. 5. cap. 8. num. 8.

Auſonius, lib. 3. cap. 13. num. 17. & lib. 3. cap. 3. num. 11. & lib. 5. cap. 8. num. 2.

B.

Barclaius, lib. 2. cap. 6. n. 46. & cap 8. n. 35. & cap. 11. & 12. & lib. 3. c. 11. n. 42. & c. 12. & lib. 5. c. 9. n. 25.

C.

Cæſar, lib. 2. cap. 5. à num. 20.

Calaber, lib. 3. cap. 13. num 19.

Caſſiodorus, lib. 3. cap. 5. à num. 61. & lib. 4. cap. 14. num. 52. & lib. 5. cap. 3. num. 25.

Cicero, lib. 1. cap. 10. num. 18. & cap. 12. num. 3. & lib. 2. cap. 4. num. 22. & cap. 8. num. 21. & 25. & lib. 3. cap. 5. num. 7. & lib. 3. cap. 8. & lib. 4. cap. 14. num. 10. & num. 38. & lib. 2. cap. 1. num. 27. & lib. 5. cap. 8. num. 16.

Claudianus, lib. 3. cap. 12. num. 23. & lib. 4. cap. 13. num. 6. & lib. 5. cap. 7. num. 9.

D.

Demoſthenes, lib. 2. cap. 12. num. 31.

Diodorus, lib. 5. cap. 5.

Diogenes Laertius, lib. 2. cap. 8. num. 36.

Dio Caſſius, lib. 3. cap. 3. num. 71. & cap. 12. num. 32. & lib. 4. cap. 2. num 20. & lib. 5. cap. 8. num. 2.

Doſitheus, lib. 4. cap. 14. num. 37. & num. 40.

E.

Euſebius Ceſarienſis, lib. 2. cap. 1. num. 19.

F.

Feſtus, lib. 1. cap. 7. à num. 1. & lib. 2. cap. 12. num. 8. & lib. 3. cap. 12. num. 25.

G.

Galenus, lib. 2. cap. 4. num. 5.

Gelius, lib. 1. cap. 4. num. 11. & cap. 3. num. 3. & num. 17. & lib. 2. cap. 8. num. 32.

Georgius Pachimerius, lib. 1, cap. 2. n. 10, & cap. 3. num. 18.

H.

Harmenopulus, lib. 4. cap. 6. num. 20.

Heliodorus, lib. 1. cap. 3. num. 10 & lib. 3. cap. 11. num. 51. & cap. 12. num. 15. & lib. 5. cap. 5 num. 58. & cap. 6. num. 31. & cap. 8. num 2. & num 16. & cap. 12.

Herodianus, lib. 2 cap. 9. num. 6.

Higinus, lib. 1. cap. 1. num. 12.

Homerus, lib. 2. cap. 8. num 20. & cap. 11. num. 15.

Horatius, lib. 2. cap. 5. num. 21. & lib. 3. cap. 11. num. 7. & lib. 4. cap. 14. num. 16. & lib. 5. cap. 1. num. 7.

I.

D. Iſidorus, lib. 3. cap. 12. num. 35.

Iſocrates, lib. 2. cap. 3. num. 23.

Juvenalis, lib. 2. cap. 8. num. 17. & lib. 3. cap. 9. num. 27. & lib. 4. cap. 13. num. 6. & lib. 5. cap. 7. num. 12.

L.

Lampridius, lib. 3. cap. 13. num. 6. & lib. 4. cap. 13. n. 23.

Livius, lib. 2. cap. 5. num. 25. & cap. 12. n. 22. & lib. 3. c. 2. n. 36. & c. 5. n. 22. & n. 23. & lib. 5. c. 12. n. 17. & n. 32.

Lucianus, lib. 2, cap. 1, n. 26.

M.

Macrobius, lib. 5. cap. 1, num. 37.

Manilius, lib. 2, cap. 5, num. 8.

Martialis, lib. 2, cap. 5. & lib. 3. cap. 11. num. 35. & cap. 13. n. 28. & lib. 5. c. 1, n. 19. & c. 5. n. 12. & c. 5. n. 29.

N.

Nummus antiquus Septimii Getæ, lib. 5. cap. 8. num. 9.

O.

Ovidius, lib. 2. cap 1. n. 27. & lib. 3. cap. 5. num. 19. & num. 40. & lib. 4. cap. 14. num. 3.

P.

Paterculus, lib. 5. cap. 5. num. 68.

Paulus Diaconus, lib. 3. cap. 13. num. 10.

Perſius, lib. 3. cap. 11. n. 10. & cap. 13. num. 17.

Plato, lib. 1. cap. 4. num. 24. & lib. 3. cap. 12. num. 8.

Plautus, lib. 1. cap 5. num. 24. & cap. 10. num. 25. & lib. 2, cap. 4, num. 8. & cap. 8, num. 36 & cap 12, num. 23 & lib. 3, cap. 5, num 41. & cap. 10, num. 22. & lib. 5, cap. 4, num. 9. & cap. 8, num. 13.

Plinius Junior, lib. 3, cap. 3, num. 82. & cap. 11, num. 35. & num. 37. & lib. 4, cap. 4, num. 30.

Plinius Senior, lib. 3, cap. 10, num. 32.

Plutarchus, lib. 2, cap. 4, num. 10. & lib. 5, cap. 12, num. 30.

Pomponius Lætus, lib. 5, cap. 1, num. 4.

Priſcianus, lib. 1, cap. 2, num. 15.

Propertius, lib. 1, cap. 2, num. 21. & lib. 2, cap. 4, num. 6. & lib, 3, cap, 12, num. 5. & cap. 13, num. 25.

Q.

Quintilianus, lib. 1, cap. 12, num. 23. & lib. 2, cap. 1. num. 30. & lib. 3, cap, 9, num. 42.

Quintus Curtius, lib, 2, cap. 5. n. 32. & lib. 5. cap. 3. num. 4.

R.

Rhabanus, lib. 5. cap. 12. num. 2.

Ruricius, lib. 2, cap. 8, num. 11.

S.

Salluſtius, lib. 2. cap. 12, à n. 12. & lib. 5. cap. 8. num. 6.

Seneca, lib 2, cap, 1, num. 34. & lib. 2. cap. 7. num 5.

Seneca, lib. 2. cap. 1. num. 34. & lib. 2. cap. 7. num. 5. & lib. 4. cap. 6. num. 20. & cap. 13. num. 4. & lib. 5. cap. 8. num. 9. *Poeta*, lib. 5. cap. 8. num. 33.

Sidonius, lib. 2. cap. 1. num. 4.

Socrates, lib. 3. cap. 13. num. 10.

Spartianus, lib. 2. cap. 1. num. 10. & lib. 4. cap. 13. num. 6. & lib 5. cap. 12. num. 53. & num. 54.

Statius Papinius, lib. 1. cap. 2. num. 7. & cap. 10. num. 20. & lib. 2 cap. 5. num. 17. & cap. 10. num. 3. & cap 12. & lib. 3 cap. 10. & 11. & cap. 11. num. 41. & lib. 4. cap. 14. num 5. & lib. 5. cap. 5. num. 24. & 34. & cap. 8. num. 13.

Strabo. lib. 5. cap 5. num. 20.

Suetonius, lib. 2. cap. 12. num. 12. & à num. 27. & cap. 12. num. 17. & lib. 3. cap. 8. num. 7. & lib. 4. cap. 14. num. 4 & num. 23.

Symachus, lib. 1, cap. 1, num. 2. & lib. 4. c. 10. n. 32.

T.

Tacitus, lib. 3, cap. 3, num. 45. & 78. & lib. 3, cap. 12, num. 38. & cap. 12, num. 31. & num. 32.

Terentius, lib. 1, cap. 3, n. 2. & lib. 3, cap 11, n. 43. & lib. 1, cap. 1, n. 25. & lib. 4, cap. 14, num. 15 & 16.

Tertulianus, lib. 1, cap 11, n. 12. & lib 2, cap 8, n. 33. & lib. 4. cap. 14, n. 4. & lib 5, cap. 12, nu. 22.

Theocritus, lib. 1, cap. 1, num. 11.

Thucydides, lib. 5, cap. 12, num 58.

Trapezuntius, lib. 1, cap. 12, num. 4, & 5.

V.

Valerius Flaccus, lib. 2, cap. 5, num. 32 & 34.

Virgilius, lib. 1, cap. 2, num. 7, & cap. 2, à num. 16. & cap. 3, num. 8, & cap. 10, num. 16. & num. 21, & lib. 12, cap. 1, num. 9. & cap. 5, num. 28, & cap. 12, num. 36. & lib. 3, cap. 10. num. 17, & cap. 11, num. 40, & cap. 12, num. 22, lib 4, cap. 14, num 15. & lib. 5, cap. 5, num. 11, & cap. 7. num. 5, & cap. 8, à num. 10, & lib. 2, cap. 4, num 5.

Vopiſcus, lib. 3, cap. 13, num. 6, & lib. 5, cap. 5, num. 15, & 30.

Z.

Zonaras, lib. 3, cap. 12. num. 6. & num. 27. & lib. 5. cap. 3, num. 2. & cap. 12, num. 31.

F I N I S.

JANI A COSTA

JCTI ET ANTECESSORIS TOLOSANI

COMMENTARII

SEU

PRÆLECTIONES

AD TITULUM DIGESTORUM

DE SERVITUTIBUS,

ITEM AD QUATUOR TITULOS CODICIS,

EX DELICTIS DEFUNCTORUM IN QUANTUM HEREDES CONVENIANTUR,

DE CONSTITUTA PECUNIA,

DE PROBATIONIBUS,

ET DE TESTIBUS,

NUNC PRIMUM EDITÆ.

Digitized by Google

JANI A COSTA,

JCTI ET ANTECESSORIS TOLOSANI,

PRÆLECTIO

IN TITULUM DIGESTORUM

DE SERVITUTIBUS.

NOTISSIMA eſt diviſio rerum in corporales & incorporales, ex *tit. Inſt. de reb. corpor. & incorpor.* De vindicatione rerum corporalium dixit ſupra in *tit. de rei vind.* & in tit. *de uſufr.* tractare cœpit de vindicatione rerum incorporalium, quem ordinem ſequitur ipſe Juſtin. in *tit. de actionib. Inſt.* ut conſtat ex §. 1. & §. *æque.* Hunc autem tractatum perſequitur in hoc tit. *de ſervitutib.* Servitutes enim dicuntur *Jura* prædiorum urbanorum & ruſticorum §. *ult. Inſt. de reb. corpor. & incorporal. Jura corporibus* opponuntur in *l.* 3. §. 1. *ff. de bonor. poſſ.* & *corporis* dominus, ei qui *Jus* habet, puta ſervitutem *l.* 13. §. 1. *ff. de damno infecto. Corpora* ſenſu, *Jura* intellectu percipiuntur, Papin. in *l. hereditas ff. de petitione hereditatis. Hereditas, id eſt, nomen Juris, ſine ullo corpore Juris intellectum habet*, & Paul. in *l.* 8. *ff. de rei vind.*, *Jus pro parte diviſa poſſideri non poſſe*, imò *communionem Juris ſeparatim intelligi non poſſe*, in *l. arbor.* 19. §. *ſi per eundem* 2. *ff. communi dividundo.* Etenim jus in ſolidum penes quemlibet ex ſociis eſt, quod vix poteſt admittere communionem; quæ ratio efficit, ut in ſpecie *d.* §. *ſi per eundem* de ſervitute communi ſociis competat actio negotiorum geſtorum, quod & Papin. probat in *l. liberto* §. *ult. ff. de negotiis geſtis:* quamvis actio communi dividundo competere videatur juxta regulam ab eodem Papin. propoſitam in *l.* 6. §. *cæterum ff. comm. divid.* Eſt igitur ſervitus, ut recte Theophil., *jus quoddam certis modis conſtitutum, quod efficit, ut vicinus vicini onera ſuſtineat:* ubi placet, quod aït: *onera ſuſtineat*, ut apud Siculum Flaccum *de condition. agror. Viæ ſæpe neceſſario per alienos agros tranſeunt, quia non univerſo populo itinera præſtantur, ſed eis, quorum onera præſtantur ſcilicet, & ad quorum agros per eas vias pervenire neceſſe eſt.* Et initio quidem, ut Hyginus ſcribit *Lib.* 2. *de limitatione agror.*, *diviſis & aſſignatis agris certæ leges ab agrorum conditoribus dictæ fuerunt, quibus prædia prædiis ſerviunt.* quod & Juriſconſultus docet in *l.* 1. §. *ult.* juncta *l.* 2. *ff. de aqua & aqua pluviali arcenda*, ubi *lex dicta agro*, eſt lex autoritate publica dicta à conditoribus agrorum, non privata pactione, ut imperite Gloſſa voluit: ſed mutata poſtea diviſorum agrorum facie per varias ſucceſſiones, ut in *l. in finalib. ff. eod. tit.* & in *l.* 2. *C. fin. regund.* & ſubdiviſis agris privata pactione, ut loquitur vetus Conſtitutio Tiberii Cæſaris, quæ extat apud Frontinum *Lib.* 2. *de limitatione agrorum*, neceſſe fuit, privata quoque pactione novas quaſdam conditiones agris imponere, quas ideo *impoſitas* Sextus Pædius vocat, ad differentiam earum, quæ initio legis publice conſtitutæ ſunt, in *l. de pupillo* 5. §. *& belle* 9. *ff. de operis novi nunt.* ſed prius precario conceſſas fuiſſe ſervitutes, quarum perpetua cauſa non eſt, *l.* 3. §. 1. *ff. de precario* quod colligo ex corruptis Siculi Flacci verbis, illo loco, *conveniunt precario, uti ſervitutem præſtent:* Sed obtinuit deinde utilitate ſuadente, ſervitutis perpetuam cauſam eſſe poſſe, & certis modis licere dominis, varias conditiones & leges agris ſuis dicere, quibus Jura agrorum ſuorum vel augeant vel minuant, ut aït *d. l. de pupillo* §. *& belle*, & ita meliori Jure eſſe cœperunt prædia libera, quæ Interpretes *dominantia*, quibus ſcilicet ſervitus debetur, deteriore *ſerva* quæ ſervitutem debent, ut M. Tull. aït in *Oratione pro L. agraria* & recte Celſus in *l. quid aliud ff. de verborum ſign.*; *quid aliud*, inquit, *ſunt Jura prædiorum, quam prædia qualiter ſe habentia.* Eadem fere forma Diomedes vetus Grammaticus *Lib.* 1., *eſſe nomina quædam qualiter ſe habentia, ut dexter, ſiniſter.* Itaque Celſus voluit, *Jura prædiorum*, id eſt ſervitutes, *eſſe prædiorum qualitates*, ut colligere licet ex *l. qui fundum, ff. quemadmodum ſervit. amit.* quæ lex eſt ejuſdem Celſi. Nec admittendum eſt, in *d. l. quid aliud*, Celſum bonitatem, ſalubritatem, amplitudinem prædiorum recenſere inter jura prædiorum, ut Cujac. voluit: Jura prædiorum cum dicimus, ſimpliciter intelligimus ſervitutes prædiorum *d.* §. *ult. inſt. de reb. incorpor.* Hæc jura Celſus ait eſſe *qualitates prædiorum ut bonitatem, ſalubritatem, amplitudinem.* Conſtat quoque eſſe *prædiorum qualitates*, quæ non ideo dicuntur *jura prædiorum.* Particula illa *ut* adverbium ſimilitudinis illo loco idem eſt, quod *ſicut*, ut Gloſſa eruditiſſime docuit ad *d. l. quid aliud*, & miror viros eruditos in tam manifeſta ſententia dubitaſſe.

Ad L. I. MARCIANUS Lib. 3. Regularum.

Servitutes aut perſonarum ſunt, ut uſus & uſusfructus; aut rerum, ut ſervitutes ruſticorum prædiorum & urbanorum.

Proponitur in hac l. ex *Lib.* 3. *Marciani Regularum*, ſumma diviſio ſervitutum. Servitutes dicimus propriè vocari jura prædiorum, ſed & ſervitutes dicuntur jura perſonarum, quibus res alienæ perſonæ ſerviunt; ſic uſumfructum Juriſconſultus aït eſſe *partem ſervitutis*, id eſt ſpeciem ſervitutis in *l. recte ff. de verborum ſign.* Summa igitur diviſio ſervitutum hæc eſt, ut ſint vel perſonarum, vel rerum, ut in perſonam vel in rem conſtituantur, ut loquitur *l. Cajus Sejus, de annuis legatis*; *Perſonales ſervitutes* eſſe aït *uſum, & uſumfructum*; ſunt enim jura ita conſtituta, ut certæ perſonæ re aliena liceat vel uti ſimpliciter, vel uti frui, id eſt non ſolum uti ſed etiam frui; frui enim magis eſt,

quam uti, ut & D. Auguſtin. docet *Lib.* 2. *de doctrina Chriſtiana.* uti, inquam, vel frui, ſecundum modum Jure Civili definitum. Dominus re ſua utitur fruitur ex cauſa proprietatis, *l. ſi cum argentum* §. *penult. ff. de exceptio. rei jud.* Fructuarius vero utitur fruitur re aliena jure ſervitutis, ex cauſa hujus juris, quod certam formam accepit à Jure Civili; ideoque recte hic uſusfructus ab Interpretibus dicitur *formalis*, ille vero *cauſalis*. Porro hæc jura, quia perſonarum ſunt, perſonis cohærere dicuntur *l.* 4. *ff. de novatio.* & jus perſonis ipſis extingui, nec tranſire ad ſucceſſores, *toto tit. quibus mod. uſusfr. amit.* Servitutes vero rerum prædiis ipſis vel rebus adhærent §. *penult. Inſt. h. tit.* & contemplatione prædiorum conſtitutæ ſunt, non contemplatione perſonarum; & hoc ſenſu ſententia prædio, non perſonæ, dicitur à judice, qui de prædiali ſervitute pronuntiat, in *l. liberto* §. *ult. de negotiis geſtis.* Debetur enim fundo, ut recte ſcriptum eſt etiam. Obſervandum tamen eſt, aliquando ſervitutes, quæ regulariter prædiorum eſſe dicuntur, dici poſſe ſervitutes perſonarum, ſi contemplatione perſonæ relinquantur, ut loquitur *l.* 4. *de ſervitutib. prædiorum ruſticor.* quo caſu ceſſat regula Juris tradita in *d.* §. *penult. Inſt. de ſervitut.* & in *l.* 1. *ff. communia prædiorum*, ſervitutem prædii relinqui non poſſe ei, qui vicinum prædium non habet: hoc igitur caſu utiliter relinquitur ſervitus perſonæ ei, qui vicinum prædium non habet, ut ſine ullo mendo ſcriptum eſt in *l. Mela* 14. §. *ult. ff. de alimentis & cibariis legatis*; nam Ulpianus in *d. l.* ad id, quod objici potuit ex dicta Regula Juris, perſpicue reſpondit, ceſſare hanc regulam, cum non prædii ſed perſonæ ſervitus eſt, ut in ſervitute geſtandi, in tuo uvas premendi, vel area tua ad frumenta & legumina exprimenda utendi, quas omnes conſtat eſſe perſonales potius quam prædiales, ut latius explicandum erit ad *l. ut pomum hoc tit.* Et cum certiſſimum ſit, hauſtum aquæ, & pecoris ad aquam appulſum aliquando eſſe ſervitutes perſonæ ex *d. l.* 4. *infr. de ſervitutib. ruſticor.* ſi dicamus, has ſervitutes ei, qui vicinus non eſt, inutiliter relinqui, in eadem cauſa erunt ſervitutes perſonales ſuperiores, quas tamen utiliter relinqui poſſe conſtat ei, qui vicinus non eſt. Ab his igitur ſervitutibus perſonalibus argumentum ducit Ulpian. ne ſequatur hoc abſurdum, inutiles eſſe ſervitutes has, quæ tamen utiles ſunt, ut tandem concludat, utile eſſe fideicommiſſum aquæ, de quo in *d.* §. *ult.* tractatur: Hoc, inquam, infert & concludit in fine *d.* §. his verbis: *hac enim aqua perſonæ relinquitur.* Sic igitur verba *d.* §. legenda & interpretanda ſunt, *nam etſi hauſtus aquæ, ut pecoris ad aquam appulſus, eſt ſervitus perſonæ*, (id eſt, aliquando poteſt eſſe ſervitus perſonæ, ut in *d. l.* 4.) *tamen ei, qui vicinus non eſt, inutiliter relinquitur, in eadem cauſa erunt ſervitutes geſtandi &c.* ſublata interpunctione ante illa verba, *in eadem cauſa*, quæ elegantiſſimum ſenſum turbat. Eadem illatione in hoc tractatu utitur Juriſconſultus in *l. ſi unus* 19. *infr. de ſervit. ruſtic. ſi omnes ſocii ſervitutem ſtipulentur, utilis eſt ſtipulatio*, ne hoc abſurdum ſequatur, inutilem ſtipulationem fieri, ſi ſtipulator plures heredes reliquerit. Eadem forma Ulpianus ait, utilem eſſe hanc ſervitutem perſonæ, ne ceteræ perſonales ſervitutes fiant inutiles, ſi perſonis relinquantur, quæ vicina prædia non habent. Ex his apparet, neceſſariam non eſſe negationem, quam Dominus Cujacius addendam eſſe voluit in *dicto* §.

Ad. L. II. Ulpianus Lib. 17. ad Edictum.

Unus ex dominis communium ædium ſervitutem imponere non poteſt.

Diximus, dominis permiſſum eſſe Jure Civili, prædiis ſuis ſervitutes imponere, ſed quia varia ſunt dominorum genera, merito de quibuſdam dubitatum fuit, qui non videntur plene & abſolute domini; v. g. Provinciales olim, qui in provinciis ſtipendiaria & tributaria prædia poſſidebant, non erant domini prædiorum, ſed, ut Theophil. ſcribit *in* §. *per traditionem Inſt. de rer. diviſ.* uſum quendam, & detentationem habebant, quæ tamen detentatio proxime ad dominium accedere videbatur; habuerunt enim dominium *in bonis*, & ideo ab eodem Theophilo domini *bonitarii* dicuntur, ad differentiam eorum qui dominium habent *ex jure Quiritum*, & domini *Quiritarii* dicuntur: Quæſitum igitur fuit, an liceret provinciali in provinciali prædio ſervitutem imponere, id eſt, an id, quod Jure Civili datum eſt domino, huic domino concedendum ſit, qui proprie & abſolute non eſt dominus: & reſcriptum eſt, hoc permittendum eſſe provinciali, vel propter illam pleniſſimam detentationem, idemque dicendum eſt de emphiteuticario, qui fundum vectigalem jure Emphiteutico poſſidet: huic enim quaſi domino utilis actio in rem comparata ad inſtar directæ, quæ vero domino competit, Jure Civili data eſt *l.* 1. *ff. ſi ager vectigalis, vel emphiteuticarius petatur*, hi igitur, licet non ſint veri domini, quodammodo habentur pro dominis, & hoc jure ſervitutem imponere poſſunt: at ſuperficiarius, qui in alieno ſolo ſcilicet ædificium habet, & dicitur habere Jus ἐμβατευτικὸν, in *l.* 3. §. *ſi Jus, de reb. eor. qui ſub tutela, vel cura ſunt*, Jure Civili non potuit imponere ſervitutem, quia hoc Jus afficit & occupat tantum ſuperficiem, non ſolum, & ita fit, ut concurſu domini ſoli elidatur quodammodo jus, quod ſuperficiarius habet; ſuperficies enim ſolo cedit, ſuperiores vero jus habent in ſolo & ſuperficie; ſed ſuperficiario hac in parte à Jure Civili deſtituto ſuppetias tulit Jus Prætorium, quod ſupplendi & augendi Juris Civilis gratia introductum eſſe conſtat; Prætoris enim tuitione defenditur ſervitus ſuperficiaria *l.* 1. §. *ult. ff. de ſuperficiebus.* An autem domino, qui plenam proprietatem non habet, qui caret emolumento rei, id eſt uſufructu, ut eleganter loquitur *l. Mævius* §. *ſi fundo ff. de legat.* 2. idem quoque permittendum ſit, tractatum fuiſſe conſtat ex *l.* 15. §. *ult. tit. de uſufr.* & reſponſum eſt, ne quidem conſentiente uſufructuario, poſſe ſervitutem imponere dominum proprietatis, niſi, ut ſubjicit *l.* 16. *ff. eod. tit.* talis ſervitus ſit, qua impoſita deterior non fit conditio fructuarii. Sed belle quæritur, quare nihil præſtare poſſit conſenſus fructuarii, ſi talis ſervitus ſit, qua deterior fit ejus conditio: Ratio perſpicue hæc eſt, quia conſentiens fructuarius videretur imponere ſervitutem, quod domino tantum licet, vel ei qui pro domino habetur, fructuarius vero nulla parte dominium attingit. Ex ſuperioribus perveniendum tandem eſt ad quæſtionem in hac lege propoſitam, quid dicendum ſit de pluribus dominis unius & ejuſdem rei, qui in fundo puta vel ædibus partes pro indiviſo habent; ii enim quotquot ſunt vere & abſolute domini ſunt partium, quas habent in re communi: Hæc eſt igitur, quæ proponitur in hac *l.* 2. quæ ſumpta eſt ex *lib.* 17. *Ulpiani ad Edictum*, quo libro Ulpianum tractaſſe de uſufructu, colligere licet ex inſcriptione multarum legum, quæ extant in præcedentibus titulis *de uſufructu*; in hoc autem tractatu idem ſcripſiſſe videtur

detur Ulpianus, quod Papinianus ſcripſit in *l. 5. ſup. de uſufr.*, ſervitutem perſonalem uſusfructus ab initio & pro parte diviſa conſtitui poſſe, aliud tamen obtinere in ſervitute reali, quæ ab uno ex ſociis pro parte indiviſa conſtitui non poteſt. Ratio differentiæ perſpicua hæc eſt, quia ſervitus perſonalis uſusfructus dividua eſt, quia conſiſtit in jure percipiendorum fructuum, qui dividi poſſunt. *l. 1. §. ſi uſusfr. ff. ad l. falc.* Servitus vero realis conſiſtit in facto, quod non poteſt explicari in parte intellectuali, id eſt, in parte, quam in re communi pro-indiviſo habet quilibet ex ſociis, hæc enim pars intellectu tantum percipitur, ut nominatim ait *l. 5. ff. de ſtipulatione ſervorum.* Exempli cauſa, unus ex dominis vult concedere Mævio ſervitutem tigni immittendi in parietem communem, non poteſt Mævius tignum in parietem mittere, quin immittat in omnes partes omnium ſociorum, quia in qualibet parte parietis, imo in quolibet lapide, vel cæmente, omnes domini partes pro indiviſo habent, ideoque receptum fuit, omnes imponere debere *l. ſi unus infr. de ſervitutib. ruſticorum prædiorum l. ult. infr. communia prædiorum* & hoc eſt quod ait: *unus ex dominis non poteſt*, quod omnes poſſunt.

Ad L. III. Paulus Lib. 21. ad Edictum.

Servitutes prædiorum aliæ in ſolo, aliæ in ſuperficie conſiſtunt.

Accurſius duas hujus legis interpretationes affert: ſecunda, in qua acquieſcere videtur, & quam omnes fere veteres Interpretes amplectuntur, plane falſa & inepta eſt, ut apparet ex *l. 20. infr. de ſervitutib. urbanorum prædiorum*, in qua non ſervitutes à ſuperficiario conſtitutæ (quas Jure tantum Prætorio conſtitui poſſe jam docui) ſed ſervitutes urbanæ, quæ ab ipſis dominis Jure Civili recte conſtituuntur, dicuntur in ſuperficie conſiſtere. Verius igitur eſt, quod initio dixit, ſervitutes ruſticas in ſolo conſiſtere, ſervitutes urbanas in ſuperficie, & ita Interpres Græcus Conſtantinus Harmenopulus *lib. 2. epitomes tit. 4. §. 126. ſi quis*, inquit, *aut lata via aut anguſta per alienum agrum tranſire, aut aquam ducere poſſit, ſervitus hæc ſoli dicitur, ubi vero, aut tignorum in vicini ædes immittendorum, aut aquæ ex tegulis effundendæ, id eſt ſtillicidii, aut oneris imponendi jus habet quiſquam, nominatur ſervitus in ſuperficie*; quod & ex veteribus Latinis fidelis Interpres Odofredus: ſed hoc enucleatius explicare debeo. Vult igitur, ut opinor, Juriſconſultus, ſervitutes in ſolo proprie conſiſtere, *quæ ad utilitatem fundi ſive ſoli conſtituuntur, fundi*, inquam, dominantis, cujus reſpectu ſervitutes dicuntur jura prædiorum, & quarum effectus vel utilitas explicatur in alieno *ſolo*, quod ſcilicet ſervitutem debet, ut in exemplis ſupra propoſitis; & contra ſervitutes urbanas proprie in *ſuperficie* conſiſtere, quia, ut eſt in *§. prædiorum urbanorum Inſt. hoc tit. ædificiis inhærent*, ædificiis, inquam, quibus debentur, ut uſusfructus perſonis *inhærere* dicitur quibus debetur, ut recte Cujacius in *poſterioribus notis Inſt.* porro ædificium, quamvis regulariter ex ſolo & ſuperficie conſtare dicatur in *l. cum qui ff. de uſurpatio. & uſucapion.* tamen proprie *ſuperficium* vel *ſuperficies* dicitur, ut in *l. domo ff. de pignor. actione*, & in hoc tractatu manifeſte ſeparatur à ſolo: Pone igitur ſuperficiem, cujus contemplatione ſervitus urbana conſtituitur, & cujus reſpectu dicitur ſervitus urbana, quamvis ædificium villa poſitum ſit, ut nominatim ait *d. §. prædiorum.* ſervitus urbana in ſuperficie conſiſtere videtur: & hac ratione in *d. l. 20. infr. de ſervitut. urban. præd.* ſervitutes urbanæ quaſi facto quodam & poſſeſſione retineri dicuntur, quod procedere non poſſe in ſervitutibus ruſticis Juriſconſultus ait in *l. 14. infr. hoc tit.* ubi negat, ſervitutum ruſticarum continuam eſſe poſſeſſionem, quæ tamen in ſervitutibus urbanis, quæ in ſuperficie conſiſtunt, poteſt eſſe continua. Hanc ſententiam belliſſime confirmat elegans ſpecies & interpretatio *l. certo generi 13. infr. de ſervitutib. ruſticorum præd.* Quæſitum fuit apud Veteres, an certo generi agrorum, puta vineis, ſervitus conſtitui poſſet. Ratio dubitandi hæc fuit, ut ex *d. l.* colligere licet, quia ſi ſervitus contemplatione vinearum conſtituatur, videtur ad ſuperficiem potius, quam ad ſolum pertinere; at contra naturam ſervitutis ruſticæ, de qua ſcilicet in *d. l.* tractatur, hoc eſt, ut ad ſuperficiem tantum non ad ſolum pertineat; reſpicit enim ſervitus ruſtica utilitatem fundi, utilitatem ſoli, & ejus gratia conſtituitur. Ideoque dubitatum apud Veteres fuiſſe conſtat, an ſervitus paſtus pecoris, vel pecoris ad aquam appulſus, recenſeri debeat inter ſervitutes ruſticas, ut conſtat ex *§ inter Inſt. hoc tit.* quemadmodum Servius, eruditus Grammaticus, initio *lib. 1. Georgicon* Virgilii notavit. Sed ad rem, de qua in *d. l. certo* 13. agitur. Non ita conſtitui poteſt ſervitus ruſtica, ut ad ſuperficiem tantum pertineat; ideoque ipſo jure, quamvis ſuperficiei cauſa, puta vinearum, conſtituta videatur, afficit ipſum ſolum, & hac ratione Veteres admittunt hic, *certo generi agrorum ſervitutem conſtitui poſſe*, viæ vel itineris puta, *quia ea*, inquit, *ad ſolum, non ad ſuperficiem pertinent, & ſublatis vineis inhærent tamen ſolo.* Ex jure tamen Prætorio obtinuit, ſervitutem ruſticam conſtitutam videri in ſuperficie, ſi id inter contrahentes actum ſit, id eſt, hanc conventionem Prætorem tueri ſolere, data exceptione pacti vel doli, quo caſu, ſi verum amamus, proprie non poteſt dici ſervitus, ut dicitur de ſervitute precario conceſſa, cujus perpetua cauſa non eſt, de qua in *l. 15. §. precario ff. de precario*, & ita ſervitus, quæ ex eodem jure Prætorio tempore finiri poteſt, *l. 4. hoc tit.* proprie non eſt ſervitus, ſed quaſi ſervitus: Ex *dict.* igitur *l. certo generi*, apparet, Jure Civili non recte conſtitui ſervitutem ruſticam, quæ in ſuperficie tantum conſiſtat, ipſo enim Jure, ſublatis vineis, hæc ſervitus remanet in ſolo. Male igitur quidam hac lege utuntur, ut doceant, ruſticam ſervitutem poſſe in ſuperficie conſiſtere; male etiam *lex. 2. infr. de ſervitut. ruſticor. prædior.* ex ſententia Neratii, quæ non obtinuit; omnia enim ædificia urbana ſunt, etſi in villa ædificata ſint *§. prædior. Inſt. hoc tit.* & ſervitutem quoque itineris, quæ aliquando urbana eſt *l. iter, infr. communia prædiorum.* dico conſiſtere in ædificio, ad quod per aream alienam ire, agere poſſum, ut in *l. 20. §. 1. infr. de ſervitutib. urban. præd.* & generaliter omnes ſervitutes urbanas proprie dici conſiſtere in ſuperficie, id eſt in ædificiis, quibus debetur. Vis videre, quam hoc verum ſit: Sublatis ædificiis ipſo Jure ſervitus extinguitur, quamvis utilitate ſuadente tandem receptum ſit, cauſam eſſe reſtituendam; ergo ipſo Jure in ſuperficie conſiſtit, quia ſublata ſuperficie ipſo quoque Jure extinguitur, etſi aliquando contingat, ut ſervitus ruſtica in ſuperficie conſiſtere videatur; vel contra, ut ſervitus urbana videatur quoque conſiſtere in ſolo, quia utilitas & effectus ejus in ſolo potius, quam in ſuperficie explicari videtur: non ideo tamen vitiatur regula, quæ Jure Civili obtinuit.

Ad L. IV. Princ. Papinianus Lib. 7. Quæſtionum.

Servitutes ipſo quidem jure neque ex tempore, neque ad tempus, neque ſub conditione, neque ad certam conditionem (*verbi gratia*, quamdiu volam) *conſtitui poſſunt: ſed tamen, ſi hæc adjiciantur, pacti, vel per doli exceptionem, occurretur contra placita ſervitutem vindicanti: idque & Sabinum reſpondiſſe Caſſius retulit, & ſibi placere.*

QUod in hac lege Papinianus tractat, an conſtitutio ſervitutis, id eſt ceſſio, vel traditio, admittere poſſit adjectionem diei vel conditionis, hic ſine ulla dubitatione tractaſſe videtur per conſequentias tractatus de uſufructu. In hac enim ſervitute perſonali hoc receptum fuiſſe conſtat, uſumfructum ex die, vel ad diem, vel ſub conditione conſtitui poſſe, quod *extare* dicitur in *l. 4. §. ult. ſupr. de uſufr. extare*, id eſt conſtare, & obtinuiſſe ex conſona Juriſconſultorum omnium ratione, ut in *l. Statius Florus ff. de jure fiſci*, quod tamen contra in ſervitute reali non obtinuiſſe Papin. hoc loco reſpondet, ſervitutem realem ita conſtitui non poſſe, ut Kalendis puta proximis conſtituta cenſeatur, non die præſenti, qua conſtituitur, vel ut pure conſtituta ſine diei adjectione finiatur & extinguatur tempore certo, puta biennio, per tres vel quatuor menſes, nec ſub conditione conſtitui poſſe, ut ſcilicet, exiſtente aliquando conditione, conſtituta cenſeatur, neque ad conditionem puta, quamdiu volam, id eſt, ut eam ad libitum aliquando revocare poſſim, quas tamen adjectiones conſtitutio ſervitutis perſonalis admittere poteſt: Quæritur ratio differentiæ; & exploſis his, quæ ad hunc locum viri eruditi adnotare ſolent, vera & ſimpliciſſima mihi videtur ratio tradita ab eruditiſſimo Juriſconſulto Domino Marano, has adjectiones diei vel conditionis proprie reſpicere perſonas ipſas, diem vel conditionem adjici hominum cauſa, pertinere ad utilitatem perſonarum, ut ſcilicet aliquid fiat vel contingat adveniente die, vel conditione, ut colligere licet ex *l. cum qui §. ult. ff. de verborum oblig.* & ex *l. intra, de re judicata* & ſimilibus, non pertinere igitur ad utilitatem rerum vel prædiorum, quorum cauſa ſervitutes reales conſtituuntur, ut eadem ratione hoc obtinuiſſe videatur Jure Civili, quo eodem quoque Jure obtinuit, ſervitutes ipſas, quæ non reſpiciunt utilitatem prædiorum, conſiſtere non poſſe, ſervitutes non eſſe, ſed quaſi ſervitutes, ut latius explicandum erit in *l. ut pomum, infr. hoc tit.* Et, quemadmodum in ſuperiori *l.* docuimus, quod regulariter Jure Civili fieri non poteſt, aliquando tamen fieri poſſe Jure Prætorio, quod in hoc tractatu frequentiſſimum eſt, idem quoque obtinuit in regula hac *l.* propoſita, adjectiones iſtas, quas Jus Civile rejicit, Jure Prætorio eſſe admittendas. Sed obſervandum eſt, ſuperiorem Juris Civilis regulam locum tantum habere poſſe in ceſſione vel quaſi traditione ſervitutis, per quam ſcilicet ſervitus imponitur, & qua impoſita incipit competere actio in rem, id eſt vindicatio ſervitutis, de qua in *§. æque Inſt. de actio.* & in *tit. ſi ſervitus vindicetur infr.* non in obligatione, è qua perſona tenetur cedere, præſtare, tradere ſervitutem; aliud enim eſt paciſci de ſervitute præſtanda, vel ſtipulari ſervitutem, aliud promiſſam vel pactam ſervitutem cedere vel imponere; promiſſio vel pactio admittit diei vel conditionis adjectionem, id eſt, promittere tibi poſſum ſervitutem ex die, vel ſub conditione, ut ſic adveniente die vel conditione perſonæ teneatur ſervitutem tradere, *l. exiſtimo, de verborum oblig.* naſcitur enim obligatio perſonalis, ex qua agitur in perſonam, ut perſona cogatur tradere: ceſſio vel impoſitio realis eſt, id eſt, afficit rem ipſam vel prædium, nam perſonam reſpicit, ideoque obtinuit, fruſtra ceſſioni adjici diem vel conditionem, quoniam iſtæ adjectiones perſonam reſpiciunt: hoc tamen commune habent ceſſio, & promiſſio ſervitutis, ut neque tempore, neque conditione finiri poſſint ipſo Jure, id eſt, Jure Civili, quod generaliter de omni obligatione dicitur in *l. obligationum §. placet ff. de oblig. & actio.* idque obtinuit in obligatione ratione propria tradita à Juriſconſulto in *d. §. placet*, quoniam certi ſunt modi, quibus finitur obligatio, de quibus in *tit. Inſt. quibus mod. oblig. toll.* extra quos alios inducere, & comminiſci non licet: nunquam enim Juriſprudentia tempus admiſit tanquam legitimum modum, quo ipſo Jure finiatur obligatio, & ceſſio ſervitutis non finitur tempore vel conditione ratione propria, quæ, ut docui, repetenda eſt ex natura ſervitutis realis, cujus ceſſio & impoſitio neceſſario reſpicere debet commoda & utilitatem prædiorum, ut à Jure Civili ſubſtantiam capiat: in ceſſione igitur & promiſſione ſervitutis hac in parte idem jus obtinet, ſed ratione diverſa.

Ad §. 1. & 2. dictæ Legis IV.

§. 1. Modum adjici ſervitutibus poſſe conſtat: veluti quo genere vehiculi agatur, vel non agatur: veluti, ut equo duntaxat, vel ut certum pondus vehatur, vel grex ille transducatur, aut carbo portetur. §. 2. Intervalla dierum & horarum, non ad temporis cauſam, ſed ad modum pertinent jure conſtitutæ ſervitutis.

SAbinus & Caſſius ſuperiores adjectiones diei & conditionis in ceſſione ſervitutis admiſerunt advocato auxilio Prætoris, quod (ut recte Cujac. obſervat) contraria Proculejanorum ſchola non admiſit, & licet hac in parte obſervare veſtigia controverſiæ veteris; at de adjectione modi nulla fuit controverſia, & hoc, eſt quod Papin. hoc loco aït, *Modum* autem *adjici poſſe ſervitutibus conſtat, &c.* Jure Civili, quia adjectio modi vere reſpicit utilitatem prædiorum, ut modus ſervitutibus conſtituatur, prout prædiis utilis eſt, ut in exemplis hoc loco propoſitis, idemque dicendum eſt de intervallis dierum & horarum; hæc enim pertinent ad modum, quo quis utatur ſervitute, non ad cauſam temporis.

Ad L. V. Gaius Lib. 7. ad Edictum Provinciale.

Via, iter, actus, ductus aquæ iiſdem fere modis conſtituitur, quibus & uſumfructum conſtitui diximus. §. 1. Uſus ſervitutum temporibus ſecerni poteſt, forte, ut quis poſt horam tertiam uſque in horam decimam eo jure utatur, vel ut alternis diebus utatur.

UT intelligamus, quibus modis conſtitui poſſit ſervitus, videamus, quibus modis conſtituatur uſusfructus; nam Gajus auctor hujus *l.* id jam docuerat in eodem *lib.*, ut colligere licet ex *l. 6. ſupr. de uſufr.* Sed, ne circumſcribamur, ſciendum eſt, bifariam accipi hoc verbum *conſtitui*; nam proprie & perfecte *conſtitui* dicitur ſervitus perſonalis, vel realis, cum ceditur, aut quaſi traditur, & ita dicimus, uno tantum modo proprie *conſtitui* ſervitutem, ceſſione ſcilicet vel quaſi traditione, quo ſenſu habuimus *ſupr. in l. 4.*, ipſo jure ex die, vel ad diem, ſub conditione, vel ad conditionem *con-*

ſtitui non poſſe ſervitutem: ſed & *conſtitui* dicitur, cum promittitur, & hoc ſenſu plures dicimus eſſe modos, quibus conſtitui poteſt ſervitus, id eſt, nos poſſe pluribus modis aſſequi, ut nobis ſervitus debeatur, ut ex juſta cauſa teneatur quis nobis tradere, cedere, id eſt, perfecte nobis conſtituere ſervitutem, de quibus modis in hac lege tractatur. Et primum conſtat, uſumfructum conſtitui teſtamento vel jure legati, ut in *l.* 3. *in princ.* & in *l. ſed & ſi quid §. ult. ff. de uſufr.* eodemque modo conſtituitur ſervitus *§. ult. Inſt. hoc tit.* Cum autem jure legati conſtituitur uſusfructus, ex veteri jure ipſo jure perfecte conſtitutus cenſebatur ſine ullo facto, ſine ceſſione heredis; cum legabatur per vindicationem, ſive per damnationem, ceſſione, facto heredis opus erat ad perfectam uſusfructus conſtitutionem, ut Paul. docet *lib. 3. Sentent. tit. de legatis §. uſusfr.* Primo enim caſu datur vindicatio uſusfructus ex natura & formula legati per vindicationem, ſecundo caſu datur tantum actio perſonalis ex teſtamento, quia heres damnatus eſt dare, ut in *l.* 3. *§.* 1. *ff. de uſufr.* Hodie ex conſtitutione Juſtin. id eſt, ex *l.* 1. *C. communia de legatis*, ſublata eſt differentia legatorum, & generaliter ex omni legato competit vindicatiu; quamvis, ſi hoc malit legatarius, poſſit agere actione perſonali ex teſtamento; & ita accipio, quod Juſtin. aït de actione perſonali quæ ex teſtamento uſufructu legato competere poteſt, in *l. corruptionem C. de uſufructu*: Hodie igitur perfecte conſtituitur uſusfructus jure legati, nec neceſſaria eſt ceſſio, vel traditio heredis, ut ſcil. dominium uſusfructus ad legatarium tranſlatum cenſeatur. Idem quoque contingit, ſi a judice, vel arbitrio familiæ erciſcundæ vel communi dividundo judicio addicto, uſusfructus uni ex ſociis adjudicatus ſit, ut in *l.* 6. *§.* 1. *ff. de uſufr.* adjudicatione enim judicis rei adjudicatæ dominium ipſa prolatione ſententiæ tranſit ad eum, cui res adjudicata eſt, ut Ulpianus docet *lib. ſingulari Regularum tit. de dominiis & acquiſitionib. rer.* & hoc unico caſu judex ſententia ſua poteſt facere dominum, quem nec Prætor ipſe aliter facere poteſt *§.* 1. *Inſt. de bonorum poſſ.* ideoque, quia tuitione, & auctoritate Prætoris præſtatur fideicommiſſum, ut Ulpianus docet *eod. lib. tit. de fideicommiſſis*, fideicommiſſarius non dominium ſed poſſeſſionem tantum conſequitur, ut de uſufructu per fideicommiſſum relicto nominatim proditum eſt in *l. qui uſumfructum ff. ſi uſusfr. petatur.* Porro conſtituitur uſusfructus pactionibus & ſtipulationibus, ut in *d. l.* 3. *ſup. de uſufr.* quod & de ſervitute traditum eſt in *§. ult. Inſt. de ſervitutib.* id eſt conſtituitur contractibus Juris Gentium vel Civilis, aut pactionibus, ad agendum tamen utilibus, quod eſt, ſubditus donationibus, venditionibus, locationibus, traditionibus, ut in *l. quiſquis C. de donation. l. Seja ff. de mortis cauſa donation. l. ſi domina C. de uſufr. l. ſi ſocrus in 2. parte C. de jure dotium*, non nudis & ſimplicibus pactionibus, quæ non ſunt ad agendum efficaces, ut quidam male cenſent, nec talis pactionis ullum exemplum extat, quod ſciam, in Jure noſtro. His igitur omnibus modis, quibus conſtituitur uſusfructus, conſtituitur quoque ſervitus. Addit tamen hoc loco Gajus particulam *fere*, quia non omnimodo ſervitus iiſdem modis conſtituitur, quibus conſtitui poteſt uſusfructus, v. g. legari poteſt & conſtitui uſusfructus deductus ab ipſo fundo & proprietate, at ita legari non poteſt ſervitus debita fundo, ſequitur enim neceſſario ipſum fundum, & non poteſt legari fundus ſine ſervitute: poteſt legari uſusfructus ex die, vel ad diem, ſub conditione vel ad certam conditionem *l.* 4. *ſupr. de uſufr.* at ita non poteſt legari ſervitus, ut ſupra habuimus in *l.* 4.

Ad L. VIII. Paulus Lib. 15. ad Plautium.

Ut pomum decerpere liceat, & ut ſpatiari & ut cœnare in alieno poſſimus, ſervitus imponi non poteſt.

AIT: *ſervitus imponi non poteſt*; ſed anxie quæritur, an neque realis neque perſonalis, quod ſciri refert, ut ſcilicet intelligamus, an his caſibus agere liceat actione in rem, an liceat vindicare ſervitutem, an tranſeat in emptorem, & ſequatur fundum. Joannes, & Azo, neque perſonalem eſſe affirmant, quos certatim ſequuntur Interpretes, & communem eſſe Doctorum opinionem Fulgoſ. notat ad *l.* 4. *infr. de ſervitutib. ruſticorum prædiorum.* Hanc quoque incomparabilis Juriſconſultus Dominus Cujac. amplectitur *lib.* 24. *Obſervatio. c.* 22. quia, inquit, prædialis eſſe non poteſt, cum nihil ea res ad utilitatem, ad amœnitatem prædii mei pertineat, ſed neque perſonalis, quia nec uſui vel fructui ea facultas ſimilis eſt, &, quæ non his duabus ſervitutibus aſſimilantur, ſervitutes perſonarum non ſunt: Erit igitur in hac lege ſimpliciter perſonalis obligatio ex contractu, vel ex teſtamento, quæ fundum non ſequitur, ut in *l.* 13. *communia prædiorum l. ult. §. ult. ff. de contrahend. emptione* & in *l.* 12. *ff. de annuis legatis*, quas vobis excutiendas relinquo. Sed contra Hugo, antiquus Gloſſographus, qui & Hugolinus dicitur, diſcipulus Irnerii, de quo extat ejuſdem Irnerii elogium in Chronico Lauſenſi Odonis Madenæ; rogatus enim Irnerius, ut cathedræ ſucceſſorem deſignaret, ita reſpondiſſe fertur: *Bulgarus os aureum, Martinus copia legum, Hugo mens legum, Jacobus eſt quod ego.* Hugo igitur perſonalem eſſe affirmabat, ſic enim ex Bartolo Gloſſa reſtituenda eſt: *ſecundum Hugonem vel Hugolinum*, ubi ſecundum Gloſſam in eadem ſententia fuiſſe Rogerium Gloſſa notat in *l. Mela §. ult. infr. de alimentis & cibar. legat.* quam Cynus in *l.* 1. *C. de uſufr.* & Fulgoſ. ad *d. l.* 4. *infr. de ſervit. ruſtic.* aſſerere tentant: Et in hanc ego quoque proclivior ſum; nam ſi facultas geſtandi in alieno, in *d. l. Mela §. ult.* dicitur ſervitus perſonæ, quare facultas ſpatiandi non erit ſervitus perſonæ? Et quæ differentia hac in parte eſſe poteſt inter eum, qui in ſella geſtatoria ſedens in alieno ſpatiatur & eum qui pedibus ſpatia facit? Si jure ſervitutis perſonalis licet mihi in tuo uvas premere, vel fruges excutere, cur non eodem jure mihi licet pomum in tuo decerpere, vel in tuo cœnare? Hæc enim omnia, ſi proprie non pertinent ad prædiorum utilitatem, reſpiciunt tamen utilitatem hominum, quorum intereſſe poteſt, ut hoc vel illo jure utantur; hoc autem ſufficit, ut conſtituatur ſervitus perſonalis. Et ut contrariæ ſententiæ objectiones removeamus, obſervandum eſt, quaſdam eſſe ſervitutes, quæ propriæ prædiorum ſunt, quibus res rebus ſerviunt, de quibus hæc *rubrica de Servitutibus* concepta eſt; in his hoc perpetuo receptum eſt, ut in gratiam tantum proximorum prædiorum conſtituantur *l. ſi ædes & l. ſeq. infr. de Servitutib. urbanorum l.* 5. *infr. de Servitut. ruſticorum l.* 12. *infr. de annuis legatis*, & vice verſa, quædam ſunt ſervitutes, quæ propriæ perſonarum ſunt, ut uſus, & uſusfructus *l.* 1. *hoc tit.* Sunt præterea quædam ſervitutes, de quibus dubitari poteſt, an ſint potius perſonales, quam prædiales; nam quidam ex veteribus Juriſconſultis jus pecoris paſcendi, vel pecoris ad aquam appellendi, non recenſebant inter prædiales vel

reales ſervitutes, ut colligere licet ex §. *ruſticorum Inſt. hoc tit.* Papinianus tamen *d. l. 4. de ſerv. præd. ruſt.* has ſervitutes aït *magis prædii* eſſe *quam perſonæ*, ſed eum temperamento, *ſi prædii fructus in pecore conſiſtat*; alias enim jus paſcendi dicitur ſervitus perſonalis, ut in *l. ſi quis binas ſupr. de uſufr.* & in *d. l. Mela §. ult.* Tertio ſunt quædam ſervitutes, quæ perſonæ magis quam prædii eſſe videntur: hujuſmodi ſunt ſervitutes, de quibus in *d. §. ult. l. Mela* & hac noſtra lege; hæc enim omnia quodammodo ad prædia ipſa pertinere videntur, ſed magis & propius reſpiciunt perſonam ipſam: hæ ſunt ſervitutes, quæ belliſſime aſſimilari poſſunt fructui, vel uſui, quod ita oſtendo: Is, cui in alieno licet pomum decerpere, quaſi fructuarius eſſe videtur, non eſt proprie fructuarius, quia omnibus fundi fructibus frui non poteſt, frui poteſt quibuſdam; ergo pene fructuarius eſt, quod & Bartolus ingenue agnoviſſe videtur. Is, cui licet ſpatiari, vel cœnare in alieno, utitur alieno fundo ambulationis vel cœnationis cauſa, ergo quaſi uſuarius eſt, ut de eo dicitur, cui uſus digiti aquæ relictus eſt, in *l. Lucius Titius, infr. de Servitut. ruſticorum* in *l. uſus aquæ ſupr. de uſu & habitatione.* Et ita reſpondendum eſt ad primam rationem, qua Cujac. utitur. Ad *l.* vero 13. *pr. infr. communia prædiorum* ita reſpondeo, non poſſe neque perſonalem neque prædialem ſervitutem conſtitui in ſpecie hujus legis, quia nulla in mari conſtitui poteſt ſervitus, ut nominatim ibi Juriſconſultus ait, ideoque ex conventione propoſita in *d. l.* naſcitur tantum perſonalis obligatio ſine ulla conſtitutione ſervitutis; neque enim poteſt privatorum conventio mutare jus publicum *l. jus publicum ff. de pactis.* Ad *l.* 12. *infr. de annuis legatis* reſpondeo, perſpicuum eſſe, teſtatorem neque in rem, neque in perſonam, conſtituere ſervitutem voluiſſe, ut nominatim Juriſconſultus ait, & latius ad *d. l.* Cujac. docuit. Idem quoque dicendum eſt de *l. ult. §. ult. ff. de contrab. emptione.* demonſtravit enim promiſſor tantum, ex quo fundo teneretur præſtare certos modios frumenti, non enim fundo ſervitutem conſtituit, ut & Cujac. agnovit in *d. Cap.* 22. His igitur ſimilibus caſibus inſpicimus mentem & animum contrahentium; nam ſi ſatis conſtat ex conventione, vel ex voluntate teſtatoris, nullam ſervitutem conſtitutam fuiſſe, reſpondendum eſt, naſci tantum obligationem perſonalem ex contractu, vel ex teſtamento: Aliud vero dicendum eſt, ſi talis ſit ſervitus conſtituta, quæ utiliter perſonæ contemplatione conſtitui poſſit, ut in exemplis propoſitis in hac noſtra lege & in *d. §. ult. l. Mela.* Quod igitur ait: *ſervitus imponi non poteſt*, id eſt ſervitus prædialis; perſonalem enim conſtitui poſſe ex ſuperioribus concludendum eſt.

Ad §. 1. dict. L. VIII.

§. 1. *Si prædium tuum mihi ſerviat: ſive ego partis prædii tui dominus eſſe cœpero, ſive tu mei, per partes ſervitus retinetur, licet ab initio per partes acquiri non poterit.*

SErvitus pro parte conſtitui & remitti non poteſt, quæritur, an poſſit retineri? Si hoc admittimus, ſtatim obſtabit regula, quæ vult, *ea, quæ in hunc caſum pervenerunt, à quo non potuerunt incipere, ſtatim evaneſcere*, *l. pro parte infr. hoc tit.* Sed contra tenorem hujus regulæ obtinuit, ut quamvis per partem plurium dominorum ſervitus acquiri non poſſit, per partem tamen jam acquiſita conſervari poſſit, & hoc caſu, ut in aliis quibuſdam à Cujacio notatis in *l. 21. de verborum oblig.* hanc regulam perdere officium ſuum Paulus docet in *l. pluribus §. ult. infr. eod. tit. de verborum oblig.* & hoc eſt, quod Papinianus ait in *l. unus, infr. de ſervitut. ruſticor.* pro parte retineri *placet*, id eſt, *receptum eſt*, nulla habita ratione contrariæ Regulæ; an quia facilior eſt retentio, quam acquiſitio? *l. 1. ff. de pignor.* Sic videtur; nam quæ ſemel ſubſtantiam cepit, vel adhæſit ſervitus, non facile divellitur, ſi pars remaneat, cujus occaſione retineri poſſit, & iniquum viſum eſt, eum confuſio pro parte tantum fiat, partem, in qua extinguitur ſervitus, veluti contagio quodam, trahere extinctionem alterius partis. Favor igitur vel utilitas ſervitutum, imo & ipſa æquitas hoc ſuadet, ut per partem acquiſita retineatur, quæ ab initio per partem acquiri non potuit; retineatur, inquam, per partem fundi, non per partem ſervitutis; ſervitutis enim natura diviſionem non admittit, *l. 2. §. 1. infr. de verborum oblig.* ideoque pro ea parte fundi, cujus occaſione retinetur ſervitus, ſemper ſocius in ſolidum ſervitute utitur, quia ſervitus eſt uniuſcujuſque ſocii ſeparatim in ſolidum, ut erudite ad *l. libertus §. ult. ff. de negotiis geſtis* Cujac. docuit ex *l. arbor. §. ſi per eundem ff. communi dividundo*, hoc ideo fit, quia uſus ſervitutis indiviſus eſt *l. uſus ff. de uſu & habit.* Hoc igitur admiſſo contra veterem regulam, ſervitutem poſſe pro parte retineri, hoc quoque admittitur, ut, quamvis proprius fundus non poſſit ſervire proprio, jure ſcilicet ſervitutis, ut loquitur *l. in re communi infr. de ſervitut. urbanorum prædiorum*, proprius tamen fundus poſſit ſervire communi, & contra communis proprio, imo & communis communi, excepto caſu, qui proponitur in *l. ſi communi* 27. *infr. de Servitut. ruſticor. præd.* Sed hos caſus diligenter excutiamus: Finge, fundum meum, cui tuus ſervit, tibi communicavi, & ita pro parte indiviſa dominus eſſe cœpiſti fundi dominantis, & pro ea parte confuſa eſt ſervitus, quam mihi debuiſti in fundo tuo, pro ea vero parte, quam in dominante fundo retineo, non confunditur ſervitus, ſed occaſione hujus partis eam ita retineo, ut in ſolidum uti poſſim ſervitute, antea a fundo tuo fundo meo debita. Idemque contingit in contrario caſu: Finge, communicavi tibi fundum ſervientem tuo proprio fundo, eadem ratione retines ſervitutem tibi debitam, quia pro parte tantum fit confuſio, & ii duo caſus proponuntur in hoc §. 1. Ex quibus apparet, proprium fundum poſſe ſervire communi, & communem proprio. Nunc videamus, an communis poſſit ſervire communi, quod receptum eſt certis caſibus, ut in *d. l. ſi quis ædes §. 1.* Si itaque tu mihi communicas fundum ſervientem, ego tibi communico fundum dominantem, communis ſervit communi, quia ſervitutem retineo pro parte, & in utroque fundo diſpar eſt jus utriuſque domini, quod & in ſuperioribus caſibus contingit; nam vel uni tantum debetur ſervitus, vel unus ſolus debet; hæc igitur diſparitas conſervat ſervitutem, quia ſervitus remanet propter partem retentam. Major dubitatio eſſe videtur in caſu *l. unus infr. de ſervitut. ruſticor.* Communico tibi fundum tuo fundo ſervientem, tu mihi communicas fundum fundo quoque meo ſervientem; finge, fundus tuus debet fundo meo ſervitutem itineris, meus debet tuo ſervitutem actus, hoc quoque caſu communis ſervit communi; nam ſervitutem itineris, quam mihi debuiſti, retineo pro parte tua, id eſt, pro parte, quam retines in fundo, quem mihi communicaſti, & tu retines in fundo à me tibi communicato ſervitutem actus, quam antea tibi debui; retines, inquam, pro parte mea, id eſt pro

parte,

parte, quam retinui in ſundo tibi communicato. Denique hoc caſu retinetur ſervitus utriuſque pro parte indiviſa, & diſpar remanet jus domioorum in utroque ſuodo; nam ego ſolus tibi debeo ſervitutem & tu quoque mihi debes ſolus ſervitutem, uterque debet pro parte indiviſa, quam pro ſolido fundo antea debuit; non incipit igitur a communione par eſſe utriuſque domini jus in utroque fundo, nam ſi hoc contingat, dubio procul ſequitur confuſio, ut in caſu a Juliano propoſito in *d. l. ſi communi* 27. *de ſervit. ruſt. præd.* Communi ſundo meo & tuo ſervit ſundus Sempronianus, redemptus eſt a nobis pecunia communi, & ita fundus ſerviens communis eſſe incipit inter me & te: Reſpondet Juliaous, omnino ſervitutem extingui, addita elegantiſſima ratione, quæ interpretationem deſiderat; *quia par*, inquit, *utriuſque domini jus in utroque fundo eſſe incipit:* Id eſt, propter fundum communem dominantem tibi & mihi debuit Sempronius propter fundum Sempronianum ſervitutem urbanorum vel ruſticorum: in hoc igitur ſundo ego & tu par jus habemus, in ſundo ſcilicet dominante, & redemptionem pariter habere incipimus in ſundo ſerviente, nam ejus occaſione ego & tu, novi domini ſundi communi pecunia acquiſiti, incipimus debere ſervitutem, quam fundus debuit, non ego ſolus debeo, non tu ſolus debes, ſed debet uterque: quibus autem debere iocipimus? profecto oobis, quia ſumus quoque domioi ſundi, cui hæc ſervitus debetur: ergo neceſſario ſequitur confuſio, quia par io utroque fundo utriuſque domini jus eſſe incipit, & perinde eſt, ac ſi unus dominus unius prædii, cui ſervitus debetur, prædium ſerviens redimeret, ut in *l.* 1. *infr. quemadmodum ſervit. amittatur.* Deniqne in caſu *d. l. ſi communi*, ego tibi nihil debui, tu mihi nihil debuiſti, ergo nihil eſt, quod ego retinere poſſim, nihil, quod tu retineas: In ſuperioribus caſibus vel ego debui, vel tu debuiſti, & de ſolido, quod tu debuiſti, vel ego partem retinere poſſum, vel de ſolido, quod debui, tu partem retinere potes, & manet diſpar jus, ideoque ſequitur confuſio in ſolidum; at, ubi nulla poteſt dari retentio vel deductio, neceſſario ſequitur confuſio, quam parit paritas Juris in utroque fundo, & ita explicanda eſt, meo judicio, obſcura Juliani ratio.

Ad L. IX. Celsus Lib. 5. Digeſtorum.

Si cui ſimplicius via per fundum cujuſpiam cedatur vel relinquatur, in infinito (videlicet per quamlibet ejus partem) ire agere licebit, civiliter modo; nam quædam in ſermone tacite excipiuntur: non enim per villam ipſam, nec per medias vineas ire agere ſinendus eſt, cum id æque commode per alteram partem facere poſſit, minore ſervientis fundi detrimento: verum conſtitit, ut qua primum viam direxiſſet, ea demum ire agere deberet, nec amplius mutandæ ejus poteſtatem haberet, ſicuti Sabino quoque videbatur, qui argumento rivi utebatur, quem primo qualibet ducere licuiſſet, poſteaquam ductus eſſet, transferre non liceret, quod & in via ſervandum eſſe, verum eſt.

SPecies hujus leg. eſt de ſervitute jam cooſtituta & impoſita, vel actu viventis, vel actu morientis, ut in *l. ult. communia prædiorum.* Verbum enim *relinquatur* accipiendum eſſe de ultima voluntate, fruſtra ſim, ſi, quod notiſſimum eſt, pluribus doceam: Finge, ceſſit tibi vel legavit Titius ſervitutem viæ *ſimplicius*, ut hæc lex loquitur, *ſimpliciter*, ut in *l. ſi via infr. de ſervitut. ruſticor.* *ſimplicius* vel *ſimpliciter*, id eſt, generaliter, ut in *l. Mævius* §. *ſed ſi pars de legat.* 1. junƈta *l. ſi domus, in princ. ff. eod. tit.* Ceſſit igitur vel legavit Titius per fundum ſuum generaliter ſervitutem, id eſt, ſine ulla determinatione, nullo certo loco deſignato, per quem tibi ire, agere liceat; hoc caſu totus fundus ſervit *l. certo generi*, §. 1. *infr. de ſervitut. ruſtic. l. ſi mihi*, 21. *eod. tit.* & diffuſa eſſe dicitur per omnes glebas; ideoque, ut hæc lex aït, *in infinito, videlicet per quamlibet partem fundi ire agere licet*, ubi particula, *videlicet*, explicat quid ſit *in infinito*, aït enim *in infinito agere* Celſus eadem forma, qua Paulus in *l. cujus ædifici in infr. de ſervit. urb. præd. in infinita ædificium imponere*, & ex variis interpunctionibus hæc ſola placet: Hanc tamen ſententiam tam à Proculejanis, quam à Sabinianis probatam ita ſufflaminandam eſſe cenſet Celſus, ut in hoc generali ſermone tacite quædam excepta cenſeantur, ut in generali omnium bonorum obligatione obſervari docent *l.* 6. 7. & 8. *infr. de pignorib.* Non poteſt igitur ire *per villam*, *vel per medias vineas*, qua forma loquendi utitur Publius Scipio in Oratione contra Sempronium Aſellum apud Gellium *Lib.* 2. *c.* 20. *inde corrigere viam aliis per vineas medias, aliis per roborarium atque piſcinam, aliis per villam.* Verum, *ſi id æque commode per alteram partem agere poſſit*, aït Celſus; nam, ſi in ceteris partibus fundi iter patiatur incommodum, & per ipſam villam & per medias vineas licet, ut Scipio loquitur, *viam corrigere*, & ita Siculus Flaccus in *lib. de conditionib. agrorum*, aït, *per ipſas villas iter populo præſtari, ſi aliis in locis iter incommodum ſit*, qua de cauſa Higynus in *lib. de limitatione agrorum*, ſcribit, *Veteres habuiſſe januas villarum ſemper patentes, per quas populum pretereuntem tranſmitterent*, & hoc ipſum expreſſum reperio in veteri inſtrumeoto donationis Garſii, Fimandi Comitis, quo prædia quædam donata monaſterio S. Petri de Cardona, ut loquuntur, *ſi non ſit carreta directa*, id eſt, ſi iter ſit incommodum, *pergat per defeſſas*, *per terras laboratas*, *per vineas*, quod & de via publica oominatim *l.* XII. *Tabb.* conſtitutum fuit ut M. Tull. docet in *Oratione* pro *Cæcina.* Verba legis hæc ſu runt. Am Sagetas viam muniunto, (*Segetes* dicuntur, quorum ager viam tangit, ſi via ſit immunita,) qua vales, jumentum agito. Subjicit Celſus, hoc receptum fuiſſe ab omnibus ſine ulla dubitatione; hoc enim eſt quod aït, *verum conſtitit, ut qua primum viam direxiſſet, ea demum ire, agere poſſit*, nam, ut eſt in *d. l. certo* §. 1. ſervitute certa parte determinata, cæteræ partes agri liberæ ſunt, quod & Sabino placuiſſe aït, qui argumento aquæductus utebatur. Sed, quod hæc lex aït, dari electionem legatario, manifeſto pugnat cum *l. ſi via infr. de ſervitut. ruſt. præd.* ubi heredi non legatario datur electio: Solutio, quam Cujac. indicavit, veriſſima eſt, quod ita oſtendo. Io hac lege ſervitus nominatim relinquitur legatario, aït enim *ſi cui relinquatur via*, quæ verba proprie deſignant legatum per vindicationem, quod veteri formula ita relinquitur, *ſumito, capito, tibi habeto, do tibi, lego tibi*, ut apud Ulpian. *lib. ſing. Regul. tit. de legatis*, & id eſſe ex Jure Civili eruditus Grammaticus Servius oſtendit & obſervat in illum Virgilii locum (*Sume pater, nam te voluit Rex Magnus Olimpi.*) *Sume* inquit *verbum eſt Juriſconſultorum, quo utuntur, quoties legatum non ab herede relinquitur, ſed eſt in accipientis arbitrio*; hoc igitur genere legati nominatim defertur electio legatario, quod non obtinet, ſi ſit legatum aliquid per damnationem, *heres meus damnas eſto dare, dato, facito, heredem meum dare jubeo*, quibus verbis data eſt heredi facultas, per quam partem fundi velit conſtituere ſervitutem, ut aït *d. l. ſi via*, quæ verba ſatis

insinuant,

inſinuant, legatum relictum fuiſſe per damnationem, id eſt, datam fuiſſe a teſtatore electionem heredi, non legatario; & ita quocunque legato generaliter relicto, homine puta generaliter legato, ſi per vindicationem, legatarii electio eſt *l. legato infr. de legatis* 1. ſi per damnationem, heredis, *l. ſi a ſubſtituto ff. eod. tit.* quæ differentia non eſt ſublata à Juſtin. ut in *not. ad* Ulp. *d. tit. de legatis* idem Cujac. docuit: Nec obſtat, quod Juſtin. aït in §. 1. *Inſt. de legatis*, *hanc verborum ſolemnitatem veteri Juri præſcriptam penitus ſublatam* eſſe; ſublata enim fuit neceſſitas verborum *ſolemnium*, id eſt civilium, vel directorum, ut loquitur *l. quoniam C. de teſtamentis*, id eſt, ſcrupuloſa verborum obſervatio, qua prætermiſſa legatum nullius momenti erat; ſed non ideo prohibitum fuit hoc vel illo modo legare, & quibuscunque verbis vel ipſi legatario relinquere, vel jubere aut rogare, hæredem dare, & ex verbis, quibus utitur teſtator, conjicere, an legatario, vel heredi data ſit electio. Et ut dicam explicatius, vel ipſum legatarium alloquitur teſtator quibuſcunque verbis, non ut olim formula, certo verborum numero dimenſa, & hoc caſu defert legatario electionem, vel alloquitur heredem ipſum, & hoc caſu ex verbis & mente teſtatoris neceſſario danda eſt electio heredi; ſed ſi forſitan herede ex facultate a teſtatore data locum eligente magna captio ſit legatarii, ut loquitur *d. l. ſi via*, vel vice verſa, ſi legatario eligente contendat heres, legatarium non agere civiliter, ut hæc *lex* loquitur, ex ſententia Javoleni propoſita in *d. l. certo* 13. §. 1. *de ſerv. ruſt. præd.* arbiter accipiendus eſt, ut in caſu legis *qui luminum infr. de ſervitut. urban.* & ſane utroque caſu, quo ſcilicet ceſſa vel relicta erat, Javolenus voluit officio arbitri viam eſſe determinandam, quia prima pars *d.* §. eſt de via ceſſa, id eſt, conſtituta actu viventis, ſecunda pars eſt de ſervitute conſtituta actu morientis, ut erudite Fulgoſ. contra Gloſſam obſervat; & ita quodammodo recedere videtur a recepta ſententia Javolenus, voluit enim commodius eſſe, ſtatim ſervitutem officio arbitri determinari, *modo*, inquit, *determinabitur*, ita recte Florentini libri, male quidam, *modus determinabitur.*

Ad L. XI. Modestinus Lib. 6. Differentiarum.

Pro parte dominii ſervitutem acquiri non poſſe, vulgo traditur; & ideo, ſi quis fundum habens, viam ſtipuletur, & partem fundi ſui poſtea alienet, corrumpit ſtipulationem, in eum caſum deducendo, a quo ſtipulatio incipere non poſſit: Pro parte quoque neque legari, neque adimi via poteſt, & ſi id factum eſt, neque legatum, neque ademptio valet.

AIT lex, *pro parte dominii*, id eſt pro parte indiviſa, quæ undique diffunditur. Et recte Servius in illum Virgilii locum (*Una undique circumfundimur.*) *Undique*, inquit, *pro indiviſo.* Pro ea igitur parte indiviſa acquiri non poteſt ſervitus ab uno ex dominis, ut in *l. ut pomum* 8. §. 1. *h. tit.* nam nec ab uno ex dominis conſtitui vel imponi poteſt *l.* 2. *ſupr. hoc tit.* hoc autem *vulgo traditum* eſſe Modeſtinus aït, h. e. eſſe hanc vulgarem Regulam Juris, ex qua ſequitur, ut *ſi quis fundum habens, viam, aut aliam ſervitutem ſtipulatus ſit, deinde alienaverit partem fundi, corrumpat ſtipulationem, in eum caſum deducendo, a quo incipere non potuit;* remanet enim dominus fundi pro parte indiviſa, qui ab initio acquirere non potuit ſervitutem: Nunc igitur ei obſtat alia Regula Juris, quæ vult, ea, quæ ad eum caſum pervenerunt, a quo non potuerunt incipere, evaneſcere, & tamen huic regulæ locum non eſſe diximus favore ſervitutis *ſupr. ad l. ut pomum* 8. §. 1. Cur igitur tam varie? quia hic caſus eſt de ſervitute, quæ debetur tantum, quæ nondum eſt conſtituta, nec adhæſit fundo, ideoque pro parte retineri non poteſt; caſus *d.* §. 1. eſt de ſervitute jam conſtituta, quæ ſaltem pro parte retinetur. Idem dicendum eſt, ſi non partem fundi ſed ſolidum fundum alienaverit, nam & ita extinguitur ſtipulatio *l. ſi ſub una* §. 1. *infr. de verborum oblig.* ei enim, qui fundum habere deſinit, ſervitus deberi non poteſt, nec ſtipulatio tranſire poteſt in emptorem, in ſucceſſorem rei, quæ tamen tranſire poteſt in heredem vel heredes, id eſt, in ſucceſſores univerſi Juris, quo caſu, etſi pluribus heredibus relictis, ſtipulatio in hunc caſum deducta videatur, a quo incipere non potuit. Obtinuit tamen, non evaneſcere ſtipulationem, *l. ſi unus infr. de ſervit. ruſtic. præd. l. pluribus* §. *ult. infr. de verbor. oblig.* Subjicit Celſus, hoc quoque receptum eſſe, *ſervitutem neque legari pro parte, neque adimi pro parte poſſe*, ſi ſolida puta ſervitus legata ſit, & poſtea pro parte adimatur, ut in *l. legata infr. de adim. vel transfer. legor.* hoc igitur caſu neque legatum neque ademptio valet, & falſum eſt quod Gloſſa notat, ſervitutem pro parte adimi poſſe tacite, ut erudite Fulgoſ. notat ex *l.* 3. *infr. de ſervitute legata*, adimi videtur tacite, ſi pars fundi legati, ad quem ſervitus ſolida legata eſt, adimatur, ſed nec hoc caſu ademptio valet ut ex *d. l.* 3. colligere licet, adhibita interpretatione Cujacii.

Ad L. XIV. Paulus Lib. 15. ad Sabinum.

Servitutes prædiorum ruſticorum, etiamſi corporibus accedunt, incorporales tamen ſunt, & ideo uſu non capiuntur, vel ideo, quia tales ſunt ſervitutes, ut non habeant certam, continuamque poſſeſſionem; nemo enim tam perpetuo tam continenter ire poteſt, ut nullo momento poſſeſſio ejus interpellari videatur. Idem & in ſervitutibus prædiorum urbanorum obſervatur.

PErdifficilis & perobſcura quæſtio eſt de uſucapione ſervitutum, ad quam primo obſervandum eſt, diligenter ſeparandam eſſe uſucapionem à poſſeſſione longi temporis: Uſucapio inducta fuit lege XII. Tab. & ea acquiritur dominium per continuationem poſſeſſionis anni vel biennii, ut Ulp. docet *lib. regul. tit.* 19. rerum mobilium anni, immobilium biennii; ſed in rebus quidem immobilibus Italici ſoli tantum initio locum habuit, non in provincialibus, in mobilibus vero ubique, id eſt tam in Italia, quam in Provinciis, §. 1. *Inſt. de uſucap. & longi temp.* & *l. unica C. de uſucap. transfor.* Separatur Italia, caput Imperii, & rerum domina, à Provinciis paſſim, & Italicæ res à Provincialibus, *l.* 5. §. *ſi extra ff. de judiciis l.* 7. §. *ſi quis eam ff. de interdict. & relegatis l. notionem* §. 1. *ff. de verborum ſign. l.* 1. *C. qui numero liberor. ſe excuſant* & in §. *per traditionem Inſt. de rerum diviſione.* Provinciales, ut Theophil. exponit in *d.* §. *per traditionem*, prædiorum provincialium non erant domini, ſed uſumfructum tantum habebant, & pleniſſimam detentationem: rerum vero mobilium, quarum plerumque viliſſima & volatica poſſeſſio eſt, uſucapione dominium nanciſci potuerunt Provinciales, quod benigne eis conceſſum fuit Jure Civili, id eſt Jure illo, quod interpretatio Prudentum ſtatim poſt legem XII. Tab. induxit, cui & uſucapionem tribuit Juſtinianus in *princ. d. tit. Inſt. de uſucapionib.*

Uſucapio

Uſucapio igitur, quæ ab Ulp. in *d. tit.* 19. dicitur *adeptio dominii*, & à Modeſtino in *l.* 3. *ff. de uſurp. & uſucapion. dominii adjectio*, qua ſcilicet adjicitur & apponitur, id eſt, acquiritur dominium, uſucapio, inquam, ipſo Jure tutum reddit eum, qui tempore præſtituto rem alienam uſu ſuam fecit, quod & ipſum *capionis* verbum indicat ſatis; huic enim lex defert dominium, eripit vero miſero domino, (ut loquitur *lex unica C. de uſucap. transfor.*) qui rem ſuam intra deſinitum tempus petere contempſerit: Extinguitur igitur actio in rem cum ipſo dominio, & a lege novi dominii autoritatem conſequitur poſſeſſor, ut M. Tull. docet in *Oratione pro Cæcina*; qui enim dominium amiſit, actionem in rem habere non poteſt, *l. in rem, ff. de rei vind. l. Euritii ff. de uſuris.* Cum igitur in quibuſdam rebus non poſſet procedere uſucapio, puta in prædiis provincialibus, neque in prædiis vectigalibus vel emphiteuticariis *l. cur ſponſus*, §. *in vectigalibus ff. de Publiciana in rem actione*, *l. ſi finita* §. *ſi de vectigalibus ff. de damno infecto*, ideo in his rebus & ſimilibus, in quibus uſucapio locum non habuit, inducta fuit longi temporis poſſeſſio; ſi enim res uſucapi poteſt, ſuperfluo adjicitur longi temporis poſſeſſio *l.* 2. *C. in quibus cauſis ceſſet longi temporis poſſeſſio*; eſt enim præſcriptio, quæ ſcilicet datur ex longi temporis poſſeſſione, veluti ſubſidiaria uſucapionis, ut in quibus rebus non ſufficit tempus illud à lege XII. Tab. præſtitutum, ſed longum tempus bonæ fidei poſſeſſorem defendit, ne ei certa & indubitata poſſeſſio auferatur, §. *& eorum Inſt. de uſucap.* Ex quibus apparet magnam eſſe differentiam inter uſucapionem, & præſcriptionem: Uſucapione dominium acquiritur, &, ſi forte is, qui uſucepit, poſſeſſionem rei uſucaptæ amiſerit, directa actione in rem, quæ datur domino, etiam adverſus veterem dominum agere poteſt; præſcriptione vero dominium non acquiritur, quia Jure, quo lata fuit & introducta, data fuit tantum exceptio, qua dominum aut creditorem agentem hypothecaria excludit bonæ fidei poſſeſſor, & ideo dicitur *præſcriptio*, id eſt, exceptio. Sed obſervandum eſt, ſenſim ad interpretationem Prudentum ad exemplum & ſimilitudinem uſucapionis effictam & transformatam eſſe præſcriptionem, ac effectu ipſo fere omnia habuiſſe, quæ tribuere ſolet uſucapio; nam & Prætor utiles actiones dedit; & ita ei, qui rem, quæ uſucapi non poteſt, bona fide poſſidere cœpit, ante perfectum tempus amiſſa poſſeſſione datam fuiſſe Publicianam, perinde ac ſi uſucapere cœpiſſet, conſtat ex *l. cum ſponſus* §. *in vectigalibus ff. de Publiciana in rem actione* & finito tempore data quoque ei fuit utilis actio in rem, qua amiſſam poſſeſſionem repeteret, *l. penult. C. de præſcript.* 30. *vel* 40. *annorum*, quæ nominatim aït, *id quoque veteribus legibus, ſi quis recte eas inſpiciat, conceſſum fuiſſe*: Et ad hunc finem perducta longi temporis poſſeſſione, ut parum aut nihil ab ipſa uſucapione differre videretur, aperta tandem fuit via Juſtiniano, qua veterem uſucapionem in præſcriptionem transformaret; huic enim iniquum viſum eſt, breviſſimo tempore Decemviralis uſucapionis anni, vel biennii, dominos res ſuas amittere, ideoque conſtituit, in rebus immobilibus neceſſarium eſſe longum tempus 10. vel 20. annorum, in mobilibus vero triennium, *d. l. unica C. de uſucap. transform.* Remanet tamen poſt hanc transformationem differentia inter uſucapionem & præſcriptionem, & hodie quædam eſt præſcriptio, quæ non eſt uſucapio: Juſtinianus quidem uſucapionem transformavit in præſcriptionem, id eſt, voluit, ea, quæ olim uſucapiebantur biennio, vel quæ hodie uſucapi poſſunt ex nova Conſtitutione, longo tempore uſucapi, id eſt eodem tempore, quo præſcriptio perficitur; ſed vice verſa non omnem præſcriptionem transformavit in uſucapionem, quia non omnia uſucapi voluit, & remanent hodie quædam, quæ ſimpliciter præſcribuntur, non uſucapiuntur, puta, ut prædia ſuperficiaria, itemque emphyteuticaria, quæ ſi quis acceperit à non domino, ut jus ſuperficii, juſve emphiteuticum in his habeat, jus illud non uſucapit, ſed longo tempore acquirit, quod Dominus Cujac. docuit in *paratitlis C. tit. de præſcrip. longi temp.* An idem dicendum ſit in ſervitutibus, diligenter quærendum erit? Quod ſi quis forte quærat, cui bono ſit ſubtilis iſta diſtinctio inter præſcriptionem & uſucapionem, cum, ut cœpi dicere, effectu ipſo appareat, non minus præſcriptionem ſecuritatem præſtare poſſe ſoli quam uſucapionem, quia hodie non ſolum habet exceptionem, ſed etiam actionem, reſpondeo, eum, qui rem, quæ uſucapionem recipit, longo tempore cepit, dominium acquirere, & eam optimo Jure poſſidere; uſucapione enim dominiom acquiritur, ut Ulp. docet *lib. regul. tit.* 19. §. *uſucapio*, cum vero, qui rem, quæ præſcribi tantum poteſt, non uſucapi, longo tempore præſcripſit, dominium non acquirere, quamvis utilem actionem in rem habeat; nec enim is, cui utilis actio datur, dominus eſt *l.* 1. §. 1. *ff. ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur.* Et ita recte Bulgarus dixit, præſcriptione non acquiri dominium, præſcriptione ſcilicet, quæ uſucapio non eſt, id eſt, quæ procedit in re, quæ uſucapi non poteſt; nam, ſi poſſit uſucapi, ſi ſit præſcriptio quæ & uſucapio dici poteſt, ſane dominium acquiritur, quo caſu vera eſt contraria ſententia Martini: Eſt igitur quædam præſcriptio, quæ quoque uſucapio eſt, & contra præſcriptio quædam, quæ non eſt uſucapio, & eſt quædam uſucapio, quæ non eſt præſcriptio, quæ ſcilicet in rebus mobilibus locum habet, & triennio perficitur; hæc hodie ſimpliciter & proprie uſucapio dici poteſt, & in §. *quod noſtra Inſt. de uſucap.* opponitur uſucapioni rei immobilis, in qua diutina poſſeſſio, id eſt longum tempus, deſideratur, quam in rem ſunt valde notanda hæc Juſtiniani verba in *d. l. unica C. de uſucap. transfor. ſi quis rem mobilem detinuerit per continuum triennium, & firmo Jure eam poſſideat, quaſi per uſucapionem acquiſitam*, quia ſcilicet hoc caſu vere & proprie uſucapio remanet, & ſeparatur à præſcriptione, quæ longum tempus 10. vel 20. annorum deſiderat. His cognitis accedamus ad quæſtionem in hac lege propoſitam, an fuerit admiſſa Decemviralis uſucapio in ſervitutibus, & videamus, an vera ſit ſententia Cujacii, ruſticorum prædiorum ſervitutes uſucapi nunquam potuiſſe, vel quia poſſideri non poſſunt, ſunt enim incorporales, vel quia natura intermiſſionem habent, ut docet hæc *lex.* 14. juncta *l. cum uſuſfr. ff. de uſufructu legato*, ſervitutes vero urbanas olim uſucapi potuiſſe, ideo, quia tales ſunt, ut continuam poſſeſſionem habeant, *l. ſervitutes, quæ in ſuperficie ff. de ſervitut. urban. præd.* legem tamen Scriboniam earum uſucapionem ſuſtuliſſe, ut traditur in *l.* 4. §. *ult. ff. de uſurpat. & uſucapion.* qui paragraphus non pertinet, niſi ad urbanorum prædiorum ſervitutes, nam de uſucapione libertatis tractat, quæ in urbanis tantum ſervitutibus locum obtinet: denique hoc totum ſic concludendum eſſe cenſet, nec ruſticorum nec urbanorum prædiorum ſervitutes uſucapi poſſe; ruſticorum uſucapioni obſtare rationem Juris, urbanorum vero legem Scriboniam: eſt autem, inquit, moribus recepta lex Scribonia *l. ſi aliena* §. 1. *ff. de uſurpat. & uſucap.* & hoc eſt, quod in hac *l.* 14. cum oſtendiſſet rationem hoc non

pati, ruſticorum prædiorum ſervitutes uſucapi poſſe, Paulus aït, *idem & in ſervitutibus prædiorum urbanorum obſervatur*, non illa ſcilicet ratione, ſed lege Scribonia & more majorum. Denique mixtu Jure fit, ne urbanorum prædiorum ſervitutes uſucapi poſſint; quod enim lege fit moribus comprobata, mixto Jure fit: argumento eſt actio in lege Cornelia de injuriis, quam Paulus *lib. V. Sentent. tit. de injuriis* aït, *mixto Jure* eſſe introductam. Hæc eſt incomparabilis Juriſconſulti ſententia, quam non poſſum admittere his rationibus. Fretus primo, quia rationes, quas ex Sabino Paulus adfert ad excludendam ſervitutum ruſticarum uſucapionem, non videntur eſſe veræ & certæ rationes, imo manifeſto claudicant: nam quod attinet ad primam, quia incorporales ſunt, eadem ratione dicendum eſt, non eſſe admittendam uſucapionem urbanarum ſervitutum, quas quoque incorporales eſſe conſtat: ſecundam vero falſam eſſe in quibuſdam ruſticis quis non videt, ut in aqua, quæ perpetuo fluit, *l. 1. §. quæſitum ff. de aqua quotidiana & æſtiva*, *l. qui fundum, quemadmodum ſervit. amit.* & in ſervitute aquæductus apparet, continuam eſſe poſſeſſionem operis facti, puta lapidei vel cœmentitii, aut fiſtularum, de quibus in *l. ſi prius*, *§. 1. ff. de aqua & aquæ pluv. arcend.* & in *l. Quintus Mutius ff. de ſervit. ruſt. præd.* & rurſus dari poteſt ſervitus urbana, quæ continuam poſſeſſionem non habet: Sunt igitur rationes quales quales recepti & explorati Juris, cujus origo diligentius quærenda eſt. Secundo ſervitutes ruſticas uſucapi potuiſſe, probat inſignis locus M. Tullii in *Oratione pro Cæcina*, qui uſucapionem tam in fundo, quam in ſervitutibus ruſticis locum habuiſſe liquido oſtendit his verbis; *fundus à patre relinqui poteſt; at uſucapio fundi, hoc eſt, finis ſollicitudinis ac periculi litium, non à patre relinquitur, ſed a legibus: Aquæductus, hauſtus, iter, actus, a patre; ſed rata auctoritas harum omnium rerum à Jure Civili ſumitur*; cum enim aït, *auctoritas*, utitur notiſſimo legis XII. Tab. verbo, quo uſucapio deſignatur. Lex XII. Tab. ſcripta fuit de fundo, ut eſt notiſſimum, ſed tracta fuit ad ædes, & ad ſervitutes, tam ruſticas quam urbanas, interpretatione Prudentum, & hoc eſt opinor, quod aït M. Tull. *uſucapionem fundi dari legibus, uſucapionem ſervitutum Jure Civili*, ſervitutes enim, quamvis vere non poſſideantur, quia ſunt incorporales, tamen quaſi poſſidentur & facile fuit in quibuſdam ruſticis (quæ natura ſui intermiſſionem habent, ut loquitur *lex 13. ff. de uſufr. legato*) fingere continuationem poſſeſſionis vel quaſi poſſeſſionis, quemadmodum perpetuo & aſſidue cadere fingitur aqua de cœlo, etſi id non ſemper fiat, in *l. foramen infr. de ſervit. urban. præd.* Tertio, ſi ſervitutes ruſticæ biennio non utendo amittuntur, quid vetat, eas eo tempore capi poſſe? Imo, quia uſucapi potuerunt biennio, ideo receptum fuit, eas amitti poſſe biennio; & hujus veteris uſucapionis certiſſima veſtigia remanere in ſervitute ruſtica obſervo ex ſententia Pauli, quæ extat *lib. 1. Sentent. tit. de ſervitut. §. ult.* nam, poſtquam Paulus docuit, amitti ſervitutes ruſticas non utendo ſine ullo facto ejus, qui ſervitutem debet, a quo uſucapi non poteſt libertas, *quia* inquit Paulus, *uſucapi non poteſt libertas earum ſervitutum, quæ non utendo amittuntur.* Subjicit deinde ſervitutes quidem ruſticas biennio omiſſas intercidere, ſed biennio uſurpatas recipi: Verba Pauli hæc ſunt: *Servitus hauriendæ aquæ vel deducendæ biennio omiſſa intercidit, & biennio uſurpata recipitur.* Quæ ita recte Anianus vetus Interpres expoſuit: *Uſus hauriendæ aquæ vel ducendæ, ſi biennio deſtiterit, non utendo perit, & ſi iterum biennio in uſum reducta fuerit, biennio recipitur.* Quod autem Paulus aït, *omiſſam biennio*, hoc de continuo, & abſoluto biennio accipiendum eſſe quis non videt? computatione ſcilicet facta, ut fieri ſolet in uſucapione, quæ non perficitur, niſi quis poſtremum diem biennii attigerit *l. in uſucapione ff. de uſurpation. & uſucap. l. penult. ff. de perpetuis & temporal. præſcript.* & quemadmodum quis non poteſt videri cepiſſe, ni hoc tempus impleverit, ita non poteſt videri amiſiſſe ante tempus conſtitutum, & ſufficit ſervitutem uſurpare, antequam tempus præſtitutum omnino perficiatur: Finge, decem tantum dies ſupereſſe, vel quatuor, vel quinque, inſtare denique amiſſionem ſervitutis, ſed ante finitum tempus, ante momentum illud, quo tempus præſtitutum perficitur, aliquem uſum fuiſſe debita ſervitute per tempus illud, quod deeſt ad perficiendam amiſſionem, an hoc caſu dicendum eſt, uſurpationem factam intra tempus illud non poſſe amiſſionem interrumpere, nec recipi ſervitutem, niſi forte ab eo tempore, quo cœpit interrumpere, biennium integrum impleverit, ut vult Cujacius? quod plane pugnat cum ratione Juris, & ſenſu communi; nam nec ante tempus perfectum amiſſa videri poteſt, nec aliud tempus neceſſarium eſt ad retinendam ſervitutem, quia ſufficit, eam uſurpari intra tempus quo amitittur. Cæterum manifeſta verba Pauli cavillare non poſſumus: Aït *biennio admitti*, ergo neceſſe eſt, biennium illud perfici, ſine uſu ejus, qui ſervitutem habet, antequam amiſſa dicatur: Et rurſus Paulus aït, *recipi uſurpatam biennio*, ſi recipitur, ergo fuit amiſſa; & ita paſſim in his libris locis notiſſimis quis dicitur *recipere* amiſſam perſonam, dignitatem, libertatem, civitatem, priſtinum jus. Et valde notanda eſt differentia inter ſervitutes ruſticas & urbanas, quam haurio ex vera interpretatione *dict.* ſententiæ Pauli: Notiſſimum eſt ex *l. 6. infr. de ſervit. urb. præd.* ſervitutes ruſticas amitti non utendo ſine ullo facto ejus, qui ſervitutem debet, quod & ſupra ex eodem Paulo docui, ſervitutes vero urbanas non omnino perire non utendo, ſed ita, ſi vicinus ſimul libertatem uſucapiat; difficilius igitur amittuntur urbanæ, nam ſi ædes tuæ ædibus meis ſerviant, ne altius tollantur, ne luminibus mearum ædium officiatur, ut in *d. l. 6.* & ego per ſtatutum tempus ædes meas præfixas habuero, ita meum jus amitto, ſi tu per hoc tempus ædes tuas ſublatas habueris; ruſticæ facilius amittuntur, ſed in hoc relevantur, quod non fuit obſervatum, ut amiſſæ non utendo biennio rurſus uſurpatæ, id eſt, in uſum reductæ eodem tempore recipiantur; & hoc eſt, quod Paulus diſertis verbis dixit in *d. ſententia*: Differentiæ ratio perſpicua eſt; ruſticarum libertas, ut idem Paulus docet, uſucapi non poteſt, ideoque, quamvis amiſſæ ſint non utendo biennio, ſi tamen is, qui ſervitutem ruſticam debet, poſt abſolutum biennium rurſus patitur, eum, qui ſervitutem amiſit, eadem ſervitute eodem tempore uti, recipitur & redintegratur ſervitus amiſſa, cujus ſcilicet libertas uſucapta non eſt, quia non potuït uſucapi; urbana vero libertas uſucapitur, nec niſi uſucapta libertate amittitur, ſed ſi amiſſa ſit, non recipitur: difficilius igitur amittitur urbana, ſed ſemel amiſſa nunquam recipitur, & contra ruſtica facilius amittitur, ſed eadem facilitate recipitur iterum uſurpata: Ex hoc igitur loco diligenter & fideliter explicato, concludere licet, receptam fuiſſe ſervitutis ruſticæ uſurpationem, quæ uſurpatio, ſi verum amamus, nihil aliud eſt, quam nova quædam uſucapio ſervitutis amiſſæ, & *uſurpatio* potius dicitur, quam *uſucapio*, quia uſu recipitur jus, quod quis antea habuit, quod tanquam ſuum

quiſque

quiſque uſurpare videtur, quaſi non ſit penitus amiſſa ſervitus, cujus libertas non potuit uſucapi, quod ſi amiſſa, recipi potuit biennio, id eſt iterum acquiri quaſi poſſeſſione biennii: Præſtat hæc acquiſitio non leve argumentum, ex quo inferre licet, non obſtare uſucapioni ſervitutum ruſticarum quales quales rationes, quibus Paulus utitur in hac lege. Ex his apparet temere non eſſe admittendam ſententiam Dom. Cujacii, ſervitutes ruſticas nunquam uſucapi potuiſſe. Quod autem idem Vir præſtantiſſ. ſecundo loco ait, legem Scriboniam nominatim ſuſtuliſſe uſucapionem ſervitutum urbanarum, quam moribus deinde comprobatam eſſe cenſet, & mixto jure fieri, ne ſervitutes urbanorum prædiorum uſucapiantur, *quod enim*, inquit, *lege ſit moribus comprobata, mixto jure ſit*, ex loco Pauli *ſupr.* notato, id quoque perſpicuis argumentis impugnandum ſuſcipio. Primo obſervandum eſt, veriſſimum eſſe, quod acute animadvertit, verba, quibus Paulus in hac lege utitur, ut doceat, uſucapionem ſervitutum urbanarum eſſe ſublatam, aperte deſignare Jus moribus receptum. *Idem*, inquit Paulus, *in ſervitutibus urbanis obſervatur*, & apertius Ulp. in *l.* 10. §. 1. *ff. de uſurpat. & uſucap. hoc Jure*, inquit, *utimur, ut ſervitutes per ſe nuſquam longo tempore capiantur*, id eſt uſucapiantur, qui locus, quia de ædificiis loquitur, accipiendus eſt de ſervitutibus urbanis, in quibus magna dubitatio fuit, & notanda ſunt hæc verba: *hoc Jure utimur*, quæ plerumque ſignant, jus fuiſſe controverſum, quod deinde uſus, & tritura fori certum fecit, ut in *l.* 1. § *ult. junct. l.* 2. *D. de acquir. vel amit. poſſeſſione*, cum ſimilibus. Recte igitur colligit Cujac. jus hoc, quo obtinuit, ſervitutes urbanas non poſſe uſucapi, fuiſſe moribus receptum; ſed quia *lex* 4. §. *ult. ff. de uſurpat. & uſucap.* id tribuit legi Scriboniæ, hoc ita exaudiendum eſſe cenſet, ut quod lege Scribonia nominatim conſtitutum fuit, deinde uſu frequentatum atque receptum, mixto jure videatur inductum, lege ſcilicet nominatim hac de re ſcripta, & uſu deinde, qui legem admiſit & confirmavit. Sed qood pace magni viri dictum ſit, videtur huic ſententiæ duplex ineſſe error. Primum, hoc valde novum & inauditum eſt, id, quod lege quadam inductum eſt primum, quæ deinde uſu recepta ſit, dici fieri *lege & moribus*: hoc ſi admittimus, non in lege Scribonia ſingulare erit, ſed commune erit cuilibet legi, quæ in Republica obtineat & recepta ſit, quod videtur ridiculum: imo jus, quod *lege* inductum eſt, opponitur juri *moribus* recepto in *l.* 8. *ff. de ritu nuptiarum: hoc Jus*, inquit, *moribus, non legibus introductum eſt*: Scio jus, quod moribus primum inductum eſſet, lege poſtea lata aliquando confirmari, ut pleraque tranſlata eſſe conſtat ex moribus antiquis Populi Romani in leges XII. Tab., & hoc ſenſu Modeſtinus aït in *l.* 4. *ff. de vulgari & pupillari ſubſtitutione. Jam hoc Jure utimur ex Conſtitutione D. Marci, ut qui in alterum caſum ſubſtituit, in utrumque ſubſtituiſſe intelligatur*; ante Conſtitutionem D. Marci hoc jus fuiſſe receptum moribus neceſſario colligitur ex §. *ſeq.* ubi Juriſconſultus aït, hoc jus tractum fuiſſe ad reciprocam Conſtitutionem D. Pii, ergo obtinuit ante D. Marcum, quia D. Pius antiquior eſt D. Marco: eodemque exemplo tolerabilis eſſet ſententia, ſi quis diceret, mores primum ſuſtuliſſe uſucapionem ſervitutum urbanarum, & hoc jus poſtea lege Scribonia confirmatum fuiſſe; moreſque præcedentes lex ſequens dubitationis tollendæ cauſa ſæpius confirmat, & recte hoc caſu tribuere licet idem jus legi & moribus. E contra quoque præcedentem legem, quæ de certo caſu nominatim lata eſt, mores & interpretatio Prudentum trahere ſolent ad ſimiles caſus; ſic lex Voconia, quæ de ſucceſſione teſtamentaria fœminarum tantum loquebatur, tracta fuit ad ſucceſſionem ab inteſtato moribus, *medio Juriſprudentia*, ut Juſtin. loquitur §. 3. *Inſt. de legit. agnator. ſucceſſione*, & hoc eſt, quod Paulus aït, hoc fieri *Jure Civili, Voconiana ratione*, ſic enim ille locus reſtituendus eſt. Lex quoque Falcidia, quæ de legatis primum lata fuit, tracta deinde fuit ad fideicommiſſa, & in omnibus quarta deduci dicitur *ex lege Falcidia in l. in quartam ff. ad l. Falc.* quamvis in fideicommiſſis particularibus jus hoc *moribus* inductum videatur ratione Falcidiana, ut colligere licet ex *l.* 1. §. *Marcellus verſ. hodie D. ſi cui plus quam per legem Falc.* His igitur duobus caſibus recte quid fieri dicitur *lege & moribus*: Primo caſu lex nominatim conſtituit id, quod jam mores induxerant: Secundo mores legem imitantur & trahunt ad ſimiles caſus, ſed hoc vel illo caſu nulla fingi poteſt mixtura juris. Vis videre quam hoc verum ſit: Primo caſu lex confirmat ſimpliciter id, quod mores induxerant; ergo jura non commiſcentur inter ſe, ſed idem & merum jus remanebit poſt confirmationem: Secundo caſu lex trahitur moribus ab uno caſu ad alium ſimilem; nulla igitur eſt confuſio juris, ſed idem jus obtinet in caſibus ſimilibus, quod obtinebat in caſibus nominatim lege definitis: non poteſt igitur dici his omnibus modis, id mixto jure fieri, quamvis admittas ſententiam Domini Cujacii, quæ vult legem moribus confirmari; nam, ſi mores ſimpliciter legem confirmant, quæ mixtura vel confuſio fingi poteſt, ut aliquid fieri dicatur mixto jure. Duo diverſa jura commiſcentur ſimul & confunduntur, ut jure mixto aliquid inducatur; ſic Julianus duobus diverſis capitibus legis Vellejæ commixtis reſpondere dicitur in caſu difficili propoſito in *l. Gallus* §. *ille caſus ff. de liberis & Poſth.* & teſtimonium, quo Dominus Cujac. utitur, hanc interpretationem plane confirmat; ait Paulus *injuriarum actionem aut lege, aut moribus, aut mixto Jure eſſe introductam*: lege ſcilicet XII. Tab. de famoſis carminibus, membris ruptis, & oſſibus fractis qualecunque pro qualitate ſua arbitrio judicis æſtimatur; mixto jure ex lege Cornelia, quoties quis pulſatur verberaturve vel cujus domus introïtur: Cur *mixto Jure* ex lege Cornelia his caſibus agi dicitur, an quia lex Cornelia fuit moribus confirmata? minime, ſed quia, ut colligitur ex lege Cornelia, & ex *l. conſtitutionibus* §. 1. *ff. de injuriis*, ex lege Cornelia datur actio tribus caſibus lege comprehenſis condemnatione æſtimatione judicis facienda, quod poſtremum quis non videt ſumptum eſſe ex actione moribus introducta, in qua factum arbitrio judicis æſtimatur: mixto jure igitur actio injuriarum certis caſibus ex lege Cornelia conſtitui dicitur, quia cum jure, lege Cornelia certis caſibus introducto, mixtum fuit jus moribus inductum, ut arbitrio judicis æſtimatio fiat, quia actioni ea lege Cornelia inductæ ineſt æſtimatio moribus inducta; ſic mixtum imperium dicitur, cui Juriſdictio ineſt in *l.* 3. *de Juriſdictione omn. jud.* hanc juris mixturam poſſum variis exemplis confirmare, ſed hæc ſufficiant, ut ſtudioſis conſtet, nulla in parte ſententiam Domini Cujacii conſiſtere poſſe.

• • • • • • • • • • • • • • • •

Sed quæritur, quæ ſit definitio hujus vetuſtatis, nam *lex* 5. §. *ductus ff. de aqua quotidiana & æſtiva*, vetuſtatem deſiderat, quæ memoriam hominum excedat; & varie in Jure accipitur longum tempus

pus & longa conſuetudo, ut Cujac. docet in *Paratitl. C. tit. quæ ſit longa conſuetudo.* Exiſtimo, hoc primum poſitum fuiſſe in arbitrio Prætoris, an tempus, quo quis contendebat ſe uſum fuiſſe ſervitute, ſufficeret ad inducendam conſuetudinem longam, quod innuere videntur Ulp. verba in *d. l. ſi quis diuturno*, 10. *pr. D. ſi ſerv. vind.*, *ſe uſum forte per annos tot*, non aït per decem vel viginti annos; ut igitur tempus arbitrarium, quia poſitum fuit in cognitione Prætoeis, an vetuſtas ſatis longa eſſet ad hoc jus conſtituendum; ſed poſtquam introducta fuit præſceiptio 10. vel 20. annorum conſtitutionibus Principum *l. dolia* §. 1. *de contrah. emptione*, id eſt, poſtquam conſtitutum fuit, præſcriptionem longi temporis acquiri 10. vel 20. annis, in ſervitutibus idem tempus ſufficere Principes quoque reſcripſerunt *d. l.* 1. & 2. *C. de ſervitut. & aqua*, & ita Paul. *lib. V. ſentent.* in regula Juris *tit. de re judicata*, quæ vult poſt longum ſilentium rem judicatam in judicium deduci non poſſe, longum tempus computandum eſſe cenſet exemplo longæ præſcriptionis reſcriptis Principum inductæ: Et quamvis in hac præſcriptione longi temporis, Conſtitutionibus introducta, titulus neceſſarius ſit, ut Cujac. docet in *Paratil. C. tit. de præſcript. longi temp.* retinent tamen ſervitutes hoc ex Jure Prætorio, ut in his non ſit neceſſe docere de titulo, *d. l. ſi quis diuturno* & *d. l.* 1. *C. de ſervit. & aqua.* recte igitur docet Cujac. & præſcriptionem 10. & 20. annorum & vetuſtatem longiorem vicem obtinere jure conſtitutæ ſervitutis, vetuſtatem jure Prætorio, præſcriptionem 10. vel 20. annoeum ex Conſtitutionibus; & ita hæc jura ſunt ſeparanda & diſtinguenda. Reſtat, ut conſtituamus, utrum hodie transformata uſucapione recte dici poſſit, ſervitutes, quæ poſt legem Scriboniam decemvirali uſucapione non potuerunt uſucapi, *hodie uſucapione Juſtiniani uſucapi poſſe, quod cum Cujacio in *d. l.* 4. §. 1. *de uſurpation.* paſſim docti viri admittunt, & confirmari poteſt ex ipſa *l. unica C. de uſucap. transform.* ubi nominatim Juſtinianus aït, transformationem ſuam locum habere in rebus, quæ immobiles ſunt, vel eſſe intelliguntur; at ſervitutes immobilium jure cenſentur, & pro immobilibus habentur; ergo & in his uſucapio Juſtinianea procedere poteſt: Sed contraria ſententia placet magis, quam & tandem placuiſſe Cujacio ſtudioſus facile animadvertere poteſt, ſi diligenter excutiat ea, quæ idem Vir magnus ſcripſit in *Paratitlis C. tit. de præſcript. longi temp.* Moveor hac validiſſima ratione, quia hæc videtur fuiſſe doctiſſimi Triboniani mens in *d. l.* 10. §. 1. *de uſurpat. & uſucap.* ubi manifeſto Ulpiani verba immutavit, quod & Cujac. erudite obſervat; ſed an ideo nobis licet Tribonianum, in quem ipſe tot laudes congicit in *Præfatione Paratitlorum, Cod.*, inſimulare imperitiæ & ſtultitiæ, *Hoc Jure utimur*, inquit, *ut ſervitutes nuſquam longo tempore capiantur:* hoc falſum eſt, ſi dicimus, ſervitutes uſucapi uſucapione Juſtinianea: Concludamus igitur, non poſſe longo tempore capi, id eſt uſucapi, ſed longo tempore acquiri, ut de ſuperficiariis & emphyteuticariis prædiis initio diximus *d. l. ult.* in rebus quæ immobiles eſſe intelliguntur, hoc dicendum eſſe, procedere in mancipiis, quæ prædiis adhærent, in reditibus certis, *l.* 3. *de diverſ. & temporal. præſcript. L. Jubemus C. de Sacroſanct. Eccleſiis*, in panibus civilibus, qui junguntur ædibus, in *l. hereditatis* 12. *C. de heredib. inſtituendis*, *l. ult.* §. *præterea C. de Jure dotium*, *l.* 1., 11., 12., & 13. *C. Theodoſ. de annonis civilib.* Hæ igitur ſunt res, quæ pro immobilibus habentur, in quibus ſuum locum poteſt uſucapio Juſtinianea habere, non in ſervitutibus, de quibus hoc nullo loco proditum eſt: manet igitur jus vetus, ſervitutes hodie non uſucapi, ſed longo tempore acquiri. Ut autem ſtudioſus in numerato teneat origines, finem, & progreſſum hujus juris, hæc ſumma capita tractanda ſunt, quibus comprehendo ea omnia, quæ jam a me ſatis ſupra notata ſunt. Primo, vetuſtiſſimo Jure Civili ſervitutes tam ruſticas quam urbanas biennio uſucapi potuiſſe; Secundo, ſed quia uſucapio biennii ſine titulo non procedebat, jure Prætorio finiendarum litium cauſa longam conſuetudinem & vetuſtatem etiam ſine titulo queri cœpiſſe, ut, in quibus non procedebat uſucapio, at longa conſuetudo vicem conſtitutæ jure ſervitutis obtinuerat. Tertio, Legem Scriboniam poſt jus illud tam Jure Civili quam Jure Prætorio conſtitutum latam videri, & ſuſtuliſſe nominatim uſucapionem ſervitutum ruſticarum. Quarto, ſed tractam deinde fuiſſe moribus & interpretatione ad ſervitutes urbanas. Quinto, uſucapione ſervitutum lege ſublata, remanſiſſe longam conſuetudinem jure Prætorio introductam. Sexto, tempus, quo longa conſuetudo perficitur, primum arbitrarium fuiſſe & poſitum in cognitione Prætoris. Septimo, ſed inducta Conſtitutionibus Principum præſcriptione decem vel viginti annorum, ad hujus præſcriptionis exemplum tempus definitum fuiſſe, & ita ſervitutes non uſucapi ſed longo tempore acquiri, quod jus & hodie remanet, transformata uſucapione Juſtinianea.

Ad L. XV. princ. Pomponius Lib. 33. ad Sabinum.

Quotiens nec hominum nec prædiorum ſervitutes ſunt, quia nihil vicinorum intereſt, non valet, veluti, ne per fundum tuum eas, aut ibi conſiſtas; & ideo, ſi mihi concedas, jus tibi non eſſe fundo tuo uti frui, nihil agitur; aliter atque ſi concedas mihi, jus tibi non eſſe in fundo tuo aquam quærere, minuendæ aquæ meæ gratia.

Ad L. XIX. Labeo Lib. 4. Poſteriorum à Javoleno Epitomatorum.

Ei fundo, quem quis vendat, ſervitutem imponi, etſi non utilis ſit, poſſe exiſtimo; veluti, ſi aquam alicui dedere, ducere non expediret, nihilominus conſtitui ea ſervitus poſſit; quædam enim debere, habere poſſimus, quamvis ea nobis utilia non ſunt.

OMiſſis Interpretum magis perſpicua ſententia harum legum hæc eſt. In lege *quotiens* 15. paciſcitur quis contra naturam ſervitutum, quæ Jure Civili introductæ ſunt, ut prædia perſonis vel prædia prædiis ſerviant; at in exemplis in *d. l. quotiens* propoſitis nullam utilitatem percipere poſſunt prædia vel perſonæ; v. g. nunquam hoc utile poteſt eſſe prædio vel perſonæ, ſi vicinus in prædio ſuo non conſiſtat vel utatur prædio ſuo, idcoque ex tali conventione nulla obligatio perſonalis naſci poteſt, quæ tamen aliquando admittitur, quamvis nulla ſervitus prædialis vel perſonalis conſtituta ſit, ut in caſibus ſupra notatis ad *l. ut pomum* 8. & hoc eſt quod hoc loco Juriſconſultus aït, *nihil agitur*, id eſt, fruſtra omnino ſunt, qui ita paciſcuntur, nam nec ſervitus perſonalis vel realis conſtituta cenſetur, nec naſcitur obligatio perſonalis, quæ contrahentes obligare poſſit; at in ſpecie *l. ei fundo*, 19. ſervitus aquæ ducendæ ſervitus eſt Jure Civili recepta: ſed quæritur, an recte conſtituta cenſeatur, ſi forte prædium, cui acquiritur, aqua non egeat, ſit prædium uliginoſum, quod pluvio Jovi ſupplicare non ſolet: Hoc Sabiniani negaſſe videntur, quia ſervitutes utilitatis cauſa receptæ ſunt, hæc autem ſer-

vitus

vitus eſt prædio inutilis, ergo non recte conſtituta videtur; ſed Proculeiani contra, quorum princeps Labéo fuit auctor hujus legis, hi enim contra contendebant, aquam ducere licere non ad irrigandum tantum, ſed & ad amœnitatem, ut colligere licet ex *l. 3. de aqua quotid. & æſtiva*, ubi Pomponius docet, prævaluiſſe Proculeianorum ſententiam. *Hoc jure*, inquit, *utimur*. Denique in caſibus propoſitis in *d. l. quotiens*, is qui paciſcitur, ne vicinus in prædio ſuo conſiſtat, ne utatur prædio ſuo, ex hac conventione nihil habet; & qui aquam habet, quamvis prædio inutilem, aliquid habet; habet enim aquam, quæ plurimum ad amœnitatem prædii conferre poteſt: denique, ut eleganter Labeo dicebat, quædam habere poſſumus, etſi nobis utilia non ſint.

Ad §. 1. dict. Leg. XV.

§. 1. *Servitutum non ea natura eſt, ut aliquid faciat quis (veluti viridia tollat, aut amœniorem proſpectum præſtet, aut in hoc, ut in ſuo pingat) ſed ut aliquid patiatur, aut non faciat.*

PRoponitur in hoc paragrapho regula Juris, ſervitutum non eam eſſe naturam, ut qui ſervitutem debet, teneatur facere aliquid, ſed pati tantum, aut non facere, ut in *l. 18. §. 1. ff. ſi ſervit. vindicetur*: Sed in exemplis tribus in hac lege propoſitis explicandis hærent viri Eruditiſſimi. Primum hoc eſt, non teneri poſſe eum, qui ſervitutem debet, ut aliquid faciat, *puta* inquit, *ut viridia tollat*, id eſt ſilvas vel viridaria, quæ quamvis amœnum proſpectum præſtent, poſſunt tamen obſtare proſpectui, *l. ædificia ff. de ſervit. urb. præd.* & diſtinguendum eſt inter *amœnum* proſpectum & *liberum*, *l. inter ff. eod.* non poteſt igitur ita conſtitui ſervitus, ut quis teneatur liberum proſpectum præſtare ſublatis viridariis, ut teneatur viridaria tollere liberi proſpectus cauſa; hoc enim eſt contra naturam ſervitutum, ut quis teneatur facere aliquid; non poteſt quoque teneri vice verſa, amœnum proſpectum præſtare, quod eſt ſecundum exemplum; *aut amœniorem proſpectum præſtet*, quo loco non eſt mutanda lectio cum Cujac. qui ſublata littera, *a*, legendum eſſe cenſet, *ut amœniorem proſpectum præſtet*, male, nam hoc ſecundum exemplum opponitur ſuperiori, quod eſt de *libero proſpectu*; *amœnus* autem *proſpectus* hic eſt poſitis viridariis plantata ſilva, ut in *l. ſi quando §. 1. ff. ſi ſervitus vindicetur*, quem amœnum proſpectum ſummæ curæ fuiſſe veteribus Vitruvius docet *de Archit. lib. 6. c. 6.* & vetus Interpres Horatii Acron in illum locum (*jam pauca aratio jugera moles relinquerint. Ædificia*, inquit, *latius porrigendo vel captando amœnitatis proſpectus tueri agros arationibus defuturos*,) denique ſublata viridaria *liberum proſpectum* præſtant, poſita viridaria *amœnum*, ut in Senecæ *controverſia*, juncta *lib. 1. quinti. Eadem arbor quæ amœnum proſpectum præſtabat pauperi, obſtabat libero proſpectui divitis.* Tertium exemplum, *ut in ſuo pingat*, non reperio quoque explicatum; nam quod de lumine pictori neceſſario Dominus Cujac. comminiſcitur, nugatorium eſſe quis non videt. Perſpicua ſententia hujus loci hæc eſt, non poſſe teneri aliquid in ſuo pingere, in parietibus ædium ſuarum collocare picturas, ut amœnum proſpectum præſtet vicino; amœniorem enim eſſe proſpectum picturis poſitis colligere licet ex his, quæ Conſtantinus Harmenopulus ſcripſit in *Prompt. lib. 2. c. 4.* ubi inter ſpecies amœni proſpectus recenſet proſpectus picturarum publicarum in urbe Conſtantinopolitana: Denique hæc tria verba, in tribus exemplis propoſitis, *tollat*, *præſtet*, *pingat*, perſpicue referenda ſunt ad eum, cui imponitur ſervitus, non ad eum, cui deberi poteſt; ſunt enim exempla regulæ, ut is, qui ſervitutem debet, non teneatur aliquid facere, puta *viridia tollere*, *amœnum proſpectum præſtare*, *in ſuo pingere*; hæc tamen regula vitium patitur in ſervitute oneris ferendi, ut nominatim traditum eſt in *l. cum debere inſr. de ſervitutib. urban. præd.* hoc etiam efflagitat neceſſario natura hujus ſervitutis.

Ad L. XVI. JULIANUS Lib. 49. Digeſtorum.

Ei, qui pignori fundum accepit, non eſt iniquum, utilem petitionem ſervitutis dari, ſicuti ipſius fundi utilis petitio dabitur. Idem ſervari convenit & in eo, ad quem vectigalis fundus pertinet.

DAT Julianus creditori utilem vindicationem ſervitutis debitæ fundo pignori appoſito, hac ratione, quia, inquit, utilem petitionem fundi habet, quaſi Servianam ſcilicet vel hypothecariam, quam conſtat eſſe actionem in rem & vindicationem *l. pignoris D. de pignorib.* Dabat idem Julianus utilem vindicationem ſervitutis fructuario, quæ tamen ſententia non obtinuit, *l. 1. D. ſi uſusfructus petatur*, *l. 1. de remiſſion.* quia fructuarius non poteſt fundum vindicare, petit enim tantum uſumfructum actione confeſſoria, ergo non poteſt vindicare ſervitutem debitam fundo: Sed quæritur ab Accurſio, an actiones utiles, quæ dari dicuntur in hac lege creditori, ideo dicantur *utiles*, quia comparatæ ſunt ad inſtar & exemplum directarum, ut loquitur lex *in honorariis de obl. & act.* & cenſet Accurſius hoc loco, *utiles* dici actiones, quia efficaces ſunt, ut in pleriſque Juris locis *utilis* actio dicitur ipſa directa, quæ in caſu propoſito locum habere poteſt, ut in *l. ſi mandavero §. interdum*, & *§. is qui*, *D. mandati*, & in *l. pater*, *de dot. præleg.* in *l. Titio*, *de cond. & dem.* in *l. ſtipulatio §. ſi is qui inſulam* & *in l. qui ſervum de verbor. oblig.* quo tamen ſenſu actiones *utiles* in hac lege non dicuntur; ipſam enim hypothecariam nemo eſt, qui neſciat, actionem eſſe utilem, comparatam ad inſtar Servianæ actionis, & *utilis* quoque vindicatio dicitur dari creditori, quia directa tantum competit domino, *l. 1. ſi ſerv. vindicetur*: hoc autem veriſſimum eſſe convincit exemplum, quo Julianus utitur, utilem quoque vindicationem ſervitutis dandam eſſe emphyteuticario, quem conſtat habere tantum utilem actionem in rem, non directam *l. 1. D. ſi ager vectigalis vel emphyteuticarius petatur.*

Ad L. XVIII. PAULUS Lib. 31. Quæſtionum

Papiniani notat: In omnibus ſervitutibus, quæ aditione confuſæ ſunt, reſponſum eſt, doli exceptionem nocituram legatario, ſi non patiatur eas iterum imponi.

NON potuit ſententia hujus legis olim procedere in legatis per vindicationem, in quibus recta vis dominium rei legatæ à teſtatore tranſit ad legatarium, *l. à Titio infra de furtis*, ſed ponit habere locum in legatis per damnationem, de quibus dixi ſupra in *l. ſi cui ſimplici:* hodie, ut recte Accurſius, locum tantum habet in legatis conditionalibus. His cognitis finge, prædium Titii mihi ſerviebat, Titius me heredem inſtituit, & prædium, quod ſerviebat mihi, legavit Sempronio per damnationem ſecundum jus vetus, ſub conditione ſecundum jus novum, & me heredem inſtituit, adita eſt à me hereditas Titii, & ita aditione ſublata eſt ſervitus, quam mihi debuit prædium legatum Sempronio, cujus cœpi eſſe dominus,

Digitized by Google

minus, nemini enim res ſua ſervit, *l. in re communi D. de ſervit. urb. præd.* aditione & confuſione ſervitus extinguitur *l. 2. §. penult. de hered. vel actione vend.* hoc caſu æquum eſſe cenſet Paulus, dari mihi exceptionem doli mali adverſus Sempronium legatarium, qui exiſtente conditione fundum legatum petit; hujus exceptionis beneficio hoc conſequi debeo, ut, antequam tradam fundum Sempronio, teneatur Sempronius iterum conſtituere extinctam confuſione & aditione ſervitutem.

Ad L. XX. Javolenus Lib. 5. ex Poſterioribus Labeonis.

Quotiens via, aut aliquod jus fundi emeretur, cavendum putat eſſe Labeo, per te non fieri, quominus eo jure uti poſſit, quia nulla ejuſmodi juris vacua traditio eſſet. Ego puto, uſum eum juris pro traditione accipiendum eſſe; ideoque & interdicta veluti poſſeſſoria conſtituta ſunt.

CEnſet Labeo, remedio cautionis adhibito quodammodo tradi poſſe ſervitutem venditam, quæ naturaliter tradi non poteſt, eſt enim jus incorporale, quam ſententiam Javolenus notat, & exiſtimat, uſum & patientiam haberi pro traditione vacuæ poſſeſſionis, & ſervitutem quodammodo poſſideri, quia de ſervitute dantur interdicta poſſeſſoria notiſſima: videntur autem Proculeiani hunc Javoleni modum, quo ſcilicet procedere poteſt traditio ſervitutis, etiam agnoviſſe, ut colligere licet ex *l. Proculus D. de uſufr.* quæ continet elegans conſilium, quo Proculus docet, duobus modis legatarium cogi poſſe inſulæ legatæ imponere ſervitutem, quæ inſulæ hereditariæ debeatur. Primus eſt, ut inſulæ, quam legat teſtator, & quam vult ſervire inſulæ hereditariæ, uſumfructum legatario relinquat ſub conditione præſtandæ cautionis, quam Labeo in hac noſtra lege propoſuit, quod ita exaudiendum eſt, ut proprietas inſulæ, quam ſervire vult hereditariæ, cenſeatur legata pure, uſusfructus vero ſub conditione præſtandæ cautionis, qua ſcilicet ceditur & conſtituitur ſervitus, ut, quemadmodum Prætor mittit in poſſeſſionem ædium vitioſarum vicinum, ut tædio poſſeſſionis extorqueat cautionem, *toto tit. de damno infecto*, ita ex proviſione teſtatoris uſusfructus inſulæ legatæ remaneat penes heredem ſeparatus à proprietate, ſi forte legatarius non præſtet cautionem; hoc autem fingi non poteſt, ſi dicamus, proprietatem ipſam fuiſſe legatam ſub conditione præſtandæ ſervitutis, quia ante conditionem impletam non poteſt acquiri legatum, hanc autem conditionem legatarius implere non poteſt, quia alienæ rei, id eſt, inſulæ legatæ ſub conditione non poteſt imponere ſervitutem; & ita ridiculum eſt conſilium Proculi, ſi proprietas relicta ſit ſub conditione impoſſibili, quæ in teſtamentis pro nulla habetur, *l. 1. D. de condi. tionib. inſtitutionum l. 3. D. de conditio. & demonſt.* Secundus modus hic eſt, ut non ſub conditione, ſed ad certam conditionem, aut ad certum tempus relinquat legatario uſumfructum inſulæ legatæ, ut, ſi forſitan non patiatur legatarius heredem uti ſervitute luminum, id eſt, ſi inſulam legatam altius tollat, uſusfructus redeat ad heredem, quæ omnia in uſumfructum cadere poſſe conſtat ex *l. 4. de uſufr.* Nec ante Juſtin., id eſt, ante *legem ult. C. de legatis*, hoc fingi potuit in proprietate, quæ ad certum tempus vel ad certam conditionem legari non potuit, *l. nemo de legat. 1.*

JANI A COSTA,

JCTI ET ANTECESSORIS TOLOSANI,

PRÆLECTIO

IN TITULUM CODICIS,

EX DELICTIS DEFUNCTORUM IN QUANTUM HEREDES CONVENIANTUR.

Ad L. unic. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Macedoni.

Poſt litis conteſtationem eo, qui vim fecit, vel concuſſionem intulit, vel aliquid deliquit, defuncto: ſucceſſores ejus in ſolidum, alioquin in quantum ad eos pervenit, conveniri, juris abſolutiſſimi eſt: ne alieno ſcelere ditentur. Dat. V. Kalen. Maji, Sirmii, CC. Conſſ. 294.

DOCET ſuperior *tit. de hæredit. action.* hæreditarias eſſe actiones perſonales, quæ ex contractibus vel quaſi ex contractibus naſcuntur, & tranſire in hæredes etiam lite non conteſtata, *ex utraque parte*, ut loquitur *l. ult. D. de fidejuſ. tutor.* id eſt, tam ex parte actoris, quam ex parte rei; poteſt enim agere hæres actoris actione, qua defunctus agere potuit, & vice verſa agitur adverſus hæredem defuncti rei actione, quà defunctus potuit conveniri, non quidem nomine proprio, ut fit in reaſibus actionibus, *l.* 12. §. *ult. D. ad exhib.* ſed hæreditario nomine ex perſona defuncti. Verumenimvero non ſolum agitur in perſonam ex contractibus vel quaſi ex contractibus, ſed etiam ex delictis vel quaſi ex delictis; hæ enim ſunt quatuor ſpecies obligationum perſonalium, §. *ult. Inſt. de oblig.* & hoc eſt quod aït §. 1. *Inſt. de act. Agit unuſquiſque cum eo, qui ei obligatus eſt ex contractu vel ex maleficio, quo caſu*, inquit, (id eſt, in caſu utriuſque obligationis ex contractu vel ex maleficio) *proditæ ſunt actiones in perſonam, per quas intendit, adverſarium ei dare facere oportere, aut aliis quibuſdam modis.* Quæ poſtrema verba, *aut aliis quibuſdam modis*, variè vexata ab Interpretibus, animadverto omnino referenda eſſe ad actiones, quæ dantur ex delictis vel quaſi ex delictis, id eſt, ad alterum membrum propoſitæ diviſionis. Ex contractibus vel quaſi ex contractibus agitur hac notiſſima formula, *dare facere oportere*, in qua *faciendi* verbum reddendi, præſtandi, reſtituendi cauſam continet, *l. faciendi D. de verborum ſignif.* quam conſtat ad hanc formulam pertinere, juncta *l. pen. D. de cond. cauſa data*, quæ eſt ex eodem auctore & libro, ut quod dicitur in *l. ſæpe D. de verb. ſignificatione. Cum dicimus dare facere, quodvis eorum ſufficit probare.* Si enim agatur ex contractibus, quibus non dare, id eſt, dominium transferre, reus tenetur, ſed reddere, vel reſtituere, ut ex commodato & depoſito, ita conjunctim concepta formula omnis obligationis ex contractu vel quaſi ex contractu cauſam continet: Aliquando dicimus ſimpliciter *dare oportere*, nec neceſſum eſt ſubjicere verbum *facere* ex contractibus, quibus non rem noſtram petimus, ſed alienam nobis debitam §. *ſic itaque diſcretis Inſt. de act.* cum ſcilicet regulariter rei debitæ debitor dominus eſt *l.* 1. *D. de liber. leg.* denique ex hac formula intelligitur quid negotii geſtum fuiſſe inter contrahentes, ut loquitur *l. ſi in area D. de cond. indeb.* juncta *l. ſenatus* §. *erga D. de mortis cauſa donat.* Ex his verbis apparet, ex contractu vel quaſi ex contractu reum ad dandum vel faciendum obligatum eſſe. At ex maleficio vel quaſi maleficio, id eſt, ex altera parte diviſionis propoſitæ, cum perſona non eſt obligata ex contractu, agitur *aliis quibuſdam modis*: aliis, inquam, & diverſis modis, quos non potuit in ſumma brevitate enumerare Juſtinianus; nec enim utimur verbis, quæ contractum demonſtrant, non dicimus teneri adverſarium *dare facere*, ſed jam *feciſſe* aut admiſiſſe aliquid, & ex hoc facto, ſeu peccato, ex delicto obligatum eſſe; ſunt enim actiones perſonales, quæ in *l. actionum* §. *ex facto* & in *l. obligamur* §. *ex peccato D. de oblig. & act.* dicuntur eſſe *ex facto vel ex peccato*, quoniam ex eo quis teneri incipit, quod ipſe admiſit, veluti furtum aut injuriam commiſit, rapinam fecit, aut damnum dedit. Eſt igitur intentio longe diverſa à ſuperiori, in qua intendit actor *dare facere*; in hac vero jam aliquid *factum fuiſſe*, ut in *notiſſ. epigr. Mart. lib.* 6. quod pertinet ad formulam actionis furti:

Sed lis eſt mihi, de tribus capellis,
Vicini queror has abeſſe furto,

id eſt, aio vicinum furtum feciſſe. Et hoc eſt quod apertius aït *d.* §. *ex peccato*, *Obligamur ex peccato, cum in facto ſumma quæſtionis conſiſtit*, id eſt, cum quæritur, an aliquid factum ſit, cum intendo, aliquid factum fuiſſe, quod adverſarius negat; *quæſtio* enim *eſt*, id eſt, naſcitur quæſtio, *ex intentione & juſtificatione* rei, ut docet Auctor ad Heren. *l.* 1. & M. Tull. *lib.* 1. *de invent.* ubi recte Marius Victorinus, vetus Interpres Tullii, *quæſtionem* eſſe aït vocem utriuſque partis *feciſti? non feci.* Et hi ſunt modi, quibus agitur ex delicto directo in perſonam, id eſt, nominatim notata perſona, quæ ex delicto obligata eſt, quos in

d. §. 1. Juſtinianus intelligit, & opponit modis, quibus ex contractu agitur, quod miror non fuiſſe obſervatum. Cum igitur agatur in perſonam non ſolum ex contractu & quaſi ex contractu, ſed etiam ex delicto & quaſi ex delicto (ſunt enim actiones perſonales, quæ, ut Theoph. notat, dantur adverſus perſonam, quæ contraxit vel deliquit) recte ſubjicitur præcedenti titulo *de hæreditariis actionibus* hæc quæſtio, an, quemadmodum actiones perſonales, quæ ex contractibus dantur, ſunt hæreditariæ, & tranſeunt à perſona defuncti in perſonam hæredis, ita quoque actiones perſonales, quæ naſcuntur ex delictis, hæreditariæ dici poſſint, an hæres agere poſſit his actionibus hæreditario nomine ex delicto, quod quis admiſit adverſus defunctum, & an hæres ejus, qui delictum admiſit, teneatur has actiones ſuſcipere, vel in quantum teneatur; quæ eſt propria hujus *tit.* quæſtio: Et ex parte quidem actoris hæreditariæ ſunt, quia dantur hæredibus, paucis tamen exceptis, quæ non ob imminutum patrimonium, ſed ob ſolam vindictam dantur; cujuſmodi eſt actio injuriarum, quæ *cauſam doloris agere* dicitur Novella quadam Valentiniani, & nominatim excipitur in §. *ſed hæredibus Inſt. de perp. & temp. act.* cum ſimilibus. Similis eſſe videtur vetus actio de moribus inter maritum & uxorem *l. rei §. ult. D. ſol. matrim.* actio quâ quis donata revocat ob ingratitudinem *l. 7. C. de revoc. donat.* actio in factum, quæ datur adverſus eum, qui parentem vel patronum, ſine venia Prætoris, in jus vocavit *l. penul. D. de in jus vocand.* Hæ enim actiones, quæ vindictæ perſecutionem habent, diſſimulatione defuncti omnino ſublatæ videntur, quaſi injuria remiſſa ſit & condonata ab eo, qui nullam querelam vel actionem inſtituit; nec permittitur hæredi, qui nullam injuriam paſſus eſt, hujus vindictæ perſecutio. Sed, quæ pecuniæ perſecutionem habent, ex parte actoris tranſeunt: aliud obtinet ex parte rei; nec enim tenetur hæres defuncti ex obligationibus, quæ naſcuntur ex delictis vel quaſi ex delictis, lite non conteſtata cum defuncto, niſi in quantum ad eum pervenerit, quo caſu, quod notandum, *calculi potius quam delicti ratione* teneri dicitur *l. in hæredem, l. Sabinus D. de dolo.* & ex mixtis tantum actionibus, quæ rem & pœnam ſimul perſequuntur: actione enim mere pœnali non tenetur, quamvis aliquid pervenerit, *l. 1. D. de priv. delictis.* quod mirum merito videri poteſt: ſi enim ex delictis actiones perſonales competunt, quibus defuncti perſona obligata fuit, quare non tranſit hæc perſonalis obligatio ex perſona defuncti in perſonam hæredis, tanquam ſuccedaneam commodorum & incommodorum defuncti? hæc enim tractatio non ad graviora illa crimina pertinet, quæ publica dicuntur, quia publicam animadverſionem habent, quæ, paucis exceptis, merito in hæredem, qui nihil peccavit, non tranſeunt, etiamſi ex eis lis conteſtata ſit cum defuncto, ſi modo etiam condemnatio ſecuta non fuerit, *l. ex judiciorum D. de accuſat.* ſed ad privata delicta, ex quibus civiliter agitur actionibus civilibus, non criminalibus, *ut in tit. C. quando civilis actio crim. præjud.* has enim ſine atroci & decretorio ſtylo exercemus, ſed eodem ordine agimus in perſonam, quo agimus ex contractibus, licet formula diverſa, vel, ut Juſtin. loquitur, *aliis quibuſdam modis*, ut ſi agatur actione furti, injuriarum, vi bonorum raptorum, damni injuria dati; quibus addere licet actiones quaſi ex maleficio, de quibus *in tit. Inſt. de obligat. quæ quaſi ex delicto naſcuntur*, actionem de dolo, de eo quod metus cauſa, actionem in factum, ex edicto de calumniatoribus, ex edicto de alienatione judicii mutandi cauſa facta, de edendo, arborum furtim cæſarum, & alias ſimiles. De furto plerumque agi criminaliter & extra ordinem Juriſconſultus aït in *l. ult. D. de furtis*, quo jure hodie utimur, ſublatis civilibus pœnis furti manifeſti, & nec manifeſti in quadruplum, & duplum. Et hoc quidem genere ſi agatur, id eſt criminaliter, agi non poſſe adverſus hæredem recte dicere poſſumus exemplo publicorum judiciorum; ſed ſi civiliter agatur, quæ juris ratio aut æquitatis benignitas hoc induxit, ut, cum hæres bona defuncti poſſideat, ex quibus damnum rebus meis datum defunctus ſarcire tenebatur, id præſtare non teneatur hæres, quod defunctus præſtitiſſet, quamvis ex hac delicti cauſa nihil ad hæredem pervenerit, ad quem ſufficit perveniſſe omnia defuncti bona, ut ex qua perſona lucrum ſentit, ejus quoque factum præſtare teneatur, ut eſt in reg. Juris *l. ex qua perſona D. de reg. jur.*? Hoc tamen Paulus in *l. ſi pœna D. de pœnis*, receptum eſſe aït jure commentitio, pœnam ex delictis ad hæredes non poſſe tranſire, quod Paulus ſcripſit *lib. 18. ad Plaut.* ex quo Pauli libro ſumpta quoque eſt *l. ex contractibus D. de obl. & act.* ubi proponitur contraria regula juris de contractibus. Ex contractibus venientes actiones in hæredes dantur, licet delictum quoque verſetur; veluti cum tutor in tutela gerenda dolum admiſit, aut is apud quem res depoſita eſt; & quidem in ſolidum, ut nominatim ſcriptum eſt *in l. ex depoſiti D. eod. l. ad ea §. ult. D. de reg. Juris*, non pro ea parte tantum, quæ pervenerit ad hæredes *l. 7. §. datur D. depoſ.* Sed aliud eſſe dicendum de actionibus, quæ ex delictis deſcendunt, eodem tenore Paulus docuit, & ſcripſit, id quod habemus *in d. l. ſi pœna*, hanc regulam eſſe receptam *jure commentitio*. Ulp. hoc Jus eſſe aït *ex Civili conſtitutione in l. 1. D. de priv. delict.* quæ ſæpe detrahit aliquid ex æquitate naturali & Jure communi *l. 6. D. de Juſt. & Jure*, Juſtinian. *in §. non omnes Inſt. de perp. & temp. act. ex certiſſima juris regula* aït. Tamen idem Paulus *in l. conſtit. D. de obl. & act.* conſtitutionibus Principum hoc jus tribuere videtur, *conſtitutionibus*, inquit, *quibus oſtenditur hæredes pœna non teneri*; dicamus igitur jus eſſe inductum interpretatione & authoritate jura conſtituentium, id eſt, Prudentum, vel Juriſconſultorum & Principum, à quibus ſæpe jus vetus coanguſtatum fuiſſe aït *l. verbis legis D. de verb. ſignif.* quæſitis commentis & coloribus, quibus plerumque jus, quod antea obtinebat, non aperte quidem, ſed veluti cuniculis oppugnatur. Valent quidem omnino, & ſubſiſtunt ex veteri jure, teſtamenta parentum, in quibus exhæredati ſunt filii, & hoc eſt quod aït *l. non putavit D. de bon. poſſ. contra tab. filii exhæredati teſtamenta patrum Jure Civili non turbant*; ſed quæſito colore & commento furoris, quaſi furioſus ſit qui teſtamentum non fecit, ſecundum pietatis regulas induxit interpretatio Prudentum querelam inofficioſi Teſtamenti, quæ, ut Valer. Max. loquitur, *quietos eſſe non patitur defuncti cineres*, *l. hoc colore D. de inoffi. teſtamento.* Eadem interpretatio, cum in lege XII. Tab. ſcriptum ſit, *ſi pater filium ter venum duit, filius à patre liber eſto* (quæ verba de vera, non fictitia vel imaginaria venditione accipienda ſunt) egregio commento trinas illas imaginarias venditiones & mancipationes fabricavit, quibus filius à patris poteſtate liberari poteſt, de quibus notiſſimi ſunt Ulp. & Juſtinian. loci. Ab eodem fonte fluxit inſigne illud commentum, quo Juſtinianus ſcribit in Conſtitutione Græca *de jure patron*: quam Cuj. dedit *l. 20. obſerv. c. 34. fingebam Juriſconſulti filiam patroni eſſe filium, ut tuitione Prætoris, qui liberos tantum virilis ſexus in ſucceſſione liberti agnoſcebat, filia capite minuta liberto ſuccederet*, ubi & nominatim dicitur [illegible]: his addere facile eſt varias fictiones, ex quibus conſtare poteſt,

ſeſt, merito hoc jus *commentitium* vocari, quia plenum eſt imaginibus & commentis. Hoc igitur commentitio jure inducto, ſcilicet reſponſis prudentum, quæ plerumque ſequuntur reſcripta Principum, inductum eſt hoc jus ex Codicibus, hæredes pœna non teneri, &, cum in pleriſque actionibus pœnalibus ita ſæpe reſponſum & reſcriptum fuiſſet, exemplo graviorum criminum quæ morte extinguuntur, *l. crimen. D. de pœnis*, inde conflata eſt illa regula juris, quæ *Conſtitutio Civilis* dicitur in *d. l. 1. D. de priv. del.* Addita tamen fuit a prudentibus hæc exceptio, niſi lis conteſtata ſit cum defuncto, ut in *l. 17. in fine D. quod metus cauſa*, quam reſcripta & conſtitutiones Principum ita ampliandam eſſe voluerunt, ut ſufficiat ſola conventio abſque litis conteſtatione, *d. l. conſtit.* Porro hujus regulæ hæc ratio redditur à Paulo *in d. l. ſi pœna*, quod pœna conſtituatur in emendationem hominum, quæ mortuo eo, in quem conſtitui videtur, deſinit; & hæc eſt prima pœnarum cauſa notata ab Aulo Gellio *l. 6. Noct. Att. c. 14. ex comment. Tauri Philoſophi in Georg. Plat.* & proprie dicitur *νουθεσία*, id eſt, ut veteres Gloſſæ recte habent, *admonitio*, *documentatio*, quia pœna adhibetur caſtigandi atque emendandi gratia, ut is, qui deliquit, attentior fiat correctiorque. Hoc igitur quæſito commento tandem obtinuit, actiones, quæ ex delictis vel quaſi ex delictis deſcendunt, in hæredes non tranſire, & non quodlibet defuncti factum hæredes præſtare teneri, ſed contractum tantum, coanguſtata regula veteris juris, quæ non videtur hac in parte hæc privata delicta ſeparaſſe à contractibus. Et valde notanda eſt hujus juris viciſſitudo; ad vetuſtum enim jus & æquitatem naturalem ſupra vindicatam & Pontificio jure probatam *Cap. ult. extra de ſepult. Cap. in litteris extra de raptor.* magis accedit jus, quo hodie utimur in Gallia, etiam in criminibus gravioribus; quamvis enim morte crimina extinguantur, licet tamen agere civiliter adverſus hæredes defuncti rei, *pour l'intereſt civil*, ut loquuntur, quam in rem Pragmatici noſtri vulgo notant Senatuſconſultum Pariſienſe, datum in crimine homicidii die tertia menſis Martii anno Domini 1563. Sed ut redeam ad jus noſtrum commentitium, plus eſt, quod Juſtin. notat in vexato §. *aliquando Inſt. de perp. & tempor. act. aliquando etiam ex contractu*, contra reg. ſupra propoſitam de contractibus, *actionem contra hæredem non competere, cum teſtator doloſe verſatus ſit, & ad hæredem ejus nihil ex dolo pervenerit*: ſic enim legendum eſt, in *d.* §. ſublata ex fide veterum librorum particula, *veluti*, quam imperita quædam manus appinxit: Quando autem & quo caſu id contingat ut actio ex contractu plane ſimilis ſit actioni ex delicto, anxie quæritur. Cujac., vir ſine exemplo magnus, *in prioribus & poſter. Inſtit. notis* & *l. 13. obſer. Cap. pen. in parat. C. tit. de in litem. jur. & l. 21. obſerv. Cap. 2.* hunc locum eſſe explicandum cenſet ex *l. 1. C. de hæred. tut.* ut non ex omni defuncti dolo teneatur hæres, licet actio ex contractu deſcendat, ſed ex eo tantum, qui rebus actoris damnum attulit, ut hæc ſit perſpicua mens paragraphi *aliquando*: ex eo dolo, qui nullum damnum attulit, & ex quo nihil pervenerit ad defunctum vel ad hæredem, actionem non poſſe competere ex quolibet contractu adverſus hæredem, quamvis regulariter competere dicatur ex dolo defuncti in ſolidum, licet nihil pervenerit; hoc enim caſu hæc regula vitium patitur, ſi ex dolo nullum damnum datum ſit, quia nihil nec ad defunctum, nec ad hæredem, potuit pervenire; & hoc eſt quod aït, *aliquando*; regulariter enim hæres tenetur in ſolidum: quam ſententiam, ita ſimpliciter conceptam, nunquam potui admittere, manifeſta ratione, quia niſi ex dolo vel culpa lata aut levi damnum datum eſſe dicatur, fruſtra quæritur, an quis ex dolo, vel culpa teneatur; & dolus, qui effectum non habuit, qui nullum damnum attulit, dolus dici non poteſt, *l. 1. D. quod quiſque juris in alium ſtat. l. filius §. maritus. D. ad leg. Corn. de falſis.* Si enim incolume ſit patrimonium pupilli, quâ fronte deſiderari poteſt in ſpecie *d. l. 1.* condemnatio, vel adverſus hæredem tutoris, vel adverſus tutorem ipſum? Aït *d. l. 1. in princip. hæredes tutoris ex negligentia, quæ non poteſt latæ culpæ comparari, condemnari non oportet*, cum ſcilicet abeſſet aliquid pupillo ex levi culpa, quam ex hac Conſtit. Severi hæredes non præſtant, quorum ignorantiæ in quibuſdam Conſtitutionibus ſubventum eſſe dicitur in *d. l. ult. D. de fidejuſſoribus tut.* quod veriſſimum eſſe oſtendit *l. 4. D. de magiſtr. conveniendis*: ſed addit *d. l. 1.* hanc exceptionem, *niſi lis conteſtata ſit cum defuncto*, & tandem ſubjicit hæc verba, *neque ex damno pupilli lucrum captatum ſit, aut gratia præſtitum alteri.* Ex his verbis Dominus Cujacius conficit dolum illum ſuum, ex quo nullum damnum dolatum eſt, cujus nullam rationem haberi poſſe plusquam manifeſtum eſt: &, ut dicam explicatius, ſi nullum detrimentum pupillus paſſus eſt, nec tutor ipſe teneri poteſt; fruſtra igitur quæritur, an hæres teneatur; tota enim quæſtio in hoc verſatur, an hæres damnum à defuncto datum dolo vel culpa ſarcire teneatur? Lucrum captare ex damno alieno dolus eſt, ut nominatim aït *l. pen. in ſ. de rebus eorum, qui ſub tutel. vel cura ſunt. Dicendum eſt*, inquit, *adhuc doli exceptionem obſtare, ſi pupillus ex damno alieno lucrum captet*, quam in rem Veteres recte utuntur *l. 8. §. ult. D. mand.* quæ latam culpam eſſe aït, ſi ex re aliena quis lucrum gratioſe præſtat alteri; lucrum enim & ipſe facere videtur, qui acquirit beneficii debitorem, *l. ſi pignore §. 1. D. de furtis*, quam Azo primus notavit ad *d. l.*, quia ad renumerandum ſibi aliquem naturaliter obligavit, *l. ſed etſi §. conſuluit, D. de petit. hæred.* quæ eſt recta & perſpicua *dictæ poſterior.* clauſulæ explicatio, *neque ex damno pupilli* &c. Sed ex his verbis male infers & colligis, ergo ſine damno pupilli doloſe verſari poteſt tutor, & ex hoc dolo non tenetur hæres, cum contra dolus eſſe dicatur, cum ex damno alieno lucrum captatum *d. l. pen. D. de reb. eorum.* His rationibus fretus, quia non poſſum à traditionibus præſtantiſſimi Doctoris mei niſi invitus recedere, quemadmodum Caſſius Sabini Magiſtri ſui ſententiam bene excuſare dicitur in *l. qualem, §. ult., D. de arbitris*, ita quoque excuſandam eſſe incomparabilis Juriſconſulti ſententiam aliquando exiſtimavi, ad *d. §. aliquando, d. l. 1.* poſſe pertinere, ſi ita dicamus, damnum quidem datum fuiſſe pupillo, quod neceſſario deſideramus, ut procedat quæſtio, ſed neque lucrum captatum fuiſſe ex hoc damno nec præſtitum alteri, veluti ſi nec ſordide, nec gratioſe verſatus ſit tutor in comparatione prædiorum, & damnum patiatur pupillus prædiis evictis, quia non elegit venditorem, qui eſſet ſolvendo, quæ eſt ſpecies *l. 7. §. competit, D. de admin. Tut.* quæ nominatim aït, hoc caſu latam culpam tantum tutorem præſtare teneri, quam latam culpam dolum eſſe conſtat, *l. quod Nerva, D. depoſiti.* Ex hac igitur lata culpa, quæ pro dolo habetur, ſi neque lucrum captatum ſit, neque præſtitum alteri à tutore, hæredi ſubveniendum eſſe cenſebam, adnotato ſimili exemplo ex *l. 2. C. arbitr. Tut.* ubi latam culpam tantum præſtare tenetur tutor, ut in ſuperiori caſu; quamvis regulariter omnem culpam præſtare teneatur. Sed animadverto, pravam quoque eſſe hanc illationem: *l. 1. C. de hæred. tut.* aït *hæredem tutoris teneri, ſi ex damno*

pupilli lucrum captatum ſit, *aut gratia præſtitum alteri*; ergo lucro non captato, aut alteri præſtito, non tenetur, quia, ut in eadem quæſtione idem Vir Magnus recte docet ad *d. tit. C. de in lit. jur.* argumentum à contrario ſenſu non eſt neceſſarium; eadem enim argumentatione quis poteſt efficere ex *l. ult. eod. tit. de hæred. tut.* actionem non dari adverſus hæredes tutoris, qui res pupilli non poſſidet, quia *d. l.* aït, *agi poſſe contra hæredes qui poſſident*, quod falſum & ridiculum eſt. Et rurſus poteſt eſſe dolus graviſſimus, ex quo neque ſibi neque alteri quærit lucrum tutor, ſed maliciose verſatur & graſſatur in rebus pupillaribus, nihil laturus niſi officiat, ut eleganter loquitur *l. in fundo D. de rei vindic.* ex quo genere doli multo magis teneri hæredes dicendum eſt: *boni nullo emolumento impelluntur in fraudem*, *improbi ſæpe parvo*, aït Marcus Tul. *pro Mil.* Imo aliquando & nullo, & hoc eſt graviſſimum genus doli quod notatur in *l.* 3. *§. nunc videamus*, *D. de ſuſpectis tutoribus*, & nominatim opponitur dolo, ex quo quis lucrum captat, illo loco: *ſciendum eſt*, inquit, *ob dolum in tutela admiſſum licere poſtulare*, *ſi forte graſſatus in tutela eſt*, *aut ſordide egit*, *vel pernicioſe*, *vel aliquid intercepit ex rebus pupillaribus*, quæ verba fideliter Accurſius expoſuit, & recte diſtinxit varia genera doli. Vera igitur & perſpicua ſententia *d. l.* 1. hæc eſſe videtur, hæredes tutoris, ſi lis conteſtata non ſit cum defuncto, non poſſe teneri ex negligentia, *quæ non poteſt latæ culpæ comparari*, id eſt, non teneri ex levi culpa. Quam ſententiam poſterior clauſula latius exponit, & docet evidentius, ex ea tantum culpa levi hæredes non poſſe teneri, in quam nulla cadere poteſt ſuſpicio cujuſcumque doli vel latæ culpæ; nam ſi apparet, tutorem ita fuiſſe verſatum in negotio pupillari, ut genere quodam ſibi captaſſe lucrum videatur, vel præſtitiſſe alteri ex damno pupilli, quia dolus vel lata culpa eſt, ut jam docui, tenentur hæredes, ut nominatim proditum eſt *in d. l.* 4. *D. de mag. conv.* Et in caſibus igitur propoſitis in *d. l.* 7. *§. competit D. de adm. tut.* & in *d. l.* 2. *C. arbitr. tut.* ſi lata culpa tutoris arguatur, hæredes quoque tenentur. Summa denique *d. l.* 1. ſic concinnanda eſt: ex levi culpa tutoris non tenentur heredes; ex quocunque dolo vel lata culpa tenentur. His fideliter expoſitis, quis non videt, *d. §. aliquando* nihil commune habere cum *d. l.* 1? quod & manifeſtius probatur hac ratione: Ut hæredes teneantur in ſpecie *d. l.* 1. hoc ſufficit, perveniſſe aliquid ad defunctum, vel perveniſſe videri, nam, aït, *ſi captatum ſit lucrum vel præſtitum alteri*; qui præſtat alteri gratioſe, nullum lucrum revera facit, & qui captat, non ſemper capit, ut apud Plaut. in Amphitr.

Tu me ſi impudicitiæ captas, non potes capere,

Et apud Martial. *lib. IX. Epigr.*

Dum me captabas, mittebas munera nobis,
Poſtquam cepiſti, das mihi, Rufe, nihil.

Et hoc eſt, quod Thalelæus, Græcus Interpres eruditus, ad *d. l.* 1. adnotavit: non aït *ſi ad hæredes pervenerit*, *vel non pervenerit*, ſed hoc tantum, *ſi pervenerit ad defunctum*: at, ut hæredes teneantur, in *d. §. aliquando* diſertis verbis hoc requiritur, ut pervenerit ad hæredes. Ergo magna differentia eſt inter *d. l.* 1. *& §. aliquando*; aliud enim eſt pervenire ad defunctum, aliud pervenire ad hæredes; quamvis enim hoc verbum *pervenire* in jure varias interpretationes recipiat, *§. utrum D. de petit. hæred. l. cum prætor de reg. jur.* tamen, cum lex deſiderat aliquid perveniſſe ad hæredes, neceſſe eſt, ut vel momento quodam revera pervenerit, ut loquitur *d. l. cum prætor*, nec ſufficit perveniſſe videri ad defunctum, niſi in ſpecie *l. videamus D. quod metus cauſa*, ſufficit perveniſſe ad hæredem primum in actione quod metus cauſa, ut ſecundus hæres teneatur ratione propria, quia actio cœpit eſſe hæreditaria, utpote quæ jam conſtitit in perſona primi hæredis. Quod autem ſcriptum eſt in *d. §. aliquando*, proprie pertinere videtur ad depoſitum, ut veteres Latini Interpretes recte obſervant, & ex Græcis Theoph., qui procul dubio reſpicit ad depoſitum tumultus, incendii, ruinæ, & naufragii cauſa: in hoc ſi quid dolo faciat depoſitarius, creſcit perfidiæ crimen, & grave delictum eſſe videtur, *l.* 1. *§. hæc ſeparatio D. dep.* ideoque ex dolo ipſe tenetur in duplum, hæres vero in ſimplum, ex dolo ſcilicet defuncti, nam ex proprio tenetur quoque in duplum, ut conſtat ex verbis Edicti propoſitis *in d. l.* 1. Sed ſciendum eſt, quod non docent hi, quibus hoc exemplum placuit, hanc actionem in ſimplum, quæ datur adverſus hæredem ex dolo defuncti, eſſe annalem, quaſi pœnalis ſit, quia ex majori delicto & perfidia defuncti deſcendit, quod perſpicue docet *l. de eo quod* 18. *D. dep.* quam recte Accurſius expoſuit; poſt annum vero dari non poteſt, niſi in id, quod pervenerit ad hæredem ex hoc defuncti dolo; ſemper enim turpia lucra extorquenda ſunt, ut nominatim aït *lex unica h. tit.* Et hic caſus igitur eſt valde ſingularis, quo ex contractu defuncti aliquando, id eſt, poſt annum, non competit actio ex contractu adverſus hæredem, ſi nihil ad eum pervenerit; nam ſi agatur intra annum, tenetur in ſolidum, id eſt, in ſimplum. Contingere igitur poteſt, ut aliquando in ſolidum teneatur, aliquando omnino non teneatur: & non dubito, actionem ex his quatuor cauſis eſſe Prætoriam, & primum fuiſſe in edicto à Prætore propoſitam, quem & nominatim de rapto & damno dato ex his cauſis edicere voluiſſe Ulp. aït in *l.* 1. *D. de incend. ruina & naufragio*: hoc Juſtin. inſinuare videtur in *§. plane Inſt. de act.*; *hanc actionem in duplum*, inquit, *Prætor reddit*, *quo caſu mixta actio eſt*; at, cum ex dolo defuncti datur adverſus hæredem in ſimplum, pœnalis quoque eſt, nec poſt annum datur, pœnalis, inquam, ex parte rei, qui ſimplum præſtat, id eſt, id quod intereſt, ut actio, de qua in *l.* 1. *§. ſi plures D. de eo per quem factum erit quom.* ubi *pœna* dicitur, id quod intereſt non ex parte actoris, ſed ex parte rei. Idem quoque dicendum videbatur de actione Prætoria de conſtituta pecunia, quæ quibuſdam caſibus annalis fuit, eam dari non poſſe quaſi pœnalem adverſus hæredem; ut latius videbimus in *tit. ſeq.* Valde igitur notanda eſt natura hujus actionis, quæ ex contractu naſcitur, ad quam Juſtinian. reſpexiſſe in *d. §. aliquando* non dubito. Cætera exempla de tributoria actione, de actione quæ datur adverſus menſorem, vel ideo non placent, quia non ſunt ex contractu: non placet quoque, quod de precario quidam notant ex *l. quæſitum §. ult. D. de precario*, quia id fit propter ipſam formulam actionis, quod precario abeſt, ut eruditiſſime Dominus Cuj. docuit *l.* 23. *obſ. c.* 21. Cum autem hoc receptum ſit in actione hac ſpeciali depoſiti, quia magis ex delicto quam ex contractu eſſe videtur, merito quæritur, quid ſit dicendum de condictione furtiva, quam dari ex delicto nominatim aït *l.* 10. *§. quoties*, *de compenſat?* dari tamen adverſus hæredem etiam in ſolidum conſtat ex multis locis, ex *§. ult. Inſt. de oblig. quæ ex delict.* & *l. ſi duo §. idem Jul. D. de jurejur. l.* 5, 7. *§. ult. l.* 9. *D. de condict. furtiva l.* 1. *D. de priv. del. & l.* 2. *§. ult. D. vi bonor. rapt.* Et tamen non eſ-

ſe

ſe dandam primum, tentari poſſe Cujac. ſcripſit, *L. 7. Obſerv. cap.* 37. quod veriſſimum eſſe deinde affirmat, hoc noſtro tit. & in tit. *de cond. furt. ſup.* his argumentis fretus; Primo, quia, cum odio furum introducta ſit, ad pœnam pertinere videtur. Secundo, quia ex hac cauſa pater non tenetur de peculio, ſi locupletius peculium factum non ſit, *l. 3. §. pen. D. de peculio.* Tertio, quia pignore ſubrepto a debitore, quod ex cauſa furtiva creditor conſecutus eſt, non reſtituit, & integram debiti petitionem habet, ut fit in pœnalibus actionibus, *l. ſi pignore D. de pign. act.* Quarto, quia actio rerum amotarum, quam condictionem eſſe conſtat, ex cauſa furtiva datur in hæredem in id tantum, quod pervenerit, *l. ult. C. rerum amot.* Quinto, quia in *l. 9. §. ult. juncta l. 10. D. de tut. & ration. diſtrah.* nominatim ſcriptum eſt, hanc condictionem morte furis interire. His objectionibus ut reſpondeamus, primum obſervandum eſt, ita conceptam fuiſſe formulam condictionis, *dare oportere*, ut ex his verbis intelligamus, hanc formulam proprie pertinere ad eas cauſas in quibus rem ſuam debitor ex contractibus nobis dare, id eſt, dominium in nos transferre tenetur, ut initio *huj. Tract.* præmunivi. Secundo obſervandum eſt, quare contra naturam & contra verba formulæ hæc actio accommodata ſit adverſus furem, qui hac actione omnino teneri non potuit? Ratio hæc eſt, ut præter pœnam, quæ petitur actione furti, & rei vindicationem, quâ fur tenetur non tanquam fur, ſed tanquam quilibet poſſeſſor obligatus quoque cenſeatur, veluti debitor ex contractu ad dandum, licet nihil poſſideat, *d. §. ult. Inſt. de oblig. quæ ex delicto naſcuntur*, *d. §. ſic itaque diſcr. de action* Si igitur formulam ipſam inſpicias vel cauſam, ex qua data fuit, conſtabit actionem eſſe, quæ in ſolidum tranſit in hæredem: quamvis enim dari videatur ex delicto, cauſa tamen, propter quam datur, eſt mera rei perſecutio, *d. l. 10. §. quotiens D. de compenſation.* mitius tamen agitur cum patre ex furto, quod filiusfamilias admiſit, quia pater regulariter & civiliter pro filio non tenetur, ſed jure Prætorio receptum fuit, eum teneri de peculio ex contractibus, non ex delictis, quibus non poteſt facere deteriorem conditionem patris, *l. 1. §. ſi filiusfam. & §. cum ſervus D. de his qui dejecerunt vel effuderunt.* Quod autem tertio loco arguit idem Vir Magnus ex *d. l. ſi pignore*, falſum eſſe apparet, quia, ut contra Azonem Irnerius recte docuit, Papinianus id amittit tantum in actione furti mere pœnali, non in condictione, quod veriſſimum eſſe convincunt *l. id quod D. de ſolution. & l. ſi debitor D. de furtis.* Non obſtat quoque quarto loco comparatio actionis rerum amotarum, quæ eſt quaſi pœnalis & quaſi famoſa, quia ſuccedit in locum actionis furti, quæ reverentia matrimonii non datur. In veritate *furtum* fit, ait *l. pen D. rerum amotarum* ſed lenitate verborum triſtitiam rei mitigamus & res furtivas vocamus *amota*: hæc vero condictio quamvis ſit ex furto, non ſuccedit tamen in locum actionis furti, ſed præter actionem furti, quæ datur pœnæ nomine, datur ad rei perſecutionem. Non obſtat ultimo loco *l. 9. §. ult.*, juncta cum *l. 20. D. de tut. & rationibus diſtrah.* hæc enim verba *l. 10. quamvis morte tutoris intereant*, rectiſſime Accurſius obſervat, eſſe referenda ad actiones furti & damni injuria dati ex lege Aquilia, non ad condictionem furtivam: eademque ratione quod dicitur in *l. in omnibus D. de oblig & action. in omnibus rebus. quæ dominium transferunt, concurrat oportet utriuſque affectus; nam ſeu venditio, ſeu donatio, ſeu locatio conductio &c.* nemo poteſt referre ad condictionem, ex qua non ſolet dominium tranſire.

Concludamus igitur, ad hunc Tit. condictionem furtivam non pertinere, ſed ad actiones ſupra enumeratas cum ſimilibus, quæ, cum ex delictis naſcantur, non ſolum rem, ſed etiam pœnam perſequuntur. Ut hæc ſit ſumma hujus Tit. *Ex actione mere pœnali omnino non teneri hæredem: ex actione mixta teneri quatenus ad eum pervenerit:* nec excepta actione vi bonorum raptorum; quamvis enim Ulpianus dicat *in l. 2. §. ult. D vi bonor. rapt.* eam non fuiſſe nominatim in edicto à Prætore propoſitam, non tamen ideo negat dari utiliter poſſe, ut Dominus Cujacius obſervat *L. 21. Obſerv. cap. 2. in f.* Sed ſi lis conteſtata ſit cum defuncto, hæres tenetur in ſolidum, quia jam non ex delicto, ſed quaſi ex contractu teneri cœpit defunctus; in judicio enim quaſi contrahitur *l. 3. §. idem ſcribit, D. de peculio:* immo ex Conſtitutionibus ſufficit ſola conventio, vel in jus vocatio, quæ hoc caſu pro litis conteſtatione habetur. Et utrumque recte habet interpretatio vetus Francica hujus noſtræ legis, quæ extat in Summa Rurali; *Si ainſi eſt, que le predeceſſeur fuſt en ſon vivant pour ce attraict en Cour, ou que litiſconteſtation en fut faicte.* Et hæc ſufficiant de hoc jure commentitio, quo diu Galliam noſtram uſam fuiſſe reperio: unde & vulgo ita concepta fuit regula veteris Juris Francici: *de l'homme mort le plaid eſt mort*, ut eruditiſſimus Juriſconſultus ſocietate Magni Cujacii & Petri Pithœi, celeberrimus Anton. Loiſelus docuit in *Lib. de Reg. Juris Francici.* Sed hoc, inquit, emendatum fuit variis Senatuſconſultis & Ordinatione Regia anno Domini 1539. & ita immutata fuit omnis forma judiciorum, ut vix maneat veſtigium pœnalium actionum, quod in ipſo Romano Jure quadam ex parte jam antea contigiſſe Cujacius obſervat *Lib. Obſervat. 8. cap. 33.* & hoc eſt, quod idem Vir doctus in *eod. Lib. de Reg. juris* adnotavit, ex veteri Jure Francico actiones quoque pœnales non fuiſſe frequentatas: *mais on faict rendre les choſes ſans plus avec l'amende au Seigneur, qui eſt ce qu'on dict, à tout meſfaict n'eſchet qu'amende.* Idem quoque contigit in judiciis publicis, quorum ordo omnino immutatus fuit; in his enim exercendis publica Perſona, id eſt Advocatus vel Procurator fiſci a Principe præficitur, quod in Gallia noſtra factitaſſe Maximum Imperatorem ex *hiſtoria ſacra* Severi Sulpitii Cujacius adnotavit, in *Parat. C. tit. de advoc. fiſci.* Et in Hiſpania Barcinonenſes, quos conſtat Vaſallos & Feudatarios fuiſſe Regum Franciæ uſque ad tempora Ludovici noni, idem quoque jus uſurpaſſe lego anno Domini 1201. in veteribus actis cujuſdam cauſæ criminalis adverſus quemdam homicidii accuſatum, quæ extant in *hiſtoria Comitum Barcinonenſium.* In his enim hoc ita nominatim ſcriptum eſt aſſiſtente quodam Procere Guilelmo, & agente per imperium Comitis vocem querelantium, qui una cum ipſis Juſtitiam petiit. Quod plane eſt id, quod vulgo dicimus in foro: *Le Procureur du Roy ou le Procureur d'Office joint à eux.* Ex hac varietate factum eſt, apud nos Judicia publica partim eſſe publica, partim privata. Publicam animadverſionem ſolus Principis Officialis perſequitur; privatam vero privatus quilibet, cujus intereſt: & hoc eſt quod dicimus, *l'intéreſt Civil*, quod primam originem reperit à veteribus legibus Francicis; his enim in omnibus criminibus taxatæ & præſtitutæ fuerant certæ pœnæ pecuniariæ accuſatoribus à convictis reis præſtandæ ex quo jure, v. g. in crimine homicidii proximiores hodie certam ſummam ſibi vindicant quaſi pro pretio occiſi, qua de re vide *Gloſſarium Cod. legum antiq.* in voce *leudum.* Vocabant enim *leudum* homicidii compoſitionem, ut loquuntur a voce Germanica quæ luctum ſignificat, quaſi ſit pecunia data pro luctu; atque pecunia data reus homicidii abſolutus dicebatur a parentibus.

rentibus. In Concilio Aurelian. quarto *cap.* 28. *Si quis homicidii à parentibus quacumque re data ſe reddiderit abſolutum &c.* Hoc autem fuiſſe Jure Romano omnino incognitum nominatim profitetur vetus Juriſconſultus Burgundio Papianus, cujus Reſponſa extant in *fin. C. Theod. tit.* 3. *de pretio*, inquit, *occiſorum nihil lex Romana conſtituit.* Et auctoritate Romanæ legis Fulbertus Epiſcopus Carnotenſis, Roberti, filii Hugonis Capeti, Præceptor in *Epiſt.* 29. *ad Leutericum Senonenſem Archiepiſcopum* contendit pecuniam, quam pro pretio occiſi clerici Sylvanectenſes offerebant, ut à crimine abſolverentur, non eſſe accipiendam, cum enim, aït, hoc juſtum non eſſe *leges ſcriptas* demonſtrare, Romanas leges procul dubio intelligit. Extat quidem in *collatione legis Moſaïcæ cum leg. Romana tit. primo* ſingularis locus qui pertinet ad *l.* 4. §. 1. *D. ad l. Corn. de Sicariis*, ex quo conſtat, Marium Evariſtum, qui per laſciviam mortis cauſam præbuerat, ſententia Proconſulis Boeticæ fuiſſe in quinquennium relegatum, & damnatum certam ſummam præſtare impendii cauſa, *manifeſta*, inquit, *cum patris eſſet paupertas*, quæ verba rem novam & inuſitatam eſſe oſtendunt; ideoque neceſſaria fuit confirmatio Adriani Imper. Sed antequam diſcedam ab hac viſione, libenter agnoſco contra id, quod initio hujus quæſtionis dixi, vexata illa verba §. 1. *Inſtit. de act. & aliis quibuſdam modis*, non ſolum pertinere ad delicta, ſed etiam ad contractus, ut & ſuperiora (*dare aut facere*) non ſolum ad contractus, ſed etiam ad delicta pertinent. Nam ex delictis quis recte intendit *dare*, ut ex lege Aquilia, quâ reus tenetur dare æſtimationem damni dati, *l.* 2. *D. ad l. Aquiliam.* idemque dicere licet de ipſa actione furti quæ duplum aut quadruplum perſequitur; de actione vi bon. rapt. de actione injuriarum. in quibus omnibus hæc vulgaris formula *dare* aut *facere oportere* locum habere poteſt: quod & de noxalibus actionibus nominatim proditum eſt *l. ſi libert.* §. 1. *D. de nox. act.* & generaliter accipiendum eſt de omnibus actionibus in perſonam, quod aït *l.* 25. §. 1. *D. de oblig. & act.*, in perſonam actionem eſſe, qua cum eo agimus, qui nobis obligatus eſt ad dandum & faciendum, quæ verba ſcripſiſſe Ulpianum nemo dubitat de actionibus mere perſonalibus. Idem eſt quod dicitur *in d.* §. 1.

Concludamus igitur, hanc eſſe vulgarem & communem omnium actionum perſonalium intentionem, *dare* aut *facere*, quam tamen concipere licet *aliis quibuſdam modis*, id eſt alis verbis, quæ ſunt ejuſdem poteſtatis & effectus, ut ſi quis intendat, ex hac vel illa cauſa adverſarium ſolvere, præſtare, reddere, reſtituere, repromittere oportere ſecundum naturam actionis propoſitæ. Idemque dicendum eſt ex delictis, in quibus non ſemper agitur hac vulgari formula, *dare* aut *facere*, ſed *damnum* aut *noxiam ſarcire*, ut *in l.* 1. §. *Quintus Mutius D. ſi quadrup. pauperi.* quam formulam ſumptam eſſe apparet ex leg. XII. Tab. in qua Feſtus aït ex Servio Sulpitio Juriſconſulto, *ſarcire* ſignificare ſolvere, præſtare. Et ut dicam explicatius: actionibus perſonalibus intendit actor, adverſarium ei *dare* aut *facere* oportere, id eſt in concipienda intentione ſua utitur hac vulgari formula, vel ut Gallice vulgo in foro diſcimus, *ce ſont ſes fins & concluſions*; ſed hoc ipſum intendere poteſt *aliis modis*, alıis verbis, ut, ſi ex empto emptor intendat, teneri venditorem rei venditæ poſſeſſionem vacuam tradere, cavere de evictione, purgari dolo malo, recte intendit *l.* 1. *D. de rer. permut.* & tamen ita breviter intendere potuit, *quod te mihi ex cauſa emptionis dare facere oportet.* Ita conductor intendit actione ex conducto, ut ei uti frui liceat *l. ex conducto D. loc. cond.* Is qui de dote agit, intendit dotem reddi *l. ſi cum dotem* §. *item pater D. ſol. matrim.* Et ſic de ſimilibus, in quibus variare hanc formulam licet pro qualitate actionum. His generalibus verbis deſignatur fateor, quod ex quacumque obligatione deberi poteſt, ut conſtat ex locis notiſſimis; ſed nihil vetat uti verbis ſpecialibus, quibus obligationis cujuſque propria natura deſignatur, & intendere alio modo ad eundem finem & effectum. Hanc varietatem deſignare videntur hæc verba, quæ olim actionibus ſubjecta fuiſſe à Juriſconſultis ex Marci Tullii notiſſimis locis jam obſervatum fuit, nec tamen explicatum, *De eadem re alio modo:* ſic *M. Tullius l.* 5. *de finib. bonorum & malorum, quæ cum Zeno didiciſſet à noſtris, ut in actionibus præſcribi ſolet, de eadem re dixit alio modo*, & *epiſt.* 27. *ad Servium Sulpitium Juriſconſultum l.* 13. *epiſt. ut vos in veſtris formulis, ſic ego in epiſtolis.* de eadem re alio modo, *ut enim rite formulam conciperem, de eadem re varios modos varias conceptiones intentionis proponebam.* Et forſitan ad dictam formulam (*& alio modo*) alludere voluit Cajus Juris antiqui perquam ſtudioſus illo loco, *& aliis quibuſdam modis*, hæc enim verba ex Inſtit. Caji ſumpta eſſe recte meo judicio Cujac. conficit.

JANI

JANI A COSTA,

JCTI ET ANTECESSORIS TOLOSANI,

PRÆLECTIO

IN TITULUM CODICIS

DE CONSTITUTA PECUNIA.

DUBITATUM fuit apud veteres, an actio *de conſtituta pecunia* pœnalis ſit, *l. 18. §. è re D. eod.* & an danda ſit adverſus hæredes, ut nominatim Juſtinian. aït *in l. 2. hoc tit.* recte igitur hic Tit. ſubjicitur ſuperiori *de hæred. act.* quia dubitari potuit, an hæc actio hæreditaria, ſit ut Cujacius docuit. Dicitur autem *Conſtituta Pecunia*, debita pecunia à ſe vel ab alio, quam certo die ſolvendam quis conſtituit; & inde *conſtituti* nomen; conſtituit autem quibuſcumque verbis, nuda conventione vel pacto nudo ſine ſtipulatione, quæ conſtat ex interrogatione & congrua reſponſione, *l. omnem C. de contrah. & commit. ſtipul.* Ex hac nuda conventione & pacto nudo Prætor actionem dedit, qui alias nuda pacta tueri ſolet exceptionibus tantum datis, non actionibus. Videamus, quare data ſit: huic actioni ſimilem fuiſſe civilem actionem, quam receptitiam vocabant, aït Juſtinianus *in §. in perſonam Inſt. de action.* fuit autem receptitia Civilis actio ſolemnibus verbis compoſita, ut loquitur *l. a. hoc tit.* quæ locum tantum habuit obligationes ſuſcipientibus & recipientibus argentariis, quos argenti diſtractores vocat *d. l. 2. Et hiſtoria miſcella in Juſtino Secundo. Argenti venditores illo loco accerſitis Sophia piiſſima Auguſta pecuniarum venditoribus & notariis juſſit deferri cautiones debitorum, & præbuit eas debitoribus.* Solebant enim ad menſam argentarii contrahere, & per argentarios omnia fere negotia expedire, ut conſtat ex *tit. D. de edendo*, & his quæ Dominus Cujacius docuit ad Nov. 136. *de argentar. contract.* in quibus multa ſingularia recepta fuerunt, quæ non ſunt hujus loci. Sed quod ad rem propoſitam attinet, receptum argentariorum valde ſimile fuit conſtituto, imo exemplo recepti civilis negotii inductum fuiſſe à Prætore conſtitutum non dubito; qui tamen non ea omnia dedit conſtituto, quæ Jus Civile dederat recepto; ſed in hac parte ſecutus eſt quodammodo exemplum Juris Civilis Prætor, & induxit, poſſe quemlibet conſtituere, ſe ſoluturum pecuniam à ſe vel ab alio debitam, & ex conſtituto dandam eſſe actionem ſimilem actioni, quam Jus Civile dederat ex recepto argentariorum: & ita Servianam actionem Prætor primum propoſuit de invectis & illatis à colono in prædium ruſticum, ad exemplum civilis contractus de pignore tradito, quaſi hoc caſu pignus, quodammodo traditum videatur, quod ut loquitur *l. certi C. loc.* voluntate & ſcientia domini in prædium inductum eſt, hoc deinde tractum fuit ad cæteros creditores, pignora vel hypothecas perſequentes, & compoſita fuit actio quaſi Serviana, vel utilis Serviana: Et hoc eſt, quod Juriſconſultus aït *in l. ſi tibi §. de pignore D. de pactis: de pignore jure honorario actio ex pacto naſcitur.* Eodem jure ex hoc conſtituto actio naſcitur, ex hac ſimplici, & nuda conventione, qua quis conſtituit ſe ſoluturum, quod ipſe, vel alius debet, ut in exemplo jam notato ex *Epiſt. D. Pauli ad Philem.* & ex *Moſtell. Plauti, Act. III. Scen.* 1. ubi Teurop. conſtituit ſe ſoluturum pecuniam à filio debitam his verbis,

Adoleſcens, mecum rem habe. DAN. *nempe abs te petam.*
TH. *Petito cras.* DA. *aleo ſat habeo ſi cras fero.*

Dimiſſo ac pacato hac conventione creditore, grave eſſe exiſtimavit Prætor fidem fallere, & actionem edicto ſuo propoſuit, quæ vocatur de conſtituta pecunia, quam ſcilicet quis conſtituit, ſe ſuluturum.

Ad Leg. I. Imp. *Gord.* A. Felici.

Si pro alieno debito te ſoluturum conſtituiſti: pecuniæ conſtitutæ actio non ſolum adverſus te, ſed etiam adverſus heredes tuos perpetuo competit. Dat. VII. Kal. Jul. Sirmii, CC. Conſſ. *

AN hæredes eorum, qui alienas obligationes ſuſcipiunt, ex defunctorum contractibus remaneant obligati, apud veteres dubitatum fuiſſe repetio; quamvis enim regulariter hæredes ex contractibus teneantur, ut latius docui *tit. ſuper.* hoc tamen admittendum tantum videbatur in propriis defunctorum contractibus, non in alienis, qui ex aliena cauſa veniunt. Obtinuit tamen hæredem fidejuſſoris obligari *l. 4. D. de fidejuſſoribus, quia*, inquit, *rei locum obtinet fidejuſſor.* Quod tamen non obtinuit in hærede mandatoris, qui non videtur obtinere locum rei, ut ex Paulo Cujac. docuit *L. 23. Obſ. c. 25.* Ideoque cuſtodite Ulpian. in *l. 6. §. ſi tibi D. mand. ſi tibi mandavero, quod mea non intereſt, veluti, ut Titio credas, ego ſum tibi obligatus:* iniquum enim viſum eſt, hoc caſu hæredem mandatoris obligari ex contractu, qui non reſpicit utilitatem defuncti. Aliquando igitur, quod notandum, quamvis ex contractu ſit, & nullum delictum arguatur, non datur in hæredem. Author ad Herennium, *Lib. 2. Marcus Druſus Prætor urbanus, quod cum hære-*

 de

de mandati ageretur, judicium reddidit, Sextus Julius non reddidit, quia forſitan de hoc genere mandati agebatur. Eadem ratione opinor, dubitatum fuit, an hæres eum, qui conſtituit ſe ſoluturum, quod alius debet, teneatur, imo an hoc caſu actio perpetua ſit adverſus ipſum conſtituentem: quoſdam enim exiſtimaſſe, ex hoc conſtituto actionem eſſe annalem, inſinuare videntur hæc Juſtiniani verba in *d. l. 2. hoc tit. neque ſit in quocumque caſu annalis, ſed ſeu pro ſe quis conſtituat, ſeu pro alio*, obſerva quod aït *ſeu pro alio*, ut oſtendat difficiliorem caſum, in quo maxime dubitatum fuit utrum perpetua eſſe poſſit; cum quis *pro ſe* conſtituebat, obſtabat illa ratio, quia pœnalis eſſe videtur, cum *pro alio*. Et illa prima ratione videbatur eſſe dicendum, hanc actionem annalem eſſe: Et hac poſteriori validiſſima, quia mitius agendum videtur cum eo, qui alienam obligationem ſuſcipit; nec enim temere receptum fuit, nos alieno nomine obligari poſſe, quia obligationes ideo inventæ ſunt, ut quis ſua negotia, non aliena gerat, *l. ſtipulatio iſta §. alteri D. de verborum obligat.* Reſcribit tamen Imp. Gordianus in hac *lege 1.*, etiam hoc caſu hanc actionem perpetuam eſſe, & adverſus hæredem dari, quia conſtituens proxime accedit ad fidejuſſorem, a quo ſeparandum eſſe mandatorem Cuj. erudite docuit in *dicto cap. 25.*

Ad Leg. II. Imp. *Juſtin.* A. Joanni P. P.

Receptitia actione ceſſante, quæ ſolemnibus verbis compoſita, inuſitato receſſit veſtigio, neceſſarium nobis viſum eſt magis pecuniæ conſtitutæ naturam ampliare. Cum igitur præfata pecuniæ conſtitutæ actio in his tantummodo caſibus à Veteribus concluſa eſt, ut exigeret res, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, in aliis autem rebus nullam haberet communionem, & neque in omnibus caſibus longæva eſſet conſtituta, ſed in ſpeciebus certis annali ſpatio concluderetur, & dubitaretur, an pro debito ſub conditione vel in diem conſtituto eam poſſibile eſſet fieri, & an purè conſtituta pecunia contracta valeret; hac apertiſſima lege definimus, ut liceat omnibus [conſtituere] non ſolum res, quæ pondere, numero, menſura conſiſtunt, ſed etiam alias omnes, ſive mobiles, ſive immobiles, ſive ſeſe moventes, ſive inſtrumenta, vel alias quaſcumque res, quas in ſtipulationem poſſunt homines deducere: neque ſit in quocumque caſu annalis: ſed ſive pro ſe quis conſtituat, ſive pro alio, ſit [&] ipſa in tali vitæ menſura, in qua omnes perſonales actiones poſitæ ſunt, id eſt [in] annorum metis triginta, & liceat pro debito pure, vel in diem, vel ſub conditione conſtitui: & non abſimilem penitus ſtipulationi habeat dignitatem: ſuis tamen naturalibus privilegiis minime defraudata ſit, ſed [&] heredibus & contra heredes competat: ut neque receptitiæ actionis, neque alio indigeat Reſpublica in hujuſmodi caſibus adminiculo, ſed ſit pecuniæ conſtitutæ actio per noſtram conſtitutionem ſibi in omnia ſufficiens: ita tamen, ut hoc ei inhæreat, ut pro [jam] debito fiat conſtitutum: cum ſecundum antiquam receptitiam actionem res exigebatur, etiam ſi quid non fuerat debitum: cum ſatis abſurdum, & tam noſtris temporibus quam juſtis legibus contrarium ſit, permittere per actionem receptitiam res indebitas conſequi, & iterum multas proponere condictiones, quæ & pecunias indebitas, & promiſſiones corrumpi & reſtitui definiunt. Ut non erubeſcat igitur tale legum jurgium, hoc tantummodo conſtituatur, quod debitum eſt, & omnia, quæ de receptitia in diverſis libris Legumlatorum poſita ſunt, aboleantur: & ſit pecuniæ conſtitutæ actio omnes caſus complectens, qui & per ſtipulationem poſſunt explicari. §. 1. Et neminem moveat, quod ſub nomine pecuniæ etiam omnes res exigi definiamus: cum & in antiquis libris prudentium, licet conſtituta pecunia nominabatur, tamen non pecuniæ tantum per eam exigebantur, ſed omnes res, quæ pondere, numero, menſura conſtitutæ erant, ſed & poſſibile eſt omnes res in pecuniam converti, ſi enim certa domus, vel certus ager, vel certus homo, vel alia res, quæ expreſſa eſt, in conſtituendis rebus ponatur: quid diſtat à nomine ipſius pecuniæ? Sed ut ſubtilitati eorum ſatisfiat, qui non ſenſum, ſed vana nominum vocabula amplecti deſiderant: ita omnes res veniant in conſtitutam [actionem] tamquàm ſi fuiſſet ipſa pecunia conſtituta: cùm etiam veteres pecuniæ appellatione omnes res ſignificari definiant, & hujuſmodi vocabulum & in libris juris auctorum, & in alia antiqua prudentia manifeſtiſſime inventum ſit. §. 2. His videlicet, quæ argenti diſtractores, & alii negotiatores indeſenſe conſtituerint, in ſua firmitate ſecundum morem uſque adhuc obtinentem durantibus. Dat. X. Kal. Mart. poſt conſulatum Lampadii & Oreſtis VV. CC. 531.

RECeptitiam, actionem cujus certa & ſolemnis fuit formula civilibus verbis compoſita, minus fuiſſe frequentatam ætate Juſtinian. docet hæc *lex. 2. in princ.* formulæ enim jam erant ſublatæ à Conſtant. *l. 1. ſupra C. de form. &c.* & quamvis in uſu receptum eſſet argentariorum, in quo quædam obſervabantur, quæ in conſtituto locum non habebant, *conſtituere* tamen potius, quam *recipere* argentarii dicebantur *l. 6. §. 1. D. de edendo*, ſed remanebant differentiæ inter conſtitutum vel receptum argentariorum, & conſtitutum cæterorum hominum, qui hoc munere non fungebantur. Conſtitutum exigebat res, quæ in ſuo genere functionem, id eſt ſolutionem, recipiunt, & in quibus mutuum conſiſtit *l. 2. D. de rebus creditis.* receptum vero admittebat non ſolum quantitates, ſed etiam corpora. Certis caſibus annalis actio fuit ex recepto, perpetua ex conſtituto; non enim conſtabat apud omnes, utrum liceret conſtituere id, quod in diem, vel ſub conditione debetur, quamvis quidam Juriſconſulti id admiſiſſent, qua de re nulla unquam in recepto dubitatio fuit. Et rurſum dubitabatur, utrum pure conſtituere liceret, cum conſtituti natura diem certum efflagitare videretur. Quæ omnia cum in recepto ſine controverſia obtinerent, id quod plenius erat in recepto, Juſtinian. transfudit in conſtitutum, ut in *l. un. C. de rei uxoriæ actione* omne jus, quod rei uxoriæ, transfert in actionem ex ſtipulatu, & Senatuſconſultum Pegaſianum in Trebellianum *§. ſed quia Inſt. de fideicommiſſariis hæreditati.* ut actio de conſtituta pecunia, ea omnia habeat, quæ olim habuit vetuſta receptitia actio, *& non abſimilem*, ut loquitur Juſtinian., *habeat dignitatem:* quæ verba ita accipienda ſunt, ut ex hac conſtitutione Juſtinianus Civilis actionis dignitatem huic Prætoriæ deferre videatur; nobilior enim, & utilior fuit civilis actio *l. ſi debitori D. de leg. 1.* Vel hoc ideo aït, quia, ut ſubjicit, vult, conſtitutum omnes caſus complecti, qui per ſtipulationem explicari poſſunt. Hoc tamen ſemper conſtituto ineſſe debere Juſtin. conſtituit, ut pro jam debito fiat, non pro indebito: ut autem id conſtituat, movetur duabus rationibus, prima quia, inquit, ſecundum antiquam receptitiam actionem res exigebatur, etiamſi quid non fuerat debitum: *res* inquit, *exigebatur*, id eſt futura cauſa, ut in *l. in ſumma §. 1. D. de condict. indeb.* recipiebat enim ſe ſoluturum argentarius pretium pro Sempronio emptore Titio venditori, emptione nondum perfecta, ut colligitur ex *Edicto 9.* Juſtiniani, & ita pretium erat indebitum, ante perfectam emptionem res

tantum

tamen erat, id eſt futura cauſa emptionis. Secunda ratio hæc eſt: ſcilicet indebitum conſtituere, & efficax eſt hoc caſu ex conſtituto obligatio, novaque formatur actio, qua indebitum conſtitutum petere liceat. Pugnat hæc introductio cum veteri providentia juris, quæ multas introduxit condictiones, ut indebiti, condictionem ſine cauſa, condict. cauſa data cauſa non ſecuta, quibus licet, vel ſolutum jam indebitum condicere, vel ante ſolutionem obligationes ipſas. Subjicit deinde, novum non eſſe pecuniæ nomine omnia generaliter corpora ſignificari, quod ex libris noſtris multis locis Auguſtin. *ſcripſit l. 7. c. 2. de civit. Dei, in lib. de Chriſt. diſc. cap. 6. lib. 1. de libero arbitrio cap. 15.* hoc autem Juſtinianus ait eſſe ſcriptum tam in libris Juris authorum, quam in antiqua prudentia: antiquam prudentiam vocat vetuſtiſſimorum Juriſconſultorum, & ita in *l. 1. C. de communi ſervo manum.* ſeparat Sextum Ælium juris veteris conditorem ab Ulpiano, Paulo, Juliano, & Marciano, quos juris authores hic vocat. Cæterum verum ſenſum §. *ult.* ex veteribus Interpret. ſolus Raphaël Fulgoſius intellexit; eſt enim accipiendus non de decretis, vel, ut loquitur, ſtatutis campſorum, vel argentariorum, ſed de eo, quod argentarii, vel alii negotiatores, conſtituunt ſe ſoluturos indefenſe, id eſt, ſine ulla exceptione, ut quod pure ab argentariis conſtitutum ſecundum morem receptum firmum maneat, & non obſtante hac conſtitutione pretium, quod emptione perfecta debiturus eſt emptor: recte conſtituere poſſit, *indefenſe* igitur pure conſtituere eſt, pure & præciſe conſtituere ſine ulla defenſione, vel exceptione, ut apud Paulum *Lib. 1. ſent. cap. 20. Pater, ſi emancipati filii res ſine ulla exceptione à ſe donatas adminiſtraverit.* Res *ſine ulla exceptione* donatas, id eſt pure ac præciſe donatas, vel, ut Juſtinianus hic loquitur, *indefenſo*, ut recte ad Paulum Cujac. docuit.

Ad Leg. III. Idem A. Joanni P. P.

Divi Hadriani Epiſtolam, quæ de periculo dividendo inter mandatores & fidejuſſores loquitur, locum habere in his etiam, qui pecunias pro aliis ſimul conſtituunt, neceſſarium eſt. Æquitatis enim ratio diverſas ſpecies actionis excludere nullo modo debet. Dat. Kalen. Novemb. poſt Lampadii & Oreſtis VV. CC. Conſulatum. 531.

Facilis eſt ſententia *l. ult.* Notiſſimum beneficium Epiſtola Divi Adriani datum mandatoribus, & fidejuſſoribus pluribus, de quo *in §. ſi plures Inſt. de fidejuſſ.* authoritate hujus Conſtitutionis trahendum eſſe ad reos conſtitutæ pecuniæ, ut ſi plures ſint, qui conſtituant ſe pro aliis ſoluturos, dividatur inter eos actio, ſi omnes ſolvendo ſint litis conteſtatæ tempore, quamvis ipſo jure in ſolidum ſint obligati; ideoque hæc exceptio, quæ dicta Epiſtola data eſt, omnino ante condemnationem opponenda eſt, *lege 10. infra de fidejuſſor.* Nec obſtat *l. fidejuſſores §. 1. D. de fidejuſſ.* quæ hoc ſimpliciter vult, poſt condemnationem dari beneficium ceſſionis actionum, non beneficium diviſionis. Nun obſtat quoque *l. inter eos §. ult. eodem*, quia non loquitur de fidejuſſore condemnato actione ex ſtipulatu, ſed de fidejuſſore ex proprio delicto, & crimine condemnato bonis confiſcatis; quo caſu fiſcus ex condemnati perſona utitur hoc beneficiu diviſionis cum cæteris fidejuſſoribus. Sciendum tamen eſt, beneficium diviſionis non dari fidejuſſuribus tutorum, *l. ult. D. rem pupilli ſalvam fore*, quamvis competat pluribus tutoribus, *l. 1. §. non tract. D. de tut. & rat. diſtrab.* nec in duobus caſibus propoſitis *in l. ſi Titius D. de fidejuſſoribus*, quos vobis excutiendos relinquo. Quod autem æquum viſum eſt contra ſtrictam juris regulam inter mandatores & fidejuſſores, qui in ſolidum tenentur dividere actionem, idem quoque admittendum eſſe vult Juſtinianus inter plures, qui pecunias pro aliis ſe ſoluturos conſtituerunt, in quibus eadem æquitatis ratio valet, *ut valeat æquitas, quæ in paribus cauſis paria jura deſiderat*, ut Tullius loquitur in *Top.* licet actiones, quibus obligati ſunt diverſæ ſint; *nec enim debet æquitatis ratio*, ut Juſtinianus loquitur, *diverſas ſpecies actionis excludere:* alludere quidem videtur fateor ad illa Papiniani verba, quæ extant in *l. ſi fidejuſſor. 7. D. de fidejuſſor. tutor. ſpecies actionis excludit æquitatem diviſionis*; ſed non ideo eſt mutanda lectio, quia eſt aperta Juſtiniani mens, hanc æquitatis rationem in omnibus, qui alieno nomine obligantur, valere debere, quamvis diverſæ ſint ſpecies actionis. Sed quid eſt, quæſo, quod Paul. ſcribit *Lib. 1. Sent. tit. 20.* hoc beneficium diviſionis dari ex edicto Prætoris fidejuſſoribus? an verum eſt, quod Cujacius notat, hoc edicto perpetuo, quod à Salvio Juriſconſulto authoritate Adriani compoſitum fuit, comprehenſum quoque fuiſſe? atqui hæc Epiſtola non eſt Adriani patris, ſub quo edictum compoſitum fuit, ſed Antonini Pii, qui & Adrianus dicitur, quia fuit adoptatus ab Adriano, ut conſtat ex *l. ſi teſtamento D. de fidejuſſor.* Dicamus igitur, novam eſſe adjectionem Juliani, quem conſtat perveniſſe uſque ad tempora D. Fratrum ex *l. divi D. de jure patr.* Cum enim hoc jus ex epiſtola D. Pii, qui & Adrianus dictus eſt, inductum eſſet, hoc edicto, jam ſub Adriano patre compoſito, ſubjiciendum Julianus exiſtimavit: fuit igitur edicto comprehenſum ex nova adjectione Juliani, quia, quo tempore edictum fuit compoſitum, non potuit proponere jus poſt edicti compoſitionem inductum.

JANI A COSTA,

JCTI ET ANTECESSORIS TOLOSANI,

PRÆLECTIO

AD TITULUM CODICIS,

DE PROBATIONIBUS.

JAM a *Tit. de Obligationibus & actionibus* cœpit conditor hujus libri generalia quædam præcepta, & communes omnibus actionibus regulas proponere, & hoc eſt, quod hoc tit. & ſequenti perſequitur, antequam redeat ad ſpecies actionum, quæ ex contractu & obligatione naſcuntur. In his enim omnibus, de quibus tractare pergit infra *titulo de commod. & ſeq.* ut in condictionibus, de quibus ſupra tractavit, & generaliter in omnibus judiciis, probationes neceſſariæ ſunt; & de his præmittit hunc generalem titulum, quo ſecernit legitimas ab illegitimis, docetque, aliquando onus probationis incumbere actori, aliquando reo, imo aliquando utrumque admitti ad probationem, quod qua ratione fiat habita ratione actionis vel exceptionis propoſitæ, paſſim in hoc tit. explicatur, ut intelligamus, inutiles eſſe actiones, niſi liquido probatum ſit judici manifeſtis rebus, vel ut Lampridius loquitur in *Alexandro Severo*, verum eſſe id quod in judicium deductum eſt. Hoc autem potiſſimum fit duobus modis, *vel teſtibus*, *vel inſtrumentis*, de quibus dantur ſpeciales tituli: his addere licet *indicia certa & indubitata*, quæ Demoſth. *Orat. adverſus Onet.* vocat *μέγαλα τεκμήρια*, *partim*, inquit, *teſtes adducam*, *partim magna indicia & argumenta idonea*, ut in *ep. D. Cypriani* 4. *Ad inſtruendos iſthic vos manifeſta indicia atque teſtimonia protulere.*

Ad leg. I. Impp. *Severus* & *Anton.* Auguſti Fauſtino.

Ut creditor, qui pecuniam petit numeratam, implere cogitur: ita rurſum debitor, qui ſolutam affirmat, ejus rei probationem præſtare debet. PP. Prid. Kal. Julii. Dextro II. & Priſco Coſſ. 197.

CErtiſſima eſt Juris regula tradita a Paulo *l.* 2. *D. hoc tit.*, *ei incumbere onus probandi, qui dicit* (vel affirmat) *non ei qui negat*; quæ regula efficit, ut in prima parte hujus *leg.* ſi creditor agat ex cauſa mutui condictione certi, & reus opponat exceptionem non numeratæ pecuniæ, vel exceptionem doli (quam concurrere certum eſt cum exceptione non numeratæ pecuniæ *l.* 3. *infra de non numerata pecunia*) teneatur actor implere, id eſt probare, pecuniam fuiſſe numeratam, ut in *l. negantes infra de oblig. & action.* cum ſimilibus, & vice verſa, ſi affirmat reus, pecuniam fuiſſe ſolutam, is quoque teneatur hanc affirmationem probare, eadem ratione, quia primo caſu reus negat, actor affirmat, ſecundo affirmat reus, actor negat. Hujus autem regulæ ratio hæc eſt, tradita in *l. actor infra hoc tit.* quia per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſit, quod latius ad *d. l.* explicandum erit. Nec ſuperiori definitioni obloquitur *l. fruſtra* 8. *hoc tit.* quæ generaliter aït, a reo convento non eſſe exigendam probationem; nam de reo loquitur, qui affirmare, non abſoluta negatione intentionem actoris excludere tentat; ut ſi dicat, pecuniam fuiſſe ſolutam, vel pactum de non petendo fuiſſe interpoſitum, aut ſi quid affirmative concipiat. Non obſtat quoque *l. generaliter infra de non numerata pecunia*, quæ vulgo non intelligitur; quamvia ejus ſententia diſerte à Triboniano poſita ſit in *l. cum de indeb. §. ult. D. hoc tit.*, quam totam eſſe a manu Triboniani veriſſime Cujacius docuit. Perſpicua *d. l.* ſententia hæc eſt: ſi ſcripturâ nominatim comprehenſa ſit antecedens cauſa, ex qua pecunia deberi dicitur, puta cauſa emptionis, locationis, & ſimilis contractus, quæ ſcilicet cauſa præcedit ſcripturam, (fiunt enim ſcripturæ, ut facilius id quod actum eſt probari poſſit, *l.* 4. *D. de fidej.*) vel ſi præcedat cauſa mutui, quam male Gloſſa excludit, (cum generaliter loquatur de quacumque cauſa) hoc caſu nominatim expreſſa cauſa, ex qua pecunia deberi dicitur, (& quam in numeratione pecuniæ exprimendam eſſe aït Dephimo in *Phormione Terentii Act. IV. Sc.* 5.

— *nunquam amittam ego a me, quin mihi teſtes adhibeam*
Cui dem: & quam ob rem dem, commemorabo.

Hoc inquam caſu, quo inſtrumentum, quo certa cauſa expreſſa eſt, transfert onus probandi in ipſum reum, ut cancellato chirographo, ſi reus dicat pecuniam ſuiſſe ſolutam, actor affirmet non ſuiſſe ſolutam, onus probationis incumbit actori: ſolent enim hæ præſumptiones in adverſarium transferre probationem. Eſt igitur hæc noſtra lex accipienda vel de pecunia ſine ſcriptura credita, vel de inſtrumento, quod nullam juſtam cauſam continet, &, ut Juriſconſultus aït *d. §. ult. l. cum de indeb.*, *indiſcrete loquitur.* Sed quærunt Interpretes, utrum reus poſſit has duas exceptiones cumulare, id eſt, negare pecuniam ſuiſſe numeratam, & ſimul affirmare ſuiſſe ſolutam, vel ſeparatim dicere, pecuniam ſuiſſe ſolutam, poſtquam oppoſita exceptione non numeratæ pecuniæ actor probavit intentionem, vel vice verſa prius propoſita exceptione ſolutæ pecuniæ, quam probare non potuit,

Digitized by Google

tuit, an ei liceat dicere, pecuniam non fuiſſe numeratam; hæc enim, ſeu ſimul ſeu ſeparatim proponantur, contraria eſſe videntur, quæ non licet proponere, *l. 1. C. de furt?* Sed reſpondeo, hæc non eſſe contraria, quia, ut iodebitum ſolvi poteſt, ita & quod numeratum oon eſt: imò licet contraria cumulare ſubalternative, quod eſt *κατὰ ὑπόταξιν*, ut docet Baldus in *d. l. 1. C. de furt.* quem certatim omnes Interpretes ſequuntur. Et quidem, ſi ſimul hæ duæ exceptiones proponantur, oulla dubitatio eſt, ut colligere licet ex *l. ſi quidem infra de except.*, ex qua licet negare intentioneio & conteſtari exceptionem. Secundo caſu major eſt dubitatio, tum generali illa ratione, quia contraria eſſe videntur, tum quia inficiator, qui negavit pecuniam fuiſſe numeratam, renunciaſſe videtur huic exceptioni, ut Cynus & Dynus ſcribunt *in cap. nullus pluribus de reg. jur. in 6.* Sed in contrariam Bartoli ſententiam proclivior ſum, quia, ut jam docui, hæc contraria non ſuot, & quamvis negaverit, pecuniam fuiſſe numeratam, non ideo videtur renunciaſſe exceptioni ſolutionis; ut, qui rem vindicat, quamvis ita agens plane profiteatur, ſe non eſſe poſſeſſorem, quia rei vindicatio non datur poſſeſſori, ut eſt notiſſimum, non ideo renunciaſſe videtur poſſeſſioni, ſi quam forte habuit; & ideo non prohibetur uti interdicto uti poſſidetis, quod poſſeſſori competit, *l. naturaliter §. nihil commune D. de acq. vel amitt. poſſ.*: qui de ingenuitate egit; non ideo videtur renunciaſſe libertinitati, *l. pen. C. de ing. man.* Et, ſi egero familiæ erciſcundæ, quâ intentione confiteri videor, adverſarium cohæredem mecum eſſe, quem provoco ad diviſionem communis hæreditatis, non tamen ideo videor renunciaſſe petitioni hæreditatis; & rurſum, poſſum contendere eundem adverſarium cohæredem meum non eſſe, *l. qui fam. D. fam. erciſc.* Idem dicendum eſt tertio caſu; objecta enim exceptione, non ideo, quia confeſſa intentione actoris, videor renunciaſſe negationi, *l. non utique D. de except.*, quod & Sulpitius Victor ſcripſit in lib. Juris Civilis *in Inſtitut. Oratoriis.*

Ad leg. II. Imp. *Anton.* A. Aulizano.

Poſſeſſiones, quas ad te pertinere dicis, more judiciorum perſequere. Non enim poſſeſſori incumbit neceſſitas probandi, eas ad ſe pertinere: cum te in probatione ceſſante dominium apud eum remaneat. PP. XV. Kalend. Decemb. Læto & Cereale Conſſ. 216.

AIT: *poſſeſſiones quas ad te pertinere dicis*, quibus verbis indicat ſatis, hoc loco tractari de rei vindicatione, in qua actor rem ſuam eſſe affirmat, *§. 1. Inſt. de act. l. 6. §. etſi veſtim. D. de rei vindic.*, & ita verbum *pertinere* accipiendum eſt in ſua propria ſignificatione, *l. verbum illud D. de verb. ſignificat.* Nec eſt admittenda ſententia vetus Jac. Balduini, qui exiſtimabat, hujus ſpeciem eſſe proponendam de actione perſonali ex ſtipulatu, quod nugatorium eſſe conſtabit ex vera interpretatione. Qui igitur rei vindicatione agebat, & ſe dominum aſſerebat, cum contra poſſeſſor juſte ſe poſſidere contenderet, poſſeſſorem hoc probare debere contendebat, hac forſan ratione fretus, quia, cum contra affirmet ſe eſſe dominum, & hac affirmatione excludere tentet intentionem actoris, hanc affirmationem probare tenetur, juxta regulam propoſitam *l. 2. D. hoc tit.* Sed contra reſcribit Imp., debere actorem in hac perſecutione rei, quam ſuam eſſe dicit, uti *more judiciorum*, id eſt, uti jure, quod in his judiciis rei perſecutoriis receptum eſt & uſitatum, ſecundum quod nulla neceſſitas probandi incumbit poſſeſſori, quem ſola poſſeſſio tuetur ſatis, & quem conſtat non teneri dicere titulum ſuæ poſſeſſionis; hoc enim *incivile* eſſe, id eſt, contra regulas Juris Civilis, nominatim aït *l. cogi ſupra de petit. hæred.* cujus auctoritate utitur Comes Flandriæ contra Philippum Auguſtum Regem Franciæ apud Authorem *Philippidos lib. 2.*

Juſque mihi defendit in his poſſeſſio ſola;
Nam poſſeſſorem compelli dicere, quo rem
Poſſideat titulo, nimium incivile videtur.

Et valde notandi ſunt verſus, qui ſequuntur, ex quibus obſervare licet frequentem uſum Juris Civilis in illis hujus florentiſſimi Regni partibus.

Sic bona namque fides, titulus ſic juſtus ab omni
Excuſat culpa, noſtri fundamine juris,
Nec tibi jus neſcire licet, quo nemo ſibi rem
Juſte collatam ſine culpa amittere debet.

Sed ad rem: ſufficit poſſeſſori dicere, ſe juſte poſſidere, & debet actor intentiooem ſuam probare. Nec obſtat ſuperior ratio; cum enim hæc poſterior affirmatio poſſeſſoris contraria ſit priori affirmationi actoris, ejus manifeſtam includit negationem; duo enim non poſſunt eſſe ejuſdem rei domini in ſolidum, *l. 3. §. ult. D. Commod.* Debet igitur actor, qui primus aït rem ſuam eſſe, hanc intentionem ſuam probare, nec hæc neceſſitas incumbit poſſeſſori vel reo, qui tamen, ſi vult, poteſt hoc oous ſubire, ut recte vulgo Interpretes cenſent in *l. circa D. hoc tit.* Imo ex reſcripto Conſtantini, quod extat in *l. 1. C. Theod. de fide teſtium*, actore non probante contrariam intentionem ſuam, tunc demum poſſeſſori imponebatur neceſſitas probandi, quod tamen non obtinuit, quia, ut nominatim aït, hoc eſt contra veteris juris definitionem, & retro Principum reſcripta. Remanet igitur jns vetus, quod magis placuit Juſtiniano, & ideo non extat *dicta lex* in hoc noſtro Codice. Hæc eſt hujus deciſionis manifeſta ratio, quia, ut eſt in vulgata regula juris, *in cauſa pari melior eſt cauſa rei vel poſſeſſoris, l. in eo, l. in pari D. de reg. jur. l. militis §. pen. D. de teſtamento milit.* vel potius ex hoc jure, quod in hoc caſu & ſimilibus obtinuit, conflata eſt illa regula juris, & alia ſimilis, *favorabiliores rei potius quam actores habentur, l. favor. de reg. jur.* ex jure enim, quod eſt idem quod jam obtinuit, in multis caſibus fit regula juris, *l. 1. D. eod.* Ceſſante igitur actore in probatione, dominium remanet penes poſſeſſorem, ut nominatim aït *h. lex*; dominium, inquam, qualecumque, ut loquitur *l. ſi mater §. eand. D. de excep. rei jud.* poteſt enim eſſe dominus proprietatis, vel, ſi forte dominus proprietatis non ſit, remanet penes eum dominium poſſeſſionis, ſic vocatur *l. 2. C. Theod. de bon. matern. l. 1. C. Greg. ſi res ſub alieno nomine empta ſit*, quo ſenſu accipiendum eſſe dominium in *l. 1. D. de bon. poſſ.* docuit Cujac. Prætor enim dominum facere non poteſt, *§. 1. Inſt. eod. tit.* Eſt & dominium uſufructus *l. 3. D. ſi uſusfr. pet.* Sed de dominio proprietatis *hæc lex* videtur accipienda, & recte olim hoc loco Joannes adnotavit: *dominium, id eſt poſſeſſio*, quæ ſcilicet *in rem actionem parere* dicitur *adverſario, l. 1. ſupra de alien. mut. jud.*; ſic enim ex veteribus manuſcriptis in *d. l.* reſtituenda lectio hoc ſenſu eleganti: poſſeſſio in alium tranſlata in rem actioni novum parit adverſarium; hæc enim actio ex præſenti poſſeſſione eſſe dicitur *l. non alias §. fin. D. de jud.* & qui vincit in hoc judicio, retinet poſſeſſionem, de qua reſtituenda agitur vel interdicto vel rei vindicatione, *l. 1. §. reſtit. D.* uti

nti *poſſ.d. l. ult. C. de act. empti*, ubi *actio permiſſa* vel *promiſſa* eſt rei vindicatio: & elegans ſenſus *d. l.* hic eſt, de fundo expulſum poſſe agere ex interdicto, vel rem vindicare, ut apud Tull. *Lib.* 1. *de Orat.*, *qui aut interdicto tecum contenderent, aut ex jure manu conſertum vocarent, quod in alienas poſſeſſiones irruiſſes*, id eſt, vel ioterdicto agerent, vel rei vindicatione, ad revocandam ſcilicet poſſeſſionem. Porro *poſſeſſiones* in *pr. h. l.* dicuntur agri vel fundi, cujus appellationis rationem Feſtus profert, quia, inquit, olim ita *dicti fuere agri qui non mancipatione, ſed uſu tenebantur*, nec habebant poſſeſſores dominium proprietatis, ſed poſſeſſionem & detentionem tantum; & tandem commune nomen fuit omnium agrotum, ut ex variis Authorum locis notum eſt: hoc ſenſu dicitur *Eccleſiæ ædificari in poſſeſſionibus privatorum*, *l. in Eccleſ. C. de Epiſc. & Cler.* infra Paſchaſinus Lilibat. Epiſcopus in *Epiſt. ad Leonem primum*, *quædam viliſſima poſſeſſio appellatur, in qua vili opere conſtructa eſt Eccleſia*, ſic in *C. quorumdam diſt.* 74. *poſſeſſio quæ Juliana dicitur.* Et ita quoque accipiendum poſſeſſionis verbum in *c.* 1. 70. *diſt.*, quo imperite quidam utuotur, ut ex eo verbo *poſſeſſionis* confirment ordinationem, quæ hodie fieri dicitut ſub titulo patrimonii.

Ad Leg. III. Imp. *Alexan.* A. Leænæ & Lupo.

Ex perſona collegæ avi veſtri conveniri non debetis, ſi eundem collegam tempori depoſiti officii [ſolvendo] fuiſſe oſtenderitis. PP. V. Kal. Janu. Pompeiano & Peligno Coſſ. 232.

HAne legem non male Interptetes vulgo accipiunt de officio tutelæ, quod ſingulos tutores obligat in ſolidum ex collegarum perſona, qui ſolvendo noo ſunt tempore officii depoſiti, etiam diviſa tutela a teſtatore vel a magiſtratu duobus caſibus, primo ſi tutor collegam ſuſpectum non accuſavit *l. 2. de divid. tut. l. 1. ſupra ſi tutor vel cur. non geſſ.* Tutela veto non diviſa, vel ſola tutotum cooventione diviſa, ſi unus tantum geſſit, alter qui non geſſit, ſi is qui geſſit ſolvendo non ſit, ex ejus perſona tenetur; quod ſi omnes ſimul adminiſtraverint, aut ſi nullus geſſerit, quamvis hoc quoque caſu teneantur in ſolidum *l. 6. infra arbitr. tut.* tamen his caſibus noo tam ex perſona alterius, quam ex ptopria perſona, quod non geſſetint vel oeglexerint, teneri videntur; ideoque proprie ſpecies *h. l.* ad priores caſus referenda eſt, propter verba illa *ex perſona*. Hoc autem jus locum quoque habet in pluribus Curatoribus Reip. & Magiſtratibus Municipalibus *l. Imper. l. quid ergo D. ad municip.* & ad eos quoque ſententia *h. leg.* pettinere poteſt, in qua quæritut retenta priore ſpecie, adoleſcente agente in ſolidum adverſus hæredes tutoris defuncti ex perſona collegæ, quis probare teneatur, collegam fuiſſe ſolvendo tempore officii depoſiti? Hoc enim onus incumbete videtut actori, qui aït, collegam eſſe inopem, juxta vulgarem regulam, *debere actorem intentionem ſuam probare*, *l. fruſtra*, *l. actor infra hoc tit.* Sed tamen contra Imp. reſcribit, hæredes probare debere, collegam defuncti tutoris tempore depoſiti officii fuiſſe ſolvendo: cujus deciſionis propria & vera ratio hæc eſt, ut recte Fulgoſius obſervat, cujus ſententiam ſequitur Cujacius, quia, cum ſe defendant hæredes beneficio hujus exceptionis, quæ datut, ſi is, ex cujus perſona conveniuntur, ſolveodo fuerit tempote depoſiti officii, huic exceptioni locum eſſe probare tenentur, juxta Reg. propoſitam *l. in except. D. hoc tit.* Ipſo jute ſinguli tutores tenentur in ſolidum, ſed adjuvantur beneficio hujus diviſionis; hanc igitur ptobate debent. Cur autem tutoribus hac exceptione ſubventum ſit, docet *d. l. 1. infr. de divid. tut.* ne alterius negligentia, qui tempore depoſiti officii potuit agere, & exigere ab eo, qui tunc ſolvendo erat, aliis noceat.

Ad leg. IV. Idem A. Vito.

Proprietatis dominium non tantum inſtrumento emptionis, ſed & quibuſcumque aliis legitimis probationibus oſtenditur. PP. Kal. Nov. Alexandro A. III. & Dione Coſſ. 230.

Ad Leg. XII. Impp. *Dioclet.* & *Maxim.* AA. & CC. Chroniæ.

Cum res non inſtrumentis gerantur, ſed in hæc rei geſtæ teſtimonium conferatur, factam emptionem, & in vacuam poſſeſſionem inductum patrem tuum, preciumque numeratum, quibus potes, jure proditis probationibus docere debes. Dat. V. Non. Octobr. AA. & Conſ. 299.

QUI agebat rei vindicatione, originem petitionis, id eſt cauſam dominii proprietatis, quod ſcilicet vindicabat, (ut in *l. ſi mater §. eand. D. de except. rei jud.*) a contractu emptionis repetebat, id eſt, dicebat, ſe fundum emiſſe a Sempronio fundi domino. Quæritur, an ad implendam intentionem inſttumentum emptionis ita oeceſſarium ſit, ut nulla alia probatio admitti poſſit? Adhibentur inſtrumenta ad plenam fidem rei geſtæ, & ex Conſtitutione Græca reſtituta ex Baſilicis, quæ debet eſſe prima ſub *Tit. de Teſtib.* tanta vis eſt inſtrumentorum, quæ etiam teſtium ſubſcriptionem habent, ut adverſus eam aliotum teſtium vox non admittatur, quod & Paulus ſcripſit *Lib. 5. Sent. teſtes, cum de fide tabularum nihil dicitur, adverſus ſcripturam interrogari non poſſunt.* Cum igitur tanta ſit authoritas ſcripturæ, ſola admittenda videbatur ad probationem dominii proprietatis. Sed tamen contra reſcribit Imper. *l. 4.*, dominium probari *quibuſcumque legitimis probationibus*, vel ut loquitur lex *cum res 12.*, *jure proditis*, id eſt teſtibus, & indiciis certis & indubitatis, *l. indicia ſupra de rei vind.*, contractum emptionis perfici conſenſu ſolo, *l. neceſſario D. de peric. & comm. rei vend.*, nec neceſſariam eſſe ſctipturam, ut ſubſtantiam capiat contractus, *infra Tit. de fide inſtrumentorum*, *l. contractus*, niſi id nominatim conveotum ſit; adhiberi plerumque ſcripturam in his obligatiooibus, quæ conſenſu contrahuntur, non tanquam neceſſariam, ſed ut facilius probari poſſit id quod actum eſt, *l. 4. D. de fidejus.* quod & de nuptiis ſcriptum eſt, *l. neque 13. C. de nuptiis*, quamvis diligeoter conficiantur tabulæ matrimoniales, quæ, ut elegantet aït *d. lex 13. ſine nuptiis ad probationem nuptiarum non ſunt idoneæ, diverſum veritate continente*; nam *veritas rerum, erroribus geſtorum*, id eſt inſtrumentorum, *non vitiatur*, ſic legendum eſſe non dubito in *l. illicitas 6. §. veritas 1. D. de off. Præſ.* levi mutatione unius literæ, non ut vulgo ſcriptum eſt, *veritas rerum erroribus geſtarum*, ſine ullo ſenſu. An autem ad probationem dominii ſolum inſtrumentum emptionis ſufficiat, ſi quætas, cum Gloſſa reſpondeo, ſufficere, ſi inſtrumentum contineat, ptetium fuiſſe ſolutum, aut fidem habitam de pretio, & rem fuiſſe traditam; hæc eoim omnia deſiderantur ad probationem tranſlati dominii, *§. venditæ Inſt. de rer. divis. l. quod vendidi D. de contr. empt.* Nec obſtat, fieri poſſe, ut dominium tranſlatum non ſit, ſi forte venditor dominus non ſit, *l. traditio D. de acq. rer. dominio*, quia, ut Fulgoſius recte obſervat, in his *ll.* non revocatur in dubium, venditorem

ditorem fuiſſe dominum, quia emptor agit rei vindicatione, quæ domino competit, nec objicitur, eum incongrua actione agere: ſi enim venditor non eſſet dominus, ſed bonæ fidei poſſeſſor tantum, directa rei vindicatio emptori non competeret, ſed Publiciana tantum, *l. 1. 2. & 3. D. de Public. in rem. act.* ſi vero malæ fidei poſſeſſor, nulla. Hoc igitur dato, eum recte agere rei vindicatione, admittitur tanquam dominus proprietatis, ut in *l. 2. ſupra* dominium remanere dicitur penes poſſeſſorem, actore non probante, quamvis forſan verus dominus non ſit.

Ad Leg. V. Imp. *Philippus* A. & *Philip.* Cæſ. Sertorio.

Inſtrumenta domeſtica, ſeu privata teſtatio ſeu adnotatio, ſi non aliis quoque adminiculis adjuventur, ad probationem ſola non ſufficiunt. PP. VII. Id. Ap. Philippo A. & Titiano Conſ. 246.

Ad Leg. VI. Idem A. & *Cæſar* Romulo.

Rationes defuncti, quæ in bonis ejus inveniuntur, ad probationem ſibi debitæ quantitatis ſolas ſufficere non poſſe, ſæpe reſcriptum eſt. Ejuſdem juris eſt, & ſi in ultima voluntate defunctus certam pecuniæ quantitatem, aut etiam res certas ſibi deberi ſignificaverit. PP. Id. Martii, Philippo A. & Titiano Conſſ. 246.

Ad Leg. VII. Imp. *Gallienus* A. Sabino.

Exemplo pernicioſum eſt, ut ei ſcripturæ credatur, qua unuſquiſque ſibi adnotatione propria debitorem conſtituit. Unde neque fiſcum, neque alium quemlibet ex ſuis ſubnotationibus debiti probationem præbere [poſſe] oportet. PP. III. Non. Mart. Gallieno A. VII. & Sabino Conſſ. 267.

INſtrumenta domeſtica vocat *lex* 5. ſcripturas ex domo ejus prolatas, qui ſibi deberi aliquid contendit, id eſt *domeſtice* & privatim confectas, eadem forma, qua *domeſticum* teſtimonium dicitur, quod ſumitur è *domo* probare volentis, *l. 2. infra, de teſtib. Teſtationem* vero *privatam*, ſcripturam continentem nudam depoſitionem teſtium privatim, abſente eo, adverſus quem adſertur, confectam, quam teſtationem per ſe nullam fidem facere ait *lex* 4. *infra de teſtib.* idemque dicendum eſt de *adnotatione*, id eſt brevi ſcriptura, qua quis aliquid ſibi deberi adnotavit: Hæ ſcripturæ *privatæ* & *domeſticæ* dicuntur, quæ & *propriæ*, *l. 7. h. t.*; quemadmodum *domeſticum* recte dicitur *proprium* & *privatum*: quamvis alias ſcriptura *privata* vel inſtrumentum *privatum* plenam fidem facere aliquando dicitur; *privatum* enim hoc genus inſtrumenti diverſa ratione vocamus ad differentiam inſtrumenti *publici*, de quo in *l. 1. ſupra de jurejur. propter cal. dando*, *l. ſcripturas infra, qui pot. in pign.* Sic jus privatum diverſa ratione dicitur *publicum*, ſi opponatur *privatorum* pactis & conventiunibus, quia certas & ſolemnes regulas habet, quas in negotiis contrahendis omnes cives obſervare debent; ut Siculus Flaccus privatorum agros vectigales *publicos* quoque recte dici aït, quia *publico* vectigal ſolvunt. Domeſticum igitur recte *privatum* dicitur, ſed non contra; privatum enim quoddam eſſe poteſt, quod non eſt domeſticum, & diverſa ratione *privatum* dicitur, & ita defendere ſoleo Veterum ſententiam adverſus Recentiores quoſdam, qui in *h. l. privatam ſcripturam* ſeparandam eſſe cenſent a *domeſtica*. Lex 6. eſt de rationibus expenſi, quas diligenter olim Veteres conficiebant, ut conſtat ex Orat. Tullii *pro Cælio* & ex Tit. Pandect. *de edendo*. Et expenſi quidem ratio olim plenam fidem faciebat, ut docet notiſſimus Gellii locus *Lib. 14. c. 2.*; hodie, ut ex *h. l.* conſtat, hanc vim habere non poteſt, quia, ut Plautus loquitur, *hominum fides ſubleſta* eſſe cœpit; &, quamvis diligentiſſime confectæ reperiantur rationes in bonis defuncti, vel ſi defunctus in extremis poſitus in ultima voluntate ſignificarit, aliquid ſibi deberi, rationes defuncti, profeſſio defuncti, ad probationem plenam ſufficere non poſſunt; hoc enim exemplo perniciosum eſſe aït *lex 7. h. t.* ut unuſquiſque propria qualibet ratione vel profeſſione ſibi debitorem conſtituat, quod nec in fiſco, cujus innumera privilegia ſunt notiſſima, locum habere poteſt, *l. fin. infra de conven. fiſci debitor.*

Ad Leg. VIII. Impp. *Dioclet.* & *Maximian.* AA. & CC. Publicio & Optato.

Fruſtra veremini, ne ab eo, qui lite pulſatur, probatio exigatur. PP. XIV. Kalend. Baſſo & Quintiano Conſſ. 289.

NEgantes debitores *legitimis modis*, id eſt, in jure proditis probationibus, puta ſcriptura vel teſtibus, eſſe conveniendos, ait *l. negantes, ſupra de obl. & act.* quod Paulus ſcripſit *L. 5. Sent. tit. 5.* De his accipiendam eſſe *h. l.* Veteres cenſent; ſolent enim rei conventi vel debitum confiteri, vel admittere intentionem rei, vel non abſolute admittere, ſed dubitare de intentione rei, & adverſus eam exceptionem conteſtari, vel confiteri, & tamen adverſus intentionem exceptionem proponere, vel abſolute negare. Primo caſu pro judicatis habentur, *l. 1. D. de confeſ. l. 1. C. eod.* nec videtur neceſſaria condemnatio, quod etiam quoſdam ex Veteribus exiſtimaſſe Accurſius notat *l. 6. §. fin. D. eod.* & confirmat Paulus 2. *Sent. Tit. 1. §. fin.* aït enim dari actionem in confeſſum, ſed ſtatim eſſe compellendum ad ſolutionem. Livius Lib. 1. *Nunc autem nobis & confeſſione culpæ & ut a confeſſis res extemplo repetuntur.* Nec obſtant *l. 3, 5, & ult. D. eod.* ſi adhibeamus hanc diſtinctionem: nam vel quis in jure confitetur apud Prætorem, vel apud judicem à Prætore datum; primo caſu Prætor vel dat judicem ad reſtituendum, quaſi ex re judicata, ut *l. pen. D. eod.*, & jure ordinario confeſſum ſolvere cogit, vel extra ordinem pignora capi jubet & diſtrahi, ut in *l. ſi pignora D. de evict.*; ſecundo caſu neceſſaria eſt omnino condemnatio judicis dati, quia confeſſus in jure non in judicio pro judicato habetur, *d. l. 1. C. eod.* nec ipſe judex datus a Prætore poteſt cogere confeſſum, id quod confitetur ſolvere, quia nec rem a ſe judicatam exequitur & neceſſaria eſt auctoritas Magiſtratus *l. a Divo Pio, D. de re jud.* Si vero conventi rei non confiteantur, ſed dubitent de intentione actoris conteſtata exceptione, tenetur actor prius intentionem ſuam probare, quam ſi probaverit, tum demum exceptioni propoſitæ & conteſtatæ locum eſſe rei probare tenentur, *l. ſi quidem C. de except.* Quod ſi confiteantur adverſus intentionem exceptione propoſita, exceptionem probare tenentur, *l. in except. D. hoc tit.* & *d. l. ſi quidem.* Ultimo vero caſui, de quo *h. l.* accipiendam eſſe conſtat, ſæpiſſime locum eſſe aït Seneca *Lib. 3. de ira*: *inficiationes*, inquit, *quibus trina vix ſufficiunt fora*, & rejicit inficiatio & abſoluta negatio onus omne probationis in actorem vel petitorem, qui regulariter prior agere tenetur, *l. is qui D. de rei vind.* quod & Donatus *in Eunuch. Terentii* ſcripſit, abhorrere a conſuetudine juris & litium, ut poſſeſſor prius agat quam poſſeſſor.

Ad Leg. IX. Iidem AA. & CC. Martianæ.

Cum te minorem quinque & viginti annis eſſe proponas, adire præſidem provinciæ d bes, & de [ea] ætate probare. Dat. Id. Apr. AA. Coſſ. 293.

Diligenter, & cauſa cognita, tractandam eſſe quæſtionem ætatis aït *lex cum de ætate*, *D. h. t.* cum *l. ætate*, *D. de minor*: eſt enim quæſtio præjudicialis, quæ cauſis præcedentibus ex ea præjudicium facit. In hac quæſtione quæritur, quis ætatem probare debeat, ut in ſpecie *h. l.* quæ concipienda eſt de muliere quadam, quæ beneficio ætatis petit reſtitutionem in integrum, etiam ante impletum 25. annum, ot *l.* 25. *ſupra de in integr. reſt.* Cum enim ſe minorem dicat, adverſarius vero majorem, quæritur, quis ætatem probare debeat? Et reſcribunt Impp., mulierem, quæ ſe minorem eſſe contendit, de ea ætate probare debere, quia intentionis ſuæ fundamentum & auctoritatem repetit ab ea ætate, cujus beneficio in integrum reſtitutionem petit; eam igitur probare tenetur, *l.* 4. *ſupra de in integr. reſt.* quemadmodum is, qui ſe majorem eſſe aït 25. annis, hanc ætatem probare quoque tenetur, *l. minor.* 23. *D. de minor.* Probatur autem ætas teſtibus, vel inſtrumentis, *l.* 2. *ſupra de his qui veniam æs. impetr.* veluti tabulis profeſſionum, *l.* 2. *D. de excuſat. l.* 1. *ſupra ſi minor ſe maj. dix.*, quæ ſcilicet conficiuntur a patre natis filiis, vel a matre aut avo, *l. etiam D. h. t.* Probatur quoque aſpectu corporis, *d. l. minor:* & olim quidem ex ſententia Sabinianorum Veteres ex habitu corporis pubertatem æſtimabant, id eſt, ut Viri docti cenſent, ex inſpectione nudi corporis, ut ſcilicet id ex pube & prima lanugine conſtaret. Div. Auguſtin *Lib.* 1 *Confeſſ. ubi me pater in balneis vidit pubeſcentem, & inquieta indutum adoleſcentia, quaſi jam ex hoc geſtiret in nepotes, gaudens matri indicavit*; recte D. Aug. *ind tum*; nam & ideo pubes a veteribus dictus fuit *veſticeps*, & contra impubes *inveſtis*. Sed contra Schola Proculejanorum annis tantum pubertatem æſtimabat, nulla habita habitus ratione: & ita Quintil. *Lib.* 4. *cap.* 2. *ex jure non conſtare, annis, an ex habitu æſtimanda ſit pubertas.* Controverſiam hanc ſedare voluit mixta utraque ſententia Priſcus Javolenus, puberem eum eſſe conſtituens, in quem utrumque concurrit, & habitus corporis, & numerus annorum, ut Ulpian. ſcripſit *Lib. ſing. Regul. tit. de Tut.* §. *ult.* quod certius videtur Iſidoro *L.* 2. *Etymol.* his verbis, quibus ſine ulla dubitatione refert Javoleni ſententiam: *certiſſimum autem eſſe, qui ex habitu corporis pubertatem oſtendat & generare jam poſſit.* Compilatores Canoonm & Decretorum, dempta ex verbis Iſidori particula, &, Sabinianorum ſententiam probare videntur in *cap.* 3. X. *de deſponſat. impub.*, nec tamen intelligunt inſpectionem nudi corporis, ſed, ut Gregor. VII. loquitur *cap.* 3. *eod.* in *prima Collect.*, *geſticulationem corporis*, ſeu geſtamen, quod a veteribus Gloſſis dicitur *ſchema*; & ita accipienda eſt *d. lex*, *minor*, in qua Prætor dicitur æſtimaſſe ætatem minoris *ex aſpectu.* Sed Procul. ſententia, quam expreſſa Conſtitutione Juſtin. confirmat *l. ult. infra*, *quando tut. vel curat. eſſe deſ.*, etiam ante Juſt. prævaluiſſe videtur, non ſolom ex poſteriorum Juriſconſultorum reſponſis, ut in *l. a qua ætate D. qui teſta. fac. poſſunt* & apud Paulum *L.* 3. *ſent. cap.* 4. ſed etiam Imp. reſcriptis *l.* 4. *infra qui teſtamenta fac. poſ.* Et hoc, meo judicio, quod Macrob. ſcribit *in Somnium Scipionis*, *fœminas maturius biennio legibus tutela liberari*, id eſt, reſponſis Juriſconſultorum & reſcriptis Principum, non, ut vult Cujac. lege Julia & Papia; ſi enim his veteribus legibus certa ætas conſtituta & definita fuiſſet, qua ratione etiam potuit ætate Juſtiniani veteris controverſiæ remanere veſtigium? *Leges* autem vocari reſponſa Juriſconſultorum Scævolæ, Ulpiani, Papiniani, & cæterorum comprobatur locupletiſſimo teſtimonio Modeſtini *l.* 1. *D. de excuſat.* adhibita interpretatione Cujacii & Antonii Auguſtini. Idem quoque Tertull. ſcripſit, *pubertatem* ſcilicet *annis æſtimari* notiſſimo loco in *Lib. de virg. velandis*, & *Lib. de anima.* Sed Juſtin. conſtitutione ſua omnem veteris controverſiæ memoriam, quæ remanebat in Libris Veterum, nominatim delere voluit, & Conſtitutionibus novis pleraque ex profeſſo abrogat, quæ antea non obſervabantur, quod pluribus exemplis confirmari poteſt.

Ad Leg. X. Iidem AA. & CC. Iſidoro.

Neque natales tui, licet ingenuum te probare poſſis, neque honores, quibus te functum eſſe commemoras, idoneam probationem pro filiæ tuæ ingenuitate continent: cum nihil prohibeat & te ingenuum, & eam ancillam eſſe. Dat. XVIII. Kalend. Maji, AA. Conſſ. 293.

Præjudicialibus actionibus notiſſimum eſt agi de ſtatu hominum, §. *præjud. Inſt. de action.* Sunt autem tres: prima quæritur, an ſervus quis vel liber ſit; ſecunda, an ingenuus vel libertinus, ut apud Plaut. in *Milite glor.*

Quid ea ingenua an feſtuca facta ſerva an libera eſt.

tertia eſt de agnoſcendis liberis editis poſt divortium, vel poſt mortem patris, vel conſtante matrimonio, ut ſcilicet alantur a patre. Io ſpecie *h. l.* iu qua Iſidorus pater filiam in poſſeſſione ſervitutis conſtitutam non ſolum liberam ſed etiam ingenuam eſſe aït, & in ingenuitatem aſſerit, commiſcentur duæ quæſtiones, quia adverſarius contra eam aït eſſe ancillam, pater ingenuam & liberam. Quæritur autem in hac præjudiciali actione, quis actoris partes teneat, qois probare teneatur? quod definitum eſſe in *l. generaliter* 12. *D. de except.* Cujac. docuit, *generaliter in præjudiciis*, (& in præjudicialibus actionibus) *eum actoris partes ſuſtinere, qui habet intentionem, ſecundum id quod intendit*, id eſt eum, ſecundum cujus intentionem data & concepta eſt actio; ut in hac ſpecie, ſi paret Titiam filiam Iſidori ingenuam eſſe. Ita igitur concepta actione apparet eum, qui talem actionem impetravit, debere implere id, quod intendit; quod Iſidorus probare contendit, probans ſe eſſe ingenuum, tum ex natalibus, quia ſe ingenuum eſſe oſtendit, prolata puta natali profeſſione, ut in *l.* 6. *infra de fide inſtr.* tum ex eo, quod in civitate vel municipio honores geſſerat, ad quos admittuntur ingenui; ab his vero repelluntur ſervi vel libertini *l.* 3. *de off. Prætor. l.* 1. & 2. *infra, ſi ſervus ad decur. aſp. l. un. infra ad L. Viſell.* & quia ſe ingenuum probat, concludit filiam eſſe ingenuam. Quæritur, an neceſſaria ſit hæc concluſio, & illatio? Reſcribunt Impp. nullius momenti eſſe hanc probationem, cujus deciſionis notiſſima ratio hæc eſt; quia in hac cauſa liberali non habetur ratio ſtatus patris, ſed matris; potuit pater eſſe ingenuus, mater ſerva, cujus ſtatum filia ſequitur, *l. avi*, *l. ult. infra de liber. cauſa*, quia partus ventrem ſequitur, *l. partum ſupra de rer. vindic.* Quod quidam objiciunt huic deciſioni ex *l. cum legit. de ſtatu hominum*, leviſſimum eſt; quod enim ea lex ait, ex legitimis nuptiis natos filios patrem ſequi,

non

non eſt exaudiendum de ſtatu libertatis, vel ingenuitatis; ſi enim ouptiæ legitimæ ſunt, certum eſt utrumque parentem eſſe liberum; ſed de cæteris cauſis, ut ſcilicet ſint in familia patris, & a patre dignitatem accipiant, *l. familiæ §. 1. de verb. ſign. l. filia, & ſeq. de Senator.* Sed valde obſtare videtur *lex pen. infra ne de ſtatu def.* in qua confirmato ſtatu patris, qui ſervus fiſci dicebatur, confirmari dicitur ſtatus filii. Hujus objectionis veram eſſe ſolutionem arbitror, de ſervis fiſci idem eſſe dicendum, quod de ſervis publicis dicitur *l. ult. infra de fugit. & adſcript. l. ult. de agric. & cenſit.*, natum ex fugitivo vel adſcriptitio & matre libera ſequi conditionem patris: hoc igitur caſu confirmato ſtatu patris confirmatur ſtatus filii, nec dici poteſt filius fiſci ſervus, ſi adverſus fiſcum ſtatus patris præſcriptione quinquennii confirmatus ſit.

Ad Leg. XI. Iidem AA. & CC. Antoniæ.

Si ſcriptum heredem ab amita tua, vel [de] teſtamenti vitio, vel quacumque alia ratione non poſſe obtinere hereditatem, probari à te poſſe confidis, de hac hereditate apud rectorem provinciæ agere potes. S. V. Kal. Maii, Heracliæ, AA. & CC. Conſſ. 294.

PErtinet hæc lex ad judicium Centumvirale petitionis hæreditatis, quod non fuiſſe in urbe Roma privatum judicium, id eſt privatorum Judicum, quos in privatis judiciis Prætor dare ſolet, ſed Centumvirorum, & Prætoris ipſius, qui Centumviralibus cauſis & judiciis ex more præſidebat, Cujacius docet *L. 10. Obſerv. cap. 20.* In provinciis vero de hæreditatibus videntur Rectores Provinciæ, ut in cæteris cauſis & judiciis, judices dediſſe: & ita intelligendum eſt, quod aït *lex 1. C. de ord. judic. adite Præſidem Provinciæ*, & judicem, qui de hæreditate cognoſcat, ab eo accipite, quod omnino ſubintelligendum eſt, ut *l. 2. eod tit. adito Præſidem Provinciæ & accepto fam. erciſcundæ judicio*, & ita quoque accipiendum eſt, quod ſequitur in *d. l. 1. ruptum eſſe teſtamentum agnatione Fabiani præſentis docete*, de judice ſcilicet dato a Præſide, apud quem cauſa diſceptatur, lis conteſtatur & probationes examinantur; licet enim judex datus de iogenuitate & liberali cauſa non poſſit principaliter cognoſcere, *l. non diſting. §. de liberali D. de recept. & qui arb. recep. l. placet C. de pedan. jud.*, poteſt tamen incidenter de iogenuitate quæſtionem definire, ut colligere licet ex *l. 6. ſupra de reb. creditis & jurejur.* Et ita hæc lex aït, de hæreditate apud Rectorem Provinciæ agendum eſſe, a quo, ut in ſpecie *d. l. 1.* judex accipiendus eſt, qui de juſtis petitionis cauſis cognoſcere debet: agit enim in hoc judicio Antooia de ſucceſſione amitæ ab inteſtato, & hæreditatem vindicat contra hæredem ſcriptum, quem ſucceſſionem ex teſtamento obtinere non poſſe contendit: & contra hæres ſcriptus, deceſſiſſe amitam teſtamento facto, nec locum eſſe ſucceſſioni ab inteſtato, ſi vel ſpes ſit ſucceſſionis ex teſtamento, *l. 39. de acq. hæred. l. quamdiu de reg. jur.* Io hoc conflictu quæritur, quis prior agere debeat, quis ſuam intentionem implere teneatur? nam prima fronte dicendum videtur, hoc onus incumbere hæredi ſcripto, qui fundamentum intentionis ſuæ repetit a teſtamento, & exceptione teſtamenti excludit petitionem ab inteſtato, juxta id quod traditur in *l. in except. D. h. t.* nec ſufficit dicere, factum fuiſſe teſtamentum, ſed docere quoque debet, recte factum fuiſſe, argumento *l. 13. §. ult. de Public. in rem. act.* qua Gloſſa utitur: qui vult agere Publiciana, quia rem emit à pupillo, non ſolum probare debet, ſe emiſſe, ſed etiam emptionem rite factam fuiſſe; eademque ratione dicendum videtur, eum, qui ex teſtamento ſucceſſionem defendit, non ſolum probare debere, teſtamentum factum fuiſſe, ſed etiam rite factum fuiſſe. Et tamen contra reſcribunt Impp., Antoniam, quæ hæreditatem ab inteſtato petit, vel docere debere de teſtamenti vitio, (quod vel pendet ex perſona teſtantis, quia teſtamentum facere non potuit, vel ex ipſo teſtamento, quia falſum & injuſtum, nullum, ruptum, irritum fuit, ut in *princ. tit. Inſt. de hæred. quæ ab inteſt. defer.*) vel alia ratione oſtendere debere, non poſſe hæredem ſcriptum hæreditatem obtinere, etiam ex teſtameoto perfecto & omoibus numeris abſoluto, quia cum eo non fuit teſtamenti factio, quia incapax eſt hæreditatis, quem diligenter ſeparandum eſſe ab indigno adverſus Veteres Interpretes eruditiſſime Cujac. docuit in *Parat. C. de his, quæ ab indignis aufer.* Cur autem ita reſcribant Impp., ſatis eſt in proclivi, quia exceptionem ſuam vel prolato teſtamento ſatis ſuperque confirmat hæres ſcriptus; quam, cum replicatione vitioſi teſtamenti, aut alia ſimili, quâ ex teſtamento ſcriptum hæredem ſuccedere non poſſe contendit Antonia, cum, inquam, exceptionem hæredis ſcripti replicatione eludere tentet, hanc probare tenetur; qui enim dicit, adverſarium quodam jure prohibitum eſſe, id probare debet, *l. ab ea parte D. h. t.* Nec obſtat *d. l. 13. §. ult. de Publ. in rem act.*; qui enim agit Publiciana, ex juſta cauſa poſſidere debet, nec re a pupillo empta, qui regulariter vendere non poteſt, dici poteſt, juſta cauſa poſſidere, niſi doceat, emptionem recte factam fuiſſe.

Ad Leg. XIII. Iidem AA. & CC. Juſtino.

Non epiſtolis neceſſitudo conſanguinitatis, ſed natalibus, vel adoptionis ſolemnitate conjungitur: nec adverſus abſentem hereditatis dividendæ gratia velut contra fratrem pro ancilla petitus arbiter, ſubſtantiam perimit veritatis. Sive itaque quaſi ad ſororem, quam ancillam te poſſe probare confidis, epiſtolam emiſiſti, ſive familiæ erciſcundæ, quaſi pro coherede petitus arbiter doceatur, fraternitatis quæſtio per hæc tolli non potuit. Dat. Kalen. Decemb. AA. Conſſ. 299.

Ad Leg. XIV. Iidem AA. & CC. Munitiano.

Non nudis adſeverationibus, nec ementita profeſſione, (licet utrique conſentiant) ſed matrimonio legitimo concepti, vel adoptione ſolemni filii Civili Jure patri conſtituuntur. Si itaque hunc, contra quem ſupplicas, alienum eſſe [probare] confidis: per te vel per procuratorem adfirmationem ejus falſam detege. Dat. Kal. Decemb. AA. Conſſ. 299.

EAdem deciſio *l. 13. & 14.* eſt, certos eſſe modos Jure Civili definitos, quibus fratres & filii conſtituuntur, naturam ſcilicet, & adoptionem, *l. 1. D. de adopt.* Et ideo, ſi quis epiſtolis eam ſæpe ſororem vocaverit, quæ ſoror non erat, ſed ancilla, & ipſa tanquam ſoror & cohæres petito arbitro familiæ erciſcundæ de diviſione paternæ hæreditatis agere cœperit, quamvis ſoror vulgo habeatur, intacta tamen & illibata remanet ſubſtantia veritatis, quam tamen oſtendere debet is, qui eam tanquam ſororem agnovit, quæ eſt ſententia *l. 13.* ad quam ootanda eſt vetus controverſia, quæ fuit inter Jacobum, qui exiſtimabat, epiſtolam probare adverſus eum, qoi ſcripſit, & Joannem & Azonem, qui de epiſtola idem eſſe dicendum cenſebant, quod de inſtrumentis do-

meſticis dicitur *l. inſtrumenta*, *ſupra h. t.* epiſtolam ſine adminiculis non probare. Sed vera eſt ſententia Jacobi, quæ confirmatur *h. l.* & *l. Imp. D. hoc tit. l. Publia §. ult. D. depoſ.* Nec obſtat *l. Jubemus*, *de liber. cauſa*; aït enim, epiſtolas eſſe inanes, ſi contrarium legitimis probationibus probatum ſit, quod & *hæc lex* admittit. Non obſtat quoque *l. epiſtola D. de pactis*, quæ hoc ſimpliciter vult, non probare epiſtolam adverſus extraneos; probat enim tantum adverſus eum, qui ſcripſit. Porro in ſpecie *d. l.* 13. merito dubitari potuit, utrum mulier affirmationem ſuam probare teneatur, quia, ut ſæpe dictum eſt in *h. tract.*, is probat, qui affirmat, non qui negat: eademque eſt dubitatio *l.* 14. qua prima fronte dicendum videtur, filium debere probare affirmationem ſuam; nam regulariter, qui ſe dicit ex aliquo natum, genus vel gentem habere, id probare tenetur, *l.* 1. *D. h. t.* Sed contra reſcribunt Imper., hoc onus incumbere ei, qui negat; quia ſibi priore affirmatione præjudicavit, & hæc præſumptio onus probandi in eum omnino transfert. Non poteſt quis ſibi facere fratrem vel filium epiſtolis, vel quibuſcumque aſſentationibus falſis, profeſſionibuſque natalibus vel cenſualibus; natura enim fiunt vel adoptione: & frater quidem fit per adoptionem, ſi Titium puta pater meus tanquam filium adoptat; non ſi ego adopto tanquam fratrem, *l. nec apud*, *infra de hæred. inſtit.* ſed qui nunc negat, aliquem fratrem eſſe vel filium, quem antea tanquam fratrem vel filium adgnovit, in hoc ſibi præjudicat, ut novam hanc negationem probare teneatur, *l. quidam D. h. t.* probatur autem negatio per probationem contrariæ affirmationis, qua de re tractandum erit enucleatius in *l. actor. infra h. tit.*

Ad Leg. XV. Iidem AA. & CC. Antonio.

Vis ejus, qui ſe dominum contendit, ad imponendum onus probationis ſervo minime prodeſt. Cum igitur aufugiſſe te de domo Severi profitearis, verum nec ab illo juſto initio, ſed per violentiam adſeveras [te] eſſe detentum, inquiſito prius, an in poſſeſſione libertatis ſine dolo malo conſtitutus ſis, tunc etiam onus probationis quis debeat ſubire, per hujuſmodi eventum declarabitur. Dat. VI. Kalen. Jan. AA. Conſſ. 299.

FRuſtra ſunt Interpretes, qui anxiè quærunt, utrum *hæc lex* ad judicium petitorium vel poſſeſſorium referenda ſit, an hæc quæſtio propoſita ſit inſtituto hoc vel illo judicio? pertinet enim *h. l.* ſpecies ad ordinationem & præparationem liberalis cauſæ, quæ ordinari & præparari dicitur, cum dubitatur, utrum quis ex ſervitute in libertatem ſeſe aſſerat, an vero ex libertate in ſervitutem aſſeratur; nam ſi hoc incertum ſit, tunc is, qui de libertate cogniturus eſt, cognoſcere debet, utrum ex libertate in ſervitutem, aut contra agatur, *l. 7. §. ult. D. de lib. cauſa*, ideoque hæc diſceptatio *cognitio* dicitur, *l. cognitio D. eod.* quamvis ſciam, aliquos judices & recuperatores datos fuiſſe. Sueton. in *Domit. Flavia Domitilla ingenua & Civis Romana Recuperatorio judicio pronunciata eſt*, & in *Veſpaſ. recuperatores, ne ſe profuſoriis aſſertionibus accommodarent*, *monuit*: & ita de judice vel recuperatore dato à Prætore intelligenda videtur *lex 7. §. pen. & ult. D. de petit. hæred.* cum aït, *jubere Prætorem*, *judicem libertatis partibus ſuis fungi*; judicem ſcilicet in liberali cauſa à Prætore datum: hoc quoque liquido confirmat, quod ſcriptum eſt in *d. l. cognitio §. ult. plures dominos dominium ſervi vindicantes ad eumdem judicem eſſe mittendos*, & *l. duobus D. eod. ſi quis uno judicio liber, altero ſervus judicatus ſit, commodiſſimum eſſe, eo uſque cogi judices, donec conſentiant*; cogi ſcilicet judices à Prætore vel Magiſtratu, qui Provinciam regit, ex Conſilio dato, & quod in Urbe conſtabat Senatoribus quindecim, totidemque equitibus, in Provinciis equitibus 20. ut Ulpian. docet *Lib. Reg. tit.* 1. & Theoph. *Tit. Inſt. qui & ex quibus cauſis man.* Sed, ſeu Prætor ipſe de tota liberali cauſa cognoſcat, ſeu recuperatores det, neceſſario prius ordinandum eſt judicium, & conſtituendum inprimis, quem actoris quemve rei partibus in eo judicio fungi oporteat: & hoc eſt, quod quæritur in *h. l.* an Antonius, cujus Severus ſe eſſe dominum contendit, an vero Severus actoris partes ſuſtinere debeat; nam in hoc præjudiciali judicio is commodum poſſeſſoris habet, qui tempore præjudicii, id eſt eo tempore, quo de ſtatu quæritur, ſine dolo malo eſt in poſſeſſione libertatis, *d. l. 1. §. ult. l. ſi filius*, *D. h. t.* Aït autem Severus, Antonium, qui ſe pro libero gerit, dolo malo eſſe in poſſeſſione libertatis, quia fugerat, nec talis poſſeſſio fugitivo prodeſſe poteſt, *l. 1. ſupra, ubi cauſa ſtatus tractari debeat.* Imo ſimilis eſt conſtitutio in ſervitute, *l. eam qui*, *infra*, *de lib. cauſa.* Contra vero Antonius vim Severo objiciebat; cum enim liber eſſet à Severo, vi raptus fuerat in ſervitutem; ideoque, ut eleganter Julian. aït in *l. ſi quis lib. D. h. tit.*, indigniſſime Severus commodum poſſeſſoris conſequeretur. Super hac dubitatione conſulti reſcribunt Impp. nec fugam prodeſſe debere Antonio, nec vim Severo; ſed recurrendum eſſe ad juſtum initium poſſeſſionis, id eſt, diligenter quærendum eſſe, an Antonius fuerit in poſſeſſione libertatis ſine dolo malo ante fugam, & vim illatam; hoc enim cognito, & ordinato liberali judicio, ſi reperiatur Antonius in poſſeſſione libertatis, conſtabit, eum commodum poſſeſſoris retinere, vel contra, debere probare intentionem ſuam, id eſt, ſe eſſe liberum. Lubens omitto cætera, quæ in *h. lege* ab Interpretibus tractantur, quia non ſunt hujus loci.

Ad Leg. XVI. Iidem AA. & CC. Philippo & Sebaſtiano.

Sive poſſidetis prædia, quæ à patre communi ſibi fratres emancipati donata contendentes vindicant, ipſis incumbit facti probationis neceſſitas, ſive ipſis ea prædia quaſi à patre veſtro ſibi donata tenentibus, vos cohæredes conſtituti patris petitis: ut intentionem veſtram non conſtitiſſe denegant, unde domini facti ſunt, emergente quæſtione, docere compelluntur. Datum X. Kalend. Febr. AA. Conſſ. 299.

SPecies *h. l.* hæc eſt. Titius, cum quatuor filios haberet, duos emancipavit, duos vero in poteſtate retinuit: defuncto Titio filii in poteſtate retenti hæredes extiterunt vel ex teſtamento, vel ab inteſtato; & id eſt, quod aït lex, *vos cohæredes conſtituti*, vos, inquam, filii in poteſtate retenti cohæredes inter vos; non cohæredes emancipatorum: emancipati enim hæredes non fuerunt, vel quia intra annum utilem noluerunt petere bonorum poſſeſſionem *unde liberi*, quam eis Prætor dat a Jure Civili deſtitutis, *l. 1. §. largius*, *de ſucceſſ. edicto*, vel quia juſtis ex cauſis exhæredati ſunt. Orta autem controverſia inter emancipatos, & filios in poteſtate retentos eos denique patris hæredes, de prædiis quibuſdam, quæ emancipati ſibi a patre donata fuiſſe contendebant; filii vero patris hæredes horum prædiorum ſe dominos eſſe aſſerebant univerſali jure ſucceſſionis: quæritur, utrum emancipati dominium ex cauſa donationis probare debeant? Et indiſtincte reſcribunt

bunt, Imper., emancipatos, ſive poſſideant ſeu non poſſideant, factum probare teneri, id eſt, prædia fuiſſe a patre donata. Et quidem, ſi filii in poteſtate retenti poſſideant, nulla eſt dubitatio, quia in rei vindicatione regulariter actor ſe debet dominum probare, ut diximus *ſupra l.* 2. ſed, ſi poſſideant emancipati, quare probare tenentur, cum ſola poſſeſſio poſſeſſorem defendat? Reſpondet Accurſius, hoc ita in ſpecie propoſita conſtituendum eſſe, quia, etſi poſſideant, tamen contra eos præſumptio facit; temere enim donatio non præſumitur, *l. cum de in deb. D. de probat.* qoæ ratio, ut erudite docet Cujac., recta non eſt; nec enim poteſt quælibet præſumptio auferre commodum poſſeſſoris. Dicendum igitur eſt, cohæredes liquido probare ſuam intentionem, quia conſtat rem fuiſſe defuncti, perveniſſe igitur ad hæredes jure ſucceſſionis, & probata intentione cohæredum debent emancipati exceptionem donationis neceſſario probare. Non cogitur poſſeſſor dicere titulum ſuæ poſſeſſionis, nec probare, *l. cogi ſupra de petit. hæred.* ſed ſi nullam proponat exceptionem adverſus intentionem actoris, eamque probare non poſſit, in judicio vincitur, *l. officium D. de rei vind.* debet igitur exceptionem & contrariam intentionem probare, *l.* 9. *infra de præſcr. longi temp. l.* 9. *infra de except.* Et hæc eſt perſpicua ſententia *hujus legis.*

Ad Leg. XVII. Iidem AA. & CC. Paulinæ.

Matrem tuam conſecutam libertatem, ac te poſt editam, ut ingenua probari poſſis, oſtendi convenit. Quod enim fratribus tuis nulla moveatur quæſtio, ad defenſionem tuam nihil prodeſſe poteſt. Datum V. Idus Feb. AA. Conſſ. 299.

VEra ſpecies *h. l.*, quæ varia Interpretum commenta profligabit, hæc eſt. Titius Paulinæ ſe dominum eſſe contendit, quia aït, eam eſſe natam ex ancilla ſua: Paulina contra ſe eſſe ingenuam aït, quia edita fuit poſt manumiſſionem matris, & repellit intentionem Titii exceptione ingenuitatis, in cujus poſſeſſione conſtituta eſt: probavit Titius intentionem ſuam, matrem Paulinæ ancillam fuiſſe ſuam: debet, ut in *l. præcedenti*, Paulina probare ſuam exceptionem, quam probare nititur hoc argumento: *nulla*, inquit, *movetur ſtatus quæſtio fratribus meis* ex eadem matre natis, imo ab omnibus habentur & exiſtimantur ingenui: hanc probationem nullius eſſe momenti reſcribunt Impp. ratione manifeſta, quia poſſunt eſſe ingenui fratres, illa vero ancilla, utpote nata ante manumiſſionem: debet igitur præciſe probare, ſe editam fuiſſe poſt manumiſſionem; & quamvis nulla moveatur quæſtio fratribus, non ideo ſequitur eos eſſe ingenuos. Sententia igitur *h. l.* hæc eſt ſimilis ſuperiori, probata intentione actoris debere reum probare exceptionem ſuam. Et cave, ne dicas cum Accurſio, Paulinam fuiſſe in poſſeſſione ſervitutis, quia ex verbis *l.* apparet, Paulinam eſſe ream, quia dicitur expoſuiſſe defenſionem. Non debes quoque recurrere ad hariolationes cæterorum Interpretum, qui vel fingunt Paulinam in poſſeſſione libertatis conſtitutam ultro ſuſcepiſſe probationis onus, ut *l. circa D. h. t.* vel deſideraſſe nominatim expreſſam Judicis ſuper ingenuitate ſua pronunciationem, id eſt, non ſolum debere judicem eam abſolvere ab intentione Titii, ſed etiam eam pronuntiare ingenuam; quia hoc non colligitur ex verbis *d. legis.*

Ad Leg. XVIII. Iidem AA. & CC. Violantillæ.

Cum precibus tuis ſignifices, ignorante te prædium eum, cujus meminiſti, ſibi velut à te donatum inſtrumentis inſeri feciſſe: ſi vera ſunt, quæ [precibus] indidiſti, nec ad nomen factæ donationis fundus iſte pervenit. Unde adito judice competenti, probare te oportet, contra voluntatem tuam hunc fundum inſtrumento adverſarium tuum ſibi adſcribi laboraſſe: ut ſecundum tenorem reſcripti noſtri poſſis conſequi ſententiam. Datum XII. Idus April. Byzantii, CC. Conſſ. 300.

Ad Leg. XXIV. Imperatores *Valens*, *Gratianus*, & *Valentinianus*, ad Antonium præfectum prætorio, poſt alia.

Jubemus omnes, qui ſcripturas ſuſpectas comminiſcuntur, cum quid in judicio prompſerint, niſi ipſi adſtruxerint veritatem, ut nefariæ ſcripturæ reos, & quaſi falſarios eſſe detinendos. Datum prid. Id. Januar. Tiberiade, Valente V. & Valentiniano Jun. Conſſ. 376.

VIndicat Violantilla prædium quoddam a Sempronio, quod ſibi Sempronius a Violantilla donatum aït, & hoc ſtatim probat prolato inſtrumento donationis: exceptionem Sempronii hac replicatione elidit Violantilla, inſtrumento falſo inſeri feciſſe Sempronium, hoc prædium ſibi ab ea donatum fuiſſe, de quo tamen donando non cogitaverat. Et videtur quidem quid negotii geſtum fuiſſe inter Sempronium & Violantillam, id eſt, ex verbis ejus colligi quidem poteſt, contraxiſſe eam cum Sempronio, ſed non donaſſe, puta locaſſe prædium, ut in *l. ult. plus valere, quod ag.* vel fortaſſe donaſſe aliud prædium, non hoc, de quo quæritur, ut in *l. nec ignorans infra de donat.* Aliud igitur ſcriptum fuit, quam actum, quod ſuadent, illa verba: *inſtrumentis inſeri feciſſe.* Vel forſan, nihil omnino geſtum fuerat inter Violantillam & Sempronium, ſed Sempronius falſum inſtrumentum donationis confecerat, ut generaliter hæc lex intelligatur, & his omnibus caſibus locum habeat. Quæritur, an Violantilla falſo ſcriptam donationem probare debeat, imo verbo an replicationem ſuam probare teneatur? Prima enim fronte dicendum videtur, debere Sempronium ſcripturam, quam Violantilla falſam eſſe aït, oſtendere veram eſſe; qui enim profert ſuſpectam ſcripturam, niſi ipſe ſuſpectæ ſcripturæ adſtruxerit veritatem, tanquam nefariæ ſcripturæ reus falſarius detinendus eſt, ut nominatim ſcriptum eſt in *d. l. jubemus*, & apertius in *l. ult. infra ad leg. Corn. de falſis*, hoc onus incumbere primitus ei, qui ſuſpectam ſcripturam protulerit, deinde ei, qui falſam arguere velit. Et tamen contrarium reſcribunt Imperat. in *h. l.* his verbis; *ſi vera ſunt, quæ precibus indidiſti*, (quod verbum obiter reſtituendum eſt in *l.* 19. *ſupra*, *ex quibus cauſis infamia irrogatur*, ex fide veteris Libri manuſcripti, *interlocutio quæ indita eſt*, male vulgo, *interlocutio, quæ indicta.*) *nec ad nomen factæ donationis fundum iſtum perveniſſe*, id eſt, neque nomine tenus cenſeri donatum, quod aït ad differentiam ſimulatæ & fictæ donationis, quæ quamvis reipſa donatio non ſit, eſt tamen nomine tenus donatio; ſed debere Violantillam adito competenti Judice probare, contra voluntatem ſuam hunc fundum adverſarium ſuum contra rei veritatem adſcribi ſibi laboraſſe; nam fides habetur, inſtrumento ſeu publico ſeu privato legitime confecto, donec contrarium probetur, *§. ſi ſcriptum Inſt. de inut.*

ſtipul. §. *ult.* *Inſt. de fidej.* *l. ſciendum D. de verb. oblig.* *l.* 4. *ſupra de juris & facti ignor.* & in hanc rem elegantiſſima ſunt verba *leg.* 6. *C. Theod. de fide teſtium & inſtr. cum res*, inquit, *agitur ex ſcripto, aut infirmari ſcripturam convenit, aut probari. Infirmari autem quæ poteſt, niſi falſa doceatur? falſa porro, a quibus demonſtranda eſt, quam ab iis, qui negant, ei eſſe credendum?* Et quod attinet ad *l. jubemus*, non moror vulgari diſtinctione eorum, qui cenſent, *leg. cum precibus* eſſe intelligendam de inſtrumento non ſuſpecto; legem *jubemus* de inſtrumento ſuſpecto, quod probare tenetur is, qui profert: nam ſcriptura, quæ *falſa* dicitur, plane ſuſpecta eſt. Et ita in Cod. Theodoſ. *d. lex*, *jubemus*, ita concepta eſt: *Jubemus omnes, qui ſcripturas nefarias comminiſcuntur*, ubi Tribonianus meluit, *ſuſpectas*, & in *fin. l.*, *ut ſuſpectæ ſcripturæ & falſæ reos eo detinendos*, ut nulla differentia conſtituatur inter *falſam*, vel *nefariam* & *ſuſpectam* ſcripturam. Sed reſpondeo ex *l.* 4. *C. Theod. eod.* ſcriptura aliqua prolata, quæ ab eo, adverſus quem profertur, *ſuſpecta* dicitur, non ſolum eum, qui de ea dubitat, falſo conſcriptam eſſe cogi oſtendere, ſed etiam eum, qui ea utitur, veritate ſubnixam probare cogendum. Et hoc eſt, quod aït *d. l. jubemus*, eos, *qui nefariis & ſuſpectis ſcripturis utuntur*, *niſi & ipſi adſtruxerint veritatem*, id eſt, verum eſſe docuerint, quod ſcriptura continetur, *eſſe detinendos tanquam reos ſuſpectæ ſcripturæ & falſarios*, non aït, condemnandos, ut male vulgus Interpretum, ſed *detinendos* eſſe, ut ſcilicet adverſus eos etiam *poſt terminatam quæſtionem civilem*, ut loquitur *lex pen. infra ad Leg. Corn. de falſis*, criminaliter agi poſſit, ut *l. un. infra quando civilis actio crim. præjud.* nominatim ſcriptum eſt, *falſi crimen*, *de quo jam civiliter actum eſt*, *criminaliter eſſe repetendum.* Eſt autem *d. lex*, *jubemus*, pars *d. l. un.* ut ex inſcriptione & ſubſcriptione apparet. Quod autem ſcriptum eſt in *l. ult. infra ad L. Corn. de falſis*, non ita exaudiendum eſt, ut prius probatio rei geſtæ & veritatis exigatur ab eo, qui profert ſcripturam, ſed, ut aït, *ei primitus incumbat probatio fidei inſtrumenti*, id eſt, ut primitus debeat oſtendere, inſtrumentum eſſe authenticum & rite confectum, ita ut plenam probationem faciat, &, ut vulgo dici ſolet, *qu'il ſoit en forme probante.* Hoc ſenſu ſcriptum eſt *in l. pen. infra de fide inſtrument. cum quidam inſtrumentum protulerit, aliamve chartulam, eique fidem impoſuerit*, id eſt docuerit, inſtrumentum eſſe authenticum; hoc enim probato, ſi adverſarius falſum eſſe dicat, quod inſtrumento continetur, id probare tenetur, & contra, is, qui inſtrumentum profert, debet docere verum eſſe. In ſpecie *l. cum precibus* ſatis conſtabat de fide & authoritate inſtrumenti, ſed dicebat Violantilla, inſtrumentum falſum continere. Et ex multis & variis ſolutionibus hæc mihi videtur veriſſima, quam primus Fulgoſius vindicavit. Leves ſunt cæteræ objectiones; ut ex *l. antiquæ infra ad Senatuſc. Vellejan.* vel ex *l. ult. infr. arbitr. tut.* vel ex *l. ſi alii*, *D. de uſu & uſufr. legato*, in quibus non admittitur probatio adverſus inſtrumentum. In *l. antiquæ* denegat Juſtin. exceptionem Senatuſconſulti Vellejani, ſi inſtrumento ſcriptum ſit, mulierem accepiſſe pecuniam, ut intercederet, nec admittitur contraria probatio; hoc receptum eſt odio mulieris, quæ conſulto conſilio accepta pecunia interceſſionem vendit, & proprium negotium gerere videtur. Et de his fidejuſſionibus, pro quibus ſolvitur certa pecunia, intelligendum eſt vexatum *cap.* 1. *X. de fidejuſſor. Clericus fidejuſſionibus inſerviens abjiciatur & deponatur*, inſerviens ſcilicet & vendens interceſſionem; nec enim gratuita & liberali vere digna fidejuſſio prohibetur: Div. Auguſtin. *Serm.* 19. *de verbis Domini ſecundum Mathæum Clericus*, *qui exercet mercimonia*, *interceſſiones vendit*, *viduarum munera libenter accipit*, *hic negotiator magis eſt quam Clericus.* Quod eſt *in d. l. ult. arbitr. tut.* nemo non videt, inductum eſſe favore pupillorum, ne inventario legitime confecto, quo tutor res pupillares agnovit, variis litibus diſtrahantur. In *d. l. ſi alii D. de uſu & uſufr. leg.* Modeſtinus aït, *interdum plus valere ſcripturam, quam id quod actum eſt*, id eſt prævalere ſcripturam, quamvis contraria voluntas defuncti manifeſta ſit; quoniam non licet temere conjicere contra manifeſtum verborum ſenſum; quæ enim ex verbis teſtantis pendent, ſecundum ſcripti juris rationem definienda ſunt, *l.* 16. *D. de condition. & demonſtr.* . Reſpondeo cum Cujac., in hoc tractatu *actum* ſignificare rem geſtam, in *d. l. ſi alii* voluntatem, id eſt id, quod animo agitatum eſt, in hoc tractatu *ſcripturam* dici ſimulatam vel falſam, in *d. l. ſi alii* veram neque mentitam.

Ad Leg. XIX. Iidem AA. & CC. Menandro.

Exceptionem dilatoriam opponi quidem initio, probari vero, poſtquam actor monſtraverit, quod adſeverat, oportet. Datum XIII. Kalend. April. Nicomediæ, CC. Conſſ. 300.

Exceptio vel eſt perpetua & peremptoria, vel dilatoria & temporalis. *Perpetua* dicitur, quia perpetuo agenti obſtat, & *peremptoria*, quia rem, de qua agitur, perimit, &, ut in *l.* 3. *C. Theod. de diverſ. reſcript.*, tollit cognitionem totius negotii. *Dilatoria*, quia dilationem temporis tribuit, *temporalis*, quia nocet ad tempus, non ſemper, §. *appellantur Inſt. de except.* *l.* 3. *D. eod.* ſumantur exempla ex *d.* §. *appellantur.* Peremptoria proponi poteſt in initio, in ipſa litis conteſtatione, vel poſt litis conteſtationem, ante ſententiam; imo & poſt ſententiam, ſi a ſententia appellatum ſit, *l.* 3. *infra*, *ſententiam reſc. non poſſe*, *l.* 4. *l. præſcript. infra de except.*, *l.* 10. *infra de fidejuſſ.* *l. eleganter* §. *ſi quis poteſt*, *D. de condict. indeb.* non eſt neceſſe, eam proponere initio, quia hæc exceptio non pertinet ad judicium conſtituendum, & hoc conſtituto ſufficit eam proponere, antequam judex pronuntiet ſententiam, qua condemnatur vel abſolvitur reus, ut ſcilicet intelligat, an condemnare vel abſolvere debeat. Aliud obtinere in dilatoria docet *h. lex*, quæ nominatim aït, eam initio eſſe proponendam; cum enim dilationem tribuat, & judicium vel litem remorari ſoleat, ideoque *moratoria* dicatur *d. l.* 3., qui eam non propoſuit initio, ſatis videtur in judicium conſentire, & huic dilatoriæ exceptioni renuntiare; cujus quoque relaxationem reſcripto poſſe impetrari, non autem peremptoriæ, docet *d. lex* 3. quam Anianus non intellexit. Quamvis autem hac in re maxime differre videantur peremptoria & dilatoria, hoc tamen commune habent, utramque probandam eſſe, poſtquam actor implevit intentionem ſuam, *l. emptor infra de præſcr. longi temp.* *l.* 9. *ſupra de except.* ſcilicet cum reus palam non confitetur intentionem actoris; ſi enim confitetur, tunc exceptionis tantum probatio deſideratur; ut vice verſa, ſi ſimpliciter negat intentionem actoris reus, ſolius intentionis probatio exigitur. At peremptoriam initio quoque litis eſſe proponendam diſertis verbis inſinuare videtur *d. lex*, *emptor.* Reſpondeo *d. leg.* hoc tantum velle, etſi initio litis propoſita ſit (nihil enim vetat tunc eam proponi) non ideo tamen ſtatim eſſe probandam, quod liquido docet *d. lex præſcript.*, quæ nominatim aït, omiſſam etiam poſt litem

conteſtatam

conteſtatam proponi poſſe. Notandum tamen eſt, quaſdam eſſe exceptiones peremptorias, quæ poſt condemnationem ipſam proponuntur, ut Vellejani & Macedoniani Senatuſconſulti, ut exceptio, quæ datur donatori, ne teneatur ultra, quam facere poteſt, *l. tamen D. ad Macedon. l. Neſennius §. ult. D. de re jud.* quia his Senatuſconſultis & Conſtitutione D. Pii, quæ hoc beneficium donatori dedit, ita perſonis certis ſubventum eſt, ut contra id, quod conſtitutum eſt, nullo modo obligationes conſiſtere poſſint; idemque dicendum eſt de exceptionibus, quæ privilegio armatæ militiæ militibuſque competunt ex Conſtitutione Antonini, *l. 1. ſupra de juris & facti ignor.* Cæterum regulariter poſt ſententiam *præpoſtera defenſio*, ut loquitur *lex pen. infra de except.* non admittitur, ne lites ex litibus oriantur, niſi, ut dixi, appellatum ſit, vel niſi forte minor ſit, qui ob omiſſam exceptionem reſtitui poſſit in integrum, *d. l. 2. infra*, *ſententiam reſcindi non poſſe.* Porro quod ex *cap. 4. Nov.* 90. poſt hanc legem Irnerius affinxit in *Auth. at qui ſemel*, id ita ad *d. l.* poſſe pertinere Dom. Cujac. docuit: probata intentione vel exceptione actor vel reus, qui ſemel vel iterum vel tertio teſtes produxit, non admittitur ad aliam teſtium productionem, ſi priorum teſtium teſtimonia, vel adverſarii exceptionem cognoverit, & productionibus renunciaverit; loquitur enim Novella de eo, qui teſtes produxit, & eorum dicta cognovit, non de adverſario, ut male Accurſius.

Ad Leg. XX. Iidem AA. & CC. Phrominæ.

Si de poſſeſſione ſervitutis, emptionis inſtrumentis ſubtractis, in libertatem proclamat Eutychia: cum petitori probationis onus incumbit, intentione ſua defecta, bis juvari minime poteſt. Nam ſi in ſervitutem petatur, ad emptionis probationem non eſt indiciis aliis opus, ſed inſtrumentorum furtum monſtrare ſufficit. IV. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conſſ. 300.

Ad Leg. XXII. Iidem AA. & CC. Agathocleæ.

Ad probationem ſervitutis Glyconis, matrem ejus ac fratrem ſervilia feciſſe miniſteria, non ſufficit: cum neque ingenuorum conniventia conjunctis neceſſitudine præjudicet, neque de ſervis ex eadem matre natis libertatem unus adipiſci prohibeatur. Datum IX. Kalend. Januar. ipſis CC. Conſſ. 304.

UTraque pertinet ad cauſam liberalem, de qua jam diximus in *l.* 10. 15. & 18. Sententia *l.* 20. hæc eſt: ſubtraxerat Eutychia inſtrumenta emptionis, ex quibus conſtabat, eam emptam fuiſſe a Phronima tanquam ancillam, ut ſcilicet habens penes ſe inſtrumenta emptionis oſtenderet ſe liberam, quia Phronima redditis inſtrumentis jus omne, quod in ea habere potuit, remiſiſſe videtur, & agnoviſſe bona fide, nullam eſſe emptionem Eutychiæ liberæ, eadem ratione, qua inſtrumentum redditum debitori à creditore ſolet liberare debitorem, *l.* 2. §. 1. *D. de pactis*, *l. ſi chirogr. D. h. t.* Et hunc fuiſſe olim unum ex modis, quibus Latina libertas ſervo dari potuit, docet *lex unic. §. ille autem noviſſ. C. de Lat. libert. toll.*, ſi quis inſtrumenta, ex quibus ſervus oſtendebatur, vel dederit ſervo, vel corruperit. Sed nihil prodeſſe poſſe Eutychiæ ſubtracta inſtrumenta, reſcribunt Imperat.: nam vel de poſſeſſione ſervitutis proclamat in libertatem, & intentionem ſuam probare debet, quam ſi non probat, fruſtra utitur inſtrumentis, quæ tantum abeſt, ut pro libertate faciant, ut contra doceant, eam eſſe ancillam, & *eorum lectio*, ut in *l. ſeq.* non recitantem, *ſed eum, quem tenor ſcripturæ deſignat, adjuvat*; vel in poſſeſſione libertatis conſtituta Eutychia petitur in ſervitutem, & hoc caſu ſufficit probare furtum inſtrumentorum, nec aliis indiciis Phronima uti debet ad emptionis probationem: an huic fini, ut judex in liberali cauſa datus furto probato pronuntiet, Phronimam eſſe dominam Eutychiæ, quod Azo mirabile eſſe ait? minime; ſed ut furto probato appareat, eam eſſe dolo malo in poſſeſſione libertatis, nec poſſe conſequi commodum poſſeſſoris, ut diximus in *l.* 15., ut ita ordinato liberali judicio cogatur Eutychia actoris partes ſuſtinere. Pertinet igitur hæc lex ad ordinationem liberalis judicii, ad poſſeſſorium, non ad petitorium, ut male Veteres Interpretes cenſent.

Facilis eſt ſententia *l.* 22. dominum, qui aliquem eſſe ſervum aït, non implere intentionem ſuam, etſi probaverit, matrem ejus ac fratrem ejus ſervilia feciſſe miniſteria, quod tamen prima fronte dicendum videbatur, quia, ut eſt in vulgari Regula juris, partus ſequitur ventrem & matrem, *l. partum ſupra de rei vindic. l. avi infra de liber. cauſa.* Hujus autem deciſionis duplex ratio redditur: prima eſt, quia liberi homines poſſunt facere ſervilia miniſteria, *l. cæterum*, §. *Proculus*, *D. de uſu & habit.*, *nec poteſt conniventia* (vel diſſimulatio) *ingenuorum præjudicare conjunctis perſonis.* Accurſius hic accipit *conniventiam* pro conſenſu, quo ſenſu paſſim uſurpari hoc verbum reperio apud Auctores ſuperioris & poſterioris ſæculi, ut in *cap. ſine* 12. *q.* 2. *abſque omnium conniventia & ſubſcriptione Clericorum*, & *cap. obeuntibus*, 64. *diſt. quod abſque conſenſu eorum & conniventia factum fuerit.* Hincmarus Rhemenſis Archiepiſcopus in *Lib. adverſus Hincmarum Laudunenſem Epiſc. cum conniventia Clericorum ſubſcribere*, D. Bernardus *Epiſt.* 163. *Viri illi, in quorum conniventia res poſita eſt.* Arnulphus Lexov. Epiſc. *Epiſt.* 21. *donec poſſet, quod mente conceperat, aſſenſus veſtri conniventia confirmare.* Guilelmus Tyrius *de Bello ſacro Lib.* 10. *cap.* 7. *Quem eadem Eccleſia de communi omnium conniventia ſibi præfecerat.* Et paſſim in Epiſtolis Ivonis Carnotenſis *Epiſt.* 120. 138. 163. 195. 256. Secunda ratio hæc eſt, quia, quamvis ex ancilla natus ſit, potuit ad libertatem multis modis pervenire, *l. multis*, *infra de lib. cauſa.*

Ad Leg. XXI. Iidem AA. & CC. Criſpo.

Ad probationem dominii, aliena ſubtrahentes inſtrumenta, his uti minime poſſunt: quippe cum horum lectio non recitantem, ſed quem tenor ſcripturæ deſignat, adjuvet. Cum itaque nec cætera probationum indicia reprobentur: jure competenti, prædiorum, quæ in quæſtionem veniunt, dominium ad te oſtende pertinere. Nam res vindicantem ab emptore, ſuos numeratos nummos adſeverantem, erga probationem laborare non convenit. Si quidem hujuſmodi, licet probatur factum, [*tamen*] *intentioni nullum præbet adminiculum. S. VI. Idus Decembris, Singiduni, AA. Conſſ.* 303.

VAriis modis probari dominium docuit *lex 4. ſupra* juncta *l. cum res* 12. Probatur plerumque emptionis inſtrumento, quod ea omnia continet, quæ ad tranſlationem dominii deſiderantur. Sed male quis utitur inſtrumento emptionis, quod nomen alterius emptoris continet, quamvis ſuis nummis rem fuiſſe emptam contendat; nam quod attinet ad inſtrumentum, ex eo apparet, non eum, qui profert inſtrumentum, ſed adverſarium eſſe emptorem, ergo nihil probat pro producente, ut in ſpecie *l.* 20. *ſupra*; fruſtra

quoque aït ad probationem dominii, ſuis nummis rem fuiſſe comparatam, quia non ideo poteſt eſſe dominus rei emptæ, *l.* 1. *infra ſi quis alteri l.* 6. *ſupra de rei vindic.* Qui hoc igitur adſeverat, non admittitur ad probationem, quia fruſtra id probaret, ut in *l.* 1. *ſupra ne uxor pro mar.*, non admittitur quæſtio inutilis, utrum contractus mariti valeat, ex quo mulier non potuit obligari; ſuperflua enim & inutilia ſunt in judicio rejicienda, &, ut vulgo dici ſolet in foro, *tous faicts impertinents doivent eſtre rejettez, cap. ex literis, extra, de exceſſib. Prælat.* Notandum tamen eſt, certos eſſe caſus ſingulares, quibus utilis vindicatio pecuniæ domino datur, *l.* 8. *ſupra de rei vindic. l.* 3. *infra arbitr. tut. l.* 2. *D. quando ex facto tut. l. uxor marito*, 55. *D. de donat. inter vir. & ux.* quos vobis excutiendos relinquo.

Ad Leg. XXIII. Iidem AA. & CC. Menelao.

Actor, quod adſeverat, probare ſe non poſſe profitendo, reum neceſſitate monſtrandi contrarium non adſtringit: cum per rerum naturam factum negantis probatio nulla ſit. Datum VIII. Kalend. Januar. CC. & Conſſ. 304.

REgulam eſſe veteris Juris, ut actore non probante, vel profitente, ſe non poſſe probare quod reus negat, nulla probationis neceſſitas incumbat reo, aït *lex* 1. *C. Theod. de fide teſt.* quam eſſe accipiendam de mera negatione, cui ſcilicet vi ipſa affirmatio non ineſt, recte vulgo notatur ex *h. l.* quæ cuſtodite loquitur de *negatione facti*, cujus, inquit, *nulla probatio eſt per rerum naturam*, id eſt naturali ratione, *l. adſeveratio infr. de non num. pec.*, ob id ipſum, quod non eſſe intelligitur: ideoque recte Pontifex in *cap. ad noſtram extra de probat.* improbat conſuetudinem Daniæ, quæ probationem meræ negationis admittebat. Sed, ut Theoph. in §. *æque Inſtit. de act.* aït, quaſdam actiones negatorias vi ipſa eſſe confeſſorias, ita quoque ſunt quædam negationes, quæ vi ipſa ſunt affirmationes, ut in *l. nec codicillos infra de codicil.*, qui negat, defunctum fuiſſe ſanæ mentis, aſſeverat, eum non potuiſſe facere codicillos, & hanc negationem probare tenetur, & in *l.* 5. §. 1. *D. h. t.* qui negat, emancipationem rite factam fuiſſe, aſſeverat, filium eſſe in poteſtate, & hoc probare tenetur, item in *l. optimum infra de contrab. & committ. ſtip.* qui negat, ſe adfuiſſe tempore contractus, affirmat abſentiam, quam probare tenetur. Obſerva autem quod aït, *negationem facti*, ad differentiam negationis juris, quod qui negat, regulariter probare tenetur, *l. ab ea parte D. h. t.*

Ad Leg. XXV. Imperatores *Gratianus, Valentin,* & *Theodoſius* AAA. Floro Præfecto Prætorio.

Sciant cuncti accuſatores, eam ſe rem deferre in publicam notionem debere, quæ munita ſit idoneis [teſtibus, vel inſtructa apertiſſimis] documentis, vel indiciis ad probationem indubitatis & luce clarioribus expedita.

HAnc legem pertinere ad judicia publica, apparet ex verbo, *accuſatores*, in quibus requiri aït firmiſſimas & apertiſſimas probationes; hoc enim Juſtinian. recte in *pr. Inſt. de publ. judic.* nihil commune habere aït cum judiciis privatis, quæ de re privata privatim apud privatos judices in ædibus privatis Magiſtratuum exercentur, ut Vitruvius docet *L.* 7. *c.* 8. publica vero in loco publico apud Magiſtratus & electos judices, de curiis pro more cenſuris Principum examinatis, & inquiſitione diligenti facta in ſingulos Senatores, judicii publici cauſa ſelectos & æde rumatos, ut apud Plinium *L.* 29. *cap.* 1. nbi vulgo ſcriptum eſt *inquiſitio per parietes fit*, ſed legendum videtur, *per partes*, quam lectionem quidam Libri manuſcripti retinent, *per partes*, id eſt per ſingulos Senatores, ut apud D. Hieron. *in Ecclеſ. cap.* 3. *intellexi, non per partes Deum & per ſingulos judicare*; niſi quis ita tueri velit, ut nempe intelligatur diligens inquiſitio & ſcrutinium; *in ore ſæpe* enim, ut Tull. in *Orat. pro Sextio*, *animis*, *vultu, flagitia parietibuſque teguntur.* In privatis igitur judiciis liquidæ quidem & apertæ probationes deſiderantur: in publicis, in quibus de exiſtimatione & vita hominis quæritur, apertiſſimæ & luce clariores.

JANI

JANI A COSTA,

JCTI ET ANTECESSORIS TOLOSANI,

PRÆLECTIO

AD TITULUM CODICIS

DE TESTIBUS.

Ad Leg. I.

Contra ſcriptum teſtimonium non ſcriptum teſtimonium non fertur.

DIXI in genere de probationibus. Probationum autem ſpecies ſummæ ſunt teſtes & inſtrumenta, de quibus dantur ſpeciales tituli: Ac primum agit de teſtibus; in exercendis enim litibus eandem vim obtinent tam fides inſtrumentorum, quam depoſitiones teſtium, *l. is tit. ſeq.* Sed quæſitum fuit, utrum adverſus fidem ſcripturæ teſtibus communitæ admittantur alii teſtes. Cenſus & monumenta publica potiora quidem eſſe teſtibus aït *lex cenſus D. de probat.* formas ſcilicet publicas, quibus conditiones & diviſiones agrorum continentur; has qui refixerit, lege Julia peculatus teneri dicitur *l. 8. D. ad leg. Jul. pecul.* Sed an idem de qualibet ſcriptura, etiam teſtibus confirmata, dicendum ſit, merito dubitari potuit. Et hac de re reſtituit nobis Conſtitutionem Græcam Dominus Cujac. ex Synopſi Baſilicon & Breviario Harmenopuli *Lib.* 13. *Obſervat. cap.* 38. quæ his verbis concipitur: *adverſus ſcriptum teſtimonium, teſtimonium non ſcriptum non admittitur.* Hoc intelligendum eſſe de inſtrumentis, quæ etiam teſtium ſubſcriptionem habent, nominatim docet Interpres Græcus Attaliates *Tit.* 16. *Synopſ.* ſuæ, quam dedit Joannes Leunclavius *Tomo* 2. *Juris Orient.* ne ſcilicet teſtes recipiantur adverſus inſtrumentum teſtibus communitum: potiora eſſe teſtibus inſtrumenta, quæ fidem quoque teſtium habent, ſi modo (ut Paulus nominatim aït *Lib.* 5. *Sent. tit.* 15.) de fide inſtrumentorum nihil dicatur: Ad hanc enim Conſtitutionem pertinere hanc ſententiam Pauli recte Dominus Cujac. adnotavit, &, ſi inſtrumentum falſum eſſe dicatur, adverſus inſtrumentum teſtes interrogari poſſe conſtat *l. pen. C. de contrah. & committ. ſtipul.*: Si non dubitatur de fide inſtrumenti, non poteſt ejus aothoritas infirmari ſola voce aliorum teſtium, qui forte affirmant, ſolutam eſſe pecuniam, vel pœnitentia revocatum eſſe contractum; ad hanc etenim rationem infirmandæ ſcripturæ proprie pertinet hæc Conſtitutio, & ita ſcriptura, in qoa nominatim ſcripta eſt cauſa obligationis, alia ſcriptura non teſtibus refellitur, *l. cum de indeb. §. fin. D. de prob. l. generaliter, infr. de non num. pec.* Obſervandum tamen eſt ex *l. teſtium infr. h. t.* & *Nov.* 90. *cap.* 2. quinque teſtes nominatim rogatos, ut in teſtamentis fieri ſolet, probare poſſe ſolutionem adverſus inſtrumentum obligationis teſtibus confirmatum, quo novo jure inducto à Juſtin. hac in parte derogatum eſt huic Conſtitutioni, quæ teſtium ſolam depoſitionem excludit. Cæterum idem de teſtamentis dicendum eſt, quorum revocatio teſtibus probari non poteſt; nec obſtat *lex 27. C. de teſtament.*, ubi ad revocationem teſtamenti tres teſtes ſufficere videntur; nam, ut liquido ſententia *d. l.* intelligatur, ſciendum eſt, ab Honorio & Theodoſio conſtitutum fuiſſe *l. 6. Cod. Theod. de teſtament.* teſtamentum non valere poſt decennium, *quaſi non videatur teſtator in eadem voluntate tam diu perſeveraſſe, nec antiquæ deliberationis ordinatio voluntas poſtrema dici poſſit*, ut loquitur *d. l. 6.* & hanc in rem elegans eſt hic Plinii locus *Lib. 5. Epiſt. Deceſſit veteri teſtamento facto, omiſit, quos maxime diligebat, proſecutus eſt, quibus offenſus erat.* Et poſt dict. Conſtitutionem, quæ lapſu temporis corruere voluit authoritatem teſtamentorum, tenebantur teſtatores addere diem & conſulem; & hoc eſt, quod voluit D. Chryſoſt. *Homil.* 3. de verbis Iſaiæ, *vidi dominum*, teſtamentum non valere ſine die & conſule; adverſus quem male inſurgit Dominus Cujac. *l. qui teſtamento D. qui teſtam. fac. poſſ.* quamvis enim ex regula juris veteris valeat teſtamentum ſine die & conſule, ut docet Fragmentum Modeſtini editum à Petro Pithœo, tamen poſt *dict.* Conſtitutionem hæc adjectio neceſſaria fuit: floruiſſe autem eadem ætate Chryſoſtomum, nemo eſt qui neſciat, & reſpicere igitur ad *d.* Conſtitutionem, cujus authoritatem ita amoliendam eſſe cenſet Juſtin. *d. l.* 27. ut, non ſolo lapſu decennii, ſed revocatione nominatim facta coram tribus teſtibus, infirmari poſſit authoritas teſtamenti: hoc igitur caſu adverſus authoritatem teſtamenti non habetur ratio teſtium dumtaxat, ſed etiam temporis *d. l.* 6. præſtituti.

Ad Leg. II. Imperator *Alexander* A. Carpo.

Si tibi controverſia ingenuitatis fiat: defende cauſam [tuam] inſtrumentis & argumentis, quibus potes. Soli enim teſtes ad ingenuitatis probationem non ſufficiunt. PP. X. Kalend. Maii, Maximo II. & Æliano Conſſ. 224.

LAudo diligentiam Gloſſæ, quæ recte obſervat, commode in *h. l.* fingi poſſe, Carpum, ad quem reſcribit Imp. Alexander, actorem eſſe,

non reum; quamvis prima fronte ex verbis colligendum videatur, reum eſſe non actorem, quia non movere ſed pati controverſiam, non agere ſed *defendere* dicitur. Sed ſi quis rem omnem penitus inſpiciat, reperiet, reum, qui negat vel excipit, recte dici facere controverſiam actori, & actorem pati controverſiam ex parte rei, quod de hac præjudiciali actione ſcriptum eſt in *l. non ſolum §. ſi ſtatus D. de procurat.*, qua Gloſſa recte utitur. Sic hæres, qui detrectat ſulvere legata, legatariis agentibus ex teſtamento controverſiam facere dicitur *l. 9. infra de legat.* & apud Tull. in *Orat. pro Cluentio: Florio legatum ex teſtamento inficiatum eſſe primo debere negavit, poſt ſine controverſia ſolvit:* & *defendere* quoque cauſam ſuam inſtrumentis & argumentis actor eleganter dicitur, qui intentionem ſuam implet, & legitimis probationibus confirmat adverſus inſiciationem rei; quamvis alias *defenſio* proprie ſit exceptio rei. Sed hoc loco *defendere* id eſt tueri, & confirmare, ut *l. 5. §. ult. D: de inoff. teſt. res illo colore defenditur*, quo ſenſu hoc verbum multis in locis Juris Civilis accipitur, notatis a Lexicographis, ut apud Tull. *Lib. 1. de Orat. armis prudentiæ cauſas tueri & defendere.* Defendit igitur cauſam ſuam actor, cui incumbit onus probandi, probationibus quibus poteſt, & in *h. l.* videtur Carpus proclamare ad libertatem, quia probat: vel, ſi dicas fuiſſe in poſſeſſione ingenuitatis, id eſt fuiſſe reum, fingere quoque debes, ultro ſuſcepiſſe onus probationis, ut in *l. circa D. de probation.* vel probata intentione actoris teneri probare ſuam exceptionem, ut docuimus *l. 17. ſupra de probat.* Sed quod ad deciſionem attinet, nihil refert, hoc vel illo modo ſpeciem ponas. Quæritur autem, utrum ſoli teſtes ſufficiant ad probationem ingenuitatis & breviter? reſcribit Alexander, non ſufficere, ſed debere Carpum alia quoque auxilia advocare, & *defendere cauſam ſuam inſtrumentis & argumentis*, vel indiciis, *quibus poteſt:* hæc enim eſt perſpicua ſententia hujus *leg.*, ut contra authoritatem omnium Interpretum primus vidit Gratianus, qui in *Decreto 4. q. 2. & 3. c. ult. §. ſoli teſtes*, his verbis *d. l.* eruditam interpretationem proponit: *ſoli teſtes ad probationem ingenuitatis non ſufficiunt, niſi inſtrumentis & argumentis adjuventur.* Hujus autem conſtitutionis ratio hæc eſt. Summæ curæ fuit Veteribus, ſincerum, atque ab omni colluvione peregrini & ſervilis ſanguinis incorruptum ſervare populum Romanum, ut Suet. loquitur in *Octavio*; ideoque viſum eſt, non poſſe ſufficere ſolam teſtium depoſitionem ad confirmandum ſtatum Romani civis, periculoſum eſſe hoc committere facilitati teſtium, qui pecunia corrumpi poſſunt: eademque ratione receptum fuit, quod Harmenopulus ſcribit *Lib. 1. Epitom. tit. 6.* ex quodam jure nobis incognito, in cauſis, quas humiliores adverſus potentiores habent, (quibus pares eſſe non poſſe eleganter Juriſconſultus aït *l. 3. D. de alien. mut. jud.*) potentiores agere non poſſe teſtibus, ſed inſtrumentis tantum. Non in omnibus igitur cauſis ſoli teſtes admittuntur, ut in ſpecie *l. 2. h. t.* nec in hac cauſa liberali, in qua de ingenuitate quæritur; quod nobis uſui eſſe poteſt, ſi quæratur, an quis nobilis ſit; nec enim hodie ſoli teſtes ad probationem nobilitatis admittuntur, ſed aliæ probationes neceſſariæ ſunt. Et, quia hæc *lex* loquitur de ingenuitate, dubitari poteſt, an idem dicendum ſit de libertinitate, cujus tantus favor non videtur, argumento *l. pen. ſupra, ubi cauſa ſtatus agi deb.?* Sed cenſeo, hac in parte nullam differentiam conſtituendam eſſe inter ingenuitatem, & libertinitatem, ex qua quis civitatem Rom. habere poteſt, quam ex ſola teſtium depoſitione neminem ſibi vindicare poſſe eadem ratione receptum fuiſſe non dubito: nec obſtat *lex un. §. ſed etſi quis, infra de Lat. libert. toll.* ex qua colligi poteſt, manumiſſionem probari poſſe teſtibus, quia, ut apparet ex verbis *d. leg.*, hoc ita exaudiendum eſt, ſi ſcriptura ad perficiendam manumiſſionem adhibeatur ſubſcripta a teſtibus, quæ & in ea manumiſſione deſideratur, quam Conſtantinus introduxit *tit. ſupra de his, qui in Eccl. manum.* ad quam pertinet inſignis Sozomeni locus *Lib. 1. Eccl. Hiſt. cap. 9.* &, qui hoc genere manumiſſionis apud veteres Francos manumittebatur, in Legibus & Capitularibus Regum noſtrorum ideo dicitur *homo chartularius*, quia fuit per chartam manumiſſus ſecundum legem Romanam, ut nominatim ſcriptum eſt in Legibus Francorum Ripuariorum *Tit. 60.* ad differentiam *hominis denarialis*, qui ex lege Salica jactato denario coram Rege manumittebatur, ut legimus in *Formulis* Marculfi. Non obſtat quoque *lex, nec omiſſa, infra de lib. cauſa*; nam cum aït, in cauſa liberali *omnem jure proditam probationem admitti*, non ideo admittit ſolam probationem teſtium, quæ hoc caſu jure prodita non eſt, ut in caſu *d. l. 1.* Ex his apparet, falſos eſſe intellectus Gloſſæ & Interpretum: quod enim primum tentant, hanc *leg.* ita eſſe intelligendam, ut non ſolum teſtibus, ſed etiam aliis legitimis probationibus ingenuitas probari poſſit, pugnat cum verbis & ratione legis; aït enim, *ſolos teſtes non ſufficere*, & Carpum uti debere aliis probationibus, quas fruſtra Imp. deſiderat, ſi ſoli teſtes ſufficiunt. Inutilis quoque eſt ſecundus conatus eorum, qui exiſtimant, non ſufficere ſolos teſtes, niſi rationem ſui dicti adferant; quia ſimpliciter Imp. aït, *non ſufficere ſolos teſtes*, qui ſemper ſoli ſunt, quamvis ſui dicti rationem adferant: & hoc aït Imp. ad differentiam aliarum probationum, quarum ſubſidium neceſſario in hac cauſa advocandum eſſe cæcus omnino eſt, qui non videt.

Ad Leg. III. Imperatores *Valerianus* & *Gallienus* AA. Roſæ.

Etiam Jure Civili domeſtici teſtimonii fides improbatur. PP. III. Kal. Septembr. Valeriano III. & Gallieno II. AA. Conſſ. 256.

SUnt quidam, quorum teſtimonia improbantur ex lege certa, ut in *l. 1. §. 1. l. 3. §. lege, l. quæſitum D. h. t.* vel ex ea parte juris, quæ commune nomen ſibi proprium fecit, & *l. 2. §. his legibus D. de orig. jur.* dicitur *Jus Civile*, compoſitum a Prudentibus, quorum authoritas & interpretatio in foro vulgo recepta fuit, & paſſim in Libris Juris deſignatur hoc verbo *placuit*, quo Paulus in hoc tractatu utitur *Lib. 5. Sent. tit. 15. in princ.* ex quo loco ſumpta eſt *lex pen. D. h. t. ſuſpectos gratiæ teſtes, & eos vel maxime, quos accuſator de domo produxerit, vel vitæ humilitas infamaverit, interrogari non placuit*, & hoc ipſum eſt opinor, quod Impp. Valer. & Gallien. reſcribunt in hac *l. 3.* multa eſſe teſtimonia, quæ legibus & *Jure Civili* improbantur, pupilli puta, ſervi, furioſi, & cæterorum, qui inteſtabiles dicuntur, & præterea *Jure Civili* domeſticos teſtes improbari; ut particula, *etiam*, conjungatur cum verbo *domeſtici*, hoc eleganti ſenſu: etiam domeſticos teſtes, quamvis alias idonei ſint, nec ulla lege expreſſa rejiciantur, Jure tamen Civili & interpretatione Prudentum improbari, quam interpretationem Cujacio aliquando placuiſſe colligere licet ex corruptis *Recitationibus* editis *in hunc Tit.* Et tamen in *Notis poſterioribus Inſtitutionum §. ſed etſi filiusfam. de teſtamentis ordin.* ita hunc locum accipere videtur, non ſolum Prætorio jure, ſed etiam Jure Civili, hoc teſtimonium domeſticum improba-

ri,

ti, quæ fuit una ex interpretationibus Accurſii. Sed incognitum eſt edictum Prætoris, quo hoc teſtimonium improbatum ſit, & *d.* §. *domeſtici teſter* longe aliter accipiuntur; nam in teſtamentis, de quibus in *d.* loco tractatur, *domeſtici teſtes* hi tantum dicuntur, qui ſunt in poteſtate teſtatoris, vel qui teſtatorem habent in poteſtate; hoc ait non poſſe eſſe *claſſicos teſtes*; *claſſici* enim *teſtes* authore Feſto dicuntur, qui teſtamentis ſignandis adhiberi poſſunt. In hac vero *lege*, ut in *dict. ſententia* Pauli, latius patet *domeſticorum* appellatio: Decepit Virum magnum collatio Juris Civilis & Prætorii, quam in his, quæ pertinent ad ſolemnia teſtamentorum, Juſtian. proponit *d. tit.* &, ut dicam explicatius, obſervandum eſt, quoſdam, ut cœpi dicere, homines eſſe, qui lege certa nominatim & expreſſe prohibentur teſtimonium ferre, vel qui a lege nominatim excuſantur, *d. l.* 1. §. 1. quoſdam eſſe, qui nominatim non interdicuntur & ipſo jure, obtinuit tamen & placuit, eorum teſtimonia non admitti & rejici poſſe, non ipſo quidem jure, quaſi ſint certa lege prohibiti, ſed per exceptionem, & officio judicis, ut de eo, qui in publico judicio calumniæ damnatus fuit, Papinianus ſcribit *d. l. quæſitum D. h. t.* idemque dicendum eſt de *domeſticis*, & *omnibus*, *qui gratiæ ſuſpecti ſunt*, ut loquitur Paulus *d. t.* 15. quamvis enim nulla expreſſa lege prohibeantur, Jure tamen Civili obtinuit, eos non poſſe interrogari: quod his verbis hæc noſtra *lex* inſinuare videtur, *teſtimonium domeſticorum Juro Civili improbari*, id eſt, refelli poſſe & rejici, tanquam ſuſpectum. Retineamus igitur priorem interpretationem: nam quod attinet ad aliud commentum Accurſii de Jure Naturali, ut non ſolum Jure Naturali, ſed etiam Jure Civili improbatum ſit hoc teſtimonium, nemo non videt, id eſſe rejiciendum; hæc enim ſubtilis interpretatio & diſtinctio perſonarum non eſt ex Jure Naturali, ſed ex authoritate Prudentum. Cæterum in hac *lege*, quæ generaliter accipienda eſt, *domeſtici teſtes* ſunt, qui in eadem domo nobiſcum degunt, & quibus imperari poteſt, ut teſtes fiant, ut erudite docet Theod. Balſamo Interpres Græcus *ad Can.* 132. *Concil. Carthag.* quam definitionem Cujac. probat, quia multis legibus confirmatur, *l. 6. D. eod. l. reſpiciendum* §. *furta D. de pœnis*, *l. pen.* §. *pen. ſupra de his qui ad Eccleſ. confug. l. pridem infra de quæſtion.* Hac igitur definitione continentur vir & uxor, quia unam & eandem *domum* habent, *l.* 1. §. *ſi vir D. de Senatuſconſulto Silan.* & uxor quidem in *l.* 3. *infra de crimine expil. hæredit.* dicitur *divinæ & humanæ domus ſocia*, continentur parentes & liberi, *l.* 5. & 6. *D. quod cujuſque univerſ.* fratres, *d. l.* 5. & 6. ſervi, mercenarii liberti, ſi modo apud nos degant, *d. l. pen.* §. *pen.* & *d. l. reſpiciendum* §. 1. *l.* 1. §. *familiæ juncto*, §. *ſi filiusf. D. de vi & vi armata*, coloni & adſcriptitii terræ, quam colunt: addicti & adſcriptitii quidem quaſi ſervi ſunt in dominorum poteſtate, *l. colonos*, *l. ne diutius, infra de agris*, & *cenſ.* coloni vero, quamvis ſint homines liberi, tamen non poſſunt terram, quam colunt, relinquere, *l.* 1. *infr. de prædiis Tamiacis.* Sed coloni noſtri, liberi homines, qui agros noſtros conduxerunt, mercenarii, vel inquilini, qui nobiſcum non degunt, quamvis proprie *domeſticorum* appellatione non contineantur, tamen tanquam ſuſpecti recte rejici poſſunt, ut ex Græcis recte Harmenop. cenſet, cujus ſententiam probat Cujacius. Emphiteuticarii vero, qui vectigal vel canonem ſolvunt domino, nec ulla ei conditione tenentur adſtricti, *s'ils ne ſont point gens de main morte*, nulla ratione prohiberi videntur: qui vero ſunt ſub ditione & imperio domini, vel, ut vulgo dici ſolet, *qui ſont ſoubz la juſtice d'un Seigneur*, merito rejiciuntur, ut Bened. notat *ad cap. Raynutius* in verbo & *uxorem X. de teſtam.* Quod autem de domeſticis diximus, hoc ita exaudiendum eſt ex communi Interpretum ſententia, ut non admittantur, ſi eo tempore, quo producuntur, domeſtici ſint, quamvis non fuerint domeſtici eo tempore, quo negotium, de quo quæritur, geſtum eſſe dicitur; quia conditio teſtis eo tempore ſpectatur, quo teſtimonium dicit, *l.* 3. §. *lege D. h. t. l.* 3. §. *duæ D. de Carbon. Edicto*, cum ſcilicet de probatione agitur: nam ſi teſtes ſolemnitatis cauſa adhibeantur, ut in teſtamentis, tunc inſpicitur tempus, quo adhibiti ſunt, *l. ad teſtium* §. 1. *D. qui teſtamenta fac. poſſ.* at ſi teſtis aliquando domeſticus fuerit, ſed eſſe deſierit eo tempore, quo teſtimonium dicit, legitimus teſtis eſt, ut vulgo notari ſolet ex *l.* 1. §. *item Mummio D. de quæſt.* ſi modo ſine ulla fraude abiit & dimiſſus eſt. Et hæc quidem obtinent ſine ulla controverſia, ſi teſtis domeſticus a domeſtico producatur adverſus extraneum: ſed ſi res agatur inter domeſticas perſonas, quæritur, an pro una contra alteram poſſit domeſticus teſtimonium dicere? Et quidam cenſent, admittendum eſſe hoc teſtimonium, ne facultas probandi reſtringatur, vel quia, affectio teſtis cum ſit æqualis, tollere videtur omnem ſuſpicionem fraudis, argumento *l. non ſolum* §. 1. *D. de ritu nupt.* verius tamen eſſe exiſtimo, nec hoc caſu teſtimonium domeſticum eſſe admittendum; quia generaliter reprobatur, ideoque nec pro extraneo contra domeſticum hoc teſtimonium valere poteſt: & veriſſimum eſt, quod Cujac. docuit; quibus interdicitur teſtimonii dictio, uſquequaque interdicitur, ut nec pro nobis, nec in nos dicant. Concludamus igitur, omnino domeſticum teſtimonium eſſe rejiciendum; niſi forte ſint delicta domeſtica, & deſint aliæ probationes, *l.* 1. *conſenſu* §. *ſervus infra de repudiis*, *l. lex* 22. *infra de adminiſtr. tut. l. ult. infra ad L. Corn. de ſicariis.*

Ad Leg. IV. Imperatores, *Carus*, *Carinus*, & *Numerianus* Auguſti, Valerio.

Sola teſtatione prolatam, nec aliis legitimis adminiculis cauſam approbatam, nullius eſſe momenti, certum eſt. PP. VIII. Kalend. Decemb. Caro & Carino AA. Conſſ. 283.

HUjus legis difficultas vel ex varietate lectionis apparet ſatis: vix enim conſtat, an ut quidam libri habent, legendum ſit *ſolam teſtationem prolatam*, an vero, *ſola teſtatione prolatam*, vel *ſola teſtatione prolata*. Variæ quoque ſunt interpretationes Gloſſæ & Interpretum, quæ breviter excutiendæ ſunt, ut verum vexati loci ſenſum & veram lectionem conſtituere tandem valeamus. Summa quæſtionis hæc eſt, quid ſit in hac *l. ſola teſtatio*, quæ ſine aliis adminiculis nullius momenti eſſe dicitur? Protulit Azo interpretationes ſex, quas Gloſſa recenſet hoc loco. Prima hæc eſt, ut *ſola* dicatur, quæ non habet juramentum teſtis, quod nominatim deſideratur in *l. jusjurandi infra h. t.* Secunda, quæ coram ipſo judice facta non eſt, contra id quod conſtitutum eſt in *Nov.* 60. *cap.* 2. Tertia, quæ non eſt confirmata ſententia judicis; quid enim, inquit Odofredus, prodeſt, ſi teſtes deponant, & judex non pronuntiat. Quarta, quæ proteſtatio, ut vulgo loquuntur, partis tantum eſt, de qua Gloſſa in *l.* 6. §. *ult. D. de acquir. hæred.* Quinta, ut *ſola* dicatur ante publicationem. Sexta, ut *ſola* ſit, in qua cauſam vel rationem ſui dicti teſtis non reddit. Eſt & ſeptima Bartoli, ut *ſola teſtatio* hoc loco dicatur, non facere ſemi-plenam probationem, ſed abſolute nullius momenti ſit. Adnotatur

octava Cujacii, ut *ſola teſtatio* ſit nuda & privata, quæ obſignatores non habet. Sed, ut ingenue dicam, nullam ex his reperio, quæ animo meo faciat ſatis. Nam quod ad priores ſex attinet, apparet Azonem, quem Gloſſa ſequitur, & veteres Interpretes accipere *teſtationem* pro ea depoſitione teſtium, quæ fit in judicio, & actia ſeu geſtis forenſibus & publicis conſignatur: hanc ſolam non probare in cauſa, quæ teſtibus confirmari poteſt, dicere perinde eſt, ac ſi quis diceret, *geſtorum teſtificationem*, ut loquitur *lex* 1. *ſupra de ſatiſd.*, nullius eſſe momenti; quod cum falſum eſſe animadverterent, vitia quædam adnotarunt, quibus etſi careat hæc teſtificatio, tamen *ſola* ſemper eſt per ſe: ut puta, quamvis teſtes juraverint, vel judex ipſe teſtes examinaverit, & auditionem teſtium non delegaverit, quam male cenſent delegari non poſſe, ut conſtat ex *l. judices infra t. ſeq.* & quamvis teſtes reddant rationem depoſitionis ſuæ, teſtificatio quoque *ſola* eſt. Ridiculum quoque eſt, quod vult tertia interpretatio, *ſolam* eſſe ſine ſententia: imo hæc ſola ſufficit, ut ſecundum eam judex ſententiam ſuam proferat. Nec felicior eſt quarta, quia conſtat, proteſtationem plerumque plenam fidem facere, ſi quis teſtetur, vel, ut loquuntur, proteſtetur, quo animo id faciat, *l.* 14. §. *ſed interdum*, cum ſimil. *D. de relig. & ſumpt. fun.* Quinta vero eſt contra verba; quia lex aït, *teſtationem* fuiſſe *prolatam*, ergo fuit publicata. Sextam Azo ipſe repudiavit, ut conſtat ex *Apparatu ad hanc legem*, quia non hoc neceſſario deſideratur, teſtem reddere rationem depoſitionis tuæ. Septima Bartoli eſt contra verba & deciſionem legis, quia lex non ſimpliciter aït, *ſolam teſtationem nullius momenti eſſe*, ſed addit, *ſine aliis adminiculis*. His igitur expoſitionibus exploſis, quas non convenire literæ ex Veteribus bona fide Albericus agnovit, videamus, quid proprie ſit hoc loco *teſtatio*, quod Cujacius, de cujus ſententia infra dicam, non ignoravit, & quid ſit hoc loco *ſola teſtatio? Teſtari* is dicitur, qui teſtes adhibet ad aliquem actum; ita enim hoc verbum accipiendum eſſe in *l. curent D. h. t.* recte contra Veteres Duarenus docuit *Lib.* 1. *Diſput. cap.* 30. unde *teſtatio* dicitur illa pars teſtamenti, in qua teſtator hæc verba pronuntiat, *Vos Quirites teſtimonium perhibetote*, apud Ulp. *Lib. ſing. Regul. tit. de teſtam.* quod in cæteris negotiis gerendis & contractibus obſervatum fuiſſe docent hi Ovidii verſus *Lib.* 4. *de Ponto*, *Eleg.* 15. in qua elegantiſſimus Poëta profitetur, ſe debere ſalutem & omnia Sexto Pompejo:

Confiteor, teſtere licet ſignate Quirites,
Nil opus eſt Legum viribus, ipſe loquor;

tabulis enim, quas de re geſta conficere ſolebant, teſtes ſubſcribebant, & ſignabant eaſdem, ut docet notiſſimus Suetonii locus in *Julio*: *ut nonnulli urbanorum, cum quid per jocum teſtandi gratia ſignarent, non Cæſare & Bibulo, ſed Julio & Cæſare Conſulibus actum ſcriberent*, cui obſignationi & teſtationi certam formam dedit Senatuſc. quod Neronis temporibus factum fuit, eodem Sueton. teſte in *Nerone*, de quo Paulus noſter *Lib.* 5. *Sent. t.* 25. *ampliſſimus ordo decrevit, eas tabulas, quæ publici vel privati contractus ſcripturam continent, adhibitis teſtibus ita ſignari, ut in ſumma marginis ad mediam partem perforatæ triplici lino conſtringantur, atque impoſitum ſupra linum ceræ ſigna imprimantur, ut exterioris ſcripturæ fidem interiori ſervent*; ubi *exteriores ſcripturas* vocat ſubſcriptiones teſtium, quibus rem ita geſtam fuiſſe, ut his tabulis exaratum eſt, teſtes profitentur: & hoc ſenſu teſtes dicuntur ab Ulpiano *teſtationes conſignare* in *l. moris* §. *ſolet D. de pœnis*. Quæ tamen forma non ſemper fuit obſervata; ſed inſtrumentis ipſis eodem tenore teſtes ſubſcribebant, ut colligere licet ex *l. un.* §. *ſancimus infra de Latin. lib. toll. Si quis*, inquit, *per epiſtolam ſervum ſuum in libertatem perducere maluerit, licebit ei hoc facere quinque teſtibus adhibitis, qui poſt ejus literas, ſeu in ſubſcriptione poſitas, ſeu per totum textum effuſas, ſuas literas ſupponentes, fidem perpetuam poſſint chartulæ præbere*, & in §. *ſeq: & hoc ſeu inter acta fuerit teſtificatus, ſeu teſtium voces atteſtationem ſunt amplexæ, & literas tam publicarum perſonarum, quam teſtium habeant.* Ex his apparet, *teſtationem* vel *atteſtationem* eſſe partem inſtrumenti, quod ad fidem faciendam ex communi conſenſu partium conficitur, in quo conſcribendo hi, quorum res agitur, præſentes ſunt, & hoc agunt, ut in veteri inſtrumento venditionis ædium, quo Paſcutius quidam vendit ædes ſuas Segnitio Funeſtillo, *hæc, uti vera ſunt, ſciens volenſque ſuæ ſpontis atque ex convento uterque agitis, meque ut ſcribam rogatis, teſtes adſunt more adſciti rogatique, viri utique probi.* Hanc autem ſcripturam perfectæ authoritatis eſſe jam diximus in *l.* 1. nec adverſus talem teſtationem admitti poſſe alios teſtes; continet enim confeſſionem & conventionem utriuſque partis præſentis. Aliud eſſe dicendum de teſtatione, quæ privatim fit non communiter, id eſt, una tantum parte adhibita, vel ad petitionem unius partis, habuimus *ſup.* in *l.* 5. *de probat.* ubi *teſtatio privata* dicitur ad differentiam *communis teſtationis*; eſt igitur imperfecta ſcriptura, quam ſolam hæc lex ait non facere plenam fidem; continet enim teſtationem vel atteſtationem ſine confeſſione & expreſſa conventione utriuſque partis præſentis, ideoque alia adminicula deſiderantur, ut de inſtrumentis domeſticis dicitur *d. l.* 5. Et quamvis hæc teſtatio alios quoque teſtes ſeu obſignatores habeat, confirmandæ hujus ſcripturæ cauſa adhibitos, hanc tamen *ſolam* eſſe dicam, quia de re ipſa hi teſtes nihil teſtificantur, ſed de fide ſcripturæ, quæ in ſpecie *h. legis* in dubium non revocatur, ſed dicitur non facere plenam probationem. Fuit olim, fateor, authoritas ſumma harum teſtationum, ut ex multis Authorum locis jam notatis obſervare licet; ſed, ut quod olim obtinuit in privatis rationibus (quas inter legitimas probationes recenſet Gellius *L.* 14. *cap.* 2.) poſteriorum Principum reſcriptis immutatum fuit, poſtquam ſumma illa veterum fides deficere cœpit, idem quoque dicendum eſt de his teſtationibus, quas propter teſtium facilitatem ſimpliciter admittere eadem ratione periculoſum fuit; ideoque minor eſſe cœpit fides teſtimoniorum, quæ recitari ſolent, ut Adrianus Gabinio reſcripſiſſe dicitur in *l.* 3. §. *Gabinio D. h. t.* Hæc igitur *ſola teſtatio* alia adminicula deſiderat, argumenta puta vel indicia, ut in *l. indicia ſupra de rei vindic.* vel adminiculum jurisjurandi, ut *Nov.* 73. *cap.* 4. id eſt, præbet hæc teſtatio judici occaſionem deferendi jurisjurandi, quod judiciale dicitur, ut *l. admonendi D. de jurejur.* quodque defertur propter inopiam probationum, *l. actori ſupra de reb. cred. & jurejur.* id eſt, ſi non ſufficiant probationes prolatæ, non ſi nullæ omnino ſint probationes; defertur enim, ſi, ut Interpretes loquuntur, ſemiplena probatio ſit. Hoc eſt igitur, quod hæc *lex* ait, *ſola teſtatione prolata*, (ſic enim legendum eſſe non dubito) *nec adminiculis aliis cauſam approbatam nullius eſſe momenti certum eſſe*, ſcripturam, quæ ſolam teſtationem continet, non eſſe inſtrumentum, quod plenam probationem conſtituat, & ea ſola prolata cauſam aliis adminiculis eſſe adjuvandam: eſt enim teſtatio veluti pars inſtrumenti perfecti, quæ ſola non ſufficit: ut in ſpecie legis *mu-*

tuæ

quæ ſupra ſi cert. pet. quam vulgus Interpretum non intellexit, ſi quis ea mente ſubſcripſit alieno chirographo, ut ſe obligaret, & ex cauſa mutui eadem obligatione teneretur, tanquam reus debendi non eſt obligatus ex ſola ſubſcriptione, nec in ſolidum, nec pro parte, quia nec rebus fuit obligatus, cum pecunia dicatur aliis tradita, nec verbis, quia non fuit interpoſita ſtipulatio, nec potuit obligari conſenſu, quia hic contractus ex conſenſu nudo ſubſtantiam non capit, non eſt obligatus ſcriptura, literis, vel chirographo, quia ſubſcriptio non eſt ſcriptura perfecta, quæ hanc obligationem conſtituat, ſed pars ſcripturæ vel chirographi, quæ ſola obligare non poteſt, & hoc tantum receptum eſt jure ſingulari; ſi quis mutuam pecuniam accipiat ab argentariis, propter utilitatem publicam hujus publici officii, ut ex ſola ſubſcriptione teneatur, ut nominatim ſcriptum eſt in *Nov. de contract. argentar.* Quemadmodum igitur pars chirographi, iſt eſt ſola ſubſcriptio, non ſufficit ad conſtituendam obligationem, ita quoque teſtatio ſola, quæ pars eſt inſtrumenti, plenam probationem conſtituere non poteſt: & hæc eſt, opinor, vera interpretatio hujus legis quartæ.

Ad Leg. V. Imperatores *Dioclet.* & *Maximianus* AA. Candido.

Eos teſtes ad veritatem juvandam adhiberi oportet, qui omni gratiæ & potentatui fidem religioni judiciariæ debitam poſſint præponere. PP. V. Kalend. Maji, Maximo II. & Aquilino, Conſſ. 286.

PErtinet hæc lex ad officium judicis, quod conſiſtit in examinanda fide teſtium, ut *Lib.* 4. *de Cognitionibus* Calliſtratus ſcripſit, ex quo ſumpta eſt *lex* 3. *D. h. t.* In teſte vita, dignitas & mores ſpectantur, ait Harmenóp. *Lib.* 1. *t.* 6. ideoque, ſi quidam exiſtant homines faciles & léves, *turpi obſequio graſſari ſoliti*, ut Horatius loquitur, qui gratioſis & potentibus placere & gratificari ſtudent, quod, ut Comicus ait, *non fit ex vera vita*, nec adeo ex æquo & bono, ſed ex aſſentando, vel adeo meticuloſi, ut potentatui omnia deferant; tales, inquam, teſtes, qui, ut recte Odofredus *hoc loc.* notat, modo in hanc, modo in illam partem facile trahuntur, *adhiberi* non oportet, id eſt, fruſtra, adhiberi; his enim fides non habetur; ſic enim Græci recte hanc *leg.* interpretantur; his teſtibus, qui ob gratiam vel potentiam alicujus teſtimonium perhibent, fides non habetur: ſunt quidam, quibus etſi teſtimonii dictio nominatim non interdicatur, eorum tamen fides minor aut nulla eſt, quod diligenter perpendere debet religio judicis, ut eleganter ait lex *quæſitum D. h. t.* Et, quia hæc *lex* ait, teſtimonium carere debere ſuſpicione gratiæ, quærunt hic Interpretes, an amicus pro amico teſtimonium ferre poſſit? quod hæc *lex* negare videtur, juncta *l. ob carmen §. ult. D. h. t.* Secundo id diſertis verbis ſcriptum videtur *d. l.* 3. *in prin.* ubi Jctus ait, videndum eſſe, *an teſtis ſit inimicus ei, adverſus quem teſtimonium fert, vel amicus ei, pro quo teſtimonium dat.* Et in hanc quoque rem utuntur quidam hoc tertiò argumento, *nemo poteſt eſſe teſtis in re propria, l. omnibus infra h. t.* atqui amicus eſt alter idem, ut vulgo dicitur, & amicorum omnia ſunt communia; ergo amicus non poteſt eſſe teſtis in cauſa amici; ſic enim videretur eſſe teſtis in re propria. Contra tamen dicendum eſt, amico ipſo jure interdictum non eſſe teſtimonium; nec hæc lex nominatim dicit, amicum non poſſe eſſe teſtem, ſed eum, qui non poteſt præponere veritatem gratiæ aut potentatui, quod amicus præſtare poteſt, ſi amicus ſit vir probus & integer: & quod ait *d. lex* 3. *inſpiciendum eſſe, an teſtis ſit amicus*, non excludit omnino amicum a teſtimonii dictione; ſed hoc pertinet ad quæſtionem & cognitionem illam, in qua quæritur, quanta fides ſit habenda teſti; ut, cum ait, quærendum eſſe, *utrum teſtis decurio an plebejus ſit*, non ideo plebejum excludit a teſtimonii dictione, ſed quia minorem fidem facit, quam decurio; ideoque maxime & præcipue adhibentur teſtimonia nobilium, ut in *Quintiana* Marci Tullii, in qua vulgò omnes Libri, *tabulæ maximæ ſignis nobilium hominum conſignantur*, ubi legendum eſſe non dubito, *maxime*, id eſt, præſertim, vel *præcipue*, ut loquitur *l.* 1. *D. h. t.* nobilioribus enim *potius* fides adhibetur, ait *lex* 9. *infra h. t.* Et quod objiciunt tertio loco, videri amicum teſtem eſſe in re propria, nemo non videt eſſe nugatorium, quia id tantum locum habet in perfecta amicitia; quæ fingi quidem non reperiri poteſt. Et ejuſdem farinæ eſt argumentum, quo Baldus utitur, ut contra probet, amicum poſſe eſſe teſtem, quia, inquit, ſecundum Ariſtotelem amicus amico bonum cupit, non cuperet autem bonum, ſi vellet, eum falſo teſtimonio lucrum conſequi. Concludamus igitur, hoc quidem in hanc cognitionem venire, utrum teſtis ſit amicus, ſed qualis amicus & quantus, ſecundum communem Interpretum ſententiam; quæ confirmatur *d. l.* 3. nam poſtquam dixit, *inſpiciendum eſſe, utrum teſtis amicus vel inimicus ſit*, ſubjicit, *teſtimonium admittendum eſſe, ſi careat ſuſpicione, vel propter perſonam, a qua fertur, quod honeſta ſit, vel propter cauſam, quod neque lucri, nec gratiæ, nec inimicitiæ cauſa ſit.* Quintil. *L.* 5. *cap.* 9. *nec tamen protinus eſſerit Orator, quominus & amicus pro amico & inimicus poſſit*; verum ſi integra ſit ei fides dicere, amici teſtimonium vel nullum, vel parvum, vel idoneum eſſe poteſt, habita ratione perſonæ & amicitiæ; in amicitia enim multi ſunt gradus, ut pluribus Alexander docet *Conſil.* 78. *Lib.* 1.

Ad Leg. VI. Iidem AA. & CC. Tertullo.

Parentes & liberi invicem adverſus ſe nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt. PP. IV. Non. Decemb. Nicomediæ, CC. Conſſ. 294.

USurpant in hac *lege* Imper. Dioclet. & Maxim. verba Pauli, quæ extant *Lib.* 5. *Sent. h.* 1. *§. adverſus. Parentes & liberi invicem adverſus ſe nec volentes ad teſtimonium admittendi ſunt.* Pro ſe admittendos non eſſe certum erat, ſed dubitari potuit, utrum adverſus ſe, ſi non inviti; ſaltem volentes admitti poſſint: & obtinuit, non poſſe admitti. Rationem Paulus ſubjicit; *quia rei veræ teſtimonium neceſſitudo perſonarum plerumque corrumpit.* Quod igitur ait, *parentes & liberi*, generaliter accipere debemus, cujuſcumque gradus & ſexus ſint, ut *l.* 4. *§. parentem, D. de in jus voc. l. appellatione* 1. *l. liberorum, de verb. ſign.* Imò naturales parentes & liberos, in quibus eadem neceſſitudinis & affectionis ratio valet, contineri *h. lege* non dubito: & liberi quidem parentibus naturalibus reverentiam debent, *l.* 6. *D. de in jus voc.*, cujus quoque reſpectu exiſtimo, liberorum adverſus parentes teſtimonium non admitti, ut libertorum adverſus patronos, de quibus dicendum erit *l.* 12. *infra h. t.* Emancipatos quoque liberos ad teſtimonium admitti non poſſe pluſquam manifeſtum eſt; manet enim poſt emancipationem neceſſitudo, nec in hac parte ulla ratio habetur poteſtatis. Sed objiciunt *§. in teſtibus Inſt. de teſtamentis ordin.* ubi filius non poteſt eſſe teſtis in teſtamento patris, ſi in ſacris paternis ſit conſtitutus; unde à contrario ſenſu videtur colligendum, neceſſario poſt emancipationem filium poſ-

Digitized by Google

ſe eſſe teſtem ſoluto vinculo patriæ poteſtatis: hoc ſpeciale eſt, inquit Accurſius, in teſtamento; hoc enim caſu non tam pro teſtatore quam pro hærede teſtimonium profert. Qui Accurſii ſolutionem non probant, (quia in *l. qui teſtamento §. quæ autem D. qui teſtamenta fac. poſſ.* dicitur nominatim, hoc non ſolum locum habere in teſtamentis, ſed etiam in omnibus teſtimoniis, ubi aliquid negotii geritur, per quod acquiratur) exiſtimant, ceſſare hoc caſu ut & multis aliis argumentum a contrario ſenſu: quod non placet, & liquido animadverto, ſeparandum eſſe teſtimonium, quod quis præſtat in teſtamento vel in contractibus ad fidem rei geſtæ, a teſtimonio, quod præſtatur in judicio. In teſtamento eorum, qui in poteſtate ſunt, teſtimonium non fuit admiſſum, reprobatum eſt in ea re domeſticum teſtimonium, propter rationem unionis perſonarum, quam Theoph. fideliter in *d. §.* expoſuit: hoc & in cæteris negotiis, quibus quid acquiritur, receptum fuit, ut nominatim aït *d. §. quæ autem*; ſuſpectum enim merito his caſibus fuit hoc teſtimonium: at, ſi quid non acquiratur, ut ſi pecuniam mutuam accipiat pater chirographario inſtrumento, in quo teſtes deſiderantur, ut *l. ult. ſupra ſi cert. pet.* vel ſi bona ſua hypothecæ ſubjiciat, ut *l. ſcripturas infra qui pot. in pign. hab.* his caſibus, & ſimilibus, dico filium, etiam in ſacris paternis conſtitutum, poſſe ad teſtimonium admitti, & valere ſcripturam a filiofamilias: ergo multo magis emancipatus admitti poteſt etiam in teſtamento, ceſſante illa ratione propria, propter quam filii in poteſtate conſtituti in ea re reprobatum fuit teſtimonium. In judicio vero, quod redditur in invitum, prohibentur etiam liberi emancipati, alia ratione, ſcilicet affectionis & reverentiæ, ut initio docui. Eadem facilitate ſolvendum eſſe exiſtimo contrarium, quod Bartolus vocat difficile. Hoc primus protulit Benedictus Cremenſis, ut Albericus notat *hoc loco*: ſic autem conficit argumentum: paria ſunt, alicui adſcribere in teſtamento, & pro ea teſtificari, *l. Domitius D. qui teſta. fac. poſſ.* Sed pater, qui juſſu teſtatoris teſtamentum ſcribit, quamvis non poſſit aliquid adſcribere filio, quem in poteſtate habet, tamen poteſt impune adſcribere filio emancipato, *l. de eo l. impulerem §. ſed etſi emancipato, D. ad L. Corn. de falſ.* ergo filius emancipatus poteſt pro patre teſtificari, & contra pater pro filio. Primum jam docui, diſtinguendum eſſe teſtimonium, quod quis præſtat in teſtamento, a teſtimonio, quod præſtatur in judicio. Secundo falſum eſt, quod ait, hæc eſſe paria: qui teſtamentum ſcribit, in eodem teſtamento teſtis eſſe poteſt, niſi aliud prohibeat; ſervus enim recte teſtamentum ſcribit, & tamen in teſtamento teſtis eſſe non poteſt, *l. ſervus D. qui teſtamenta fac. poſſ.* Tertio ex SCto Liboniano prohibetur ſcriptor teſtamenti ſibi quidquam adſcribere in teſtamento; eademque ratione prohibetur adſcribere filio, quem habet in poteſtate, quia ejus rei emolumentum ad patrem pertinet, ait *d. lex, de eo*, quæ ratio ceſſat in filio emancipato. Ex quibus apparet, nihil commune habere hanc quæſtionem de adſcribendo legato, cum quæſtione de teſtibus, in qua ratio habetur affectionis; in illa vero habetur ratio commodi. Quod autem attinet ad quæſtionem, quam Albericus fuiſſe agitatam aït in Concilio Patavino, actione ceſſa extraneo, utrum filius teſtis eſſe poſſit pro extraneo in hac ſpecie: Titius filiis præſentibus Sempronio mutuam pecuniam dedit: negat Sempronius accepiſſe; cum id probari non poſſit, actio eſt inanis: quæritur, an, ſi hanc actionem cedat Gaio Titius, filii poſſint eſſe teſtes pro Gaio? Reſponſum quidem fuit a Profeſſoribus Patavinis, filios poſſe eſſe teſtes, ſi modo ceſſio fraudulenter facta non ſit, & ſi pater nullam evictionem præſtare teneatur, quod meo judicio eruditus JCus Ludov. Romanus *Conſ.* 137. recte improbat, quia uti debet is, in quem actio tranſlata eſt, jure cedentis & eandem vicem ſubit, *l. Pompon. §. cum quis D. de acq. poſſ.* in quam ſententiam proclivior ſum, ne aliter obſervantibus hæc lex circumſcribatur, ut in re ſimili eleganter loquitur *lex, arbitrio §. dolo D. de dolo.* Nec probare poſſum diſtinctionem, qua quidam utuntur, vel Cajus exercet actionem directam nomine Titii, vel exercet utilem, quam ex Conſtitutionibus habet nomine proprio, *in l. 1. & 2. ſup. de obl. & act.*, primo caſu filii non poſſunt eſſe teſtes, ſecundo eſſe poſſunt; quia, licet hæ actiones quodammodo diverſæ ſint, ſi formulam & formam agendi ſpectes, tamen ſunt ejuſdem poteſtatis & effectus, ut Paulus nominatim ait in *l. actio D. de neg. geſtis.*

Ad Leg. VII. Iidem AA. & CC. Diogeni & Ingenuæ.

Nimis grave eſt, quod petitis, urgeri partem diverſam ad exhibitionem eorum, per quos ſibi negotium fiat, unde intelligitis, quod intentionis veſtræ proprias afferre debetis probationes, non adverſus ſe ab adverſariis adduci. Datum VI. Kalen. Maii, CC. & Conſſ. 294.

AIT, *nimis grave eſſe, urgeri partem diverſam ad exhibitionem eorum, per quos ſibi negotium fiat*, quæ verba nemo non videt accipienda eſſe de perſonis domeſticis, puta liberis, libertis, aut ſervis, teſtimonii cauſa exhibendis. Sed cum horum teſtimonia reprobata ſint, ut habuimus *ſupra l. etiam, & l. parentes h. t.* fruſtra quis teſtimonii cauſa deſiderat exhiberi perſonas, quæ teſtimonium ferre non poſſunt adverſus eum, a quo exhibendos eſſe contendit, ideoque valide ſtulta videri poteſt petitio Diogenis & Ingenuæ, quæ in *h. l.* proponitur, niſi dicamus, quod & in mentem Pauli Caſtrenſis veniſſe reperio, hanc petitionem ita fuiſſe conceptam: quamvis ſuſpecta nobis eſſe poſſint teſtimonia domeſticorum tuorum, & ideo a jure reprobata ſint, volumus tamen ſtare eorum dictis, & te propriis & domeſticis teſtimoniis convincere, qua de cauſa petimus, ut tenearis eos exhibere: Quod prima fronte admittendum videtur; ſi enim actor ad incitas probationum redactus adverſario jurisjurandi conditionem deferre poteſt, & ita quodammodo conſtituere eum teſtem & judicem in propria cauſa, &, ſi hoc nolle admittere vel referre manifeſtæ eſſe turpitudinis & confeſſionis dicitur, *l. manifeſtæ D. de jurejur.* admittenda quoque videtur hæc conditio, quæ controverſiæ deciſionem defert propriis & domeſticis teſtibus adverſarii, & hujus conditionis recuſatio eadem fere ratione merito ſuſpecta videri poteſt. Sed contra reſcribunt Impp. hoc durum & iniquum eſſe, ut in hac civili & forenſi pugna quis cogatur porrigere arma adverſario: maximum quidem remedium expediendarum litium in uſum veniſſe jurisjurandi religionem, ut ait *lex 1. D. de jurejur.* at nec Juris Civilis nec æquitatis naturalis rationem hoc pati poſſe, ut ad fundamentum intentionis ſuæ quis ab adverſario teſtes vel inſtrumenta petat, *l. 4. l. ult. ſupra de edendo*, quod & Gregorius I. ſecundum hæc jura reſcribit Recaredo Regi Viſigothorum in Hiſpania *cap. 1. X. de probat*; quamvis aliquando in proceſſu vel progreſſu cauſæ reus cogatur actori edere inſtrumenta ſua, ut *l. 1. ſupr. de edendo, l. pen. §. ult. D. ad leg. Falc.* & in cauſa fiſcali, *l. 2. §.*

Divus

Divus D. de jure fiſci, cum ſcilicet ab inſtrumentis adverſarii actor non repetit caput, fundamentum, vel originem petitionis ſuæ: ut certiſſima ſit regula in *h. l.* propoſita, debere actorem intentionis ſuæ proprias afferre probationes, quæ non vitiatur exceptione Accurſii ex *l. ſi poſt ſupra de aſſeſſor.* nam, ut Albericus recte obſervat, non cogitur judex poſt depoſitam adminiſtrationem domeſticos exhibere adverſus ſemetipſum, ſed domeſticos exhibet, contra quos agant Provinciales, ut convincunt hæc verba, *judicibus legibuſque tradantur.* Porro ex vera interpretatione *h. l.* apparet ſatis, male quoſdam eam inducere in hac quæſtione: probaſti me à te pecuniam accepiſſe teſtibus tribus, quæritur, an poſſim uti his teſtibus adverſus te, ut probem, eam pecuniam me tibi ſolviſſe, vel te mihi accepto tuliſſe, vel pepigiſſe, ne ex eo mutuo quidquam peteres? quod negant ex *h. l.* quæ non vult exhiberi teſtes adverſariis. Sed in hac ſpecie nec teſtes a te producti ſunt tui domeſtici, nec a te exhibitionem deſidero, imo his uti poſſum, tanquam communibus, & a te jam probatis, *l. ſi quis teſtibus infra h. t.*

Ad Leg. VIII. Iidem AA. & Cæſarea Deruloni.

Servum pro domino, quemadmodum adverſus eum, interrogari non poſſe: pro facto autem ſuo interrogari poſſe, non ambigitur. Datum Kalen. Novemb. Nicomediæ, CC. Conſſ. 294.

REgulariter ſervi teſtimonii dictionem non habent, *l. qui teſtamento*, *§. ſervus* & *l. ſervus D. qui teſtamenta fac. poſſ. l. quoniam infra h. t. Nov. 90. cap. 6.* Interrogantur tamen aliquando quæſtionibus & tormentis adhibitis, ſine quibus viliſſimis perſonis fides non habetur, *l. ob carmen §. ſi ea D. h. t.* non ſolum in criminalibus, ſed etiam in pecuniariis cauſis. Sed quæritur, utrum pro domino, an contra dominum interrogari poſſint? nam, etſi regulariter domeſticorum teſtimonium reprobatum ſit, utpote ſuſpectum ob gratiam, admittenda tamen videbatur inquiſitio veritatis per tormenta, ſeu pro domino, ſeu adverſus dominum; has enim quæſtiones efficaciſſimas eſſe ad requirendam veritatem nominatim D. Auguſtus edixit, ut Paulus ait *l. Edictum D. de quæſt.* Contra tamen reſcribunt Impp., ſervum pro domino, quemadmodum adverſus eum, interrogari non poſſe. Hujus deciſionis generalis ratio hæc eſt, quia perſona domeſtica, nec pro domeſtico, nec adverſus domeſticum fidem facit, ut diximus *ſupra in l. etiam:* & nominatim *lex*, *pridem infra de quæſt.* ait, pridem placuiſſe, abſtinendum eſſe domeſtica ab interrogatione; quæſtio enim per tormenta plerumque res fragilis eſt & periculoſa, ut eleganter ait *lex* 1. *§. quæſtionis D. de quæſt.* Nulla igitur differentia hoc caſu conſtituenda eſt inter teſtimonium, quod præſtatur cum tormentis, & teſtimonium, quod præſtatur ſine tormentis, ut occaſione tormentorum admittamus teſtimooia ſervorum pro dominis, vel adverſus dominos, quæ generali illa ratione omnino rejicienda ſunt: in criminali autem cauſa propria ratione rejicitur teſtimonium ſervi adverſus dominum, quia, ut Paulus ait *L. 5. Sent. l. 18. §. ſervo D. de quæſt.* in dubiis cauſis ſalutem dominorum arbitrio ſervorum committi oon oportet. Hoc autem locum habet etiam in crimine, quod communiter admiſſum eſt a domino & ſervo, *l. 1. §. D. Antoninus*, *& §. Divi Adrian. D. de quæſt.*, non ſolum, ſi quis ſervi dominus ſit in ſolidum, ſed etiam ſi ſervus communis, ut Paulus docet *Lib. 5. Sent. tit. 16. §. communis*, niſi in caſu notato in *fin. l. 13. infra de quæſtion.* cum ex duobus dominis unus alterum occidiſſe dicitur; & idem obſervatur in eo, qui ſervus eſſe deſiit, in memoriam prioris domini *l. 18. §. ſervus D. eod.* Sed ſubjicit hæc *lex*, ſervum pro facto ſuo interrogari poſſe; tunc enim in ſe potius, quam pro domino aut in dominum interrogari videtur, ut Paulus ait *Lib. 2. ſent. tit. 17. §. cum probatio*, ex quo loco ſumpta eſt *lex* 7. *D. de probation.* ubi hic caſus proponitur, qui latius explicandus eſt ejuſdem Pauli reſponſo, quod extat in *l. quæro*, *§. ult. D. de Ædil. edicto*: ſervus venditus rebus ablatis fugit, ſi fugerit ex veteri vitio, locus eſt actioni redhibitoriæ, & ædilitio edicto: quæritur, an hoc probari poſſit reſponſo ſervi? reſpondet Paulus, ſi & alia indicia prioris fugæ non deficiant, ſervi reſponſo credendum eſſe; & tamen hæc interrogatio & confeſſio ſervi pertinet ad damnum & emolumentum domini, quia confeſſio prodeſt emptori, qui tunc eſt dominus, nocet venditori, qui aliquando fuit dominus: idem quoque contingit in ſimili caſu, notato ab eodem *Lib. 5. Sent. t. 16. §. 2.* ſi ſine cautione per ſervum dominus aliquid commodaverit, vel depoſuerit, vel ſi ſervus commodatum vel depoſitum acceperit, ut recte Accurſius ſupplet *l. interrogari infra de quæſt.*, hoc caſu de ſuo facto ſervus interrogari poteſt, etiamſi ex ea re commodum vel incommodum domino creetur; quod receptum fuit hoc colore, quaſi in ſe, de facto ſcilicet ſuo potius, quam pro domino vel adverſus dominum, interrogari videatur. Sed magna quæſtio eſt, inter viros eruditos hujus ſæculi, utrum, quod hac ratione receptum fuit his caſibus, in cæteris pecuniariis cauſis, cum aliter veritas liquido inveniri non poteſt, admittendum ſit; quod ex *l. D. Pius* dicendum videtur, quia de ſervis generaliter loquitur, tam propriis, quam alienis, & conſequenter in *fin.* infert, licere igitur & de ſervis alienis haberi quæſtionem, ſicut & de propriis, illo ſcilicet caſu, cum aliter veritas inveniri non poteſt; cui non obloquitur *lex* 1. *in ſecunda parte infra eod. de quæſt.* ſi ex fide Haloandrini Codicis & Veterum exemplarium reſtituatur vera lectio: *in pecuniariis vero cauſis ex inopia probationum ſervos contra dominos interrogari poſſe manifeſtum eſt*, ut eruditiſſime Cujac. docuit *L. 2. Obſerv. cap. 33. & Lib. 20. cap. 28.* &, ſi verum amamus, conſtituit *d. lex* differentiam inter criminales cauſas & pecuniarias: in criminalibus ſervi non poſſunt interrogari adverſus dominos, exceptis criminibus majeſtatis, adulterii, & fraudati cenſus; in pecuniariis vero interrogari poſſunt ex probationum inopia, cum ſcilicet & alia ſuppetunt indicia, ut *d. l. quæro*, *§. ult.* non deficientibus omnibus probationibus, non in egeſtate, ſed in paupertate & inopia probationum, ut de jurejurando judiciali dicitur *l. 3. Cod. de reb. cred. & jurejurando*: aliud eſt inopia, aliud defectus probationis; defectus eſt, ſi nullæ ſuppetant probationes, nulla indicia, nulla argumenta; inopia eſt, ſi quædam ſuppetant probationes, ſed ancipites aut parum idoneæ, quo caſu, quemadmodum Judex ab uno litigatore juſjurandum exigere poteſt in dubia cauſa, ut loquitur *lex*, *admonendi*, *D. de jurejur.* ita quoque eadem æquitatis ratione ſervos interrogare poteſt adverſus dominum. Addenda eſt & alia notiſſima exceptio de delictis domeſticis, quorum veritas per extraneos teſtes inveniri non poteſt, *l. conſenſu §. ſervis infra de repud. l. 22. infra de adm. tut. l. ult. infra ad leg. Corn. de ſicar.* & eadem eſt ratio *l. ult. §. licentia infra de jure delib.* ſi de bonis defuncti quid ab hærede ſubreptum fuiſſe creditores contendant.

Digitized by Google

Ad Leg. IX. Imp. *Conſtantinus* A. ad Julianum Præſidem.

Juriſjurandi religione teſtes, prius quam perhibeant teſtimonium, jam dudum arctari præcepimus, & ut honeſtioribus potius teſtibus fides adhibeatur: §. 1. *Simili modo ſanximus, ut unius teſtimonium nemo judicum in quacumque cauſa facile patiatur admitti. Et nunc manifeſte ſancimus, ut unius omnino teſtis reſponſio non audiatur, etiamſi præclaræ curiæ honore præfulgeat. Datum VIII. Kal. Septembr. Naiſſo, Optato & Paulino Conſſ.* 334.

AIT, *juriſjurandi religione teſtes, priuſquam teſtimonia perhibeant, eſſe arctandos*, quod ex vetuſtiſſimo jure eſſe nemo neſcit ex Tullio in *Orat. pro Cæcin.* & *pro Pompej.* & Aſconio in *Verrina tertia.* Ait, *priuſquam*, & ideo faceſſere jubeo ſententiam eorum, qui contra tam manifeſta verba cenſent, valere teſtificationem, ſi poſt eam teſtis juraverit, quamvis in continenti; debet enim omnino præcedere juramentum, nec valere poteſt, quod contra præſtitutam a lege formam factum eſt, imo nullum eſt ipſo jure, *l. non dubium ſupra de leg. & Conſtit. Princip.* & recte Anianus Cod. Theodoſiani Interpres ad hanc noſtram *leg.* in *d. Cod. Theod. tit. de fide teſtium & inſtrum.* ait, teſtes, priuſquam de cauſa interrogentur, ſacramento eſſe adſtringendos, ut jurent, ſe nihil falſi eſſe dicturos: quo jure hodie utimur, nec prævalere potuit contraria ſententia, quæ hac ratione nititur: ineſſe videri, quæ in continenti adjiciuntur, *l.* 7. §. *quin imo D. de pactis*, hoc enim verum eſt, ſi modo neceſſario præcedere non debeat, *l. ſi quis mihi bona* §. *juſſit D. de acq. vel omitt. hæred.* id autem profitetur Conſtantinus, ſe antea Conſtitutione quadam conſtituiſſe, & iterum diligentius conſtituere, ut Ulpian. *Lib. Regul. tit. de legatis*, quod a Nerva introductum fuerat, poſtea ab Adriano diligentius conſtitutum fuiſſe ſcribit; deſiderat igitur atque efflagitat diligentem hujus juramenti obſervationem. Et tamen Gloſſa, cucujus ſententiam confirmaſſe videtur Innocentius III. *cap.* 39. *X. h. t.* cenſet, hoc juramentum expreſſa partium conventione remitti poſſe, & utitur in hanc rem *l.* 1. *& 6. D. de feriis*, quæ, etſi die feriato jus dici non poſſit, etſi, ut Divus Ambroſius aït in *cap.* 1. *Epiſt.* 1. *ad Corinth.* die feriato liceat dicere judici publico, *hodie dies ſacrorum eſt, jus dici non poteſt*, valere tamen ait ſententiam dictam die feriato ex conſenſu partium, ut remitti quoque poſſe conſtat jus, quod de appellationibus & fatalibus diebus conſtitutum eſt *l. ult.* §. *ult. Cod. de tempor. & reparat. appell.* & generaliter, ex regula Juris antiqui, juri proprio unicuique renunciare licet: eleganter Tullius *Verr. tertia: quod mihi lex mea cauſa dedit, eo mihi uti non licebit*, ubi Aſcon. hoc temperamentum addit, *præſertim, cum inde adverſario nihil poſſit eſſe incommodi:* in hoc igitur caſu recte remitti poteſt a partibus juramentum teſtium, quod in gratiam partium introductum eſt. Sed contrariam ſententiam veriorem eſſe exiſtimo, idemque de hoc juramento dicendum eſſe, quod de juramento calumniæ dicitur *l.* 2. §. *ſed quia ſupra de jurejur. propter cal. dando*, hoc jusjurandum ex partium colluſione remitti non poſſe, teneri omnino partes hoc juramentum præſtare, quemadmodum conſtat, ut ait *d. lex* 2. *in princ.* juratos judices judicare, juratos advocatos cauſas orare, quæ cum ſint ex ſolemnibus judiciorum, & ad jus publicum potius pertineant quàm ad privatum, privata conventione mutari non poſſunt, *l. jus publicum D. de pactis*, qua ratione Juſtinian. utitur *d.* §. *ſed quia*, & validiſſimum mihi videtur argumentum ductum ab his juramentis a judicibus, advocatis, & partibus in judicio præſtandis, ut idem omnino dicendum ſit de juramento, quo teſtes arctandos eſſe hæc *lex* præcipit. Nec me movet, quod arguunt ex *d. l.* 1. *D. de feriis* & *l. ult.* §. *ult. infra de tempor. & repar. appellat.* quia his caſibus non juri publico, ſed proprio & privato renunciatur; ut puta vocatus quis in jus die feriato renunciat exceptioni, de qua *ſupra* ex D. Ambroſio, vel ſi, ut loquitur *l.* 1. §. 1. *D. a quibus appell. non licet*, ſi quis ante ſententiam profiteatur, ſe a judice non provocaturum, renunciat auxilio provocationis, quod ſibi ex jure communi competit; aliud autem eſt renunciare formæ jure publico in judiciis conſtituendis præſcriptæ, & hujus quoque juris, de quo in *d. leg.* ratio ſpecialis eſſe videtur, valere has conventiones & renunciationes, quibus compendio litium proviſum eſt; boni enim Prætoris officium eſt lites reſecare & tollere, *l.* 1. §. *tametſi D. de recep. arb. l.* 21. *D. de reb. cred.* & valde notanda ſunt verba *d.* §. *ult. legum enim auſteritatem in hoc caſu volumus pactis litigantium mitigari*; aït, *in hoc caſu*, ut doceat, hoc jus non eſſe temere trahendum ad conſequentias, &, quod dicitur in *d. cap.* 39. remiſſum fuiſſe hoc jusjurandum, obſervandum eſt, ſpeciale quoque eſſe, quia remiſſum eſt Monachis quibuſdam, qui, ut colligere licet ex *cap. etſi Chriſtus X. de jurejur.* omnino jurare nolebant propter præceptum Domini, & regulam beati Benedicti, quam profitebantur, hæc enim nominatim omne jusjurandum prohibet propter perjurii metum, ideoque teſtimonium dicere nolebant, quod ſcilicet ſine jurejurando dici non poteſt; & hoc eſt, quod *cap. etſi Chriſtus*, multis rationibus contendit idem Innoc. III. licere jurare monachis, eoſdem juratos teſtimonium proferre poſſe, & tamen non ægre fert remiſſum fuiſſe juramentum Monachis *d. cap.* 39. ex quo male generaliter colligunt, hoc juramentum remitti poſſe; quia hoc datur Monachorum regulæ & religioni: ſic olim Epiſcopi teſtimonium non dicebant, *l. nec honore ſupra de Epiſcop. & cler.* hodie dicunt propoſitis ſacris ſcripturis, non tamen tactis, *Nov.* 123. *cap.* 7. recte ſcriptum eſt in *cap. ult. X. de juram. cal.* & male contra mentem dictæ *Novellæ* in Auth. *ſed judex C. eod.* Irnerius adjunxit hæc verba, *non tamen jurent*; non jurant quidem corporaliter, ut loquitur *lex* 1. *ſupra ſi adverſ. vendit.* & *lex* 3. *ſupra ſi minor ſe majorem*, id eſt, non jurant tactis ſacris ſcripturis, ſed tantum propoſitis, ut ait dict. Novella. Sequitur dicere de ſecunda parte hujus legis, in qua Conſtantinus aït, *honeſtioribus potius teſtibus fidem eſſe adhibendam*, id eſt, his, qui cæteris vel vitæ honeſtate vel divitiis vel dignitate antiſtant; teſtes enim ponderantur, non numerantur, *l. ob carmen* §. *ult. D. h. t.* quod generaliter intelligendum eſt, ſeu teſtes producti ſint ab eadem parte, ſeu alii ſint producti ab actore, alii vero à reo; nam & qui ab una parte producuntur, diverſa & contraria dicere poſſunt, & ita Gloſſa recte hoc loco, quæ & belliſſime reſpondet objectioni, quam quis facere potuit ex *l. ſcripturæ infra de fide inſtrum.* quæ contrarias probationes, quibus una & eadem pars utitur, ait nullius eſſe momenti; quia hoc quidem procedere poteſt in inſtrumentis vel ſcripturis, de quibus cuſtodite *d. lex* loquitur, non in teſtibus: ratio differentiæ perſpicua eſt; merito hoc imputatur ei, qui produxit inſtrumenta contraria, quia hoc providere potuit, quæ ratio ceſſat in teſtibus, quia ignorat, quid teſtes dicturi ſint, ſed his utitur, quibus rei veritatem cognitam eſſe exiſtimat: & quod aït *lex*, *qui falſo D. h. t.* teſtes, qui diverſa proponunt, nihil probare,

re, accipiendum eſt de iiſdem teſtibus, non de diverſis, in quibus procedit, quod hæc lex aït, honeſtioribus teſtibus potius eſſe credendum. Quod autem aït ultimo, *ſimili modo*, *&c.* variis interpretationibus cauſam dedit: ſed, ſi verum amamus, perſpicua ſententia horum verborum hæc eſt, Conſtantinum profiteri, ſe antea conſtituiſſe, non facile quidem in quacumque cauſa admittendum eſſe unius teſtimonium, admitti tamen aliquando poſſe cauſa cognita, habita ratione perſonæ & cauſæ, ut puta in cauſa parva & minima; potuit judex admittere teſtimonium unius graviſſimæ perſonæ, cum & quædam argumenta non contemnenda ſuppeterent; ſed nunc diſtricte conſtituit, omnino unius teſtimonium non eſſe audiendum. Vetus quidem jus eſt, fateor, unius teſtimonio non eſſe credendum, *l. maritus D. de quæſtion. Redeant*, inquit Quintil. in Declam. quadam, *Catones & Scipiones, vel alia quæcumque clariſſima nomina, unius teſtimonium nunquam habebitur pro legitimo.* Sed ex uſu & tritura fori hoc receptum fuiſſe videtur in rebus minimis, ut ſæpe multa increbuiſſe conſtat contra Regulas juris, *l. generaliter in pr. ſupra de reb. cred. & jurej.* quod tamen non *facile* eſſe admittendum voluit Conſtantinus, id eſt, abſque magna cauſa vel ratione; & eodem ſenſu ſcriptum eſt in *l. 3. D. de minor.* minorem non facile in ſpecie inibi propoſita eſſe reſtituendum abſque gravi ſuſpicione doli, quem adverſarius forte admiſiſſe dicitur, & *l. 1. §. ad quæſtionem D. de quæſtion.* non facile credendum, ſuppoſitam eſſe filium, quam parentes dicunnr caram habuiſſe, ſed credendum eſſe tunc, cum graviſſima ſuppetunt argumenta; & ita in *h. l.* unius teſtimonio credendum eſſe, ſi cognita ſit gravitas & conſtantia perſonæ, & de re minima agatur: *non facile*, id eſt, non temere, ut in *l. ancillarum D. de petit. hæred.* & *l. ſi fidejuſſ. D. de fidejuſſor.*, quam recte Gloſſa nobis hoc loco ſuppeditavit, & apud Horatium in *Epiſt. quadam*, *vatis avarus non temere eſt animus*: Illud quidem eundem Conſtantinum indiſtincte conſtituiſſe reperio in *l. 1. C. Theod. de Epiſcopali Judicio*, in quacumque cauſa unius Epiſcopi teſtimonium ita admittendum eſſe, ut alius teſtis non audiatur, *hoc enim eſt*, inquit, *veritatis authoritate firmatum*, *hoc incorruptum*, *quod a ſacroſancto homine conſcientia mentis illibatæ protulerit*, quod ita quidam male accipiunt, quaſi in *d. l.* teſtimonium repromiſſum ſit, cum tamen promiſerunt litigatores, ſe credituros teſtimonium unius Epiſcopi, quod verba pati non poſſunt; aït enim *d. lex*, admittendum eſſe teſtimonium Epiſcopi a qualibet parte repromiſſum, ergo ab hac vel illa parte abſque ulla mutua conventione vel repromiſſione: & ideo ſubjicit, *hoc teſtimonio ab una parte promiſſo alium teſtem non eſſe audiendum*, ſufficere teſtimonium Epiſcopi; erat igitur Epiſcopus teſtis omni exceptione major, & indiſtincte admittebatur; at *non facile* alius quilibet in quacumque cauſa: potuit aliquando admitti, ut dixi, ſed non temere admittendus fuit unicus teſtis, quod poſtremum in hac Conſtitutione ita immutavit, ut non patiatur admitti omnino unius hominis teſtimonium, *etſi*, inquit, *præclaræ curiæ honore præfulgeat*, id eſt, etſi Senator ſit; *præclaram* enim *curiam* vocat ampliſſimum ordinem Senatorum, in quo ipſum Interperatorem numerandum eſſe aït *lex 8. infra de dignit.* Et quia aït, *omnino non audiatur*, plus quam manifeſtum eſt, hoc velle Conſtantinum, omnino nullius momenti eſſe unicum teſtem, neque facere ſemiplenam probationem, quam Interpr. comminiſcuntur, ut recte docuit Jacobus contra Joannem, qua de re vide Cujac. *ad cap. licet X. de teſtib.*

Ad Leg. X. Imperatores *Valens. Grat.* & *Valentin.* AAA. ad Gracchum P. urbi.

Omnibus in re propria dicendi teſtimonii facultatem jura ſubmoverunt. Datum V. Kalen. Decemb. Valente V. & Valentiano Jun. Conſſ. 376.

PArs eſt *legis un. ſupr. ne quis in ſua cauſa jud.* ut conſtat ex *Cod. Theodoſ.* ubi hac illatione Impp. utuntur: *cum omnibus in re propria dicendi teſtimonii facultatem jura ſubmoverint, iniquum admodum eſt, licentiam tribuere ſententiæ*, eadem igitur ratione nemo in propria cauſa jus dicit, aut judicat, vel teſtimonium profert. In hoc autem jure conſtituendo obſervandum eſt, quod Papinian. aït *l. 5. D. de ſervis export.* leges plerumque fieri de re certiſſima, quæ nullam recipere videtur dubitationem, & quæ, ut eleganter aït, *naturalem intellectum* habet, id eſt, ut Aſconius loquitur, *naturalem interpretationem*; vix enim dubitari potuit, an is, qui actor vel reus eſt, in propria cauſa ſuſcipere quoque poſſit perſonam judicis vel teſtis: potuit forſitan in re minima haberi quædam ratio ſummæ exiſtimationis, dignitatis, & amplitudinis litigatoris; ſed Marc. Tullius in *Orat. pro ſexto Roſcio*, *hoc more majorum comparatum eſſe* aït, *ut nec in minimis rebus homines ampliſſimi de re ſua teſtimonium dicant*: *Africanus, ſi ſua res ageretur, teſtimonium non diceret*: & hoc ipſum eſt, quod hæc *lex* aït, *omnibus*, cujuſcumque dignitatis & authoritatis; & valde notandum eſt, hanc legem ſcriptam eſſe ad Gracchum Præfectum Urbi, vel, ut eſt, in *Cod. Theod.* Præfectum Prætorio, quem apicem omnium dignitatum obtinuiſſe Ammian. Marcellin. aït *loco notiſſimo*, & a quo non potuit appellari, quia, ut eſt in *l. 1. D. de Off. Præf. Prat.*, credidit Princeps, eos, qui ob ſingularem induſtriam explorata eorum fide & gravitate ad hujus officii magnitudinem adhibentur, non aliter judicaturos pro ſapientia ac luce dignitatis ſuæ, quam ipſe foret judicaturus; dubitatio igitur orta fuit & propoſita de his ſummis dignitatibus, quæ vice ſacra judicare dicuntur, ad quam reſcribunt Impp. ut eſt in *Cod. Theodoſ. Promiſcua generalitate decernimus, neminem Judicem vel teſtem ſibi eſſe debere*, quæ generalia & peremptoria verba omnem dignitatem plane excludunt, ut nec hoc tribuendum ſit ſummæ dignitati Præfecti Prætorio vel Præfecti Urbi. Objicit Gloſſa *leg. ult. C. de fideic.* in cujus ſpecie hæres rogatus de præſtando fideicommiſſo dicitur eſſe *teſtis & judex in cauſa propria*, ſed quis non videt hæc verba in *d. l.* impropric uſurpari, cum jusjurandum defertur a parte parti, quo caſu genere quodam is, cui delatum eſt jusjurandum, in re ſua judicare & teſtificari videtur? Objicit ſecundo *§. legatariis Inſt. de teſtamentis ordin.* ubi dicitur, legatarios poſſe eſſe teſtes in teſtamento, ex quo emolumentum percipiunt; ſed jam docui, ſeparandum eſſe teſtimonium, quod quis profert in teſtamento, a teſtimonio in judicio prolato; nec, ſi verum amamus, in propria cauſa videntur legatarii proferre teſtimonium, qui, ut & in *d. §. legatariis*, juris univerſi ſucceſſores non ſunt, quia totum hoc negotium, teſtamenti ſcilicet conficiendi, agitur ſolum inter teſtatorem & hæredem, *§. ſed neque Inſt. de teſtamentis ordin.* & de legatariis illis extat elegans Epiſtola Symmachi *Lib.* 10. *Ep.* 55. Quod quidam tertio loco objiciunt ex *cap. 3. X. de procurat.* facili negocio ſolvitur, quia ex duobus teſtibus uno tantum ſuperſtite in ſupplementum probationis defertur jusjurandum deciſorium Archidiacono, ut in *l. 3. ſupra de reb. cred. & jurejur.* maneat igitur intacta hæc no-

ſtra regula. Sed anxie quæritur, an locum habeat in venditore & donatore lite mota de re vendita vel donata? Et quidem, ſi evictionem præſtare teneatur, quam utique præſtat venditor ex natura contractus, *l. 6. infra de evictión.* donator verò, ſi ita cautum nominatim ſit, *l. 2. infra eod.*, nulla dubitatio eſt, ut de venditore hic Gloſſa notat; ſed &, ſi non teneantur evictionem præſtare, verius eſt hoc teſtimonium non eſſe legitimum, propter ſummam affectionem, quam unuſquiſque habere videtur erga actum ſuum, ut erudite Folgoſius notat, cujus ſententiam certatim ſequuntur Interpretes: idem dicendum de fidejuſſore in cauſa rei principali, pro quo fidejuſſit, quia quodammodo cauſa ejus eſſe videtur, *l. 5. in pr. D. de appell.* de tutore, curatore, advocato, procuratore, & executore negotii, qui ſententiam contra eum, qui fuit condemnatus, exſequitur, *l. ult. D. h. t.* ex eadem præſumptione affectionis, quam unuſquiſque habere cenſetur in cauſis, quas adminiſtrat, vel adminiſtravit; nec obſtat *lex, deferre §. item nec D. de jure fiſci*, ubi dicitur, procuratorem poſſe interrogari, id eſt, teſtimonium dicere contra eum, cujus negotia geſſit, hoc enim tantum locum habet in aliis cauſis, quarum non eſt procurator: mediatores vero vel proxenetas teſtes eſſe poſſe ſatis conſtat ex *Nov. 90. cap. pen.* inviti tamen non coguntur teſtimonium dicere. Sed quæritur, utrum in cauſa collegii vel univerſitatis aliquis ex eo collegio vel univerſitate poſſit eſſe teſtis: & probo, quod vulgo Doctores admittunt ex *cap. veniens X. h. t.* ſingulos in cauſa univerſitatis teſtes eſſe poſſe, ſi modo utilitas ad ſingulos non perveniat, ut ſi forte agatur de ſaltibus & paſcuis, ita ut ſinguli jus habeant paſcendi, etſi is, qui ad teſtimonium poſtulatur, eam cauſam non agat, ex *cap. inſuper X. eod.* quod benigne receptum eſt in cauſa inopiæ probationum, ut oſtendit *cap. & ſi Chriſtus, in fin. de jurejur.* eademque ratione ſupra docuimus, ex inopia probationum ſervos adverſus dominum ipſum interrogari.

Ad Leg. XI. Imperatores *Honor.* & *Theod.* Auguſti Cæciliano PP.

Quoniam liberi teſtes ad cauſas poſtulantur alienas, ſi ſocii & participes criminis non dicuntur, ſed fides ab his notitiæ poſtulatur: in exhibitione neceſſariarum perſonarum, hoc eſt teſtium, talis debet eſſe cautio judicantis, ut his venturis ad judicium, per accuſatorem, vel ab his, per quos fuerint poſtulati, ſumptus competentes dari præcipiat. Idem juris eſt, & ſi in pecuniaria cauſa teſtes ab alterutra parte producendi ſunt. Datum, XIII. Kalend. Febr. Ravennæ, Honorio, VIII. & Theodo. IV. AA. Conſſ. 409.

SUmptus neceſſarios his, qui teſtimonii dicendi cauſa evocantur, ab illis eſſe præſtandos, per quos fuere poſtulati, duabus rationibus probant in *h. l.* Impp. Prima hæc eſt, quia ſunt liberi vel ingenui, ut eſt in *Cod. Theodoſ.* nam ſervi regulariter teſtimonii dictionem non habent, &, ſi ſervi eſſent, non alerentur ab eo, qui poſtulavit, ſed a domino, niſi forte ſuis operis ſolebant apud dominum lucrari, *l. ſed ſi hereditas §. 1. D. ad exhibendum.* Secunda hæc eſt, quia operam dant rei alienæ, vel, ut loquitur *lex, ſi quando infra h. t.* alienis commodis inſerviunt, cum ſcilicet ab his fides notitiæ poſtulatur, id eſt, cum poſtulantur tanquam teſtes legitimi, qui plenam & perfectam probationem facere poſſunt; non quando poſtulantur tanquam ſocii & participes criminis, cum ab his non teſtimonium ſed judicium poſtulatur; tunc enim ſuæ rei potius quàm alienæ cauſa poſtulantur, & ipſi ſe alere debent, & ad judicem venire ſuis impenſis; ſic enim hæc verba hujus *leg.* obſcura ſatis illuſtranda cenſeo, *ſocii & participes*, quos in idiotiſmo complices vocamus, quod verbum reperio in Gloſſis veteribus Iſidori: *complex eſt*, inquit, *qui in uno peccato vel crimine alteri applicatur ad malum, ad bonum vero nunquam dicitur.* Complices, inquam, de ſociis & receptatoribus interrogantur, *l. ult. infra de Maleſ. & Mathem. l. 1. infra de falſa mon. l. Divus D. de cuſtodia & exhib. reorum*, non, ut plenam fidem faciant tanquam teſtes, ſed præſumptionem quandam tanquam judices, quorum qualiſqualis poteſt eſſe reſpectus. Differentia igitur conſtituenda eſt inter judicare & teſtificari; judicare eſt veluti deferre & accuſare, *l. judicare D. d. verb. ſignificat.* & hoc ſenſu ſocius ſocium dicitur accuſare *l. 3. §. utrum D. de S. C. Silan.*, ſed improprie, pro judicare vel nominare nam proprie ſocius ſocium accuſare non poteſt, *l. ſi filium infra de lib. cauſa.* Quod autem hoc loco exhibitionem vulgo omnes interpretantur, præbitionem neceſſariorum ſumptuum, id ego probare non poſſum: ſcio *exhibere* frequenter in his *lib.* uſurpari pro alere, & neceſſaria ad victum & veſtitum ſubminiſtrare, & *exhibitionem* pro alimentorum præſtatione, quæ & *liberatio* eodem ſenſu dicitur in veteri diplomate Philippi Audacis Regis Franciæ, quo Capellanis Capellæ Regiæ Pariſienſis concedit *ad prandium vel ad cœnam unam liberationem integram videlicet, octo denariatas panis, unum ſextarium vini, de vino quod militibus liberatur, quatuor denarios pro coquina, & 12. fruſta minoris candelæ in perpetuum*, & ita apud Froſſardum veterem auctorem Hiſtoriæ Franciæ paſſim legimus, *il avoit tant d'hommes à ſa livrance, ou à ſa livrée*, quos ſcilicet exhibebat vel *liberabat*, id eſt quibus neceſſaria ſubminiſtrabat; ideoque hodie abuſive hac voce *livrée* utimur, quia hi, qui erant ex eadem familia & ex eadem liberatione, veſtibus ejuſdem coloris utebantur, quod pauci animadvertunt. Sed quamvis hoc ſenſu accipiatur *exhibitio*, hoc tamen loco accipiendam eſſe proprie cenſeo pro productione teſtium, quæ in *l. 17. infra h. t.*, reſtituta a Baſilicis a Cujacio, dicitur παραγωγὴ & idem *d. lex* conſtituit, quod hæc noſtra, productiones teſtium fieri debere abſque impenſis teſtium: &, ſi *exhibitio* hoc loco eſt præbitio neceſſariorum ſumptuum, inepte loquuntur Impp., in præbitione neceſſariorum ſumptuum hanc cautionem adhibere debere judicem, ut ſumptus competentes dari præcipiat. Porro teſtes *neceſſarias perſonas* vocat, ut *l. 6. §. ſi quis autem infra de appel.* quia, qui neceſſarii ſunt, evocantur, id eſt, tot evocantur, quot judex neceſſarios eſſe pronuntiat, *l. 1. §. ult. l. 3. §. ult. D. h. t.* Symmach. *ep. 41. Lib. 10. interea diſtuli vindictam judiciorum & rurſus officio negotium dedi, ut neceſſarios evocarent*: hi autem ſumptus præſtantur officio judicis, qui arbitrio ſuo, habita ratione perſonarum & cauſæ, hanc præſtationem moderari debet, ut recte hoc loco Interpretes notant. Et præſtantur, inquit, *ab accuſatore, vel ab his, per quos fuerunt poſtulati*, puta ab his, qui non ſuis ſed alienis nominibus accuſant, ut loquitur *lex, noſtris infra de calumn.*: hi enim a legitimis & ſolemnibus accuſatoribus ſeparandi videntur, & alieno nomine accuſare dicuntur, qui alienæ ſubſcribunt accuſationi, ut ap. Corn. Nepotem in vita *Pomponii*, *neminem*, inquit, *nec ſubſcribens, nec ſuo nomine accuſavit*, quod Gloſſæ non intelligunt, nec Cujacius liquido explicaſſe videtur in *pr. l. 2. D. de jure fiſci*: poſſumus & cum Gloſſa hæc verba accipere de ipſis reis, quorum aliquando admitti probationes jam docuimus; poſſumus & de delatoribus, qui non ſunt veri & legitimi accuſatores,

res, ut conſtat ex *tit. de delator. infra.* Cæterum idem jus obſtinere conſtituit in *cauſa pecuniaria*, propter eaſdem rationes, quia teſtes ſunt liberi, qui alienis negotiis adhibentur, &, ut eleganter ait *lex 7. D. quemad. teſtam. aper.* nemini debet ſuum officium eſſe damnoſum.

Ad Leg. XII. Iidem AA. Georgiæ.

Libertorum adverſus patronos illicitas atque improbas voces pœnæ objectione præcludimus: atque ita, ut non ſolummodo ſponte prodire non audeant, ſed ne vocati quidem in judicium venire cogantur. Datum IV. Id. Auguſt. Ravennæ, Mariniano & Aſclepiodoto Conſſ. 423.

EXtat hæc lex totidem verbis in Cod. Theodoſ. ſub Tit. *ne præter crimen maj. ſervus dominum vel patr. lib. vel fam. accuſet*, ex quo colligitur, hanc legem non ſolum pertinere ad teſtimonii dictionem, ſed etiam ad accuſationem vel delationem, ad quam propriè reſpiciunt hæc verba, *ſponte prodire non audeant*, quæ ita Anianus Interpres Cod. Theod. ſecundum rubricam interpretatur: *liberti accuſatores patronorum, ubi primum in accuſationis vocem proruperint, puniantur*, & in l. *pen. eod. Cod. & tit.* quæ hanc noſtram præcedit, *in ipſa expoſitione criminum atque accuſationis exordio ultore gladio puniuntur*: eſt igitur pœna capitalis liberti, qui patronum accuſat, vel defert. Verba autem, quæ ſequuntur, *ſed ne vocati quidem &c.* pertinent ad teſtimonii dictionem; ſic enim hæc ſunt diligenter ſeparanda & diſtinguenda: ſponte accedimus ad accuſationem abſque ulla interpellatione vel admonitione judicis; vocati vel evocati teſtimonium dicimus vel volentes vel etiam inviti, olim in cauſis criminalibus tantum, hodie etiam in pecuniariis ex conſtitutione Juſtiniani, de qua *infra h. t.* hoc ſenſu paſſim teſtes *evocari* dicuntur, ut in *l. 1. §. ult. l. 3. §. ult. D. h. t. l. 26. §. ult. D. quib. cauſis majores l. 2. §. legatis D. de judiciis* & ap. Plinium *Lib. 3. Epiſt. è teſtibus quidam, quod evocatus eſſet invitus*: Evocantur autem interlocutionibus judicum, quas *διαλαλιὰς* vocat *l. 16.* quæ eſt conſtitutio Græca *infra h. t.* & ita teſtes dicuntur *admoniti*, id eſt evocati, admonitione judicis, *l. ſi quando infra h. t.* errant igitur nequiter, qui hæc verba *h. l. ſponte prodire non audeant*, ita exaudiunt, quaſi hoc ſpeciale ſit in liberto, ut nec evocatus nec non vocatus teſtis audiatur adverſus patronum: ſi hoc verum eſſet, ſequeretur, reliquos teſtes etiam non vocatos audiri poſſe, quod falſum eſt; neceſſario enim debet ſemper præcedere interlocutio judicis, qua pronuntiat, teſtes vocandos eſſe, quæ ſingulis teſtibus intimanda & ſignificanda eſt, ut & hodie diligenter obſervatur. Rationem autem hujus Conſtitutionis repetendam eſſe apparet ex reverentia, quam libertus patrono debet *l. 10. §. ult. D. de in jus voc.* vel propter eam conjunctionem, quæ fuit inter patronum & libertum; patronus enim tanquam adgnatus & familia conjunctus liberto ſuccedebat ex illa parte Edicti *unde legitimi*, ut nominatim ait Conſtitutio Græca *de jure patron.* reſtituta a Cujacio ex Baſilicis *Lib. 20. Obſerv. cap. 34.* & hoc ſenſu libertus dicitur conjunctus patroni liberis, in *l. cum tale D. de condit. & dem.* Marc. Tull. *Lib. 5. in Verr. libertus & accenſus tuus & tibi ac liberis tuis in rebus omnibus conjunctus & proximus*; ideoque ſtatim poſt manumiſſionem accipiebat libertus patroni nomen, tanquam tranſiret in nomen & familiam patroni, ut Tertullianus ſcribit in *Lib. de reſurr. carnis*, quod notiſſimum eſt ex Tyrone Tullio, erudito Tullii liberto, & Lucio Cocinico Anchialo, liberto Lucii Cocinii, de quo *Lib. 13. Epiſt. ad famil.* ex quibus omnibus intelligimus, quare hoc loco Impp. dicant, non eſſe audiendas illicitas atque improbas, vel, ut loquitur *d. lex pen. Cod. Theod. ne præter crimen maj. ſer. domin.*, funeſtas voces libertorum adverſus patronos, quibus ſcilicet tot tantiſque beneficiis devincti ſunt: quod jus ad vaſallos noſtros trahendum eſſe non dubito, propter fidem homagii præſtiti & debitam reverentiam, ut loquitur *cap. gravem X. de exceſſ. Prælat.*

Ad Leg. XIII. Imp. Zeno.

Qui falſa in teſtimonio protulerit, primum quidem de perjurio, deinde falſi criminis convenitur, quod ſi eum in ipſo teſtimonii tempore mentiri ſuſpicio ſit, verberatur. Quod ſi is, qui ex falſo teſtimonio damnatus eſt, civiliter agere contra teſtem voluerit, quidquid damni fecit ab eo recipiet, ac præterea falſus ille teſtis definitam legibus pœnam ſuſtinebit. Quod ſi etiam in ipſa lite principali convictus mendacii fuerit, officium judicis eſto, ut eum vel in totam litem, quæ illi mota eſt, contra quem teſtimonium dixit, vel in minus condemnet, vel etiam pœnis ſubjiciat: ſervatis omnibus, quæ jam ſtatuta ſunt de his, qui falſum teſtimonium perhibent.

HAnc legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius *Lib. 13. Obſerv. cap. 38.* & eſt conſtitutio Zenonis adverſus falſos teſtes, quæ primum ait, falſos teſtes pejerare, quia, ut habuimus *ſupra in l. 9.*, non niſi jurati audiuntur. An autem id ideo dicat, ut ſimpliciter oſtendat, hoc perjurium Deum tantum ultorem habere, ut idem Vir præſtantiſſimus *d. loco* docet ex *l. 2. ſupra de reb. cred. & jurejur.* valde dubito: ſcio *d. l. 2.* veram hanc eſſe ſententiam, quam ex Latinis Interpretibus Azo & Odofredus, & ex Græcis Harmenopulus *Lib. 1. Epitomes* erudite vindicant, diſtinguendum eſſe jusjurandum datum per Principem vel per venerationem Principis, a jurejurando per Deum dato; hujus contemptam religionem Deum ipſum vindicare, &, ut Tiberius dicebat ap. Tacitum *Lib. 1. Annal.*, Deorum injurias Diis eſſe curæ; violatam autem religionem jurisjurandi dati per Principem vindicem ipſum Principem eſſe, per quem pejeratum eſt, & perjurum plerumque verberibus caſtigandum & admonendum, ut in *l. ſi duo §. ult. de jurejur.* quia læſa ſit auguſtior majeſtas, ut Paganis objicit Tertull. in *Apolog. ſi quidem*, inquit, *majore formidine & callidiore timiditate Cæſarem obſervatis, quam ipſum de Olympo Jovem; citius denique apud vos per omnes Deos, quam per unum genium Principis, pejeratur*, quod & Minutius Fœlix totidem fere verbis ſcribit in *Octavio*: & valde in hanc rem notanda ſunt verba Jovii Senatoris apud Zoſimum *in fin. Lib. 5. ſi Deo*, inquit, *præſtitum fuiſſet hoc jusjurandum, fortaſſe negligi poſſet permittendo divinæ bonitati impietatis condonationem, ſed, quando per caput Imperatoris juraſſet, non eis fas eſſe peccare contra tam grave jusjurandum*: ex quibus verum hunc eſſe ſenſum lubenter agnoſco *d. l. 2.* cujus ſcilicet author eſt Ethnicus Imperator Alexander: ſed & violatæ perjurio divinæ religionis pœnam quandam apud Ethnicos fuiſſe, quam Pontifices Maximi conſtituere ſolebant, ex notiſſimo Plauti loco in *Rudente* Viri docti recte obſervant; & Chriſtianos Principes multis caſibus violatam perjurio divinam religionem vindicaſſe apparet ex *l. ſi quis major ſupra de tranſact.* ex *l. pen. infra de dignit.* & *Nov. 124.*, & hoc ipſum eſſe, quod Juſtin. inſinuat in *l. 2. infra de indicta viduit.* leges perjuria punire. Valde autem notandum eſt,

eundem Zenonem eſſe authorem *d. l. pen.* qua perjurus ſpoliatur dignitate illuſtri: cum igitur hoc loco idem Zeno dicat, falſum teſtem primo pejerare, deinde falſum admittere, duo admiſſa delicta demonſtrat, de quibus ſeparatim quæri & tractari poteſt: hoc autem in Conſtitutione ipſa integra, cujus tantum ſynopſin & brevem interpretationem habemus, evidentius expreſſum fuiſſe non dubito. Poteſt igitur is, adverſus quem teſtis falſum teſtimonium dixit, hoc primum deſiderare, eum eſſe puniendum tanquam perjurum extraordinaria pœna poſita in arbitrio judicis, ac deinde eum tanquam falſarium accuſare, quod ipſa verba ſynopſis innuere videntur; qui falſum teſtimonium dixerit, primum quidem pejerat, deinde ut falſarius convenitur. Subjicit dicta Conſtitutio, teſtem non audiri abſque tormentis, ſi ſuſpectæ fidei ſit, ut in *l. ob carmen* §. 1. *D. h. t.* & *Nov.* 90. de falſo civiliter & criminaliter agi poſſe, in *l.* 5. 9. 11. 16. 17. *l. pen. & ult. infra ad legem Corn. de falſis*, & *l.* 1. *infra quando civilis actio crim. præjud.* eum, qui ex falſis teſtimoniis damnatus, agere civiliter in id, quod intereſt, vel, ſi ante condemnationem in ipſo exordio litis judex falſitatem agnoſcat, ex officio judicis falſarium teſtem in tantam ſummam condemnandam eſſe, in quantam apud judicem actum eſt, vel in minorem prout judici videbitur, quæ in *dict. Obſervatione* Cujac. fideliter expoſuit.

Ad Leg. XIV. Imp. *Zeno* A. Arcadio P. P.

Nullum penitus, cum ſemel ad judicem quemlibet, licet non ſuum, dicendi gratia teſtimonium fuerit ingreſſus: armatam forte militiam, vel quamlibet aliam fori præſcriptionem ad evadendum judicis motum, quem vel teſtimonii verborum improbitas, vel rei qualitas flagitaverit, poſſe prætendere præcipimus: ſed omnes, qui in civili ſcilicet cauſa ſuum præbent teſtimonium, ſeparato, & tanquam [ante] judicium interim depoſito exceptionis fori privilegio, hujuſmodi præſidio denudatos, ita [ad] judicantis intrare ſecretum, ut quicunque aures ejus offenderint, non dubitent ſibimet formidandum: data cunctis judicibus abſque ullo præſcriptionis obſtaculo (ſicut ſæpe dictum eſt) [in teſtes,] quorum voces falſitate vel fraude non carere perſpexerint, pro qualitate videlicet delicti, animadvertendi licentia. Datum XII. Kalend. Jun. Decio & Longino Conſſ. 486.

HÆC Conſtitutio Zenonis ſcripta eſt ad Arcadium Præfectum Prætorio, & eam proprie pertinere non dubito ad urbanos Magiſtratus, qui in urbe Conſtantinopolitana variis de cauſis jus dicebant, ad Præfectum Prætorio puta, Præfectum Urbi, Magiſtrum Officiorum, & reliquos. Is idem Zeno certos pedaneos judices deputaverat, quibus humiliora negotia delegabant, ut nominatim Juſtin. aït in *Nov.* 82. *cap.* 1. Quod igitur hæc *lex* aït, *ad Judicem quemlibet*, accipiendum eſſe cuſtodite exiſtimo de Magiſtratu, qui adminiſtrationem & juriſdictionem habet. Vis videre, quam hoc verum ſit? Poteſtatem, quam hæc Conſtitutio tribuit cuilibet Judici, ut in falſarios teſtes animadvertat, quamvis ſuæ juriſdictionis non ſint, concedendam quoque eſſe Pedaneis judicibus, additis tamen quibuſdam temperamentis, idem Zeno cenſet in Conſtitutione *ſeq.* ergo neceſſario hæc prior Conſtitutio loquitur tantum de Magiſtratibus, non de pedaneis judicibus. Secundo obſerva, quod aït, teſtes *judicantis intrare ſecretum*: eſt autem *ſecretum* vel *ſecretarium* locus, in quo Magiſtratus pro tribunali majeſtate imperii cauſas examinant. Vetus Gloſſarium, quod laudat Barn. Briſſon. *L.* 17. *de verb. ſign.* interpretatur ἀκροατήριον; eſt enim *ſecretarium* Magiſtratus, ut *conſiſtorium* Principis, *l. ult. ſupra ubi Senat. vel clariſſ.* & *l. ult. ſupra de off. diverſ. jud.* honoratis viris, quibus etiam conſiſtorium Principis ingrediendi datur facultas, ſecretarii judicum, id eſt Magiſtratuum, datur ingreſſus, & puniuntur Officiales, qui hanc facultatem honoratis denegarunt; eſt igitur velut adytum quoddam, ad quod non cuilibet temere datur aditus; ideoque prætendebatur foribus velum, quo aliquando levato de cauſis quibuſdam cognoſcebant, ut in *l. pen. infra de naufr.* debent judices de ſubmerſis navibus *levato velo* cognoſcere, vel, ut Lampridius loquitur in *Alex. patente velo*, id eſt, ut *ad d. l. pen.* Cujac. expoſuit, aperta fore, ſed plerumque non levato ſed ducto velo ſecreto cognoſcebant. D. Auguſtin. in *Pſalmum* 80. *Attende ipſum judicem venientem, non jaculis ſententiam definitivam, non niſi foras reos, non duxit velum:* non poteſt igitur *ſecretum* vel *ſecretarium* pertinere ad pedaneos judices, quos tribunal non habuiſſe conſtat; imo, ut alias ex Vitruvio docui *Lib.* 7. *cap.* 8. in privatis Magiſtratuum ædibus judicare ſolebant. Tertiam quoque rationem nobis ſubminiſtrabit ſequens Conſtitutio, de qua latius dicam. Vult autem hæc Conſtitutio, eum, qui evocatus teſtimonii dicendi cauſa, licet a judice non ſuo hoc onus ſuſceperit, non poſſe uti præſcriptione vel exceptione fori, ad evanendum judicis motum, quam vel teſtimonii improbitas, vel rei qualitas flagitaverit: finge, eſſe militem, qui, ut aït *lex pen. ſupra de juriſd.* niſi a ſuo judice, id eſt, a Magiſtro Peditum vel Equitum, nec exhiberi poteſt, nec, ſi in culpa fuerit, coërceri, apud civilem judicem, non militarem, teſtimonium dicere; vel finge, virum eſſe, qui, ut loquitur *lex, pen. ſupra de pactis*, dignitatis vel Sacerdotii prærogativa uti poteſt præſcriptione fori, *demander ſon renvoy*, hanc præſcriptionem omnino ceſſare vult Imp. Zeno in odium teſtis, qui varie vel falſo deponens provocat motum judicis, qui habita ratione improbitatis teſtimonii (doli enim varii ſunt gradus) vel rei qualitatis, quæ vel parva vel magna eſſe poteſt, prout æquum eſſe videbitur, animadvertere poteſt. *Motum judicis* vocat indignationem judicis, eademque forma in *l.* 20. *D. communi divid.* cujuſdam villa diruta dicitur *motu judicis*, quia vocatus ad delectum militum non reſpondebat, & *l. omnes ſupra de Off. Rect. Prov.* apparitores *motu judicis* nudati, ut in *Nov.* 3. Martiani *commotione judicis* poſſeſſores mulctati; & in *Collat.* 1. *Donatiſt.* ita Petilianus Epiſcopus Marcellinum judicem alloquitur: *nunc te judiciali illo motu animadvertere oportebit.* Sed hoc permittendum eſſe nominatim hæc lex aït *in civili cauſa*, quæ tamen verba Azo & Accurſius exiſtimant accipienda eſſe, ut loquuntur, implicative; ut ſenſus ſit, non ſolum puniri teſtem in criminali judicio, de quo non erat dubitatio, ſed etiam in cauſa civili; quod ego admittere non poſſum his validiſſimis argumentis: fretus primo, quia hæc *lex* utitur taxativa particula (*ſcilicet*), quæ cauſam criminalem omnino excludere videtur, & contra fidem omnium Librorum male quidam hanc expungendam eſſe cenſent. Secundo idem Zeno in Conſtitutione *ſequenti* nominatim aït, ſe in hac Conſtitutione conſtituiſſe, non poſſe teſtes uti fori præſcriptione, hac ratione, quia ſponte teſtimonium dicere voluerunt, quæ ratio locum tantum habere tunc potuit in cauſa pecuniaria & civili, non criminali, quia ante Juſtin. teſtes inviti teſtimonium dicebant in cauſa criminali tantum, & ita recte Cujac. interpretatur verba *dict.* Conſtitutionis *Lib.* 13. *Obſerv. cap.* 39. *nam cum ultro*, inquit, *teſtimonium perhibuerunt*; nec enim in

cauſis

cauſis pecuniariis invitis teſtimonium denunciabatur ante Conſtitutionem Juſtiniani: *ſuo privilegio teſtes renunciaſſe videntur*: ergo Zeno in hac noſtra *lege* hoc permittit tantum in civili cauſa, in qua ratio, qua movetur Zeno, locum tantum habere poteſt. Ratio differentiæ eſt apertiſſima: in criminali gravius eſt delictum teſtis, qui varie vel falſo deponit, nam & Lege Cornelia de Sicariis teneri poteſt, *l. 1. §. 1. ad Leg. Corn. de Sicar.* gravi igitur & acerbiori coercitione opus eſt, quæ non eſt temere permittenda cuilibet judici adverſus perſonas tot tantiſque privilegiis donatas; nam ſi miles eſt, quamvis in civilibus cauſis apud judicem civilem litigare teneatur, ſi tamen quid admiſiſſe dicatur, is cognoſcere debet, cui militaris rei cura mandata eſt, ut nominatim ait *lex 2. C. Theodoſ. de juriſd.* &, ſi Senator ſit, non poteſt ex criminali cauſa condemnari, niſi quinquevirali judicio Senatorum, de quo in *l. ult. eod. C. & tit.* idem dicendum eſt de cæteris, qui dignitatis vel Sacerdotii prærogativa proprios judices habent: non igitur hoc permittere voluit Zeno cuilibet judici in cauſa criminali, quæ majorem animadverſionem deſiderat, ſed in civili tantum, in qua falſos teſtes puniendos eſſe cenſet pro delicti qualitate, quæ ſcilicet dignoſci poteſt tum ex teſtimonii improbitate quam ex rei, qua de agitur, qualitate, ut *ſupra* docui. Pœna legis Corn. de falſis fuit quidem regulariter in liberos homines deportatio, in ſervos ultimum ſupplicium, *§. item Lex Corn. de falſis Inſt. de publ. jud.* vel, ut Paulus *Lib. 5. Sent. t. 15.*, deportatio, relegatio, vel ordinis amotio; ſed, ut recte Cujac. obſervat in *Parat. Cod. tit. de pœnis*, pœnæ, quæ olim erant ex legibus ſolemnes & certæ, cœperunt eſſe arbitrariæ, ideoque Tribonianus, qui *leg. qui falſo D. h. t.* ſumpſit ex *d. loco* Pauli, noluit has pœnas exprimere, ſed earum vice hæc verba appinxit, reſpiciens ad hoc novum jus, *a judicibus competenter puniantur*, pro qualitate ſcilicet delicti, ut hæc lex loquitur.

Ad Leg. XV. Imp. *Zen.*

Hanc legem reſtituit ex Baſilicis Cujacius lib. 13. Obſ. cap. 38. & illius argumentum his fere verbis explicat. XV. *Græca, quæ dat in primis pedaneis judicibus teſtes falſos corrigendi & tormentis ſubjiciendi, ſi plebeii ſint, jus poteſtatemque adhibiti præfecto vigilum. Quod ſi teſtes decuriones ſint, vel in aliqua dignitate poſiti, ut non poſſit in eos judex pedaneus animadvertere, debet rem omnem ad magiſtratum, à quo datus eſt, referre, ita ut pro inſinuatione relationis nihil inferatur, & ſi res aperta ſit, ſententiam à magiſtratu ferri de teſtium fide ſuſcipienda vel rejicienda oporteat: ſin autem majori indagatione indigere videatur; rurſus ejus rei cognitionem judici delegari, non obſtante ulla præſcriptione fori ullove privilegio. Nam cum ultro teſtimonium dixerint, ſuo privilegio teſtes renuntiaſſe videntur. §. 1. Qui falſo negavit adverſarium ſuum eſſe cognatum, exegitque ab eo probationes generis aut gentis, quam is ſe habere dicebat: non habeat jus vindicandorum bonorum inteſtati (ejus ſcilicet quem ſuum eſſe cognatum negavit, cum inteſtatus deceſſerit.) Sed non audiatur qui ab adverſario probationes generis exigit, niſi prius ipſe juret de calumnia, & jurato conſervetur jus legitimæ ſucceſſionis. Requiruntur vero ad generis probationem teſtes quinque ſi deſint inſtrumenta, vel tres, ſi illis inſtrumenta ſuffragentur. Quod ſi hujuſmodi ſint inſtrumenta, quæ omnium probationum vice eſſe poſſint, illa etiam ſine teſtibus ſufficiunt. Ultimum autem hujus conſtitutionis caput illud eſt, ut qui inſtrumento teſtis adfuit, & qui depoſuit tanquam teſtis quæ ſciebat, poſt, lite mota non poſſit defugere teſtimonium, & uti præſcriptione fori.*

EAndem fere poteſtatem dat idem Zeno hac Conſtitutione Græca (reſtituta quoque a Cujac. *eod. Lib. & cap.*) *pedaneis judicibus*, quos, ut *ſupra* docui, ſingulis urbanorum Magiſtratuum tribunalibus certos & proprios deputaverat. Sunt igitur *pedanei judices* judices dati a Magiſtratibus, qui ſimplicem notionem non juriſdictionem habent, &, ut idem Cujac. docuit ad *Nov. 82.* quaſi plano pede judicant, non pro tribunali, quamobrem a Græcis dicitur *χαμαιδικασταί*: & quamvis Juſtin. in *d. Nov.* eos ſedere jubeat a matutino uſque ad occaſum ſolis, notato certo loco in porticu regia, non ideo dicendum eſt, pedaneos judices habuiſſe tribunal; ſedebant enim in imis ſubſelliis, vel fortuitis ſcamnis, aliquando conductis a litigatoribus, ut apud Sueton. in *Neron.* vel ab ærario datis: in hac porticu regia, Agathias *Lib. 3. hiſtoriæ* ſcribit, ſe libellis litigatorum operam dediſſe; ſed, quod pace Cujacii dictum ſit, non ideo ſignificat, ſe ex pedaneis vel ex pedaneorum notariis fuiſſe; fuit enim juriſperitus & advocatus, ut ipſe diſertis verbis profitetur initio *Lib. 1.* cum ſcribit, ſe dare operam Romanis legibus & fori certaminibus; quamobrem dictus fuit Agathias Scholaſticus, quo nomine vocitatos fuiſſe juris peritos & advocatos illo ſæculo notiſſimum eſt; horum autem officium & munus fuit, libellos & preces litigatorum componere: D. Auguſtin. *Tractatu 7. in Joan. Cum ergo quærerent ſupplicare Apoſtoli, & non invenirent, quomodo adirent Imper. Deum, dixerunt Chriſto, Domine, doce nos orare, hoc eſt, Juriſperite noſter compone nobis preces, & docuit Dominus de libro juris cœleſtis.* Sed ad rem: dat hæc Conſtitutio primo capite pedaneo judici poteſtatem animadvertendi in falſarios teſtes, & tormentis ſubjiciendi, ſi ſuſpectæ fidei & plebejæ conditionis ſint, adhibito tamen Præfecto Vigilum, qui a Juſtin. poſtea dictus fuit Prætor Plebis in *Nov. 13.*, ſi forte gravior quædam teſtis improbitas majorem animadverſionem deſiderat; quod ſi teſtes ſint in militari aut alia quadam dignitate poſiti, vult, non poſſe ſtatim pedaneum judicem in eos animadvertere, ſed teneri rem omnem referre, & denunciare magiſtratui, a quo judex datus eſt, miſſa plena opinione ut loquitur *l. 6. §. 1. D. de interd. & releg.* ita ut pro inſinuatione relationis nihil inferatur, &, ſi res aperta ſit, debere Magiſtratum ferre definitivam ſententiam; ſi majore indagatione indigere videtur, rurſus ejus rei cognitionem judici nova delegatione eſſe delegandum, ut de ea poſſit cognoſcere, *non obſtante*, inquit, ut in ſuper. Conſtit. *ulla præſcriptione fori*, quia ſponte teſtificari voluerunt. Secundo Capite conſtituit Zeno, ut is, qui falſo negavit, adverſarium ſuum eſſe cognatum, & exegit ab eo probationes generis aut gentis, *l. 1. D. de probat.* non habeat jus vindicandorum bonorum inteſtati, & quoniam fieri poteſt, ut quidam metu amittendæ ſucceſſionis ab ea calumnia non deterreantur, dum non ſperant eam ſucceſſionem ad ſe pervenire, illo forte moriente teſtato, vult, ut non audiatur, qui ab adverſario probationes exigit, niſi prius ipſe juret de calumnia, jurato conſervari jus legitimæ ſucceſſionis, probari genus teſtibus quinque, ſi deſint inſtrumenta, vel tribus, ſi quædam inſtrumenta ſuppetant, & ſufficere etiam inſtrumenta quædam ſine teſtibus, veluti monumenta publica, quæ potiora teſtibus eſſe ait *lex cenſus D. de probat.* Et hæc eſt vera interpretatio primæ & ſecundæ partis hujus Conſtitutionis, ad verbum fere deſumpta ex obſervatione Cujacii. Ultimum caput ita diligentius interpretandum cenſeo, ut, ſi quis apud acta judiciaria vel in alio quolibet inſtrumento teſtis fuerit ſuper negotio, quod gerebatur, poſtea de eodem negotio, forte lite mota non poſſit defugere teſtimonium, & uti præſcri-

ptione

ptione fori; qui caſus valde notandus eſt, quo ſcilicet ante Juſtinian. etiam in cauſis pecuniariis & civilibus non fuit permiſſum detrectare teſtimonii dictionem; & obſerva interim, teſtes adhiberi inſtrumentis, quæ vel apud acta fiunt & proprie dicuntur *inſtrumenta publica*, vel adhiberi contractibus & *inſtrumentis privatis*, ut *l. un.* §. *ſed & ſi quis infra de Lat. libert. toll.*

Ad Leg. XVI. Imp. *Juſtinianus.*

Conſtitutio jubet non ſolum in criminalibus judiciis, ſed etiam in pecuniariis unumquemque cogi teſtimonium perhibere de his, quæ novit cum ſacramenti præſtatione, vel jurare, ſe nihil compertum habere (exceptis tamen perſonis quæ legibus prohibentur ad teſtimonium cogi, & etiam illuſtribus, & his qui ſupra illuſtres ſunt, niſi ſacra forma interveniat) & ſi quidem in regia urbe teſtes habitant, cogit eos propria voce teſtimonium ferre, ſi vero non adfuerint, mitti ad eos jubet procuratores partium, ut apud eos deponant quæ noverint, vel dejerent quæ ignorant. Eodem procul dubio obſervando & in teſtimonio quod in geſtis fit, nempe ut eædem perſonæ ab ejus neceſſitate excipiantur. §. 1. *Omnibus autem teſtibus ſine damno & impendio ſuo vult factas de his interlocutiones & productiones procedere.*

GRæca eſt Conſtitutio, quam veteres Gloſſographi deſiderari adnotarunt ad *l. ſi quando infra h. t.* & ad *l. judices infra de fide inſtr.* in quibus Juſtinian. ſe ejus authorem profitetur, & *Nov.* 90. *cap.* 5. Hujus Synopſin & brevem interpretationem ex Græcorum Libris Cujac. dedit *Lib.* 8. *Obſerv. cap.* 13. & *Lib.* 13. *cap.* 38. quam ut liquido intelligamus, ſciendum eſt, olim in judiciis publicis & criminalibus cauſis permiſſum fuiſſe invitis teſtimonium denunciare, non in civilibus & pecuniariis, quod loco notiſſimo Quintil. ſcripſit *Lib.* 5. *cap.* 7. ubi duo genera teſtium conſtituit, aut voluntariorum in civilibus ſcilicet cauſis, aut eorum quibus judex in publicis judiciis lege denunciare ſolet teſtimonium; exceptis tamen perſonis certis, quæ vel prohibentur, vel excuſantur, de quibus in *l. parentes*, & *l. libertorum ſupra h. t.* & *l. pridem infra de quæſtion. l.* 4. *D. h. t. l. ult. D. de grad. & affin.* Quod autem in criminalibus olim obtinuit, id in civilibus quoque cauſis obſervandum eſſe Juſtinian. conſtituit, ut omnes cogantur cum jurejurando, quæ ſciunt, proferre in judicium, aut jurare, nihil eorum ſe ſcire quæ interrogantur, cum eadem exceptione eorum, qui vel excuſantur vel prohibentur, & eorum, qui illuſtres ſunt vel ſuperilluſtres; hi enim ſine ſacra juſſione teſtimonium ferre non coguntur, & ex juſſione ſacra, præſentes in urbe, abſentes autem miſſis ad eos litigantibus vel procuratoribus, teſtimonium dicunt, quod obtinet etiam in aliis perſonis abſentibus, ut totidem fere verbis Cujac. expoſuit in *d. cap.* 38. Quod latius tamen & diligentius explicandum eſt; atque primum illud obſervandum, hoc Conſtitutione hac expreſſum fuiſſe, poſitum eſſe in arbitrio judicis, vel teſtes abſentes evocare, vel ad eos litigantes vel procuratores deſtinare, nec præciſe teneri occaſione teſtium in aliis locis degentium auditiones & depoſitiones committere vel delegare; ſed poſſe judicem æſtimare, quid æquius & melius ſit, ut Odofredus erudite docuit in *Auth. apud eloquentiſſ. infra de fide inſtrum.* quod veriſſimum eſſe recte colligit Albericus ad *d. Auth.* ex his verbis *d. l. judices, ſi hoc perſpexerint judices*, ſcilicet ſi, juſte peti judex invenerit; & ita quoque exaudienda eſſe puto hæc verba *d. l. ſi quando: ſi quando in pecuniariis cauſis ex noſtra lege invitos teſtes aliquis*, judex ſcilicet, *trahere maluerit*, ut in *fin. ejuſd. leg. judice nullam habente licentiam, poſtquam adfuerint, eos retrahere.* In criminalibus quidem neceſſario teſtes ſunt evocandi, ut docet *dict. Nov. cap.* 5. in civilibus hoc poſitum eſt in arbitrio judicis: Sed quæritur, quid ſit dicendum de teſtibus, qui non ſubjiciuntur juriſdictioni judicis, an poteſt judex invitos teſtes cogere & trahere? Et vulgo cenſent ex ſententia Pauli Caſtrenſis ad *d. l. ſi quando*, cogendos eſſe authoritate proprii judicis, notiſſima ratione deſumpta ex *l. ult. D. de juriſdict.* & ex *l.* 3. *D. de off. Præſidis*, in homines alieni territorii vel alienæ juriſdictionis Magiſtratum nullam poteſtatem vel imperium habere: quæ ſententia confirmari poteſt hoc validiſſimo argumento: vult Zeno in *l.* 15. §. *ult. ſupra h. t.* eum, qui in inſtrumento teſtis adfuit publico vel privato, poſtea ſuper ea re lite mota non poſſe defugere teſtimonium, vel uti præſcriptione fori, quaſi videatur ultro ſe ſubjeciſſe juriſdictioni ejus, qui de hac cauſa potuit cognoſcere, ſponte adhibitus ad fidem faciendam; ergo in cæteris hac ratione ceſſante, qui non poſſunt dici agnoviſſe juriſdictionem, hoc locum habere non poteſt, & remanet, eos uti poſſe præſcriptione fori; denique proviſione *h. legis*, cum judex pronunciat, abſentes teſtes in locis, ubi degunt, audiendos eſſe, audiuntur à Magiſtratibus locorum, ut docet *d. Nov. cap.* 5. ergo eorum quoque authoritate evocandi & cogendi ſunt: & in hac ſententia fuiſſe videtur interpres Græcus Harmenop. *Lib.* 1. *cap.* 6. ſic enim ille ex interpretatione Viri eruditi Joannis Merceri: *poteſt judex ex civitate in aliam civitatem teſtimonii gratia aliquos per interlocutionem evocare, obſervato quidem legum ordine, hac ratione; in provinciis apud Præſides, in Urbe Conſtantinopolitana apud ſacros judices.* Sed tamen contra ſuppetunt multa argumenta, quibus contrariam ſententiam probabiliter defendere poſſum, hoc omne pendere ex poteſtate judicis, qui de cauſa cognoſcit, hanc Conſtitutionem eos, a quibus fides notitiæ poſtulatur, ut loquitur *lex quoniam ſupra h. t.* ſubtrahere a juriſdictione propriorum judicum, eoſdemque ſubjicere juriſdictioni judicis, qui de cauſa cognoſcit: ait enim hæc Conſtitutio præciſe, unumquemque cogi poſſe a judice, & excipit tantum illuſtres vel ſuperilluſtres, in quibus deſiderat juſſum Principis, qui in eorum quoque criminibus conſulendus eſt *l. pen. infra de dignit.* cæteri igitur coguntur ſine ſacro reſcripto vel juſſu judicis, ſub cujus juriſdictione conſtituti ſunt, quem non deſiderat hæc Conſtitutio: ſecundo, hoc receptum eſt in civilibus cauſis ad inſtar judiciorum publicorum; at in publicis Lege Julia judiciorum publicorum hoc datum fuit Magiſtratui vel judici quæſtionis, etiam privato homini (ſeparatur enim judex quæſtionis a Magiſtratu, ut erudite Cujac. docuit ex *l.* 1. *in pr.* & §. 1. *D. ad Leg. Corn. de ficar.*) ut quoſcumque invitos teſtimonii cauſa evocare poſſint, etiam Magiſtratus ipſos, qui alias in jus vocari non poſſunt, vulgata *lege* 1. *D. de in jus voc.* hoc autem ego neceſſario colligo ex *l. ob carmen*, §. 1. *D. h. t.* & hoc eſt, quod Quintil. *d. l.* ait, *lege denunciari teſtimonium invitis*; ergo eadem poteſtas data fuit Judicibus in cauſis civilibus hac conſtitutione Juſtiniani, *διὰ τὴν τῶν δικαστῶν διάγνωσιν*, *d. Nov.* 90. *cap.* 5. & hoc eſt, opinor, quod ipſe Juſtin. innuit his verbis in *d. l. ſi quando*; *Si quis*, inquit, *ex noſtra lege invitos trahere maluerit*; trahuntur enim non tam proprio imperio & juſſu judicis, non poteſtate, quæ competat jure Magiſtratus, quam authoritate legis, & ſeparanda diligenter ſunt ea, quæ a lege dantur Magiſtratibus, ab his, quæ Magiſtratibus competunt jure proprio Magiſtratus, *l.* 1. *D. de off. ejus, cui mand.* Nec obſtat, quod Zeno conſtituit, in *d. l.* 15. §. *ult. h. t.* eos, qui adhibentur ad fidem inſtrumentorum, uti non poſſe præſcriptione fori, quod propria

pria ratione, de qua ſupra; æquum enim eſſe exiſtimavit hoc tantum caſu Zeno, in cauſis pecuniariis invitos teſtes eſſe trahendos, ideoque uti non poſſe præſcriptione fori, ſed cum deinde Juſtinianus hanc æquitatem generaliter in omnibus cauſis pecuniariis eſſe admittendam conſtituat, generaliter quoque tollere voluit omnem præſcriptionem fori, & plenam poteſtatem deferre judici, cujus juriſdictioni quoſcumque teſtes generaliter ſubjicere voluit, ut ex judicis arbitrio pendeat, utrum neceſſe ſit, teſtes evocare, vel delegare auditionem locorum judicibus, qui ex delegatione & ſententia judicis cognoſcentis tenentur teſtes audire & examinare, *d. l. judices*, & *d. Nov. 90. cap. 5.* Remittuntur autem teſtes abſentes ad proprios judices, adminiſtrationem & juriſdictionem habentes, ut melius atque perfectius majoribus auſpiciis terrore imminente teſtes examinentur, ut in re ſimili loquitur *Nov. 60. cap. 5.* & de hac deſtinatione vel delegatione loquitur Harmenopulus, non de evocatione, quam hæc Conſtitutio permittit judici indiſtincte, quamvis teſtes ſint in alieno territorio, ſi hoc cauſa efflagitat, ut *ſupra* docui: non poſſunt igitur detrectare teſtimonium, & uti præſcriptione fori, ſed coguntur legitimis modis, mulctæ dictione & pignoris capione, ex ſententia judicis cognoſcentis, ne ſit luſoria poteſtas, quæ hac lege datur, &, ſi adhibentur officiales judicum, qui provincias vel civitates regunt, adhibentur tanquam executores rei judicatæ a judice, qui de cauſa cognoſcit; huic enim hanc poteſtatem lex defert, ut veritas cauſæ, quam judicandam ſuſcipit, facilius inveniatur. Vult denique *in fin.* hæc Conſtitutio, has interlocutiones, productiones, & evocationes fieri abſque ullo impendio teſtium, qua de re diximus in *l. quoniam* 11. *ſupr.*

Ad Leg. XVII. Imp. *Juſtinianus* A. Mennæ P. P.

Si quis teſtibus uſus fuerit, iidemque teſtes adverſus eum in alia lite producantur, non licebit ei perſonas eorum excipere: niſi oſtenderit, inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe, ex quibus teſtes repelli leges præcipiunt non adimenda ſcilicet ei licentia, ex ipſis depoſitionibus teſtimonium eorum arguere. Sed & ſi liquidis probationibus datione vel promiſſione pecuniarum eos corruptos eſſe oſtenderit, etiam eam allegationem integram ei ſervari præcipimus. Datum VII. Kalen. Jun. D. N. Juſtiniano A. II. Conſſ. 528.

HAC quoque Conſtitutione novum jus Juſtinianum condere non dubito, ut ex eo, quod quis in una lite fecit, in alia ſibi præjudicet; ut ſi Titius quibuſdam teſtibus in lite, quam inſtituit adverſus Sempronium, uſus ſit, ſi iidem teſtes a Sempronio, vel ab alio quolibet in alia quadam lite producantur, non liceat Titio perſonas eorum excipere: novum inquam jus, cujus veſtigia nulla reperio in Pandectarum Libris, & nobis de hoc jure idem dicere licet, quod Ulpian. ait de Edicto, *quod quiſque juris in alium ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur*, in *l. 1. D. eod.* hoc ſummam habere æquitatem, & ſine cujuſquam indignatione; qua enim fronte quis dicere poteſt illicitum, quod ipſe voluit ſibi eſſe licitum? eleganter Arnobius *Lib. 1. adverſus gentes*; *res agitis ſatis injuſtas, ut id nobis conſtituatis eſſe damnabile, quod & ipſi vos factitatis, aut, quæ vobis licere permittitis, conſimiliter aliis licitum eſſe nolitis.* Quando autem quis dicatur *uti teſtibus*, variis propoſitis quæſtionibus Interpretes non inſubtiliter tractant; ſed has prætermitto, ut doceam, quod difficilius eſt, recte Accurſium adnotaſſe, hæc verba *in alia lite* ita eſſe accipienda, ut ſubintelligat Juſtin., hoc non poſſe procedere in eadem lite, ut teſtis ſcilicet, qui pro intentione actoris productus fuit adverſus reum, rurſus a reo producatur ad probandam exceptionem, & hanc eſſe veram interpretationem vexatæ *legis 23. D. h. t. produci*, inquit, *teſtis is non poteſt, qui ante in eum reum teſtimonium dixit*, ut, qui ante in aliquem reum teſtimonium dixit, rurſus pro eodem teſtis, in eadem ſcilicet lite, eſſe non poſſit; huic enim recte opponitur exceptio, de qua in *l. ult. infra h. t. niſi jam ſuum teſtimonium dederis*; ſi enim productus fuit ab actore & ſecundum intentionem actoris ſimpliciter depoſuit, & dixit puta, creditam fuiſſe pecuniam, ſed nihil dixit de exceptione rei, pecuniam poſtea fuiſſe ſolutam, poſtea ſuſpecta merito videri poteſt hæc reticentia, nec rurſus admittendus eſt pro reo, a quo corruptus videtur, ut pro eo poſtea dicat, quæ vir bonus uno tenore dicere debet, cum ab actore productus fuit: quod diligentius apud me reputans, nunc melior factus, lubenter repudio contrariam ſententiam omnium Interpretum, quam *ſupra* in *l. 7.* bona fide ſecutus ſum, & exiſtimo, nullam poſſe dari meliorem *d. leg. 23.* interpretationem, quam Interpretes Græci retinent, & Cujac. probat *Lib. 2. Obſerv. cap. 25.* & cave, ne te decipiat, quod Duarenus fruſtra tentat, hoc velle Juriſconſultum in *d. l.* aliquem idoneum teſtem in ejus cauſa non eſſe, in quem crimine poſtulatum ſemel teſtimonium dixit, quod ita refello: cum *d. lex 23.* ait, *produci non poſſe*, hoc ita exaudiendum eſt, ut omnino is teſtis non audiatur, non poſſit interrogari, & in ipſo limine rejiciatur; atqui accuſator ipſe finito judicio criminali interrogari poteſt adverſus reum in alia quALIbet lite, ut colligitur ex verbis *Nov. 90. cap. 8.* ubi nominatim Juſtin. ait, hunc non eſſe admittendum, donec de crimine judicetur, ut vetus Interpres vertit, quamvis non nego, ſalvas eſſe exceptiones adverſus teſtimonium ejus, & pertinere ad officium judicis, quanta fides ſit adhibenda huic teſtimonio, quæ plena eſſe poteſt, ſi reconciliatio ſecuta ſit, ut in *l. Athleta, §. dat remiſſionem D. de accuſat.* ſi igitur accuſator produci poteſt, qua ratione dicere poſſumus, teſtem non poſſe produci? Ex his apparet, recte Accurſium colligere ex vera interpretatione *d. l. 23.* hanc *leg.* non poſſe procedere in lite eadem, & locum tantum habere in alia lite; ſed addit exceptionem, *niſi oſtenderit, inimicitias inter ſe & illos poſtea emerſiſſe*; inimicitias ſcilicet capitales, *ex quibus, ut ait, teſtes repelli leges præcipiunt*, docere enim debet, ut eſt in *d. cap. 8.* ſe judicium criminale cum illis exercere: & ita *inimicitiæ capitales* accipiuntur in jure *d. cap. athletæ §. dat remiſſionem*: quod ſi alia quædam juſta cauſa poſtea emergat, idem eſſe dicendum ex ſententia Joannis, æquitatis ratio ſuadet. Subjicit deinde, permiſſum eſſe, *arguere teſtimonia eorum ex ipſis depoſitionibus*, id eſt, oſtendere, eos varia, falſa, contraria deponere. Ultimæ clauſulæ ſententia hæc eſt: poteſt quoque hanc exceptionem objicere, eos corruptos fuiſſe datione vel promiſſione pecuniæ, ſed, aït, hæc allegatio vel exceptio oppoſita ſtatim repellit eos a teſtimonii dictione, ut qui hanc exceptionem propoſuit, admittatur ad probationem exceptionis, quod prima fronte dicendum videtur; ſed contrarium ſuadent hæc verba, *etiam eam allegationem ei ſervari intergram præcipimus*; ſervari igitur, ut eam exerceat, & probet poſt auditionem, & hac ratione refellat eorum teſtimonia.

Ad Leg. Imp. XVIII. Idem A. Mennæ. P. P.

Teſtium facilitatem, per quam multa veritati contraria perpetrantur, prout poſſibile eſt, reſecantes: omnibus prædicimus [ut] qui in ſcriptis à ſe debita retulerint,

tulerint, non facile audiantur, ſi dicant omnis debiti vel partis ſolutionem ſine ſcriptis ſe feciſſe, velintque viles & forſitan redemptos teſtes ſuper hujuſmodi ſolutione producere: niſi quinque teſtes idonei, & ſummæ atque integræ opinionis præſto fuerint ſolutioni celebratæ, hique cum ſacramenti religione depoſuerint ſub præſentia ſua debitum eſſe ſolutum: ut ſcientes omnes ita ea ſtatuta: eſſe, non aliter debitum vel partem ejus perſolvant, niſi vel ſecuritatem in ſcriptis capiant, vel obſervaverint præfatam teſtium probationem: his ſcilicet, qui jam ſine ſcriptis debitum vel partem ejus ſolverint, [à] præſenti ſanctione merito excipiendis. Sin vero facta quidem [per ſcripturam] ſecuritas ſit, fortuito autem caſu vel incendij, vel naufragij, vel alterius infortunij perempta, tunc liceat his qui hoc perpeſſi ſunt cauſam peremptionis probantibus, etiam [debiti] ſolutionem per teſtes probare, damnumque ex amiſſione inſtrumenti effugere. Datum Kalend. Jun. DN. Juſtiniano A. II. Conſſ. 528.

CONfirmat & renovat hanc Conſtitutionem Juſtiniani *Nov.* 90. *cap.* 2. ſi quis petit debitum ex ſcripto, puta ex chirographo, non facile ſolutionem teſtibns probari, niſi ſint quinque idonei, quibus præſentibus ſolutio facta ſit, vel nominatim creditor profeſſus eſt, ſe pecuniam creditam accepiſſe: imo ex *d. cap.* 2. ad hoc nominatim debent eſſe rogati, ut in teſtamentis, nec hoc caſu fortuiti teſtes admittuntur. Sed cur aït *non facile?* quæ verba Veteres non potuerunt explicare. Et puto, his verbis eandem interpretationem eſſe adhibendam, quam *ſupra* adhibuimus ſimili clauſulæ in *fin. l.* 9. ut aliquando non obſervetur, quod hæc lex præſcribit; ſi parva puta vel exigua ſumma ſit, & ut teſtes, ſi non adeo ſummæ & integræ opinionis ſint, admittantur tamen, ſed adhibitis tormentis, ut docet *d. Nov. cap.* 3. illo loco: *ſi vero non hujuſmodi teſtes ſint, quales pridem ediximus, & tormentis ſubdi eos præcipimus*, quod ſi apocha ſolutionis amiſſa ſit, amiſſione probata etiam debiti ſolutionem per teſtes poſſe probari, nulla habita ratione hujus novi Juris.

Ad Leg. XIX. Idem A. Juliano P. P.

Si quando invitoe teſtes in pecuniariis cauſis ex noſtra lege aliquis trahere maluerit, ſi quidem ſua ſponte fidejuſſionem ſuæ perſonæ ſine damno præſtare velint, hoc fieri: ſin autem noluerint, non carcerali cuſtodia detrudi, ſed ſacramento eos committi cenſemus. Si enim pro toto litis certamine jurijurando teſtium credendum eſſe putaverint hi, qui eos produxerint: multo magis præſentiam ſuam teſtibus ſacramento eorum credere debent. Sed cum minime oporteat teſtes in hujuſmodi caſibus protelari, & pro alienis commodis ſuas invenire difficultates: diſponimus non amplius teſtes obſervare compelli judices, poſtquam fuerint admoniti, niſi tantum quindecim dies: intra quos judices provideant quatenus cognitionem ſuſcipiant, in qua teſtes neceſſarii viſi fuerint: ut omnino licentia eis concedatur & alterutra parte ceſſante, & minime eos obſervare volente, ſi per executores admoniti venire noluerint, teſtes accipere, & alterutra parte præſente quæ eos introducit, teſtimonia eorum capere. His autem diebus effluentibus, liceat quidem teſtibus diſcedere [à] judice, nullam habente licentiam eos, poſtquam abfuerint, iterum retrahere. Ipſum autem judicem, ſi per eum ſteterit quo minus teſtimonium præſtetur, parti læſæ omnem jacturam pro hujuſmodi cauſa illatam ex ſuis facultatibus reſarcire [diſponimus.] Datum XII. Kalend. April. Lampadio & Oreſte Conſſ. 530.

NE abutantur judices poteſtate conceſſa *l.* 16. *ſupra* ut ſcilicet poſſint quoſcumque teſtes evocare invitos, primum hoc conſtituit, evocatos non invitos cogendos eſſe judicio ſiſtendi cauſa ſatisdare, id eſt promittere datis fidejuſſoribus, ſed committendos eſſe juratoriæ cautioni: ſecundo, evocatos intra quindecim dies a judice eſſe interrogandos utraque parte præſente, cum recipiuntur, non cum audiuntur; quod ſi tempore præſtituto non audiantur, habere licentiam diſcedendi, ita ut amplius judex non poſſit eos retrahere, &, ſi forte ex ea re quid damni pars ſentit, judicem litem ſuam facere, id eſt actione in factum teneri, ut damnum illatum parti ſarciat.

Ad Leg. Imp. XX. Idem A. Juliano P. P.

Cum apud compromiſſarios judices teſtes fuiſſent producti, variatum erat, utrum deberet eorum depoſitionibus in judicio litigator uti, an non eſſet audiendus. Sancimus igitur, ſi quidem in compromiſſis aliquid pro hujuſmodi cauſa ſtatutum eſt, hoc obſervari. Sin autem nihil conventum eſt in hujuſmodi caſibus: ſi quidem ſuperſint teſtes, licentiam habere eum, contra quem depoſitiones eorum proferuntur, ſi eas recuſaverit, concedere teſtes iterum adduci, & non opponi eis quod jam teſtimonium ſuum dederint. Vel ſi hoc concedere minime maluerit, depoſitiones eorum quaſi factas accipere: omni jure legitimo quod ei competit adverſus eas, ſervato. Sin autem ab hac luce omnes ſubtracti ſint: tunc neceſſitatem ei imponi, ſide ſcripturæ approbata, in qua depoſitiones eorum referuntur, eas quaſi factas accipere. Si vero res permixtæ fuerint, & quidam ex his mortui, alij viventes, tunc in ſuperſtitum quidem teſtimoniis eandem electionem ſervari litigatori, adverſus quem teſtimonia proferuntur: in morientium autem perſonas depoſitiones eorum non eſſe reſpuendas: omni (ſecundum quod jam prædiximus) adverſus eas & teſtes legitimo jure, quod ei competit adverſus quem proferuntur, integro reſervato. Datum VI. Kalend. April. Lampadio & Oreſte Conſſ. 530.

EST deciſio Juſtiniani, qua veterem controverſiam diremit, quæ ſcilicet fuit inter veteres Jureconſultos. Et eſt opinor pars *l. pen. ſupra de receptis arbitris*, eamque aptandam eſſe exiſtimo ad §. *ult. d. l. pen.* Variatum fuiſſe aït in hac quæſtione, utrum poſſit litigator in judicio uti depoſitionibus apud arbitrum jam factis, ſi, ut plerumque fit, ab arbitro partis tranſeant ad judicem ordinarium, & utrum liceat teſtes apud arbitrum interrogatos rurſus in judicio interrogare nulla habita ratione exceptionis, de qua dixi *ſupra* in *l.* 17. *niſi de ea re jam tuum teſtimonium dederis*; quia hoc jure ſemel producti teſtes & interrogati iterum non interrogantur? Hanc tamen dubitationem & controverſiam in ſpecie propoſita ita temperandam eſſe cenſet Juſtinianus, ut primum conſtituat, ſi quid ſuper ea re conventum ſit in compromiſſo, conventionem eſſe ſervandam; ſi vero nihil conventum ſit, ita diſtinguit: vel omnes teſtes ſunt ſuperſtites, vel jam defuncti, aut quidam ſuperſtites ſunt quidam vero defuncti: ſi ſuperſtites ſunt, datur electio ei adverſus quem proferuntur depoſitiones, ut vel patiatur teſtes rurſus interrogari nulla propoſita exceptione, vel preciſe teneatur admittere depoſitiones, quas tamen poſſit modis legitimis impugnare: ſi vero defuncti ſint, omnino admittendas eſſe depoſitiones, ſalvis tamen & integris exceptionibus, quas adverſus eas habere poteſt: quod ſi quidam ſunt ſuperſtites, quidam defuncti, in ſuperſtitibus dandam eam electionem, in defunctis admittendam eandem neceſſitatem, ſed cum eodem temperamento, ut ſemper liceat arguere depoſitiones.

F I N I S.

Digitized by Google

V. LOFFREDO

9444

Digitized by Google